
ACTA
SANCTORUM
OCTOBRIS
TOMUS SEXTUS.

IMPRESSION ANASTALTIQUE
CULTURE ET CIVILISATION
115, AVENUE GABRIEL LEBON
BRUXELLES
1970


Ego illuminavi quasi Lucifer scientiam Sanctorum Sap.
In lucem disciplinæ Sanctorum lucebit sapientia mea Eccl. 24.
OCTOBER
JANUARIUS
FEBRUARIUS
MARTIUS
APRILIS
MAIUS
ACTA
SANCTORUM
MENSIS
OCTOBER
ERUDITIO
VERITAS



B. de Quertenmont delineavit. *C. M.d. Saillath et L.A. Claessens Sculpserunt.*

GODEFRIDUS HERMANS ABBAS TONGERLOËNSIS, &c. &c. &c.

Auſpicio, GODEFRIDE, tuo, Superisque ſecundis,
Bollando coeptum continuatur opus:
Dum pia posteritas Sanctorum Gesta revolvet,
Jnclyta fama tuae vivet honoſque Domûs.

ACTA
SANCTORUM
OCTOBRIS

Ex Latinis & Græcis aliarumque gentium Monumentis,
ſervatâ primigeniâ veterum Scriptorum phraſi,

COLLECTA, DIGESTA,

Commentariisque & Obſervationibus
ILLUSTRATA

partim à

CORNELIO BYEO
JOANNE BAPTISTA FONSONO } presbb.
ANSELMO BERTHODO Ord. S. Benedicti. P. M.

partim à

JACOBO BUEO, presb.
SIARDO DYCKIO,
CYPRIANO GOORIO, } Ord. Præm. Cann. Regull.
MATHIA STALSIO,

TOMUS VI

Quo dies duodecimus, decimus tertius, & decimus quartus continentur.

TONGERLOÆ,
TYPIS ABBATIÆ.
M D C C X C I V.



Eques M. Ronconi pinx. Juxta exemplar A. Campanella, sculpsit Mechliniæ J. Hunin ~ J A°. 1794

SANCTISSIMO
D. N. D.
PIO VI
PONTIFICI OPTIMO MAXIMO.

SI meritò mos pervulgatus obtinuit, BEATISSIME PATER, ut eorum, qui aut armis, aut re, aut consilio rem publicam belli domique luculentiùs promoverunt, res fortiter ac prosperè geſtas omnium gentium linguæ loquantur; æquum enimverò fuit, ut & Chriſtianorum Heroum, qui sive fuſo pro Chriſto ſanguine, sive præclaris vitæ morumque inſtitutis Reipublicæ Chriſtianæ inſigniter profuere, ſalutemque æternam præ peritura hujus mundi gloria ſuis exemplis ſectari poſteros docuere, res gestas Chriſtianorum omnium ora calamique meritis efferrent laudibus ac ſempiternæ poſterorum memoriæ conſecrarent. Præs-

*

titum id quidem inde à nascentis ecclesiæ incunabulis fuit : sed heu ! Quot antiqua Christianorum Heroum, Sanctorum dico, monumenta seu temporum vetustate, seu iniquitate periisse posteritas doluit ! Fuerunt, qui obviàm malo ire voluerint ; sed consilio certè minùs prudenti falsa veris miscuerunt : error is quidem privatorum fuit, sed Catholicis identidem ab Heterodoxis objectus. Itaque si quid in illis falsi occurreret, secernendum à vero ; si quid dubii, revocandum ad trutinam ; si quid obscuri, illustrandum fuit, quò ea legerent Catholici tutiùs, Heterodoxi autem carperent parciùs. Bollandiano Operi hic scopus erat, quod à seculo sesquialtero inchoatum, ac ad nostram usque memoriam labore summo continuatum haud ita pridem temporis vicissitudo interrupit. Doluimus præclari Operis sortem, ac è Reipublicæ Christianæ bono fore existimavimus, si ad umbilicum labore nostro adduceretur : utinam præfixum nobis scopum attingamus ! Primum hunc interim, SANCTISSIME PATER, vigiliarum nostrarum nuperorumque Hagiographorum fœtum, secundum supra quinquagesimum vastissimi Operis tomum, superatis, quæ illi injectæ fuerunt, remoris bene multis, ad sacratissimos Pedes Tuos tandem omni, quâ par est, animi demissi

demiſſi ſignificatione ac veneratione eò deferimus lubentiùs, quò certiùs, etſi non pro suo quidem merito, sed pro innata Tibi, quâ quantumvis exigua suscipere peramanter soles, humanitate animique magnitudine susceptum iri confidimus, hac tempeſtate præſertim, quâ tot libellos in fidei morumque perniciem cuſos orbem Chriſtianum pervagari boni omnes, ac SANCTITAS TUA vel maximè, vident & ingemiſcunt. Veremur ſanè, ne temerarii audiamus, ut qui ſtadium hoc litterarium vix ingreſſi, ab ipſo ſtatim limine labores noſtros, quaſi Majeſtate Apoſtolica dignos, Sanctiſſimo Nomini tuo inſcribere auſi ſimus. Abſit, ut obtutu Tuo dignum quidpiam aut præſtitiſſe, aut præſtando eſſe nos arbitremur : at cui potiùs labores noſtros conſecremus, quàm Tibi, fidelium omnium Patri ſupremoque Eccleſiæ Capiti, cui cùm hos unà cum Sanctorum Actis dedicamus, Chriſto Domino, cujus in terris vices geris, ac totius Sanctitatis creatæ fonti dedicamus? Cui potiùs, quàm Tibi, cujus eſt, heroïcas Servorum Dei virtutes meritaque juſta lance expendere, partam abs illis in cœlis gloriam orbi Chriſtiano declarare congruumque iis cultum præſcribere? Cujus in Sanctos ſtudium venerationemque teſtantur cùm eorum plures Cœlitum

litum Faſtis jam Tuis inſcripti oraculis, tum eccleſiæ, Deo Sanctiſque dicatæ, paſſim per Italiam piiſſimâ munificentiâ tuâ vel magnificentiùs inſtauratæ vel donis ampliſſimis locupletatæ? Quàm Tibi denique, cujus ea in Ordinem noſtrum benevolentia ac animi propenſio fuit, ut protectore Romano privati patrocinium in Teipſum recipere ultro volueris, cujus magnitudinem beneficii ex animis noſtris dies nulla delebit. Adhæc, quò quidem ſponte noſtra properabamus, vehementer etiam Ampliſſimi digniſſimique Abbatis noſtri Godefridi Hermanni æquiſſima voluntas & auctoritas impulit, quem veluti alterum Bollandiani Operis parentem veneramur atque ſuſpicimus. Cum enim ejus continuandi ſpem omnem nuperis Hagiographis ademptam videret, de Republica Chriſtiana bene merendi incenſus ſtudio, ingentem, quâ uſi fuerant librorum cùm typis editorum, tum manuſcriptorum copiam, continuando per ſuos Operi, ære numerato coemit, Tongerloam unà cum omni preli ſupellectile tranſtulit, novâ ornataque bibliothecâ condidit, hanc proximè Opus continuaturis ſuum cuique Muſeum aſſignavit, aliaque, quæ ad promovendum Opus facere videbuntur, prono lubentique animo eſt præſtiturus: hanc verò occaſionem nactus, ſuam er-

ga Te Sedemque Apoſtolicam devotionem ſtudiumque univerſo orbi teſtatum, nec alteri, quàm Tibi Opus hoc dedicatum voluit, cujus proinde æquiſſimæ voluntati non parere fas nobis haudquaquam fuit. Æqui igitur bonique, utì confidimus, SANCTISSIME PATER, conſules, ſi cùm ipſius, tum noſtro nomine Pedibus Tuis humillimè advoluti vigiliarum noſtrarum qualeſcumque primitias in perennem animi noſtri, Tibi Sedique Apoſtolicæ devotiſſimi, teſſeram conſecremus, quas ſi placido benignoque, quo cetera ſoles, animo vultuque exceperis, Tu quidem immenſum nobis ad bene merendum de re Chriſtiana calcar addideris; nos verò Deum ter Optimum Maximum precari obteſtarique impensè non deſinemus, ut Reipublicæ Chriſtianæ ſaluti, bonorumque votis ſalvus diu ſoſpeſque permaneas, pacatiora tempora ac Pontificatum Tuum bonis omnibus cœlitus cumulatum videas, & è militantis Eccleſiæ ſolio ad triumphantis ſocietatem evocatus Eccleſiaſtici illud ſerò uſurpes: „ In plenitudine Sanctorum detentio mea. „

BEATISSIME PATER

SANCTITATI TUÆ

DEVINCTISSIMI SERVI

JACOBUS BUEUS, presb.
SIARDUS DYCKIUS,
CYPRIANUS GOORIUS,
MATHIAS STALSIUS,
} Ord. Præm. Cann. Regull.

SYNOPSIS
TOMI SEXTI
DE ACTIS SANCTORUM
OCTOBRIS.

PRodit tandem poſt varias viciſſitudines remoraſque illi injectas tomus univerſi Operis ſupra quinquageſimum ſecundus diem complexus duodecimum, decimum tertium, ac decimum quartum, Sanctos verò Beatoſve, nominatim cognitos, præter complures alios, quorum latent nomina, ſeptem & ſeptuaginta, quos quatuor in claſſes recepto more partimur : harum prima viros, qui ſtatum eccleſiaſticum, altera, qui monaſticum, tertia, qui ſecularem ; quarta verò feminas univerſim, quæ ſexum ſuum exornârunt, eo, quo hoc in tomo occurrunt ordine, exhibet.

EX STATU ECCLESIASTICO.

Agmen hac in claſſe ducit S. *Euſtachius* presbyter, qui & martyr verosimiliùs fuit : hunc proximè ſequitur *Monas* Mediolanenſis ſeculo III epiſcopus, cujus ex MS. Mediolanenſi pervetuſto Vitam exhibemus. Seculo ſequenti *Maximilianus* epiſcopus fuit, Celeiæ in Norico martyrium paſſus, de cujus Geſtis cultuque fusè diſſerimus. Acta ejus ex Pezio damus cum aliis MSS. collata. Laude Pompeia *Julianus* epiſcopus Conf. floruit ; quo tempore, diſcutimus : idem præſtitum eſt in *Opilio* diacono Conf. Placentiæ in Italia : pluribus multò actum eſt de *Pantulo* Rauracorum epiſcopo Martyre ; ſed quæ ad examen, ubi de S. Urſula agetur, revocanda ſunt. *Cypriani* & *Felicis* Sociorumque 4976 partim Martyrum, partim Confeſſorum, Acta nobis ſuppeditavit Victor Vitenſis : in Commentario his prævio, num Socii fuerint promiſcui ſexûs, num *Felix* Collationi Carthaginenſi anni 484 interfuerit, diſcuſſum eſt. Alii ab his ſunt quos ad diem VII Decembris Græci colunt. *Fiecus* epiſcopus Sleptenſis in Hibernia, quando converſus fuerit, quo uſque vixerit, num Hymnum in S. Patritii laudem compoſuerit, inquirimus. Pauca dumtaxat de S. *Salvino*, epiſcopo Confeſſore Veronæ in Italia, pauca de *Rodobaldo* Ticinenſi ep. Conf. comperta habemus. *Theophilum* Antiochenum in Syria epiſcopum & Confeſſorem, optimè de Eccleſia univerſa meritum, mirum eſt in ſolis Faſtis Latinis celebrari. Non eſt is de quo S. Lucas : tempus epiſcopatus ejus aſſignamus ; ſcripta recenſemus, doctrinam ut Catholicam tuemur. Seculo IV media ſui parte elapſo in diœceſi Trevirenſi *Lubentius* Conf. parochus floruit : Acta ejus ſeculo incerto ſcripta. *Romuli* epiſcopi Januenſis utcumque ætatem, cultumque aſſignamus : quando qualiſcumque ejus Vita ſcripta fuerit, exponimus. *Callisti* Pontificis Martyris Acta, etſi non à notariis Romanis ſcripta, nec omni nævo carentia, magnæ tamen ſunt antiquitatis fideique non contemnendæ : quæ objici his paſſim ſolent, diluimus ; quæque porro ad S. Pontificis Geſta cultumque ſacrum longè diffuſum ſpectant, latè ſumus perſecuti. Acta fabuloſa *Gaudentii* Ariminenſis epiſcopi Martyris corrigimus, varia de Reliquiarum ejus inventionibus, tranſlationibus ac apud Belgas cultu referimus. *Cœlestis* ſeu *Cœlestii* Metenſis epiſcopi Acta non ſunt viſa prelo digna ; quorum tamen errores refellimus ; additis nonnullis de Reliquiarum ejus Tranſlatione, & ætate, qua Metis ſedit, ac obiit. Exigua quoque ſupereſt eorum, quæ S. *Donatianus* epiſcopus Remenſis Conf. geſſit, notitia : at celebris eſt ejus in Flandriam Tranſlatio : Ebonis ea de re litteræ vindicantur, ex iiſque Tranſlationis epocha ſtatuitur ; tranſlato Brugas ejus corpore cultus incrementum capit ; Breviaria quædam corriguntur, quando Remis ſederit, determinatur ; miracula, quibus claruit, eduntur, notiſque illuſtrantur. Appendix Viſitationum tranſlationumque Reliquiarum ejus, ab anno 1584 factarum, Acta authentica exhibet. *Fortunatus*, in Pictavis natus, Tudertinam in Umbria eccleſiam novennio rexit, cujus Reliquiis, à variis Pontificibus approbatis, anno 1596 inſignis honor eſt habitus : Geſtorum ejus notitiam præbuit Gregorius Magnus in Dialogis. *Rustici*, Trevirenſis epiſcopi, Geſta ex una S. Goaris Vita innoteſcunt : de ejus ætate ordineque, quo Treviris federit, diſſerimus. *Agrati* & *Casturi* cultus quidem certus eſt : at Agratum, licèt in quibuſdam epiſcoporum Viennenſium Catalogis non memoretur, Viennæ Allobrogum verè ſediſſe contendimus : *Casturi* epiſcopatus nobis incertus : de ordine temporeque, quo ſederit *Agratus*, diſputandum pluribus fuit.

EX STATU MONASTICO.

Seraphicus S. Franciſci Ordo Eccleſiæ peperit *Seraphinum Asculanum* ſeu à *monte Granario*,

Granario, ex PP. Capucinorum familia laïcum, cujus Vitam à Zacharia Boverio conſcriptam damus. *Venantius* abbas antiquior eſt, quàm ut Ordini Benedictino adſcribi poſſit: Acta ex Gregorio Turonenſi deprompta illustramus: *Congani* abbatis Confeſſoris in Scotia ex Breviario Aberdonenſi retulimus. Plura de S. *Simperto*, Conf., ex monacho Benedictino Auguſtæ Vindelicorum epiſcopo ad manum fuere: unde & fuſiùs agere de illo licuit. *Lucæ* ex Ordine S. Baſilii abbatis Vitam diſcipulus ejus Græcè deſcripſit, Latinam fecit anonymus rudi ſtilo, ediditque Cajetanus modicè immutatam. Anonymi quidem apographum habemus; at legi non potuit. *Mauritium* Langoneti in Britannia Minori abbatem ſuppeditavit Ordo Ciſtercienſis, cujus Geſta ex Angelo Manrique potiſſimùm in Syllogen redegimus, Actis deſtituti. *Danielem* verò, *Samuëlem*, *Angelum*, *Domnum*, *Leonem*, *Nicolaum*, & *Hugolinum* Septæ in Mauritania Tingitana Martyres Ordo Franciſcanus; quorum Paſſionem ex antiquo Breviario Romano damus. *Burchardi* primi Herbipolenſium epiſcopi Geſta Egilwardus in litteras miſit, ſed ordinem chronologicum turbavit, quem, quà licuit, reſtituimus. Egilwardo antiquior Anonymus Burchardi Geſta explicuit, ſed admodum parcè. Damus utrumque. *Coſmæ* hymnographi & epiſcopi Majumenſis Geſta Actis deſtituti, ex Vita Joannis Damaſceni recenſuimus: à magiſtro cognomine diſtinguendum oſtendimus; quo tempore natus, quando monaſtico ſtatui ſe dederit, epiſcopatum ſuſceperit, ex hac vita migrârit, ac ubi ſepulturam nactus sit, inquirimus. Acta B. *Dominici Loricati*, monachi Camaldulenſis, à S. Petro Damiani, ſynchrono & contubernali, ſcripta lectori ſiſtimus. Neque anno 995, neque Fulginii natum, at Damiani diſciplinæ anno 1043 ſe ſubjeciſſe, anno 1059 eremi Suaviciniæ præfectum egiſſe, obiiſſe verosimiliùs anno 1060, Commentarius Actis prævius oſtendit, agitque præterea de Tranſlationibus corporis, locisque, ubi Beati Reliquiæ coluntur.

EX STATU SECULARI.

In hac claſſe primi occurrunt *Evagrius*, *Proſiria*, *Burrus*, *Donatus* ſeu *Donata* MM. in Syria, quos Hieronymiani codices ſuppeditârunt. *Hediſtii* Martyris palæſtra non Roma, ſed Ravenna fuit. *Edwinum*, Nordhumbriæ in Anglia regem legitimum à S. Paulino converſum, dein occiſum in prælio, ab arrogantiæ, Bedam à credulitatis vitio vindicamus. *Amicus* & *Amelius* pro Martyribus coluntur Novariæ & Mediolani, licèt in bello occiſi: at eorum Acta prelo digna non ſunt viſa. Cordubam, Bæticæ urbem fuſo pro Chriſto ſanguine illuſtrârunt *Fauſtus*, *Januarius* & *Martialis*, latè per Hiſpaniam culti, & in Faſtis tum antiquis, tum recentioribus celebres. Difficultates in eorum Actis occurrentes diſſolvimus. Chalcedonem verosimiliùs illuſtrârunt item Martyres *Marcellus* & *Adrianus*; Theſſalonicam *Florentius*, de quo, præter locum natalem & genus martyrii vix quidquam ſcitur: *Leobonus* Confeſſor in Lemovicenſi Provincia cultus ex Lemovicenſis eccleſiæ Breviario potiſſimùm nobis innotuit. *Geraldi*, comitis Auriliacenſis Geſta cultumque amplè deſcribimus: Vitam verò, Annotatis variis illuſtratam edimus, à S. Odone, abbate Cluniacenſi, integra fide conſcriptam. *Colmani*, Martyris cultu in Auſtria gaviſi, ibidemque ſuſpendio necati Acta Erchenfrido Mellicenſi abbati tribui ſolita, partim ſcripſiſſe videtur anonymus æqualis. Plura ſunt defuncti miracula, cultuſque ſacer per Auſtriam vicinaſque provincias longè diffuſus. *Fortunatæ* Virginis ejuſque fratrum Carponii, Evariſti & Priſciani Martyrum Cæſareæ in Palæſtina paſſorum ac dein Neapolim tranſlatorum Paſſio Autpertum presbyterum habet auctorem à martyrii epocha ſatis remotum. Antiquum eorum cultum, Reliquiarum Tranſlationes, miracula exhibemus. *Saturninus*, *Lupus*, *Ampodus*, *Modeſtus*, *Lucianus*, *Simplicius*, *Saturus*, *Placidus* MM. in Cappadocia paſſi ſunt, è quibus *Saturninus* & *Lupus* Hiſpaniæ, *Ampodus* verò & *Modeſtus* Romæ perperam adſcribuntur. *Lupus* verò alter unà cum *Aurelia* Virgine verosimillimè Hiſpaniæ tribuendus est. Agmen claudit *Bernardus* Confeſſor, Arpini quidem initio ſeculi XII forté mortuus, ſed dein Arcanum tranſlatus; de quo pauca explorata ſunt, ut qui Arpinum peregrè venerit, ibique parùm notus in cœleſtem patriam tranſierit: quæ poſt ejus obitum contigêre, damus ex MS. Arpini vel Arcani ſervato.

EX SEXU FEMINEO.

Sanctas inter ſeminas prima comparet *Domnina* Martyr Anazarbi in Cilicia, è Monumentis Græcis eruta. Apud Sanctum Serenum in Cadurcis *Speria* ſeu *Exſuperia* pro Martyre merito colitur. *Fyncanæ* & *Eindochæ* Virginum in Hibernia cultum ex Breviario Aberdonenſi hauſimus. Inſigni auſteritate vitæ in Latio claruit *Chelidonia* Virgo, cujus Acta damus ex Vilhelmo Narnienſi, monacho Sublacenſi, qui anonymum Chelidoniæ æqualem præ oculis habuit, & celebrem S. Virginis anno 1578 ſuaque ætate factam Tranſlationem eleganti ſtilo deſcripſit. *Manechildis* Virgo, oppidi cognominis in diœceſi Catalaunenſi Patrona, tum in hac, tum in diœceſi Bituricenſi potiſſimùm colitur: Geſta ejus breviter perſtringimus, plura damus de Reliquiis: ſubdimus Acta ex veteri codice MS. oppidi & caſtri, cui illa nomen dedit. *Angadriſmam* Virginem & abbatiſſam territorium Teruanenſe mundo dedit; Geſta ejus & cultum in Syllogen redegimus; Adrevaldi de *Angadriſma* fabulam expoſimus.

INDEX

INDEX
SANCTORUM
IN TOMUM VI OCTOBRIS.

A

ADrianus cum Marcello. Vide *Marcellus.*

14 Agratus & Caſturus, ſeu Agricius & Caſturius epp. Conff. Viennæ Allobrogum. SYLLOGE HISTORICO-CRITICA. § 1. Epiſcopatus Viennenſis S. Agrato vindicatur; hujus & Caſturi memoria in Faſtis ſacris; utì & cultus eccleſiaſticus 545. § 11. Sedis S. Agrati tempus, à ſcriptoribus variè diſpoſitum, indagatur 548. Tempus proximorum S. Agrati deceſſorum inquiritur : quo tempore S. Agratus ſedere inceperit, obieritque, utcumque ſtatuitur 551

12 Amicus & Amelius, pro martyribus culti Mortariæ in ducatu Mediolanenſi. SYLLOGE CRITICO-HISTORICA. Cur Sancti Mortariæ annuntiati : eorum nomen ſacris Faſtis inſertum : cultus eis exhibitus : quo circiter tempore mortem obierint : quid de eorum martyrio ſentiendum & qualia eorum Acta 124

Ampodus cum Saturnino. Vide *Saturninus.*

14 Angadriſma Virgo abbatiſſa Bellovaci in Gallia Belgica. SYLLOGE DE GESTIS ET CULTU. § 1. Sanctæ in Faſtis ſacris memoria, natales illuſtres, abbatia, miracula quædam, an ſit diſtinguenda ab Angariſma, tempus obitûs 538. § 11. Cœnobii Oratorii per Normannos deſtructio, corporis S. Angadriſmæ Bellovacum tranſlatio, cultus ejus ibi & alibi inſignis 542

Angelus cum Daniele &c. Vide *Daniel.*

Aureſia cum Lupo. Vide *Lupus.*

B

14 BErnardus Conf. Arcani (vulgò Arce) in Italia. COMM. PRÆV. Cultus Sancti eccleſiaſticus, Acta, patria & tempus obitûs, ac corporis ſacri tranſlationis 628. ACTA ET MIRACULA *auctore incerto ex MS., quod Arpini vel Arcani ſervatur* 631

14 Burchardus ep. Conf. Herbipoli in Germania. COMMENT. PRÆV. § 1. S. Burchardi Acta, & Geſta uſque ad ſuſceptum epiſcopatum 557. § 11. S. Burchardus fit Wirceburgenſis epiſcopus : varia partim confert, partim acquirit eccleſiæ ſuæ bona : SS. Kiliano & Sociis templum condit, eorumque Reliquias bis transfert 561. § 111. S. Burchardus bis Romam petit : S. Andreæ monaſterium condit : S. Gumbertum ad ſanctiorem vitam adducit : S. Kiliani Reliquias transfert : vale epiſcopatui dicit 566. § 1v. S. Burchardus Homburgum profectus ibidem ſanctè moritur : cultus ejus ſacer 570. VITA *ex MSS. membranis monaſterii Aichſtadienſis Ordinis Prædicatorum, auctore anonymo* 573. VITA *auctore Egilwardo ex antiquo MS. Monaſterii S. Stephani Herbipoli.* PROLOGUS 575. PROLOGUS ALTER. CAP. I. S. Burchardi junior ætas, acceſſus ad S. Bonifacium, iter Romanum, & in epiſcopum Wirceburgenſem inſtitutio 576. CAP. II. S. Burchardi de grege cura, iter Romanum alterum, gemina SS. Kiliani Sociorumque per ipſum facta tranſlatio 582. CAP. III. Monaſterium S. Andreæ condit, S. Gumbertum ad vitam ſanctiorem adducit, epiſcopatu abdicato, moritur Hohenburgi : Wirceburgi verò in condita à ſe eccleſia ſepelitur 587. CAP. IV. Sancti ſucceſſorum aliquot enumeratio, & Reliquiarum ad S. Andreæ monaſterium per Hugonem Wirceburgenſem epiſcopum facta tranſlatio 591

Burrus cum Evagrio. Vide *Evagrius.*

C

14 CÆleſtis ſeu Cæleſtius ep. Conf. Metis in Lotharingia. COMM. HISTORICUS. § 1. Sancti in quibuſdam Faſtis ſacris memoria : tempus, quo tranſlatæ ſunt ſacræ ejus exuviæ. Actorum, non edendorum, errores, & nominatim quoad Sancti ætatem, refelluntur 480. § 11. Epiſcoporum Metenſium ordinatur chronotaxis & Sancti ætas utcumque determinatur 483

14 Calliſtus ſeu Calixtus Papa M. Romæ. COMM. PRÆV. § 1. Acta Martyrii ab aliis nimiùm laudata, ab aliis nimiùm depreſſa : communis, quæ in his, aliorumque ejuſdem temporis Martyrum occurrit, difficultas expenſa 401. § 11. Diluuntur, quæ adverſus Acta S. Calliſti ſpeciatim objiciuntur : illorum nævus & fides 405. § 111. Quo S. Calliſtus ſederit tempore, quo obierit 409. § 1v. S. Calliſti patria, incertum genus; Geſta ante Pontificatum ignota; Quatuor temporum jejunia ab exordio eccleſiæ ex conſuetudine Romæ obſervata, dein lege firmata 412. § v. Quatuor temporum lex à Calliſto vel primùm inſtituta

inſtituta vel confirmata, ſeriùs in Occidente obſervata vel recepta 415. § VI. Incerta quædam S. Calliſti Geſta; in obeundo Pontificis munere diligentia; cœmeterium ab illo conditum 418. § VII. Eccleſia S. Mariæ trans Tyberim à S. Calliſto condita : miracula, dum in vivis eſſet, patrata, ejuſque martyrium 422. § VIII. Celebris S. Calliſti apud Martyrologos memoria 427. § IX. Reliquiæ S. Calliſti Romæ : aliquæ ex illis in Germaniam, Belgium aliòque tranſlatæ 429 § VIII. Cultus ſacer variis locis S. Calliſto exhibitus 435. ACTA Martyrii *auctore anonymo antiquo* 439. ACTA tranſlationis ex Italia Cyſonium *ex MS. Joannis Buzelini* 443. PROCESSUS tranſlationis Reliquiarum S. Calliſti Remis Cyſonium anno MDCXVI *ex MS. Buzelini* 447

Carponius cum Fortunata. Vide *Fortunata.*

Caſturus cum Agrato. Vide *Agratus.*

13 Chelidonia Virgo apud Sublacum in Latio. COMM. PRÆV. Sanctæ Acta, auſterum vitæ genus, obitus, tranſlatio & cultus ſacer 362. ACTA *auctore Vilhelmo Narnienſi monacho Sublacenſi.* PROLOGUS. CAP. UNICUM. S. Natales, auſterum in ſolitudine vitæ genus, veli ſacri ſuſceptio, obitus, ſepultura & tranſlatio 366. HISTORIA tranſlationis anno MDLXXVIII die XIII Julii factæ *Auctore Vilhelmo Narnienſi.* CAP. I. S. Chelidoniæ Reliquiæ in montibus Simbruinis reteguntur 369. CAP. II. Eædem ad Sublacenſe monaſterium referuntur 373

13 Colmanus M. in Auſtria. COMM. PRÆV. § I. Quis Acta S. Colmani ſcripſerit; quæ ejus patria & proſapia fuerit 342. § II. Qui S. Colmanus juventutem peregerit : num Hieroſolymam viderit : quo loco & tempore mortis ſupplicium tulerit 347. § III. Sancti innocentiam miracula produnt : Reliquiæ ejus primò Mellicum, dein in Hungariam tranſlatæ ad priſtinam ſedem referuntur 350. § IV. S. Colmani cultus ſacer brevi poſt ejus necem cœptus, per Auſtriam vicinaſque provincias inſigniter auctus & propagatus 353. VITA *auctore, ut creditur, Erchenfrido ex Hieronymo Pezio tom.* I. *Scriptorum rerum Auſt. col.* 97 *& ſeqq.* PROLOGUS. CAP. I. Sancti in Auſtriam adventus, ſupplicium & tranſlatio Mellicum 357. CAP. II. Altera ejuſdem tranſlatio & quædam miracula 360

13 Conganus abbas Conf. in Scotia. *Ex Breviario Aberdonenſi & Martyrologiis* 223

14 Coſmas ep. Conf. Majumæ in Palæſtina. SYLLOGE. § I. Sancti memoria in Faſtis ſacris : quædam de Vitæ chronotaxi : ejuſdem monachatus 594. § II. Sanctus monachatûs ſui tempore hymnographum agit : qualis ea arte extiterit, oſtenditur : opera illius enumerantur 601. § III. Majumenorum epiſcoporum Catalogus qualiſcumque exhibetur : ad epiſcopatum Sanctus noſter evehitur, cùjus initium utcumque figitur 604. § IV. Geſta Sancti noſtri epiſcopatûs tempore in obſcuro ſunt : annus illius emortualis utcumque figitur, ac in ſepulturæ locum inquiritur 608

12 Cyprianus & Felix epp. aliique MMMMCMLXXV, partim MM., partim Conff. in Africa. COMM. PRÆV. § I. Sanctorum in Faſtis ſacris memoria & elogia, ſeu quæ in hiſce traduntur, è Victore Vitenſi ſeu Actis, optima fide abs hoc ſcriptis hîcque edendis, accepta 83. § II. Cujus conditionis, & an promiſcui ſexus Orthodoxi 4976, quos Hunnericus ſimul relegavit, exſtiterint, & quo circiter anno id fecerit 86. § III. An S. Felix Collationi Carthaginenſi, anno 484 celebratæ, interfuerit 88. § IV. An Cyprianus & Felix reliquique unà cum hoc ab Hunnerico relegati pro Martyribus ſint habendi, & an à Sanctis, quos Græci die VII Decembris celebrant, diſtinguantur 91. ACTA *auctore Victore Vitenſi ex editione Ruinartii cum Surii & Chiffletii editionibus collata.* CAPUT UNICUM. Sancti relegantur, fidem conſtanter confitentur, in exilium abducuntur, in via crudeliſſimè tractantur, plurimi hoſtium ſævitiæ ſuccumbentes intereunt, reliqui ad locum exſilii perveniunt 94

D

13 DAniel, Samuel, Angelus, Domnus, Leo, Nicolaus, Hugolinus MM. ex Ordine S. Franciſci Septæ in Mauritania Tingitana. COMM. PRÆV. SS. Martyrum in ſacris Faſtis memoria, paſſio, cultus ſacer 384. ACTA *ex Breviario Romano antiquo* 384

14 Dominicus Loricatus Conf. Ordinis Camaldulenſis Suavicinii diœceſis San-Severinatis in Piceno. COMM. PRÆV. § I. Beati cultus : memoria in Faſtis ſacris : Geſtorum compendium : quando & ubi natus ſit : Simoniacè ordinatur : ſit diſcipulus S. Petri Damiani 611. § II. Auſterum invenit pœnitentiæ genus : ſit Prior eremi Suaviciniæ; quando? Annus emortualis 615. § III. Prima corporis tranſlatio; altera : Reliquiæ ubi colantur? Ejuſdem cum S. Dominico Prædicatorum patre confuſio 619. VITA *auctore S. Petro Damiani ſynchrono & contubernali. Libri* I *Epiſt.* XIX *ad Alexandrum II Pontificem ex Trimeſtri quarto Laurentii Surii.* CAP. I. Simoniacè ordinatus ſit monachus eremita : tranſit ad Damiani diſciplinam, & auſteram agit pœnitentiam 621. CAP. II. Inuſitato modo & indefeſſè orat : novoque invento flagelli genere, dirè in corpus ſuum ſævit : vita ejus ex ſeipſa miraculoſa : judicem Auximanum interpellat : mira ejus humilitas : obitus 625

12 Domnina M. Anazarbi in Cilicia. *Ex Menologiis Græcis.* 19

Domnus cum Daniele &c. Vide *Daniel.*

14 Donatianus ep. Remenſis Conf. Brugis in Flandria. COMM. PRÆV. § I. Sancti frequens

frequens in Faſtis ſacris memoria : Reliquiæ Rhemis in Flandriam tranſlatæ : apud has inventæ Ebonis archiepis. Rhemenſis litteræ impugnatæ 487. § 11. Vindicatæ Ebonis litteræ : ex iiſdem hauſta tranſlationis epocha 491. § 111. S. corpus primùm Torholtum, dein Brugas delatum : cultus augeri cœptus, fundatum Brugis S. Donatiani capitulum : Acta Sancti conquiri incepta 494. § 1v. Acta quædam ſuſpectæ fidei in Breviariis correcta : quo ordine inter epiſcopos Rhemenſes & quando ſederit 498. MIRACULA S. Donatiani *è MS. codice Vallicellenſi, notato apud nos Pms.* 159, *& collato cum MS. S. Donatiani Brugenſi, & S. Audomari Lectionariis, auctoribus anonymis & Ebrardo canonico Regulari Watinensi.* CAP. I. Mulieri cæcæ, ac cuidam militi cæcitate percuſſo viſus redditus 503. CAP. 1. Mulier debilis & contracta ſanata : periculoſæ apud Flandros diſcordiæ Sancti ope compoſitæ : puero claudo greſſus reſtitutus : paralytica curata 507. CAP. III. Themardus, canonicus Watinenſis à paralyſi curatus : mulier ab injuncta ſibi pœnitentia, ac quidam eremita à convitiis Sancti interceſſione liberati 510. APPENDIX de quibuſdam Reliquiarum viſitationibus & tranſlationibus, hauſtis *ex Regiſtro Actorum Capituli eccleſiæ cathedralis Brugensis, nobiſque ex ejuſdem Capituli conſenſu benignè communicatis* 515

Donatus ſeu Donata cum Evagrio. Vide *Evagrius.*

E

12 EDwinus ſeu Eduinus, rex Nordhumbriæ in Anglia. COMM. HISTORICUS. § 1. cultus publicus, tempus natale, legitima regni Norhumbriæ poſſeſſio 108. § 11. Sanctus ab Ethelfrido, ſororis ſuæ marito, relegatur, viſione cœleſti in anguſtiis recreatur, Northumbriæ regnum & ſupremam in Heptarchiam poteſtatem obtinet, à rege inimico vulneratur, ſeſe Chriſto, ſi hunc vincat, ſerviturum, pollicetur, tandemque à S. Paulino baptizatur 110. § 111. Fidei quaquaverſum propagandæ operam dat, inſigne privilegium ſedi Eboracenſi à Pontifice Romano obtinet, à Britonum & Mercìorum regibus bello appetitur, infelicique prælio victus occiditur 114. § 1v. Quid de viſione, quæ Eduino oblata à Beda refertur, cenſendum, & an vel hìc in iis, quæ de illa narrat, credulitatis nimiæ vel Eduinus, jam Chriſtianus, ambitionis & arrogantiæ meritò inſimuletur 117

12 Evagrius, Proſiria, Burrus, Donatus ſeu Donata MM. in Syria. *Ex Martyrologiis Hieronymianis & aliis Faſtis ſacris* 8

Evariſtus cum Fortunata. Vide *Fortunata.*

12 Euſtachius, ſeu Euſtathius ſeu etiam Euſtaſius presbyter martyr verolimiliùs in Ægypto. *Ex Hieronymianis & aliis Faſtis ſacris* 9

Exuperia. Vide *Speria.*

F

12 FAuſtus, Januarius & Martialis MM. Cordubæ in Hiſpania. COMM. PRÆV. § 1. Memoria in Faſtis ſacris, tempus Martyrii incertum; opinio, qua fratres putantur, rejecta; Acta edenda 187. § 11. Antiquus & latè per Hiſpaniam extenſus Sanctorum cultus, Reliquiarum cum diu latuiſſent, ſeculo XVI inventio ac tranſlatio 289. ACTA *auctore anonymo è Ruinartii in sinceris Martyrum Actis editione, cum Surii & Tamaii editione collata.* CAPUT UNICUM. Sancti ob intrepidam fidei confeſſionem crudeliter torti igne comburuntur 143

Felix ep. cum Cypriano. Vide *Cyprianus.*

12 Fiecus, Sleptenſis ep. Conf. in Hibernia. COMM. PRÆV. § 1. Sancti cultus ſacer, tria diverſa Vitæ Encomia ſeu Elogia unumque ex hiſce, etſi haud integræ in omnibus fidei, edendum 96. § 11. Quandonam ad fidem fuerit converſus, quàm sanctè & quo uſque circiter vixerit, & an hymnum ei attributum in S. Patricii laudem compoſuerit 100. Encomium è Tripartita S. Patricii Vita acceptum 104

Findocha cum Fyncana. Vide *Fyncana.*

13 Florentius M. Theſſalonicæ. *Ex Martyrologiis* 199

14 Fortunata Virgo, ejuſque fratres Carponius, Evariſtus & Priſcianus MM. Cæſareæ in Palæſtina. COMM. PRÆV. Martyrum memoria in martyrologiis : antiquus cultus : Acta cujus ponderis : Reliquiarum tranſlationes, miracula 449. PASSIO *ex Officio proprio deprompta, auctore Autperto presbytero.* CAPUT UNICUM. Martyrum patria : natales : acerrimum certamen : decollatio : tranſlatio corporum primò Patriam, dein Neapolim 453

14 Fortunatus ep. Conf. Tuderti in Umbria. COMM. PRÆV. Sancti memoria in Martyrologiis : natale ſolum : epiſcopatus : obitus : Reliquiarum tranſlationes : antiquus cultus 520. VITA *ſeu potiùs* MIRACULA *auctore S. Gregorio Magno Dial. lib. 1 cap. x ex Trimeſtri quarto Laurentii Surii cum aliis collato.* CAPUT UNICUM Sanctus obſeſſos à dæmonibus liberat : cœco viſum reſtituit : equum rabidum mitigat : quemdam Gothum divinitus percuſſum ſanat, mortuum reſuſcitat 523

13 Fyncana & Findocha Virgines in Hibernia. *Ex Faſtis ſacris* 222

G

14 GAudentius ep. Martyr Arimini in Italia. COMM. PRÆV. § 1. Sancti apud Martyrologos memoria : cultus : Acta quantæ fidei : Vitæ ſynopſis 458. § 11. Miraculoſa corporis inventio : tranſlationes factæ primùm Arimini : hinc Senogalliam : poſtremò Montisbodium : altera Reliquiarum inventio 461. § 111. Solemniſſima Reliquiarum tranſlatio à tribus epiſcopis cohoneſtata : cultus Sancti in Belgìc

Belgio 465. ACTA FABULOSA *ex apographo codicis MS. Ariminenſis confraternitatis S. Hieronymi & SS. Trinitatis, auctore anonymo, collato cum Petro de Natalibus aliiſque.* CAP. I. Sancti patria : profectio Romam : ad ſacros ordines gradus : qua occaſione Ariminenſem epiſcopatum adeptus fuerit 467. CAP. II. Ariminum ingreditur : inſignia edit miracula : conſulem & præfectum urbis divina ultione caſtigat : occiditur 470. APPENDIX de prima corporis inventione, *auctore eodem* 473

13 Geraldus omes Auriliacenſis Auriliaci in Alvernia. COMM. PRÆV. § I. Cur S. Geraldum Auriliaci conſignemus 277. § II. Quo circiter tempore & quàm nobili loco natus ſit Sanctus 281. § III. Turbatis apud Francos rebus, cui regi S. Geraldus adhæſerit 284. § IV. Monaſterium Auriliacenſe exſtruit S. Geraldus, variiſque id prædiis ditat. Quo anno iſtud fecerit, & qui fuerint cœnobii illius abbates 288. § V. Quo tempore S. Geraldus obierit, & an in monaſterio Auriliacenſi vel ſepultus, vel vitam monaſticam ſit profeſſus ? 292. § VI. Quibuſnam Faſtis ſacris Sanctus exſtet inſcriptus, & quî Auriliaci primûm aliiſque deinde locis cultum ſit adeptus 295. VITA *auctore S. Odone abbate. ex Quercetani Bibliotheca Cluniacenſi.* DEDICATIO ET PRÆFATIO. CAP. I. S. Geraldi patria, parentes, educatio, ſingularis humilitas, Dei amor & erga proximum pietas 301. CAP. II. Sancti caſtitas impugnata, oratio, ſobrietas, modeſtia, in pauperes afflictoſque benignitas 304. CAP. III. Alii item S. Geraldi actus, quibus grande ejus erga proximum ſtudium demonſtratur 308. CAP. IV. Ne vitam monaſticam amplectatur Sanctus, avocat quidam epiſcopus : monaſterium S. Petro Auriliaci condit. Ejus meritis miracula patrata : ſacræ Scripturæ lectioni ſtudet : in habitu ſeculari vitam monachis dignam agit 315. CAP. V Charitatis operibus Sanctus ubique coruſcat, varia miracula edit 320. CAP. VI. Nonnulla ante mortem Sanctus vaticinatur : oculorum uſum per ſeptennium amittit : eccleſiæ dedicationem curat, ad mortem piam ſe diſponit : mortui corpus Auriliacum defertur 325. CAP. VII. Ad S. Geraldi tumulum plura eduntur miracula 329

H

12 HEdiſtius M. Palæſtra ejus, non Roma, ſed Ravenna. *E Martyrologiis.*
Hugolinus cum Daniele &c. Vide *Daniel.*

I

IAnuarius cum Fauſto. Vide *Fauſtus.*
12 Julianus ep. Conf. Laude Pompeia in Inſubria. Tempus, quo circiter ſediſſe ac obiiſſe creditur, Reliquiarum tranſlatio, cultus eccleſiaſticus 59

L

LEo cum Daniele &c. Vide *Daniel.*
13 Leobonus Conf. Salaniaci in Lemovicenſi Galliæ provincia. SYLLOGE. Sancti cultus : Officium eccleſiaſticum : tempus, quo floruerit, incertum 227
13 Lubentius presb. Conf. Cubrini in diœceſi Trevirenſi. COMM. PRÆV. Sancti memoria in Martyrologiis : cultus & Officium eccleſiaſticum : Vita qualis edenda : obitûs tempus : S. Martini Trevirenſis epiſcopi filius haud exſtitit 200. VITA *auctore anonymo ex 3 tomo Paſſionalis monaſterii Arnſteiniani* 202
13 Lucas abbas Conf. Armenti in Lucania. COMM. PRÆV. Sancti Acta, geſta & cultus ſacer 332. VITA *auctore anonymo coævo* CAP. I. S. Lucas Siculus, ſpretis nuptiis, vitam monaſticam amplexus varia monaſteria morum ſanctitate illuſtrat 337. CAP. II. Armenti monaſterium condit, variiſque prodigiis clarus diem ſuum obit 340
Lucianus cum Saturnino. Vide *Saturninus.*
Lupus cum Saturnino &c. Vide *Saturninus.*
14 Lupus & Aurelia, veroſimillimè Cordubæ in Hiſpania. *Ex Hieronymianis aliiſque Faſtis ſacris* 476

M

14 MAnechildis Virgo in diœceſi Catalaunenſi Campaniæ Gallicæ. COMM. PRÆV. § I. Notitia oppidi quod à Sancta nominatur : hujus in Faſtis ſacris memoria : cultus eccleſiaſticus : vitæ inſtitutum, ætas, Acta qualiacumque edenda 526. § II. Quo loco Sancta fuerit ſepulta : quandonam & quò inde ſacræ ejus exuviæ fuerint tranſlatæ : & an tunc primùm, cum harum pars cum S. Manechildis Fano fuit communicata, coli ibidem Sancta cœpta ſit 528. ACTA *ex veteri codice MS. oppidi & caſtri S. Manechildis* 531
13 Marcellus & Adrianus, ac fortè etiam unus ac duo alii MM. veroſimiliùs Chalcedone. *Ex Hieronymianis aliiſque Faſtis ſacris* 196
Martialis cum Fauſto. Vide *Fauſtus.*
13 Mauritius abbas Conf. in diœceſi Coriſopitenſi in Britannia Minori. SYLLOGE. § I. Sancti memoria in Martyrologiis : cultus : fit monachus Langoneti, dein abbas : abdicat 378 § II. Abbas Carnoëto præficitur, claret miraculis, obit 380
12 Maximilianus ep. M. Celeiæ in Norico Mediterraneo. COMM. PRÆV. § I. Martyrii locus ; Acta edenda 23. § II. Epiſcoporum Laureacenſium Catalogi : de primis hujus eccleſiæ epiſcopis, ubi præcipuè de S. Maximiliano & de annis in epiſcopatu abs eo peractis 25. § III. De eccleſiæ Laureacenſis primordiis, eccleſiarum Galliæ initiis haud diſſimilibus 31 § IV. De Notis Chronologicis, S. Maximiliani Actis affixis : tempus ejus Martyrii ex Actis & nonnullis aliis monumentis

tis firmatur. 34. § v. Maximiliani in Faſtis memoria & eccleſiaſticus cultus ei exhibitus 37. § vi. Sancti Reliquiæ, variæque earum ad diverſa loca tranſlationes § vii. De Sancti Reliquiis eccleſiæ Tornacenſi conceſſis & ibidem aſſervatis 45. § viii. Nonnulla à S. Maximiliano patrata miracula 46 § ix. De alterius Sancti homonymi Reliquiis; quis ille fuerit? 47. ACTA *auctore Anonymo, ex Apographo Cellenſi à Pezio edito, & cum variis noſtris apographis collato* 52. CAP. I. S. Maximiliani parentes, educatio; in epiſcopum eligitur, Celeiam errores quoſdam exſtirpaturus properat: ejus martyrium 53. CAP. I. Eccleſiæ S. Maximiliano erectæ; varia miracula, ipſo intercedente, peracta 57

Modeſtus cum Saturnino. Vide *Saturninus.*

12 Monas epiſcopus Mediolanenſis. COMM. PRÆV. Cultus Sancti, & corporis tranſlationes. VITA *ex pervetuſto MS. Mediolanenſi.* CAP. I. S. Monæ ortus, ſtudia, diaconatus, epiſcopatus 14. CAP. II. Labores in epiſcopatu. Converſi ethnici. Hæretici refutati 15. CAP. III. Præparatio ad mortem: felix obitus 11

N

Nicolaus cum Daniele &c. Vide *Daniel.*

O

12 Opilius diac. Conf. Placentiæ in Italia. SYLLOGE de Sancti cultu, geſtis, ac tempore, quo floruiſſe ac obiiſſe creditur 64

P

12 Pantalus ſeu Pantulus Rauracorum ep. Mart. Coloniæ Agrippinæ. SYLLOGE CRITICO-HISTORICA *ad incudem revocanda, cum de S. Urſula agetur.* § i. Nomen Sancti in Faſtis ſacris: ejus Reliquiæ in variis ſervatæ eccleſiis: difficultates à Schoëpflino propoſitæ: quis in illis convellendis ordo ſervandus, 65. § ii. Difficultati ex SS. Urſulæ & Sociarum martyrio petitæ reſpondetur: hujus agonis veritas aſſerta: cur SS. Urſulanis virginibus S. Pantalus dictus fuerit ſocius: de Sancti tumulo Coloniæ reperto & titulo ipſi indito: martyrii tempus ſignatur 68. § iii. Secunda contra S. Pantalum difficultas, ex Auguſtæ Rauracorum & Baſiliæ ſtatu deprompta, expenditur: quis fuerit illarum civitatum ſeculo v ineunte aut medio ſtatus, inquiritur: ſedis epiſcopalis Rauracorum ſeu Baſilienſium origo 73. § iv. De primis eccleſiæ Rauracenſis epiſcopis, & nonnullis, quibus eorum fulcitur epiſcopatus, monumentis 76. § v. Epiſcoporum Rauracenſium ſeries 78

Placidus cum Saturnino. Vide *Saturninus.*

Priſcianus cum Fortunata. Vide *Fortunata.*

Proſiria cum Evagrio. Vide *Evagrius.*

R

12 Rodobaldus ep. Conf. Ticini in Longobardia. SYLLOGE HISTORICA. De cultu, tempore epiſcopatûs, & geſtis 126

13 Romulus, ep. Januenſis Conf. COMM. PRÆV. S. Ætas utcumque definita, Reliquiarum tranſlatio, cultus, Vita qualiſcumque quandonam ſcripta 204. VITA *auctore anonymo ex antiquo eccleſiæ Januenſis codice MS. & editione Ughelliana* 208

14 Ruſticus ep. Conf. Treviris in Gallia Belgica. COMM. HISTORICO-CRITICUS. § i. Sancti memoria in faſtis Facris, cultus, ætas 532. § ii. Ordo, quo inter epiſcopos Trevirenſes ſederit 536

S

12 Salvinus ep. conf. Veronæ in Italia. SYLLOGE. Sancti cultus ſacer, memoria in Faſtis ſacris, diſtinctio à S. Sylvino, tempus emortuale incertum 107

Samuel cum Daniele &c. Vide *Samuel.*

14 Saturninus, Lupus, Ampodus, Modeſtus, Lucianus, Simplicius, Saturus, Placidus MM. in Cappadocia. *Ex Hieronymianis apographis aliiſque Faſtis ſacris* 474

Saturus cum Saturnino. Vide *Saturninus.*

12 Seraphinus Capucinus Conf. Aſculi in Italia. COMM. PRÆV. Sancti biographi: Vita hìc danda: ætas & obitûs dies 128. VITA *auctore Zacharia Boverio.* Prologus. 129. CAP. I. Ipſius genus, patria, parentes: pia educatio: cœmentariam artem addiſcit: Capucinorum Ordinem ingreditur. 130. CAP. II. Ipſius virtutes: temperantia, paupertas, obedientia, caſtitas ac humilitas 131. CAP. III. Perfecta ejus patientia: ſingularis in omnes charitas & in pauperes miſericordia: orationis ſtudium: in B. Virginem veneratio: in ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum religio 134. CAP. IV. Ipſius viſiones: donum notitiæ ſpirituum & prophetiæ, quo Sanctus dotatus fuit 139. CAP. V. Miracula, quæ Sanctus vivens operatus eſt 143. CAP. VI. Ipſius ſanctimonia celebris: pius obitus ac ſanctitatis ſigna 147. CAP. VII. Sancti poſt mortem apparitiones 149. CAP. VIII. Miracula ipſius interceſſione patrata 151 APPENDIX. Clemens XIII B. Seraphinum in Sanctorum numerum refert 155

13 Simpertus ep. Conf. Auguſtæ Vindelicorum. COMM. PRÆV. § i. Vitæ ſcriptores & monumenta varia S. Simperti res illuſtrantia: nativitas: in ſuſcepto S. Benedicti Ordine pietas, 228. § ii. Ex monacho factus abbas Morbacenſis rem illius monaſterii temporalem ac ſpiritualem ſedulò promovet 232. § iii. S. Simperti in epiſcopatu geſta 235. § iv. S. Simperti obitus ſepultura, miracula quædam, tranſlatio prima, cœptus auctuſque ejusdem cultus ſacer 241. § v. Reliquæ S. Simperti Reliquiarum tranſlationes, Officia propria: apud

apud Martyrologos memoria 243. *Liber de Vita & Miraculis Simperti.* PROLOGUS. § I. S. Simperti ortus, mores, Gesta in episcopatu & sepultura in S. Afræ 245. § II. Beneficia quædam mortalibus S. Simperti interceſſione collata 247. Liber Miraculorum S. Simperti ab anno MCCCLXV usque ad annum MCCCCLXXI *auctore anonymo.* PROLOGUS. DISTINCTIO I 225. DISTINCTIO II 253. DISTINCTIO III 355. Liber Miraculorum S. Simperti ab anno MCCCCLXXXVIII ad MCCCCXCV patratorum PARS I 257. PARS II 261. PARS III 266. ACTA secundæ inventionis & Translationis S. Simperti *auctore anonymo Sancti-Udalricano* 269. Historia translationis tertiæ S. Simperti 272

Simplicius cum Saturnino. Vide *Saturninus.*

12 Speria apud S. Serenum in Cadurcis pro Martyre culta SYLLOGE *è Caſtellano & MSS. Notitiis* 120

T

13 THeophilus ep. Antiochenus Conf. in Syria. COMM. PRÆV. § I. S. Theophili in Faſtis ſacris apud Occidentales memoria, Acta recentiora, diſtinctio à Theophilo, de quo S. Lucas, ad Chriſti fidem converſio, tempus epiſcopatûs, Notkeri locus emendatus 168. § II. S. Theophili ſcripta, partim exſtantia, partim deperdita vel latentia, partim ſpuria vel incerta 172. § III. Num quid minùs rectè de SS. Trinitatis Myſterio ſenſerit 177. VITA *ex Petro Halloix.* Præfatio. CAP. I. Theophili ætas, genus, educatio, ſtudia, doctrinæ Chriſtianæ exploratio 181. CAP. II Theophili ad eccleſiam acceſſus, virtutum incrementa, ſtudiorum profanorum ad fidei protectionem converſio 183. CAP. III. Theophili epiſcopatus, ſacri in eo labores, doctrinæ Catholicæ adverſus hæreſes propugnatio 185

13 Venantius abbas Conf. Turonibus. COMM. PRÆV. § I. Acta edenda : nomen Sancti Eccleſiæ Faſtis diverſis diebus inſcriptum : dies & annus ejus emortualis expenduntur : an Ordini Benedictino adſcribendus? 211. § II. Monaſterium Sanctus ingreditur : an hoc cœnobium à *S.* Martini Monaſterio diverſum exſtiterit? Brevis illius hiſtoria 213. § III. De loco, ubi ſepultus fuit S. Venantius : an & quo tempore ad Germanenſes monachos Sancti Reliquiæ fuerint tranſlatæ? Cuvinii aſſervantur : dein Pariſios advectæ : hodiernus earum ſtatus : cultus eis exhibitus. ACTA *auctore S. Gregorio Turonenſi ep., editore Ruinartio.* PROLOGUS. 219. CAPUT UNICUM. Vitam monaſticam amplectitur S. Venantius : cœnobio præficitur abbas : multis cœleſtibus viſionibus recreatur, multiſque vivens & mortuus ſubvenit 220

INDEX CHRONOLOGICUS

SECULUM I.

SECULUM II.

Ub initium hujus ſeculi natus fuisse traditur S. Theophilus ep. Antiochenus in Syria 169 d, 181 b

Anno 168 S. Theophilus eccleſiam Antiochenam regere cœpit 170 f, 185 b

Anno 187 S. Theophilus ep. Antiochenus obiit 171 d

SECULUM III.

Ab anno 217 *usque ad annum* 222 probabiliùs sedit S. Calliſtus Papa & Martyr 409 f, 410 b e

Anno 249 obiit S. Monas ep. Mediolanenſis 18 d

Sub annum 260 Sixtus Papa S. Maximiliano plenam prædicandi verbum Dei Laureacenſibus facultatem dediſſe fertur 28 e

Sub annum 282 S. Maximilianus renunciatus episcopus Celeienſis 29 b c

SECULUM IV.

Sub ſeculi IV *initium aut* III *finem* martyrium paſſa eſt S. Domnina 20 d

Seculi IV *initio*, ut creditur, Ravennæ passus eſt S. Hediſtius 21 c

Anno 303 *vel ſeq.* martyrium paſſi sunt SS. Fortunata ejusque fratres Carponius, Evariſtus & Priſcianus 450 b

Anno 306 S. Julianus fit episcopus Laudenſis 62 e

Anno circiter 308 *die* 12 *Octobris* S. Maximilianus ep. martyrio coronatur 36 c d e

Circa annum 308 Romam appulit S. Gaudentius ep. Martyr 459 c

Ante annum 312 paſſi fuerunt SS. Fauſtus, Januarius, & Martialis MM. Cordubæ in Hispania 188 e

Ante annum 312 veroſimiliter paſſi sunt Marcellus & Adrianus MM. Chalcedone 199 d

Ante annum 312 veroſimillimè paſſus eſt S. Florentius M. Theſſalonicæ 199 b

Circa annum 320 veroſimiliter obiit S. Cæleſtius ep. Meteníis 502 f

Anno 324 probabiliter moritur S. Julianus ep. Martyr 62 e

Hoc seculo media suî parte elapso obiit S. * * * * Lubentius

Lubentius presb. Conf. Cubrini in diœcesi Trevirensi 201 b
Post annum 350 verosimillimè obiit S. Romulus ep. Januensis 205 c, 210 f
Anno 360 S. Gaudentius ep. Ariminensis martyrium subiit 461 c
Circa annum 370 S. Donatianus sedi Remensi videtur admotus 502 f
Circa annum 380 S. Donatianus ep. Remensis videtur obiisse 502 f
Inde ab hoc seculo S. Faustus &c. cultum Cordubæ in Hispania habuisse videntur 199 d
Hoc seculo ad S. Callisti Papæ M. sepulcrum S. Julius Papa basilicam excitavit vel instauravit 435 b

SECULUM V.

Inter annum 440 & 450 baptizatus ac aliquantò pòst in episcopum ecclesiæ Sleptensis ordinatus fuit S. Fiecus 101 e
Ante seculum v *medium* S. Pantulus Rauraco Basileam concessit 75 c, 78 b
Anno 451 martyrium subiit S. Pantulus 72 c d, 82 e
Anno 482 *vel* 483 Felix ep. Abbiritanus seu Abderitanus in exilium pulsus est unà cum ingenti fidelium multitudine 85 f, 88 c
Anno 484 Cyprianus, Unizibirensis ep. in exilium pulsus 85 f, 92 f
Hoc seculo floruit obiitque S. Opilius 65 e
Hoc seculo cœptus videtur SS. Ursulæ & Sociarum Virginum cultus 69 a
Sub seculi v *finem* obiit S. Fiecus ep. Sleptensis in Hibernia Sleptæ sepultus 104 c
Sub seculi v *finem aut sequentis initium* obiit S. Venantius abbas Conf. 213 c

SECULUM VI.

Anno 526 *vel* 716 floruêre SS. Fyncana & Findocha Virgines in Hybernia 222 a f
Ab anno 528 *usque ad annum* 537 S. Fortunatus ep. Conf. Tudertinam rexit ecclesiam 520 c d f
Anno fortè 562 Salvinus ep. Veronensis Conf. obiit 107 f
Anno 575 è vivis abiit S. Rusticus ep. Trevirensis Conf. 535 e
Anno 585 natus est S. Eduinus, Northumbriæ rex 109 a
Anno 588 obiit Alla, S. Eduini pater 109 a, 110 e
Circa annum 590 Senogalliam translatæ fuerunt S. Gaudentii ep. Martyris reliquiæ 520 c d f
Hoc seculo floruit S. Manechildis Virgo 528 c

SECULUM VII.

Ante seculum hoc S. Faustum & Socios MM. ecclesiam habuisse Cordubæ, vero apparet simillimum 190 c
Anno 617 S. Eduinus factus est Northumbriæ rex 112 a
Anno 625 Ethelburgam, Cearli Merciorum regis filiam, secundis nuptiis, uxorem duxit S. Eduinus 112 c, 113 c
Anno 626 S. Eduinus Britanniæ heptarchiâ auctus fuit 113 b
Anno 627 S. Eduinus fidem Christianam amplexus fuit 113 f
Sub annum 627 Carpualdum, Orientalium Saxonum regem, ad amplectendam Christi fidem S. Eduinus inducit 615 d
Anno 633 S. Eduinus, Northumbriæ rex, obiit 109 a, 116 d
Non seriùs anno 660 S. Angadrisma Virgo consecrata fuit 541 a
Circa annum 674 natus fuit S. Cosmas ep. Majumenus 597 a
Circa annum 695 obiit S. Angadrisma Virgo 541 f

SECULUM VIII.

Ineunte hoc seculo S. Rupertus ep. Salisburgensis cellam & ecclesiam Pongaviensem S. Maximiliani honoribus consecravit 38 d e
Hujus seculi initio verosimiliùs obiit S. Conganus abbas in Scotia 223 b
Hujus seculi initio floruisse ac anno 711 obiisse videtur S. Agratus ep. Conf. Viennæ Allobrogum 556 a
Sub annum 725 S. Burchardus Herbipolensis seu Wirceburgensis ep. Conf. in Germaniam venit 559 c
Circa annum 730 monasterium ingreditur S. Cosmas ep. Conf. 609 d
Inter annos 731 & 742 corpus S. Callisti fortè translatum fuit ad S. Mariæ trans Tiberim 430 a b
Anno 734 *aut seq.* verosimiliùs Majumæ ep. factus est S. Cosmas 609 d
Ab anno 741 S. Burchardus Herbipoli sedit 562 b
Anno 741 *aut seq.* S. Burchardus Herbipolensem ecclesiam prædiis ditat 562 f & seq.
Anno 742 *aut seq.* S. Burchardus SS. Kiliani & Sociorum ejus corpora primùm elevat 562 b
Sub annum 743 S. Burchardus Wirceburgense castrum acquirit, eòque S. Kiliani & Sociorum ejus corpora infert 564 c, 565 b c, 587 a
Sub annum 744 ex probabili conjectura natus fuit S. Simpertus ep. Augustanus 232 a
Anno 746 S. Burchardus S. Kiliani & Sociorum ejus, dum è saxo novam molitur ecclesiam, transfert in ecclesiam ligneam 565 d, 587 a
Anno 747 S. Burchardus Romam petit & inde redux S. Andreæ monasterium condit 566 d e f
Sub annum 750 S. Burchardus Romam iteratò petit 568 d e
Sub annum 752 S. Burchardum, obtinuisse quidam volunt ducatum Wirceburgensem, *eoque verosimiliter anno* SS. Kiliani & Sociorum MM. corpora in templum novum solenniùs transtulit 568 f, 569 c, 587 a
Anno probabiliter 754 S. Burchardus Homburgi moritur 570 b, 591 c
Anno 760 S. Speria seu Exsuperia fertur trucidata 122 f
Anno 773 SS. Amicus & Amelius, velut MM. culti in bello Caroli Magni adversus Desiderium, Longobardorum regem, perierunt 125 c
Sub annum 778 ex conjectura probabili S. Simpertus sedere Augustæ Vindelicorum cœpit 232 a

Post

IN TOMUM VI OCTOBRIS.

Post annum 779 Stephanus II SS. Fortunatæ & Fratrum MM. corpora Neapolim transtulit 450 e
Anno probabiliùs 781 moritur S. Cosmas ep. Majumenus Conf. 609 d
Sub annum 789 S. Simpertus factus est abbas Morbacensis 233 d f

SECULUM IX.

Circa annum 808 obiisse videtur S. Simpertus ep. Augustanus Conf. 232 a, 233 f, 241 a
Circa annum 828 ad Maurimonasterium translatum est corpus S. Cælestis ep. Conf. 481 a
Sub annum 836 Fuldam S. Callisti Papæ M. reliquiæ allatæ fuerunt 431 b, 445 b
Anno 840 *vel seq.* S. Donatiani reliquiæ in Flandriam allatæ fuerunt 493 e
Circa annum 851 S. Angadrismæ Virginis corpus translatum fuit Bellovacum 542 f, 543 b
Sub annum 854 S. Callisti reliquias obtinuit Cysoniense in Belgio monasterium 445 b
Anno 854 natus est S. Geraldus, comes Auriliacensis Conf. 281 e f
Circa annum 866 S. Manechildis Virginis corpus ad abbatiam S. Urbani prope Joinvillam translatum fuit 523 a
Circa eumdem annum caput S. Manechildis Standunum translatum fuit 529 c
Circa annum 878 Carolomannus S. Maximiliani reliquias in ecclesia Œtingensi collocavit 42 d
Usque ad annum 892 S. Geraldus Odoni regi Franciæ obsecutus est 286 a, 287 a
Anno circiter 894 Auriliacense monasterium fundavit S. Geraldus comes 290 e
Seculo IX Cuvinium pervenêre S. Venantii abbatis Conf. reliquiæ 217 b c

SECULUM X.

Anno verisimiliùs 909 S. Geraldus, Comes Auriliacensis, diem extremum clausit 293 f
Hoc seculo aliquamdiu inchoato S. Romulum è villa Matutiana Januam transtulit Sabbatinus ep. Januensis 207 a b
Circa annum 926 S. Geraldi Vitam scripsit S. Odo Cluniacensis 279 f
Ab anno 936 *vel citiùs* S. Geraldus cultum ecclesiasticum obtinuit 279 c e
Sub annum 959 S. Lucas abbas Conf. Noam accessit 339 e
Anno 961 Arnulphus Flandriæ comes duodecim canonicos in Capella S. Donatiani instituit Brugis 495 d, 496 d
Sub annum 966 S. Lucas abbas S. Juliani monasterium refecit 339 e
Sub annum 969 S. Fortunati ep. Tudertini reliquias in S. Vincentii M. ecclesia collocavit Theodoricus Metensis ep. 521 d
Sub annum 969 S. Lucas abbas Armenti monasterium condidit 335 c
Inter annum 976 *&* 991 S. Maximiliani reliquiæ in ecclesia Patavienſi depositæ fuerunt 42 f
Anno 978 occisus fuit S. Eduardus Angliæ rex 162 c
Sub annum 984 S. Burchardi ep. Conf. reliquiæ translatæ sunt per Hugonem ep. Wirceburgensem 571 c d
Anno 993 Armenti mortuus est S. Lucas abbas Conf. 336 d
Ante annum 995 natus est B. Dominicus Loricatus 612 e, 613 a
Seculo X S. Venantii abbatis Conf. reliquiæ translatæ sunt Parisios 217 b
Sub hujus seculi finem nata est S. Chelidonia Virgo 363 e

SECULUM XI.

Anno 1012 S. Colmanus iter Hierosolymitanum suscepit ac suspendio necatus fuit in Austria 346 a
Anno 1014 verosimiliùs Mellicum translatum fuit S. Colmani corpus 351 b
Anno 1019 S. Monæ Conf. revelatæ sunt reliquiæ 13 f, 14 e
Anno 1026 S. Callisti Papæ M. reliquiæ ad monasterium S. Michaëlis ad Mosam translatæ dicuntur 432 e
Sub annum 1028 S. Colmani reliquiæ in Hungariam translatæ & brevi pòst Mellicum reductæ fuerunt 353 a
Anno circiter 1043 B. Dominicus Loricatus S. Petri Damiani disciplinæ se subjecit 615 a b
Anno circiter 1059 B. Dominicus Loricatus factus est Prior eremi Suaviciniæ 616 c d e
Anno 1060 obiisse videtur B. Dominicus Loricatus 618 c
Anno 1064 S. Simperti ep. Augustani corpus primò invenitur 229 a, 242 a, 247 d
Anno 1066 obiit alter S. Eduardus Conf., Angliæ rex 162 c
Anno 1087 S. Geraldi, comitis Auriliacensis in civitate Lemovicensi ecclesia destructa fuit 299 c
Anno 1088 S. Donatianus Themardum, canonicum Watinensem à paralysi curat 510 & seqq., 513 d
Anno 1096 S. Donatiani ep. Conf. reliquiæ è veteri scrinio in novum translatæ fuerunt 488 e
Sub annum 1096 ortus Brugis tumultus, producto S. Donatiani feretro, sedatur 508 d e, 509 e
Seculo XI S. Lucæ abbati templum conditum, & Officium ecclesiasticum 336 e, 349 e

SECULUM XII.

Anno 1100 S. Donatiani ep. Conf. meritis mulier cæca visu donatur 503 b c e f, 504 a b c
Sub initium hujus seculi obiit S. Bernardus Conf. Arcani in Italia 630 a, 632 f
Annum 1111 *inter &* 1122 velum sacrum suscepit S. Chelidonia Virgo 364 c
Circa annum 1116 nascitur S. Mauritius abbas Conf. 379 c
Circa annum 1145 S. Mauritius abbas factus est Langoneti 379 f
Hoc seculo medio fundatum est hospitale S. Geraldi comitis Auriliacensis, Lemovicæ 299 c
Anno 1152 S. Chelidonia Virgo obiit 364 c
Anno 1155 Coloniæ inventus fuit S. Pantali tumulus 70 a b
Anno 1156 S. Pantali reliquiæ, Tuitium translatæ fuerunt 66 c
Hoc seculo cultus S. Pantali cœptus videtur 66 b

Anno

Anno 1161 Simon abbas Sublacenſis S. Chelidoniæ corpus in ſolitudinem Norrensem tranſtulit 364 f
Inter annum 1167 & 1174 S. Julianum ep. M. Laude Veteri Laudem Novam transtulit S. Albertus de Quadrellis 63 b c
Circa annum 1170 S. Mauritius Langoneti abbas dignitati huic renunciavit 380 d
Anno 1174 tranſlatio reliquiarum S. Manechildis Virginis ad eccleſiam Caſtri S. Manechildis facta eſt 351 f
Anno 1180 miraculis claret S. Simpertus ep. Auguſtanus 229 b
Anno 1191 S. Mauritius, tunc Carnoëti abbas, moritur 382 b
Sub hujus seculi exitum tranſlatus fuit S. Bernardus Conf. 630 e f, 632 f

SECULUM XIII.

Anno 1202 S. Gilbertus Ordinis Sempringhamenſis in Anglia inſtitutor ab Innocentio III Sanctis adſcriptus fuit 162 a
Anno 1221 SS. Daniël, Samuël, Angelus, Domnus, Leo, Nicolaus, & Hugolinus MM. Franciscani Septæ martyrium passi fuere 387 f, 390 a
Anno 1225 *Idibus Julii* S. Pantali reliquiæ in collegiata SS. Apoſtolorum eccleſia Colonienſi capsæ argenteæ inclusæ fuerunt 66 c
Anno 1227 erectus fuit Prioratus S. Geraldi, comitis Auriliacenſis, in ſuburbio Lemovicenſi 299 d
Anno 1244 Innocentius IV S. Colmani cultum extendit 355 b c
Anno 1254 obiit S. Rodobaldus ep. Ticinenſis Conf. 127 e
Anno 1256 S. Maximiliani auxilio civitas Patavienſis servatur 57 f
Anno 1270 S. Pantuli reliquias Henricus Baſilëenſis ep. recepit 66 c d
Anno 1271 S. Pantuli reliquiæ Trudonopolim tranſlatæ fuerunt 66 c
Anno 1289 *die* 3 *Auguſti* S. Maximiliani reliquias decentiore loco recondidit Bernardus ep Patavienſis 43 b, 44 d

SECULUM XIV.

Anno 1301 reliquias S. Fortunati ep. Tudertini in ejus eccleſia nova ſub altari principe Nicolaus Armatus ep. Tudertinus collocavit 521 b
Anno 1302 B. Dominici Loricati corpus in novam monaſterii Suavicini eccleſiam tranſlatum fuit 620 a
Anno 1321 Joannes de Marigni ep. Bellovacenſis, lato decreto, ad priſtinam erga S. Angadriſmam Bellovacenſes pietatem revocavit 543 f, 544 b
Anno 1335 S. Calliſti Papæ M. reliquias Pragam attulit Carolus IV imperator 434 c
Anno 1363 S. Colmano Mausoleum condidit Rudolphus IV, archidux Auſtriæ I 356 d, 357 a
Anno 1379 in oppidum S Manechildis ejuſdem S. Virginis reliquiæ tranſlatæ fuerunt 327 a, 530 a

SECULUM XV.

Anno 1415 Siſtarienſis ep. Indulgentias conceſſit eccleſiam Caſtelmaurechienſem die 13 Octobris viſitantibus ob reliquias S. Geraldi comitis Auriliacenſis ibi ſervatas 299 f
Anno 1450 Nicolaus V S. Simpertum Officio eccleſiaſtico celebrari conceſſit monaſterio S. Udalrici 242 c, 277 a
Anno 1473 Ludovicus XI, Galliarum rex, annuam ob liberatum S. Angadriſmæ patrocinio obſidione Bellovacum ſupplicationem inſtituit 544 d
Anno 1491 & *ſeq.* S. Simperti, ep. Auguſtani, reliquiæ ſecundò inventæ & tranſlatæ ſunt 230 b, 243 d f, 269 a, 273 c
Hoc ſeculo S. Simpertus, ep. Auguſtanus miraculis claruit 229 c, 251 & ſeqq.
Sub hujus ſeculi finem aut ſeq. initium S. Opilii corpus tranſtulit Fabritius ep. Placentinus 64 f

SECULUM XVI.

Anno 1503 S. Salvino, ep. Veronenſi, Conf. præcepto ſynodali decretum fuit Officium eccleſiaſticum duplex 107 a
Anno 1504 Maximilianus cæſar, militare tropæum, partâ de Bohemis victoriâ, S. Simperto dedicavit 243 b
Anno 1515 S. Ruſtici ep. Conf. corpus, aperto ſepulcro, ſuaviſſimum odorem efflavit 533 a
Anno 1516 Leo X PP. Franciſcanis SS. Danielis & Sociorum, quos & Breviario Romano inſertos voluit, cultum conceſſit 389 c d
Anno 1516 S. Fortunati, ep. Tudertini reliquiæ in ejus eccleſiæ ſacriſtia depoſitæ ſunt 522 d e f
Anno 1520 Montisbodium delatæ ſunt ad PP. Franciſcanos S. Gaudentii ep. M. reliquiæ 463 d
Anno 1522 Anicii repertæ ſunt reliquiæ S. Geraldi comitis Auriliacenſis 299 f, 300 a
Anno 1526 v *Idus Febr.* corpus S. Monæ, ep. Mediolanenſis, in baſilicam Majorem tranſtulit S. Carolus Borromeus 12 f
Anno 1540 natus eſt S. Seraphinus ex Ordine PP. Capucinorum 139 b
Anno 1561 S. Fortunatæ & Fratrum ejus MM. corpora in ejuſdem Virginis eccleſia reperta fuêre 451 c
Anno 1565 reliquias S. Donatiani tranſpoſuit Petrus Curtius, I Brugenſis ep. 488 f
Anno 1567 partem reliquiarum S. Geraldi, comitis Auriliacenſis, combuſſerunt hæreretici 298 a
Anno 1578 S. Chelidoniæ Virginis corpus è ſolitudine Norrenſi Sublacum reductum fuit 365 b, 369 a, 376 f
Anno 1579 tertiò & ultimò facta eſt, reliquiarum S. Simperti tranſlatio 244 e
Anno 1584 facta eſt tranſlatio reliquiarum SS. Fauſti & ſociorum MM. Cordubenſium 193 d
Anno 1584 viſitatæ fuerunt S. Donatiani, ep. Conf. Reliquiæ 515 c
Anno 1587 fit ſeparatio aliqua reliquiarum S. Donatiani, ep. Conf., ejuſque feretrum circumfertur 516 a
Anno 1591 facta eſt reliquiarum S. Gaudentii ep. M. recognitio Montisbodii 464 a

Anno

Anno 1594 facta eſt ſolennis reliquiarum S. Gaudentii ep. M. tranſlatio 465 a &c.
Anno 1596 S. Fortunati, ep. Tudertini, reliquiæ inſigni mauſoleo incluſæ fuere 522 d e f
Hoc ſeculo vergente ad finem, aut ſub ſeq. initium S. Juliani corpus in altari Majori ſubterraneo eccleſiæ cathedralis collocavit Ludovicus Taberna, Laudenſis epiſcopus 63 e f

SECULUM XVII.

Anno 1604 obiit S. Seraphinus ex Ordine PP. Capucinorum 129 c, 149 d
Anno 1605 *& ſeqq.* S. Seraphinus miraculis claruit 149 f, 153 f, 154 a b c
Anno 1609 S. Donatiani ep. Conf. reliquiæ capſæ eburneæ includuntur 516 b c &c.
Anno 1610 S. Inquiſitionis Congregatione annuente, lampas ante S. Seraphini ſepulcrum fuit accenſa 148 f
Anno 1613 S. Polychroniæ reliquiæ Dionantum, diœceſis Leodienſis oppidum, advectæ fuerunt 166 e
Anno 1614 S. Calliſti Papæ M. reliquiæ Lincii in Auſtria, curante Anna, imperatoris Mathiæ conjuge, collocatæ fuerunt 434 a
Anno 1615 indulgentias plenarias in S. Mariæ trans Tyberim die feſto S. Calliſti P. M. conceſſit Paulus V 437 a
Anno 1616 S. Calliſti reliquias Remis acceptas Cyſonium ſolenniter detulit Joannes de Rumuaux loci abbas 434 f, 447 c
Anno 1622 Officium S. Simperti ad diœceſim Auguſtanam extendit Gregorius XV 242 e
Anno 1631 Capitulum Paſſavienſe S. Maximiliani reliquias Maximiliano ep. Tornacenſi dedit 450 e
Anno 1636 Maximilianus ep. Tornacenſis S. Maximiliani reliquias eccleſiæ ſuæ cathedrali dedit 45 c e
Anno 1649 S. Donatiani reliquiæ viſitantur à Gandenſi epiſcopo 517 & ſeqq.
Anno 1651 cœnobitæ S. Germani Pariſienſis partem cruris S. Venantii abbatis Conf. incolis Villæ Novæ à Comite in agro Pictavienſi dedêre 218 e
Anno 1654 iidem eccleſiæ Luiſnenſenſi è S. Venantii reliquiis aliquid dedêre 218 e
Anno 1662 S. Maximiliani reliquiæ ab incendio ſervantur illæſæ 47 c
Anno 1663 viſitatæ ſunt à Franciſco Sperellio, ep. San-ſeverinate, B. Dominici Loricati reliquiæ 620 d
Anno 1665 cœnobitæ S. Germani Pariſienſis partem pedis S. Venantii abbatis canonicis S. Venantii Turonenſibus dedêre 218 e

SECULUM XVIII.

Anno 1705 viſitatæ ſunt reliquiæ B. Dominici Loricati per Alexandrum Calvum ep. San-ſeverinatem 620 e
Anno 1713 Clemens XI indulgentias plenarias die 13 Octobris, S. Simperto ſacra, in S. Udalrici templo lucrandas conceſſit 242 e f
Anno 1721 Homburgi ſacellum S. Burchardo ep. Wirceburgenſi ſeu Herbipolenſi Conf. conſecratum fuit 573 f
Anno 1728 S. Seraphini tranſlatio facta eſt 49 d
Anno 1737 viſitatæ ſunt reliquiæ B. Dominici Loricati per Dionyſium Pierauguſtinium ep. San-ſeverinatem 620 d e
Anno 1767 S. Seraphinum in Album Sanctorum retulit Clemens XIII 159 e

NOTITIA FIGURARUM

ORNANTIUM HUNC TOMUM.

SOlitum Operis frontiſpicium.
Effigies Pii VI Pontificis Maximi.
Effigies Godefridi Hermanni abbatis Tongerloënſis.

APPROBATIO.

LEgi Tomum ſextum Octobris Operis Bollandiani, in quo nîl reperi orthodoxæ fidei adverſum, ſed cuncta in eo ſagaciter, duce moderata criſi, elaborata eſſe; quem proinde dignum judico, ut cum præviis voluminibus lucem publicam adſpiciat, continuationi futurus celeberrimo præfato Operi; quod nunc, curante Amplissimo Domino Abbate Tongerloënsi, tanto cum eruditorum applauſu reviviſcit, quanto eorum dolore ſuppreſſum fuerat. Faxit Deus, ut laboriosi ſcriptores in litterario ſuo ſecessu, ætate noſtra, qua Sancti, & quæcumque religionis ſunt, à tanta impiorum turba irridentur, pergant Cœlitum gloriam vindicare, & de Eccleſia Catholica, orbeque erudito benè mereri. Dabam Lyræ 20 *Octobris* 1793.

P. J. Heylen Dec. Lyr. S. T. L. Lib. Cenſ.

Prælecturâ factâ, idem cenſeo. Bruxellis *hac* 12 *Novembris* 1793.

P. S. De Neck Conſiliarius & Procurator Generalis Brabantiæ Lib. Cenſ. Reg.

PROTESTATIO AUCTORUM.

QUod identidem proteſtati ſunt deceſſores noſtri in hoc de Actis Sanctorum Opere, ſe ſervatas velle Urbani Papæ VIII Conſtitutiones; neque ſuis, aliorumve hîc relatis Commentariis aliud pondus tribui, quàm ſit hiſtoriæ, ab hominibus errori obnoxiis ſcriptæ : idem ante hunc ſextum tomum Octobris denuò proteſtamur.

ACTA SANCTORUM

OCTOBRIS

TOMUS SEXTUS.

DUODECIMA DIES.

SANCTI, QUI IV IDUS OCTOBRIS COLUNTUR.

SAnctus Evagrius,
S. Profiria ſeu Proſeria,
S. Burrus,
S. Donatus ſeu Donata } MM. in Syria.
S. Euſtachius ſeu Euſtathius aut etiam Euſtaſius presbyter veroſimilius M. in Ægypto.
S. Monas, epiſcopus Mediolanenſis conf., in Inſubria.
S. Domnina M. Anazarbi in Cilicia.
S. Hediſtius ſeu Ediſtius M. Ravennæ in Italia.
S. Maximilianus ep. M. Celeiæ in Norico Mediterraneo.
S. Julianus ep. conf. Laude Pompeia in Inſubria.
S. Opilius diac. conf. Placentiæ in Italia.
S. Pantalus ſeu Pantulus, Rauracorum ep. M., Coloniæ Agrippinæ.
SS. Cyprianus & Felix epp. MM. aliique quater mille nongenti ſeptuaginta quinque partim MM., partim conff. in Africa.
S. Fiecus, Sleptenſis epiſc. conf. in Hibernia.
S. Salvinus ep. conf. Veronæ in Italia.
S. Edwinus ſeu Eduinus, rex Nordhumbriæ in Anglia.
S. Speria ſeu Exuperia V., apud Sanctum-Serenum in Cadurcis pro martyre culta.
SS. Amicus & Amelius, pro martyribus culti Mortariæ in ducatu Mediolanenſi.
S. Rodobaldus ep. conf. Ticini in Longobardia.
S. Seraphinus Capucinus conf. Aſculi in Italia.

SAnctus Volusianus episcopus *hodie Fossis, quod est ditionis Leodiensis suprà Namurcum Mosam inter & Sabim oppidum, refertur in Scriptis Cartusiæ Bruxellensis ad Grevenum Additionibus. Forsan est S. Volusianus, Turonensis archiepiscopus, apud nos jam datus* XVIII Januarii.

S. Euphrasiæ virginis M. *hodie meminit Grevenus. Duæ potissimùm celebrantur nominis hujus Christianæ heroïdes, quarum altera Nicomediæ in Bithynia, altera Ancyræ in Galatia pro fide certavit. De alterutra, ní fallar, loquitur Grevenus; verùm de priori actum apud nos jam est ad diem* XIX Januarii, *de posteriori verò ad* XVIII Maii.

Dedicatio majoris seu metropolitanæ, quam de Columna dicunt, ecclesiæ Cæsaraugustanæ *hodie in Martyrologio Hispano memoratur à Tamaio, qui quamvis, ut hanc à S. Jacobo apostolo ædificatam probet, adulterina Flavii Dextri & M. Maximi Chronica in Annotatis subjectis perperam adducat, esse tamen admodùm antiquam, rectè existimáris vel ob solum, quod sacri istius ædificii aut, si mavis, grandioris suprà id jam vetustum exstructæ* S. Salvatoris basilicæ dedicationem *eâdem, quâ Tamaius à se memoratam, hodierna die signat, instrumentum publicum, à nobis in Actis S. Valerii num.* 21 *allegatum ad diem, quâ de sancto isthoc Cæsarauguslano episcopo cum Mrl. Romano hodierno egimus,* XXVIII Januarii.

S. Walburgis virginis translatio *hodie refertur in perantiquo Ms. Richenbergensis prope Eystadium monasterii Martyrologio; verùm de sancta ista virgine & abbatissa, ejusque ibidem relata, quæ in Mss. Cartusiæ Bruxellensis ad Grevenum hodiernis Additionibus* Elevatio *vocatur, translatione actum apud nos jam est* XXV Februarii.

S. Harlindem virginem *Grevenus, à quo interim* Martyris *titulo perperam afficitur, in suis ad Usuardum Additionibus, Molanus in Sanctorum Belgii Natalibus, Ferrarius in Generali Catalogo aliique plures hâc* XII *Octobris celebrant; id autem indubiè faciunt ob peculiare festum, quo, ut constat, Sancta illa tunc Mosaci gaudet. Verùm, etsi sic habeat, ac porrò Renildis seu, uti etiam vocatur, Renula, ejus soror, quacum insuper & ad* 17 *Februarii diem nonnullis Fastis sacris exstat inscripta, ibidem pariter posteriori isthac die colatur, haud tamen vel tunc seu Renulam solam seu hanc simul & ejus sororem* Harlindem *in Opere nostro dandas, vel in diem hodiernum differendam hanc postremam, decessores nostri duxerunt; sed simul de duabus istis Virginibus abbatissis, quarum altera post alteram Aldeneikense in comitatu Lossensi monasterium, à parentibus suis Mosaco haud procul exstructum, rexit, egerunt ad diem, quâ ob duplicem reliquiarum translationem præcipua ut iisque solennitas agitur,* XXII Martii.

S. Eustasii, Luxovienſis abbatis, *hodie Winnus & Maurolycus, qui eum* Eustathium *vocat, meminêre. Nos de eo jam egimus ad diem, quo pluribus aliis Fastis sacris ipsique etiam Mrl. Romano hodierno exstat inscriptus,* XXIX Martii.

In Aquitania S. Geraldi abbatis & confessoris *memoria à Greveno hodie celebratur, idemque à Walasfero in Martyrologio Germanico fit. Sermo est, uti è brevi, quod subdunt, Sancti hujus encomio liquet, de S. Geraldo abbate, Sylvæ-Majoris in Aquitania fundatore, de quo in Opere nostro jam actum ad diem* V Aprilis.

S. Walfridus *seu potiùs* Wilfridus, *primus Eboracensis in Anglia archiepiscopus, hodie in multis, quos hic recensere necesse non est, Fastis sacris ac in ipsomet Martyrologio Romano hodierno annuntiatur; verùm, etsi Sanctos iis diebus, quibus in hoc memorantur, soleamus in Opus nostrum inferre, fuissetque proinde, nostro hoc spectato more, hodie demùm in id* Wilfridus *inferendus, citiùs tamen id faciendum duxerunt decessores nostri, impulsi causis, quas expositas invenies ad diem, quâ de Sancto illo jam tractárunt,* XXIV Aprilis.

Romæ sancti Cleti Papæ *hodie in Maurolyci Martyrologio legitur; verùm nos de sancto illo Pontifice Romano & martyre cum Martyrologio Romano hodierno jam egimus die* XXVI Aprilis.

S. Gengulphus *seu, ut ab aliis scribitur,* Gangulphus *martyr hodie memoratur in Bruxellensi apud Sollerium Usuardino Auctario, seu Martyrologio, sub nomine Usuardi aucto; ast de sancto isto Martyre actum apud nos jam est ad diem, quo pluribus aliis Fastis sacris ac ipsimet Martyrologio Romano hodierno exstat insertus,* XI Maii.

S. Eustachium *seu* Eustathium episcopum & confessorem genere Pamphylium *in suo Sanctorum Kalendario hodie memorat Felicius. Nos de sancto isthoc Patriarcha Antiocheno cum Mrl. Romano hodierno jam egimus die* XVI Julii.

Apud Apamiam beati Marcelli episcopi & martyris, qui, cùm tempore Theodosii Senioris multa idolorum templa diruisset, à paganis tentus pro confessione nominis Christi martyrio coronatus est, *hodie recolitur à Greveno; hanc autem ejus annuntiationem, quam Maurolycus contraxit, è lingua Latina in Germanicam vertit, integramque in Mrl., à se contextum, intulit Walasserus; verùm, qui illâ designatur, alius non est, quàm* Marcellus, *Apameæ in Syriâ episcopus, in odium fidei à furentibus ethnicis anno* 389 *vel circitèr occisus, Operique nostro jam insertus ad diem, quâ in Martyrologio Romano hodierno memoratur,* XIV Augusti.

Senis in Tuscia S. Crescentii martyris & urbis protectoris. *Ita hodie Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum, qui in Martyrologio Romano hodierno non sunt, etsi interim in hoc, contrà ac inde æstimes, locum etiam verbis illis memoratus Martyr, utpote non alius, quàm* Crescentius *puer, S. Euthymii*

A *thymii filius, Romæ in perſecutione Diocletiani paſſus, Seniſque, quo ſacræ ejus exuviæ tranſlatæ fuerunt, coli hodie quotannis ſolitus, obtinere ſibi, utì ipſemet in Notis ſuis Ferrarius obſervat, inveniatur ad diem, quâ proinde in Opus noſtrum jam fuit illatus,* XIV Septembris.

S. Nicetæ Patricii *hodie meminit in Catalogo generali Ferrarius; in Annotatis autem, quæ ſubdit, Græcorum pro ſe citat tabulas. Verùm ego nullas, quæ* Nicetæ Patricii *mentionem hodie faciant, Græcorum novi tabulas.* S. Nicetas Patricius, *qui in pluribus Græcorum Faſtis ad* VI *Octobris diem, in Opus noſtrum idcircò tum etiam illatus, occurrit, iteratò* XIII *Octobris die (neque enim ut alium hâc, alium ſextâ Octobris die Nicetam memorari credamus, permittunt poſteriori iſthac die à nobis de* Niceta Patricio *allegata) in Menæis & Menologio Sirletiano comparet. Quare, hallucinatum hîc eſſe Ferrarium diemque Octobris duodecimam pro tertia decima, quâ in*

B *Græcorum tabulis* Nicetam *ſignari, litteris mandatum invenit, perperam legiſſe, exiſtimamus, eò etiam impulſi, quòd à Baronio, cujus eccleſiaſticos ad annum* 731 *Annales pro inſtituto ſuo laudat,* Nicetas Patricius, *etſi ibidem haud rectè ſub Leone Iſauro ſignatus, in Sanctorum album, non* XII, *ſed* XIII *Octobris die relatus aſſeratur. Jam verò, cùm hæc ſic habeant,* Nicetas Patricius, *à Ferrario hodie, ſed è jam dictis perperam, memoratus, veroſimillimè, imò indubiè alius non eſt, quàm Nicetas Patricius, in Opere noſtro jam datus die* VI Octobris.

S. Leobaria virgo, ſub Juliano apoſtata martyrium paſſa *hac die, quâ colitur,* in Lotharingia *à Caſtellano in Martyrologio Univerſali ſignatur. Sancta iſthæc Virgo & Martyr, quæ communiùs* Libaria, *Gallicè* Libiere *aut etiam, ſaltem in Campania Gallica,* Liviere, *nuncupatur, Suſannæ V., apud nos in Prætermiſſis ad* VIII *Octobris diem relatæ, ſoror à nonnullis creditur, cultuque eccleſiaſtico, utì ipſemet Caſtellanus*

C *in Indice Alphabetico Sanctorum ad vocabulum* Liviere *fatetur, gaudet etiam ad diem, quâ proinde in Opus noſtrum inter Sanctos jam fuit illata,* VIII Octobris.

S. Libertam *Camerarius de Scotorum Pietate hodie recenſet; cùm autem S. Eliphii Vitam ſeu Acta mox citet, indubiè* Libertæ *nomine, corruptè ex librariorum oſcitantia exarato, deſignatur, quæ in Actis illis, à nobis ad* XVI *Octobris diem examinandis, occurrit, S. Libaria ſeu Leobaria, inter Prætermiſſos à nobis hîc mox relata, ac jam data inter Sanctos ad diem, quâ etiam colitur,* VIII Octobris.

SS. Taracus, Probus & Andronicus *hodie in Græcorum Menologiis Sirletiano & Baſiliano, Magnis Menæis excuſis aliiſque Faſtis ſacris memorantur. Nos de præſantiſſimis illis fidei Chriſtianæ Athletis jam egimus ad diem* XI Octobris.

Civitate Meldis beati Schynni, epiſcopi & confeſſoris, *in Florario noſtro Ms. & Lubeco-colonienſi apud Sollerium Uſuardino Auctario hodie legitur; hiſce autem ſic*

conſonat Grevenus, ut tamen Schynnum D *non* Beati *tantùm, ſed* Sancti *etiam titulo condecoret. Verùm quis hic* Schynnus *Meldenſis epiſcopus? Per hunc, cùm epiſcopum & confeſſorem, qui* Schynnus *fuerit vocatus, eccleſia Meldenſis nullum noſcat, veroſimillimè, nomine* Schynni *pro* Sanctini *corruptè exarato, haud deſignatur alius, quàm ipſemet Sanctinus, Meldenſis epiſcopus, hodie etiam Meldis in Centulenſi apud Sollerium Uſuardino Auctario diſertè annuntiatus, aliquando cultus, & Operi noſtro jam inſertus ad diem, quo ibidem modò colitur,* XI Octobris.

S. Cannicus, abbas Scotus, *hodie refertur in uno alterove penes nos exſtante Ms. Kalendario Hibernico ſeu Scotico. Haud dubiè deſignatur S. Cannicus, Kill-kennienſis in Oſſoria, Hiberniæ ſeu Antiquæ Scotiæ provincia, abbas, apud nos jam datus ad diem, quâ paucis hiſce verbis,* In Scotia S. Cannici abbatis, *inſertus Mrl. Romano hodierno exſtat,* XI Octobris.

Beturi, Caſi, Pilionis *hodie poſt Callixti Papæ Saturique ejus ſocii annuntiationem legitur in Epternacenſi apud Florentinium Hieronymiano apographo; verùm, cùm Sancti tres, quorum primo* Beturi, *ſecundo* Caſi *ac tertio denique* Pilionis *nomen ſit, alibi nuſquam memorati inveniantur, vix ac ne vix quidem dubitandum apparet, quin librarius, cùm in prælucente ſibi, quod tranſcribebat, Hieronymianorum exemplari, perinde ferè ac in Lucenſi horum apud eumdem Florentinium apographo, inveniſſet exaratum* Beturicas Sti Opolionis *aut* Opionis, *è tribus hiſce poſterioribus vocibus, quòd characteribus lectu admodùm difficilibus partimque haud ſatis & partim nimis invicem ſejunctis ſcriptæ eſſent, ſuam* Beturi, Caſi & Pilionis *annuntiationem efformârit; adeò ut cenſendus non ſit tres hâc memorare diverſos, ſed unum* Opionem, *Sanctis Hieronymianis ab antiquario Gallico, ut Florentinius meritò cenſet, hodie adjectum; quem nec ipſummet poſtulare ſibi inter Sanctos in Opere noſtro locum, è jam nunc dicendis intelliges.*

F Opionis *aut, ùt etiam, etſi, ùt puto, perpeperam, ſcribitur,* Opinionis *memoria vel abſque vel cum* Presbyteri *titulo* Bituricis *ſeu* apud Bituricas *in pluribus, quæ apud Florentinium, Dacherium, Marteneum & Sollerium exſtant, Hieronymianis tam contractis, quàm majoribus apographis, ſeu potiùs in horum, ut, quod res eſt, dicatur, Auctariis, hodie ſignatur idemque in Appendice ad Adonem & in non paucis apud eumdem Sollerium Uſuardinis, in quorum nonnullis, non* Opion, *ſed* Epion *vocatur, Auctariis etiam fit; verum, etſi ſic habeat ac porrò Sauſſayus, Ferrarius & alii recentiores hagiologi hæc ſecuti* Opionem *hodie celebrent, nuſquam tamen ejus vel Ado vel alius quiſquam ex antiquis, quos* Claſſicos *vocamus, martyrologis mentionem inſtituit; id autem apparet janè perquàm mirum. Anne forſan Ado aliique hunc ſeu ſecuti ſeu prægreſſi hagiologi* Opione *antiquiores ſunt hunc que adeò commemorare haud potuêre? Minimè verò: Epter-*

A *nacenſe enim Hieronymianum apographum, quod ſibi modo ſuprà expoſito ab antiquario Gallico adjectum* Opionem *complectitur, ſub ſec.* VIII *initium, ùt Sollerius in ſua ad Uſuardum Præfatione docet, fuit conſcriptum, iſque proinde haud ſeriùs, quàm ſec.* VII, *quo Adonem alioſque jam memoratos martyrologos claſſicos, poſteriores eſſe conſtat, veroſimillimè floruerit. Crediderim itaque,* Opionem *abs hiſce haud memorari, quòd eum vel non ſatis habuerint notum, vel Hieronymianis apographis, non ob venerationem, quâ gauderet, ſed tantùm ob celebre, quod obtinuerat, ſanctitatis nomen adjectum exiſtimárint. Utut ſit, cùm equidem alterutram ob cauſam Hieronymianis Sanctis, quos veneratione, Sanctis propria, ſec.* VI *ſeu Gregorii Magni Papæ ætate fuiſſe affectos, ex hujus ad Eulogium Alexandrinum epiſtola, à Sollerio in ſua ad Uſuardum Præfatione num.*22 *memorata, conſtat, adjungi* Opion *potuerit, fueritne id ob veneration*em*, ei impenſam, an ob celebrem*

B *ſanctitatis famam, factum, eſt incertum, ac proin an jam inde à ſec.* VIII *initio, quo, quod eum ſibi adjectum habet, Epternacenſe Hieronymianum apographum exaratum è jam dictis fuit, veneratione Sanctis propria fuerit gaviſus, incertum pariter eſt. Nec nobis hactenus, an veneratione hujuſmodi vel umquam pòſt fuerit affectus, vel modò ſaltem ſeu Bituricis ſeu alibi afficiatur, magis eſt certum. Inter Sanctorum Bituricenſium Vitas, quas Labbeus tom.* 2 *Bibliothecæ Mss. exhibet, nulla omninò, quæ ad* Opionem *ſpectet, occurrit. Eum quidem, quem Gallicè* Opion *aut* Pion *nuncupant, Catharinus in Bituricenſi à ſe contexto Sanctuario refert; verùm præterquam quòd haud omnes, quos in hoc recenſet, veneratione Sanctis propria ſeu cultu eccleſiaſtico gaudeant, id certè de* Opione *non habere locum, argumento eſt, quòd is nec in Sanctorum, quæ in diœceſi Bituricenſi feſtis propriis coluntur, Ms. penes nos exſtante Catalogo, nec in Ms. itidem penes nos pariter exſtante, quod Sanctos è Bituricenſis anno* 1625 *excuſi Breviarii præſcripto co-*

C *lendos complectitur, Kalendario uſquam compareat. Accedit, nec ullam uſquam, quæ Deo ſub* Opionis *nomine dedicata ſit, ædem ſacram, nec aliud qualecumque cultûs ſacri, qui* Opioni *vel deferatur, vel delatus aliquando fuerit, reperiri indicium; quare, cùm hæc ſic habeant, nos ei, qui præterea Martyrologio Romano hodierno nuſquam exſtat inſcriptus, in Opere noſtro locum inter Sanctos tribuendum hactenus haud arbitramur, id interim loco opportuno facturi, ſiquando de cultu ejus legitimo ac ſat diuturno ſufficienter conſtiterit.*

Focei epiſcopi *hodie meminit Epternacenſe apud Florentinium Hieronymianum apographum; verùm, cùm epiſcopus,* Foceus *nuncupatus, in aliis ſeu Faſtis ſacris ſeu monumentis haud occurrat faciléque fieri queat, ut librarii, dum manuſcripta antiqua, lectu difficilia, tranſcribunt, characterum ſeu con-*

fuſione ſeu ambiguitate decepti ce *pro* ec *vel contra exarent, litteramque* i *in* o *mutent, quammaximè propendeo, ut credam, in dicto Epternacenſi apographo per epiſco-*

pum, cui Focei *nomenclatio tribuitur, deſignari Sleptenſem epiſcopum, nomine* Fiecum, *S. Patricii Hibernorum apoſtoli diſcipulum, Martyrologio Tamlactenſi, ùt Colganus in Thaumaturga ſua SS. Patricii, Brigidæ & Columbæ Triade loco non uno affirmat, hác ipsâ die, quâ etiam hic infrà inter Sanctos in Opere noſtro dabitur, inſcriptum. Nuſquam quidem vel ipſemet Patricius vel alius ex ejus ſeu ſociis ſeu diſcipulis Epternacenſi Hieronymiano apographo reperitur adjectus; aſt, ut huic adjiceretur Fiecus, particularis quæpiam ratio, quæ nos latet, potuit efficere. Utut ſit,* Foceus *epiſcopus, niſi unus idemque cum Fieco jam dicto ſit, tam parum nobis eſt notus, ut ei, qui præterea non ob veneration*em *ſibi delatam, ſed dumtaxat fortè ob celebre ſanctitatis nomen Hieronymianis Sanctis fuerit adjectus, locum hoſce inter in Opere noſtro dare haud poſſimus.*

Bediſti M. natalem Romæ *hodie Notkerus, ab Ediſtio, Ravennate martyre, Sanctorum, quos memorat, laterculum exorſus,* E *tertio hujus loco ſignat; etſi autem ſic ab Ediſtio ſeu, ùt etiam ſcribitur, Hediſtio Ravennate* Bediſtum *à ſe memoratum diſtinguat, veroſimillimè tamen, imò indubiè, cùm martyr, qui vocatus fuerit* Bediſtus, *ex aliis probæ notæ antiquis ſeu Faſtis ſacris ſeu monumentis notus haud ſit, per* Bediſtum, *primâ hujus litterâ* B *per errorem pro littera ſeu aſpiratione* H *in Ms., quod Notkero præluxit, ſeu Adonis ſeu Hieronymianorum exemplari adhibitâ, deſignatus in hoc fuerit haud alius, quàm ipſemet Ravennas martyr Hediſtius, hic infrà inter Sanctos à nobis dandus perperamque Romæ, utì ex ibidem dicendis appareat, in Epternacenſi Hieronymiano apographo aliiſque aliquot Faſtis ſacris adſcriptus.*

Lucinii & Sororis ejus MM. *Grevenus hodie in Uſuardo à ſe auctо meminit; verùm hi nec in aliis Faſtis ſacris comparent, nec nobis, ut in Opere noſtro locum inter Sanctos obtineant, ſatis ſunt noti.*

Ardanus abbas *hodie à Greveno & Florarii noſtri Ms. auctore memoratur, nobis nec ex* F *aliis Faſtis ſacris, nec aliunde notus.*

S. Euſtachium presbyterum, Burgenſium in Italia patronum, *Ferrarius hodie* Juliæ, *nomine iſthoc (rectène, an ſecùs, ex iis, quæ apud nos tom.* IV *Octobris in Commentario, S. Domnini M. Actis prævio, dicta ſunt, diſpicito) Burgum S. Domnini intelligens, in generali ſuo Catalogo annuntiat; verùm vide, quæ infrà inter Sanctos de S. Euſtachio presbytero, Hieronymianis apographis hodie inſcripto, quem abs illo haud eſſe diverſum, arbitramur, ſumus dicturi; quòd ſi autem contrà, ab Hieronymianorum Euſtachio diverſum eſſe* Euſtachium, *Burgenſium patronum, nobis fortè eruditi Itali ſolidè probárint, agi de hoc ſejunctim poterit vel in Operis hujus Appendice, vel citiùs etiam, cùm viſum id fuerit maximè opportunum.*

Rodulphum eremitam & quartum totius Ordinis Camaldulenſis Priorem generalem *Wionus hodie in Ligno Vitæ memorat, idemque etiam Ferrarius in generali Catalogo, Menardus in Martyrologio & Bucelinus in Me-*

A *Menologio Benedictino facientes*, Rodulphum *præterea* Beati *titulo exornant, eò veroſimillimè adducti auctoritate & fide Auguſtini Florentini, qui in Hiſtoria Camaldulenſi, anno* 1575 *typis Florentinis vulgata, lib.* 1, *cap.* 67 *ſic ſcribit:* Cùm... Deus venerabilis Rodulphi ſanctimoniam innocentiamque multis ſignis probare indies dignaretur, pientiſſimus epiſcopus (*Arretinus nempe, nomine* Gregorius) auctor fuit, ut Patres (*Camaldulenſes ſcilicet*) illi ſumma religione divinos tribuere cœperint honores atque ceu diœceſano pontificio jure inter Sanctos relatum habere. Rodulphus, *ùt ſcriptores Camaldulenſes Mittarellius & Coſtadonius, Auguſtinum Florentinum ubique ferè* Fortunium *vocantes, in Ordinis ſui Annalibus tom.* 3, *anno* 1758 *publici juris facto, pag.* 41 *& ſeq. docent, anno circitèr* 1088 *exceſſit è vivis, epiſcopuſque Gregorius, quem exſtitiſſe auctorem, ut divinos honores* Rodulpho *tribuere Camaldulenſes cœperint, Auguſtinus*
B *Florentinus ſeu Fortunius verbis jam datis ſcribit, Arretinam ſedem ab anno* 1104 *uſque ad annum* 1114 *occupavit. Quare, cùm Auguſtinus Florentinus ſeu Fortunius ſeculo demùm, utì è jam dictis pronum eſt colligere, ſexto decimo floruerit, ac proin ſeculis circitèr quinque à Gregorii, Arretini epiſcopi jam laudati, ætate abfuerit, meritò janè, an, quæ de divinis ſeu ſacris honoribus, hoc agente, per Camaldulenſes* Rodulpho *deferri cœptis, tradit, veritati conjonent, dubitari poteſt. Et verò, quidquid ſeu Fortunius ſeu ſcriptores quicúmque alii de cultu eccleſiaſtico, qui* Rodulpho *olim fuerit delatus, memoriæ produnt, id totum ipſimet mox laudati ſcriptores Camaldulenſes in Ordinis ſui Annalibus loco jam cit. revocant in dubium, imò tantùm non apertè negare videntur. Ibi quidem, ſtatimatque id fecerunt, ſequentia adhuc ſubjungunt verba:* Viſitur Rodulphi effigies cum inſignibus & titulo Beati in aliquibus locis; ſed præcipuè in eccleſia ſancti Donati monaſterii Fontis-boni, ubi depictus
C eſt cum aliis beatis ſolitariis Camaldulenſis eremi: *verùm tempus, quo, quam hic memorant,* Rodulphi *effigies cum* inſignibus *ſeu, utì hac voce ſignificatum indubiè volunt, cum diademate & radiis depicta ac aliquibus in locis præcipuéque in S. Donati, quam laudant, eccleſia fuerit locata, haud exprimunt; quare, etſi quidem tam è ſervorum Dei imaginibus, cum radiis ſeu diademate depictis, quàm ex earumdem ſeu cum ſeu abſque ſplendoribus pictarum, in locis ſacris collocatione cultus publicus, Sanctis ac Beatis proprius, inferatur, meritò tamen adhuc, an is ante anni* 1634 *decretum, quo Urbanus VIII tempus immemorabile, decreto ſuo anteriori ad cultus, Servis Dei jam delati, continuationem requiſitum, ad temporis ſpatium, centum annorum metam excedens, reſtrinxit, centum ampliùs annis* Rodulpho *fuerit delatus, poteſt ambigi; cùm autem dubitatio iſthæc, quam, quæ de* Rodulphi *effigie dicuntur, haudquaquam è jam dictis tollunt, nondum etiam argumentis aliis vel ſublata vel tolli poſſe videatur, in Opere noſtro inter Sanctos locum quarto iſti Ordinis Camaldulenſis Priori generali dare haud poſſumus.* D

Loth propheta *in Hagenoyenſi apud Sollerium Uſuardino Auctario hodie annuntiatur; verùm is Martyrologio Romano hodierno haud exſtat inſcriptus, Operique noſtro injerere, quæ honore iſto carent, Veteris Teſtamenti perſonas, quantacúmque etiam ſanctitate illuſtres, haud ſolemus.*

Euſtachium abbatem & Mariam van Dale ſeu van den Dale, ſecundam Ciſtercienſis in Muyſen prope Mechliniam cœnobii Prioriſſam, *cum* Beati *aut* Beatæ *titulo Chryſoſtomus Henriquez in Menologio Ciſtercienſi & Bucelinus in Menologio Benedictino hodie celebrant; aſt nullum omninò cultûs publici, qui* Euſtachio *&* Mariæ *vel modò deferatur vel delatus aliquando fuerit, indicium adducunt. Nec id etiam facit in Beatorum ac Sanctorum Ciſtercienſium Catalogo Sigiſmundus Alberti. Ibidem quidem hic* Euſtachium, *qui & Ciſtercienſi Kalendario, anno* 1617 *Divione excuſo, hodie inſcribitur,* Sanctæ *etiam, quod Henriquezius* E
& Bucelinus haud faciunt, appellatione diſtinguit; verùm in Orainis ſui perſonas, ſanctitatis famâ illuſtres, plus æquo frequenter munificus, plures ex iis, quæ cultu eccleſiaſtico haud gaudere certò noſcuntur, honorifica hujuſmodi appellatione condecorat; quod autem ad Mariam *ſpectat, hanc ipſe, non ſecùs ac Henriquezius & Bucelinus, appellat tumtaxat* Beatam, *melius interim etiam facturus, ſi abs iſthoc pariter titulo ei attribuendo cum Raiſſio in Auctario ad Molani Natales Sanctorum Belgii & cum Chalemoto in Sanctis ac Beatis Ciſtercienſibus abſtinuiſſet.*

Godefridum, *primum Arnſteinianum Ordinis Præmonſtratenſis abbatem, hodie cum* Beati *titulo in Sanctorum Ordinis ejuſdem Natalibus memorat Chryſoſtomus vander Sterre; veràm de cultu ſilet.*

Azkirus & Cyriacus, *itemque* Silas *apud Jobum Ludolphum in Æthiopum Faſtis ſacris hodie referuntur, nobis aliunde prorſus ignoti ac proin in Opus noſtrum inter Sanctos haud inferendi.* F

S. Eulagrii *hodie mentio fit in Florentino apud Sollerium Uſuardi Auctario.* Evagrium, *de quo infrà inter Sanctos ſumus acturi, deſignari puto.*

Fano Fortunæ dedicatio eccleſiæ cathedralis. *Ita hodie in Catalogo generali Ferrarius.*

Andream Roberti, *apud Montem Peſſulanum in Gallia pro fide occiſum,* Joannem Baptiſtam, *Londini in Anglia pro fide pariter occiſum,* Angelum à Valentia *Guadalajariæ in Nova Galliria,* Gabrielem *Poſnaniæ in Polonia,* Antonium à Soſa *Galdaris in Canaria,* Eliſabetham Malateſtam *Urbini,* Agnetem à Sancto Dominico *Ulyſſipone hodie in Martyrologio Franciſcano & duas poſtremas etiam in Gynæceo Arturus à Monaſterio,* Beati *aut* Beatæ *titulo ſingulis præfixo, annuntiat; verùm nullius cultum probat, titulumque iſtum ubique omittit Huëberus, qui tamen præter* Angelum à Valentia & Antonium a Soſa, *quos non ſecùs atque Arturus memorat, plures adhuc alias abs hoc præteritas utriuſque ſexûs ex Ordine S. Franciſci perſonas, ſanctitate illu-*

A *ſtres, hac pariter die, in Menologio Franciſcano recenſet.*

Moveum abbatem in Scotia *Grevenus hodie annuntiat; anne autem is cum Moveano abbate, qui cum* Sancti *titulo in generali Catalogo à Ferrario* VIII *Septembris die memoratur, unus idemque haud ſit, deceſſores noſtri, hunc in Prætermiſſis ad diem iſtum recenſentes, dubitárunt. Verùm nos, re modò maturiùs, utì factum iri ibidem promiſerunt, examinata, alterum ab altero haud diverſum arbitramur. Abbas enim, nomine* Movyus, *quem Sanctis, è S. Brigidæ familia ſeu Eochadii Fini ſtirpe ortis, Colganus ad* XX *Januarii in Appendice ad Vitam S. Fechini accenſet dieque Octobris duodecima coli docet, alius indubiè non eſt, quàm* Moveus *abbas, eâ ipſa die à Greveno è jam dictis annuntiatus; eumdem autem abbatem Movyum, quem, nomine iſthoc à ſe diſtinctum, loco cit. memorat is ſcriptor, ibidem etiam* Movianum *ac deinde in Indice hiſtorico* Moveanum *appellat. Verùm, etſi* Moveus *abbas à Moveano abbate diverſus, utì ob jam dicta credimus, haud ſit, ſibi tamen locum inter Sanctos in Opere noſtro haud exigit. Præterquam enim quòd ipſemet Colganus, qui* Moveum *abbatem cum Moveano abbate eumdem è jam dictis facit, de hujus cultu, utì apud nos ad dictum* VIII *Septembris diem in Prætermiſſis invenies, dubitâſſe videatur,* Moveus *abbas nec Vitam habet ſibi propriam, nec in aliis, quæ notæ ac fidei probatæ ſint, Sancti cujuſpiam Actis vulgò notis memoratur; tales autem, qui ſanctitate in Hibernia ſeu, utì olim vocabatur, Scotia claruiſſe perhibentur, in Opere noſtro referre inter Sanctos deceſſores noſtri, quorum veſtigiis inhærere fixum eſt, haud ſoluêre.*

Bernardi epiſcopi & confeſſoris *mentio fit in Mss. Cartuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum Additionibus; verùm quis is ſit, nemo ſanè, cùm nihil planè, unde notus evadat, addatur, facilè divinet.*

Diodorus & Andromeda *in Ms. Sirmondi*
C *Synaxario & in Mss. itidem Florentiæ penes Dominicanos exſtantibus, in quibus tamen pro* Andromeda *legitur* Andromachus, *Menæis Græcis hodie abſque ullo adjecto elogio occurrunt; verùm Magnis Menæis excuſis, Baſiliano & Sirletiano Menologiis omnibuſque aliis tum Latinorum, tum Græcorum atque etiam Ruſſorum Faſtis ſacris planè ſunt ignoti.*

Ethelburgam, *aliàs* Edelburgam & Tate *dictam, Northumbriæ in Anglia reginam, à* VII *ad* VIII *Septembris diem, ab hac ad* IV *Octobris & inde demùm huc in Prætermiſſis remiſimus, poſteriori iſto loco indicantes fore, ut & hæc hodie, ſi de cultu ejus conſtitiſſet, cum Edwino ſeu Eduino rege, marito ſuo, daretur; verùm, cùm tunc deſiderata, quibus is probetur, argumenta reperire nondum licuerit, reginam iſtam, veluti Sanctam aut Beatam, in Opus noſtrum inferre nondum etiam poſſumus, etſi interim nonnulla ejus geſta, quæ cum Eduini regis, hìc infrà inter Sanctos referendi, geſtis ſunt connexa, minimè ſimus ſilentio præteriturí.*

Priſcus presbyter, Thermantia ejus uxor, fi- D
lia Chriſtis & ancilla Victuria *martyrium hac die cum S. Hediſto ſeu Hedeſto, infrà inter Sanctos hìc dando, ſubiiſſe in quibuſdam hujus Actis penes nos exſtantibus memorantur; verùm, cùm aliunde noti haud ſint, nec, ut aliquando in rerum natura exſtitiſſe abſque ſcrupulo credantur, Acta illa, utpote vel nullo vel certè exiguo dumtaxat, utì in Hediſtio mox dicto docebimus, in pretio habenda, ſufficiant, Sanctis eos in Opere noſtro hìc accenſere non audemus, id interim facturi, ſi è fingendi licentia haud natos veréque ſanguinem pro fide effudiſſe, ſolidè nobis quis probârit.*

S. Symperti epiſcopi *hodie meminit Grevenus; etſi autem ſedem, quam is occupârit, haud indicet, non dubito tamen, quin de S. Symperto, Auguſtano epiſcopo, loquatur. Verùm de hoc cum pluribus aliis hagiologis acturi in Opere noſtro ſumus ad diem, ad quam, cultui ejus ſacram, à* I & XXIII *Aprilis remiſſus jam pridem per deceſſores noſtros fuit,* XIII Octobris. E

Gerbrandum, *Clari-Campenſis, quod in Friſia, ùt Manrique in Annalibus Ciſtercienſibus ad annum* 1218, *cap.* 6, *num.* 6 *è Cæſario Heiſterbacenſi docet, ſitum erat, cœnobii abbatem Fuſciniaci in Picardia, ubi obiit, hodie cum* Beati *titulo in Sanctis ac Beatis Ciſtercienſibus ſignat Chalemotus; verùm de eo, ſi cultus publicus probari, quod hactenus non puto, ſufficienter queat, tractari commodiùs poterit ad diem, quo in pluribus aliis Faſtis ſacris memoratur,* XIII Octobris.

SS. Ediſtium, Evagrium & Priſcianum *Galeſinius hodie Romæ annuntiat ibidemque trium horum Martyrum poſteriores duos hodie pariter ſignat Martyrologium Romanum hodiernum; verùm hi unà cum ſociis in Syria, ùt Baronius in ſuis in id Annotationibus obſervat, paſſi eſſe in aliquibus codicibus leguntur; hiſce autem aſſentiendum apparet, ùt mox dicam, cùm nonnulla de* Ediſtio, *Romæ pariter, ùt modò inſinuavi, per Galeſinium annuntiato, præmiſero. Martyrologus iſthic annuntiationi mox datæ,* F *quâ* Ediſtium, *cum* Evagrio & Priſciano *conjunctum, Romæ ſignat, mox ſubjungit hanc alteram:* Ravennæ viâ Lauretinâ ſancti item Ediſtii martyris, qui in poſtrema illa Diocletiani rabie, fidei confeſſione inſigniter nobilitatus, martyrii curſu confecto, coronatur; *ita autem duos, quorum alter Romæ, alter Ravennæ martyrio coronatus ſit, Ediſtios diſtinguit. Verùm an rectè? Alii è Faſtis ſacris antiquis Romæ, alii Ravennæ* Ediſtium *conſignant; verùm hinc, ùt conſideranti pateſcet, conſectarium, contrà ac exiſtimavit Galeſinius, non eſt, ut duos ſtatuant Ediſtios diverſos, ſed tantùm ut vel id præſtent, vel ut* Ediſtio, *quem memorant, veram non omnes palæſtram attribuant; eſſe autem hoc poſtremum admittendum ſeu, ut clarius loquar, in Faſtis ſacris antiquis, ac nominatim in Epternacenſi Hieronymiano apographo, in quo juxtà ac à Rabano non Ravennæ, ſed Romæ* Ediſtius *ſignatur, veram huic palæſtram haud attribui, palàm facient, quæ infrà inter Sanctos de* Ediſtio *ſumus dicturi. Modò*

A *dò ad* Evagrium *&* Priſcianum, *hodie, ùt jam dictum, tam in Martyrologio Romano hodierno, quàm à Galeſinio annuntiatos, progredior. Nullus omninò Sanctus, ſeu* Evagrii *aut* Evacri, *ſeu* Priſciani *appellatione diſtinctus, qui hodie Romæ martyrio fuerit affectus vel cultu eccleſiaſtico aliquando gaviſus, in Monumentis, Hieronymianorum antiquitatem æquantibus, invenitur; quare* Evagrium *Romæ perperam ſignari eumdemque eſſe reor cum* Evagrio *ſeu* Evacro, *Hieronymianis aliquot apographis ſeu codicibus hodie inſcripto, de quo juxtà ac de S. Proſeria & eorum Sociis, non Romæ, ſed, quemadmodum, teſte è dictis Baronio, in aliquot codicibus, Hieronymianis nempe, legitur, in Syria paſſis, hìc infrà inter Sanctos ſumus acturi; quod autem ad* S. Priſcianum *ſpectat, puto & hunc Romæ perperam ſignari, ac porrò eſſe eumdem cum Priſciano, qui unà cum Eucariſto & Fortunato ſeu potiùs Fortunata hodie & in Appendice ad Adonem & in Lucenſi apud Florentinium Hie-*

B *ronymiano apographo annuntiatur ac Campaniæ adſcribitur; uti autem de duobus hiſce Sanctis, ita etiam de* S. Priſciano, *tractaturi in Opere noſtro ob rationem mox allegandam ſumus ad diem* XIV Octobris.

SS. Eucariſtum *ſeu* Evariſtum, Fortunatum *ſeu potiùs* Fortunatam *&* Priſcianum MM. *Lucenſe apud Florentinium Hieronymianum apographum hodie in Campania annuntiat; verùm hi Sancti, qui vel omnes vel partim in Corbeienſi & Epternacenſi Hieronymianis apud eumdem Florentinium apographis hodie etiam comparent, in Martyrologio Romano hodierno cum fratre ſuo Carponio ſignantur ad diem, quo proinde unà cum hoc in Opere noſtro dandi ſunt,* XIV Octobris.

S. Callixtum *ſeu* Caleſtum *Papam, quem Epternacenſe, ſed corruptè, ùt opinor,* Cæleſtum *appellat, Romæ hodie ſignant Lucenſe & Corbeienſe apud Florentinium majora Hieronymiana apographa eique tam hæc, quàm Epternacenſe, ſocium adjungunt* Saturum. *Verùm quis hic? Id aliaque ad* Callixtum *Papam ſpectantia examinabuntur ad diem,*

C *quo ſanctus hic Pontifex Martyrologio Romano hodierno exſtat inſcriptus, inferenduſque proinde in Opus noſtrum erit,* XIV Octobris.

Coſmas Poëta *in Græcorum, quod in linguam Latinam Genebrardus vertit, Kalendario, in Menologio Slavo-Ruſſico penes nos Ms., itemque in alio, quod Græcorum Horologion ſeu diurnale, anno* 1607 *excuſum, ſibi intextum habet, Menologio hodie recolitur. Haud videtur alius, quàm Coſmas Melodus ſeu Hymnographus, Majumenus epiſcopus, de quo in Opere noſtro, niſi quid obſtare deprehendatur, magis opportunè cum Magnis Græcorum Menæis excuſis & Menologio Sirletiano tractari poterit die* XIV Octobris.

Remis, ſancti Donatiani epiſcopi, cujus corpus Brugis in ſui nominis eccleſia cathedrali quieſcit. *Ita hodie Martyrologium Pariſienſe anno* 1727 *excuſum. Nos de ſancto iſto Remenſi epiſcopo, à deceſſoribus noſtris die* XXX *Auguſti, quâ à Molano aliiſque ejus tranſlatio recolitur, inter Prætermiſſos jam relato, acturi ſumus ad diem, ad quam & abs illis ibidem fuit rejectus & Martyrologio Romano hodierno exſtat inſcriptus,* XIV Octobris. D

S. Margaretæ virginis Colonienſis commemoratio in Pertica cœnobio, *ubi corpus ejus ſervatur, apud Chalemotum hodie occurrit. Martyr è Societate Urſulana, nì fallor, deſignatur; quare de ea agi poterit ad diem, quâ S. Urſula cum ſuis colitur,* XXI Octobris.

S. Anaſtaſiam V. M. *Baſilianum & Sirletianum Menologia, Ms. penes nos exſtans Sirmondi Synaxarium Græcum, Magnaque Græcorum Menæa excuſa, quibus & hìc preſsè pro more ſuo Maximus Marguinius, Cytherorum epiſcopus, inhæret, hodie celebrant; ex elogiis autem, quibus id faciunt, ſit perſpicuum, ſanctam illam Virginem & Martyrem, quam inde in Martyrologium à ſe contextum Galeſinius & ex hoc in generalem ſuum Sanctorum Catalogum Ferrarius hac pariter die intulit, diverſam non eſſe à S. Anaſtaſia virgine & martyre Romana,* Senioris *titulo diſtingui ſolita, de qua cum Martyrologio Romano* E *hodierno acturi ſumus ad diem* XXVIII Octobris.

Anianum epiſcopum *primò ac dein* Noamatum epiſcopum *hodie Grevenus & Florarii noſtri Ms. auctor annuntiant, nihil omninò addentes, unde ſat certò, quinam Epiſcopi iſti ſint, intelligas; verùm* XVII *Novembris die* Aurelianis Anianum epiſcopum *primò ac pòſt* Viennæ (*Allobrogum nempe*) Mamatum epiſcopum, *qui, quemadmodùm Ferrarius in generali Catalogo ibidem rectè obſervat,* Namatus *etiam aut* Namatius (*addi poteſt &* Noamatus) *vocatur, commemorant. Quid ſi ergò plures Faſtos ſacros, quorum alii quidem, omiſſo, alii verò expreſſo, quo Anianus & Mamatus ſeu obiiſſent ſeu colantur, loco, binos hoſce antiſtites annuntiabant, ſibi prælucentes habuerint, hincque & ſimul ex eo, quòd in eorumdem Faſtorum aliis* Mamatum, *in aliis verò* Namatum *ſeu* Noamatum, *unius ut minimùm literulæ intercedente inter utrumque nomen diſcrimine, annuntiari cernerent, quatuor diverſos memorari antiſtites* F *perperam rati, horum quidem duos, unà cum loco, quo obiiſſent ſeu colantur, annuntiatos,* XVII *Novembris, duos verò reliquos, abſque loco iſto memoratos,* XII *Octobris die, pro arbitrio aſſumpta, retulerint? Id ſanè, cùm non rarò fiat, ut plures nominis ejuſdem Sancti unâ eâdemque die colantur, faciléque factum eſſe queat, ut Grevenus & Florarii noſtri auctor Mamatum epiſcopum à* Noamato *epiſcopo, quem hodie celebrant, ob unius alteriuſve literulæ, quod inter duo iſta nomina intercedit, diſcrimen exiſtimárint diverſum, haudquaquam mihi apparet vero abſimile. Aſt, etſi ſic habeat ac proin* Anianus *&* Noamatus *epiſcopi, quorum hodie Grevenus & Florarii noſtri Ms. auctor mentionem inſtituunt, veroſimiliter ſint SS. Anianus Aurelianenſis & Mamatus ſeu Naamatus Viennenſis in Galliis epiſcopi, de hiſce tamen inter Sanctos in Opere noſtro acturi ſumus, non hìc, ſed ad diem, quo ambo coluntur,* XVII Novembris.

In Butera, in eccleſia S. Joannis Baptiſtæ, Tranſlatio reliquiarum S. Anaſtaſiæ. *Ita hodie*

A *hodie in Martyrologio Siculo Octavius Cajetanus, non addens, Anaſtaſiæne virginis martyris hîc ſuprà memoratæ, an Anaſtaſiæ martyris, quæ ad* XXV *Decembris Martyrologio Romano hodierno exſtat inſcripta, reliquiæ ſint. Quod ſi haſce, non tertiæ cujuſpiam Anaſtaſiæ, ſed alterutrius è jam dictis eſſe, ab eruditis Siculis tempeſtivè fuerimus edocti, de earumdem tranſlatione, quam è Martyrologio Siculo & eccleſiæ Buterenſis Monumentis Ferrarius etiam in Catalogo generali hodie celebrat agi apud nos poterit ad diem, vel quâ prior è duabus illis Martyribus in Opus noſtrum inferetur,* XXVIII Octobris, *vel quâ de poſteriori tractabitur,* XXV Decembris. D

DE SS. EVAGRIO, PROSIRIA SEU PROSERIA, BURRO ET DONATO SEU DONATA MM.

IN SYRIA.

AUCTORE C. B.

Ex Hieronymianis apographis & aliis Faſtis ſacris.

B E

SEC. INCERTO *Sanctos, in Hieronymianis tabulis hodie confuſos, Caſtellanus, in tres claſſes dividens,*

IN Lucenſi apud Florentinium Hieronymiano apographo ſequentes hodie leguntur annuntiationes: In provincia Siriæ ſanctorum Evacri & Proſini. In Ægypto Euſtaſi presbyteri. In Campania civitate natalis ſanctorum Eucariſti. Fortunati. Priſciani. *Ab Hieronymiano iſto apographo Hieronymianum apographum aliud, Corbeienſe nempe, quod apud eumdem Florentinium, itemque apud Dacherium, exſtat, in eo ferè dumtaxat differt, quod paulò aliter, quàm illud, Sanctorum aliquot nomina efferens, in Campania præterea, vocabulo* civitate *omiſſo, ſolos abſque Priſciano Euchariſtum & Fortunatum ſeu Fortunatam commemoret; verùm à duobus jam dictis Hieronymianis apographis quàm maximè diſcrepat vetuſtiſſimum, quod apud laudatum Florentinium pariter exſtat, Antverpienſe ſeu Epternacenſe Hieronymianum apographum: id enim ſic habet:* In Syria Euſtati presbyteri & Eucariſti, Burri, Donatæ. Et in Campania Patra civitate Fortunatæ, Euagri, & Proſeriæ, Fortunati, Priſciani. *Qui binas haſce annuntiationes cum annuntiationibus, quas alia duo mox laudata Hieronymiana apographa, Corbeienſe videlicet & Lucenſe, juppeditant, contulerit, is certè, tabulas Hieronymianas hodie quàm maximè eſſe turbatas, perſpiciet. Caſtellanus, quò Sanctos in hiſce confuſos diſtinguat, hoſce hodie in Martyrologio ſuo Univerſali, appoſita in margine nota, in tres claſſes diverſas partitur. Ac harum quidem priori, quam in Syria,* SS. Evagrium & Proſeriam MM., *ſecundæ, quam in Ægypto, S. Euſtatium ſeu Euſtachium presbyterum, ac tertiæ denique, quam in Campania collocat, SS. Euchariſtum ſeu Evariſtum & Fortunatum ſeu Fortunatam MM. adſcribit; verùm an ſic, quod voluit is martyrologus, aſſecutus ſat feliciter eſt?*

2 *Etſi SS. Carponius & Priſcianus SS. Evariſto & Fortunatæ, utì ad* XIV, *quo de hiſce agendum, menſis hujus diem dicenda monſtrabunt, ſint addendi, rectè tamen, utì ex ibidem etiam allegandis pateſcet, binos hoſce poſtremos Sanctos in Campania, utpote eò è martyrii ſui palæſtra tranſlatos, conſignat Caſtellanus. In Palæſtina quidem, quæ pro Syriæ parte à geographis habetur, Evariſtus & Fortunata cum Priſciano ſunt paſſi; verùm hinc illos ad eamdem, ad quam, qui in Syria paſſi,* Evagrius & Proſeria *ſpectant, Martyrum claſſem certò ſpectare, argui non poteſt; unáne enim cum hiſce, an non, ſanguinem pro Chriſto in Syria effuderint, eſt admodum dubium. Eucariſtum quidem ſeu Evariſtum Martyribus in Syria paſſis, Epternacenſe ſuprà laudatum Hieronymianum apographum accenſet; verùm id in Campania quoque conſignat* Evagrium & Proſeriam, *quos tamen ibidem vel paſſos, vel, facta eorum ad regionem illam reliquiarum tranſlatione, quieſcere nemo dixerit. Adhæc cùm à veritate etiam, dum Hediſtum, Ravennæ è dicendis paſſum, Romæ attribuit, aberret, fidem quoque, dum Evariſtum, veluti unà cum Martyribus, quos in Syria locat, pro fide occiſum commemorat, haud meretur.* *in harum poſteriori Evariſtum ſeu Euchariſtum & Fortunatum ſeu Fortunatam.*

C F

3 *Jam verò, cùm ſic habeat, eſt ſanè, cur Evariſtum & Fortunatam ad aliam, quàm ad quam* Evagrius & Proſeria *ſpectant, Martyrum claſſem ſpectare, cum Caſtellano exiſtimemus. Quod modò ad Euſtachium ſeu Euſtatium pertinet, hunc quoque non ad hanc ſpectare ſeu non in Syria, ſed in Ægypto ſignandum eſſe, ex iis, quæ infrà de eo, veluti de particularis claſſis Sancto, alleganda hac die ſunt, ſtudioſus lector intelliget. Nunc ſpeciatim magis ad Sanctos, ſuprà in titulo propoſitos, ſermonem converto.* Evagrium *quidem &* Proſeriam *Caſtellanus loco ſuprà cit. in Syria rectè collocat; hoſce enim ibidem Hieronymiana apographa ſuprà laudata, ſi unum Epternacenſe, in quo perperam è dictis Campaniæ attribuuntur, exceperis, conſignant, nec, ut Martyrologio Romano hodierno,* Evagrium *& Priſcianum eorumque, ùt ait, ſocios, Romæ ſignanti, fidem adhibeam, laudatis à Galeſinio, utpote quæ ætatis ac fidei planè incertæ ſint, Mss. moveri queo. At verò, etſi quidem* *in ſecunda Euſtachium ſeu Euſtathium, in prima Evagrium & Proſeriam rectè collocat;*

A *quidem rectè è jam dictis* SS. Evagrium & Proseriam *Syriæ Castellanus adscribat, nescio tamen, an nullos iis in martyrio socios fuisse adjunctos, rectè affirmet.*

verùm hisce in martyrio socios haud rectè, ùt apparet, denegat.

4 *Epternacense enim apud Florentinium Hieronymianum apographum, quod, dum vulgata Martyrologia unum alterumve Martyrem commemorant, horum etiam socios, nominatim in illis haud expressos, sæpenumero, ùt Bollandus in generali sua Præfatione, tom.* 1 *Januarii præfixa, pag.* XLVI, *col.* 2 *observavit, recenset,* Burrum *hodie &* Donatam *in Syria signat, idemque etiam, qui tamen pro* Donata Donatum *scribit, in Martyrologio suo Rabanus facit. Nec quidquam usquam invenio, quod impedire certò debeat, ne* Burrus & Donatus *seu* Donata *martyrium in Syria unà cum* SS. Evagrio & Proseria *subiisse, credantur. Eustathium quidem seu Eustachium Syriæ Rabanus juxtà ac proximè laudatum Hieronymianum apographum perperam ex infrà dicendis adscribunt; verùm ratio, ob quam Eustachius in Syria subiisse martyrium haud videtur, ibidem quoque* Burrum & Donatum *seu* Donatam *passos non esse, haud probat. Res ex iis, quæ infrà hac die de Eustachio seu Eustathio dicentur, elucescet. Ceterùm cùm non tantùm in Corbeiensi Hieronymiano apographo, sed & in Appendice ad Adonem* Prosyria *seu* Prosiria *exaretur, nomine isthoc Sanctam, non verò Sanctum, qui* Prosini (*addi potest* seu Prosyri aut Syri) *nomen habuerit, indicari, Florentinius in suis in codices Hieronymianos Notis opinatur; cúmque ei hac in re refragandum haud videatur, nihilque præterea, quo vel amplior de* SS. Evagrio, Prosiria, Burro & Donata *seu* Donato *notitia subministrari, vel tempus, quo passi sunt, utcúmque determinari possit, occurrat, longiorem de iis facere sermonem, minimè est necesse.*

AUCTORE C. B.

DE S. EUSTACHIO SEU EUSTA-
B THIO AUT ETIAM EUSTASIO PRESB. E
VEROSIMILIUS MARTYRE
IN ÆGYPTO.

Ex Hieronymianis & aliis Fastis sacris.

SEC. INCERTO *Eustachius, qui, ùt apparet, non Syriæ,*

Sanctus hîc propositus in Lucensi apud Florentinium Hieronymiano apographo, cui Corbeiense apud eumdem Florentinium ad amussim ferè consonat, Ægypto hodie adscribitur his verbis: In Ægypto Eustasi presbyteri; *etsi autem in Epternacensi apud laudatum Florentinium Hieronymiano apographo Syriæ attribuatur, potiùs tamen duobus jam dictis, quæ Sanctum in Ægypto signant, Hieronymianis apographis, quàm uni Epternacensi,*
C *quod eum in Syria collocat, standum apparet. Ea sedet sententia primò quidem, quòd, cùm Romæ Hedistium Campaniæque Evagrium & Proseriam perperam è suprà dictis adscribat, loco pariter non suo id signare* Eustachium, *suspicari haud immeritò possimus; deinde verò, quòd, cùm plures hodie Sanctos idem Epternacense in Syria memoret, facilè factum esse queat, ut hisce librarius, qui illud conscripsit,* Eustachium *seu* Eustasium, *etsi non ad Syriam, sed ad Ægyptum spectantem, annumerárit. Quid velim, dilucidiùs expono. Apud Marteneum tom.* 3 *Thesauri Anecdotorum col.* 1547 *& seqq. exstat Martyrologium, sub Hieronymi nomine compactum ac à mille circitèr annis, ùt editor notat, conscriptum, in quo diebus singulis Sancti plures, loco, quo vel passi sint vel floruerint, non expresso, annuntiantur.*

sed Ægypto adscribendus, 2 *Quid si igitur Hieronymianum Martyrologio isti simile apographum, in quo Burrus & Donatus seu Donata unà cum* Eustachio *seu* Eustasio, *palæstrâ, quâ pro fide certássent, non expressâ, essent notati, librario, qui ex antiquiori Hieronymiano apographo Epternacense transcripsit, præluxerit, hincque ille non modò Burrum & Donatum seu Donatam, quos in Hieronymiano apographo alio, sibi pariter prælucente, Syriæ adscribi videbat, sed &* Eustathium *seu* Eustasium *ad provinciam isthanc spectare autumans, re etiam ipsa eum ibidem unà cum Burro & Donato seu Donata signárit? Ita enimverò facilè factum esse posse, ut à librario, qui Epternacense Hieronymianum apographum scripsit,* Eustathius *seu* Eustasius *in Syria per errorem fuerit locatus, unusquisque, qui jam dicta attentè expenderit, haud difficulter perspiciet. Jam verò, cùm sic habeat, nec facilè, ut librarii, qui duo alia suprà memorata Hieronymiana apographa scripsêre,* Eustasium *in hisce Ægypto, si eum alibi in apographis aliis sibi prælucentibus signatum invenissent, adscriberent, futurum fuisse videatur, hinc simul & ob alia jam dicta re ipsa hunc Ægypto adscribendum, ac proin duobus suprà laudatis, in quibus, ùt dictum, ibidem signatur, Hieronymianis apographis standum, opinor.*

F

pro martyre, 3 *Usuardus quidem* Eustachium *presbyterum in Syria hodie annuntiat; verùm id illum ex aliquo Hieronymiano apographo, quod Epternacensi fuerit simile, feciſſe, indubitatum, ùt Sollerius in suis in Usuardum Observationibus hodie ait, apparet; cùm autem sic habeat, hîc sanè Usuardi auctoritate, ut* Eustachium *seu* Eustasium *Syriæ attribuamus, moveri haud debemus, idemque de Martyrologio Romano hodierno aliisque Fastis sacris, Usu-*

AUCTORE C. B.

ardum hîc ſecutis, eſt dicendum. Modò de tempore, quo Euſtachius *ſeu obierit ſeu floruerit, martyriſque titulo, quem ei competere, veroſimiliùs arbitramur, nonnulla dicamus. Sanctos omnes, apographis Hieronymianis inſcriptos, pro martyribus, niſi ſolidè queat probari contrarium, eſſe habendos, eruditi hagiologi paſſim cenſent. Quare hiſce aſſentiens,* Euſtachium, *Hieronymianis apographis hodie inſcriptum, pro martyre, cùm nihil omninò ſuadeat contrarium, eſſe habendum, opinor. At verò, inquies, Petrus de Natalibus, Equilinus epiſcopus, lib.* XI, *num.* 283 *de Sancto noſtro ſequentem loquitur in modum;* Euſtachius presbyter ipſo die (12 *Octobris*) in Syria (*imò verò è jam dictis in Ægypto*) in Chriſto obdormivit; *ita autem,* Euſtachium *in pace quieviſſe, ſeu confeſſorem, non martyrem, obiiſſe, haud obſcurè prodit. Fateor, ſic habet eique etiam ſuffragatur Florarii noſtri Ms. auctor. Etſi enim hic in hodierno, quod ſuppeditat quodque in Sanctum quemvis, paupertatem Euangelicam, tranſitoriis mundi hujus rebus relictis, amplexum, quadrat,* Euſtachii *elogio, in pace hunc quieviſſe ſeu confeſſorem obiiſſe, apertè haud dicat, eumdem tamen diſertè* confeſſorem *appellat.*

B

4 *Verùm, quis duobus illis hagiologis,* Euſtachium, *martyrio vitam haud finiiſſe, ſed confeſſorem obiiſſe, abſque ullo vade antiquiori indicantibus, fidem indubitatam adhibeat? Nemo ſanè, qui alterum quidem ſec.* XIV, *alterum verò ſec. demùm* XV *floruiſſe ac proin ambos ab ætate* Euſtachii, *qui ex infrà dicendis ante ſec.* V *exſtitit in vivis, multis ſeculis abfuiſſe, conſiderârit. Eruditiſſimi quidem, qui Martyrologium Romanum hodiernum reformârunt, viri* Euſtachium *pariter in hoc* confeſſoris *titulo afficiunt; verùm cùm hic nec in Hieronymianis apographis nec in aliis ſeu ſacris ſeu profanis monumentis antiquis Sancto attribuatur, id veroſimillimè ſola Equilini auctoritate impulſi fecerint. Quare cùm non majorem utique, quàm hic, fidem ea in re ſibi adjungant, movere nos non debent, ut* Euſtachium *confeſſorem obiiſſe ac proin* martyris *titulo, veluti è vivis in pace ſublatum, haud diſtinguendum credamus. Quod modò ad tempus, quo circitèr vel obierit, vel floruerit, ſpectat, cùm martyrio vitam, ùt modò docui, terminârit, fuiſſe illum è martyribus, quorum* nomina (*Sollerium noſtrum in ſua in Uſuardum Præfatione num.* 22 *videſis*) in uno codice collecta *Gregorius Magnus Papa habuit, vero apparet admodùm ſimile; quare, cùm ſub ſeculi ſexti initium Gregorius exceſſerit è vivis, hinc ſimul & ex eo, quòd Pontificis hujus ætate codex ille, utpote tunc admodùm vetuſtus, annorum facilè centum exiſtere potuerit,* Euſtachium, *ei inſcriptum, veroſimiliter ante ſec.* V *floruiſſe, imò & obiiſſe, induco in animum, etſi interim, quonam è ſeculis, id prægreſſis, ejus obitus acciderit, ſit incertum.*

ante ſec. V, *ùt apparet, paſſo.*

C

5 *Porrò, etſi is ſanctus noſter Presbyter pro Martyre, utì è ſuprà adductis apparet, ſit habendus, non eſt tamen, cur idcircò exiſtimetur diverſus ab Euſtachio presbytero, quem Ferrarius, ſecùs ſentiens, in generali ſuo Sanctorum, Martyrologio Romano hodierno non inſcriptorum, Catalogo hodie, ùt ſuprà in Prætermiſſis jam docui, annuntiat, ac porrò Burgi S. Domnini ob hoſtes, à civitatis hujus, Parmâ haud procul diſſitæ, incolis ad ejus invocationem profligatos, magna in veneratione eſſe, imò & pro patrono haberi, ex eccleſiæ Burgenſis tabulis, ſecum à primo hujus epiſcopo Papyrio Picedo, anno* 1603, *ùt Ughellus Italiæ Sacræ, à Coleto auctæ, tom.* 2, *col.* 68 *docet, inſtituto, communicatis, tam in generali ſuo mox dicto, quàm in particulari Sanctorum Italiæ Catalogo affirmat. Ferrarius quidem in hoc Euſtachium presbyterum, quem celebrat,* confeſſoris *titulo diſtinguit; verùm & titulo iſthoc Martyrologium Romanum hodiernum pariter diſtinguit, quem celebrat,* Euſtachium *presbyterum, neque tamen hunc quis idcircò ab* Euſtachio *presbytero, Hieronymianis apographis hodie inſcripto, dixerit diverſum. Uti ergò in Romano hodierno, ita etiam à Ferrario perperam hodie* confeſſoris *titulo* Euſtachius *presbyter afficitur. Nec refert,* Euſtachium *Hieronymianis inſcriptum, in Ægypto ſeu Syria,* Euſtachium *verò, à Ferrario memoratum, Burgi S. Domnini annuntiari. Quid ni enim unus idemque* Euſtachius *Ægypto quidem ſeu Syriæ ob martyrium, quod ibidem ſubiit, Burgi verò ob cultum, quo ibidem gaudet, queat attribui? Erit quidem fortaſſis, qui, Burgenſes* Euſtachium, *ſeu Syrum, ſeu Ægyptium presbyterum, non aliunde ſibi quàm vel ex Hieronymianis vel ex aliis Faſtis ſacris utcúmque notum, invocaturos fuiſſe, haud facilè in animum inducat.*

unuſque & idem cum Euſtachio, Burgenſium patrono,

D

6 *Verùm, cùm Kalendaria tum antiqua, tum recentia quotidie ferè è Sanctis multis, quos vel Martyrologium Romanum hodiernum vel alii Faſti ſacri recenſent, unum quempiam, minùs etiam ſubinde notum, commemorent, factum eſſe facilè poteſt, ut Burgenſes, Kalendario hujuſmodi, in quo non ſecùs atque in Capuani apud Michaëlem monachum Sanctuarii Kalendario, Euſtachius presbyter, ſeu Syrus ſeu Ægyptius,* XII *Octobris die eſſet ſignatus, olim utentes, hunc idcircò contra hoſtes, in quos fortè die illa movendum erat, invocârint, relatâque de hiſce victoriâ, in patronum adſciverint ac deinceps ùt talem ſimulque ùt confeſſorem coluerint. Utut ſit,* Euſtachius *equidem, Burgenſium patronus, ab* Euſtachio, *Hieronymianis apographis hodie inſcripto, diverſus non eſt. Ea ſedet ſententia, primò quidem, quòd, quâ in iis hic memoratur, eadem etiam* XII *Octobris die ille à Burgenſibus, utì ex utroque Ferrarii ad hanc Catalogo fas eſt colligere, cultu eccleſiaſtico honoretur; deinde verò, quòd Euſtachius presbyter, qui vel Burgi vel alibi in Italia floruerit aut obierit, ab* Euſtachio, *Hieronymianis apographis hodie inſcripto, diverſus, nec ex hiſce, nec ex aliis ſeu ſacris ſeu profanis monumentis antiquis ſit notus. Adhæc præterquam quòd, ut* Euſtachii, *Hieronymianis inſcripti, ita etiam Euſtachii, Burgenſium patroni, Acta deſiderentur, tempus etiam, quo tam hic, quàm ille floruerit ac ad Dominum migrârit, ignoratur. Nec quidquam ad rem facit, floruiſſe equidem ac porrò, ùt ſuprà vidimus, è vivis ante ſec.* V *abiiſſe* Euſtachium, *Hieronymianis hodie inſcriptum; etſi enim res ſic habeat, nihil tamen impedit, quò minùs etiam tunc Euſtachius, Burgenſium patronus, & floruiſſe & martyrio occubuiſſe credatur.*

videtur ob rationes hîc adductas habendus.

E

F

DE

A

AUCTORE G.H.

DE S.MONA EP. MEDIOLANENSI

IN INSUBRIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

ANNO CCXLIX *Acta antiqua primorum Episcoporum Mediolanensium.*

Datam à Majoribus nostris tom. 3 *Martii in Prætermissis ad diem* XXV *ejusdem mensis fidem, quâ Acta* S.Monæ *hodie danda polliciti sunt, liberaturi, lectori hæc sistimus unà cum Henschenii in illa Commentario, quem ille ita exorsus ac prosecutus est: Diem* XXV *Martii, sacratissimi Jesu Christi Incarnati & pro salute nostra in cruce mortui mysteriis celebrem, suo etiam ex hac vita decessu, aut subito pro Christi nomine martyrio, varii Sancti illustrârunt: ex quibus primo loco accedit* S. Monas, *urbis Mediolanensis episcopus, qui* VIII Kalend. Aprilis, *vita hac mortali relicta, æternam & immortalem est assecutus. Acta ejus & aliorum primorum Antistitum descripsimus ipsi Mediolani ex codice Ms. Bibliothecæ Ambrosianæ signato litterâ P & numero* 246, *cui inscripta erant ista verba:* Codex venerandus ob antiquitatem 800 annorum. *Sed quis & quo tempore illa verba inscripserit, non liquet. Hujus codicis pars altera vetustiori characterе, & pergameni formâ majori quàm prior, post narratum S.Barnabæ in urbem Mediolanensem adventum, ita exorditur sanctorum hujus urbis Episcoporum Vitas:* Nunc verò ab ipso Anatelon tempore usque ad hæc, quæ in præsenti decurrunt, secula, gressu licèt pendulo, styli hujus excursum dirigam, quem nisi tu, Præsul excellentissime, dexteram extendens benedicas & acuas, callis asperitate retunsus incedet per devia. *Et mox ab* Anatelone, à S. Barnaba ibi ordinato episcopo, *inchoatur historia & filo nusquam interrupto deducuntur Acta subsecutorum episcoporum,* SS. Caii, Castritiani, Calimeri, Monæ, & Materni. *Hujus ultimi Acta, sed hinc inde contracta, leguntur etiam apud Mombritium cum hac utrobique clausula:* In cælo reposuit sudores suos. Nam etsi hîc opera ejus videntur, isthic operum merita transierunt. *Cùm dein diem & tempus mortis auctor signâsset, more solito concludit ita scriptionem:* Regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen. *Galesinius in Notis ad* XII *Octobris appellat* Volumen pervetustum Basilicæ Ambrosianæ. *Auctor sanè vetustus est & qui cum Vita S.Materni videtur absolvisse primum designati à se operis librum, primam Ecclesiæ sub ethnicis imperatoribus ætatem complexum; qui utinam cœptum opus ad sua usque secula perduxisset, aut saltem nomen expressisset ejus, quem* excellentissimum Præsulem *appellat; qua tituli granditate dubitavimus aliquando, num ætas auctoris indicetur ad usque septimum Christi seculum vel etiam octavum referibilis. Quia tamen ejusmodi titulus nullius seculi usu communi receptus fuit, sed libera auctoris usurpatione adhibetur hoc loco, sicuti ab aliis scriptoribus quandoque alii adhibentur tituli extra consuetam formam vagantes, nihil obesse puto, quò minùs etiam seculo sexto vixerit & scripserit auctor, quem dicerem fuisse S. Datium, postea Mediolanensem episcopum XXVI, si satis constaret, quod passim dicunt recentiores, eum scripsisse decessorum suorum Vitas. Fuit autem Datius ordinatus episcopus anno* DXXX, *& obiit* DLII, XIV *Januarii, quo colitur & Acta dedimus. Quisquis fuit, qui opus inchoavit, eo vixit tempore, quo* Mediolanæ urbis Præsulibus perrari adscripti *erant, quibus non* usque ad grandævitatem terminus vitæ præsentis decucurrit, *quod nescio, an ultra seculum* VI *commodè possit extendi.*

B

C

E

F

Cultus in antiquis Fastis 25 Martii: an etiam 26 Martii?

2 *Antiquam* S. Monæ *ad* XXV *Martii venerationem post dicta Acta confirmat pervetustum Martyrologium ecclesiæ cathedralis S.Mariæ in urbe Atrebatensi, quod ab annis octingentis aut forsan nongentis scriptum est, & ex genuino Martyrologio Bedæ desumptum & auctum, utì alibi ostendemus. In hoc ergò codice ista verba habentur:* Et depositio confessoris Christi & episcopi Monæ. *Quam venerationem ad Atrebatenses delatam fuisse ex aliis ecclesiæ Gallicanæ & potissimùm Mediolanensis ritualibus Fastis, nemo non videt. Quia tamen solennitas Dominicæ Incarnationis & Annuntiationis Angelicæ ad Deiparam Virginem diem hunc sibi vendicat, videtur commemoratio* S. Monæ *in diem sequentem delata, & vel hinc dubitatum, quo die vitâ sit functus* S. Monas. *Certè* VII *Kalend. Aprilis morti assignant Acta seu Tabula Archiepiscoporum Mediolanensium anno* 1584 *& posteà excusa, Breviarium Mediolanensis ecclesiæ, jussu S. Caroli Borromæi editum, & cum iis Joannes de Deis in Successoribus S. Barnabæ, Franciscus Besozzius in Historia Pontificali ecclesiæ Mediolanensis, Placidus Puccinellus in Zodiaco ejusdem ecclesiæ, Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ & alii. Ast Carolus à Basilicâ S. Petri & Josephus Ripamontius in Historia Eccl. Mediol. relinquunt indecisum, num diem* VIII *aut* VII *Kalendas Aprilis extremum habuerit, post quos omnes meliùs Ughellus asserit eum* VIII Kalend. Aprilis volâsse in cælos: *quod ex prædictis manifestum est. His non obstantibus, secuti usum Mediolanensis ecclesiæ, Vitam ejus distulimus in præsentem* XII *Octobris, quo nunc colitur occasione translati corporis.*

Corporis translatio an aliqua facta anno 826; num primò facta anno 1030 die 12 Octobris.

3 *Locum sepulturæ* S. Monæ *suo tempore fuisse incognitum scribit auctor Vitæ num.* 10. *At quando fuerit inventus, non satis constat. Alciatus apud Puccinellum ita habet:* Clàm sepulcro illatus, quòd ita veritus profanorum

AUCTORE G.H.

rum furorem moriens mandaverat, lateretque adhuc incognitus, nisi se ipse Eriberto longo tempore successori, res mira! nocte id monstrâsset. *At diu ante Eriberti tempora, qui seculo* XI *floruit, asserit Ripamontius lib.* 9, *pag.* 585, Angibertum Pusterlam, primum hoc nomine episcopum, qui non ultra sextum mensem in ea pastorali vigilia vixit, transtulisse S. Monæ ossa ex obscuro tumulo, in eam sedem, quæ digna tanti Viri reliquiis esset. *Joannes de Deis & Ughellus solùm habent*, Angibertum in decentiorem locum transtulisse S. Monæ reliquias. *Ughellus* annum *assignat* DCCCXXVI [*sed eum obiisse* DCCCXXIII *ostendit Papebrochius in Catalogo post brevem* 12 *mensium episcopatum.*] *In Tabula seu Actis Archiepp. dicitur* corpus S. Monæ archiepiscopi ab Angisberto in ecclesiam S. Michaëlis ad Domum translatum. *At Besozzius asserit* translatum ad ædem S. Vitalis: *quod alii cum Alciato tradunt* anno MXXX ab Eriberto *sive* Ariberto *aut etiam* Euberto archiepiscopo *factum, & Tabula sive Acta Archiepiscoporum*

B *ista habent*, Heribertus corpus S. Monæ archiepiscopi Mediolanum in ecclesiam B. Vitalis martyris transtulit. *Alii ob nominum vicinitatem* Angiberti *&* Ariberti *sive* Heriberti, *arbitrantur nullam fuisse factam sub* Angiberto *translationem, sed solùm sub* Heriberto. *Ita Carolus à Basilicâ Petri.* Sancti hujus, *inquit*, corporis inventionem & translationem legi Eriberti archiepiscopi tempore circitèr annum Domini MXXX, arbitrorque ejus festum, quod ecclesia Mediolanensis celebrat IV Idus Octobris, ex ea translatione esse. *Ad quem diem Breviarium Mediolanense in Lectione* III *ista habet:* Ejus corpus primò ab Euberto archiepiscopo ad ecclesiam S. Vitalis translatum IV Idus Octobris, quo die illius celebritas agitur. *Illud ad diem dictum observavit Molanus in Auctario Usuardi his verbis:* Mediolani translatio S. Monæ archiepiscopi. *Galesinius in Notis ad hunc diem asserit*, Translationem *celebrari, & longum ex Actis encomium tradit: refertur etiam in hodierno Martyrologio Romano citatis in Notationibus Galesinio & Tabulis Ecclesiæ Mediolanensis. Idem facit Ferrarius in Catalogo*

C *Sanctorum Italiæ, affirmans celebrari Translationem.*

Alia facta à S. Carolo Borromæo, in ejus Vitâ descripta à Carolo à Basilicâ Petri,

4 *In eadem citati Breviarii Lectione dicitur* S. Monæ corpus deinde à S. Carolo Cardinali S. Praxedis archiepiscopo in basilicâ metropolitanâ solenni Translationis celebritate piè honorificèque reconditum. *Eam solennitatem sub finem lib.* 3 *de Vita S. Caroli Borromæi accuratè describit Carolus à Basilicâ Petri, qui eidem interfuit, quam inde decerptam hìc damus.* Erat inter basilicam SS. Naboris & Felicis & Ambrosianam, alia S. Vitalis nomine dicata, quæ Fausti basilica fuisse putatur, de qua etiam apud S. Ambrosium mentio est. Ab ea titulum parochiæ Carolus cùm amovisset, mox etiam ei persuasum est, ut eam monachis Ambrosianis concederet: priùs tamen inde exportandum putavit corpus veteris archiepiscopi Mediolanensis Monæ sub altari conditum, cujus memoria in ecclesia Mediolanensi colitur pridie * Idus Octobris. Atque die Translationis dicto, qui post Nonas Februarii consequebatur, quo die prima erat Supplicatio ad S.

* *imò* quarto

Ambrosium ob Jubilæi memoratam præparationem, misit vesperi, qui locum recognosceret, &, quæ opus erant, pararet: nocte accessit ipse. Ibi arcâ lapideâ, quæ in terram defossa erat, apertâ, post precationem stolâ collo inductâ ad sepulcrum abjectus, singillatim ossa illa veneranda extrahebat, & in arca serico panno intus ornata, tacitus menteque in sancti Patris meritis defixa componebat, astantibus canonicis nonnullis, linea veste indutis, qui pio operi inserviebamus, & aliis item presbyteris diaconisque præsentibus, quorum quidam lacrymas præ animi suavitate gaudioque tenere non poterant. Arcâ deinde cum ossibus positâ super altare, nocturnas preces ad Sancti honorem accommodatas primò recitavimus; pòst etiam, quæ diei illius erant, addidimus: inde cùm essemus profecti, canonici alii successére, & post eos alii, ut tota nocte ex sacris institutis essent, qui ibi vigilarent & precarentur. Manè, his peractis quæ ad supplicationem pertinebant, ex Ambrosiana basilica ad corpus venimus, quod ornatissimo feretro humeris E portandum erat. Carum onus subiere in anteriore parte Carolus & episcopus Salaminæ, in posteriore duo præcipuâ dignitate canonici: extra ecclesiam canonici vicissim succedentes, usque ad majorem ecclesiam portavêre, sacris & pretiosissimis indumentis ornati omnes. Multos jam dies cælum nubibus erat pluviisque perturbatum: at cùm efferretur sacrum corpus, magnâ omnium lætitiâ & admiratione, serenâ clarissimâque luce fulsit. Clerus universus hymnos psalmosque ad rem accommodatos per choros musicè cantabat: tubarum sonus frequens ciebat pios animorum motus: senatus sectabatur, multitudo præterea infinita, luminum vis innumerabilis. Cùm ad ecclesiam majorem ventum esset, feretro in altari posito, Carolus de Sancti laudibus sermónem habuit. Toto die convenit populus ad beati Parentis reliquias venerandas, imò agnoscendas, cùm vel ejus nomen plerique ignorarent: tum magno studio coronis sibi ad precandum paratis, religionis caussâ feretrum tangi curabant. Vesperè verbis ab episcopo Salaminio ad populum appositè factis, magno concursu in subterraneam F ædem corpus delatum est.

aliter ab eodem narrata in Vita S. Monæ.

5 *Hæc Carolus à Basilica S. Petri in Vita S. Caroli, qui in Vita* S. Monæ *brevius, & in nonnullis aliter narrat, ut videatur operæ pretium etiam hìc addere. Sic ergò scribit:* Carolus archiepiscopus corpus ejus transtulit in basilicam majorem VI Idus Febru. MDLXXVI feriâ IV. Etenim cùm pridie ejus diei locum, ubi corpus erat, archiepiscopus per presbyteros recognovisset, ipse accessit horâ tertiâ cum aliquibus canonicis, inter quos ego quoque fui: sancta ossa ex marmoreâ arcâ extraxit, & in ligneâ arculâ sericis pannis vestitâ composuit, in qua illa portanda erant: ibique ad octavam horam precibus vacans, moratus est, reliquo tempore canonicis ceteris distributo, quo vicissim sacras eodem loco vigilias agerent. Manè autem, cùm Jubilæi Romani gratiâ, eo anno huic urbi à Gregorio XIII Pontifice concessi, ad ecclesiam Ambrosianam archiepiscopus cum clero ecclesiæ majoris processisset, mox ad Translationem celebrandam accessit. Sustulêre augustum

A guſtum feretrum à parte poſteriori Carolus archiepiſcopus & Hieronymus tunc Famaguſtanus, nunc Bergomenſis epiſcopus (quem ſummus Pontifex ad hanc provinciam viſitandam ex inſtituto legaverat) ab anteriori digniores, qui tunc ex clericis eccleſiæ majoris reperti ſunt. Ita univerſo clero procedente, comitante ſenatu, ceteris Ordinibus cunctoque populo Mediolanenſi, cùm omnia hymnis vocum tubarumque cantu perſonarent, canonici viciſſim ſuccedentes ad eccleſiam majorem ſacras reliquias portaverunt: cùm etiam ex triſti & nebuloſo cælo repente jucunda ſerenitas apparuiſſet. Cùm autem eo die toto ſuper altari fuiſſent, mirabili concurſu populus continenter convenit eas venerans, & aliquid, quod vel exteriora arcæ attigiſſet, reportare geſtiens. In confeſſione deinde ejus eccleſiæ ſanctum corpus repoſitum fuit, & cum ceteris reliquiis poſteà à Carolo epiſcopo ſub altari diligentiſſimè conditum.

B *An exſtruxerit baſilicam S. Petro, unde familia à Baſilicâ Petri cognominata.*

6 *Ripamontius lib.* 2, *pag.* 85, *indicatâ* S. Monæ *veneratione, iſta addit:* Comitatur publicos honores privata familiæ unius alacritas, quæ ſuum nomen ad Monam non dubitat referre, ſic perhibendo; cùm civitatem in parochias Pontifex divinus ille deſcriberet (*ùt infrà num.* 5 *dicitur*) magnam ipſi fuiſſe curam atque ſolicitudinem, uti proprium & ſeparatum unaquæque parochia templum habe-

C ret: quam ſolicitudinem, quia vir pius, unde ipſi originem ducant, adjuverit, ultrò datis ædibus, quæ vel opportunitate loci, vel amplitudine ac laxitate commodum extruendo templo ſpatium præberent, ideò conceſſum ejus hominis generi ac ſtirpi, ut cognomentum obtinerent ex ejus nomine Sancti, cui ædes illa conſecraretur. Eâ Principi Apoſtolorum conſecratâ & dicatâ, largitoris nepotes à Baſilicâ-Petri appellari cœptos eſſe: inde manere ſibi vetuſtam appellationem, parente & auctore Monâ, qui familiæ pietatem hoc munere ſit remuneratus. *De hac appellatione, quam apud Joannem de Deis repererat, iſta ſcribit Carolus à Baſilicâ-Petri:* Omittere in animo habebam, quod in libello Romæ edito de Succeſſoribus S. Barnabæ ad hujus ſancti Viri elogium additum eſt, ſed addùctus ſum, ut apponerem multis rem gratam me facturum ſciens, & tamen judicio doctorum virorum eſſe examinandam. Hoc autem libellus habet; Primus in urbe Mediolanenſi eccleſiam in honorem B. Petri Apoſtoli dedicavit, & in ea publicè Euangelium Jeſu Chriſti prædicavit. A quodam enim cive Chriſtiano ei domus oblata eſt, in quâ baſilica Petri fundatur, & in memoriam iſtius piæ & ſanctæ oblationis, illius civis ſucceſſores decreto epiſcopi & Chriſtianorum poſteà nobiles à Baſilica-Petri dicti ſunt.

An fuerit ex Burrâ gente prognatus.

7 *Verùm quia ſilent antiqua Acta, neque alia monumenta proferuntur, nequimus ſatis aſſentiri, utì neque iis, quæ Ripamontius adjungit.* Nec minor, *inquit*, circa Monæ ipſius originem ambitus & gloria Burræ genti. Eſt ea gens Mediolani litteris & armis antiquitùs inter primas: nomen ex Burro amne, qui Aſtenſem agrum interfluit, creditur accepiſſe: lapides & monumenta Chriſti natalibus antiquiorem eſſe teſtantur. Opes ei fuerant magnæ & immenſùm auctæ, donec ſolita cala-

AUCTORE G.H.

mitate diſſidioque carperetur una moles in plura membra. Hæc igitur in multas hodie diſcreta familias & propagata gens aſſerit atque vindicat ſibi totum Monam haud magis certo cognationis jure, quàm quo priſca & extra memoriam omnem poſita majorum nomina clariſſimæ quæque domus vindicant item ac tuentur. Non tamen deſunt argumenta Burris, è quibus ego illud minimè fuerim aſpernatus. Curia picta non obſcuri nominis pagus eſt in agro Mediolanenſi, corruptâ & contractâ, ùt aſſolet, voce Corbetam hodie vulgus appellat. Is pagus antiqua ſedes ac poſſeſſio gentis, nobilem habet ædem, divo Victori ſacram, addito canonicorum ordine, adſignatis ad cultum agris conſtante famâ, Monam eos agros & ea monumenta conſtituiſſe de ſuo patrimonio ac cenſu. Cùm igitur in eos agros & in ea ſacerdotia gentile jus obtineat Burrum nomen, cur non & è Burrorum gente Monam fuiſſe conditorem aſſentiamur? Sed hæc & alia, utcúmque tandem accepta fuerint, in exiguo ponam diſcri- E mine. *Hæc Ripamontius; & ſequuntur Paulus Morigia lib.* 1 *de Nobilitate Mediolani cap.* 5, *aliique plures. Quia verò apud Tacitum lib* 12. 13 *&* 14 *Annalium memoratur* Burrhus Afranius Præfectus Prætorio, Neronem imp. ad excubias palatii comitatus, Rector imperatoriæ juventæ, multarum rerum experientiâ cognitus, à Nerone in conſilium occidendæ matris accitus; *ad laudem* S. Monæ, *ſi diceretur ex hac familia prognatus, putavit & ſcripſit Puccinellus in ſuprà citato Zodiaco. Verùm ſi ſolidæ adderentur probationes, major apud lectorem fides reperiretur. Nos contenti eximiis ejus virtutibus, has nobiliſſimæ Burrorum genti ad imitandum proponimus.*

J. B. *Obſervantur quædam*

8 *Hactenus Henſchenius, exceptis tamen iis, quæ ſub num.* 1 *finem de ætate auctoris, qui de ſitu civitatis Mediolanenſis ſeu potiùs de epiſcopis Mediolanenſibus ſcripſit, dicta ſunt, quæ Papebrochium habent auctorem. Certum quidem eſt, eum eſſe antiquum, cùm librum illum* annoſum *vocet Landulphus Senior, ſeculi* XI *ſcriptor, apud Muratorium Rerum Italicarum Scriptorum tom.* 4, *pag.* 77. *At quem Papebrochius ſeculo circitèr* VI *exaratum putavit, Muratorius, eò quòd quædam in eo occurrant, quæ ſeculo* VI *nondum nata videntur, ad ſeculum* IX *aut* X *ejus originem refert: verùm neque hinc certi aliquid conſici poteſt, cùm fieri poſſit, ut in librum illum hinc inde intruſa ſint aliqua poſtmodùm, quæ à textu primigenio aberant. Et ſanè codicem illum corruptè ſcriptum eſſe, nec interpolationis vitio carere, apparet vel ab ipſo ejus exordio, ubi legitur:* Amplitudinis veſtræ, ô beatiſſime Præſul, Anatalonis religioſiſſimo juſſu ſolicitor. *Cùm tamen nullus Mediolani exſtiterit hujus nominis præſul, præter Anatalonem, primum Mediolanenſem epiſcopum, cujus certè juſſu ad ſcribendum illius auctor non appulit animum.*

F

in hactenus dicta.

9 *Dubium pariter erat, cùm Henſchenius ſcribebat, quo tempore prima* S. Monæ *tranſlatio facta fuerit, aliis ſub Angiberto, aliis ſub Heriberto id factum ſtatuentibus: at typis poſtmodùm edita fuit Muratorii diligentiâ Arnulphi Mediolanenſis Hiſtoria, qui tom* 4 *Rerum Italicarum Scriptorum pag.* 13 *ea de re ad hunc modum ſcribit:* Illius (*Arnulphi, cui proximè ſucceſſit Heribertus anno* 1019) tem-

AUCTORE J. B.

VITA

Ex pervetuſto Ms. Mediolanenſi.

CAPUT I.

S. Monæ ortus, ſtudia, diaconatus, epiſcopatus.

S. Monas, ortu nobilis, à S. Calimero eccleſiaſticis ſtudiis informatur,

S Ancto Calimero *a* de hujus mundi inevitabili ſtadio ad cæleſtis Regis obſequium deſtinato, quis ei ſucceſſor eligi debeat, vel quis ſanctiſſimi viri meritis adæquari valeat, ſolicitè perquirunt. Poſtremò cunctus pariter clerus videlicet & populus in Portiana *b* eccleſia coadunatus, inſtantiſſimè cæli ſupplicat Dominatorem, ut ſuæ familiæ votis clementiſſimus bonorum largitor occurrat illicò, & Patronum cælitùs ex ſacerdotali ſeu levitico gradu unum, ſuæ plebi opportunum, inter reliquos decentiſſimum, & ſuis adſpectibus digniſſimum, pro ſua pietate deſignet. Erat eo tempore vir admirabilis, Monas nomine, ſummæ ſanctitatis, patientiæ quoque inſuperabilis, pudicitiæ verò inviolabilis; unus eorum, qui diaconorum in præfata eccleſia fungebatur officio. Altior equidem cunctis ferè in clero ſtirpis origine, ſed non inferior cordis humilitate; præſtantior apud homines conſularibus *c* faſcibus, ſed longè excellentior apud Deum leviticis functionibus. Hunc benedictæ recordationis S. Calimerus ab ipſis penè cunabulis ſublatum, eccleſiaſticæ diſciplinæ ſtudiis informaverat: Ubi namque in abſolutos loquendi modos balbutientis pueruli lingua prorupit, confeſtim à devotiſſimis progenitoribus ſacris delegatus eſt altaribus: moxque tenelli infantis ora Davidicis imbuta canticis, divinis perpetim laudibus dedicantur; digniſſimè ſcilicet ut lingua ſacras promulgatura leges, ſacro primùm cantui manciparetur. D

diaconus ordinatur, virtutibus exornatur: bona paterna in pauperes & uſus Eccleſiæ diſtribuit:

2 Ibidem igitur ſanctiſſimi Viri ſtudiis inſtitutus, & deambulando, ùt dictum eſt, de virtute in virtutem, ad diaconatûs faſtigium, Deo favente, perductus eſt. Erat videre in eo magnum juvenili ſub pectore virtutum omnium incrementum. Caritatis namque gratiam ſi perpenderes, nîl ſimile uſpiam fore diceres. At verò ſi humilitatis ac patientiæ ſuſtinentiam perſpiceres, omnibus inferiorem ac viliorem putares. Rurſum ſi prudentiæ acumen & animi ejus induſtriam conſiderares, cunctorum philoſophorum ſuperatam ab ipſo ſcientiam fatereris: itemque ſi mitem ac ſimplicem cerneres, nullum ſimpliciorem illo ac mitiorem morari uſpiam affirmares. Qui mox ut paternarum facultatum hæreditario juri ſuccedens, poteſtativè uti prædiis viſus eſt: ex majori parte venditis & ipſorum in pauperes pretiis optimè profligatis, reliqua ſuæ matri, cujus etiam excubitor erat, donavit eccleſiæ, ut eorum ſumptus confratrum uſibus & ſuis neceſſitatibus communis exiſteret. Ipſe autem nec diaconio ſponte umquam frui, nec minimis cujuſlibet muniis potiri voluit. E

pro electione epiſcopi Deum orantibus, diſtribuens Euchariſtiam, apparet nube candidâ amictus: dignus epiſcopatu æſtimatus

3 Hunc itaque tunc temporis inter cæteros totis precibus interpellantem ac cordis gemitibus in interiori homine, quo divina electio proſpicit, lacrymabiliter Præſulis & Paſtoris proprii abſentiam ſuſpirantem, Chriſtus Jeſus ſuâ cenſurâ dignum Pontificalibus infulis patere cunctis fecit in Eccleſia conſtitutis: nempe finitis, quos non voce, ſed mente unuſquiſque apud ſe fidelium diu profuderat precatibus canticiſque pſalmorum, quæ more ſolito, priuſquam immaculati Agni Corpore litaretur & Sanguine, decantârant, dum fidelium cœtibus eadem ſanctificata porrigeret, ſubitò fertur aureo quodam & inopinato virore *d* circumfuſus, & velut nubis umbraculo, ita repentino ſplendore vallatus. Tum verò ſtupefacti, quibus videre hujuſcemodi miraculum contigit, S. Monam in extaſi raptum alterutris innuunt, ac nube cava ſpeculantur amictum *e*. Quid multa? Fit tandem ingens videntium concurſus atque unà conclamantium: Dignus honore Monas. At ille pavefactus ad clamorem eorum, &, quid apud ſe ageretur, ignorans, attonitis pauliſper arrectiſque auribus adſtitit. Cunctis hinc inde modeſtè acclamantibus & idipſum cum gravitate congeminantibus: Dignus honore Monas. Ac veluti æquoreo jactis in gurgite retibus, piſcandi quidem arte periti, ſed ignari captionis incertæ pavidos continent ad gaudia ſenſus, donec in ſuperficie poſiti certis cognoſcant auſpicia ſignis. Quæ ubi evidenter animadverterunt, conclamant trepidi; &, glomeratis in unum naviculis, delphinos ingentes, vel quidquid illud eſt, marinarum copiarum immanes cum ſagena prædas recollectis ruderibus ad littus pertrahunt: quâ in littus expoſitâ, jam non timidi ſed jocundi admodùm tollunt confuſi jubilum in commune clamoris: cujus ad cælum echo conſonum littora curva reciprocant. Haud aliter præmonſtrato cælitùs, quod anxiè præoptaverat

d

F

e

c

optaverat, futuri Antiſtis indicio, plebs gratulabunda fidelis immenſo nimiùm plaudit tripudio Paſtoris inventi, & velut quâdam ſagenâ, orationis intentæ vinculis capti, affectu, nequit ullatenus exſatiari: ſed, donec ad ſacrum ſanctæ benedictionis protrahat apicem, domum nec ad horam diſcedere cupit.

Se indignum aſſerit; ſed tandem precibus aliorum cedit.

4 Tum verò ubi perſenſit, quid intenderent cuncti, quidve acclamarent attoniti, reluctari nimiùm nimiúmque, & intimo pectore alta trahens ſuſpiria, immeritum ſeſe atque inofficioſum obſtinatiſſimè profiteri. Enimverò id eis faciliùs perſuaderi non poterat: quippe qui ſtrenuè gratiam Viri ab ineunte ætate fructificantem optimè nôſſent, præſertim cùm ſigno divinitùs propalato eum indubitata fide epiſcopali cathedrâ digniſſimum didiciſſent. Quid ergò faceret, quò ſe verteret, cœpit pavidus æſtuare. Tandem in ſe reverſus fraterniſque inflexus precibus, ut ſuam ipſorum neceſſitatibus officinam ad cuncta dapſilis non negaret, ipſam quoque annuentis Domini circa ſe bonitatem evidenti miraculo declaratam ſolicitè perpenſaret, poſtremò non ſuis, ſed proximorum utilitatibus Chriſti Jeſu magiſterio informatus conſulere deberet, diu multúmque ingemiſcens permiſit fieri, quod Dei arbitrio credidit adoriri *f*.

ANNOTATA.

a *S. Calimerus obiit circa annum* 191, 31 *Julii, à cujus obitu ſedes vacavit anno & medio, ùt hujus Acta habent.*

b *Hanc exſtruxerat S. Caſtritianus, dicti Calimeri deceſſor, & Portianam appellavit ob impenſas ſumptuſque collatos à Portio clariſſimo viro, filio Philippi à S. Caio* 3 *Epiſc. Mediolani converſi unà cum S. Vitali, patre SS. Gervaſii & Protaſii. Coluntur S. Caius* 27 *Septemb. & ejus ſucceſſor Caſtritianus* 1 *Decèmb.*

c *De ejus familia ſuprà actum.*

d *Viror pro colore viridi ſeu viriditate. Ita Apuleio* Amnium fluores & pratorum virores *dicuntur. Eſt, qui malebat* nitorem *legi debere. Poſteriores ſcriptores* cæleſte *aut* divinum lumen *expoſuerunt.*

e *Addit Flamma apud Puccinellum hanc ab angelis tunc vocem prolatam:* Monas ex voluntate Dei & non judicio humano eſt veſter Epiſcopus & Paſtor.

f *Puccinellus hanc ab eo orationem aſſerit recitatam:* Pater noſter, qui es in cælis, ſanctificetur nomen tuum, & ſimul in terra fiat voluntas tua, ſicut in cælo. Pondus, quod à benigna tua manu ſuper debiles humeros meos ſuſcipio, non recuſo: nam ſcio, omnipotentiam tuam eſſe infinitam, quæ me in periculo ſuſtentabit, animoſque addet ad tibi ſerviendum in regendis ac paſcendis hiſce tuis ovibus.

Ex Ms. Mediol.

CAPUT II.

Labores in epiſcopatu. Converſi ethnici. Hæretici refutati.

Ob perſecutionem diſperſos revocat: prædicat etiam Liguribus: novas parœcias inſtituit: plurimos convertit proceres & plebeios:

ORdinatus igitur ſparſam hac illac perſecutionis inſtantis tempeſtate Chriſticolarum plebiculam aggregans illicò, & dulcibus cibis feſſas amœnus Paſtor oves recreans, ad ovile proprium revocavit: cunctoſque in tribus eccleſiarum ordinibus, quos fortuito caſu vorax meridiani ſolis æſtus abſumpſerat, ſubrogavit, propriis cuibuſque officiis delegatos. Exinde circumquaque poſitos pagos, oppida, caſtellaque peragrans maximas idololatriæ prædas Sponſæ Chriſti ac reginæ reportabat Eccleſiæ. Et jam non tantum Mediolanenſibus civibus, ſed univerſis etiam paſtor is operam dabat Liguribus *a*, prædicando ſedulè & Euangelicam ſementem indifferenter largus fœnerator omnibus commodando, baptizando paſſim quoſcumque ſuaſerat, & Chriſti populum cenſor illuſtriſſimus recenſendo, profana demùm toto conamine deſtruendo, & Chriſti ſacraria dedicando, adeò ut non parva multitudo vicanorum, oppidanorum ſeu agricolarum Chriſti per eum ſignaculo ſignaretur: quorum aliquanti, collatis præſidiis ac neceſſariis ſumptibus ſubminiſtratis, S. Monam, ut parœcias *b* inſtitueret, poſtulabant. Tum ille altiore conſilio fidei Chriſtianæ profuturum intelligens aſſenſit, ac, diſtributis magiſtris promulgatiſque miniſtris, fidelium votis optimè ſatisfecit. Et tam ipſorum inſtantiâ, quàm ejus propenſiori curâ (qui paſſim ſingulorum quorumcumque non modò nobilium, ſed & mediocrium, lixarumque & proſcriptorum numeroſitatem ad Chriſtianam libertatem atque ingenuitatem admittere non ceſſabat) quotidiana idololatris damna, & Dei Eccleſiæ, quæ per orbem totum diffuſa erat, ingentia fiebant emolumenta quotidie: creſcebatque hæc indies & illa nihilominùs annullabatur. Omnis namque labor tunc & ſtudium Dei ſacerdotibus ac magiſtris Eccleſiæ inerat, ut quantopere ſatagerent, à dæmoniacæ ſervitutis jugo graviſſimo hominum genus eruere, & Chriſti ſuaviſſimo leviſſimoque perpetim felicia colla ſubmittere. Non emere aut vendere prompti, more illo primitivæ Eccleſiæ inconvulsè detento, quæque habebant, communi libentiſſimè uſui exponebant. Hinc factum eſt, ut diverſis ad hanc inſtitutionem velut piſcium generibus dominico reti adtractis, variis quoque domus Dei abundaret eduliis; & non jam proceres ſolùm ac magiſtri, ſed ipſa quoque ſubjectiora ac deſpicabiliora plebium conventicula, ſacroſanctis imbuta doctrinis, quaſi quibuſdam aſperſa ſalibus, ignique ſancti Spiritûs torrefacta, & in Eccleſiæ corpus trajecta, ſuperno palatui ſuaviſſimos ſufficerent ſapores.

6 Has de optimis ſanctæ Matris Eccleſiæ inſtitutis, quæ in tempore fuerant exorta bonorum doctrinâ magiſtrorum ſub compendio

Ex Ms. Mediol. *advigilat contra hoſtes animarum, hæreticos, Valentinum, Cerdonem & alios.*

dio recitatis, ad propoſita recurrat intentio. Sancto igitur Monâ paſtoralibus officiis inſignito, atque optimo gregis Dominici cuſtode, in commiſſo fideli, repoſitæque non incredulo mercedis, circumſtrepentium undique luporum inſidias ſolicitè per ſibi commiſſa ovilia præcaventi, hoſtis humanæ ſalutis lædendi aditum facilè nanciſci nequibat. Qui licèt olim, percuſſo, ùt ſolet, Paſtore, ejuſdem diſperſerit oves, rurſus tamen, alio reſtituto, pertinaciores ac ſolicitiores invenit, quàm ſi numquam anteà pervaſiſſet. Demùm cùm non ſolùm in ſubjectis quibuſdam Eccleſiæ Catholicæ membris, verùm etiam in Romana arce, principali dumtaxat totius corporis parte hæreticorum pernicioſa ſcabies ebullire cœpiſſet, & ceſſante ad tempus procellâ perſecutionis, malorum ac putrium membrorum lethalis aura multos tabo inficiens, ipſius veternoſi ac lubrici draconis horrendo incitata flatu ſpiraviſſet, in ea, de qua ſermo eſt, Matris Eccleſiæ compage; præfati ſanctiſſimi Paſtoris vigilantia & boni medici
B induſtria, Chriſto opitulante, obtinuit, ut nemo de ſibi ſubjectis læderetur, aut ſi fortè quis in aliquo læſus, nemo periclitaretur. Erat namque inter fratres humilis, inter perſecutores elatus; ſuis mitis, adverſariis terribilis, Chriſto ſubjectus, diabolo erectus.
c Jam tum Valentinus & Cerdo *c*, Ebion, Ce-
d rinthus *d* & alii complures veritatis inimici, diverſis in locis zizaniorum dolo pura Verbi Dei ſemina maculârant, & areas Dominicas adulterini lolii admixtione fœdârant. Sed vir Dei Monas cum coævis atque confratribus ſuæ metropolis gremio conſtitutis, more vigilantis agricolæ, excutere ac perturbare de ſuorum collegio manipulorum mala ſemina procurabat. Imò, ùt Paſtor eximius, inſidiatores Chriſti clamoribus ſimul atque inſectationibus anticipans, longiùs effugabat, commonens & inſtruens ſuos ſequaces cum hujuſmodi nullam habere communionem. Quin imò ſicubi aliquos fortè ipſorum obvios habuiſſent, digna invectione refellere & cominùs perurgendo proſternere.

C *pro illis & imperatoribus, ut convertantur, curat preces fundi. Octogenarius erat in converſione Philippi imp.*

7 Pro quibus tamen, ùt clementiſſimi pediſſequus Magiſtri, generales cunctorum fidelium fieri debere ſupplicationes ſedulò commonebat: nec ſolùm pro his, ſed & pro Romani orbis principibus, quos malè ſueta dæmonum potiùs, quàm deorum ſervitus miſerabiliores quibuſcumque lixis inhoneſtis famulatibus ſubjugatos & peccatorum nexibus alligatos effecerat. Multâ ſiquidem ſe detineri moleſtiâ, cur tanto carerent gratiæ munere, qui totius penè orbis muneribus decorati, cunctarumque rerum Domini putarentur, palam cunctis voce libera fatebatur. Illud jugibus votis, illudque ſe nocte dieque precari, ut, uni ſaltem ex omnibus auguſtæ dignitatis principibus Dei veri ac vivi conceſſa fidelitate per Dominatorem omnium, quod ſpe certa, fide integerrima expectaret ac crederet, univerſorum in hoc facto lætificarentur corda fidelium, confuſâ, velut decet, cæcâ ſuperſtitione infidelium. Hinc evenit, ut, ſecundùm quod pſalmographus vates de Deo noſtro ait, voluntatem timentis ſe faceret & orationes ſervi ſui exaudiret Omnipotens: nempe, ùt ferunt, qui illud paterna nôſſe traditione potuerunt, octogenarius fermè eo erat tempore, quo Philippus *e*, Chriſtianiſſimus imperator, primus ex auguſtis Chriſti jugo ſua colla ſubmittere & crucis trophæum Romani imperii decrevit fore munimentum.

Quintus ſolùm Epiſcopus tempore S. Fabiani Pontificis.

8 Sed ſi quis mirum ducat aut credibile putandum diſſuadeat, quinque tantùm ad ea uſque tempora Mediolanenſi eccleſiæ antiſtites præfuiſſe, cùm in Romana Sede vigeſimus poſt Apoſtolos tunc temporis degeret vir Deo fideliſſimus Papa & Martyr Fabianus *f*; perpenſet, quicumque ille eſt, occultum & inveſtigabile diſpenſantis Dei judicium, cur iſtis prolixiora vitæ curricula contulerit, illis verò breviora. Iſtos ad ſuorum profectum fidelium licèt inferioris gradus diutiùs reſervatos, longo conflictu adſueſcens, ad triumphum victorum Agmini ſociârat, ad ultimum ut emeritorum laborum Senes multis poſtmodùm eſſent norma vitæ exemplarque militibus: illos autem, ſummos videlicet primates & duces ſpiritualis certaminis, quantò fortiùs in procinctu Chriſtianæ fidei dimicantes, tantò ad cæli palatium ocyùs properantes, victrici laureâ redimitos ſecum perenniter regnare conceſſerit. Neque enim aliter decuit, quàm ut in tam præcellenti Pontificalis cathedræ throno viciſſim continuatimque ſibi ſuccedentes Eccleſiæ totius Rectores uniververſum ſuis orbem monumentis replerent; à quibus & certandi audaciam & prædicandi conſtantiam, triumphi quoque reportandi fiduciam ceteri ſumerent eccleſiarum principes & magiſtri. Et cùm quis ad liquidum humani lance judicii, cauſſam tanti examinis trutinare nequierit, exclamet, neceſſe eſt cum Apoſtolo & dicat: O altitudo divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt judicia ejus & inveſtigabiles viæ ejus*! *Rom. 11. 33.

f

E

Verùmtamen ut certo certius noverit, integram nos annorum ſeriem deprompſiſſe præſentis paginâ materiæ, ſciſcitetur veterum ſcriptorum annales diligenti indagine, eorum, qui Olympiades *g* priſcorum temporum actuſque Beatorum ſoliciti deſcripsêre & inveniet me non aliter, quàm in his compereram, poſuiſſe: alioquin tacere, quàm falſa dicere, decreviſſem. Non ſolùm verò iſtiuſmodi miranda ſuperni Arbitrii diſpenſatio apud antiquos quoſcumque ac primæ Chriſtianitatis cultores, verùm etiam apud modernos pari librâ frequentiùs accidiſſe patenter agnoſcitur; dum & in Romanæ arcis Pontificibus brevioris vitæ curſus & vixdum ad primi Paſtoris menſuram pertingens decernitur, & Mediolanenſibus Præſulibus perrari adſcripti ſunt, quibus non uſque ad grandævitatem terminus vitæ præſentis decucurrit. Age ergò hujus, quem quinto poſt primum loco fuiſſe in præfata urbe ſignavi: cujus vitam moreſque Apoſtolicos ſuccinctè, ſed plena veritate digeſſi, quis ſit exitus, explicetur: ut cœptæ navigationis expeditio, flante clementiùs Auſtro, ad deſtinatas perveniat oras.

F

ANNOTATA.

a *Alciatus apud Puccinellum*, Vicos, *inquit*, caſtra & præfecturas per Inſubriam Liguriamque oppida omnia luſtravit, ut in his aberrantes populos veram religionem doceret, exemplo ſuo hortaretur. *Additur ex Ms. Caſtillionenſi*, tum fidem tradidiſſe populis Orobiis

A robiis in montibus Comenſibus & primum portâſſe ſanctæ Crucis labarum & ſacrum Baptiſma Alpinis gentibus degentibus Seprii, Villæ, Biergi & Lagi ab ipſo de Monate cognominati, ac Seprii templum in honorem Salvatoris conſtruxiſſe.

b *Breviarium Mediolanenſe:* Mediolanum parochiis diſtinxit, eaſque certis terminis definivit, quarum unicuique ſacerdotes adſcripſit. *Joannes de Deis:* Primus more Pontificum Romanorum Mediolanum parochiis diſtinxit. *Ughellus:* Civitatem diviſit in parochias centum & quindecim [*ſed exaggerato enormiter earum numero, ut rectè in Vita* S. Monæ *ait Saxius.*]

c *Valentinus & Cerdo ſuas hæreſes cœperunt circa an.* 153: *eorum errores paſſim noti ab Epiphanio & aliis deſcribuntur.*

d *Ebion & Cerinthus fuerunt primo ſeculo, contra quos S. Joannes ſuum Euangelium ſcripſit ac divinitatem Chriſti oſtendit. Erant ergò adhuc harum hæreſeon reliquiæ, quas deſtruxit* S. Monas: *& ita Alciatus habet:* Vige-
B bant tunc quamplurimi, Valentini & Cerinthi opiniones ſecuti, quas de hominum pectoribus expellere ſacratiſſimus Vir conabatur.

e *Philippi utriuſque, patris & filii, virtutes Chriſtianas deſcripſit Henſchenius* 20 *Januarii ad S. Fabiani Pontificis Vitam* § 3, 4 *& 5: ſed num Philippus verè Chriſtianus fuerit, res eſt admodùm dubia.*

f *Vigeſimus erat poſt S. Petrum, ut hic notatur: & ex iis ſeptem ſanctè mortui ſunt aut martyrio affecti, eo tempore, quo Epiſcopus vixit* S Monas, *& ſunt hi Sancti,* Eleutherius, Victor, Zephyrinus, Calliſtus, Urbanus, Pontianus & Anterus.

g *Ita ad annos Olympiadum digeſſit Euſebius Chronici partem poſteriorem, & uſus plerúmque ſcriptorum erat.*

CAPUT III.

Præparatio ad mortem, felix obitus.

C

Ob Philippum imp. converſum gratias agit Deo, prædicit futuras perſecutiones.

IGitur agnitâ, ùt præfatus ſum, Chriſtiani Auguſti fidei pleniſſimæ perceptione, beatiſſimus Antiſtes admodùm lætus efficitur, & dans laudes immenſo Deo, his, oculos lacrymis ſuffuſus, ſermonibus inſit: O mira potentia Creatoris! O præferenda pietas Redemptoris! cujus nutui cuncta facultas ſubeſt! Impleſti, Domine Jeſu, quod te indubitata fide ſedulus exorabam. Impleſti, quod te citò impleturum tuis ſæpiſſimè clientulis repromittebam. Implêſti, quod me prædicente perfidorum veſania deridebat. Jam nunc lætus mortem operiar, quæ, ùt polliceri dignatus es, vitæ porta fiet ſine fine manſuræ eis, qui te Dominum pura mente dilexerunt & quæſierunt. Et converſus diſcipulis aſſiſtentibus ait: Lætamini, inquiens, cariſſimi, & totis piæ vocis Deum noſtrum laudate præconiis, quia non eſt oblitus orationis noſtræ, ſed ſuæ clemens annuit familiæ. Noveritis autem maximam in hoc facto Chriſtiani nominis ortam inimicis invidiam. Quin etiam totius bonitatis æmulum gravibus atque atrociſſimis livoris antiqui ſtimulis concitatum & exſuſcitatis irarum furiis illicò bellum ab eo ciendum *a*: iterumque cruces, clades ac dira pœnarum exitia Chriſti fidelibus atrociùs ſolito, & ſuprà, quàm credi poteſt, ipſius inſtinctu nequiſſimo ingerenda. Sed vos illa metuere nolite, nolite pavescere. Immenſa quidem contra Dei Eccleſiam incendia, mille nocendi artium magiſter excitaturus eſt, ſed velociùs extinguenda, ingruente deſuper rore cæleſtis miſericordiæ *b*.

Ex Ms. Mediol. *a*

b *Petit à Deo perſeverantiam ſuorum: æſtimatus ab iis & infidelibus: perfectus in caritate Dei & proximi: fuit* 59 *annos epiſcopus.*

10 Cúmque paxillum conticuiſſet, perpendit adſtantes pro his, quæ dixerat, non modicè perturbatos; ac flexo in orationem, quia id loci eos ſtare contigerat, poplite, aliquamdiu precibus incubuit, pro ſuorum conſtantia filiorum patrem Domini Jeſu interpellaturus. At hi, qui præſentes aderant, plurimùm obſtupuêre, quòd ſermonis ipſius efficaciam nulla interruperit rei geſtæ diſſonantia. Ex illo enim ſolo venerari ampliùs aut excoli à credentibus, ſed etiam inſuper
E metui ab incredulis cœpit: qui eum non ſine divino Numine tantam prædicendi futura obtinuiſſe fatebantur ſcientiam: nam & ob id eum magnè Deo Apolline ſatum adſtruere non dubitabant: eò quòd eſſet totius prudentiæ, excepta Chriſtianitate, perſpicuus inquiſitor. Erat enim Vir Domini omnibus ad ſe convenientibus ita affabilis, ut eſſet mitibus ſimplicibuſque dulcis affatu, blandus alloquio; ſolertioribus verò ſolertiſſimè diſertus atque ad oppoſita irrefragabiliter prudentiſſimus: hoc ipſum quoque orationis loco ducens, ſi infirmis fratribus opem ſuæ exhortationis tribueret. Sciebat namque, quia, ſicut ſcriptum eſt, ut diligamus Dominum Deum, ita præceptum eſt, ut diligamus proximum*. Quæ duo quàm diu in corpore manſit, ita inconvulsè retinuit, ut eamdem uſque ad ſenectam divinis officiis vigilantiam, eamdem ſuorum neceſſitatibus fratrum ad ultimum uſque momentum vitæ curam impenderet: ſicque per annos circitèr quinquaginta novem* *d* paſtorale onus pari mentis & corporis conſtantiâ ſufferens, numquam à ſibi commiſſo vacavit obſequio, fœnerando videlicet auditorum mentibus credita ſibi talenta & famelicis gregibus Verbi Dei pabula miniſtrando.

*Matt. 19. 19.

*Muratorius legi. 49

d

F

Anno ultimo Philippi imp ſanctè moritur & ſepelitur apud deceſſores epiſcopos

11 Et jam tempus erat, de quo ſapientiſſimus Salomon ait: Tempus mittendi lapides & tempus recolligendi. Tempus, inquam, erat, quòd ædificium illius cæleſtis Hieruſalem redintegrandum, & vivi lapides, qui per orbem diſperſi erant tetragonum, recollecti viritim & angulari lapidi reconſignati, ſemper manſuræ Dei domus æternæ in cælis compaginarentur, numquam ampliùs diſpergendi. Quod Vir Deo dilectus intelligens, ſatagebat pro viribus puriſſimam ſui cordis efficere margaritam, cupiens ocyùs diſſolvi & eſſe cum Chriſto. Siquidem ad annum uſque Philippi ſeptimum *d*, qui & ultimus, cujus antè meminiſſe, contigit, ad multorum profectum fuerat reſervatus. Convocatis ergò filiis in Chriſto & fratribus, indicat reſolutionis ſuæ diem appropinquâſſe, &, ut ſecum orationibus comitarentur, admonet: cum quibus orans flectenſque genua, velut in ſoporem, ita eſt reſolutus in mor-

Ex Ms. Mediol.

tem, vel magis in vitam, quæ ſola verè vita dicenda eſt. O ineffabilis gratia meriti! O admirabilis vocatio properantis! Nam ne fortè glorioſi Senis anima tempeſtate turbaretur poſt paululum ſecuturâ, ſolennitatem Domini, quam diu præſtolata fuerat, lætanter vidit & ingredi meruit. Tunc univerſi, qui aderant, admiratione maxima rapti de tam ſubitaneo beati Viri obitu, in extaſim penè delapſi ſunt: videnteſque eum, cujus ante modicum ſpatium benedictione ſolita dulcique oſculo pacis, quod indifferenter quibuſcúmque de clero vel plebe libare ſolitus erat aſſiduè, refocillati quodammodò ac jocundati fuerant, inopinata vocatione ſublatum ex corpore, quid mirari, quidve dolere, quid etiam gaudere deberent, anxiis pectoribus hæſitabant. Tandem aliquando in lacrymas reſoluti, mixtis interdum ſingultibus ingemiſcentes, tollunt Patroni ſui funus recens, & illud prædeceſſorum ejus tumulis adjungunt. Qui locus uſque nunc mortalibus manet incognitus *e*, pro eo maximè, quod tunc ob nefandas perſecutiones Sanctorum occultè corpora ſepulturæ mandabant. Unde accidit, ut longè patentibus annis loca venerandæ memoriæ fidelium exciderint: tantóque ſiunt celebritati mutuæ *f* clariora, quantò non humanâ, ſed divinâ fuerunt indagine revelata. Obiit autem vir Domini memorandus præſul Monas octavo Kalend. Aprilis.

e

B

f

25 *Martii.*

g *h* *i* *k* *l*

12 Fuit autem temporibus Severi *g*, Antonini, Macrini *h*, Aurelii *i*, Alexandri *k*, Maximi *l*, Gordiani & Philippi principis, qui, ùt præfatus ſum, primus ex Auguſtis Chriſtianum nomen ſuſcepit, ſervavit & coluit. Quo non poſt multum temporis velut quodam nitido Auguſtalium primitiarum manipulo ad cæleſte horreum delato, & felici nimiùm dignitate de terreno & volatili ad ſupernum & perenne regnum tranſvecto, exhorruit inimicus humani generis, tantæque prærogativæ cumulo invidit: illicò Romani agri ſuperficiem ſterili & urenti replevit urticâ: quâ ingraveſcente ſpiritualium agricolarum quaquaverſum incedentium exurebantur veſtigia, & quieti operam dare nequaquam

C

patiebantur. Emerſit etenim poſt Philippum veſanus Decius, per tyrannidem Cæſaris ſucceſſor effectus: qui ſui deceſſoris odio ſtimumulatus, toto conamine Dei domum conatus eſt funditùs evertere. Primùm nempe non quoſlibet Chriſtianorum, ſed ipſos maximè eccleſiarum præſules juſſit interficere: tum deinde vario pœnarum genere quaſi exoſam cœlo terrâque proturbare Chriſtiani nominis religionem, deorum templa reſtitui, Dei eccleſias deſtrui, altaria ſacroſancta profanari ac pollui. Putares ipſam imperio ejus ceſſiſſe majeſtatem, & ſuis ultrà vernaculis ſubvenire non poſſe. Extemplò à paganis Chriſti cultores diverſiſſimis tormentis proſterni cernentibus inſultari ubique & reclamari videres, Ubi eſt Deus eorum? Sed Deus noſter in cælo ſurſùm, in cælo & ſuper terra omnipotens, non paſſus eſt diu deſpici à perfidis. Quin imò cæleſtem, ubi voluit, pharetram exeruit & ſui nominis inimicum non totis

m duobus annis *m* in malè prærepto principatu exactis cum filiis pariter enecatum, Romano

n apice vitâque privavit *n*.

D

ANNOTATA.

a *Innuit necem utrique Philippo inferendam, ac mox ſub Decio imperatore diriſſimam perſecutionem commovendam, in qua S. Fabianus Papa martyrium ſubiit.*

b *Indicatur breve imperium Decii*, 30 *ſcilicet menſium, quot non imperárunt ſucceſſores Gallus & filius Voluſianus, omnes miſerè interfecti* [*ſed tota hæc oratio* S. Monæ *afficta videtur.*]

c *Orationis, ſive contemplationis, aut cum Deo colloquii aut, ùt mox dicitur, vigilantiæ in divinis officiis.*

d *Ab anno ſcilicet* 193 *ad* 249, *utì legere eſt in Catalogo, quem menſe Maio illuſtravimus: hic autem movetur difficultas, quòd ſeptimo imperii anno dicatur Philippus cum filio interemptus, ſed auctor habet pro ſe Euſebium in Chronico, cujus iſta ſunt:* Ῥωμαίων ἐβασίλευσεν κδ' Φιλιππος ἔτη ζ'. *Quæ ita vertit S. Hieronymus:* Romanorum XXIV regnavit annis VII. *Ita vetuſtiſſima Mss. varia, quæ apud nos exſtant. Ut autem ſeptimus annus reperiatur, primus ſtatuendus eſt* Apriano & Papo Coſſ. *quando, ut Julius Capitolinus in Gordiano III ſcribit*, Imperium Philippo mandatum eſt, juſſumque à militibus, ut Philippus cum Gordiano quaſi tutor ejus pariter imperaret: *& res manifeſta redditur ex Conſtitutionibus utriuſque, datis* Peregrino & Æmiliano Coſſ. *& relatis in codice Juſtiniani, ac primò certum eſt* VIII *Idus Janu. & ipſis Idibus Janu. Gordianum vixiſſe ex* L. Ea quidem *lib.* 9, *tit.* 2 *&* L. Quotiens pluribus *lib.* 6, *tit.* 10 *& imperâſſe eiſdem Coſſ.* II *Idus Martias Philippum conſtat ex* L. Inſtrumenta ad jus. *lib.* 3, *tit.* 42. *Iterum* (*quod contra Onuphrium & alios maximè notandum eſt*) *Gordianum* VII *Kalendas Maii adhuc vixiſſe liquet ex* L ea demùm ab emancipatis *lib.* 6, *tit.* 20. *Hinc inferendum Philippum interemptum anno ſexto imperii poſt necem Gordiani regnantis, ac ſeptimum eum annum eſſe incluſo primo, quo unà cum Gordiano regnavit, utì hic auctor cum Euſebio, Hieronymo aliiſque numerat ejus annos. Secundò, contra Onuphrium in Commentario in lib.* 2 *Faſtorum, conſtat*, Gordianum *non menſe Martio mortuum eſſe, nec ſolùm regnâſſe annos* 5 *& menſes* 6, *ſed, ùt Capitolinus aſſerit*, imperâſſe ſex annis, *cui imperium delatum eſt, cùm eclipſis ſolis eſſet anno* 238, *die* 2 *Aprilis, & adhuc ſuperfuit anno* 244 *die* 25 *Aprilis, poſtea barbarè à Philippo occiſus.*

E

e *Quo tempore inventum fuerat ejus corpus, vide num.* 9 *Comment. prævii.*

f *An legendum;* futuræ?

g *Severus cœpit anno* 193, 1 *Junii & Getam filium etiam Auguſtum nominavit.*

h *Antoninus Caracalla creatus an.* 211, *utì Opilius Macrinus an.* 217.

i *Aurelius Antoninus Heliogabalus creatus anno* 219.

k *Et hic dictus M. Aurelius Severus Alexander anno* 221 *factus imp.*

l *Maximus & cum eo duo Gordiani anno* 235 *imperárunt, quibus omnibus interemptis ſucceſſerunt Balbinus & Pupienus cum tertio Gordiano, qui ſolus à* 2 *Aprilis anni* 238 *imperavit, quibus ſi adjungantur duo Philippi,*

F

A *pi, cenſendus eſt* S. Monas *vixiſſe in epiſcopatu cum* 17 *imperatoribus ſive auguſtis aut cæſaribus.*

m *Scilicet poſt cœptam in Chriſtianos perſecutionem. De annis & perſecutione egimus* 5 *Februarii* § 1 *ad Acta S. Agathæ pag.* 595. Ex Ms. MEDIOL.

n *Recentiori manu erat adſcriptum:* Regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

DE S. DOMNINA MARTYRE

ANAZARBI IN CILICIA.

Ex Menologiis Græcis. J. B.

SUB DIOCLETIANO. *Sanctæ ab homonymis diſtinctio,*

B

Cognomines S. Domninæ *Sanctæ numero plures, vel ob fuſum pro Chriſti nomine ſanguinem, vel ob inſignem vitæ ſanctimoniam eccleſiæ tum Occidentalis, tum Orientalis inſcriptæ Faſtis, ſexum muliebrem decorárunt: in his fuêre S. Domnina, quæ unà cum SS. aliquot virginibus Interamnæ in Italia martyrii palmam adepta, ad diem* XIV *Aprilis ſacris Faſtis inſcripta & in Opus noſtrum illata eſt. Altera, ad diem* 1 *Martii noſtro itidem Operi inſerta, etſi quidem martyrio coronata haud fuerit, vitæ certè ſanctimoniâ Syriam illuſtravit. Tertia Antiochiæ pro fide occubuit, colituque* X *Julii: quarta S. Domnina unà cum SS. Bernice & Proſdoce in Syria martyrium paſſa eſt, de qua conſule Opus noſtrum ad diem* IV *Octobris: quinta verò, die* XXIII *Auguſti culta: atque hæc quidem pariter in Cilicia, ſub eodem præfecto Lyſia, ac iiſdem ferè ſuppliciis, quibus* S. Domnina, *quâ de hic nobis ſermo eſt, torta fuiſſe perhibetur; cùm tamen illa Ægis unà cum aliis inter tormenta animam exhalárit, corpuſque ejus fuerit in mare projectum; noſtra autem obierit in carcere Anazarbi, ùt paulò pòſt dicetur, & quidem abſque ullo, ut apparet, comite martyrium ſubierit, altera ab altera ſecernenda eſt: Domna verò, in Martyrologio,*

C *S. Hieronymi nomine inſignito, apud Dacherium ad diem* XIX *Octobris memorata, Puteolis annuntiatur.*

ejuſdem tam in Faſtis Latinis,

2 *Porrò* S. Domninam, *de qua hic, è Græcorum Menologiis acceptam, primus, quem ſecuti deinceps ſunt, qui Romanum Martyrologium Gregorii XIII juſſu emendárunt, Latinis Faſtis Galeſinius intulit his verbis;* In Lyſia ſanctæ Domninæ martyris: quæ à lictoribus Græcis capta, præfecti judicio ſiſtitur: apud quem Jeſu Chriſti nomen ſummâ animi & vocis libertate confeſſa, crudeliſſimè cæditur: pòſt in carcerem detruſa, iterum quæſtione adhibita, ſcipionibus verberatur acerrimè; deinde forcipibus membrorum artus ei luxantur, pedes ſubulis candentibus aduruntur. Quibus affecta cruciamentis, rurſus in carcerem incluſa, cùm oraret & gratias Deo ageret, pro quo martyrium ſubierat, ſpiritum reddidit. *Galeſinium ita contrahit ſimul & corrigit (quamquam infeliciter) Martyrologium Romanum:* In Lycia (*malè enim apud Galeſinium legitur* Lyſia) S. Domninæ martyris ſub Diocletiano imperatore.

3 *Quæ Galeſinius ſcripſit, à Menologio Græcis mentio,*

Baſiliano haud multum abludunt: id verò, prout ab Hannibale Albano, S. R. E. Cardinale, Latinè verſum eſt, ad XII *Octobris diem ita habet:* Domnina Chriſti martyr, Diocletiano imperatore, in urbe Anazarbo nata, quòd Chriſtiana eſſet, à lictoribus Græcis (παρὰ δημίων ἑλλήνων, *id eſt, more ſcriptoribus eccleſiaſticis uſitato*, à lictoribus gentilibus) comprehenſa, ſiſtitur Lyſiæ ducis tribunali. Cúmque Domini Jeſu Chriſti nomen liberè coram omnibus profiteretur, illum affirmans verum Deum eſſe, univerſique Conditorem; falſos autem Græcorum (*imò potiùs* gentilium) deos, lapides eſſe oſtendens & ligna & putrem materiam, crudeliſſimè cæditur, pedeſque illius candentibus ſubulis aduruntur: deinde in carcerem conjicitur. Sed iterum quæſtioni ſubjecta, ſcipionibus acerrimè verberatur: adhæc ſinguli membrorum artus forcipibus illi luxantur, rurſuſque in cuſtodiam includitur: in qua, cùm oraret & gratias Deo ageret, pro quo etiam martyrium ſubibat, beatum ſpiritum reddidit: reliquiæ verò ejus honorificè ſepulcrò illatæ ſunt.

E

martyrii palæſtra

4 *Liquet inde* S. Domninam, *non in Lyſia, ùt Galeſinius ſcribit, ſed ſub Lyſia præfecto certáſſe pro fide: ſed neque in Lycia, utì Martyrologium Romanum habet, paſſa eſt, de qua nihil Menologium Baſilianum dicit: ſuſpicor itaque Martyrologii Romani emendatoribus,* S. Domninam *in Lycia martyrium ſubiiſſe ſcribentibus, vitioſum aliquod Menologii Græci præluxiſſe exemplar; idque eò propenſiùs credo, quòd ſimilis in Acta SS. Claudii, Aſterii &c error irrepſerit, in quibus Lyſias, ùt rectè Ruinartius monuit, Lyciæ præfectus dicitur, qui Ciliciæ præerat, utì ex Ægea civitate ibidem memorata pateſcit. Neque verò hi ſoli ſunt, qui, eodem Lyſia Ciliciæ præfecto, ea in provincia martyrium paſſi fuerint: ſed ejus ibi quoque ſævitiam expertus eſt Marinus ſenex, Anazarbo & ipſe oriundus; experti SS. Coſmas & Damianus, experti SS. Zenobius & Zenobia; ut vel hinc ſatis evadat probabile, non alibi, quàm in Cilicia* S. Domninam *palmam retuliſſe martyrii. Ceterùm Anazarbum, quæ Ciliciæ civitas eſt,* S. Domninæ *ſecundùm Menologium Baſilianum patriam, ſpectatricem quoque fuiſſe ejuſdem pro fide certaminis, diſertè habent Menæa Magna Græcorum, conſonante his Maximo Margunio, Cytherorum epiſcopo.*

F

Anazarbus,

5 *Præmittunt ea de more* S. Domninæ *elogio binos hoſce verſiculos:*

AUCTORE J. B.

Μέλη Δομνίνα χαίπερ ἐξαρθρωμένη·
Οὐκ ἰῷ ἀληθῆ πίστιν ἐξαρτωμένη.

Domninæ quamvis tortor luxaverit artus;
Non tamen hæc veram eſt inficiata fidem.

Tum ita proſequuntur: Αὕτη ἠγωνίσατο ἐπὶ Διοκλετιανοῦ δ' βασιλέως, καὶ παρασᾶσα Λυσία τῷ ἡγεμόνι, ἐν τῇ Ἀναζαρβαίων πολει, τύπλεται ἐν πρώτοις βυσσίροισῶ μοῖς. Καὶ σιδήροις πυρωθεῖσι τὰς πόδας καταφλέγεται. Εἶθ' ὕτως θλᾶται ῥάβδοις, καὶ ἐξαρθρῶται τὰς ἁρμονίας, καὶ τῇ εἱρκτῇ ἀποβριφεῖσα, τῷ ψυχῷ τῷ Θεῷ παρατίθησιν. Hæc, Diocletiano imperante, certavit, ac coram Lyſia præfecto adducta, in Anazarbenorum civitate, crudis primùm nervis bubulis cæditur, & candente ferro pedes aduritur. Tum virgis atteritur, membrorum contorſione torquetur, atque in carcerem retruſa ſpiritum Deo reddidit. *Hæc de* S. Domninæ *martyrio Menæa. Addit Menologium Baſilianum, honorificè ſepultam; ſed nihil affert, unde ſepulturæ locum dignoſcas, etſi Anazarbi aut in hujus vicinia id factum eſſe conjicere liceat. Menæa in titulo, ejus elogio præfixo, eam* B καλλινίκου, *id eſt,* egregiæ victricis *appellatione condecorant; quod argumento eſt, celebrem illam apud Græcos fuiſſe, minimèque mirandum, ſi ab his ad Moſcovitas cultus ejus fuerit quoque diffuſus, prout Menologium Slavo-Ruſſicum, à domino Joanne Gabriële Barone de Sparwenfeld Latinè redditum, indicat, quod ad diem* XII *Octobris de illa ſimul & S. Anaſtaſia ſic habet:* Item SS. MM. Domninæ & virginis Anaſtaſiæ, quarum illa paſſa ſub Diocletiano, hæc autem ſub Decio. D

ſed annus incertus.

6 *Quin verò ſub Diocletiano martyrium paſſa fuerit, conſpirantibus in id documentis tum Græcis, tum Latinis, nullatenus dubitandum apparet. Baronius in Annalibus ad annum* 305, *num.* 17 *paucis* S. Domninæ *ad hunc modum meminit:* In Lycia autem (*rectiùs dixiſſet,* in Cilicia) celebre fuit martyrium Domninæ, inſignis feminæ. *Sed, quandoquidem nihil uſpiam, unde, quo ejus imperii anno id factum ſit, determinari ſolidè queat, occurrit, malui id univerſim Diocletiani imperio, quàm huic aut iſti ſingillatim anno temerè illigare. Lyſias, ſub quo paſſa* S. Domnina *fuit, confeſtim, ex quo ad imperium Diocletianus evectus eſt, utì SS. Zenobii & Zenobiæ Acta teſtantur, in Ciliciam miſſus diu quidem illic perſequi Chriſtianos potuit, ac reipſa diu eſt perſecutus, utì ad annum* 285, *num.* 14 *Baronius cenſet: verùm nil affert, quod uſque ad annum* 305 *præfecturam continuáſſe Lyſiam, fateri nos cogat; præſertim verò, cùm & alii in eadem Cilicia,* E *eodemque Diocletiano imperante, ſed ſub aliis præfectis martyrii palmam fuerint conſecuti; è quorum numero ſunt SS. Tarachus, Probus & Andronicus, qui ſub Numeriano Maximo, & S. Bonifacius, qui ſub Simplicio, Ciliciæ præfectis, ac illi quidem, utì veroſimilius eſt, ſub ſeculi* IV *principium, hic verò ſub ſec.* III *finem, martyrio vitæ curriculum terminárunt.*

DE S. HEDISTIO SEU EDISTIO M.

RAVENNÆ IN ITALIA.

C.B.

E Martyrologiis.

SEC. IV, UT CREDITUR, INITIO. *Ediſtus, non Romæ,* C

Omnia & ſingula, quæ apud Florentinium exſtant, Hieronymiana apographa majora ſeu non contracta unanimi conſenſu Ediſtium *ſeu* Hediſtium *aut etiam (variè enim à variis exaratur id nomen)* Ædiſtum *ſeu* Hedeſtum *hodie celebrant; verùm ſanctio huic Martyri eamdem palæſtram non omnia attribuunt; Epternacenſe enim Romæ, Corbeienſe verò & Lucenſe Ravennæ eum ſignant hunc in modum:* In Ravenna via Laurentina natalis S. Ediſti. *At verò, duobuſne hiſce poſtremis Hieronymianis apographis, an contrà Epternacenſi hîc ſtandum? Poſteriori huic Hieronymiano apographo Rabanus, &, ſi Florentinius in ſuis in illud Notis rectè ait, Notkerus ſuffragatur; verùm quis ſit Notkerus, in quo Florentinius hodie* Ediſtium *Romæ initio laterculi, ùt ait, ſignari invenerit, haud ſatis perſpicio. Certè Notkerus, qui penes nos exſtat, hodie* Ediſtium *non Romæ, ſed apud Ravennam diſertè initio laterculi annuntiat, etſi interim tertio hujus loco Romæ Bediſti M. natalem, primâ nominis* Hediſti *ſyllabâ per errorem, de quo jam ſuprà in Prætermiſſis, mutatâ, conſignet; quod autem ad Rabanum ſpectat, is quidem verè Sanctum noſtrum Romæ adſcribit; verùm id è codice Hieronymiano, qui Epternacenſi, quammaximè hodie turbato ac confuſo, exſtiterit ſimilis, veroſimillimè dumtaxat acceperit, idemque de Hieronymianis aliquot apud Sollerium & Marteneum apographis contractis, in quibus* Ediſtius *Romæ pariter attribuitur, eſt dicendum.* F

2 *Utut ſit, certè & his & Rabano auctoritate & fide Ado juxtà ac Uſuardus præcellunt; hi autem, imò & ipſe, qui illis etiam eſt antiquior, Martyrologii Romani parvi auctor* S. Ediſtium *Ravennæ hodie conſignant idemque etiam facit Wandelbertus, utpote in Martyrologio ſuo metrico ſic canens:*

Idus tum quartas meritis Ediſtius auget,
Urbs Ravenna ſuo celebri quo Martyre gaudet.

ſed, quemadmodùm ratione, quæ in contrarium

Jam verò, cùm hæc ſic habeant, Ravennatem martyrem exſtitiſſe Ediſtium, *extra controverſiam poſitum videri, haud immeritò hodie & Sollerius in ſuis in Uſuardum Obſervationibus pronuntiat, & eruditiſſimi, qui Martyrologium Romanum hodiernum reformárunt, viri Ravennæ eum ſequentibus hiſce annuntiant verbis:* Ravennæ viâ Lauretinâ natalis ſancti Ediſtii martyris; *verùm, cùm via, quæ hîc* Lauretina *vocatur, in ſuprà laudatis Lucenſi & Corbeienſi Hieronymianis apographis* Laurentina *nuncupetur, erit fortaſſis, qui poſtremam hanc appellationem amplectendam, Sanctumque*

A *Clumque proinde, non Ravennæ, ſed Romæ, quòd ibi, at non itidem Ravennæ via Laurentina exſtitiſſe ex infrà dicendis noſcatur, ſignandum contendat. Res certè omni veritatis ſpecie deſtituta non eſt. Galeſinius quidem ſequentem in modum* Ediſtius ſepultus eſt Ravennæ viâ Lauretinâ, quam Laurentinam plerique vocant, ſed malè: Lauretina enim dicitur à nemore, lauris conſito, *in ſuis in Martyrologium à ſe contextum Adnotationibus loquitur, eique etiam, Florentinio pariter haud refragante, in Sanctorum Italiæ Catalogo Ferrarius, utpote* Ediſti *corpus viâ Lauretinâ inter Ravennam & Claſſem ſepultum ex eccleſiæ Ravennatis monumentis & Hieronymo Rubeo affirmans, aſſentitur.*

facit, enervata, concluditur, Ravennæ,

3 *Aſt optandum foret, ut vel poſterior is hagiologus vel Galeſinius, Ravennæ olim aut ſaltem inde haud procul exſtitiſſe viam, quæ, quòd vel ipſamet vel nemus vicinum lauris eſſet conditum,* Lauretina *fuerit vocata, antiquo fideque digno documento dediſſet probatum. Neque verò via Ravennam inter &* B *Claſſem* Lauretina, *ſed, quemadmodùm Cluverius Italiæ Antiquæ pag.* 305 *& ſeq. docet,* Cæſarea *fuit nuncupata, cúmque olim viam, quæ, quòd Româ Laurentum, haud ignobile olim ſedecim circitèr inde paſſuum millibus diſtans Tyrrhenum mare verſus oppidum, duceret,* Laurentina *appellabatur, exſtitiſſe, ex iis, quæ idem Cluverius Operis cit. pag.* 883 *allegat, omninò ſit certum, enimverò eſſe videtur, cur Faſti ſacri ſuprà laudati, qui* Ediſtium *Ravennæ viâ Laurentinâ paſſum indicant, erroris, non quòd hanc* Lauretinam *haud appellent, ſed quòd* Ediſtium *non Romæ, ſed Ravennæ collocent, inſimulandi exiſtimentur. Attamen, cùm via, quæ à via Claſſem inter & Ravennam ſeu dextrorſum ſeu ſiniſtrorſum aliò duxerit ac à lauris, quibus vel ipſamet vel nemus vicinum erat conſitum,* Lauretina *fuerit vocata, Ravennæ vel inde haud procul, etſi interim in nullo prorſus documento antiquo memorata inveniatur, olim exſtitiſſe abſque ullo dubio queat, faciléque vox* Laurentina *pro voce* Lauretina, *unius dumtaxat literulæ diſcrimine inter utramque intercedente, per errorem exarari potuerit, ob ea, quæ num.* 1 *jam dixi, eſſe veroſimiliùs ibidem laudatis, qui* C Ediſtium *Ravennæ ſignant, Faſtis ſacris ſtandum apparet, etſi interim duo etiam horum antiquiores, Corbeienſe videlicet ac Lucenſe Hieronymianum apographum, memoratam à ſe viam, quâ Sanctum ſeu paſſum ſeu ſepultum indicant, non* Lauretinam, *ſed* Laurentinam *appellent.*

in perſecutione Diocletianæa, eſt paſſus,

4 *Atque hæc de loco, quo paſſus fuerit* Ediſtius, *jam dicta ſufficiant. Quædam modò de tempore, quo id factum, cultuque, quo apud Ravennates Sanctus gaudet, adjungo. In poſtrema Diocletiani perſecutione coronatum martyrio fuiſſe* Ediſtium, *Hieronymus Rubeus, penes quem fides ſit, Hiſtoriæ Ravennatis lib.* 2 *refert; ut, cùm is ſcriptor eccleſiæ Ravennatis monumenta pro ſe etiam laudet, hinc ſanè,* Ediſtium *in poſtrema Diocletiani perſecutione paſſum, promiſcuè credi, exiſtimare haud immeritò poſſimus. Ac rem quidem, ſi tum verè, quod probabile dumtaxat, & quidem nonniſi ægrè, jam adducta efficiunt, habuerit forſan locum, ante anni* 306 *vigeſimam ſeptimam Octobris diem accidiſſe erit dicendum: etſi enim perſecutio, quâ Diocletianus, cùm jam ab anno* 298 *in milites ſæviiſſet, in alios cujuſvis conditionis ac ſexus Chriſtianos ſævire anno* 303 *incepit, fuerit adhuc poſt annum* 305, *quo is princeps imperio ſeſe abdicavit, per plures annos in terris, Galerio Maximiano ſubjectis, continuata, res tamen in Italia, ubi Ravenna ſita eſt, ſecùs habuit; ibidem enim anno* 306, *ad* XXVII *Octobris diem jam provecto, imperium Maxentius, Maximiani Herculii filius, arripuit pacemque tunc Eccleſiæ mox reddidit, utì apud Pagium in Criticis ad annum illum fas eſt videre.* AUCTORE C. B.

ibidemque etiam, ut probatur, & in monte Soracte colitur;

5 *Quod modò ad cultum, quo* Ediſtium, *& quidem ùt civem ſuum, Ravennates venerantur, ſpectat, abs hiſce illum ritûs ſemiduplicis Officio hodie quotannis coli, Fabri in libro, cui titulus,* Sacra Romæ Antiquæ Monumenta, *affirmat, nihilque ab eo, niſi quod veritati conſonet, hac in re prædicari liquet ex eccleſiæ Ravennatis penes nos exſtante anni* 1660 *Directorio, in quo, ut* Ediſtius *ritûs ſemiduplicis Officio colatur, ad* XII *Octobris diem præſcribitur. Nec Ravennæ tantùm, ſed &, ùt apparet, in monte Soracte* Hediſtius E *cultu eccleſiaſtico gaudet. Ibi enim extra oppidum, montis iſtius clivo impoſitum, quod, quamvis, non ſecùs ac ei incluſa Trium-Fontium abbatia,* S. Oreſtus *vulgò dicatur, re tamen ipſa à* S. Ædiſto *appellationem ſeu titulum ſortiri creditur, exſtat ædicula, Sancto huic ſacra, in qua quotannis ſemel à canonicis, in dicti oppidi eccleſia, S. Laurentio dicata, divina Officia obeuntibus, ſacro-ſanctum Miſſæ Sacrificium (die, ni fallor,* S. Ædiſtio *ſacra ſeu Octobris duodecima) celebrari ſolet. Ita è tribus diverſis epiſtolis, à Silveſtro Petra-Sancta, qui, quemadmodùm ipſemet in harum una ait, perpetuum abbatiæ præfatæ pro eminentiſſimo domino Cardinale Antonio, commendatario ejuſdem abbate, viſitatorem egit, ad Bollandum noſtrum Româ, Tuſculo & è monte Soracte anno* 1644 *&* 1647 *conſcriptis, intelligo, utì etiam* Ædiſtium, *qui in monte iſto, ùt dictum, colitur, ab* Ædiſtio *noſtro ſeu Ravennate haud credi diverſum.*

neque enim ab Hedeſto, quem Laurenti paſſum, Acta hîc memorata tradunt,

6 *Neque verò, dum poſtremum hoc creditur, ſic quidquam à veritate alienum exiſtimari, facilè in animum (etſi interim, an verè, ùt Petra-Sancta putavit, à* S. Ædiſto, *& non à S. Silveſtro, in cujus honorem Carolomannus monaſterium in monte Soracte ædificâſſe à Reginone & Aimoïno narratur, abbatia & oppidum præfata* S. Oreſtus *per corruptionem vulgò vocentur, dubitandum rear) induxero. Sanè* Ediſtium, *quem nonnulli Faſti ſacri ſuprà laudati Ravennæ hodie annuntiant, ab* Ediſtio, *quem alii Romæ attribuunt, ibidemque unà etiam cum SS. Evagrio & Priſciano Galeſinius ſignat, haudquamquam, contrà ac martyrologus iſthic exiſtimavit, eſſe diverſum, nemo non, quantùm opinor, concludet ex iis, quæ ſuprà, dum poſtremum è duobus hîc modò nominatis Sanctis inter Prætermiſſos retuli, in medium adduxi. At verò quæpiam Hedeſti ſeu Hediſti, qui Neronis imperatoris armiger exſtiterit, penes nos exſtant Acta, è* S. *Germani codice* 461, *utì in capite præferunt, excerpta; hæc autem, Hediſtum illum nec ſolum, nec Romæ vel Ravennæ, ſed cum Priſco presbytero, hujus uxore Thermantia, filia Chriſte & ancilla Victuria prope Laurentum,*

AUCTORE C. B.

tum, haud ignobile olim jam ſuprà num. 3 memoratum oppidum, haud procul à via, quæ, quòd Româ eò duceret, Laurentina, ùt ibidem docui, vocabatur, martyrio ſuiſſe IV *Idus ſeu* XII *Octobris die aſſectum, memoriæ produnt.*

diverſus ob hæc, utpote exiguo dumtaxat, vel etiam, utì hic

7 *Quare, ſi Actis illis ſit ſtandum, neceſſe erit, ut vel* Ediſtius, *qui Ravennæ, ùt dictum, in nonnullis Faſtis ſacris hodie memoratur, in aliis meliùs Romæ, quòd Laurentum, martyrii ejus, utì dicta Acta ferunt, palæſtra, haud procul inde, utì ſuprà num. mox cit. allegata oſtendunt, ſit remotum, ſignari exiſtimetur, vel ut ſtatuatur diverſus ab Ediſtio ſeu Hedeſto, qui martyrium Laurenti aut, ſi mavis, prope Laurentum ſubiiſſe in iiſdem Actis narratur; ſi autem hoc poſtremum, quod ſanè, cùm Hedeſto quidem, qui Laurenti, at non itidem* Hedeſto, *qui Ravennæ paſſus traditur, ſocii addantur, faciendum apparet, admittatur, erit præterea, cur illorum non poſterior, ſed prior in monte Soracte, multò minùs Laurento, quàm Ravennâ, remoto, coli credatur. Verùm quid*

B

hîc faciamus? Priſcus presbyter, uxor ejus Thermantia, filia Chriſtis & ancilla Victuria, quos unà cum Hedeſto ſub Nerone quartò jam conſule paſſos, Acta ſuprà laudata tradunt, nullis prorſus Martyrologiis exſtant inſcripti, nec in ullis etiam venerandæ antiquitatis ſeu ſacris ſeu profanis monumentis aliis memorantur; etſi autem, illos in rerum natura numquam exſtitiſſe, inferri inde (neque enim omnes, qui in diverſis perſecutionibus pro fide occubuêre, in antiquis Martyrum Collectionibus ſeu Martyrologiis monumentiſve aliis recenſentur) haud poſſit, ſolâ tamen, ut verè eoſdem, nec è cultu, quo alicubi afficiantur, notos, è fingendi dumtaxat licentia haud eſſe natos, abſque ullo ſcrupulo credam, dictorum Actorum, quæ, ùt dictum, ſub Nerone prope Laurentum paſſos tradunt, auctoritate ac fide moveri haud queo.

allegata ſuadent, nullo omnino

8 *Qua de cauſa ita animo comparatus ſim, accipito. Acta illa nihil omninò, unde vel quo circitèr tempore vel à quo ſcripta ſint, colligas, ſuppeditant; præterquam autem quòd, utì inde conſequitur, haud immerito in dubium, an ſufficientis ad fidem faciendam antiquitatis ſint, revocari queat, ſeculo certè, quo, quos mox nominavi, martyrium cum* Hedeſto *ſubiiſſe produnt, poſteriora ſunt. Id enim, ùt modò indicavi, cum quarto Neronis conſulatu*

C

conjungunt, ſicque, cùm hic in annum Chriſti LX *inciderit, primo æræ Chriſtianæ ſeculo conſignant; hoc autem eſſe iſta longè poſteriora, vel ſolus, quo ſcripta ſunt, ſtylus, omninò barbarus, inſulſus ac abs omni, quæ tum viguit, Latini ſermonis puritate prorſus alienus, luculenter evincit. Porrò fidem, quam, etſi ſic habeat, nonnemo forſan iiſdem Actis adhuc adjungat, non parùm etiam minui ſeu infirmari oportet primò quidem ex eo, quòd, ùt jam docui, anno Chriſti* LX *Hedeſtum alioſque, ſuprà relatos, fuiſſe à Nerone necatos, memoriæ prodant, etſi interim ab imperatore iſthoc ante annum Chriſti* LXIV *ſeu Romanæ urbis, quod tum accidit, incendium nec religio Chriſtiana proſcripta nec in hujus ſectatores, utì Hiſtoriæ Sacræ lib.* 2 *Sulpitius Severus, apertè etiam ei hac in re Tacito, Euſebio aliiſque ſcriptoribus antiquis ſuffragantibus, non obſcurè docet, fuerit ſævitum; deinde verò etiam ex eo, quòd jam inde ab eodem anno* LX *Neronem, inſurgente in eum populo, Româ diu abeſſe Laurentique commorari fuiſſe compulſum, contra omnium Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptorum fidem affirment.*

D

E

in pretio habenda, eſt putandus.

9 *Adhæc cùm quempiam, qui verba, ultrò citróque paulò ante martyrium ab Hedeſto cum aliis habita, in litteras conjiceret, ei adfuiſſe, nec anonymus Actorum auctor edicat, nec veroſimile alicunde evadat, unde, quæſo, quæ veluti abs illo tunc prolata hic adducit, nec ipſemet audiviſſe poteſt, habuit comperta? Id ſanè ego haud perſpicio, ac vel idcircò non parùm, ne commentitia planè ſint, verendum opinor, maximè cùm non pauca eorum ſint hujuſmodi, ut fuiſſe re ipſa ab Hediſto prolata, veroſimile neutiquam ſit. Jam verò, cùm vel nullo vel exiguo certè in pretio, utì ex hiſce aliiſque ſuprà jam adductis nemo non intelliget, ſint habenda, quæ modò diſcuſſimus, S. Hediſti Acta, hæc ſanè quæ idcircò nec in Opus noſtrum inferre eſt viſum, facere non debent, vel ut* Hediſtus, *qui Ravennæ in ſuprà laudatis, quos hîc ſequimur, Faſtis ſacris ſignatur, in aliis meliùs Romæ annuntiari & martyrium, non in Diocletianæa, ùt communiter è dictis creditur, perſecutione, ſed ſub Nerone ſubiiſſe putetur, vel ut ab Hediſto, quem Laurenti ſub Nerone paſſum, ſpuria iſta Acta memoriæ, ùt dictum, produnt, diverſus eſſe ſeu diſtinctus, hicque proinde & non ille in monte Soracte coli credatur.*

F

A

AUCTORE D. A. B.

DE S. MAXIMILIANO EP. MART.

CELEIÆ IN NORICO MEDITERRANEO

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Martyrii locus; Acta edenda.

CIRCA ANNUM CCCVIII *S. Maximiliani, qui Celeiæ paſſus eſt,*

Eleia aut Cileia, ad Pannoniæ fines, quâ Soana fluvius ad Savum appropinquat, ſita totius Norici Mediterranei civitas præcipua erat ac veluti caput. Hæc, Plinio & Ptolomæo nota, antiquis temporibus nec ignobilis fuit, ùt teſtantur varia, quæ Grutherus, Velſerus & Lazius edidêre, monumenta & non-

B *nulla alia, quæ, anno 1728 Viennam allata, etiamnum, ùt ſcribit Aquilinus Julius Cæſar canonicus Regularis in ſuis Styriæ Annalibus pag.28,* in ſcala bibliothecæ cæſareæ inviſuntur. *Quæ fuerat olim urbs epiſcopalis, circa annum Chriſti* 840 *everſa archidiaconi ſedes effecta eſt;* à noviſſimis verò temporibus, *inquit idem Aquilinus pag.* 30, Gorithienſi archiepiſcopo ſubjecta, cùm aliàs Aquileienſi patriarchæ paruiſſet. S. Maximilianum *Celeiæ natum, Celeiæ paſſum & ſepultum fuiſſe, varia ejus Vitæ apographa, cùm à Pezio Scriptorum Auſtriacorum tom.* 1, *col.* 22 *edita, tum alia, in Muſeo noſtro aſſervata perhibent. Hoc ipſum fert paſſim Celeienſium civium traditio, cujus notas ſubminiſtrat Annalium Styriæ ſcriptor pag.* 228: Nam & locus hodiedum Celeiæ, ubi obtruncatus & humatus eſt, oſtenditur, exiſtitque ibidem, teſtibus Cuſpiniano, Megiſero, Lazio aliiſque, ejuſdem nomini ſacrata eccleſia. Doctorque Schönlebius parte 3 Annal. pag. 201 ait, ſe Celeiæ vidiſſe quoque fontem, ubi caput S. martyris reſectum decidit.... Extra capellam, ùt refert illuſtr. Valvaſorius,

C ad eum fontem ſub ara exiſtentem acceſſus patet; ſuperiùs legitur inſcriptum: FONS DECOLLATIONIS S. MAXIMILIANI. *Cur autem Mrl. Romani hodierni ſcriptor poſt Molanum, quem in Notis, hodiernæ* S. Maximiliani *annuntiationi ſubnexis, laudat,* Celenæ, vulgò Glinech ſeu Cleinech, pago *Noricorum in Auſtria, apud Onaſum* flumen, in territorio & diœceſi quondam Laureacenſi, nunc oppidulo apud Aſtiram *civitatem in via, quæ inde Onaſum ſeu Aniſum civitatem ducit, martyrii palæſtram affixerit, non video: rectiùs & exactiùs procul dubio in ſuo generali Sanctorum Catalogo ſcripſit Ferrarius eam Celeiæ reponens cum* S. Maximiliani *biographo, de cujus lucubratione nonnulla obſervanda modò occurrunt.*

Acta, à Pezio ex Ms. Cellenſi vulgata,

2 B. Maximiliani *Vitam ſeculo* v *ſeneſcente jam litteris mandatam fuiſſe, expreſſis verbis innuit ejus biographus, qui, poſtquam num.*22 *aſſeruiſſet, ſub Odoacro rege Rugorum & Theoderico Oſtrogothorum principe Laureacenſem eccleſiam cum clericis, libris Sanctorumque reliquiis in Italiam migraſſe, ſubdit, libellum, vitam ipſius & miracula continentem, eò quoque fuiſſe aſportatum. De quo audi Pezium in Obſervatione, ad Acta* S. Maximiliani *prævia, Scriptormm Auſtriacorum tom.* 1, *pag.*21 *diſſerentem.* Quod, *inquit,* an verum ſit, vehementer dubito, cùm Eugippius, qui dictæ migrationi præſens interfuit, nihil hujuſmodi in Vita S. Severini, *quam Bollandus tom.* 1 *Januarii pag.* 486 *edidit,* commemoret. *Idem dubium eadem ratione ductus movet Hanſizius Germaniæ Sacræ tom.* 1, *pag.* 33. Migratio enim illa, *inquit,* quæ facta fuit mandato Odoacri anno 488, ſolos attinebat Noricos Ripenſes & oppida ſuper Danubium poſita, ùt exactè ſcribit Eugippius, qui eidem migrationi interfuit: Noricos interiores aut Celeienſes, utpote quàm longè ab ripa Danubii remotos, eo migrandi præcepto comprehenſos haud conſtat. *Quidquid ſit de illa* S. Maximiliani *Vita, iſthæc lucubratio ad noſtra uſque tempora non pervenit; an etiam Actorum ejus, huic Commentario ſubdendorum, ſcriptori præluxerit, valdè eſt incertum. Hæc Acta ex monaſterio Cellenſi eruta & cum Lambacenſi, Lunælacenſi, San-Petrenſi & Vormpacenſi ſeu Formbacenſi codicibus diligenti curâ collata primus vulgavit Hieronymus Pezius Scriptorum Auſtriacorum tom.* 1, *pag.* 22 *& ſeqq.*

in Muſeo noſtro aſſervata,

3 *Quatuor eorum Actorum apographa ad Muſeum Bollandianum ſubmiſſa inveni, quorum primum ex monaſterio Rubrævallis, ſecundum ex codice Bibliothecæ Electoralis Monachienſis numero* 467 *ſignato, tertium ex imperiali SS. Udalrici & Afræ abbatia, quartum denique ex Ms. eccleſiæ Patavienſis eruta ſunt. Cujus autem ætatis ſint Mss., è quibus noſtra apographa fuêre excerpta, nos non edocuit Gamanſius, qui ea ſubmiſit. Ad calcem tamen Ms., ex Bibliotheca Monachienſi accepti, hæc leguntur verba:* Scripſit Harmantus Schedel doctor anno Domini 1490 die 21 menſis Julii Nyrembergæ. *Hoc proinde Ms. ſeculo decimo quinto fuit manu exaratum, quod de ſuis, quæ edidit aut contulit, Pezius etiam ſcripſerat. His apographis adjungimus codicem quemdam, eadem Acta exhibentem, ſeculo etiam decimo quinto labente typis editum in eodem Muſeo repertum, ad cujus calcem, ſicut in apographo Monachienſi, exaratæ ſunt Collecta, Secreta & Poſtcommunio, in Miſſa die* S. Maximiliano *ſacrâ recitari ſolitæ.*

ab auctore anonymo poſt annum 1265 *ſcripta,*

4 *Porrò quis fuerit ſcriptor, qui* S. Maximiliani *Vitam litteris commiſit, nec Acta ipſa nos docent, nec ex quovis alio monumento conſtat.* Eumdem aut canonicum aut clericum fuiſſe Patavienſem, haud abſurda ſuſpicio

E

F

AUCTORE D. A. B.

cio est, *inquit Hansizius*, eò quòd Maximilianum & S. Valentinum sæpe sæpius patronos nostros (*num.* 15, 16 & 21 *Vitæ edendæ*) vocet; *quos revera tanquam suos peculiares protectores ecclesia Patavienſis veneratur. Auctorem autem medium post seculum decimum tertium Operi suo contexendo manum admovisse, ex ipsorummet Actorum numm.* 15 *& seqq. apertè conficitur.* Sed nec hodie, *inquit biographus*, gratia largissima Salvatoris definit exauditum porrigere ob merita S. Viri ... Anno namque Domini 1265 quarto Calendas Novembris circa tertiam vigiliam noctis porta civitatis Patavienſis super ripam Oëni, versùs monasterium S. Nicolai per adulterinas traditorum claves aperta, liberum hostibus patefecit introitum: *resque sua ætate peractas biographum litteris commisisse passim evincunt verba, quibus narrationem suam contexuit, & quæ hic summatim dumtaxat appellabo: num.* 17: Erat quoque moderno tempore mulier; *num.* 18: Quidam civis, cujus nos novimus nomen & personam; *num.* 20:

B Quidam de Oedenburch cæcutiens: in crastino vidimus eum, abjecto tentatore baculo, pro recepto visu Deo & Sanctis suis gratiarum actiones uberrimas referentem; *num.* 21: Vidimus etiam quendam adolescentem in hospitali civitatis Patavienſis ex longa infirmitate utroque poplite contracto ... moxque sanatis & solidatis compagibus & nervis, erectum gradientem. *Hinc, quam fidem ea describens mereatur* S. Maximiliani *biographus, haud difficilè edisсere poterit lector: sed, ut certius judicium ferre queat, singulas Actorum partes, mecum ipse perlustret.*

in tres partes distributa, hic.

5 *Quasi in tres partes divisa*, S. Maximiliani *Acta nobis exhibent apographum Cellense à Pezio vulgatum, cum aliis pluribus collatum, & alia apographa, de quibus numero prægresso egimus. In prima parte, nonnullis de religionis Christianæ in Norico Ripensi primordiis ecclesiarumque institutione præmissis*, S. Maximiliani *ortum, parentes, vitam, susceptos in episcopatu labores tandemque martyrium describit biographus: in secunda parte miracula* SS. Maximiliani *& Valentini, ecclesiæ Patavienſis patronorum, ope patrata narrantur: in*

C *tertia demùm, multa de ecclesiæ Laureacensis præstantia, diœcesis amplitudine, immensis Philippi imperatoris largitionibus ipsi factis habet auctor. Cùm in secunda parte nihil nisi quod suismet oculis viderit aut aliorum testimonio probatum audierit, scripto retulerit, ideò hìc ab ipso narrata, sicutì num.* 3 *diximus, aliquâ utique veneratione accipienda videntur, nec acre censoris judicium formidant. Ast non ita de prima & tertia parte dicendum, quas biographus, multis post res actas seculis, nullis fortè aut paucis admodùm sibi prælucentibus (nulla enim scribens commemorat) monumentis, elucubravit, resque promiscuè congestas, spretis nonnunquam sanioris criticæ legibus, in rebus ecclesiasticis parùm instructus, Operi suo intulit. Huc etiam referuntur, quæ habet Hansizius, cui jam præluxerat Pezii censura.* Nec mihi animus est, *inquit Germaniæ Sacræ auctor tom.* 1, *pag.* 32, probare omnia, quæ apud biographum leguntur; nam præter frivolas quasdam etymologias, quas è nomine S. Maximiliani principio constituit, alia quoque perperam superaddit de Quirino, Maximiliani decessore, qualem nunquam fuisse jam aliàs indicatum est: item de fabellis illis patrimonii Philippini ecclesiæ Laureacensi relicti. *Nec mitiori censura primam eorumdem Actorum partem perstrinxit Pinius in Commentario, Actis S. Pelagii martyris prævio, die* 28 *Augusti num.* 56 *&* 57. *Cùm hujus hagiographi verba inprimis ad Acta mox edenda pertineant, hic ea subdere, operæ pretium est.*

D

ad criſin ſe vocata

6 Dixi, *inquit*, Acta S. Pelagii non esse magnæ auctoritatis..... Quid quod Acta S. Maximiliani Laureacensis in iis, quæ narrant de illo ante episcopatum ejus, tam multa referant similia vitæ, quam duxit S. Pelagius ante martyrium, ut suspicer, quod vel confusio hìc facta sit, vel mala applicatio. Nam Passio S. Maximiliani, quam habemus ex Ms. Rubræ-vallis, indicat, ejus parentes unicum tantummodò habuisse filium.... Cùm autem factus esset annorum septem, commendabatur à parentibus cuidam presbitero, nomine Oranio..... Cùm ergò attigisset tertium decimum ætatis suæ annum, pater ipsius ... fine felici migravit ad Dominum..... Deinde post sex annos mater ejus, maritum secuta, feliciter diem clausit extremum. Post obitum verò amborum beatus Maximilianus omnem familiam suam liberaliter manu misit, de prædiis suis distribuens cuique secundùm suam conditionem. Residuum verò ... in sinum pauperum & Deo servientium abscondit. Conferat hæc lector, *inquit hagiographus noster*, cum Actis S. Pelagii num. 1 & 2, & fallor multùm, quod verisimile non videatur, tot rerum adjuncta tamque similia convenire duabus diversis personis. *Quæ de S. Pelagii Vita habet Pinius, cur & de* S. Maximiliani *Actis, quantùm ad primam eorum partem, quæ quasi in eodem typo efformata videtur, spectat, dicere non auderem? Igitur in hac prima parte Actorum edendorum pauca admodùm reperiet lector notatu digna, aut factis historicis aliunde cognitis haud dissona: si quædam tamen quasi fortuito casu occurrerint, ea tanquam ex antiquis Norici ruderibus erepta & per varias clades ad nos usque delata, quibus hunc Commentarium prævium contexerem, ùt num.* 26, 27, 31 *&c videre est, diligenti cura accepi: nihil autem, quod animadversione non fuerit dignum, tertia pars eruditis oculis exhibebit, sive de quarumdam ecclesiarum origine & præsertim de ecclesiæ Laureacensis antiquitate, sive de mira hujus diœcesis amplitudine, sive tandem de immensis prædiis, quibus eam cumulâsse dicuntur Philippi imperatores, in ea loquatur biographus: qua de causa hanc ultimam Sancti nostri Actorum partem hìc typis vulgandam non duxi: pauca tamen admodùm, quæ lectu digna mihi visa sunt, ne factis, quæ alicujus momenti in hac qualicumque lucubratione apparent, lector defraudaretur, Annotatis ad ultimum caput inserui.*

E

F

& collata cum aliis Mss., edimus.

7 *Ex variis autem apographis, Cellense à Pezio jam editum & cum Lambacensi, Lunælacensi, San-Petrensi & Formbacensi collatum, novis typis hic subjiciendum existimavi; quod iterum cum antiquo illo codice à primis artis typographicæ incunabulis edito & cum aliis Mss., Patavienſi scilicet, Monachienſi,*

A *SS. Udalrici & Afræ, nec non Rubrævallenſi, quæ in hagiographorum Muſeo aſſervantur, contuli, adjectis inter Annotata variantibus lectionibus ex iſthac diverſorum apographorum collatione obſervatis. Et hæc de Actis mox vulgandis dicta ſufficiant.*

§ II. Epiſcoporum Laureacenſium Catalogi: de primis hujus eccleſiæ epiſcopis, ubi præcipuè de S. Maximiliano & de annis in epiſcopatu abs eo peractis.

B *Laureacenſium Epiſcoporum*

Laureacum aut potiùs Lauriacum, totius Norici Ripenſis ſeu ad Danubii ripam poſiti civitas præcipua & pro Chriſtianis olim metropolis, de qua multa ſcriptores varii, & Henſchenius ad diem 4 Maii, S. Floriano martyri ſacram, pag. 42, diverſas calamitates experta, tandem ab Hunnis & Avaribus funditùs ſubverſa, exiguum ſui in vico Lorch *ſive* Lorich *veſtigium reliquit. Cùm eorum, qui huic eccleſiæ præfuerunt, epiſcoporum Catalogi non parùm ad Acta* S. Maximiliani *illuſtranda conferant, de illis pauca diſſerere, procul dubio non abs re erit. Duos nactus in Bibliotheca Cæſarea Lambecius, eorum notitiam lib. 2, cap.* VIII *ſubminiſtravit. Primum, de quo nonnulla obſervanda mihi veniunt, à Bernardo, in celeberrima Cremifanenſi abbatia ineunte ſeculo decimo quarto monacho, elaboratum, edidit Pezius Script. Auſtriac. tom. 1, pag. 1297: alter, quem circa annum 1452 contexuerat Schritovinus, nonnullique eruditi typis vulgandum promiſerant, adhuc in eadem Cæſarea Bibliotheca ineditus latet. Hos duos Catalogos memorat Hanſizius, Germaniæ Sacræ*

C *ſcriptor, Mss. laudans inſtrumenta, quibus in conſcribendo opere uſus fuit. Plures alios hic appellat idem auctor, ſed quia vel eorum brevem admodùm deſcriptionem ſubminiſtrat, vel quod plerique ad eccleſiæ Laureacenſis primordia minùs ſpectent, de illis loqui ſuperſedeo.*

Catalogis; 9 *Duos mox memoratos Catalogos Operi ſuo intulit Hieronymus Pezius. Primus, cui titulus:* Breve Chronicon Laureacenſium & Patavienſium Archiepiſcoporum & Epiſcoporum, *in Bibliotheca monaſterii Zwethalenſis repertus & ex codice membraneo manu ſeculi* XIV *exaratus ad annum* 1216, quo ſcilicet Ordo Prædicatorum *cœpiſſe ſcribitur, ab auctore anonymo perductus fuit, & hunc indicem tanquàm antiquiorem habet Pezius. Secundus ex inclytæ canoniæ Waldhuſienſis ſchedis à Pezio oriutus, hunc titulum præfert:* Chronicon Laureacenſium & Patavienſium Pontificum, auctore Bernardo Norico cœnobita Cremifanenſi Ord. S. Benedicti: *quod etiam à Patre Gamanſio, ad Muſeum Hagiographorum ſubmiſſum, exſtat Ms. ſub littera* G *num. 67. Tertium porrò Catalogum ex Tabulario Sanct-*

AUCTORE D. A. B.

Hippolitanæ canoniæ deſcriptum inter miſcellanea vulgavit Raimundus Duellius, ejuſdem canoniæ religioſus, lib. 2, pag. 297 & ſeqq.: brevitatis ergò primum horumce Catalogorum, à Pezio, qui primus illum edidit, Pezianum: *ſecundum, à Cremifanenſi monaſterio, in quo confectus fuit,* Cremifanenſem: *tertium tandem* Duellianum, *à Duellio illius editore appellabo. Pezianum Catalogum circa annum 1216 ab anonymo elucubratum fuiſſe, mox edocui. Quamvis autem ad annum 1322 Cremifanenſem perduxerit auctor, quin tamen is antiqua monumenta evolverit,* eaque magnam partem tranſcripſerit, *ut obſervat Pezius,* ambigere vix licet, cùm in variis locis ad vetuſtiſſima exemplaria, itemque ad ſcripturas authenticas, ex quibus ſua deprompſerit, provocet. *Quicumque illi ſint, qui Duellianum Catalogum ſcripſerint, eorum alterum, ultimam manum illi ſeculo ſexto decimo impoſuiſſe, ex ipſiusmet auctoris ad calcem verbis certiſſimum eſt. Ea huc tranſcribo:* Urbanus, Rudolphi à Frenbach ex Juliana à E
Radelhoffen F., ex canonico Salisburgenſi & Præpoſito Patavienſi electus eſt epiſcopus Patavienſis 15 Cal. Sep. anno Dom. 1561, ætatis 36. Poſteri, quæ volunt addunto. A. Faciebat anno Domini 1570, diebus 142. Util. *Verùm ſub annum circitèr* 851 *hæc habet anonymus, qui primus hunc Indicem adornavit:* Hardovicus, archiepiſcopus Laur. & Patav., epiſcopus verbo & opere, ùt monumenta teſtantur, potens, imperatoribus Ludovico, Lothario, ac Ludovico II virtutis ergò longè chariſſimus, præeſt annis 26; obiit III Idus Maii 866. *Quibus verbis primum ſcriptorem Opus ſuum ex antiquis eccleſiæ aut Laureacenſis aut Patavienſis monumentis non ſolùm hauſiſſe, verùm etiam, ùt videtur, circa annum* 866 *contexuiſſe, pateſcit. Sed, ut hos tres Catalogos dignoſcere aut conferre poſſit lector, illos oculis ejus exhibeo, demptis ac rejectis, quæ ad eccleſiæ Laureacenſis primordia minùs pertinent, vel quæ ad Acta* S. Maximiliani *elucidanda non conducunt. A verbis, quibus Pezianum Catalogum orditur hujus auctor, duco initium.*

F
à Pezio editis;

10 Beatus Petrus, *inquit,* Romæ prædicans, ſanctum Marcum in Aquilegiam ad prædicandum miſit, qui ibidem cum pluribus aliis Hermagoram & Fortunatum convertit. Deinde etiam Ermachoram Aquilegienſem epiſcopum ordinavit, qui aliis prædicans convertit Syrum & Eventium, quos Papiam direxit, verbum Domini ſeminantes. Demùm aliis civitatibus, videlicet Veronenſi, Brixienſi & Laureacenſi, prædicabant. Pluribus itaque civitatibus ad viam veritatis ſucceſſivis temporibus converſis, factus eſt Aquilegiæ patriarchatus, Laureaci verò archiepiſcopatus Sed propter tyrannidem infidelium & Romanorum oppoſitionem metropolis Laureacenſis ducentis annis, vel quaſi ſacerdotalis benedictionis caruit dignitate: imò Chriſtiani ibidem habitantes pro tempore pauci erant & occultè per latebras divinum cultum exercebant. Nam, ſi qui deprehendebantur, vel acribus verberibus torquebantur aut exilio deportabantur, aut gladio necabantur. Unde factum eſt, quod S. Maximilianus & beatus Florianus cum aliis martyribus quadraginta neca-

AUCTORE D. A. B.

rentur : & ſanctus Severinus exilio pelleretur, qui etiam alios hortabatur, ne ad extraneas nationes & procul poſitas migrarent. Philippus autem imperator, qui primus ex imperatoribus fidem Catholicam publicè ſuſcepit, cum filio ſuo Philippo Juniori Laureacenſem eccleſiam, ante ſua tempora humilem, opibus & honoribus magnificè exaltaverunt : ... quæ quidem Laureacenſis metropolis ... per multa tempora ſubjectas habuit plurimas civitates ... Cui etiam beatiſſimus Laurentius levita & patronus principalis deputatus, qui fuit martyrio coronatus brevi tempore poſt Auguſtos.

Verùm ante ejus martyrium poſt archiepiſcopos aliquantos ſedit idem, ſcilicet Laureacenſis, Eutherius archiepiſcopus ſub Stephano Papa anno Incarnationis Domini 268 (*lege potiùs :* 258.)

Poſt hæc anno Domini 284 ſedit Maximilianus archiepiſcopus, qui apud Celeiam, unde fuit oriundus, eſt occiſus ſub Numeriano imperatore.

B Poſt hæc anno tertio S Florianus, tribunus militum, per Aquilinum præfectum cum multis aliis martyrio coronatus tempore Diocletiani.

His temporibus, ſcilicet ab anno Domini 308 uſque ad annum 400, non invenitur certus princeps Bavariæ & archiepiſcopus Laureacenſis.

Anno Domini 400 ſedit apud Lauriacum ſanctus Conſtantius archiepiſcopus. De hoc legitur, quod ante Miſſam pſalterium peroraverit, ut Cæleſtinus papa inſtituit ... *Hæc Catalogus Pezianus. Accipe nunc, quæ Cremifanenſis ſuppeditat.*

ſive ex Cremifanenſis monaſterii ſchedis eruta.

11 *Hunc ſic inchoat Bernardus Noricus, à quo fuit contextus :* Omiſſo, quo tempore provincia Wawariæ vel eccleſia Laureacenſis ſit exorta aut per quem ad fidem ſpecialiter ſit converſa, dixiſſe ſufficiat, quod primò S. Philippus Apoſtolus directus ab apoſtolis in Scytia prædicavit. Scytia verò eſt provincia vel potiùs regio Europæ ſecundum Iſidorum, cui conjungitur Germania, quæ continet Noricum.

C Item S Petrus B. Marcum Euangeliſtam in Aquilegiam deſtinavit prædicandi gratiâ, qui ibidem ſanctos Emerchoram & Fortunatum cum aliis pleriſque convertit, Emerchorâ in epiſcopum ordinato. Per hos ergò primos verbi Dei ſeminatores poterat dicta eccleſia Laureacenſis, SI TUNC FUNDATA ERAT, recipere Verbum Dei. Immenſis prædiis & provinciis ab imperatore Philippo donatæ & per XXII civitates ejus diffuſæ huic eccleſiæ, beatiſſimus Laurentius Levita eſt ab eiſdem temporibus deputatus, *qui fuit martyrio coronatus brevi tempore poſt Auguſtos, Decii fraude morti traditos. Sic auctor habet.*

Verùm ante ejus martyrium poſt archiepiſcopos aliquantos (*nullum horum appellat, nec Pezianus Index*) ſedit ibidem, ſcilicet apud Laureacum, ſanctus Eutherius archiepiſcopus, qui concilio adfuit Sardicenſi (*deeſt in Peziano*) ſub Stephano Papa anno Domini 268 .. (*lege* circa annum 258.)

Anno Domini 284 ſedit ibi Maximilianus archiepiſcopus, qui apud Celeiam, unde fuerat oriundus, eſt occiſus ſub Numeriano imperatore.....

Anno Domini 287 Florianus, tribunus militum, per Aquilinum præfectum apud Laureacum cum multis aliis martyrio coronatur ſub Diocletiano imperatore. D

Anno 308 S. Quirinus, filius Philippi imperatoris, paſſus eſt. *Epiſcopus non ſcribitur.*

His temporibus, ſcilicet ab anno Domini 308 uſque 400, non invenitur certus princeps Bavarorum vel archiepiſcopus Laureaci, & populus cum omnibus rebus tranſit in Neapolim.

Circa annum Domini 400, parùm plus vel minus, ſedit apud Laureacum ſanctus Conſtantius archiepiſcopus, & ſanctus Valentinus & ſanctus Severinus confeſſor. De hoc legitur, quod ante Miſſam pſalterium peroravit, ùt Cæleſtinus Papa inſtituit.

Hinc iſtum Catalogum in his, quæ ad Hiſtoriam Eccleſiæ Laureacenſis ſpectant, iiſdem ferè verbis, quibus Pezianus conflatum eſſe, ipſoque prælucente, ſuum contexuiſſe Bernardum Noricum facilè lector eruet. Sed ab iſtis duobus Laureacenſium Epiſcoporum Catalogis longè diſtat Duellianus, quem etiam legentium E *oculis ſubdo.*

12 *Nullo procœmio uſus, ſic ſtatim habet ejus auctor :* *ſive tandem à Duellio vulgatis.*

Marcus D. Pauli collega Laureaci docuit Euangelium anno Chriſti 60.

Laurentius circa annum Chriſti 90.

Proximè ſequentes epiſcopi uſque ad annum Chriſti 200 interciderunt. Ita auctor.

S. Florianus eques Pannonicus ex Ceyſſelmuro concionatus eſt aliquamdiu Laureacenſi eccleſiæ; paſſus eſt anno 230, *vel potiùs poſt annum* 304.

Gebhardus præfuit Laureacenſi eccleſiæ anno Chriſti 250, miſerrimo hoc tempore Oſtrogotis, duce Echina, provincias ad Danubium ferro, igne vaſtantibus.

S. Eutherius vel Eleutherius ſucceſſit anno 260. Interfuit Sardicenſi concilio.

S. Quirinus, Philippi imperatoris frater, vir ſanguinis nobilitate, virtute & eruditione clariſſimus, liberalis in eccleſiam, & qui integrum ei patrimonium contulit anno Domini 265.

S. Maximilianus, nobiliſſimis parentibus Celeyæ natus, præficitur anno 268: paſſus F Celeyæ anno 288.

Hic nomina epiſcoporum ob barbaras incurſiones deſunt annis 139. *Sic in apographo.*

Conſtantius monachus ex cella S. Severini præfectus anno 427. Fertur obiiſſe anno 487.

13 *Qui hoſce tres Catalogos attentis evolvet oculis, mox ſanè animadvertet, eorum ſcriptores religionis Chriſtianæ initia à primo Eccleſiæ ſeculo eſſe ducenda, fideique lumen ex Aquileienſi civitate exortum per Marcum Euangeliſtam aut ejus diſcipulos Noricis Ripenſibus fuiſſe illatum. Secundò, licèt longè plures epiſcopos exhibeat Duellianus Catalogus, ingentem tamen in hoc patere hiatum, nullamque ſeriem eorum exſtare continuam, ſicut in pleriſque Italiæ, Galliæ aut Germaniæ contigit eccleſiis, quæ ambitioſo magis, quàm ſolido ac vero conatu ab Apoſtolis ipſis aut ſaltem ab iis, quos hi docuerant, ſe fundatas gloriantur; tertiò denique, fabellam Philippi imperatoris, viginti duas civitates eccleſiæ Laureacenſi largientis, inſulſamque illius principis munificentiam omnibus* *falsò*

lippis

A *lippis etiam oculis hodie manifeſtam in dictos tres Catalogos pariter irrepſiſſe. De hiſce igitur ſentiendum quid ſit, viderit ipſe eruditus lector. Sed, antequam ulteriùs progrediar, eum monitum volo me de ſolis epiſcopis, qui Laureaci ſedêre aut Laureacenſi eccleſiæ præpoſiti fuerunt; non verò etiam de Apoſtolis aut viris apoſtolicis, qui primo aut ſecundo ſeculo ad Noricum miſſi Euangelii ſemina Verbi prædicatione ibidem ſparſerunt, dicturum eſſe. Inter iſtos reponunt Catalogi Marcum Euangeliſtam, Hermagoram, Fortunatum, Syrum, Eventium &c, qui à Sede Petri aut ab Aquileienſi civitate directi, in Norico religionis præcones exſtiterunt. Quidam etiam iis accenſent B. Lucam*, qui, *inquit Hanſizius tom.* 1 *Germaniæ Sacræ corol.* 2, tendens è Dalmatia in Italiam, Noricum, Euangelii prædicatione præ cæteris illuſtravit. *Ad hoc autem ſcribendum Hanſizium imprimis adduxêre quidam verſus antiquæ turri oppidi Ens Auſtriæ Superioris inſcripti, quos hic ſubdo:*

Aſpicis exiguam nec magni nominis urbem,

B Quam tamen æternus curat amatque Deus.

Hæc de Laureaco reliqua eſt: His Marcus in oris

Cum Lucâ Chriſti dogma profeſſus erat. *Licèt medii ævi, quo, deſtructo Laureaco, elucubrati fuerunt iſti verſus, ſtilum redoleant, tamen, cùm tanquam oppidanorum traditionis haud contemnendæ teſtes uſurpari poſſint, non videtur, cur illos & traditionem iiſdem aſſertam rejiciam, dummodò Marcum, Lucam, alioſque viros apoſtolicos, nec Laureaci ſediſſe epiſcopos nec hiſce temporibus fundatam ibi eccleſiam aut cœtum ullum eccleſiaſticum epiſcopo, ſacerdotibus & aliis miniſtris inſtructum fuiſſe, mecum fateantur eruditi. His poſitis, jam ad illos, qui velut epiſcopi ab Catalogorum noſtrorum ſcriptoribus habentur, ſermonem converto. Duos tantummodò, Eutherium ſcilicet &* Maximilianum *ante Conſtantium, qui, ut authentica produnt monumenta, Laureacenſem ſedem occupavit, exhibent antiquiores Catalogi Pezianus & Cremifanenſis: iis autem tres alios & quidem ante Eutherium &* Maximilianum *accenſet Duellianus codex.*

C *Verùm, quo in loco ſint habendi iſti tres epiſcopi, quos Laurentium, Jerardum & Quirinum nominat, & an non potiùs inter apocryphos ſeu ſuppoſititios, cum Hanſizio Germaniæ Sacræ tom.* 1, *pag.* 127 *& ſeqq. corollario tertio ad calcem iſtius tomi, reponendi ſint, juverit hìc inquiſiviſſe.*

Laurentius, 14 *Et quidem ut à Laurentio initium ducam: hujus nomen nec in antiquis Pataviæ Annalibus, quos ab Urbano epiſcopo Hundius legendos accepit, nec in vetuſtioribus tabulis inſcriptum legitur. Si de quodam Laurentio loquatur Cremifanenſis codex, ille eſt celebris martyr, anno* 258 *Romæ aduſtus, qui fortè ad Noricos Euangelii prædicandi causâ acceſſit, ſed qui levitico, non epiſcopali charactere inſignitus fuerat. Licèt autem alterum Laurentium memorare videatur Schritovinus, qui ſeculo* XV *florebat, ita tamen de illo ſcribit, ut Cremifanenſis Catalogi verbis non officiat. Verba illius ſcriptoris, qualia apud Hanſizium pag.* 27 *habentur, hìc ſubdo:* Quidam, *ait,* Laurentius extitit, qui Laureacum venit cum aliis prænominatis, B. Marco, à quo, ùt quibuſdam viſum eſt, Laureacum nomen & fidem ſuſcepit; *cùm autem addat* vel ùt aliis viſum eſt, propter beatiſſimum Laurentium, in cujus honore Laureacenſis eccleſia extitit dedicata, *de iſthoc Laurentio quicumque fuerit, ſic loquitur, ut B. Laurentium levitam & martyrem potiùs intellexiſſe videatur. Bruſchii & Hundii, qui Schritovinum ſecuti ſunt, mitto opinionem, quâ Laurentium illum aut epiſcopum aut archidiaconum & martyrem Laureaco nomen indidiſſe exiſtimant. Ecquis enim hiſce temporibus, nomini Chriſtiano infeſtis, Laureacum, primorum Romæ imperatorum diebus, ùt pleraque monumenta à Velſero, Lambecio & aliis laudata teſtantur, haud ignotum, à Chriſtiano nomen accepiſſe, autumabit? Igitur & Hanſizii verbis concludam:* Iſthuc unicè ſententia noſtra reſolvitur, non fuiſſe Laurentium antiſtitem ullum hoc nomine, cui aut civitas appellationem ferat acceptam, aut ædes cathedralis dicata eſt.

AUCTORE D. A. B.

Jerardus E 15 *Ad eamdem apocryphorum claſſem amandat Hanſizius Jerardum, quem Hundius poſt Bruſchium Laureacenſium Epiſcoporum Tabulis indiderat. De iſthoc epiſcopo Bruſchius pag.* 27 *de Patavia & Laureaco lib.* 1, *edit. an.* 1553, *hæc habet:* Jerardus præfuit eccleſiæ Laureacenſi anno Domini 250, quo Philippus utriuſque Pannoniæ dominus (*non ex Pannonia oriundus, quippe qui* Arabs Traconides *à Sexto Aurelio Victore de Cæſaribus cap.* 28 *vocitatur*) qui primus inter imperatores Romanos doctrinâ magni Origenis inſtitutus, abjectis idololatricis ſtudiis, Chriſtum profeſſus eſt & pauperem hactenus Laureacenſem eccleſiam honoribus ac divitiis exaltâſſe legitur. *Hæc Bruſchius, cujus verba Hundius ferè omnia deſcripſit. Sed, cùm antiqui Catalogi Jerardum non exhibeant, ut Hanſizii verbis utar,* Ego & Jerardum & patrimonium Philipporum, quod antiqui iſti à Schritovino laudati pariter referunt, juxta habeo.

& Quirinus perperam interpretantur, 16 *Eodem in pretio habendum eſſe Quirinum, exiſtimat Harſizius, cui tamen inter epiſcopos Laureacenſes locum dederant Duellianus Catalogus, Bruſchius, Hundius & nonnulli biographi, qui eum ex imperatore Philippo natum, dein ad Laureacenſis eccleſiæ regimen aſſumptum, mox ad Aquileienſem ſedem tranſlatum, poſtremò graſſante Diocletianæa perſecutione aquis ſubmerſum fuiſſe aſſerunt. Verùm in texenda iſthac Quirini hiſtoria, tot commenta quot ferè verba irrepſiſſe nemo non videt. Enimverò unicus fuit imperatori Philippo filius, à patre Cæſar renuntiatus, cui nomen* Caius Julius Saturninus, *paulò poſt patris necem à militibus & ipſe necatus, ùt ſcribunt Aurel. Victor de Cæſaribus cap.* 28, *Eutropius in Breviario cap.* 3, *lib.* 9, *Jornandes de Regnorum Succeſſione cap.* 8. *Quirinum igitur, qui Philippi imperatoris fuerit filius, ad Laureacenſes & Aquileienſes inſulas fuiſſe evectum, quis credat? Hinc Ughellus, qui, Hundii auctoritate dumtaxat adductus, Quirini nomen, licèt id antiquis Aquileienſis eccleſiæ Tabulis, ùt ipſe fatetur, adſcriptum non legiſſet, Aquileienſibus tamen epiſcopis intulerat, à Coleto, qui novam Ita-*

F

AUCTORE D. A. B.

liæ Sacræ editionem curavit, in Notis pag. 22 *&* 23, *tom.* 5 *appositis emendatur. Et verò de Quirino nullam mentionem habent varii illi Episcoporum Aquileienſium Catalogi, quos in Appendice ad Monumenta eccleſiæ Aquileienſis pag.* 6 *& ſeqq. edidit anno* 1740 *Bernardus de Rubeis. Præterea Quirinus ille, qui anno circitèr* 308, *molâ ad collum appensâ, in flumen præcipitatus interiit, & cujus Acta ad diem* 4 *Junii pag.* 280 *à Papebrochio illuſtrata ſunt, in Norico quidem epiſcopus ſedit, ſed Sciſcienſi, non autem Laureacenſi eccleſiæ præpoſitus. Bruſchius & Hundius perperam aſſerunt, S. Quirini Laureacenſis epiſcopi corpus, primò Romam delatum, deinde ad Tegernſeenſe cœnobium tranſlatum, ibi debito cultu aſſervari. Sacra pignora, quæ apud Tegernſeenſes reconduntur, non ad S. Quirinum epiſcopum, ſed ad alium, cujus ad* 25 *Martii Acta edidit Henſchenius, pertinent. Hinc Quirinum Laureacenſem ex illo Sciſciæ & altero Romæ pro Chriſti fide enecto, ab iſtis ſcriptoribus confiatum, meritóque ex Laureacenſis eccleſiæ Tabulis delendum eſſe, facilè argues.*

B

17 *Eutherium, aliàs Eleutherium aut Leutherium, Laureaci præfuiſſe epiſcopum, omnes Catalogi & Annales Patavienſes, quos in ſua Metropoli Salisburgenſi pag.* 287 *laudat Hundius, teſtantur. Igitur Eutherius, ùt apparet,*

rectéque contrà epiſcopis Laureacenſibus,

epiſcopis Laureacenſibus jure meritò eſt inſcribendus: an autem ante aut poſt S. Maximilianum *ſacris hujus eccleſiæ tabulis inferendus ſit, poteſt apud eruditos moveri dubium; Hanſizius inter illos, quos incertos Laureacenſis ſedis epiſcopos appellat, ei locum circa annum* 347 *in tabulis à ſe confectis aſſignat, ea potiſſimùm ratione adductus, quod ſub hunc annum celebratum fuerit concilium Sardicenſe, cui ſecundum Cremifanenſem & Duellianum Catalogum ſubſcripſit* Eutherius à Panoniis. *Aſt in utroque Norico, intra cujus limites Pannonia ſeu Superior ſeu Inferior protendebatur, ſive in Pannonia, quæ à Cœtio monte ad Savum uſque extenſa erat, plures erant civitates ſeculo quarto in epiſcopalem ſedem erectæ, Carta ſcilicet, Carpis, Stridonia, Sabaria, Scarabantia &c: quare non eſt, cur Laureacenſi civitati potiùs, quàm aliis præfuiſſe dicatur* Eutherius ille de Pannoniis. *Sed & alteri Tabulæ Epiſcoporum, qui huic concilio adfuerunt, ad calcem ejuſdem concilii poſitæ, tom.* 2 *Concil Labbean. col.* 662 *hæc inſerta leguntur:* Euterius à Procia de Caindo, quæ vocabula, *ùt notat ipſe Hanſizius,* procul dubio corrupta œdipo indigent, *nec ſanè Laureacenſem eccleſiam deſignant. Eutherium Laureaci epiſcopum ante* S. Maximilianum *egiſſe, eò libentiùs in animum induco primò, quòd omnes Catalogi eum* S. Maximiliano *præfixum exhibeant, qui certò ante Nicænam ſynodum ac proinde ante Sardicenſe concilium martyrium ſubiit: ſecundo, quòd in his Epiſcoporum Tabulis Eutherii epiſcopatus ſub Stephano Papa, hujus nominis I, qui Sedi Romanæ ab anno* 256 *ad ſecundum diem Auguſti anni* 260 *præfuit, non autem ſub Julio ſummo Pontifice, quo annuente, hoc concilium habitum fuit, reponatur: tertiò, quòd, cùm hæc verba,* Interfuit concilio Sardicenſi *in antiquiori Catalogo, Peziano vide-*

C

licet, non legantur, fuiſſe ea aliis Tabulis, Cremifanenſi & Duellianæ, illata, ſuſpicari haud immeritò poſſimus. Factum enim eſſe poteſt, ut, cùm Cremifanenſis & Duelliani Catalogorum ſcriptores, inter epiſcopos ſynodo Sardicenſi ſubſcriptos, Eutherium de Pannoniis recenſeri conſpexiſſent, id, nulla temporum ratione habita, ad ſuum nominis ejuſdem Laureacenſem epiſcopum facilius, quàm par eſſet, præ nimio ei adſcribendi, quod glorioſum eſſet, ſtudio retulerint: quartò, quòd in variis Catalogis Annalibuſque, ab Hundio pag. 287 *laudatis, ſedes Laureacenſis* propter perſecutiones hujus temporis & clades eccleſiarum *ab anno* 308 *ad ſeculum quintum, quo Conſtantius huic præpoſitus fuit, vacâſſe aſſeratur. Nullus igitur epiſcopus nec Eutherius ipſe eccleſiam hanc adminiſtrandam anno* 347 *ſuſceperat.*

D

18 *His proinde rationum momentis adductus, Eutherium omnibus Catalogis inſcriptum, non ſolùm epiſcopis Laureacenſibus eſſe annumerandum, verùm etiam ante* S. Maximiliani *tempora, ac proinde priùs, quàm concilium Sardicenſe habitum fuiſſet, Laureaci epiſcopum egiſſe, veroſimilius exiſtimo.* Idem ille, *inquit Bruſchius, cujus verba in ſua Metropoli Salisburgenſi Hundius expreſſit,* in Fabiana, quæ hodie Vienna Auſtriæ metropolis eſt, Chriſtianam doctri-

& Eutherius,

E

nam profeſſus erat ac propagârat, annum Chriſti circitèr 260. *Quo minùs igitur ad hunc circitèr annum Eutherii epiſcopatum ſignemus, nihil omninò impedit, præſertim cùm hoc etiam tempore aut potiùs ab anno* 256 *Eccleſiæ Romanæ præpoſitus fuerit Stephanus, quo eam adminiſtrante, Eutherius epiſcopum egiſſe in omnibus Catalogis aſſeritur. Eutherium porrò circa annum* 257 *vel* 260 *ſedem Laureacenſem aut morte aut alio quocumque caſu reliquiſſe, ex hoc veroſimile opinor, quòd in* S. Maximiliani *Actis mox edendis num.* 8 *& à Bruſchio laudatis, Sixtus Papa, qui hoc anno aut circitèr Romæ ſedit,* Maximiliano *noſtro plenariam prædicandi verbum Dei Laureacenſibus poteſtatem conceſſiſſe dicatur: enimverò ſi in vivis adhuc exſtitiſſet Eutherius, aut Laureacenſi ſedi præfuiſſet, hanc prædicandi facultatem ab eo* Maximilianus, *non autem à ſummo Pontifice acceptam tuliſſet. Hinc Eutherium vitam cum morte commutâſſe ante vigeſimam primam Julii anni* 261 *aut etiam ante ſextam Auguſti anni* 258, *quarum dierum altera à Pagio, altera à Papebrochio, veluti Sixto Pontifici emortualis, aſſignatur, conſectarium eſt.*

F

19 De ſancto Maximiliano, *inquit Hanſizius Germaniæ Sacræ tom.* 1, *pag.* 30, res habentur indubitatæ duæ. Primùm de epiſcopatu Laureacenſi: alterum de martyrio, Celeiæ facto. Utrumque ratum legitimis martyrum tabulis (*addere poterat & omnibus epiſcoporum Laureacenſium Catalogis*) ac denique traditione & cultu apud Noricos inveterato. Illud non moveo, epiſcopus an archiepiſcopus appellari debeat: ſeriùs enim hoc vocabulum adinventum. *Quo autem tempore in epiſcopum Laureacenſem aſſumptus fuerit* Maximilianus, *quotve annis huic eccleſiæ præpoſitus fuerit, definire oppidò eſt difficile. Si biographum num.* 7 *&* 8 *ſcribentem audias, ejus epiſcopatûs initia ab Eutherii morte ſeu*

&, qui in Norico per annos circitèr viginti apoſtolum agens

ab

A *ab anno circitèr* 260 *aut ab annis binis præcedentibus erunt repetenda. Cùm enim, ùt ibidem ait, omnibus cleri & populi votis in epiſcopum electus, verbum Dei in Norico prædicandi à Sixto Papa, qui Romæ circa annum* 258 *aut* 260 *ſedit, facultatem acceperit, quid, quæſo, à ſummo Pontifice acceptum tuliſſet Sanctus, niſi B. Sixtus charactere epiſcopali eum donâſſet? A biographo hîc diſſonat Bruſchius de Epiſcopis Laureacenſibus lib.* 1, *pag.* 33 *& ſeqq. edit. anni* 1553, *cujus verba Hundius in ſua Metropoli Salisburgenſi ferè expreſſit.* Fugerat & ipſe, *inquit Bruſchius*, quemadmodùm alii Chriſtiani innumeri in Italiam Deciana perſecutione, ubi cùm Romæ B. Xixto, ejus nominis ſecundo epiſcopo Romano, innotuiſſet, ab eodem ipſo Romano Pontifice, ut in Pannonias redeat & eccleſias metu tyrannorum perculſas ac dilapſas ab exilio revocet denuóque inſtauret, admonitus ac perſuaſus eſt... Confirmavitque eum abiturum Xixtus Pontifex, & addita ſimul Apoſtolica benedictione, concedens ipſi plenariam authoritatem cùm ver-
B bum de Chriſto Dei Filio propagandi, tum eccleſias eidem Chriſto per Pannonias recolligendi .... Laureaci cùm magnanimiter concionatus eſſet .... mox ab ipſis Chriſtianorum reliquiis magno deſiderio exceptus, & in Laureacenſis eccleſiæ epiſcopum (*ipſo anno Domini* 268) aſſumptus eſt. *Hæc Bruſchius; quibus verbis, priuſquam ad Laureacenſes infulas evectus eſſet* Maximilianus, *eum octo aut novem annos apoſtolicis laboribus apud Noricos intentum inſumpſiſſe, indicat. Sed & illum longè plures eis inſumpſiſſe, ego contendo. Et quidem cùm* B. Maximilianus *à Sixto Papa, qui, teſtibus Pagio & Papebrochio, circa annum* 258 *aut* 260 *occubuit, plenariam verbi Dei diſſeminandi apud Noricos poteſtatem acceperit, & tamen, ùt mox dicturus ſum, Laureacenſem cathedram non niſi anno* 282 *aut* 284 *aſcenderit, conſectarium fit, eum per viginti & ampliùs annos in Norico apoſtolum egiſſe, priuſquam hujus eccleſiæ tabulis epiſcopus inſcriptus fuerit. Eutherii igitur, ante annum* 258 *aut* 260 *mortui, non ſtatim locum ac-*
C *cepit* Maximilianus, *qui in omnibus Catalogis tanquam ejus ſucceſſor renuntiatur, ſed per longum temporis ſpatium Laureacenſis eccleſia, ſive irruentibus barbaris, ſive perſecutione, quam Decius imperator indixerat, perturbata, mœſta viduaque permanſit, cui ut ſuccurreret, à ſummo Pontifice Sixto miſſus per viginti & ampliùs annos elaboravit, donec circa annum* 282, *acclamantibus clero & populo, Laureacenſis epiſcopus renuntiatus eſt; verùm hoc tanquam præcipuus cardo, in quo tota vertitur difficultas, aliqua probatione eſt firmandum.*

non niſi circa annum 282 *epiſcopus Laureacenſis renuntiatus eſt,*

20 *Haud contemnendum mihi hanc in rem inſtrumentum ſuppeditat Chronicon Salisburgenſe, à Pezio inter Auſtriacos ſcriptores tom.* 1, *col.* 317 *& ſeqq. editum, quod, teſte eodem Pezio*, Exaratum id primùm fuit admodùm eleganter in membranis ſeculo, ùt codicis Ms. characteres præferunt, duodecimo, quod poſtmodùm alii atque alii auctores coævi ad ſeculum uſque XIV produxerunt, quemadmodùm ex diverſitate manuum ſcripturarumque formis manifeſtum eſt; &, *ùt veroſimile eſt, ex antiquis monaſterii abbatialis S. Petri Salisburgenſis ſchedis conflatum. Sub annum autem* 282 *leguntur verba, quæ huc tranſcribo:* Probus occiditur, Euthicianus Papa ſedit, S. Maximilianus Laureacenſis epiſcopus ſedit. *Et quidem hoc ipſo anno Probum à militibus occiſum, & Euthicianum, ab anno* 275 *electum, Romæ tum ſediſſe, teſtantur Tillemontius Hiſtoriæ Impp. tom.* 3, *pag.* 540 *& Pagius, qui circa tempus, quo Pontificium geſſit Euthicianus, à Papebrochio paululùm diſſonat. Nec à Chronici Salisburgenſis verbis ſuperiùs relatis admodùm differunt Peziani & Cremifanenſis Catalogorum auctores, qui* Maximiliani *epiſcopatum anno* 284 *annectunt: enimverò cùm non niſi anno* 308 *aut circitèr martyrium jubierit Sanctus noſter, ùt inferiùs dicturus ſum, his duobus annis ejus epiſcopatum illigare poterant Chronici & Catalogorum horumce ſcriptores; quippe, qui anno* 282 *epiſcopali charactere inſignitus, anno* 284 *ſedebat, nec niſi anno* 308 *animam pro Chriſto dedit. Hinc aliqua lux circa annos, quibus Eccleſiæ præfuit* S. Maximilianus, *ſuboritur. Non niſi annos* 20 *eccleſiæ Laureacenſi præpoſitum fuiſſe* S. Maximilianum, *aſſerit Duelliani Catalogi ſcriptor, qui ſic habet:* Præficitur anno CCLVIII. Paſſus Celeiæ anno CCLXXXVIII.

AUCTORE D. A. B.

E

21 *Unum ſupra hos viginti annos addit Bruſchius, cujus verba ſuæ Metropoli Salisburgenſi Hundius intulit, quæ hîc ſubdo.* Laureacenſi eccleſiæ cùm præfuiſſet piè &, utì Chriſti miniſtrum decet, annis penè viginti ... accidit anno 288, ut in patriam ad nativitatis ſuæ locum, urbem videlicet Celeiam, deſcenderet, ubi gladio percutitur anno poſt Domini Natalem ducenteſimo octogeſimo nono, quarta Iduum Octobris. *Ex quibus Bruſchii verbis, Sanctum viginti & unum annos in adminiſtranda Laureacenſi eccleſia inſumſiſſe, conſectarium fit. Epiſcopatûs illius annos licèt expreſſis verbis non annumeret Sancti noſtri biographus*, Maximilianum *tamen per viginti quatuor & etiam ampliùs annos eccleſiæ iſti prælatum fuiſſe, haud obſcurè innuit: enimverò, cùm juxta hunc auctorem ſacrum epiſcopatûs characterem ei S. Sixtus, qui circa annum* 258 *aut* 261 *obiit, contulerit, nec niſi anno* 288 *aut* 289, *ùt habent pleraque Actorum ejus apographa à Pezio edita, aliaque cum hiſce collata aut in Muſeo noſtro aſſervata, ſit paſſus, hinc Sanctum noſtrum Laureaci* 26 *& ampliùs annis epiſcopum ſediſſe, conſequitur. Sed & illud magìs ac magìs ex dicendis §§ ſeqq., ubi eum non niſi circa annum* 308 *in Diocletianæa perſecutione, annis tribus ante S. Floriani martyrium, ex Peziani Catalogi verbis capite imminutum fuiſſe, docebo, veroſimile evadet. Hinc, licèt circa annum, quo in epiſcopum aſſumptus fuit, & annum, quo martyrium ſubiit, Bruſchius, Duelliani Catalogi ſcriptor, Sancti noſtri biographus, chronologus Salisburgenſis aut Peziani Chronici auctor inter ſe diſſideant, omnes tamen hoc unum & quidem tanquam notatu dignum habent* Maximilianum *ſcilicet per viginti & ampliùs annos Laureacenſibus præpoſitum fuiſſe epiſcopum, imò annos viginti octo aut etiam viginti novem in epiſcopatu eum egiſſe, pleraque Vitæ ejus*

annique circitèr 26 *hoc in munere exactis,*

F

AUCTORE D. A. B.

apographa teſtantur, & ego eumdem annorum numerum circitèr in prælatura actorum reperio, qui, Salisburgenſi chronologo innixus, anno 282 *Sanctum in Laureaci epiſcopum aſſumptum aſſèrens, anno circitèr* 308 *martyrium ejus ex Peziani Catalogi verbis reponendum eſſe, duxi. Et hoc de annis,* S. Maximiliani *in epiſcopatu inſumptis, veroſimiliùs dici poſſe exiſtimo.*

prædicatione, cùm Laureacum variis, ùt apparet,

22 *Ut major* S. Maximiliani *Actis lux accedat, utque magìs ac magìs eccleſiæ Laureacenſis illuſtretur hiſtoria, quis fuerit civitatis hujus ſtatus tempore, quo martyrium paſſus eſt ſanctus Epiſcopus, dicere fortè non abs re erit. Quis Laureacenſis eccleſiæ ſtatus ab anno* 356, *quo S. Martinus, celeberrimus urbis Turonenſis præſul, ad Pannoniam prædicaturus acceſſit, uſque ad quintum ſeculum medium, quo S. Valentinus deſignatus fuit eccleſiæ Patavienſis epiſcopus, exſtiterit, Hanſizius Germaniæ Sacræ tom.* 1, *pag.* 48 *& ſeqq. jam expendit. Iſthanc igitur epocham hìc revolvere non eſt animus, ſed aliam, eam ſcilicet, quam* S.

B Maximilianus *ipſe ad apoſtolicos labores intentus illuſtravit, uno aut altero Norici monumento mihi prælucente percurram.*

ſeculo quarto ineunte

23 *Subverſam omninò Laureacenſem civitatem ante annum* 370 *expreſſis verbis tradit inſcriptio, quam Lazius, Gruterus, Pighius, Lambecius Bibliothecæ Cæſareæ lib.* 2, *cap.* 8, *pag.* 637 *& Hanſizius ſuis libris intulerunt. Sequentibus hiſce conſtat verbis :* Dominorum noſtrorum, Valentiniani, Valentis & Gratiani, perrenium Auguſtorum ſaluberrima juſſione hunc burgum à fundamentis, ordinante viro clariſſimo Equitio comite & utriuſque militiæ magiſtro, infiſtente etiam Leontio præfecto, milites auxiliares Laureacenſes curæ ejus commiſſi conſulatu eorumdem dominorum tertio, ad ſummam manum perduxerunt perfectionis. *Igitur anno* 370, *ſub quem Valentinianus & Valens conſules tertiò proceſſerunt, Laureacenſis burgus, qui annis præcedentibus* ad imum *redactus erat, ad perfectum ductus eſt, non ut civitatis, ſicut olim, totius Norici Ripenſis præcipuæ, ſed burgi tantùm nomine donaretur, quod ſilentio non eſt prætermittendum. Si quæras, qui fuerint hujus ſubverſionis actores ; Marcomannos, Quados & alios exhibet Calleſius Annalium eccleſiæ Germanicæ ſcriptor, qui per Pannoniam & utrumque Noricum annis* 229, 231, 232, 260, 355, 357, 358 *&* 364 *graſſantes igne & ferro omnia ferè vaſtaverunt. Quo autem anno quove tempore Laureacenſis civitas ita deleta fuerit, ut ante annum* 370 *nequidem burgi nomine appellaretur, haud ſcio. Calamitate quadam jàm fuiſſe attritam hanc civitatem ſeculi quarti initio, produnt S. Floriani, qui tribus dumtaxat annis, ùt inferius docebo, poſt* S. Maximilianum *martyrium ſubiit, Acta, quæ ad* 4 *Maii Henſchenius primo loco vulgavit pag.* 462. *In his enim Laureacum non niſi ſub Caſtri vocabulo deſignatum legitur, ſed biographi verba ſubdo.* Cùm veniſſet, *ait,* ſacrilegorum principum præceptio apud Noricum Ripenſe, adminiſtrante Aquilino præſide, tunc adveniens præſes in caſtrum Laureacenſe cœpit vehementer inquirere Chriſtianos & comprehenſi ſunt quidam Sanctorum numero quadraginta. *Sive ergò per* caſtrum, caſtellum *cum Iſidoro, quem laudat Pitiſchus in Lexico Rom. ant.,* D loca, quæ nulla civitatis dignitate ornantur, aut oppidum parvum, muris munitum, in alto loco ſitum *intelligas, ſive caſtrum dicas,* urbes minores præſtantioribus ſubjectas, *ſive, ùt ſcribit Valeſius Præfationis in Galliarum Notitiam pag.* XVIII, caſtra caſtellaque *appelles* loca non pauca, quæ vicorum nomine deberent eſſe contenta : ſive bellis everſa, ſive peſtilentiâ exhauſta, ſive lapſu temporis minora ac deſertiora facta ſunt, quam olim fuerunt, *non improbabilibus rationum momentis arguere licèt, Laureacum ſeculi quarti initio ex ſuo priſtino ſplendore jam deſciviſſe : non fuiſſe tum totius Norici Ripenſis caput ſeu civitatem præcipuam, imò necdum præſidis Aquilini ſedem, qui Laureacum non niſi Chriſtianos inquiſiturus acceſſiſſe videtur.*

cladibus eſſet attritum,

24 *Neque dicas, in Actis S. Floriani, quæ ex Cartuſia Gamnicenſi eruit Henſchenius, & in illis, quæ ex codice Mellicenſi deſcripta Scriptorum Auſtriacorum tom.* 1, *col.* 39 *vulgavit Pezius, nomine civitatis paſſim* E *donatum eſſe Laureacum : quin imò inſigne de Laureaco legi teſtimonium, his verbis conceptum :* Ingrediens præſes plenus crudelitate, nobile caſtrum Lauriacenſe, quod divitiarum copiâ, armorum virtute, populi numeroſitate, murorum amplitudine, famæ celebritate adeò cæteris præminebat, ut vix Romanam arcem præferri ſibi pateretur, cœpit perſequi & alligare cunctos &c. *His proinde diebus celeberrima erat Laureacenſis civitas & ſub oppidi vel caſtri vocabulo non deſignanda. Verùm hic ſcribendi modus, qui ambitioſum potiùs oratoris, quàm hiſtorici ſimplicem ac modeſtum ſtilum redolet, in Actis ab Henſchenio primo loco editis &, judice illo hagiographo num.* 3 *Comment. prævii, pluris æſtimandis, non invenitur, auctoremque, qui ea unà cum Miraculis decimo tertio ſeculo litteris mandavit, ùt obſervat Pezius col.* 38, *ſapit. Præterea hæc de Laureaco non habent Acta, quæ tanquam genuina, ſincera & antiquiora exiſtimat hic editor, qui ea ex codice* annorum octingentorum *in Bibliotheca San-Emmerammenſi deſcripſit.* Quis fuerit auctor hic anonymus, *inquit Pezius pag.* 35, *num.* 2, aut quando floruerit, incertum : nullo penitùs veſtigio ex ejus verbis relicto, ex quo ejuſdem ætatem conditionemque intelligas. Superiorem tamen beato Rhabano, ex abbate Fuldenſi anno 847 creato archiepiſcopo Moguntino, vixiſſe hinc credam, quod is in ſuis Sanctorum Faſtis ad 4 Nonas Maii iiſdem penè verbis, quibus anonymus noſter martyrium S. Floriani commemoret. *In his enim nulla ambitioſa reperitur Laureaci deſcriptio, quod ſub nudo caſtri vocabulo exhibetur, cujus deſcriptioni ſtandum eſſe opinor. Hæc igitur præclara Laureacenſis civitas tempore, quo S. Florianus martyr hìc occubuit, id eſt, tribus annis poſt* S. Maximiliani *mortem, non modicùm ſeculo quarto currente imminuta, irruentibus ſæpiùs barbaris, eò fuit redacta, ut ante annum* 370 *ruinis ſuis quaſi ſepulta jaceret ; donec, imperantibus tribus Auguſtis, è ruderibus ſuis in novum burgum aſſurgeret : hinc fortè contigit (nam aliquam mihi hìc conjecturam facere liceat) ut ab anno ſaltem* 308, *id eſt, à* S. Maximiliani *morte ad Conſtantii epiſcopatum nullus ad eccleſiæ*

C F

A *eccleſiæ Laureacenſis regimen deputatus fuerit epiſcopus, ejus fortè, quòd miſerrimis iſtis diebus Laureacum variis cladibus aut attritum aut everſum penitùs eſſet, curam tum gerente aut Paſſavienſi aut quovis alio ex his, quos* regionarios *vocant, epiſcopis. Ita certè, cur immenſus octoginta ferè & centum annorum hiatus in omnes Catalogos, Pezianum, Cremifanenſem & Duellianum irrepſerit, reddi poſſe videtur ratio haud improbabilis, quam eruditis expendendam rejiciendamque etiam, ſi viſum fuerit, lubens relinquo.*

Celeienſi civitati, imminente etiam perſecutione, profuit S. Maximilianus

25 *Apoſtolicis laboribus intentus* S. Maximilianus *ita gnaviter laboravit, ut inter Norici Ripenſis aut Laureacenſis diœceſis limites zeli ſui ardorem, imminente etiam Diocletianæa perſecutione, haud compreſſerit. Biographi, quæ ad rem probandam conducunt, verba ex Actorum edendorum num.* 9 *deſumpta, huc tranſcribo.:* Appropinquante igitur vocationis ſuæ termino, cùm jam fidei Catholicæ plantulam ſtudiosè per totam provinciam ſeviſſet & eam ſalutaris doctrinæ fœcun-
B dis imbribus irrigâſſet, Domino jubente, acceſſit ad locum ſuæ nativitatis, ut eadem tellus, quæ ipſum genuerat, tranſmitteret paradiſo: ſciebat enim, adhuc quoſdam errorum fructices in perniciem novæ ſegetis pullulare, quos evellere ſummâ diligentiâ conatus, dum terram illam ſarculo verbi Dei foderet. *Hinc meritò Hanſizius* Maximilianum *utriuſque Norici Apoſtolis tom.* 1 *Germaniæ Sacræ Corollar.* 11 *accenſet his verbis:* S. Maximilianus, qui præter curam Norici Ripenſis & Pannoniæ, Noricum etiam Mediterraneum, ejuſque tunc caput Celeiam patriam ſuam prædicatione & martyrio ſtabilivit in fide Chriſti. *Nec mirum, quod extra diœceſis Laureacenſis limites, quò Celeienſi eccleſiæ auxilium ferret, ſanctus Epiſcopus excurrerit: enimverò hiſce procelloſis diebus diœceſes variæ in Occiduis præſertim partibus ſtatis terminis non erant ita diſtinctæ, ſicut, pace Eccleſiæ ſub Conſtantino redditâ, poſtea fuerunt; ita ut vel ob imminentem perſecutorum rabiem aut barbaros graſſantes, hùc & illuc epiſcopi & viri apoſtolici diſcurrerent, ut feliciùs rem promoverent Chriſtianam. Quot*
C *provincias ſeculo quarto S. Martinus Turonenſis luſtraverit, nemo ignorat. Sed ne extra Norici Ripenſis tot cladibus vexati partes divagemur, S. Valentinus, cujus Acta tom.* 1 *Januarii pag.* 369 *&* 1094 *illuſtrata ſunt, licèt ſeculo* v *ad Patavienſes miſſus epiſcopus, ab Eugyppio tamen auctore ſynchrono, in S. Severini abbatis, de quo ad* 7 *Januarii Bollandus, Actis* Rhætiarum quondam epiſcopus, *quòd apud Rhætios haud modicum laboraverit, num.* 50 *appellatur. Si ergò in Noricis ſeculo* v *res ſic ſe habebant, quantò magis ſeculo tertio exeunte aut ſeculi ſequentis initio, quo res Chriſtiana adhuc ferè in incunabulis jacebat? Sed jam ad Conſtantii epiſcopi tempora pergamus.*

uti etiam Conſtantius

26 *Inter* S. Maximilianum *& Conſtantium, qui omnibus inſcribitur Catalogis, centum & octoginta ferè elapſi ſunt anni, quibus nullus ſedit, ùt jam innuimus, Laureaci epiſcopus; imò Conſtantius primus eſt, cujus epiſcopatus inconcuſſis probatur monumentis. Ea hìc appellare juvabit. Primum ſubminiſtrat Eugyppius, qui in Actis S. Severini magiſtri ſui numero* 36 *ſic habet:* Cives oppidi Lauriaci & ſuperiorum transfugæ caſtellorum ad ſuſpecta loca exploratoribus deſtinatis, hoſtes, quantùm poterant, humana ſollicitudine præcavebant..... Servus Dei Severinus hæc per triduum conteſtatus, adveſperascente jam die, Valentem nomine, monachum mittens ad S. Conſtantium, ejuſdem loci pontificem, & ad cœteros commanentes, "Hâc", inquit, "nocte diſpoſitis per muros ex more vigiliis, diſtrictiùs excubate ſupervenientis hoſtis caventes »inſidias." *Alterum pro Conſtantii epiſcopatu teſtimonium exhibet S. Antonii monachi Lirinenſis, ejus nepotis, de quo in hoc Opere ad diem* 17 *Julii, Vita ab Ennodio epiſcopo Ticinenſi,, qui anno* 521 *obiit, contexta & inter opera ejuſdem à Sirmondo edita anno* 1610, *in qua pag.* 418 *&* 419 *de Conſtantio antiſtite, S. Antonii patruo, ſic ſcribitur:* Ea tempeſtate florentiſſimus, qui inter has temporum procellas, ne quid in mundo haberet ſubſidii, terra, hoſtilibus deputata, humana lege liberatus eſt: *hinc ad annum circitèr* 489 *aut* 490 E
*Conſtantii mortem Hanſizius pag.*84 *Germaniæ Sacræ conſignat.*

& Theodorus epiſcopis Laureacenſibus accenſentur.

27 *Conſtantii locum proximè excepit Theodorus, ad quem celebris exſtat Symmachi, qui Romæ ab anno* 498 *ad* 514 *ſedit, epiſtola, ab Hundio edita & in Conciliis Labbeanis tom.* 4, *col.* 1311 *recuſa, quâ ſummus Pontifex Theodoro archiepiſcopo Laureacenſi pallium indulget, quo ſecundùm morem eccleſiæ ſuæ ab apoſtolis fundatæ, uti poſſit; igitur tempore Symmachi Papæ, id eſt, ſub ſeculi quinti finem aut ſexti initium eccleſiæ Laureacenſis adminiſtrandæ præpoſitus erat Theodorus; ſed quo anno in epiſcopum electus vel quo anno ſedem hanc reliquerit, omninò habetur incertum. An autem Laureaci ſederint Erchemfridus, Philo, Ottocharus, Bruno, Theodorus II non exiguum movet dubium Hanſizius, qui præter Wilonem epiſcopis Laureacenſibus nullum accenſet. Is circa annum* 737
clavum geſſiſſe dicitur, quo, Laureaco exciſo, Pataviam ſedem ibidem fixurus acceſſit. Sub iſtis temporibus, *inquit Bernardus Noricus in ſuo Catalogo,* ſanctus Bonifacius Moguntinus diviſit provinciam, Wabariæ & Laureacenſem archiepiſcopatum, in quatuor diœceſes vel parochias. *Exinde aliqua in Epiſcoporum Laureacenſium ſerie lux affulgere incipit, quæ prægreſſis temporibus multis eſt involuta tenebris. Sed hæc de primis eccleſiæ Laureacenſis epiſcopis jam ſufficiant.*

§ III. De eccleſiæ Laureacenſis primordiis, eccleſiarum Galliæ initiis haud diſſimilibus.

Hinc eccleſiæ Laureacenſis primordia

DE *eccleſiæ Laureacenſis origine fuſius diſputârunt Hieronymus Pezius, Hanſizius, Sigiſmundus Calleſius & Aquilinus Julius Cæſar Styriæ Annalium ſcriptor. Excitatas olim ſed jam penè ſopitas lites revolvere mihi non eſt animus; de hujus eccleſiæ primordiis nonnulla*

AUCTORE D. A. B.

nulla dicturus intra Norici Ripenſis terminos quaſi circumſcriptus extra illos diſſerens non excurram ; imò rem ipſam ad eccleſiaſticam Norici Ripenſis hiſtoriam inprimis ſpectantem ex monumentis, quæ ex Norici ruderibus ſuperſunt, depromptis definire enitar. Igitur, ut quæſtionem preſſiùs proſequar, ex dictis ſuperiùs liquet, duos tantùm epiſcopos, rejectis Laurentio, Gerardo & Quirino, tanquam commentitiis, Duelliano Catalogo immeritò, ùt num. 14, 15 *&* 16 *edocui, inſcriptis, eccleſiæ Laureacenſi ante Conſtantium, cui hæc ſedes authenticis monumentis adſtruitur, præfuiſſe : cùm autem Eutherius Stephano ſummo Pontifici nomine I fuerit æqualis, hinc ad Decii tempora ejus epiſcopatûs annos conſignandos ac proin eccleſiæ Laureacenſis primordia ſeculo tertio medio aut ſeculo tertio ſenejcenti affigenda eſſe, opinor, ſive in tabulis Eutherium primo loco, ſive cum Hanſizio* B. Maximilianum *ante Eutherium reponas : cùm enim ille in Diocletianæa perſecutione martyrium ſubierit, eum aut ſeculo tertio deſinente aut ſub inſequentis initium eccleſiam Laureacenſem moderandam ſuſcepiſſe, nemo non dixerit.*

B

medio dumtaxat ſec. III, *aut circitèr, ſunt lacandi.*

29 *Et hoc quidem eò magis obſervatione dignum, quod ſub idem tempus & ſec.* III *medium pleræque Galliarum eccleſiæ, Toloſana ſcilicet, Turonenſis, Narbonenſis, Pariſienſis, Lemovicenſis, ùt ex Actis S. Saturnini, ab Ruinartio inter Acta ſincera Martyrum pag.*109 *& ſeqq. editis, ex Gregorii Turonenſis Hiſtor. Francorum lib.* I, *cap.* 30 *liquet, ſub Decio & Grato conſulibus enatæ & fundatæ dicantur: ex hoc quippe tempore, epiſcopi ſibi invicem ſuccedentes eccleſiarum tabulis conſpiciuntur inſcripti : quin imò ante celebrem hanc epocham, nulla omninò apparet epiſcoporum ſeries : vix unus aut alter, qui eccleſiis præpoſitus pro certo appellari queat ; incerta proinde omnia, quæ de illarum eccleſiarum primæva origine ex Actis aut aliis medii ævi monumentis, ab oppoſitæ ſententiæ aſſertoribus circumferuntur. Hæc jam dudum annotárunt viri eruditi, novæ Galliæ Chriſtianæ ſcriptores, Longuevallius in Præfatione præmiſſa, Gallicanæ Eccleſiæ Hiſtoriæ, Papebrochius ad* 30 *Junii, S. Martialis Acta illuſtrans, Sollerius in Commentario ad Acta S. Memmii Catalaunenſis epiſcopi prævio ſub diem* 5 *Auguſti, Limpenus ad diem* 3 *Septembris, S. Manſueto Tullenſi ep. ſacram, Perierus ad diem* 14 *Septembris de Actis S. Materni ep. diſſerens, ac denique illuſtriſſimus D. ab Hontheim Trevirenſis Hiſtoriæ ſcriptor, qui omnes ſingulari eruditione diverſarum eccleſiarum originem ſuis ſcriptis illuſtrárunt. Nec ex his parva eccleſiæ Laureacenſis, quæ eadem cum celeberrimis Galliarum eccleſiis habet initia, hiſtoriæ accedit auctoritas : in Norico enim Ripenſi, ſicut in multis aliis Galliæ provinciis, Euangelicæ prædicationis lumen, à primo Chriſti ſeculo exortum, eoſdem, id eſt, lentos ac perexiguos, ùt mox edocebo, fecit progreſſus : ſerius plantatæ ſunt eccleſiæ & epiſcoporum vix ulla ſucceſſio ante Decii, quem anno* 249 *purpuram induiſſe probat Pagius, tempora deprehenditur.*

C

30 *Non ideo tamen Euangelicæ prædicationis lumen à primo vel ſecundo ſeculo Norici Ripenſis incolis, ùt jam innui, illuxiſſe, inficior. Illud utique tanquam veroſimillimum probant Pezius, Hanſizius, Sigiſmundus Calleſius, Annalium Styriæ ſcriptor & haud obſcuris verbis innuunt Vitus Arnpekius Chronici Bajoarior. lib.*1, *cap.* 14 *& ſeqq. & inter Anecdota Peziana tom.* 3, *part.* 3, *col.* 38 *& ſeqq. editi, epiſcoporum Laureacenſium Catalogi, qui omnes Chriſtianæ fidei radios ad Noricos Ripenſes & ad Laureacenſem civitatem totius Norici caput ex Urbe & Aquileia per apoſtolos aut eorum diſcipulos penetráſſe produnt. Verùm ut, quod res eſt, dicam, dum hi Catalogorum ſcriptores primam Chriſtianæ religionis originem ſeculo primo affigunt, dubitanter adeò loquuntur, ut modicam admodùm dictis ſuis fidem conciliare velle videantur. Sic habet Peziani Catalogi auctor :* Exordium fidei Catholicæ in Laureaco CREDITUR Apoſtolorum tempore inchoatum. *Sed dilucidioribus adhuc verbis mentem ea de re dubiam prodit Cremifanenſis Cat. auctor. Hæc ſunt ejus verba:* Per hos primos verbi Dei ſeminatores, Philippum ſcilicet, qui in Scytia, cui conjunguntur Germania, quæ continet Noricum, prædicavit, S Petrum, Marcum Euangeliſtam, Ermachoram & Fortunatum, POTERAT dicta eccleſia Laureacenſis, SI TUNC FUNDATA ERAT, recipere regnum Dei. *Hinc procul dubio nec immeritò, illos ſcriptores non ex indubitatis eccleſiæ hujus monumentis, ſed ex qualicumque traditione, cùm de Euangelii apud Noricos, tempore apoſtolorum, prædicatione, tum de eccleſiæ Laureacenſis prima origine, quam quaſi dubii hærentes, ùt ex eorum verbis pateſcit, ſub Apoſtolorum tempora repoſuerunt, diſſeruiſſe, concludes.*

Id confirmatur ex eo, quòd Euangelium primo forte aut ſecundo ſecudo

E

in Norico annuntiatum exiguos ibi, ſicut in Galliis, fecerit progreſſus,

31 *De religionis Chriſtianæ primordiis apud Gallos ſeptem epiſcopi S. Radegundi ſcribentes anno* 567 *hæc tradunt Conciliorum Galliæ tom.* 1, *pag.* 248 : Cum ipſo Catholicæ religionis exortu cœpiſſent Gallicanis in finibus venerandæ fidei primordia reſpirare, & adhuc ad paucorum notitiam tunc ineffabilia perveniſſent Trinitatis Dominicæ Sacramenta. *Non aliter loquitur S. Saturnini epiſcopi Toloſani biographus, cujus opus inter Acta ſincera Martyrum edidit Ruinartius pag.* 109 *& ſeqq., num.* 2. Tempore illo, *inquit,* quo poſt corporeum Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti adventum exortus in tenebris ſol juſtitiæ ſplendore fidei illuminare Occidentalem plagam cœperat, poſtquam SENSIM ET GRADATIM in omnem terram Euangeliorum ſonus exivit, parique progreſſu (*codex Germanenſis habet, ùt notat Ruinartius,* grandique proceſſu, *alii quinque codices* tardoque progreſſu) in regionibus noſtris apoſtolorum prædicatio coruſcavit, cùm raræ in aliquibus civitatibus eccleſiæ paucorum Chriſtianorum devotione conſurgerent ; ſed nihilominus crebra miſerabili errore gentilium nidoribus fœtidis in omnibus locis templa fumarent. *Quæ in Galliis contigiſſe indicant verba mox adducta, hæc & in Norico, ſeu in Laureacenſi civitate, eveniſſe, non unicum teſtatur monumentum, & primo loco ſint verba, quibus ſuam narrationem auſpicatur* S. Maximiliani *biographus num.* 1 *ſic ſcribens :* Merita ſanctiſſimi patris & patroni noſtri Maximiliani eximiis laudum præconiis attollere nos debemus, cujus luculentâ doctrinâ PRIMITUS agnitionem nominis Chriſti atque fidem Catholicam

F

A nacti sumus. *Cùm enim, utì ex hoc biographi textu intelligitur, Laureacenses ad Christi agnitionem* primitùs *perveneint, hicque, utì ex iis, quæ num.* 19 *& seq. adduxi, pronum est colligere, seculo* III, *media sui parte nondum elapso Euangelium Noricis haud annuntiârit, consectarium est, ut ante medium seculum* III *Laureacenses vel Christum non agnoverint, vel certè religioni ejus nomen magno numero haud dederint; utque adeò tum apud illos Euangelii prædicatio vel nullos vel certè tantummodo exiguos fecerit progressus.*

sicut etiam ex monumentis hic appositis liquet.

32 *Imò & exiguos eam dumtaxat feciſſe etiam poſt exantlatos à* S. Maximiliano *apoſtolicos apud eoſdem labores, idem biographus mox prodit. Etenim poſt verba, quibus hoſce à Sancto in Laureacenſibus ad Chriſtum convertendis, ſuſceptos enumerat, num.* 8 *ait:* Gentilium etiam incredulorum, quibus adhuc abundabat provincia, improbitates ... Creatorem omnium agnoſcere & corpori ſanctæ Eccleſiæ, extra quod nemo ſalvari poteſt, docuit couniri: *ſed & num.*9 *Actorum mox edendorum* Plantulam *vocat biographus eccleſiam, quam fundaverat* Maximilianus. *Cur, quæſo, eccleſiam Laureacenſem* plantulam *dixit, niſi quod paucos numerabat fideles & nonniſi tenerrimas radices, utpote vix tum enata, emiſerat. Audi Peziani Catalogi auctorem, qui de primis eccleſiæ Laureacenſis temporibus ſequentem loquitur in modum:* Propter tyrannidem infidelium & Romanorum oppoſitionem metropolis Laureacenſis ducentis annis vel quaſi ſacerdotalis benedictionis caruit dignitate; imò Chriſtiani ibidem habitantes pro tempore pauci erant, & occultè per latebras divinum cultum exercebant. *Hinc autem & ex aliis jam dictis conſectarium fit, primò vix aliquam exſtitiſſe eccleſiam ſec.* III *jam adulto cùm eò Euangelii prædicandi causâ acceſſit* B. Maximilianus, *quo fit, ut eum primis epiſcopis inſcriberem, etiamſi illum non inſcripſiſſent omnium Catalogorum ſcriptores: ſecundò paucos etiam, licèt haud modicis laboribus à ſancto Præſule ſuſceptis, cùm,* appropinquante vitæ ejus termino, *Celeiam martyrii ſui palæſtram petiit, inſtitutos fuiſſe Chriſtianos, unde*

C *lentos tardoſque feciſſe progreſſus religionem apud Noricos Ripenſes, jure meritò opinor; quod & in Galliis contigiſſe, edocui & indicant varia, quæ in medium adduxi monumenta. Quare nec primo nec ſecundo ſeculo, ſed tertio, media ſui parte jam elapſo, fundatam fuiſſe Laureacenſem eccleſiam dicere auſim, licèt* 1 *aut* 2 *ſeculo Noricis prædicatum fuerit Euangelium.*

Difficultati ex Symmachi Papæ epiſtola

33 *Aſt fortè dicet quis: Symmachus, qui anno* 498 *ad ſummum Pontificatum aſſumptus eſt, in epiſtola, Theodoro Laureacenſi archiepiſcopo inſcriptâ, hanc eccleſiam ab iiſdem apoſtolis inſtitutam fuiſſe aſſerit, quibus fundata fuit ipſamet omnium caput, Eccleſia Romana; igitur Laureacenſis eccleſiæ primordia à primo æræ Chriſtianæ ſeculo repetenda ſunt. Verùm huic difficultati non uno ex capite fieri poteſt ſatis. Primò ab apoſtolis fundatam fuiſſe Laureacenſem eccleſiam, ſcribit ſummus Pontifex, non quòd ipſimet ejus fundamenta jecerint, ſed ab eorum diſcipulis, in Norico Euangelium annuntiantibus, multos ad Chriſtum attractos fuiſſe exiſtimaret; vel ſic ſcribit Symmachus, quòd, qui à ſancta Sede Romana miſſi erant, à S. Petro, cujus Romæ ſedes eſt, legati dicebantur, ùt probant illuſtriſſimus Hiſtoriæ Trevirenſis ſcriptor, Papebrochius Cordeſii verbis & diſcepatione utexs, Limpenus ad tertiam Septembris, S. Mænſueto Tullenſi ſacram, & Perierus in Commentario prævio ad Acta S. Materni die* 14 *Septembris num.* 7, *pag.* 364. *Pari loquendi ratione uſus eſt, qui anno* 946 *Marino fuit ſuffectus, Agapitus II, in epiſtola, Germaniæ Sacræ tom.* 1, *pag.* 197 *edita, ſic ſcribens:* Hanc eccleſiam Laureacenſem etiam in exordio naſcentis Eccleſiæ & immaniſſima Chriſtianorum perſecutione, à doctoribus iſtius Sedis Catholicæ fidei novimus rudimenta percepiſſe. *Uterque enim ſummus Pontifex, ùt ex eorum epiſtolæ verbis ſuprà recitatis liquet, de primis eccleſiæ Laureacenſis fundatoribus certè loquitur.*

petitæ

34 *Sed quos apoſtolo Petro & aliis, qui Eccleſiæ Romanæ fundamenta jecêre, æquiparat Symmachus aut ipſis coævos aut ſuppares fuiſſe dicit, hos dumtaxat doctores* iſtius Sedis, *Romanæ ſcilicet, aut ab hac Sede*

E *miſſos, qui Laureacenſes fidei rudimenta edocerent, Agapitus appellat. Quin proinde primos Laureaci epiſcopos deſignare voluerint duo illi Pontifices, nullum eſt dubium. Et quidem,* S. Maximilianum *à Sede Apoſtolica prædicandi verbum Dei facultatem accepiſſe, dilucidis verbis aſſerit num.* 3 *Actorum ejus mox edendorum ſcriptor: quantumque fundandæ Laureaci eccleſiæ, quantumve alliciendis ad Chriſtum Laureacenſibus inſudârit, paſſim edicit idem biographus. Præterea dum* in exordio naſcentis Eccleſiæ immaniſſimæ perſecutionis *meminit; dumque eccleſiæ Laureacenſis initia doctoribus, à Sede Romana deputatis, qui Laureacenſes religionis rudimenta edocerent, adſcribit Agapitus, quid aliud monſtrare intendit, niſi immaniſſima Diocletiani tempora, quibus ſuppliciis & neci addicti ſunt quamplurimi, qui Chriſto nomen dederant; hac furente perſecutione Florianus & quadraginta alii glorioſo agone eccleſiam Laureacenſem illuſtrârunt;* Maximilianus *ipſe Celeiæ martyr occubuit. Hæc omnia autem primis eccleſiæ Laureacenſis apoſtolis ſeu fundatoribus tribuit ſummus Pontifex*

F *& hinc illius primordia huic tempori affigenda eſſe, ùt opinor, ſatis indicat. Et quidem ſeculo* III *jam adulto plantatam fuiſſe eccleſiam Laureacenſem, de Eutherio &* Maximiliano *differens ſuprà* § *prægreſſo, pluribus edocui; idque etiamſi ex Symmachi & Agapiti epiſtolis invicem collatis non obſcurè argui poſſet; haud propterea tamen illam fuiſſe reipſa abs hiſce, contrà ac jam docui, fundatam, foret credendum. Tanti enim ſummorum Pontificum diplomata in alicujus facti veritate adſtruenda non ſunt. Hac de re Perierum, ad diem* 14 *Septembris num.* 47 *differentem audiamus.*

reſpondetur

35 Quid de bullis, *ait,* aut epiſtolis Pontificiis aliquod factum efferentibus dicendum, docet Papebrochius in Reſponſionibus ad exhibitionem P. Sebaſtiani à S. Paulo part. 1, art. 2, §§ 10 & 14, ubi ſat clarè expoſuit, quid juxta theologos citra irreverentiam erga Sedem Apoſtolicam cenſeri poſſit de factis hiſtoricis, quæ ad rem fidei, morum & rituum non ſpectant, & quæ ex relatu dumtaxat alieno & communi pro tempore opinione in

 ſimi-

AUCTORE D. A. B.

similibus Bullis sine definitione referuntur: ne acta agam, recitabo simpliciter, quæ hîc habet illustrissimus ab Hontheim & ejus ad bullas sibi objectas responsum..... Opinio quamquam ab uno vel pluribus imò ab omnibus per plura secula credita fuerit, novum per hoc pondus non acquirit, manetque talis, etsi in cartas principum relata fuerit. Firmabimus id auctoritate Sirmondi tom. IV Operum pag. ccccc, in alia quidem causa, Trevirica tamen ad P. Alexandrum Wilthemium ita scribentis: "Quod igitur ad Dagoberti pro S. Maximino diploma spectat, »idem opinor, judicium esse debet ac reliquòrum omnium, quæ à Pontificibus vel à »principibus prodeunt. Quæ singula in iis, »quæ statuunt aut quæ concedunt, vim ac »auctoritatem obtinent; in cæteris, quæ sibi »ab aliis exposita narrant, fidem non aliam »faciunt, quàm eorum fuit, qui exposuerunt, »Incerta autem & falsa plerúmque suggeri, »haud dubium est." Quare & nullus eruditorum virorum hactenus existimavit, memorata Pontificum & Imperatorum diplomata (quamquam ea jam à centum & ampliùs annis in publica luce sint) ad hujus quæstionis decisionem multum conferre. *Recensuerat anteà illustrissimus ab Hontheim Pontificum Bullas & imperatorum Diplomata, quibus B. Eucharius cum Valerio & Materno à S. Petro missus & ab his Trevirensis ecclesia plantata asseritur. Proindeque ex diversorum eruditorum, quorum sententiam modò retulimus, judicio Pontificum Bullæ, ut Trevirensis ecclesia à B. Euchario, aut aliis per S. Petrum missis, fundata credatur, haud multùm queunt conferre: ita etiam suprà laudata Symmachi Papæ epistola, etsi ecclesiam Laureacensem ab ipsismet apostolis fundatam esse, tam luculenter & expressè, ut alio sensu exponi non posset, assereret, haud magnopere, ut, illam reipsa abs his fuisse fundatam, crederemus, posset conducere.*

B

§ IV. De Notis cronologicis, S. Maximiliani Actis affixis: tempus ejus martyrii ex Actis & nonnullis aliis monumentis firmatur.

C

S. Maximiliani martyrium nec anno 281, cui in Cellensi Actorum ejus apographo innectitur,

Notas chronologicas suæ lucubrationi indidit B. Maximiliani *biographus, quas huc transcribo:* Passus est autem B. Maximilianus, Laureacensis archiepiscopus, pro fide Christi apud urbem Celeiam extra muros anno Dominicæ Incarnationis 281, quarto Idus Octobris: Gaio Papa & postmodùm sub Diocletiano passo, Romanæ Ecclesiæ præsidente; Caro, Carino & Numeriano simul Romanum imperium tenentibus, sub Eulasio judice seu tyranno. *Lambacense apographum, quod ad Cellense contulit Pezius, annum 288 signat tertio Octobris, quæ dies emortualis in aliis omnibus codicibus, tum editis tum Mss., in Museo Bollandiano asservatis, quarto Idus assignatur: nec de die emortuali, sic consignatâ, ulla est apud eruditos controversia. In codicibus autem Formbacensi, quo usus est Pezius,* D *Rubrævallensi, Monachiensi, SS. Udalrici & Afræ, Passavienſi & in exemplari antiquiùs edito annus Sancti emortualis 289 scribitur. Sed sive annus ille 281, sive 288 vel 289 fuerit, non ideò à cæteris epochis, quas mox ex biographo descripsi, minùs dissonat: & primò quidem anno 281, Probo adhuc rerum potiente, Carus & duo filii purpuram nondum assumpserant; nec Caius ipse Eutichiano, qui non nisi mense Decembri anni 283 è vivis excessit, fuerat suffectus. Igitur, si ad hunc annum Sancti nostri martyrium consignes, ruunt ceteræ epochæ seu notæ chronologicæ, quas biographus ex Caii Pontificio & Cari imperio deductas, Actis inscripsit. Si autem* S. Maximiliani *mortem cum Lambacensi codice sub annum 288 aut cum aliis apographis sub annum 289 reponendam esse existimes, qui fieri poterit, ut* S. Maximilianus, *Caro & filiis ejus imperium Romanum moderantibus, passus dicatur, qui, jam dudum diverso mortis genere necati, Diocletiano locum & imperium ab anno 284 cesserant? Proindeque annus 288 &* E *289 Cari & filiorum ejus imperio annecti, vel tanquam Sancto nostro emortualis adscribi nequit.*

nec anno seu 283 seu sequenti,

37 *Ut verò quocumque modo notis chronologicis, quas biographus* S. Maximiliani *Actis indidit, faverent, uni aut earum alteri adhæserunt nonnulli eruditi, inter quos Hansizius, qui ad annum 283, quo Carus & ejus filii, Carinus & Numerianus, imperium Romanum moderabantur, & Caius Romæ episcopus sedebat, Sancti martyrium reponi posse, existimavit, vel tandem anno insequenti 284, cui ejus martyrium affigunt tum vetustiores Catalogi, quorum verba superiùs recitavimus, tum nonnulli martyrologi, qui eum sub Numeriano passum fuisse scribunt; Hansizium secuti sunt Callesius & Annalium Styriæ scriptor. Ast, dum annum 283 aut 284 tamquam Sancto nostro emortualem assignat Germaniæ sacræ auctor, ad novos utique scopulos alliditur: enimverò die duodecima Octobris anni 283 Carus quidem & ejus filii imperium tenebant, sed nondum ad summum Pontificatum assumptus fuerat Caius, qui mense dumtaxat Decembri ejusdem anni Eutychiani locum accepit: propria igitur mole ruit nova illa epocha, quâ* Maximiliani *diem emortualem anno 283, Caii Pontificio & Cari Imperio annectere volebat Hansizius. Dum autem diem emortualem, duodecimam scilicet Octobris, anno sequenti 284 innectit, altera mox exsurgit difficultas, quam solvere haud facile est. Jam enim à mense Januario ejusdem anni Carus, ùt dilucidis Pagius probat rationum momentis num.* II *ad hunc annum, interfectus fuerat, quem & Numerianus Apri insidiis occisus ante mensem Octobrem subsecutus est: Caius equidem Romanæ Ecclesiæ præpositus erat, sed duodecima die Octobris, quo* S. Maximilianus *martyrium suum celebravit, Caro & Numeriano suffectus erat Diocletianus, qui, teste eodem Pagio num.* III, *die 17 Septembris Chalcedone imperator renuntiatus, deinde* V Kalendas Octobris Nicomediam purpuratus intravit; *perperam itaque huic anno 284, ad* XII *diem Octobris provecto, Sancti mortem illigant Hansizius & cum eo Callesius & Styriæ Annalium scriptor, simulque eam Cari & Numeriani imperio annectunt.*

A *nec tandem anno* 289,

38 *Anno quidem* 284 *Sancti martyrium vetuſtiores etiam Epiſcoporum Laureacenſium Catalogi martyrologique innectunt; verùm, quid tam de hiſce, quàm de illis ſit cenſendum, num.* 18 *paucis innui & infrà edocebo, cùm primùm illorum etiam, qui ſub annum* 289, *imperante Diocletiano, Sancti martyrium reponunt, ſententiam aliaque nonnulla expendero. Bruſchius, Hundius, duce Schritovino, inquit Hanſizius, Ferrarius in Generali Sanctorum Catalogo* S. Maximiliani *martyrium anno* 289 *ſub Diocletiano imperatore inſcripſerunt: & quidem cum hoc anno Diocletianus, qui jam dudum Cari & filiorum ejus locum acceperat, rerum potiretur, ſtatim non apparet, cur ſub ejus imperio Sanctus, cujus mors in nonnullis Actorum apographis anno* 289 *affigitur, martyrium anno iſthoc paſſus dici haud queat? Verùm, ùt obſervat, Ruinartius in Præfatione ad Acta ſincera Martyrum pag.* LVII, *edit. Pariſ.*, Non imus inficias, primis Diocletiani temporibus eccleſiam nullis edictis agitatam fuiſſe, nec tum Chriſtianos maximè in his

B locis, quæ ſub ſpeciali Diocletiani cura erant, inquiſitos fuiſſe, ùt ex Euſebii Hiſtoriæ initio lib. 8 conſtat. Unde, ſi tunc martyria aliquot fuêre, aut veterum legum auctoritate, aut ex præſidum genio, vel alia quavis occaſione abſque edictis patrata ſunt. *Cùm itaque ex infrà dicendis vi alicujus edicti, à Diocletiano in Chriſtianos lati, capitali ſententia damnatus fuerit* S. Maximilianus, *cúmque nullum ante annum* 303 *ab iſthoc imperatore latum fuerit, hinc ante hunc annum jam inde ab anno* 289 *ſancti Epiſcopi mortem conſignari non poſſe conſequitur.*

ſed in perſecutione Dioclet. & quidem haud ante annum 303

39 *Sed in Bruſchii & Hundii ſententia convellenda non diutiùs immoror, qui numeris ſequentibus tempus, quo re ipſa* S. Maximilianus *martyrium ſubiit, dicturus ſum. Hoc unum annotâſſe, hic obiter juvabit; inter eruditos, qui de tempore martyrii ejus diſſeruerunt, nullum omninò, qui ex notis chronologicis ſimul ſumptis Hiſtoriæ ipſius à biographo inditis calculum ſuum duxerit, exſtitiſſe; ſed omnes, uni aut alteri adhærentes, cæteras utpote ſibi invi-*

C *cem oppoſitas pro libito rejiciendas exiſtimâſſe. Et quidem quo pacto v.g. annum* 281 *aut* 288 *vel* 289 *cum Caii pontificio & Cari filiorumque ejus imperio componere aggreſſi fuiſſent? Ego ſanè, tantas difficultates ſolvere haud valens, has omnes notas chronologicas, quas* S. Maximiliani *Actis inſcripſit biographus, tamquam ſpurias, immeritò additas proindeque omninò rejiciendas eſſe ſic exiſtimo, ut eum tamen Epiſcopum & Apoſtolum ſub Caio ſummo Pontifice, Caro & filiis ejus Carino & Numeriano* ſimul imperium Romanum tenentibus, *egiſſe, haud diffitear, etſi interim ſub Diocletiano, & quidem poſt annum* 303, *pro Chriſto necatum veroſimiliùs fuiſſe, ob jam nunc dicenda in animum inducam.* S. Maximiliani *Acta pervolventi ſtatim occurrunt verba, quibus Eulaſius præſes Sanctum ante tribunal ſtantem compellat & hæc ſunt:* Eulaſius dixit: Nunquid non nôſti, edictum ab invictiſſimis imperatoribus & à ſenatu Romano jam dudum emanâſſe, ut variis tormentis multentur omnes confitentes, Deum eſſe Crucifixum iſtum, quem tu prædicas, qui abſque ſacri ſenatus auctoritate ſe ipſum deificavit? De-

nique jam plurimi tuæ ſectæ complices obſtinata mente illam formidabilem ejuſdem edicti ſententiam tam in urbe Romana, quàm in orbe alibi in ſuis corporibus experti, exemplum reſipiſcendi ſatis evidens viſi ſunt poſteris reliquiſſe. AUCTORE D. A. B.

veroſimillimè ſignandum

40 *Tempore igitur iſthoc, quo, quæ hic memorantur, accidêre, edictum, quo ſuppliciis addicebantur Chriſtiani, ab imperatoribus fuerat emiſſum; id autem non aliud, quàm celebre illud & toto terrarum orbe Diocletiani & Maximiani juſſu vulgatum decretum*, quo, *ùt Lactantius, Pariſiis anno* 1748 *editus, lib. de Mortibus perſecutorum cap.* 13, *pag.* 199 *ſcribit*, cavebatur, ut religionis illius homines carerent omni honore ac dignitate, tormentis ſubjecti eſſent, ex quocunque ordine aut gradu venirent, adverſus eos omnis actio caleret, *exſtitiſſe, nemo non, ſpectatis, quæ jam nunc è Sancti biographo recitavi, Eulaſii verbis, facilè credet. Simile enim edictum Carus &, quos hic Auguſtos renuntiaverat, filii ejus Carinus & Numerianus, haud propoſuerant, cúmque, quæ Decius, Gallus & Valerianus vulgârant, Chriſtianos non ſolùm tormentis & ſuppliciis ſubjicerent, ſed & morte plecti juberent, de decreto mox huc tranſcriptis Lactantii verbis memorato, quod toto terrarum orbe, Diocletiano jubente, in Chriſtianos anno* 303 *fuit vulgatum, Eulaſium per verba, jam ſuprà è biographo recitata, eſſe locutum, vero apparet ſimillimum; cùm autem, utì ex his liquet, decretum illud* Maximiliano, *priuſquam pro fide occumberet, ab Eulaſio fuerit objectum, hinc ſanè Sanctum, non quidem decreti ejuſdem vi, ſed alterius longè ſeverioris, quod priori iſti, ſupplicia dumtaxat in Chriſtianos decernenti, à Diocletiano, ùt loco mox cit. Lactantius non obſcurè prodit, haud multò poſt primum, Galerio Maximiano urgente, fuit adjectum, quodque perſecutionem, per plures annos in cujuſcúmque ætatis, conditionis & ſexûs Chriſtianos non tantùm tormentis, ſed & variis mortis generibus crudeliſſimè graſſatam, excitavit, martyrio fuiſſe in hac affectum, vero pariter evadit admodùm ſimile.*

F *ac proin haudquaquam, quibus conſtarium traditur, vel hic adductis*

41 *Fuiſſe quidem Dominicæ Incarnationis anno* 281 *ac proin ante perſecutionem, Diocletiani juſſu anno* 303 *excitatam, pro Chriſti fide* Maximilianum *paſſum, ejus biographus per verba num.* 36 *jam adducta diſertè tradit; verùm id, Caio ſummo Pontifice, & Caro, Carino Numerianoque ſimul Romanum imperium tenentibus, accidiſſe, non minùs diſertè ſimul ibîdem memoriæ prodit; quare, cùm nec Caii Pontificatus, nec Cari, Carini Numerianique ſimul regnantium imperium cum anno Chriſti* 281, *ùt loco mox cit. oſtendimus, queat componi, veroſimilè is ſcriptor, qui, quæ litteris mandavit, ex aliis ſeu documentis ſeu ſcriptoribus, ſeſe antiquioribus, ut plurimùm deprompſit, jam datas, quibus Sancti martyrium munit, chronologicas notas è probatæ fidei ſeu monumentis ſeu auctoribus haud acceperit, uſque adeò ſtandum non eſt: contrà verò cùm non ſit, cur ſimile quid de illo ſcriptore ratione edicti, quod per verba num.* 40 *recitata memorat, quodque aliud non eſſe, quàm quod Diocletiani juſſu anno* 303 *vulgatum fuiſſe, Lactantius loco ſuprà cit. ſcribit, jam docui-*

AUCTORE D. A. B.

mus, meritò quis ſuſpicatur, eſt janè, cur id notis chronicis, quas è Sancti biographo mox protulimus, inſuper habitis, Maximiliano, *priuſquam martyrium ſubiret, fuiſſe ab Eulaſio objectum, ac proin Sanctus ſanguinem ſuum pro Chriſto ſub Diocletiano ſeu potiùs in perſecutione ab hoc excitata fudiſſe credatur.*

notis chronicis

42 *Ac id quidem propenſiùs credendum proindeque notis chronicis mox memoratis haud ſtandum, vel ex eo apparet, quòd Sanctum aut ſub Numeriano aut ſub Diocletiano ſeu potiùs in perſecutione ab hoc decreta pro Chriſto occubuiſſe, inter omnes conveniat probéque in hac quidem, at non item ſub Numeriano pro Chriſto non paucos, hoſque inter S. Florianum & S. Quirinum, quorum alterum Maii, alterum Julii quarta die in Opus noſtrum jam intulimus, in Norico Pannoniâque huic vicina necatos fuiſſe, è probatæ fidei documentis conſtet. Conſtantium quidem, in Pannonia paſſum, qui Conſtantiæ in Suevia colitur, Pinius ad* XXVI *Auguſti diem, quâ illum, Martyrologio Romano inſcriptum, in Opus noſtrum*
B *intulit, ſub Numeriano tam in præmiſſo Sancti illius Actis Commentario, quàm in marginali, quæ in hujus capite ponitur, notula conſignat; verùm, cùm in hac addat,* ùt fertur, *ita mentem ea de re dubiam dilucidè manifeſtat; neque verò immeritò; etſi enim Notkerus aliique nonnulli martyrologi ſub Numeriano pariter Conſtantium ſignent, eum tamen fuiſſe tunc martyrii palmam adeptum, ex Actis ejuſdem veroſimile primitùs eſt acceptum; hæc autem eſſe dumtaxat fidei admodùm ſubleſtæ, nemo non fatebitur, qui Commentarium, à Pinio in eadem contextum, evolverit.*

vel Laureac. Epp. Catalogis vel martyrologis ſtandum eſſe oſtenditur,

43 *At verò, inquies, ſub Numeriano paſſum eſſe* S. Maximilianum, *vetuſtiores Epiſcoporum Laureacenſium Catalogi juxtà ac nonnulli martyrologi tradunt. Fateor, ſic habet: verùm martyrologi iſti recentiores dumtaxat ſunt, nec epocham, quam ſic Sancti noſtri martyrio aſſignant è monumentis ſufficientis & antiquitatis & fidei hauſiſſe noſcuntur; quod autem ad vetuſtiores Epiſcoporum Laureacenſium Catalogos ſpectat, hi omnes non citiùs, quàm vel ſeculo* XIII *vel* XII *ſunt ſcripto exarati, cúmque præterea nævis haud paucis laborent, nihil eſt, cur* Maximilianus *non ſub Numeriano, ſed in perſecutione Diocletianæa paſſus credatur. Nec ideo, quia hujuſcemodi monumenta mendis ac nævis ſcatentia exiguo dumtaxat vel nullo etiam in pretio habeantur,*
C *de tota hiſtoria conclamatum iri omniaque hujus fundamenta ſubvertenda, quis opinetur. Etſi enim id habiturum ſanè eſſet locum, ſi de monumentis auctores antiquos, de rebus, vel ipſamet ætate ſua vel certè ab hac haud procul geſtis, locutos nactis, ſermo foret, aliter tamen de monumentis plurium ſeculorum ſpatio à rebus, quas memorant, enatis, eſt cenſendum. Abſque ullo quippe, quæcumque hæc produnt, hiſtoriæ diſpendio, ſi antiquorum aut ſcriptorum aut documentorum teſtimonio innixa non ſint, rejici tutò queunt, locum tunc obtinente Baroniano iſthoc effato:* Quod de rebus adeò antiquis à ſcriptore recentiore ſine auctoris antiqui teſtimonio profertur, contemnitur. *Quare cùm vetuſtiores, de quibus hic, Epiſcoporum Laureacenſium Catalogi vel decem vel certè novem poſt* S. Maximiliani *ætatem ſeculis, ſint ſcripti, verendum janè non eſt, ne, dum, quod de Sancto, ſub Numeriano martyrium paſſo, tradunt, rejicimus, detrimentum inde aliquod hiſtoria patiatur, impedireque adeò, ùt jam monui, non debent, quominùs non ſub Numeriano, ſed in perſecutione Diocletianæa martyrio coronatus Sanctus ob ſuprà allegata credatur.*

D

Sanctumque martyrio anno circitèr 308,

44 *Verùm cùm perſecutio iſta annorum aliquot ſpatio durárit, quo anno id tum factum? Imperiale edictum, quo tormentis in Chriſtianos ſæviri jubebatur,* Maximiliano, *priuſquam morte afficeretur, ab Eulaſio, ùt ſuprà vidimus, fuit objectum; cúmque id è dictis veroſimillimè haud aliud, quàm ipſummet celebre Diocletiani edictum, anno* 303 *in Chriſtianos, teſte Lactantio, promulgatum, exſtiterit, ac porrò tum, cùm illud* Maximiliano *ab Eulaſio fuit objectum,* jam dudum, *ùt ipſa biographi verba num.* 39 *recitata innuunt,* ab auguſtiſſimis imperatoribus emanâſſe, *dictum fuerit, conſectarium eſt, ut veroſimillimè quatuor circitèr aut quinque annis poſt edicti ejuſdem promulgationem anno* 303 *factam, ac proin anno*
E *circitèr* 308 *Sanctus noſter fuerit martyrio affectus. Et verò id eo circitèr tempore eſſe factum, confirmari etiam poteſt ex eo, quòd ſedes Laureacenſis, quam poſt* S. Maximiliani *ultimo ante annum* 308 *loco in omnibus Epiſcoporum Laureacenſium Catalogis poſiti martyrium diutiſſimè vacuam manſiſſe aut, quod idem eſt, ab anno* 308 *epiſcopo caruiſſe, à Peziani & Cremifanenſis Catalogi ſcriptore indicetur: etſi enim bini hi auctores fidem integram haud mereantur: nihil tamen obſtat, quominùs eos ſuam, quâ ſedem Laureacenſem ab anno* 308 *vacuam exſtitiſſe aſſerunt, ex antiquis aut ſcriptoribus aut documentis narrationem hauſiſſe arbitremur, proindeque illa eccleſia, quæ multorum annorum ſpatio epiſcopo caruiſſe dicitur, re ipſa per Sancti noſtri, qui ultimo loco ante annum* 308 *Catalogis prædictis inſcribitur, martyrium vacua permanſiſſe mihi videtur. Igitur ex relatis horumce duorum Catalogorum verbis* S. Maximilianum *circa hunc annum* 308 *martyrii coronam veroſimillimè fuiſſe adeptum, exiſtimo.*

& quidem die 12 *Octobris, coronatum fuiſſe, concludimus.*

45 ***Et quidem die duodecima Octobris, de qua nulla, quam ſciam, exſtat apud eruditos controverſia: Lambacenſe dumtaxat apographum, quod Pezius cum variis, quæ ad manum habebat, contulit, Sancti Præſulis mortem tertio Idus Octobris affixit, quod per amanuenſis negligentiam accidiſſe exiſtimo: ſub diem verò ſequentem illam reponunt alia apographa in Muſeo Bollandiano aſſervata, & varia Mrll., de quibus § ſeq. Hinc,* S. Maximilianum *hac die martyrium ſubiiſſe, nemo non dixerit. In Martyrologio tamen Auguſtano, manu duodecimi ſeculi exarato, quodque in Uſuardinis Auctariis laudat Sollerius, in annuntiatione hodierna hæc habentur:* Dedicatio baſilicæ S. Maximiliani confeſſoris; *eò quòd fortè hac die ad Sancti hujus honorem alicujus eccleſiæ dedicatio celebrata fuerit, nec certè inde eum haud fuiſſe hac die martyrio coronatum, ſequitur. Porrò cùm omnia Actorum ejus apographa, uno Lambacenſi excepto, variaque Mrll. diem ejus emortualem ad* 12 *Octobris conſignent, iis omninò, ùt opinor, eſt aſſentiendum.***

A

§ V. S. Maximiliani in Faſtis memoria & eccleſiaſticus cultus ei exhibitus.

Sanctum, qui Faſtis ſacris

Sancti Maximiliani *memoriam Mrl. Romanum hodiernum ſequentibus verbis celebrat:* Celenæ in Pannonia ſancti Maximiliani epiſcopi Laureacenſis: *quam annuntiationem brevibus licèt verbis conceptam, ex Molano tamen acceptam in Notis dictæ annuntiationi ſubnexis fatetur eminentiſſimus illius Mrl. auctor.* Videnda, *inquit*, in Bibliotheca Tornacenſi (*lege* Formbacenſi) apud Molan. aut penès Cuſpinian in Auſtria ejus Acta. *Celenam tamquam martyrii palæſtram immeritò ſtatuit uterque martyrologus, quam omnia Vitæ ejus apographa, à Pezio viſa aut in Muſeo Bollandiano aſſervata, & conſtans Norici Mediterranei traditio Celeiæ, ût num.* 1 *edocui, reponunt. Mirum ſanè, in antiquis Mrll., quæ Claſſica vulgò vocantur,* S. Maximiliani *nomen inſcriptum non reperiri, cujus tamen memoria in Noricis celebris adeò exſtat, ut à ſeculo ſaltem octavo, ût mox edocebo, peculiari veneratione Sanctus recolatur, nomenque ejus ſibi inditum habeant antiquiſſimi diverſarum eccleſiarum, Germaniæ præſertim, Faſti.*

B

12 Octobris

47 *Et quidem Mrl. Morbacenſe ex codice* 800 *annorum à Marteneo Anecdotorum tom.* 3, *col.* 1570 *editum cum Priſciano,* Maximilianum *hodie annuntiat. Kalendarium Tegernſeenſe, ab annis ut minimum, inquit Scriptorum Auſtr. tom.* 1, *pag.* 21 *Pezius,* 700 *ſcriptum, ſanctum Præſulem verbis, quæ ſubdo, celebrat:* IV Idus Octobris S. Maximiliani confeſſoris. *Necrologium Eberſpergenſe, quod antiquiſſimum vocat Œfelius, Rerum Boic. Script. tom.* 1, *pag.* 15 *& ſeqq., Dieſſenſe manu ſeculi* 12 *ſcriptum & ab eodem Œfelio pag.* 65 *editum, Mrl. Lyrinenſe ab annis* 600, *ût obſervat Marteneus tom. mox dicto, col.* 1625,

C

litteris mandatum, Kalendarium Mellicenſe ejuſdem ætatis, de quo Pezius mox laudatus, verbis his aut ſimilibus, quæ huc tranſcribo, Sanctum noſtrum memorant: Maximiliani epiſcopi & confeſſoris; *Mrl. Auguſtanum jam à me laudatum, dedicationem alicujus baſilicæ* S. Maximiliani *exhibet. Iis codicibus ab annis* 800, 700 *&* 600 *deſcriptis ſubdere liceat Florarium Ms. in hoc Opere Bollandiano notiſſimum & poſt ſeculum decimum quintum medium deſcriptum, in quo perlonga ſequitur hodie* S. Maximiliani *annuntiatio, ex Actis ejuſdem deprompta, quâ annus ipſius emortualis anno* 286 *affigitur. Florario accedunt Greveni editionis Lubeco-Colonienſis, & Molani Mrll., quorum annuntiationi hodiernæ ſubnexa legitur Sancti reliquiarum tranſlatio ſive à B. Ruperto, ſive ab Henrico Bavarorum duce, quem Henricum II imperatorem Molanus perperam appellat, facta. Hic etiam Mrll. recentiora, quæ ſibi* S. Maximiliani *nomen habent inſcriptum, appellabo, Germanicum ſcilicet Caniſii ſeu potius Malaſſeri, Felicii, Maurolyci, quorum omnium verbis eum & ab retroactis ſeculis & noſtris diebus ſingulari veneratione fuiſſe habitum, dilucidè evincitur.*

AUCTORE D. A. B. *aut aliis diebus inſcribitur.*

48 *Sed nec duodecima die Octobris dumtaxat* S. Maximiliani *memoriam Faſti ſacri celebrant. Florarium Ms. ad* 12 *Martii dedicationem alicujus baſilicæ* S. Maximiliano *ſacræ annuntiat; vel, ût ſcribit Bollandus ad diem* 7 *Januarii Acta S. Valentini illuſtrans.* Mrl. Romanum XXIX Octobris iſta habet: "Eodem „die ſanctorum epiſcoporum Maximiliani mar„tyris & Valentini confeſſoris." Molanus in addit. ad Uſuardum eodem die: "In civitate „Patavienſi, Triumphus ſanctorum epiſcopo„rum Maximiliani martyris & Valentini con„feſſoris": rurſus minoribus typis, ſed alio nonnihil modo: "In civitate Patavienſi, Tri„umphus ſanctorum epiſcoporum Maximilia„ni martyris & Valentini confeſſoris." Quis verò ille ſit triumphus, non exprimit. Eadem habet Martyrologium Germanicum additque, præcipuos ejus eccleſiæ & diœceſis patronos eſſe. In Vita S. Maximiliani *mox edenda num.* 9 mentio fit ſervatæ civitatis MCCLXV, 29 Octobris ejus & S. Valentini patrocinio. Corrigendum Gallo-Belgicum Mrl., in quo Patavio Italiæ ambo adſcribuntur. In Dextri Chronico ad annum CDXXIV, num. 5 iſthæc habentur: "Prope Tudem in Gallæcia, „in oppido Vianenſi, Sancti pontifices Maxi„milianus & Valentinus clarent." Non dubitat Bivarius, quin hi ſint SS. Maximilianus & Valentinus, de quibus Martyrologium Romanum XXIX Octobris, & fidenter Molanum corrigit, qui locum Viennæ malè cum Theodoro conjunxerit. Ita legendum cenſet: "Eo„dem die ſanctorum epiſcoporum Maximiliani „martyris & Valentini confeſſoris. Viennæ i„tem depoſitio R. Theodori abbatis." *Hæc, cùm non parum ad* S. Maximiliani *cultum aſſerendum conferant, huic Commentario ſubnexenda mihi viſa ſunt; nec ad illum firmandum minùs faciunt, quæ mox ſubdo.*

& cui variæ

49 *Tempore S. Ruperti, qui Childeberto III Auſtraſiæ regi à Baronio, Pagio, Mabillonio & Hanſizio adviviſſe ſcribitur, jam tum apud Noricos celebris erat Sancti noſtri cultus. Audi, quæ num.* 15 *Vitæ edendæ habet illius biographus. Hæc ſunt ejus verba:* B. Rupertus, Juvavienſium archiepiſcopus & patronus, videns illam clariſſimam & ſingularem hujus terræ lucernam lucentem in caliginoſo loco, gemmamque pretioſiſſimam, corpus ſcilicet B. viri Maximiliani, virtutum & miraculorum ſcintillas innumerabiles ſpargentem, intelligens magnam & magnificam apud Deum eſſe meritorum ſuorum prærogativam, plures eccleſias, ût hodie liquidò apparet, ſub ipſius patrocinio dedicavit. *Quæ fuerint eccleſiæ illæ jub* S. Maximiliani *patrocinio dedicatæ, non edicit Vitæ ejus ſcriptor: chronologus Celeienſis civitatis, ab Annalium Styriæ ſcriptore laudatus, pag.* 8 ſanctum Rupertum Cileiam veniſſe atque eccleſiam imbi ſimplicem cum aliis nonnullis in honorem ejuſdem S. Maximiliani dedicâſſe, *aſſerit. Si aliqua Joanni Aventino, hiſtoriam Œtingenſis cœnobii conſcribenti, fides habenda ſit, aliquod jacellum in honorem* S. Maximiliani *S. Rupertus exſtruxit, ſed Aventini factum narrantis verba ſubdo.* Duo templa, *inquit cap.* 5, extructa

AUCTORE D. A. B.

properè à principibus (*Theodone scilicet & Otone, Theodonis Secundi Bajoariorum principis filiis*) proximè prætoria Christo Domino Deoque nostro & ejus Genitrici Deiparæ Virgini dedicavit. Unum Reginoburgii, alterum Utini, utrumque Vetus vocare solent. Inauguravit quoque idem haud procul ab Utino templum, divo Maximiliano Burgiochiricha nuncupatur cubatque in ripa fluminis Matichæ.

ut ex chartis

50 *Verùm cùm* S. Maximiliani *Acta, Chronicon Celeiense Ms. Aventinique Historia mox laudata, multis etiam eruditis tamquam jubestæ fidei videri queant, hic duo venerandæ antiquitatis Noricorum monumenta subjiciam; cartas, inquam, duas, quarum notitiam nobis subministrárunt Arno, qui ab anno circitèr* 785 *ad* 821 *Salisburgensi ecclesiæ præfuit, & ille anonymus, qui Arnoni æqualis aut supar easdem cartas notitiis suis brevibus intulit: quas notitias seu annotationes primus edidit Canisius Lectionum antiquarum tom.* 2, *pag.* 484, *& rursus tom.* 6, *pag.* 1147. *Basnagius, qui earumdem Lectionum novam editionem curavit, & tandem Hanzizius Germaniæ Sacræ tom.* 2, *pag.* 19 *& seqq. Sed de utroque libello scribentem audiamus hunc postremum scriptorem, qui sic habet pag.*12: Subjungo jam, quod dudum receperam, duo monimenta vetustissima rerum à primis fundatoribus huic ecclesiæ Salisburgensi donatarum.... Primum est libellus seu adnotatio traditionum à Theodone Bojariæ duce, fundatore.... Is compositus est anno 788 jussu Arnonis episcopi, stilo quidem rudi & parùm ex amussi Grammatices, cœterùm venerabilis ob vetustatem; cui geminus est alter ejusdem argumenti, nisi quod paulò sit uberior & explicatior priore, præterque donationes ante Arnonem factas, recenseat etiam illas, quæ factæ sunt sub Arnone jam archiepiscopo. Stilus etiam emendatior est, totumque opus digestum in capita XXIII, auctore pariter vetusto, certè non valdè ab Arnonis ætate remoto, qui id, quod refert, potissimùm ex chartis originariis, quarum & mentionem facit cap. XV, scribens de Concambio cujusdam Hadeberti cum Arnone; quod Concambium, *inquit*, inter cœteras chartas non continetur.

B

C

hùc

51 *His præmissis, chartarum dictarum primæ verba jubdo ex cap.* XVI *Annotationum Arnonis deprompta, quæ hæc sunt:* De cella verò S. Maximiliani ita contigit, ut constrüeretur ab initio. Ibant duo fratres in locum, qui dicitur Pongawi, nomen unius Tonazanus & alterius nomen Urso, in venatione & ad aurum faciendum, & viderunt illuc multa luminaria pluribus noctibus & alia signa multa, & venientes ad dominum Hrodbertum episcopum dixerunt, quod ipsi ibi viderunt, & ip e pergens cum eis vidit ibi similiter. Tunc quòque perrexit dominus Hrodbertus ad Theodonem ducem (is erat Theodo, Secundus nomine) & dixit ipsa miracula, roganique eum licentiam sibi dare, ut cellam ibi constrüeret. & ita ei Theodo dux licentiam dedit Venientque dominus Hrodbertus iterum ibidem cum hominibus suis & cum suprà scriptis fratribus & cepit ibi stirpare & locum mundare, & oratorium facere. Facto autem oratorio, venit iterum ad Theodonem ducem & rogavit eum secum ibidem venire. Venientes autem ibidem domnus Hrodbertus consecravit ipsum oratorium, & Theodo dux tradidit ipsum locum ad S. Petrum ad Salzburch monasterium *&c.*

D

transcriptis liquet,

52 *Idem & iisdem ferè verbis narrat anonymus ille quisquis fuerit, qui easdem monumentorum notitias descripsit cap.* 11, *cui titulus subjequens legitur præfixus:* De Visione luminis in loco, ubi sanctus Maximilianus sepultus esse dignoscitur: & ecclesia ibidem constructa. *Cætera hujus notitiæ verba summatim dumtaxat hic describam. Sic habent:* Contigit, ut duo viri irent sursum per Salzaha in eremum ad venandum atque ad aurum faciendum, venientesque in illum locum, qui nunc dicitur Pongeu, viderunt tribus noctibus pariter quasi duas candelas ardentes, & naribus suis senserunt magnum odorem miræ suavitatis fragrantem De quo admirati valde venerunt & annuntiaverunt domino Rudberto episcopo. Quo illo* audito, misit mox presbiterum suum & dedit ei unam crucem ligneam parvam, quam ipse consecravit, præcepitque, hanc cautam diligenter agnoscere, si ita verum esset, sicut illi supradicti homines dixerunt. Qui venit cum Domingo & aliis hominibus, & idem presbiter eadem nocte vidit ibi lucernas ardentes & magnum odorem ibi sensit & tres noctes pariter ita ibi invenit. Tunc quoque secundùm mandatum S. Rudberti confirmavit ibi sanctam crucem ipsam & parvum tugurium fecit super eam. Beatus quoque Rudbertus, accepta potestate à Theodone & Theodoberto filio ejus, Bojariæ ducibus, ecclesiam ibi construxit, & habitacula servorum Dei & ipsam ecclesiam consecravit in honore sancti Maximiliani, & ipsum locum nominavit Pongeu.

* ille

E

ecclesiæ sunt dicatæ.

53 *Hinc cellæ & ecclesiæ Pongavienses originem ex indubitatis monumentis perspectam habes, erudite lector, è quibus certò constat, alicujus luminis per tres noctes apparentis odorifque mirum in modum suavis occasione, S. Rupertum seculo octavo ineunte, cellam & ecclesiam ibidem, concedentibus Bajoariæ ducibus constructam,* S. Maximiliani *honoribus consecrásse. Quare ante annum* 718, *qui, ùt creditur, S. Ruperto fuit emortualis, celebris erat in Noricis* S. Maximiliani *cultus; cúmque è dictis apud hosce jam tum ecclesia ejus nomini inscripta exstiterit, quin ei etiam antea cultus aliquis fuerit exhibitus, dubitandum haud reor.*

F

ecclesiastico Officio hic memorato

54 *Eum porrò in peculiari veneratione habuerunt Patavienses, ubi, ùt creditur, ad eorum civitatem adsportatæ fuerunt ejus reliquiæ, id est, ab anno circitèr* 985, *utì inferiùs edocebo.* In Breviario ejusdem ecclesiæ, Venetiis anno 1517 vulgato, *inquit Pezius Scriptorum Austriacorum tom.* 1, *pag.* 21, in cujus Kalendario die natali S. Maximiliani summum festum agendum præcipitur; duæ orationes habentur, in quarum una Confessor atque Pontifex, in altera Martyr atque Pontifex nominatur. *Eadem prorsus habet alterum Pataviense Breviarium, anno* 1505 *Venetiis etiam editum. Nec fortè ordinem, in celebrando ejus Officio præscriptum, pervolvere lectorem pigebit. Hunc itaque hic exhibeo.* Ad Vesperas super Psalmos Antiphona: "Sancte Maximiliane, confessor Domini »pretiose, adesto nostris precibus", ùt in Communi Pontificum. Psalmi "Laudate." Capitulum

A pitulum: "Ecce ſacerdos." Reſponſorium: "Beatus Maximilianus", ùt in Communi, ſub quo deſcendant ad monaſterium: finito Reſponſorio, cantores cantent ℣. Ut apud Chriſtum ejus patrociniis adjuvemur &c. Hymnus: "Iſte Confeſſor", canitur ſub nota, "Ut queant laxis." Verſus: "Gloriâ & hono»re." Ad Magnificat Antiphona: "A proge»nie in progenies fecit miſericordiam Domi»nus, qui eduxit Abraham de Ur Caldeorum »& de ultimis terræ vocavit ſanctum Maxi»milianum, ut in hac terra noſtra peregrinus »eſſet & advena: in vera patria celeſti Ci»vis Sanctorum & Domeſticus Dei; ut nobis »datus à Deo Patronus jugiter intercedat pro »hac ſancta plebe & univerſis fidelibus. Al»lel." Collecta: "Propitiare, quæſumus, Do»mine, per beati Maximiliani confeſſoris tui »atque pontificis, qui in præſenti requiescit »eccleſia, merita glorioſa: ut ejus pia inter»ceſſione ab omnibus protegamur adverſis. Per. »Benedicamus Domino." Ad Completorium Capitul.: "Pacem & veritatem." Super Nunc.

B Ant.: "Vigila ſuper nos." ℣. Amavit eum »Dnus." Collecta "Deus, qui diem diſcer»nis à nocte" Ad Matutin. Invit. Confeſſorum regem. Alia omnia de Hiſtoria. Euge, Serve bone. LECTIO I. In Celeia civitate. LECTIO II. Infantulus iſte decorus. LECTIO III Cùm verò eſſet XIII annorum. LECTIO IV. Decurſis itaque infantiæ pueritiæque annis LECTIO V. Sanctus igitur Quirinus. LECTIO VI. Reverſus igitur ſanctus Maximilianus. Ad Horas, Laud. Capit.: "Ecce Sacer»dos" Hymni ſolemniter Poſt Sextam fiat proceſſio ad monaſterium cum Reſponſ. "Bea»tus Maximilianus". Quo finito, cantores imponant Officium ſeu Miſſam: "Statuit ei Do»minus" & agitur per totum, ùt in die S Valentini In ſecund s Vesperis Ant.: "Ecce Sa»cerdos." Hymnus: "Iſte Confeſſor ℣. Gloriâ & honore. Ad Magnificat Ant.: "Gloriam »mundi ſpernit cum ſuis oblectationibus", *ùt in Communi Conff. Pontif. Pag. 244 editæ ſunt Antiphonæ propriæ ad Laudes, imò & iſta additur ad Magnificat in II Veſperis Antiphona:* Magnificemus Dominum Salvatorem o-

C mnium. *Secunda Collecta, ùt veroſimile eſt, extra Pataviam legi ſolita, hæc eſt:* Omnipotens ſempiterne Deus, qui in omnium Sanctorum tuorum operibus es mirabilis, da nobis in beati Maximiliani martyris tui atque pontificis annua ſolemnitate lætari, qui Filii tui martyr extitit, &, quod miniſterio geſſit, teſtimonio comprobavit, &, quod ore prædicavit, confirmavit exemplo. Per *Si quis, cui de Confeſſore Pontifice in feſto* S Maximiliani *Officium celebretur, inquirat, rationem in promptu exhibent Rubricæ pagg. 124. 131, 132, 283 &c verbis, quæ ſubdo:* De Sanctis, qui ſunt pontifices & martyres, Gregorius Papa Septimus inſtituit, ut omnium ſanctorum Romanorum Pontificum & Martyrum feſtum ſolemniter ubique cum pleno Officio celebretur ... Cùm ergò feſtum Papæ & Martyris agitur, omnia de Pontifice ſunt dicenda *Quod igitur in Pontificum Romanorum & Martyrum feſtivitatibus celebrandis inſtituiſſe dicitur Gregorius I II, in feſto* S. Maximiliani *retinuerunt Patavienſes, qui Sancti noſtri etiamnum cum Octava, ſed in civitate tantum, feſtum jub ritu, quem vocant primi Ordinis, inquit Hanſizius tom. I Germaniæ Sacræ Corollar. X, pag. 35, celebrant.*

AUCTORE D. A. B.

55 *Circa ritum, quo* S. Maximiliani *feſtum celebrandum eſt, nonnulla Hanſizius ex Breviario, Viennæ anno 1522 edito, & Miſſali Patavienſis eccleſiæ deſumpſit, quæ hic etiam annotáſſe juvabit.* De ſancto Maximiliano Oratio modò dicitur, ùt in Communi Martyrum: "Deus, qui nos." Oratio pariter, Secreta & altera poſt Communionem ab hodiernis diverſa fuit. *Et quidem diverſas exhibent apographum Monachienſe, codex antiquitùs editus, de quo num. 2, & vetus Ms. Bibliothecæ S. Vedaſti, à Patre Joanne Courvoiſiero Vitæ* S. Maximiliani *pag. 283 laudatum. Secreta ſic habet:* Sicut ad munera Abel. *Poſt-Communio:* Celeſtium omnipotens Deus. Euangelium, *pergit Hanſizius*, quum olim fuerit: "Sint lumbi", hodie eſt: "Si quis ad me venit." Habebatur olim Miſſa de ſanctis Valentino & Maximiliano patronis eccleſiæ conjunctim dici ſolita, quæ incipiebat: "Sacer»dotes." Oratio: "Propitiare, quæ umus." E- E
piſtola: "Lingua ſapientium." Euangelium: "Videte, vigilate & orate." Peculiaris item Hymnus ſeu, ùt vocant, Sequentia, qui nihil præter pias preces continet. Hodie inter conſuetas commemorationes ſeu ſuffragia Sanctorum, poſt ſuffragia ſanctorum Petri & Pauli, item Stephani protomartyris, fit commemoratio S. Maximiliani & Valentini conjunctim oratione: "Propitiare, quæſumus" additurque in cathedrali, "qui in præſenti re»quieſcunt eccleſia.

colunt

56 *Corollario XI, ubi de diſtributionibus cæremonialibus, quæ ob memoriam feſti occurrentis in eccleſia Patavienſi fieri ſolitæ ſunt, agit idem Hanſizius, ſequentia, quæ ſubdo, leguntur:* Die XII Octobris feſto S Maximiliani, cuilibet, particulari, datur libo major panis albi. *In antiquo Miſſali, manu ſeculi XII exaratò, quod laudat Pezius tom. I, pag. 21 Scriptorum Auſtriacorum, die* S. Maximiliano *ſacra, Miſſa de Communi, ùt aiunt, plurimorum Martyrum proponitur. Introitus:* Salus autem Juſtorum. *Graduale:* Vindica. *Offertorium:* Mirabilis. *Communio:* Ego vos. F
In Proprio Sanctorum ad uſum eccleſiæ Patavienſis anno 1608 edito, die S. Maximiliano *ſacra, omnia ùt in Communi unius Martyris. Lectiones tres de hiſtoria illius, ex quibus rejecit editor, quæ in Breviario anni 1505 vulgato, de S. Quirino, Laureacenſi & poſtea Aquileienſi epiſcopo, habebantur. Sed ſat ſuperque de ordine, quo* S. Maximiliani *apud Patavienſes feſtum celebrari ſolet, dictum jam eſt. Nunc de cultu, quo eum diverſæ eccleſiæ in Germania venerantur, pauca addenda occurrunt.*

Patavienſes,

57 *Sub ritu duplici & novem Lectionibus diem ejus natalem celebrat eccleſia Viennenſis, ùt ex Proprio Sanctorum illius eccleſiæ anno 1632 vulgato patescit. Tres tantum Lectiones habet ejuſdem Officium in Proprio Sanctorum diœceſis Ratisbonenſis Ingolſtadii anno 1611 edito. Sub eodem ritu in Proprio Sanctorum Salisburgenſis, ibidem anno 1647 impreſſo., & eccleſia Friſingenſis in codice ad uſum hujus eccleſiæ accommodato & auctoritate illuſtriſſimi DD. Viti Adami epiſcopi typis mandato*

Viennenſes, Ratisbonenſes, Friſingenſes

AUCTORE D. A. B.

aato Sancti noſtri memoriam recolunt : quæ diverſa SS. Propria in Muſeo Bollandiano aſſervantur.

& in primis Tornacenſes,

58 *Sed & eccleſia Tornacenſis* S. Maximiliani *feſtum eodem ritu duplici, quo illud celebrari ſolent DD. Patavienſes, recolit, ex quo ſeculo proximè elapſo aliquid ex ſancti Epiſcopi hujus reliquiis illuſtriſſimo Tornacenſi epiſcopo DD. decanus & canonici Patavienſes conceſſerunt, quodque Rmus Tornacenſis eccleſiæ ſuæ cathedrali dono reliquit, ùt* § VII *edocebo. Multa de hoc habet P. Joannes Courvoiſierus è ſacra Minimorum familia in libro, quem de Vita* S. Maximiliani *anno* 1638 *Bruxellis edidit, pag.* 275 *& ſeqq. Inſtrumentum, quo domini Paſſavienſes* S. Maximiliani *Officium, in eccleſia Paſſavienſi dici ſolitum, ad dominos Tornacenſes, ut ipſi ad illorum normam illud celebrent, ex eccleſiæ Tornacenſis Tabulis erutum mittunt, huc tranſcribo.*

qui ſuum de Sancto Officium à Patavienſibus acceperunt.

59 Nos decanus & capitulum eccleſiæ cathedralis Paſſauvenſis notum facimus hiſce, quanam ratione Rmus ac Illmus Princeps ac Dominus Dnus Maximilianus, epiſcopus Tornacenſis, nobis per litteras indicaverit, quod ex ſingulari devotione erga S. Maximilianum, eccleſiæ Paſſauvenſis olim antiſtitem & patronum ejuſdem perpetuum, commotus : poſt acceptas duas reliquiarum particulas non ſolùm ſtatuam argenteam ſumptibus quatuor millium florenorum elaborari curet, ſed etiam ad majorem Dei gloriam ac dicti S Maximiliani honorem Officium ſub ritu duplici fundare & annuè celebrari facere cogitet, ad eum prorſus morem, quo apud nos Paſſauvenſes peragi conſuevit : proinde ea ob impetrandam faciliùs à Sanctitate Pontificia licentiam authentica fide atque atteſtatione noſtra indigere, quod nempe preces illius cum ceremoniis Officii, utì apud nos celebratur, omnimodè concordent. Cùm igitur nos decanus & capitulum prædictæ cathedralis eccleſiæ Paſſauvenſis S. Maximiliani patrocinio meritiſque gaudeamus, atque in hoc laudatiſſimo epiſcopo Tornacenſi zelo partes noſtras nequaquam deeſſe volentes, atteſtamur vigore præſentium ſupradicti S Maximiliani feſtum non aliter,
C quàm Rmus D. Epus Tornac. intendit, per eccleſiæ cathedralis Paſſauvenſis epiſcopum vel ſuffraganeum celebrari. Solemnitas autem ea ſequentibus continetur ac majoris informationis causâ hîc ſpecialiter inſerta. Dicitur enim totum S. Maximiliani Officium ſub ritu duplici primæ claſſis cum Octava, duodecimâ menſis Octobris de Communi unius Martyris. Oratio : "Deus, qui nos B Maximiliani martyris tui &c." In primo Nocturno Lectiones leguntur ex Actorum cap. 2 : "A Mileto Paulus mittens Epheſum" Secundi autem Nocturni Lectiones ſunt propriæ. Lectio IV : "Maximilianus", ùt in Proprio Sanctorum eccleſiæ hujus anno 1608 edito. In tertio Nocturno legitur Euangelium Lucæ 14 : "Si quis venit ad me" cum Lectionibus Homiliæ S. Gregorii Papæ, quæ ibidem ſequuntur. Ad Laudes & per Horas omnes, de Communi. Miſſa dicitur de uno Martyre, quæ incipit : "Sacerdotes Dei, benedicite Dominum." Euangelium idem, quod fuit in 3° Nocturno : "Si quis venit ad me." Quæ omnia, cùm ita ſe habeant, hoc teſtimonium ſigillo noſtro capitulari munitum dedimus Paſſauvi 26 menſis Maii anno Chriſti 1634. Concordat, ſignat P. Maiurech. *Nunc autem jub ritu ſimplici, ſed in eccleſia cathedrali jub ritu triplicis majoris feſtum Sancti celebrant Tornacenſes, ùt ex Proprio Sanctorum hujus diœceſis, anno 1712 edito, pateſcit.* D

§ VI. Sancti reliquiæ variæque earum ad diverſa loca tranſlationes.

Sancti reliquiæ juxta Celeiam ſepultæ,

Latâ præſidis Eulaſii ſententiâ, mox ad fanum martis perductus Maximilianus, *huic litare conſtanter abnuens, capite imminutus eſt.* Tunc venientes, *inquit ejus biographus num.* 14 *Vitæ edendæ*, Chriſtiani nocte tulerunt corpus ejus & ſepelierunt illud juxta civitatem humili quidem ſepultura propter metum paganorum, ubi Dominus plùrima ſigna & miracula per merita ipſius ſicut in vita ſic & poſt mortem oſtendere dignatus eſt. *Ab iſtis verbis haud diſſonat Noricorum traditio, ab Hanſizio Germaniæ ſacræ tom.* 1, *pag.* 30 *& ab Annalium Styriæ ſcriptore pag.* 228 *aſſerta.* Celeiæ enim, *inquit*, locum oſtendunt, in quo obtruncatus, in quo humatus eſt. *Proindeque, eum Celeiæ ſepultum primò fuiſſe, res eruditis indubitata videtur. Sed nonnullæ de variis ejus tranſlationibus ſubortæ ſunt controverſiæ, hic breviter à nobis perſtringendæ.* E

nec in Italiam anno 488;

61 *Primam movet ipſe Sancti noſtri biographus Vitæ edendæ num.* 22 *ſic ſcribens :* Tota eccleſia Laureacenſis cum omnibus ſuffraganeis & populo utriuſque ſexus .... vitam retinere cupientibus, eorumdem regum Odoacri & Theodorici formidine, cum omnibus ſuis ſubſtantiis & clericis libris & privilegiis, Sanctorumque reliquiis & corporibus eorumdem in Neapolim & univerſam Samnitarum Italiam tranſmigrârunt, nil Pannoniis & Mæſiis memoriæ relinquentes : cum quibus etiam major pars corporis beati Maximiliani & libellus vitam ejus & miracula continens eſt pariter aſportatus. De hac tranſmigratione F beatus Severinus monachus Noricenſis in ſua vita, ubi poſtulabat à ſuis compatriotis, ut & oſſa ſua ſecum in Italiam deferant, facit plenariam mentionem. Aſt, *inquit Hanſizius pag.* 33, *cui etiam Annalium Styriæ auctor ſuffragatur*, idem biographus, tamen partem aliquam reliquiarum ſua ætate Pataviæ depoſitam & in honore habitam fuiſſe, indicat, eò quòd ad ejus tumbam languidos, cæcos, claudos ſanitati reſtitutos enarret. Cæterùm, ùt addit idem ſcriptor, nulla uſquam memoria eſt, reliquias S. Maximiliani in Italia haberi. Præterea illa migratio, quæ facta fuit mandato Odoacri anno 488, ſolos attinebat Noricos Ripenſes & OPPIDA SUPER RIPAM DANUBII POSITA, ùt expertè ſcribit Eugippius, qui eidem migrationi interfuit. Noricos interiores aut Celeienſes, utpote quàm longè ab ripa Danubii remotos, eò migrandi præcepto comprehenſos, haud conſtat.

nec dein Laureacum à S. Ruperto allatæ fuerunt,

62 *Alteram Sancti reliquiarum Laureacum tranſlationem à S Ruperto factam fuiſſe aſſerit Molanus in hodierna* S. Maximiliani *annuntiatione, quæ ſic habet* · Celenæ in Pannonia, Maximiliani

A ximiliani epiſcopi & confeſſoris, cujus corpus Laureacum tranſtulit S. Rupertus Bavarorum apoſtolus, qui plurimas eccleſias ad ejus honorem dedicavit, tandem verò Pataviam reliquias tranſtulit Henricus Secundus imperator. Verùm, *inquit Hanſizius*, difficultas eſt, quemadmodùm id S. Rupertus præſtare potuerit, Celeia civitate id temporis, quo Rupertus in Bavariam venit, à Sclavis paganis occupata, niſi id factum ſit, ut, Ruperto Euangelium in Carantanis prædicante, hoc fortè operæ pretium exſtiterit, ut S. Martyris corpus è manuefactis barbaris emercaretur. *Ita* S. Maximiliani *è Celeienſi civitate ad Laureacenſem, quæ à Ruperto facta fuerit, tranſlationem ipſemet Hanſizius, qui Molani, hanc admittentis, opinionem* Communiorem *mox appellârat, verbis hiſce revocat in dubium. Verùm eamdem tranſlationem tamquam vero parùm ſimilem habet Annalium Styriæ ſcriptor pag.* 296, *Celeienſem laudans chronologum, qui, B. Rupertum* S. Maximiliano *eccleſiam Celeiæ dedicâſſe, dumtaxat aſſerit & de iſthac tranſlatione*
B *ab eo Laureacum facta altum ſilet. Hinc idem fortè ferendum judicium de illa ſacrorum pignorum aſportatione ac de altera, cujus in eadem annuntiatione mentionem inſtituit Molanus, qui ſacras has exuvias Pataviam ab Henrico II imperatore deportatas aſſerit. Enimverò cùm Henricus, quo de martyrologus loquitur, nonniſi* VI *Junii anni* 1002 *imperator ſeu Romanorum rex acclamatus fuerit; quî fieri potuit, ut iſthanc tranſlationem curâſſet aut illa eo imperante fuiſſet facta ſacrorum tranſlatio pignorum, quæ jam in eccleſia Patavienſi ab anno* 985 *aſſervata fuiſſe certis argumentis edocebo? Igitur cùm ruat illa ſecunda* S. Maximiliani *tranſlatio, quin de prima loquens Molanus in errorem pariter lapſus fuerit, vix ambigo.*

ſed in cella Pongaw reconditæ

63 *Hinc fortè eſt, cur Baronius, cui in ſua annuntiatione hodierna Molanus præluxerat, ùt ex notis huic ſubnexis pateſcit, utramque* S. Maximiliani *tranſlationem, Molani Martyrologio inſertam, à ſuo reſcindendam eſſe duxerit. Utut ſit, neutram ego admittendam eſſe exiſtimo. An autem ſacra hæc* Maximiliani *pignora Celeiæ ſepulta jacuerint, uſque dum in cellam Pongawienſem tranſlata fuerint, definire non auſim. Hic dumtaxat, an revera in cella iſthac depoſita fuerint, inquirendum. Quin in hac eccleſia Pongawienſi à S. Ruperto exſtructa &* S. Maximiliano *dicata exſtiterit Sancti hujus corpus, non dubitat Hanſizius, ad hoc exiſtimandum, verbis tituli, ſecundo capiti brevium notitiarum Salisburgenſis eccleſiæ præfixi, quem iterum hîc ſubdo, meritò adductus.* De Viſione luminis in loco, ubi S. Maximilianus ſepultus eſſe dignoſcitur, & eccleſia ibidem conſtructa. *Etſi enim nulla in toto hujus capituli contextu de reliquiis Sancti illic ſepultis mentio inſtituatur, ſive quòd verba ad illas ſpectantia, temporum injuriis attrita, ex hoc capitulo deleta fuerint, ſive quòd, ùt veroſimiliùs opinor, eo tempore, quo ſcribebat auctor, rem omnibus, utì ſonant hæc voces*, ubi S. Maximilianus ſepultus eſſe dignoſcitur, *notam, huic capitulo expreſſis de novo verbis eam intexere noluerit.*

C

Jacuerunt,

64 *Verùm à quo ad iſtum locum Pongawienſem aut quo tempore ſacrum iſtud pignus*

delatum fuerit, quamdiuque hîc ſubſtiterit, nec edocent eccleſiæ Salisburgenſis tabulæ, nec alia, quæ ſuperſunt in Noricis, monumenta. Si Hanſizium plùs ſemel jam laudatum audias, locus Pongawienſis, cùm fuerit antea incultus & vaſtus, non ſatis apparet, eas reliquias jam antea ibidem extitiſſe. Veriſimiliùs eſt, ab Ruperto primùm è Celeia tranſlatas ac occaſione prodigii ad eccleſiam recèns extructam deportatas, deinde autem ob periculum à vicinis Sclavis ad locum tutiorem ablatas. *Aſt de hac aut de quacumque alia ſanctorum horumce pignorum tranſlatione, à B. Ruperto Celeiâ ad locum Pongaw aut in alium quemlibet facta, nullo modo mihi conſtat: imò Celeienſis chronologus, ab Annalium Styriæ ſcriptore, ùt num.* 62 *innui, laudatus, nec iſtam nec alteram quamlibet ſancto Epiſcopo tribuit. Sed cùm, ſilentibus undique monumentis, amplus pateat conjecturis locus, quid ni ſacras iſtas reliquias, ob paganorum metum crebraſque barbarorum direptiones ex Celeienſi civitate ad locum hunc, poſtea Pongaw vocatum, nemoribus & dumetis refertum, delatas,* E *cæleſti poſtmodùm lumine detectas, & ibidem in eccleſia, quam S. Rupertus occaſione illius luminis & theſauri nuperrimè adinventi erexerat, collocatas fuiſſe, dicam?* Ipſe *num. præced. recitatus* titulus, *inquit Hanſizius Germaniæ ſacræ pag.* 34, *tom* 1, ab auctore vetuſto *brevium eccleſiæ Salisburgenſis Notitiarum cap.* 2 præfixus, qui Sanctum ibi ſepultum, veluti rem notam perhibet, non de nihilo eſt, arguitque cautam, ob quam ea cella ſit honoribus S. Maximiliani à Ruperto dicata.

AUCTORE D. A. B.

donec

65 *Utut ſit, fuiſſe ſaltem ante annum* 788, *quo, ùt verbis num.* 50 *recitatis Hanſizius docet, plùs ſemel jam memoratæ breves eccleſiæ Salisburgenſis Notitiæ ſcriptæ fuerunt* B. Maximiliani *reliquias in eccleſia Pongawienſi reconditas, è mox iterum laudato, quem hæc cap.* 2 *præferunt, titulo eſt certum. Imo verò ſacra hæc pignora ibidem jam à tempore Virgilii, qui eccleſiam Salisburgenſem ad annum* 784 *aut circitèr, teſte Hanſizio pag.* 95, *tom.* 2 *adminiſtravit & eccleſiæ & cellæ Pongawienſibus ſubverſis, ùt ex utroque donationum libello cap.* 16, 7 & 8 F *pateſcit, in priſtinum ſtatum reſtituendis, tantam operam inſumpſit, aſſervata fuiſſe, certum etiam eſt. Porrò quin ea ibi tempore Arnonis, qui Virgilii locum accepit & uſque ad annum* 821 *ſedit Salisburgi epiſcopus, ſepulta adhuc jacuerint, nullus, ùt opinor, movebit dubium. Enimverò Arno in ſuis chartarum Salisburgenſium Annotationibus cap.* 16 *eccleſiæ & cellæ Pongavenſis, in quibus ſacræ exuviæ depoſitæ fuerunt, originem primus nos edocuit: ſub ejus epiſcopatu aut paulò pòſt ab auctore anonymo Arnoni æquali aut ſuppari, conflatus eſt alter donationum Salisburgenſium libellus, cujus caput* 11 *hunc titulum præfert, quem iterum huc tranſcribo:* De Viſione luminis, ubi ſanctus Maximilianus ſepultus eſſe dignoſcitur. *Num, quæſo, huic titulum capiti* 11 *præfixiſſet auctor ille antiquus, aut rem omnibus notam his verbis aſſeruiſſet, ſi tempore, quo ſuum Opus conflabat, id eſt, circa annum* 821 *aut non multò pòſt, re ipſa* S. Maximiliani *corpus in eccleſia Pongawienſi haud amplius ſepultum jacuiſſet? Imò Sancti noſtri corpus*

AUCTORE D. A. B.

hic depoſitum permanſiſſe, quoadusque cella & eccleſia Pongavienſi, neſcio, quo anno, quove excidio, ſed ante annum 878 ſubverſis, Œtingam delatum fuit, ſicut mox dicturus ſum, ùt veroſimilius exiſtimaverim.

Ibi manſerunt, uſque dum

In eccleſiam Œtingenſem circa annum 878

66 *Et quidem illud in Œtingenſi cœnobio quietoria ſub annum 878 nobis exhibet Carolomanni regis diploma, quod Aventinus hujus hiſtoriam contexens Operi ſuo juvnexuit; ex quo, quæ ad ſcopum meum faciunt, huc tranſcribo:* In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Carolomannus, divinâ favente Gratiâ, rex..... Noverit induſtria omnium fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet & futurorum, quorum * pro redemptione animæ noſtræ ac conjugis parentumque noſtrorum quaſdam res proprietatis noſtræ in partibus Carentaniæ, Scalviniæque regionis ſitas, ad ſanctum Maximilianum confeſſorem Chriſti, nec non & ad ſanctam Felicitatem, ſeptem filiorum Martyrum & matrem tradidimus; quorum corpora in novam noſtræ ædificationis baſilicam ad Otingas collocare in timore & amore Dei omnimodis curavimus..... Data quinto Idus Septembris anno, Chriſto propitio, tertio regni domini Carolomanni, piiſſimi regis in Boiaria, & primo in Italia, Indictione XI. Actum Ranterſdoff curte regia in Dei nomine feliciter amen DCCCLXXVIII.

**fortè l. quoniam*

B

67 *Sed & ſacra hæc pignora jam ab anno 876 in eodem cœnobio repoſita fuiſſe, ex alterius diplomatis, ab eodem rege confecti & ab Aventino ad calcem ejuſdem hiſtoriæ editi, verbis, quæ hæc ſunt, arguere haud difficile eſt.* Complacuit, *inquit Carolomannus*, nobis tradere pro augmento mercedis æternæ quandam abbatiam, quæ dicitur Mataſeo, ad monaſterium noviter à nobis à fundamentis conſtructum in loco, qui dicitur Otinga, quod etiam in honore ſanctæ Dei Genitricis ſemper Virginis Mariæ, & ſancti Philippi apoſtoli Domini noſtri Jeſu Chriſti, aliorumque Sanctorum plurimorum, quorum reliquias, Deo propitio, adgregare potuimus, ornatum eſſe cernitur. Data ſexto Calendas Martii anno, Chriſto propitio, primo regni domini Carolomanni ſereniſſimi regis Boiorum. Indictione nona. Actum Mantachouæ curte regia in Dei nomine feliciter amen. Anno Chriſti DCCCLXXVI. *Enimverò licèt in his verbis* Maximiliani *nomen non compareat, his Sanctorum plurimorum reliquiis, quas undique exquiſitas Œtingæ aggregaverat Carolomannus SS. Felicitatis*, Maximiliani *& aliorum corpora, de quibus in diplomate anno 878 dato mentio eſt, accenſenda eſſe, quis ut multùm veroſimile non crediderit? Cur autem Sancti noſtri reliquias priùs in eccleſia, quam S. Rupertus haud procul ab Œtinga ad ripam fluminis Matichæ, Burgiochirica appellatam*, S. Maximiliano *nuncupavit, depoſitas & ex hac eccleſia ad novam baſilicam Œtingenſem à Carolomanno exſtructam tranſlatas fuiſſe, aſſerat tom. I, pag. 34 Germaniæ ſacræ ſcriptor Hanſizius, non video. Nec illud utique ex diplomatum, anni 876 aut 878 confectorum, verbis ſuperiùs recitatis liquet. Sed & ex cap. V Hiſtoriæ Œtingenſis ab Aventino concinnatæ illud etiam non eruitur; hic enim de templo hujus nomini dicato dumtaxat mentio eſt; de reliquiis autem in hoc capite ſicut & in aliis ejuſdem Hiſtoriæ locis altùm ſilet Aventinus.*

C

aut jam ab anno 876 à Carolomanno fuerint tranſlatæ.

68 *Hoc igitur tamquam aſſertum maneat, ſcilicet* S. Maximiliani *reliquias in Pongawenſi eccleſia ſepultas quieviſſe, donec illa ignoto caſu incertoque anno ſubverſa in eccleſiam Œtingenſem, à Carolomanno erectam, collocatæ ab ipſo rege fuerint. Quo uſque autem Œtingæ permanſerint, non conſtat: Aventinus Annalium Boiorum lib. 4 ad annum 907 hæc habet:* Ugri Utinum petunt ibi urbem, regiam & monachorum ædem in cinerem & favillas redigunt. Cives, monachi, ſacerdotes cum ſacris, brachio D. Philippi legati Chriſti, D. Maximiliani & aliis Divorum pignoribus Bathaviam aufugiunt, eaque in pariete inter duas pyramidas condunt. Quæ Friderico Secundo imperante, pariete vetuſtate collapſo atque refecto, primùm prodita atque reperta ſunt. *È quibus Aventini verbis* S. Maximiliani *corpus ab anno 907, quo, furentibus & omnia vaſtantibus Hungris, Œtingâ deletâ, hinc Pataviam tranſlatum fuiſſe, dilucidè datur intelligi; ſed, hoc ſeriùs contigiſſe, mox edocebo. Enimverò, re maturiùs perpenſa, cap. 9 Hiſtoriæ Œtingenſis cœnobii idem auctor hæc ſcribit:* Ugri Utinum (*quod & Œtingam nominat*) cum ſacratorum virorum contubernio diripiunt, ſola ædicula Deiparæ Virginis, neſcio quo fato, vim hoſtis non ſenſit.... Sacra, quæ in cœnobio veterique Utino recondita fuerant, aut alicubi infoſſa aut aliò tranſlata ſunt.... Factum eſt hoc prælium anno Chriſti DCCCCVII. *Proindeque, quid tum de ſacris* Maximiliani *reliquiis contigerit, cùm dubius hæreat Aventinus, dubius & ego hærere debeo. Infoſſa igitur aut aliò tranſlata fuerint Sancti noſtri & aliorum corpora, quæ Œtingæ ab anno circitèr 876 repoſita fuerant, certum eſt ſaltem*, S. Maximiliani *corpus exeunte ſeculo X in eccleſia Patavienſi quieviſſe, ùt ex Ottonis III imperatoris diplomate pateſcet. Hujus diplomatis, ab Hanſizio tom. I Germaniæ Sacræ pag. 225 editi, verba, quæ ad rem meam faciunt, hìc ſubdo.*

69 In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, divinâ favente Clementiâ, rex... Conceſſimus, ut liberi cujuſcumque conditionis ſint, qui deſtinantur coloni in locis pertinentibus ad ſanctæ Patav. eccleſiæ præſulatum in honore beati Stephani protho-martyris Chriſti conſtructum & dedicatum, "ubi »S. Valentinus & Maximilianus confeſſores »Chriſti corpore requieſcunt", ſitis marka hactenus Luitwaldi comitis à noſtrorum miniſterialium deinceps ſint diſtrictione abſoluti. Datum pridie Kal. Octobris anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXXV. Indictione XIIII. Anno autem Tertii Ottonis regnantis II. Actum Babenbergæ in Dei nomine feliciter amen. Hæc prima mentio, *inquit Hanſizius pag. 229*, de corpore S. Maximiliani Pataviæ quieſcentis; *nam in diplomatibus antecedentibus, an. 976 emiſſis & ab eodem Hanſizio pag. 219 & ſeq. editis, de ſacris ſolius Valentini exuviis ſermo inſtituitur.* Id, quod argumento eſt, S. Maximiliani reliquias anno dicto nempe 976 nondum fuiſſe Pataviam allatas; paulò pòſt tamen eam ad urbem deveniſſe (incertum, quo anno) certè ſub Piligrino (qui eccleſiæ Patavienſi ab anno 946, teſte eodem ſcriptore, ad 991 præfuit) quo demùm innoteſcit, eas non ſub Henrico Secundo imperatore, utì ſcribit Hundius, ſed ſub ejus patre

tandèm circa annum 985 in eccleſia Patavienſi depoſitæ fuerint,

F

E

A patre itidem Henrico Bavariæ duce, hujus nominis Secundo, nempe illo, qui, ab Ottone Secundo exauctoratus, ab Ottone Tertio reſtitutus eſt, ex Ottingenſi cœnobio fuiſſe Pataviam tranſportatas: itaque lumen aliquod detectum eſt ejus caliginis, in qua dudum citra exitum palpabamus. *Hæc Hanſizius, cui libenter aſſentior: hinc emendanda Molani annuntiatio hodierna, quæ ſic habet:* Pataviam S Maximiliani reliquias tranſtulit Henricus Secundus imperator. *Exactiùs ſcripſit Grevenus, ſaltèm quantùm ad id, quod ad Sancti reliquiarum tranſlationem ſpectat, in ſuo Mrl.* S. Maximilianum *annuntians verbis, quæ hic ſubdo:* IV Idus Octobris Maximiliani Laureacenſis epiſcopi & martyris, qui tempore Cari & Numeriani imperatorum martyrii coronam adeptus, poſtmodùm à duce Baioariorum in Pataviam ſuper litus Ens tranſlatus, in magna veneratione habetur.

ubi in humili loco aſſervatæ, demùm anno 1289 à Bernardo ep., ſicut conſtat ex hujus

70 In humili loco, *inquit chronologus Salisburgenſis, cujus Opus edidit Pezius Auſtriacorum Scriptorum tom.* 1, *col.* 386 *& ſeq. ad annum* 1285, repoſita erant Patavii beatorum Valentini & Maximiliani corpora in tumba honorabili, de novo in medio eccleſiæ Patavenſi erecta, decentiùs collocavit & incœpit reædificare de novo & bono opere eccleſiam Patavienſem *Bernhardus aut potiùs Bernardus, dictus de Pranpach, qui Gotfridi epiſcopi locum exceperat: hoc idem innuunt Hundius & varii chronologi, ab Œfelio Scriptor. Rerum Boicarum tom.* 1 *editi, qui iſthanc tranſlationem, tamquam eximium opus Bernardo adſcribentes, illud omnes quaſi per anticipationem ſub annum* 1285 *repoſuerunt, quo ſcilicet ad ſedem Patavienſem aſſumptus eſt. Eamdem ſacrorum corporum tranſlationem Gotfrido, qui Bernardo eodem anno ſedem ſuam moriens ceſſerat, tribuit, qui Lectiones ad feſtum Tranſlationis S. Valentini die* 4 *Auguſti Patavii legi ſolitas contexuit. Verùm, illam ſeriùs contigiſſe, jure meritò autumat Hanſizius, qui iſthanc, nejcio qua ratione ductus, anno* 1291 *affigendam exiſtimavit: anno* 1289 *illam celebratam fuiſſe oſtendit Bernardi epiſcopi epiſtola, quâ ſuæ diœceſis fideles, ut, die* 3 *Auguſti, S. Stephano ſacra, huic cæremoniæ intereſſent, admonuit. Hanc epiſtolam, utì & duas alias, quarum alteram ad ſuæ pariter diœceſis parochos, alteram ad Henricum Bavariæ ducem dedit, unà cum hujus & illorum ad iſtas reſponſis, ex Anecdotorum Pezianorum tom.* 6, *part.* 11, *pag.* 150 *& ſeqq. deſumptas, eodem ordine, quo Pezius eas vulgavit, novis hic typis edendas duxi.*

C

ad diœceſis Patavienſis

71 Bernardi ep. Patavienſ. epiſtolæ. *Prima:* Encyclica ad ſuos, quos ad tranſlationem corporum SS Maximiliani & Valentini invitat: "Electos ſuos ita Dominus in patria mirificat, „ut juſtorum animæ in manu Dei foveantur, „ibi viventes, ubi æterna vita in ſuo fonte „bibitur, ibi gaudentes, ubi gaudium amari„tudine non reſpergitur, ibi quieſcentes, ubi „pax contrarietatis obſtaculo non turbatur; „repletur ibi in bonis deſiderium eorum; di„vina Majeſtas illos de torrente ſuæ voluptatis inebriat, &, ut breviter concludamus, „illic ſemper & in omnibus optimè in optimo ſe habebunt. Venerandas etiam Electorum reliquias in mundo gloriâ & honore „coronat, dum in terrenis collocata cuilibet „oſſa eorum de loco pullulant, ſic ut incinerati per carnis materiam vivant & vivifi„cent per ſingulorum potentiam membra in „ſe arida, vigorem virtutis ægris infundant, „ipſique Sancti carne ſoluti ad vitam carnis & „ſpiritûs plerumque reſuſcitant jam defun„ctos. Sic divina Clementia civitatem ſuper„nam numero & merito Beatorum ædificat, „hac viſitatione peregrinantis adhuc Eccleſiæ „fidem illuminat, ſpe* elevat, charitatem in- * ſpem
„flammat, dum tàm apertè ei demonſtrat im„mortalitatis teſtimonia, dum promiſſæ hære„ditatis tam chara Deo pignora in ſinu no„ſtro repoſita retinemus. Et licèt pius Do„minus Eccleſiam ſuam per orbem diffuſam „generaliter hac conſolatione fœcundet locis „ſingulis ſingulos donando patronos, felicem „tamen ſemperque beatificandam Pataviam „prærogativæ titulis inſignivit, „dum ei prima rota cæli, primus & præci„puus teſtis Dei, primus & ſtrenuus ſignifer „martyrii, ſcilicet beatus Stephanus proto„martyr Rex à Deo conſtituitur & Patro- E
„nus.

fideles epiſtola,

72 „Huicque flori roſeo in augmentum „pulchritudinis & decoris integra beatorum „Valentini & Maximiliani corpora velut ni„vei candoris lilia ſociantur. Quæ memorata „& meritò veneranda Patavienſis civitas in „eccleſia cathedrali velut in ſinu intimo tan„quam in maternæ converſationis geſtans u„tero ſalutari, ſperans, quòd & ipſi patres „& paſtores benigniſſimi ſacrum illum locum „tanquam peregrinationis ſuæ receptaculum, „tanquam pauſationis propriæ cubiculum aſſi„dua oratione ſublevent, beata dexterarum „benedictione conſignent, ac in præſenti ab „omni inpugnatione hoſtili defendant: in fu„turo autem reſurgendo cum ipſis ſuos con„cives fideli comitatu producant repræſentan„tes eos cum fiducia vultui judicantis. Verùm „quia idem thesaurus amabilis fuit hactenus „in loco & tumulo humili abſconditus, nos „incongruum judicantes, ut in loco habita„tionis ſuæ habeantur inglorii, qui ſunt in „regno gloriæ glorioſi, cùm magis conveniat, „ut, ſicut in carne viventes mundi erant „luminaria poſita ſuper candelabrum ad lu- F
„cendum domui Domini eam ingreſſuris, ſic „adhuc intrantes eccleſiam ex collocatione „decenti lumen in eis videant ſanctitatis, de „conſilio fratrum noſtrorum prænominatos „Sanctos in die beati Stephani ad tumbam „venerationi eorum magis congruam, favente „Domino, transferemus, quatenus exaltetur „in Eccleſia plebis ſuæ & laudetur deinceps „in cathedra ſeniorum. Ideóque fraternitatem „veſtram hortamur in Domino & monemus, „ut, cùm divina dicat Auctoritas; Qui ho„norat Patrem, jocundabitur, vos tam jo„cundæ tranſlationi in prædicto die ſollemni„tatis & lætitiæ veſtram præſentiam offeratis „viſitationi alacriter alludentes. Et cùm uni„verſitas cleri ac populi civitatis Patavienſis „diœceſis unum corpus & unum ovile meri„tò cenſeantur, expedit vos elevationi tan„torum Pontificum reverenter occurrere, qua„tenùs ipſi vos inter ſuas cuſtodiant, pa„ſcant & foveant oviculas, ſi ſe ùt paſtores „à vobis viderint humiliter recognoſci. Plebes „etiam

AUCTORE D. A. B.

AUCTORE D. A. B.

„etiam vobis commiſſas efficacibus ad hoc mo„nitis inducatis, quatenùs in die tranſlatio„nis ejuſdem eccleſiam noſtram cum vexillis „viſitent cathedralem, benedictionem transfe„rendorum Prælulum & noſtram cum larga „multorum epiſcoporum indulgentia recepturi, „ſic facientes, ut de negligentia non poſſitis „argui, ſed de diligentia mereamini commen„dari. Datum anno Domini MCCLXXXIX."

& ejuſdem ad ſuæ itidem diœceſis parochos,

73 *Secunda :* Ad parochos ſuæ diœceſis ejuſdem argumenti : "Dignum & juſtum eſt, „æquum & ſalutare, ut eccleſia militans, ſe „quantum poteſt, triumphanti conformet. Un„de in terris dignè digni habentur gloriâ & „honore, quos Altiſſimus mirificavit in cælis. „Quare nos deſiderantes corpora beatiſſimo„rum Patronorum noſtrorum, quæ priùs in „humili loco erant repoſita, nunc in loco „magis idoneo collocare, celebraturi ſubſe„quenter reconciliationem pœnitentium ob „reverentiam tranſlationis hujuſmodi noviter „faciendæ, fraternitatem veſtram hortamur in „Domino & monemus, quatenùs ob hanc B „duplicem cauſam plebes veſtras in tali die „ad veniendum Pataviam inducatis, voſque „ipſi nihilominùs tunc exiſtatis ibidem, quia „tranſlationi eidem continuare noſtram ſyno„dum cogitamus."

qui prælato ſuo epiſtolâ hic appoſitâ reſpondent, epiſtola

74 *Tertia :* Reſponſio ad præcedentem epiſtolam : ' In veſtro felici pectore felix verſa„tur intentio, ut ſcilicet in Eccleſia fidelium „excelſius e altentur corpora ſanctæ Patavienſis „eccleſiæ, imò totius patriæ Patronorum, qua„tenùs honoris amplitudinem conſequantur in „terris, qui tanquam veri amici Dei nimis „ſunt in cœleſt bus honorati. Unde ad tam „feſtivam tranſlationem ac etiam reconcilia„tionem pœnitentium plebes noſtras ſollerter „induximus & ſollertiùs inducemus, timen„tes tantùm, quòd acceſſui eorum obſiſtat „inſtans meſſium collectio totius anni commo„ditatibus profutura. Cæterùm nos clerici, „qui cum Petro, relictis omnibus, ſequi de„bemus imperia prælatorum, capitulum per „vos indictum reverenter, prout condecet, „accedemus."

C *alteraque ad Bavariæ ducem*

75 *Quarta :* Ad Heinricum ducem Bavariæ de eodem : "Cùm devotioni Catholicæ con„ſentaneum non exiſtat, ut Sancti apud ho„mines habeantur inglorii, qui ſunt in regno „gloriæ glorioſi, & ob hoc corpora beatorum „præſulum Valentini & Maximiliani tranſlata „de loco humili collocare volumus, prout „condecet in ſublimi : rogamus, quatenùs tali „die jocunditati tranſlationis ejuſdem veſtra „dignetur ſerenitas intereſſe."

unà cum hujus ad eam reſponſo hic adjungitur,

76 *Quinta :* Reſponſum Heinrici ad priorem Bernardi epiſtolam : "Nihil eſt, quod lu„mine clariori præfulgeat, quàm recta fides „in principe, quemadmodùm lex teſtatur, „noſque credentes, quòd honor Sanctorum „ſit rectè fidei firmamentum, tranſlationi bea„torum Pontificum, de qua ſcripſiſtis nobis, „devotè proponimus intereſſe ſperantes, il„los oculos eſſe beatos, qui corpora illa cor„porali viſione videbunt, de quorum glorifi„catione futura non ambigitur. & quorum „ſpiritus jam in gloria vivere dinoſcuntur."

in decentiori ſolemni pompâ die tertia Auguſti

77 *Solemnem* SS Maximiliani *& Valentini tranſlationem, ad quam diœceſis fideles, parochos dicemque Bavariæ epiſtolis modò hùc tranſcriptis Bernardus epiſcopus invitaverat, anno* 1289 *factam eſſe ex harum omnium prima nemo non ſtatuet ; verùm, inquies, cum* die beati Stephani *futura dumtaxat in hac dicatur, pluresque nominis hujus Sancti, diebus diverſis ab Eccleſia culti, inveniantur, cujuſnam ex hiſce feſto tranſlatio illa fuerit peracta, dubitari poteſt. Ita omninò habet, ſi ſola è dictis epiſtolis prima ſpectetur ; aſt tranſlationem cùm meſſis inſtaret, ac proin ſub Julii finem aut Auguſti initium habuiſſe locum, è tertia ſeu parochorum ad Bernardum reſponſoria intelligitur. Quare cùm tunc duo Sanctorum, ſcilicet Stephani Papæ & Stephani Protomartyris, quorum prioris Natalis* 2 *Auguſti, poſterioris Inventio* 3 *die ejuſdem menſis celebratur, feſta occurrant, per Stephanum, cujus die ſeu feſto tranſlationem, de qua hic nobis ſermo, futuram, Bernardus in prima è dictis epiſtolis indixit, Stephanum Protomartyrem, quod huic Patavienſis eccleſia, ùt Hanſizius Germaniæ Sacræ tom.* 1, *coroll.* IX *docet, conſecrata eſſet, deſignari tertiaque adeò, quâ illius Inventio celebratur, Auguſti die tranſlationem illam accidiſſe, in animum induco.*

D

78 *Porrò aliam adhuc de dicta tranſlatione, jam inſtante, epiſtolam ad Wolfangum, monachum Altahenjem, idem Bernardus dedit, apud Pezium pag.* 153 *editam, cujus verba huc tranſcribo.* Non ſine multa ſollicitudine noſtro deeſtis lateri per momentum, cùm opportunè, importunè casus difficiles ac juris nos occupent quæſtiones. Et, cùm tranſlationem Sanctorum & reconciliationem pœnitentium nobis imminere ſciatis, quorum utrumque diligenti convenit conſilio prævideri, diſplicet nobis, quod non ſtatim cognito noſtro adventu Pataviam deſcendiſtis. *Atque ita quidem,* S. Maximiliani *reliquias in decentiori eccleſiæ cathedralis Patavienſis loco ſolenni pompa à Bernardo epiſcopo* 3 *Auguſti die anno* 1289 *fuiſſe recomditas, è modò allegatis pateſcit. Verùm erit fortaſſe, qui, eas è cathedrali iſta anno* 1300 *fuiſſe ablatas, è Chronico, quod Bernardus Noricus contexuit, ſuſpicetur : id enim apud Pezium Scriptorum Auſtriac. tom.* 1, *col.* 1299 *ſic habet :* Iſte ſanctus martyr Maximilianus ſub Rudolfo rege & Wernhardo epiſcopo Patavienſi, ſcilicet anno Domini 1300, cuidam viduæ eſt oſtenſus & in domo fratrum Minorum tranſlatus, ubi nunc multis miraculis claret. ***Aſt in anno iſthoc*** 1300 ***ſignando manifeſtus cubat error. Eo enim anno Rodulfus imperium non moderabatur, qui anno*** 1291 ***ultimum diem clauſerat. Præterea cùm authentica à nobis relata monumenta*** S. Maximiliani *corpus in eccleſia cathedrali Patavienſi anno* 1289 ***fuiſſe aſſervatum evincant, nec id inde undecim circitèr annis pòſt fuiſſe ablatum, monumentum à Chronico laudato diſtinctum prodat, nihil ſupereſt, niſi ut de illa ad domum Minorum tranſlatione cum Hanſizio dicatur,*** Id fortè fuit, ut particulam quampiam aut poſſiderent Minores aut ſibi adiererent.

E *reconditæ fuerunt, nec anno* 1300 *ablatæ rectè dicuntur.*

F

* * * * *
* * *
* *
*

§ VII.

A

§ VII. De Sancti reliquiis eccleſiæ Tornacenſi conceſſis & ibidem aſſervatis.

Ex his reliquiis epiſcopo Tornacenſi à D. D. Paſſavienſibus canonicis

SÆculo proximè elapſo duo ex S. Maximiliani *oſſibus eccleſiæ Tornacenſi illuſtriſſimus ac Rmus DD. Maximilianus Villani à Gandavo, è comitibus Iſemghemiis, epiſcopus, quæ à reverendis admodùm dominis decano & canonicis eccleſiæ Patavienſis acceperat, ſolemni dono conceſſit, ut debito cultu & Officio ſancti ſui Patroni inſigniſque totius auguſtæ domus Auſtriacæ Protectoris feſtum in eccleſia Tornacenſi celebraretur. Utriuſque conceſſionis à dominis Patavienſibus & ab illuſtriſſimo epiſcopo factæ inſtrumentum, quale pro ſolita ſua in me humanitate & benevolentiâ ſubmiſit illuſtriſſimus ac reverendiſſimus D. D. Cornelius Franciſcus de Nelis, Antverpienſis epiſcopus, olim eccleſiæ Tornacenſis canonicus, hic typis ſubjicio.*

per inſtrumentum hîc editum

8o Nos Marcquardus de Swendi baro, Dei gratiâ epiſcopatûs Paſſauvenſis adminiſtrator plenarius, decanus, ſenior & totum capitulum prædictæ eccleſiæ cathedralis Paſſauvenſis vigore præſentium atteſtamur ac omnibus & ſingulis haſce litteras inſpecturis fidem facimus, quod ad petitionem à reverendiſſimo & illuſtriſſimo domino domino Maximiliano, Dei gratiâ epiſcopo Tornacenſi, nobis per litteras factam pro communicanda aliqua particula de reliquiis S. Maximiliani epiſcopi & martyris in noſtra eccleſia cathedrali hactenùs conſervatis & fide digna habitis & cognitis. Nos ejus petitioni libenter annuentes de noſtro theſauro eccleſiaſtico hanc particulam apud alias S. Maximiliani reliquias inventam ſuprà nominato reveren. epiſcopo Tornacenſi, quam ſummopere & devotè colendam promiſit, ſubminiſtrari voluimus. In cujus rei teſtimonium has litteras C ſecreto noſtro capitulari munitas tradidimus. Data Paſſauvæ 25 Auguſti 1631. Eratque impreſſum prædictorum dominorum ſigillum capitulare. Concordat. Sign. P. Maſureel.

duo brachii oſſa anno 1631 conceſſa fuêre,

81 *Quæ autem fuerint* S. Maximiliani *oſſa, à dominis Paſſavienſibus canonicis domino Tornacenſi epiſcopo conceſſa, exponit epiſtola, à patre Florentio de Montmorencio, Societatis Jeſu presbytero, ad eumdem dominum Tornacenſem Viennæ die* 3 *Septembris anni* 1631 *ſcripta, quâ etiam aliquas ſed exiguas earumdem reliquiarum particulas auguſtæ Imperatoris Genitrici fuiſſe conceſſas, innuitur. Hanc epiſtolam, è Gallico ſermone in Latinum verſam, hùc tranſcribo:* Illuſtriſſime domine. Ut aliquam ex S. Maximiliani reliquiis haud exiguam partem à dominis Patavienſibus obtinerem, quidquid in me fuit, lubens præſtiti. Præcipuos adii capituli canonicos & ad illuſtriſſimum epiſcopatûs adminiſtratorem, tum fortè abſentem, ſcripſi. Idem mecum præſtiterunt Societatis noſtræ Patres. Duas demùm parvas ex brachio illius particulas accepi, quas ad illmam dominationem veſtram cum conceſſionis illarum inſtrumento, his annexo, tranſmitto. Quod majorem harumce particulam non acceperim, haud parùm mihi dolet. Verùm dominus adminiſtrator, qui per minorem junioris archiducis Leopoldi ætatem epiſcopatui præeſt, patri Rectori juſſit, ut ad me ſcriberet, auguſtam Romanorum Imperatoris matrem non majorem harumce ſacrarum exuviarum partem, quàm veſtra illuſtriſſima dominatio ipſa habuit, accipere potuiſſe. His litteris unum epiſtolæ, à S. Carolo Borromæo ad Cardinalem Battorium, Poloniæ regis Stephani Battorii nepotem, datæ, quam gratiſſimam fore exiſtimo, exemplar addo. Me humillimè reverendiſſimæ dominationis veſtræ gratiis commendo, ut longos ſanitatis & felicitatis annos illi tribuat, enixè Deum precans, qui ſum reverendiſſimæ dominationis veſtræ humillimus in Domino noſtro J. C. ſervus Florentius de Montmorencio. Suſcriptio erat: Domino domino Rmo epiſcopo Tornacenſi. Concordat. Sign. P. Maſureel.

AUCTORE D. A. B

quæ eccleſiæ ſuæ cathedrali ſolemni inſtrumento

82 *Has ſacras exuvias à dominis Paſſavienſibus acceptas non niſi anno* 1636 *eccleſiæ ſuæ cathedrali ſolemni dono conceſſit illmus D. D. epiſcopus. Illius conceſſionis inſtrumentum ex Hiſtoria Mſs. Eccleſiæ Tornacenſis à Nicolao du Fief, poſtea epiſcopo Atrebatenſi, contexta depromptum, reſciſſis verbis, ad rem haud ſpectantibus, hîc ſubdo:* Maximilianus Villani de Gandavo, ex comitibus d'Iſenghien & baronibus de Raſſengheim, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ epiſcopus Tornacenſis, univerſis patentes litteras inſpecturis & audituris ſalutem in Domino ſempiternam... Pro ornatu majoris altaris noſtræ eccleſiæ cathedralis ſubtiliter ac pretiosè acu depingi curavimus certum pro eodem antipendium, quod in medio continet aſſumptionem B M.V., in partibus lateralibus figuram SS pontificum Piati, Eleutherii, Eligii & Maximiliani patroni noſtri.....

hîc poſita

83 Cúmque omnibus perquam notorium ſit, qualiter à multis annis atque etiam præſentibus temporibus ſatan, antiquus hoſtis fidei Catholicæ, diſcordiæ ſeminator ac bellorum excitator, omnes conatus adhibuit, ut imperium & in illo auguſtiſſimam domum Auſtriacam, firmiſſimum ac unicum fidei & F religionis Catholicæ ac orthodoxæ præſidium, tutamen & fulcrum peſſumdaret ac penitùs aboleret, ſuſcitatis contra eamdem plurium potentiſſimorum regum & aliorum etiam (pro dolor!) Chriſtianorum principum fortiſſimis armis, quæ ſpeciali omnipotentis Dei providentia ac SS Tutelarium interceſſione videmus & experimur cum gaudio incaſſum dictam Germaniam domumque Auſtriacam oppugnâſſe: ſanè particularis ejuſdem Germaniæ domûſque Auſtriacæ patronus tutelaris ſemper fuit & eſt divus Maximilianus martyr, archiepiſcopus Laureacenſis, à quo plures imperatores inſtinctu miraculoſo nomen geſſerunt, & quia non ſolùm nos, ſed etiam plures ex noſtra Iſenghemiorum familia eodem fuerunt inſigniti peculiarem erga eumdem divum Maximilianum patronum devotionem gerentes, à multis retrò annis virorum graviſſimorum uſi ſuimus operâ, ut de ejuſdem Sancti corpore, quod in cathedrali eccleſia civitatis Paſſavienſis ſummè veneratur, reliquias aliquas conſequi & obtinere poſſemus, quas, poſtquam cum maximis labore & mo-

AUCTORE D. A. B.

leſtiâ obtinuiſſemus, gratias Deo Opt. Max. pro peculiari hoc beneficio agentes, animum noſtrum intendimus, ut iiſdem debitum impenderemus: in quem finem magnis ſumptibus, pari artificio & labore efformari curavimus ſtatuam ejuſdem ſancti Maximiliani argenteam, in cujus ſtatuæ pectore ſub cryſtallo ibidem adaptato, ipſo feſto Aſſumptionis B. M. V. anni 1636 incluſimus duo parva oſſa ejuſdem S. Maximiliani, quas veras & legitimas ejuſdem eſſe reliquias, tenore præſentium declaramus, prout latiùs conſtare poterit ex donatione earumdem ac aliis litteris his junctis, in quibus particularia aliqua vitam & miracula ejuſdem concernentia continentur.

idem illuſtriſſimus epiſcopus Tornacenſis

84 Subtus verò eaſdem reliquias incluſimus particulam de peplo B. M. V., quam dono accepimus, dum in itinere Colonienſi, quod fecimus anno 1605, viſitaremus capellam ſuperiorem eccleſiæ collegiatæ majoris oppidi Aquiſgranenſis: item unum os de S. Bartholomæo apoſtolo à nobis aliàs approbatum:

B item unum os cranii S. Apollinaris martiris epiſcopi Ravennatis, diſcipuli S. Petri, dono acceptum & approbatum ab illuſtriſſimo ac Rmo D. D. archiepiſcopo Cameracenſi, Franciſco vander Burcht: item os S. Auguſtini, epiſcopi & Eccleſiæ doctoris, à nobis approbatum. Quas omnes reliquias, ſicut præfertur, ſub dicto cryſtallo pectori antedictæ ſtatuæ incluſas, quatenùs opus eſt, de novo, tenore præſentium, auctoritate noſtra approbamus, & pro veris SS. reliquiis decernimus habendas & venerandas eſſe. In cujus pedis parte ſuperiori atque inferiori donationis noſtræ expreſſionem in circumferentiam quadratam poni & ſculpi curavimus hoc tenore: "Rdiſſimus Dnus D. Maximilianus Vil„lani à Gandavo, è comitibus d'Iſeghem, ba„ronibus de Raſſeghem, filius Maximiliani „d'Iſeghem, Dei & Apoſtolicæ Sedis grâ „Epus Tornacenſ., hanc effigiem fieri vivens „curavit in honorem S. Maximiliani pontificis „Laureacenſis martyris ſui patroni, in ſuî „ſuorumque parentum memoriam donat, di„catque illam eccleſiæ cathedrali Tornacenſ.

C „ornatam veris ejuſdem Sancti reliquiis, quas „ab eccleſia cathedrali Paſſavienſi in Bavaria „(ubi jacet ſanctum ejus corpus) cum litte„ris authenticis acceperat, ſit laus Deo, B. „Mariæ Virgini & omnibus Sanctis, amen. „M.D.C.XXXVI." In medio verò pedis hujuſcemodi continetur inſcriptio hâc litterulâ ſeu caractere Romano: "Sanctus Maximilianus, „Laureacenſis martyr, gladio occubuit pro „fide Xrſti in perſecutione Deciana Chriſtianorum ſub Evilagio præſide anno 280."

cum aliis donis intulit.

85 Quam S. Maximiliani ſtatuam argenteam, quàm potui, maximè efformatam, pro prima vice in feſto Exaltationis S. Crucis proximo, in quo ſolemnis & annua Tornacenſis celebratur proceſſio, in eadem circumferri deſiderantes unà cum aliis ſuprà memoratis ornamentis & operibus, per nos fieri mandatis, in perpetuum præfatæ ſponſæ noſtræ ſpirituali eccleſiæ cathedrali Tornacenſi liberaliter donamus & aſſignamus ad majorem Dei Opt. Max., ejus Genitricis Virginis Mariæ, SS Piati, Eleutherii, Eligii & Maximiliani gloriam & honorem dictæque eccleſiæ noſtræ decorem & ornamentum, obnixè orantes Deum Opt. Max., quatenùs per merita & interceſſionem glorioſiſſimæ Virginis Mariæ & aliorum Sanctorum ac præcipuè S Maximiliani, auguſtiſſimam domum Auſtriacam, quæ Catholicam & orthodoxam fidem & religionem ſartam tectamque dignoſcitur conſervare, nec non Romanum imperatorem, regem Catholicum & principes noſtros cum toto Belgio in ſuam tutelam ſuſcipere ac contra omnes inimicorum inſultus protegere nobiſque in hora mortis noſtræ adſiſtere ac in eorumdem Sanctorum conſortio ſuſcipere dignetur. In quorum fidem & robur perpetuum præſentes manu propria ſignavimus ſigillique cameræ noſtræ appenſione communiri curavimus. Datum Tornaci in palatio noſtro epiſcopali 17 Septembris anno Dni 1636. Signatum erat: Maximilianus Epus Tornacenſ. & inferiùs: Maſureel ſecretarius, cum aliquot litteris junctis ad veritatem dictarum reliquiarum adſtruendam. Cum inſtrumento appendet ſigillum dicti Rdiſſimi dni donatoris. *Hæc, quæ ex Hiſtoria Eccleſiæ Tornacenſis Ms. jam deprompſeram, cum eorumdem exemplari, quod, adnitente illuſtriſſimo domino Antverpienſi epiſcopo, à dominis Tornacenſibus acceperam, collata concordare reperi.*

D E

§ VIII. Nonnulla à S. Maximiliano patrata miracula.

S. Maximiliani interceſſione Fredericus III imperator

Cum de prodigiis, S. Maximiliani *ope patratis, pauca dicturus ſim, Commentario huic, quæ ad ſepulchrum ejus peracta narrat biographus, multorum oculatus teſtis, annectere non eſt mihi animus: duo dumtaxat, licèt eorum notitia authentico aliquo aut judicio aut inſtrumento ad nos perlata non fuerit, luce publica hic, cùm ad gloriam Sancti noſtri poſthumam aliquatenus conducere poſſint, donanda ſunt viſa. Primum narrat Pontus Heuterus, ſeculi* XVI *elegans ſcriptor & hiſtoricus, in elogio Maximiliani I cæſaris ad Rerum Auſtriacarum libri* 13 *calcem pag.* 364, *edit. Lovanienſ. anni* 1661. *Illius verba hùc tranſcribo.* Fredericus, Ciliæ comes, ... memor cognationis beneficiorumque belli tempore aliiſque neceſſitatibus ab Auſtriacis acceptorum, tabulis prolixè cavit, ſi nullis relictis liberis è vivis diſceſſiſſet, Auſtriæ dux in aſſem ſibi ſuccederet, modò ejus temporis cæſar (Cilia enim imperii eſt beneficium) id ratum habuiſſet. Interficitur paulò pòſt comes Fredericus, nullis relictis liberis. Quare cæſar Fredericus Auſtriæ archidux, Maximiliani primi pater, paucis conſcriptis peditum cohortibus, jure imperii ac teſtamento comitis Frèderici, Celeiam contendit, incolas veteris novique juris prætenſiòne in ſua ſucceſſorumque verba adacturus... Comitis Frederici vidua, natione Croata, mulier atrox ſævaque, cæſari Frederico Auſtriaciſque mariti hæreditatem invidebat. Parat in Illyrico copias, quibus Ciliæ comitatum cæſari Frederico eripiat. Certior enim erat facta, cæſarem exigua cum manu Celeiam veniſſe ac proinde juſtis ſubmiſſis copiis intercipi poſſe. Mittit ſtatim

F

A ſtatim ad facinus exequendum cum juſta manu Victovicum, virum nobilem militaremque, adeò ſecretè, ut nîl de ejus adventu cæſariani ante captam Celeiam reſciſcerent.

Celeiæ ab hoſte

87 Appropinquante clàm cum copiis Victovico, cæſar Fredericus præcedenti nocte in ſomno ſe admoneri eſt viſus à D. Maxæmimiliano, quamprimùm migraret, adeſſe in propinquo hoſtes, vitæ, dignitati ac libertati ſuæ inſidiantes, jubente Martyre, in gratiam hujus præmonitionis filio, quem uxor ea nocte concepiſſet (*hoc in Mss. Patavienſibus non legitur*) Maxæmiliani nomen daret. Cæſar ſomno aut potiùs oraculo motus, ſuis omnibus diſſuadentibus, ex oppidi Celeiæ regia in arcem, quæ in edito eſt monte ſita, cum paucis ſe confert. Advolat prima nocte cum copiis Victovicus Celeiamque occupat. Capit Ulricum, præpoſitum Friſingenſem, cæſari figilliferum (cancellarium *vocant*) Joannem Ungnadum, curiæ cæſaris præfectum, cum omnibus conſiliariis maximaque præſidii parte; qui cùm ſe poſtea magnâ pecuniæ ſummâ redemiſſent, omnes cæſarem Fredericum B vatem prædicabant, celebrabant & admirabantur. Victovicus, cæſare non reperto; nec arcem ſuis copiis expugnari poſſe videns, manere diutiùs non auſus, ad heram cum captivis eſt reverſus. Cæſar tanti beneficii, à Martyre in ſe collati, non immemor, cùm poſtea ei natus eſſet ſecundus ex uxore filius, Maxæmilianum vocari voluit novum generi, familiæ & cæſarum ſeriei ſed ſibi ſucceſſoribuſque fauſti auſpicatique ominis nomen.

liberatus

88 *Hæc Pontus Heuterus: cui haud diſſonat Æneas Sylvius, periculum, quod Celeiæ imperatoris capiti aut libertati imminebat, lib. de Europæ Statu ſub Friderico III cap.* XV *exponens:* Affuit, *inquit, prætermiſſo tamen Sancti nomine*, divina Pietas Friderico, quæ illi præter conſuetudinem in arce ſuperiore & naturâ & humano opere munitiſſima, ea nocte dormiendum ſuaſerat; proceres, qui remanſerant in oppido, capti omnes &c; *quibus verbis, Fridericum non niſi divino quodam adjutum auxilio hoc diſcrimen evaſiſſe, innuit ſcriptor, ipſi Friderico æqualis & qui* C *illius geſta litteris mandavit. Æneæ Sylvii verbis ferè utitur Lazius, hoc periculum narrans, Commentariorum Reipubl. Romanæ lib.* 12, *cap.* VI *aitque:* Addunt Annales antiquiſſimi, Maximilianum martyrem loci Celeiæ Fridericum tum fuiſſe cæſarem tutatum. Atque idcircò dormienti in arce viſionem per ſomnum occurriſſe, ut filio, qui conceptus in Leonora imperatrice fuerat, idem Martyris nomen inderet. Quod liberatus cuſtodiâ poſtmodùm Fridericus nato filio fideliter præſtitit: atque hæc vera eſt inclytiſſimi ac invictiſſimi cæſaris Maximiliani nominis proprii origo. *Sed & hoc ipſum factum tamquam prodigium*, S. Maximiliani *ope patratum, habent Courvoiſierus in Vita ejuſdem Bruxellis edita pag.* 230 *& ſeqq., Hanſizius tom.* 1, *pag.* 35, *& Annalium Styriæ auctor pag.* 228.

& anno 1662 in eccleſiæ Patavienſis incendio ſacræ exuviæ illeſæ ſervantur.

89 *Alterum prodigium in apographo Vitæ* S. Maximiliani *ex Bibliotheca Patavienſi eruto, manu, ni fallor, Joannis Bollandi deſcriptum reperio hiſque expreſſum verbis:* In Paſſavienſi urbis lamentabili incendio, quod 27 Aprilis 1662 contigit in ſummi templi exuſti medio, altare ante chorum, SS. Maximiliano & Valentino ſacrum, cum eorum ſarcophagis & piis exuviis, à tergo adhærentibus, integrum manſit. *Deinde additum legitur:* Iſta Aſcaffenburgo P. Joan. Gamans Coloniam: hinc ad nos P. Jac. Kritzrald. *Quod hic inſertum dumtaxat volo, quo magìs ac magìs augeantur pius Patavienſium civium erga janctum eorum Patronum amor & devotio.*

AUCTORE D. A. F.

§ IX. De alterius Sancti homonymi reliquiis; quis ille fuerit?

De hoc homonymo duæ hic dantur Epiſtolæ, in quarum prima E

Alterius Sancti cognominis corpus in eccleſia Pirani collegiata aſſervatur, cujus meminêre Candidus Rer. Aquileienſium Commentariorum lib. 2, *Manzolius in ſua Iſtriæ Deſcriptione, anno* 1611 *Venetiis edita, pag.* 33. *Valvaſorius, ab Annalium Styriæ auctore laudatus & cujus eccleſia Juſtinopolitana ſub ritu duplici memoriam celebrat. Exſtant & in Muſeo Bollandiano de iſthoc Maximiliano una & altera Epiſtola, quibus cùm ad ſacras ejus exuvias, venerationem ipſis exhibitam, & earumdem veritatem, ſeu hodiernum ſtatum, tum ad ipſummet Sanctum cognominem ſpectantia, multa & varia eruditè proponuntur. Primam ad Joannem Ludovicum Schönlebium, Labacenſem archidiaconum, variis operibus editis percelebrem, in hoc Opere non ſemel ab Henſchenio ad diem* 19 *Junii, S. Nazario epiſcopo Juſtinopolitano ſacram, & à Papebrochio in Commentario ad tranſlationem S. Maximi die* 29 *Maii prævio laudatum, ſcripſit illuſtriſſimus Franciſcus Zeno Juſtinopolitanus epiſcopus. Alteram patri Papebrochio dedit ipſemet Schönlebius. Cùm autem de iſto Sancto homonymo nihil certius, quàm quod in duabus iſtis Epiſtolis habetur, ad manus mihi fuerit, eas in varios numeros diviſas ſubnexiſque nonnullis pro more Annotatis illuſtratas hic prælo ſubjiciendas eſſe, exiſtimavi. Hoc tamen lectorem monitum volo, ſcilicet, Schönlebii Epiſtolam mox edendam in quibuſdam locis temporum injuriâ ita attritam eſſe, ut verba aliqua utpote omninò deleta aut abraſa vix legi queant; ita tamen ut, quæ ſuperſunt aut quæ verbis deletis vel valde attritis admixta leguntur, auctoris ſenſum ſatis reddant: me tandem pauca admodùm, uncinulis incluſa, claritatis ergò interdum ſubſtituiſſe. Nunc Epiſtolas prædictas hic ſubdo.*

F

Juſtinopolis Epiſcopus, nonnullis a

91 *Illuſtriſſimi D. D. Franciſci Zenonis, Juſtinopolis epiſcopi* a, *ad Rdum Joan. Ludovicum Schönlebium Epiſtola, Juſtinopoli* 10 *Sept.* 1677 *data.*

Reverendiſſime domine. De Sanctis comprovincialibus ego ampliùs non ſcio, quàm quod in ſcriptis reliquit Manzolius, eò quòd nullam nactus ſim occaſionem videndi, prout deſiderabam, provinciam Iſtriæ. Ut autem dominatio veſtra reverendiſſima ſolvatur onere deſcribendi exemplar, illudque mittendi P. Papebrochio, boni conſulet hanc meam coacervationem, quam magno ſtudio collegi ex Venetis & hujuſce pervetuſtæ urbis ſcriptis, quæ ſervient pro teſtata mea erga dominationem veſtram obſervantia.

AUCTORE D. A. B. *de S. Nazario*

92 De S. Nazario *b* intercidit memoria cum morte Cardinalis Baronii, cui fuerant tranſmiſſa particularia de ejus & S.Elii vita ac morte. Attamen præter ea, quæ adfert Manzolius, addi poſſunt aliqua de ejuſdem inventione ad annum 601 ex teſtimonio Norici, ex cujus conjectura fieri poſſet, fuiſſe illum primum hujus urbis epiſcopum; cùm nulla extet aliorum prædeceſſorum memoria; quodque juxta dictum Manzolium creatus fuerit à Joanne primo ſummo Pontifice ad inſtantiam Juſtini Senioris anno 528, fueritque denominatus pro eo tempore epiſcopus Iſtrienſis ad uſque Juſtini Junioris tempora, qui à reparata civitate eandem Juſtinopolim denominari voluit *c*. Hujus igitur Sancti glorioſum corpus unà cum reliquiis S. Alexandri PP. & M. occaſione bellorum à Genuenſibus fuerat ablatum & à Pileo de Marini archiepiſcopo Genuenſi fuerat reſtitutum anno 1422 poſt exacta novem luſtra; qua de cauſa celebrabatur ejuſdem Tranſlatio die 26 Julii cum Officio, prout conſtat ex authenticis archivii cathedralis eccleſiæ, & inſuper feſtivitas de die obitûs præfati Sancti, quæ celebratur 19 Junii. Errat porrò Ferrarius, qui putat, eam diem eſſe Inventionis.

b

B

& S. Elio præmiſſis,

93 S. Elius dicitur fuiſſe diaconus S. Nazarii ejuſdemque diœceſanus ex Caſtro Coſtabona, non longè ab urbe diſſito, cujus etiam extat domus, in qua mortuus eſt, ſuntque ibidem proſapiæ agnati, Portulana *d* dicti. Ejus ſacrum depoſitum publicæ quotannis venerationi exponitur die 18 Julii, qua die ejus Sancti feſtivitas colitur ad altare proprium ſub choro propter multa prodigia, præſertim in doloribus capitis.

d

hujus Sancti reliquias à multis

94 Venio nunc ad S.Maximilianum epiſcopum & M., cujus corpus ſervatur Pirani *e*, oppido meæ juriſdictioni ſubjecto, de cujus martyrio, epiſcopatu & tempore neſcimus præter id, quod Candidus in ſuis Commentariis ſcriptum reliquit. Hæc ſcimus tamen, quod ab anno 1303 ſucceſſiva manuſcriptorum atteſtatione ejus eccleſiæ fuerit ſemper pro Sancto habitus & adoratus, ejuſdemque Sancti reliquiæ longa ſeculorum ſerie ab epiſcopis anteceſſoribus noſtris fuerint pro veris habitæ & ut tales in conſecrationibus altarium ſæpe numero adhibitæ.

e

C

ſeculis in altarium

95 In conſecratione perantiquæ eccleſiæ collegiatæ & parochialis Pirani, quæ fuit die 24 Aprilis anni 1344, aſſiſtentibus novem epiſcopis, inter conſecrata eo die altaria nominatur etiam altare S. Maximiliani conſecratum ab epiſcopo Parentino, & in ara majori S. Georgii tutelaris ejus eccleſiæ reconditæ fuerunt reliquiæ S.Maximiliani, prout habetur ex uno Breviario antiquo manuſcripto in membrana "IV Idus Octob. Maximiliani „epiſcopi & M. Sunt ejus reliquiæ in altari S. „Georgii." Ecce autem inſcriptio in marmore conſecrationis ejuſdem eccleſiæ, in qua inſcriptum eſt: "Anno Dni M. CCC. XLIV. Indict. XII. die Sab. menſ. Apr. in feſto S. Georgii M. in præfata ecclia Piranenſi, tempore Poteſtariæ & Regiminis Egreg. & Potentiſſimi Viri D. Marci Contareni honorab. Poteſt. Terræ Pirani, ad honorem Dei & Glorioſæ Virg. Mris & ſub vocabulo præfati B. Georgii M. pretioſi conſecrata fuit Eccla Pirn. Per præd. P.dam in Xto Patrem & D. D. Marcum, Dei & Aplicæ Sedis Epm Juſtinopol grâ, ex cujus auctoritate prædicta die conſecrata fuerunt in præfa. Ecclia Altaria infraſcripta per ſupraſcriptos & infraſcriptos Rdos Pres Dnos Epiſcopos; videlicet altare S. Georgii per D. Frat. Gratian. Epm Polenſem. Altare S. Mariæ per D. Frat. Andream Epm Caprelanum. Altare S. Maximiliani per D. Frat. Joannem Epcm Parentinum. Altare S. Marci per D. Frat. Jacobum Epiſ. Scarpatenſem. Altare S. Luciæ per D. Fr. Jacobum Epiſc. Evelenenſ. Altare S.Catharinæ per D. Fr. Marcum Epiſc. Domacenſem. Altare S. Antonii per D. Natalem Epcm Æmon. Qui dominus Epcus Juſtinop. & præfati D. D. Epoi unà cum Dno Ladiſlavo Epco Petenenſ., qui dictæ conſecrationi interfuit, & ſinguli eorum ex auctoritate præfata omnibus & ſingulis, qui devotè acceſſerint ad dedicationem & conſecrationem ipſius eccliæ, unius anni indulgentiam, & eis, qui devotè acceſſerint annuatim in anniverſario ſupradictæ eccliæ & aliis feſtivitatibus, ùt præmiſſum eſt, perpetuis temporibus 40 dierum indulgentiam in Domino relaxantur."

D

E

conſecrationibus reconditas,

96 Item in conſecratione aræ S. Quiritii eccleſiæ S. Thomæ apoſtoli ejuſdem terræ fuerunt poſitæ reliquiæ ſequentes, prout patet ex manuſcriptis Breviariis antiquis. "Pridie „Non. Maii 1443 Conſecratio altaris SS.Qui„ritii, Julitæ & Laurentii, in quo ſunt reli„quiæ SS. Stephani Protom. S. Maximiliani „M. S. Laurentii M. & aliorum. Kalend. „Maii Philippi & Jacobi 1471. Conſecratio „ecliæ SS. Apoſtolorum Thomæ, Philippi & „Jacobi, in quo altari ſunt reliquiæ Protho „M. S. Stephani & S. Leonis PP. & S. Ma„ximiliani M." Nec tantum erectum fuerat altare in honorem S.Maximiliani, prout ſuprà dictum eſt; verùm & erat confraternitas ejuſdem tituli. Conſtat id ex 13 Bullis integris ac illæſis unà cum ſigillis dependentibus variorum Epiſcoporum, Archiepiſc. & Patriarcharum Venetæ ditionis & aliarum, quæ brevitatis gratiâ omittuntur, ſufficietque hæc, quam ſubnectimus.

ſub illius nomine ſodalitium inſtitutum,

97 "Nos Marcus, miſeratione divina epiſcopus Juſtinopol., F. Joannes epiſcopus Parentinus, Natalis epiſcop. Emon., F. Gratian epiſc. Polenſis, F. Jacobus epiſc. Evelònen. F. Marcus epiſc. Domacenſ. F. Jacobus epiſc. Scarpatenſ. Ladiſlaus epiſc. Petenenſ. Andreas epiſc. Caprelanus, univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Quoniam, ùt ait apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, recepturi, prout in corpore geſſimus, ſive bonum ſive malum operemur. Nos Patrem miſſionis æternæ miſericordiæ operibus prævenire & Sanctorum intuitu id ſeminare in terris, quod, reddente Domino, cum multiplicato fructu colligere valeamus in cælis, firma ſpe fiduciâque tenentes, quoniam, qui parcè ſeminat, parcè metit, &, qui ſeminat in benedictionibus, metet in vitam æternam. Cupientes igitur, ut fraternitas S. Maximiliani epiſcopi de Pirano Juſtinopolitanæ diœceſis, dignis & congruis honoribus frequentetur, & frequentantes in miſſis fraternitatis præfatæ, atque pro operibus labore perpetuæ quietis munere gratulentur. Omnibus verè

A rè pœnitentibus & confeſſis, qui dictam fraternitatem viſitaverint in miſſis & quandocunque Officium aliquod celebrabitur in dicta fraternitate, ſeu ad altare S. Maximiliani prædicti, & qui ad fabricam, luminaria, ornamenta & alia dictæ fraternitatis, ſive altari memorato manus porrexerint adjutrices, nos & quilibet noſtrûm de omnipotentis Dei gratia & miſericordia, B M. Virginis Glor., BB. Petri & Pauli ejus apoſtolorum & SS Martyrum Hermacoræ & Fortunati, omniumque SS meritis & interceſſione confiſi, 40 dierum* de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer relaxamus. In cuius rei teſtimonium præſentes litteras noſtrorum ſigillorum juſſimus appenſione muniri. Datum Pirani die 24 menſis Aprilis ſub ann. Domini M. CCC XLIV. Ind. XII. Pontificatus ſummi Pontificis Clement. Sexti anno ſecundo."

ſupple indulgentiam

celebratum tandem fuiſſe Officium, edocet.

98 Celebrabatur inſuper de eo Officium ſub ritu duplici XII Octobris, prout legitur in Miſſalibus & Breviariis antiquis manuſcriptis, uti ſuprà dictum eſt. "Quarto Idus O-
B „ctobris S. Maximiliani Epci & M." Ex quibus omnibus clarè patet, ſancti Maximiliani probata ſanctitas, tot prælatorum ſanctæ Eccleſiæ auctoritate nixa, & à 300 & ampliùs annis, in quibus ejus memoria recentior fuerat, ſciebanturque ampliora de eo veræ & indubitatæ ſanctitatis argumenta, quæ ſi non fuiſſent clarè ſubſiſtentia, non præſumpſiſſent tot ejus temporis prælati ea Actis publicis & propriis ſigillis teſtata facere, & dictum ſanctum Maximilianum pro epiſcopo & martyre decantare.

Quis autem fuerit, non edicit ilimus, qui illius

99 Unde concludi poteſt, non eum illum eſſe, quem Pelagius Papa Schiſmaticum nominat, cùm non conſtet, utrùm fuerit in Iſtria epiſcopus, veluti ait Baronius, & à tempore martyrii ſui conſtituitur antiquior ſchiſmate, quod natum fuerat anno 556 quo tempore ceſſaverat perſecutio tyrannorum contra Eccleſiam. Neque auſim affirmare, fuiſſe Maximilianum illum Ravenatenſem, qui floruit illis temporibus, & ipſe patria Iſtrianus Polenſis; quo in genere remitto me ad aliorum judicium dicendum, ſchiſmaticum illum fuiſſe epiſcopum in Iſtria, uti aſſerit Ughellus, qui debuiſſet ſeriem texere epiſcopatuum Iſtriæ; Palladius tamen clariſſimè illum fuiſſe aſſerit, qui erat Ravennæ. Non poteſt enim dici de ſancto Maximiliano noſtro, quod is idem ſit, qui Æmonenſis, cùm unus illorum martyrium ſuſtinuerit ſub Decio in civitate Aſiæ & alter Emæ; feſtivitas porrò unius celebratur die 2 Maii, & alterius die 12 Octob. Nec enim poſt adhibitam diligentiam reperiri potuit unquam caſtrum vel oppidum aut pagus ullus diœceſeos vel provinciæ totius Iſtrianæ, cui nomen Poſtema *f*.

C

f

ſacrarum exuviarum ſtatum hic deſcribit.
**l.* impræſentiarum

100 Reſtat igitur ſolùm, ut dicamus, utrùm Pirani ſit totum ſancti Maximiliani corpus, an verò tota aliqua ejuſdem corporis pars? Facta igitur collatione corporis & oſſium, quæ etiamnum in præſentiarum* reperimus, ſunt ſeq. major & potior pars cranii cum 3 particulis ejuſdem & una parte maxillæ inferioris, cui inſunt duo dentes. Vertebræ omnes colli. Claviculæ & duo oſſa ſpatularum humerarium cum 14 coſtis ſpuriis ac legitimis. Oſſa brachialia dextræ & ſiniſtræ partis, tam ſuperiora, quàm inferiora cubitalia numero ſex, omnia integra, excepto ſolo ſiniſtro, quod nonnihil fractum eſt. Vertebræ item lumborum ſpondules decem numero 5, additâ unâ, quæ cum iiſdem connectitur. Item os ſacrum, quod conſequenter à ſummo deorſum nectitur, integrumque eſt una cum tibiis pedum, quæ nonnihil arroſæ ſunt; item oſſe dicto ſiſchios. Eſt item unum os pedis ſiniſtri, quod dicitur aſtragelum, & pedis dextri os naviculare, itemque duo alia pedis; unum & alterum manûs. Quæ omnia oſſa efficiunt conjunctim hujuſcemodi annexam figuram, cui cùm præter paucula oſſa deſit nihil efficiatque integraliter nobiliores corporis partes, poteſt affirmari, eſſe corpus integrum; quo in caſu erravit Manzolius affirmans in ſcriptis ſuis, non exſtare in præſentiarum* corpus totum, ſed partes tantummodò aliquas *g*. Hæc paucula præſcribere potui, quæ cùm poſt tot patriæ hujus ruinas & excidia adhuc extent, eadem æqui bonique conſulere dignetur. Dominationi veſtræ Rmæ addictiſſimus obligatiſſimus ſervus ſign. Franc. Epcus Juſtinopolitanus.

**l.* impræſentiarum

g

E

101 *Epiſtola D. Joannis Ludovici Schönlebii, ad R. P. Papebrochium Labaci 25 Septemb. 1677 data.*

Nec illud edicit in epiſtola ſuæ hic oppoſita S. Schönlebius, qui differens

Admodum reverende pater. Poſt longam inquiſitionem obtinui Venetiis per admodum reverendum patrem Rectorem Labacenſem exemplar unum Manzolii (Candidus haberi non poteſt, ſed parùm habet de Sanctis) quod paternitati veſtræ admodùm reverendæ tranſmitto & ſimul addo Calendarium eccleſiæ Aquileienſis, ut videri poſſit, quibus diebus aliqui Sancti, qui non extant in Martyrologio, celebrantur. Addo etiam litteras Illmi epiſcopi Juſtinopolitani, qui à me requiſitus reſpondit, quæ ſcire potuit de corpore S. Maximiliani epiſcopi & martyris, quod ſervatur Pyrrhani in Iſtria ſuæ diœceſeos, quam proximè viſitavit.

de illius martyrii loco

102 Quærebam occaſione verborum Manzolii fol. 33, ubi *hujus, ex idiomate Italico, quo è Manzolio à Schönlebio hic recitantur, in Latinum converſis*, ait: "Maſſimilianus imperator »in Italiam venit, Aquileiam inde perrecturus; F »pervenit autem ad Italiæ urbem, Emam no»mine, in extrema planitie ad Alpium radices »ſitam, non longè Poſtema terra, ubi Maximi»lianus epiſcopus martyrium paſſus eſt; cujus »corpus in eccleſia Pyrrhanenſi religioſo cul»tu honoratur. Nunc autem non totum cor»pus, ed illius pars dumtaxat habetur *h*" ... Ubi ſit illa terra Poſtema, in qua S. Maximilianus paſſus eſt, reſpondit illmus, in Iſtria nullum eſſe ſhujus nominis veſtigium: unde arbitror, Manzolium intellexiſſe Aſiſiam *i* ... Eſt Celeia diſtans Labaco *k* 9 milliaribus & conſequenter attribuiſſe ſuo Maximiliano, quod verum eſt de S. Maximiliano Laureacenſi paſſo Celeiæ præſertim cum uterque celebretur 12 die Octobris. Dubitabam .... an ille fuerit (vel ſit) cujus corpus ferè integrum (ùt in adjecta figura) ſervatur Pyrrhani, civitate diſtante duobus milliaribus Germanicis Juſtinopoli & celebratur ſub duplici ritu: ad hoc reſpondit, uti in ipſius litteris [videre eſt.]

h

i

k

Reliquiæ Sanctis

103 Ego autem ſic diſcurro: cùm nullum ſit dubium, extare Pyrrhani alicujus ſancti Ma-

AUCTORE D. A. B.

AUCTORE D. A. B.

Maximiliani epiſcopi & martyris corpus propter traditionem & venerationem aliquot ſeculorum, fortè eſt error aliquis in nomine & cenſendus potiùs dici Maximus vel Maximianus, ſed non invenio, cui etiam ſub tali nomine hoc poſſit convenire. Non enim poteſt eſſe S. Maximus Æmonenſis, paſſus in civitate Aſſeſia (quam Aſiam nominat Manzolius) nimirùm prope flumen S. Viti ſive Tarſaticam Veterum, ubi nunc oppidum Brebir, ùt divinat Niger apud Ortelium, quia hujus S. Maximi corpus habetur Venetiis ad S. Cantianum, ùt teſtantur Manzolius, & nuper in ſuis litteris P. Daniël Simonetti procurator domûs profeſſæ Venetæ.

quaſi cognominibus, contendit,

104 Non eſt etiam S. Maximus martyr in Illyrico, de quo Martirologium Romanum ad 8 Auguſti, quia hic non fuit epiſcopus: non eſt etiam S. Maximus Veronenſis (cujus corpus, ubi requieſcat, dicit Ughellus ignorari) quia iſte non fuit martyr. Non eſt etiam S. Maximilianus epiſcopus Ravennas, qui fuit natus Polæ in Iſtria, quia hujus corpus putatur ſupereſſe Ravennate & non fuit martyr. Non eſt etiam S. Maximilianus Laureacenſis epiſcopus & martyr [quia ejus corpus] ſervatur in tumba marmorea Paſſavii teſtibus Urgello, ... Brunnero in Annalibus Boicis, Radero in Bavaria Sacra, P. Bollando in Vita S. Valentini, Velſero, Adelzreittero & aliis, & ego ipſe vidi tumbam illam Paſſavii ad altare, quod eſt in medio eccleſiæ cathedralis Paſſavii & adfui 12 Octob. Sacro ibidem cantato per decanum hujus temporis anno [1663] Non eſt etiam S. Maximilianus epiſcopus martyr, de quo Martyrologium Romanum ad 29 diem Octobris; quia iſte idem eſt cum Laureacenſi & ea die ſolùm celebratur ejus [ſecunda] tranſlatio, ùt bene divinat P. Bollandus.

B

ſi hunc fuiſſe, de quo Pelagius ad Narſetem, qui primo à ſchiſmate converſus,

105 Reſtat ergò, ùt ſuſpicer, an ille fuerit Maximilianus epiſcopus Iſtriæ, de quo Pelagius Papa ſcripſit ad Narzetem exarcham circa annum 557, & qui tunc communicabat ſchiſmaticis propter tria capitula. Suggerit mihi hunc P. Bollandus in Vita Maximiliani Ravennatis. Nihil autem repugnat, ſchiſmati adhæſiſſe & poſtea reſipuiſſe ac ſancto fine coronari, quod etiam accidit S. Ingenuino epiſcopo Brixienſi, Agnello Tridentino & aliis. Sed quomodò potuit eſſe martyr, dicit Illmus Juſtinopolitanus, cùm eo tempore non fuerint perſecutiones Eccleſiæ? Reſpondeo, id potuiſſe evenire per Longobardos, de quorum ingreſſu in Italiam S. Gregorius Papa lib. 3 Dialog. cap. 37 ſcribit, quod, licèt fuerint plerique Arriani, multi tamen idololatræ vel relapſi, qui Catholicos cogebant ad manducandas carnes idolatitias & ad adorandum caput capræ. Porrò Maximilianus ille epiſcopus Iſtriæ, (ſive, ùt puto, capitis Iſtriæ & Juſtinopoleos) fuit ſchiſmaticus anno 556. Longobardi Italiam ingreſſi ſunt anno 569. Intra annos 13 potuit reſipiſcere &, quod reſipuerit probo, quia cùm fuerit ſuffraganeus Aquileienſis patriarchæ, ſecutus eſt ſuum metropolitam ſicut in ſchiſmate, ita & in pœnitentia: atqui Paulinus patriarcha, qui tum ſedebat & anno 570 mortuus eſt, ante finem vitæ, teſte Palladio, reconciliatus fuit Apoſtolicæ Sedi, incertum, quo anno, ... quod anno 568 vel paulò antequam Longobardi irrumperent in Italiam, Apoſtolicæ Sedi reconciliatus fuerit S. Maximilianus & paulò pòſt pro fide Chriſti, eò quòd noluerat adorare caput capræ, ſubire martyrium [potuit.]

à Langobardis occiſus

106 Firmo hanc conjecturam ex eo, quòd Longobardi, priuſquam in Italiam penetrarent, tranſiverant [per] Iſtriam. Nam, teſte Paulo Diacono lib. 2, cap. 6 *l* de Rebus Longobardicis, Alboïnus rex exercitum ſuum duxit ex Pannonia Inferiore per Japidiam Veterem *m* ... [Liburniæ] limites, conſcendit montem, à quo poſſet videre à longe Italiam. Dictuſque mons, ùt ait Diaconus, poſtea retinuit nomen MONS-REGIUS. Diu indagavi, ubinam eſſet iſte mons. Lazius in Commentariis Reipublicæ Rom. XII, cap. v putat eſſe, quem vulgò dicunt DERVOGEL, ubi caſtrum Kunigſperg, ſed ex nullo Styriæ monte videri poteſt Italia. Putabam deinde, eſſe montem in Iſtria, qui dicitur MONTE-MAGIEZO; ſed hic eſt in ipſa Italia. Reſcivi demùm prope flumen S. Viti & .... extare montem, qui hodie à populis vocatur KRALEUI-VERCH & ſubjecta ei planities KRALEVIZA, id eſt Sclavo idiomate, Regis-Mons & Regium-pratum, ex quo dicunt videri partem Italiæ & ipſum mare. Jam ergò inſpiciatur mappa, quod, qui Terſato velit tranſire in Forum-Julium, neceſſariò pertranſire debeat mediam Iſtriam.

l

m

F

in Iſtria pro Chriſto

107 Et hac occaſione potuit accidere, ut Longobardi venientes in inſulam Caprariam (ſic dictam ſanè propter capras paſci ſolitas, quæ poſt triennium reſtaurata nomen accepit Juſtinopolis) occiſarum caprarum capita Chriſtianis adoranda proponerent & reluctantes occiderent, inter quos potuit eſſe etiam Maſſilianus epiſcopus Iſtriæ ſive capitis Iſtriæ. Errat enim Ughellus, qui primum Juſtinopolis epiſcopum ponit anno 756, quia dudum antè ibi ſedit S. Nazarius, cujus corpus inventum eſt anno 601, ùt habent Annales Norici *n*. Quod ſi fortè Maximilianus jam dictus hac vice evaſit furorem Longobardorum, potuit ſanè ſupervivere ad annum 598, quo item, Paulo Diacono teſte lib. 4, cap. 25, Longobardi cum Avaribus & Slavis (tunc adhuc idolicolis) Iſtriam ſunt ingreſſi, univerſa ignibus & ferro vaſtaverunt. Atque ita non defuit Maximiliano occaſio martyrii. Sed, an reipſa ille Maximilianus hanc gratiam ſit conſecutus, qui fuerat ſchiſmaticus, pro certo aſſerere non poſſum *o*.

n

F 2

o

mortem

108 Quod verò Pyrrhani feſtum ejus celebretur die 12 Octob., quo etiam celebratur S. Maximiliani Laureacenſis, nihil obſtat, quominùs ſint & dicantur diverſi, quia plures eccleſiæ, cùm neſciunt diem, quo ſunt defuncti, aſſueverunt* illos celebrandos ea die, quâ Romana Eccleſia conſuevit celebrare alios Sanctos ejuſdem nominis. Sic apud P. Bollandum die 14 Februarii celebrantur 5 aut 6 Valentini diverſi. Et Labaci in templo Societatis, ubi habentur inſignes reliquiæ SS. MM. Januarii & Sociorum, ab antiquo celebratur eorum feſtum 19 Septemb., jam audio tranſlatum, licèt hic S. Januarius diverſus omninò fuerit ab eo, cujus corpus aſſervatur Neapoli & ſanguis bulliens.

*aſſumunt

obire potuit, quod

109 Puto autem, quod ille Iſtrianus S. Maximilianus aliquot ſeculis latuerit propter bar-

A barbariem & vaſtationes provinciæ, & fortè poſt Caroli Magni tempora theſaurus ille extractus in lucem, ab eo tempore honoretur, licèt non extent documenta antiquiora, quàm ab anno 1300, ùt patet ex litteris illmi Juſtinopolitani. Hæc mihi occurrebant ſuggerenda, quæ meliùs paternitas veſtra poterit digerere & examinare ac fortè invenire verum illum S. Maximilianum Pyrrhanenſem Iſtriæ epiſcopum martyrem. Æmonæ meæ vindicatæ exemplar miſi patri Ferdinando Elwanger Viennam per partes, ſuppono, quod tranſmiſerit jam Antverpiam. Si Candidum adhuc potuero acquirere, etiam mittam. Interea laborantibus pro gloria Dei & SS. precor multos annos ſanos & canos & felicem in tam ſancto Opere progreſſum, cui ſi quid ulterius ego ſubſervire poſſim, imperent & experientur, quod ſim admodùm reverendæ paternitatis veſtræ & Sociorum laboris paratiſſimus ſervus. Sign. Joannes Ludovicus Schönleben.

B *nec veroſimile* 110 *Ex tranſcriptis hiſce duabus litteris, quid de Sancti hujus homonymi reliquiis, quidve de hoc ipſo homonymo ſit ſentiendum, disjudicare poterit lector. Veras eſſe hujus Maximiliani reliquias, legitimum ac perantiquum ſacris his exuviis cultum fuiſſe exhibitum, ex authenticis hic appoſitis probatur monumentis. Sed quis fuerit ille Maximilianus, cujus ſacra pignora Pirani aſſervantur, nec edocet illuſtriſſimus epiſcopus, nec edicit vir eruditus Schönlebius, qui conjecturis conjecturas addens, eum fuiſſe Maximilianum, de quo Pelagius Papa primus nomine epiſt. 2 ad Narſetem patricium & ducem in Italia Conciliorum Labbean. tom. v, col. 791 edita ſcripſit, ſuſpicatur. Hæc ſunt Pelagii verba:* Thracius ſiquidem atque Maximilianus nomina tantùm epiſcoporum habentes, & eccleſiaſticam ibi unitatem perturbare dicuntur, & omnes eccleſiaſticas res ſuis uſibus applicare. *Aſt, utrùm reipſa Maximilianus in Iſtria exſtiterit epiſcopus, ex his Pontificiis litteris minimè eruitur. Hoc unum ex iis ſcilicet, Thracium & Maximilianum eccleſiaſticæ unitati adverſos ſtetiſſe, conſtat, multorumque exceſſuum reos*

C *fuiſſe.* In tantum, *inquit Pelagius*, ut contra unum eorum, id eſt, Maximilianum, uſque ad nos per tam longum iter, neceſſitate compellente, quidam infatigabiliter venientes preces offerrent.

mihi apparet. 111 *Maximilianus igitur iſtic aut ſedem ab Urbe valde diſſitam occupabat aut, quod etiam probabile eſt, provincias ab Urbe longè remotas deprædatus aut per eas graſſatus fuerat; ſed ex hoc illum alicui Iſtriæ civitati præpoſitum fuiſſe epiſcopum, procul dubio non liquet: verùm, etſi præfuiſſet, cum teſte Ughello Italiæ ſacræ tom. v, col. 396, 471, 475, 228, plures ſedes in Iſtria jam tum Æmonæ, Polæ, Parentini, Petini erectæ fuerint, non eſt, cur eccleſiæ Juſtinopolitanæ quàm aliarum ſuprà nominatarum eccleſiarum tabulis Maximilianum potiùs inſcribendum exiſtimet Schönlebius. Quis autem fuerit hic epiſcopus, prodit altera Pelagii epiſtola, Concil. tom. v, col. 794 vulgata, Gaudentio, Maximiliano, Gerontio & Juſto inſcripta, quâ eos, quod ſchiſmaticis partibus adhæſerint, reprehendit. Eos enim in Tuſcia fuiſſe epiſcopos, ipſamet epiſtolæ indicat inſcriptio, quæ ſic habet:* Gaudentio, Maximiliano, Gerontio &c per Tuſciam (*epiſcopis*) Pelagius. *Ex cujus epiſtolæ verbis conſectarium fit, ipſum hunc Maximilianum, Tuſciæ epiſcopis annumeratum, eumdem prorſus fuiſſe, de quo datis ad Narſetem litteris conqueſtus fuerat idem Pontifex. Hoc proinde unum certum manet, ſcilicet iſthunc Maximilianum, de quo Schönlebius, à Romanæ Sedis unitate defeciſſe variaſque per Italiam exercuiſſe graſſationes. Sed an reſipuerit, an ſchiſmate etiam ejurato ſubierit martyrium? qua occaſione quove tempore pro Chriſto mortem obierit? omninò incertum eſt, nec proinde veroſimilis Schönlebii de illo opinio: cui autem cæterarum ſubſcribenda ſit, definire non auſim.*

AUCTORE D. A. B.

ANNOTATA.

a *Vir pietate & eruditione celebris, qui, teſte Ughello Italiæ ſacræ tom.* v, *col.* 394, ſacra hac thiara Juſtinopolitana 16 Februarii 1660 donatus, die 14 Auguſti anno 1680 Venetiis obiit. E

b *De S. Nazario die* 19 *Junii in Opere noſtro actum eſt.*

c *Urbs eſt Iſtriæ primaria, Italis* Capo d'Iſtria *vocata, olim ſub patriarchatu Aquileienſi, nunc verò ſub archiepiſcopatu Utinenſi, quem juxta ac Goritienſem Benedictus XIV patriarchatus illius à ſe ſuppreſſi loco anno* 1751 *erexit.*

d *De illo ad* 18 *Julii differens ad hæc epiſtolæ verba Sollerius ait:* Poterat hoc taceri. Malim admittere feſtivitatem celebrari ad altare proprium ſub choro propter multa prodigia, præſertim in doloribus capitis. Hoc celebrent Sancti cultores. Aſt alii de Eliano genere non vanè glorientur.

e *Oppidum iſtud decimo à Juſtinopoli milliario in promontorio ſitum diſtat. Ibi collegiata eccleſia cum plebano & quinque canonicis & duo cœnobia Franciſcanorum. Ughellus Italiæ ſacræ tom.* 5, *col.* 380.

f *Schönlebius, qui in epiſtolam ſuam epiſcopi Juſtinopolitani verba hæc intulerat, dein, re maturiùs perpenſa, in additamento quodam Ms. ad epiſtolam ſuam, Papebrochio datam, quod in hagiographorum Muſeo reconditur, de hujus loci ſitu nonnulla proponit, quæ huc tranſcribo.* Finieram litteras, *inquit*, cúmque vellem eas tranſmittere, habito diſcurſu cum admodùm Rdo P. Rectore de Sanctis Manzolii fol. 33, ubi memorat Poſtemam terram, prope quam S. Maximilianus paſſus ſcribitur, occurrit locus, Slavis dictus Poſtoina, Germanis vero Adlerſperg, in mappis corruptè Adelſperg, quia Poſtoina apud Slavos Aquilam ſignificat; eſt modò oppidum cum caſtro ſpectans ad principes Eggenbergicos ſeu Haſpergicos, & ſitum non procul à limitibus Iſtriæ, ùt videre eſt in mappa Meriani ..... Saltem Poſtoina ſeu Adelſperg poſſet eſſe illa terra vel locus, prope quem paſſus fuerit S. Maximilianus Pyrrhanenſis, quia non procul Pyrrhano & Juſtinopoli diſtat Poſtoina. *Secundùm aliam notam Ms. hic locus poſitus dicitur in Japidia inter Juſtinopolim & Labacum ſeu Æmonam.* F

g *Accuratæ huic ſacrarum S. Maximiliani exuviarum deſcriptioni figuram adjecit illmus epi-*

AUCTORE D. A. B.

epiſcopus, quâ omnia oſſa, quæ tunc temporis in eccleſia Pyranenſi aſſervabantur, delineata ſunt. Huic figuræ ſubnexa ſunt verba Schönlebii manuſcripta, quæ ſequuntur: Oſſa de corpore S. Maximiliani, epiſcopi & martyris, quæ de facto anno 1675 in eccleſia collegiata Pyrrhani in Iſtria, diœceſis Juſtinopolitanæ, prout curavit delineari hoc ipſo anno illmus & Rmus D. Franciſcus Zeno, epiſcopus Juſtinopolitanus, & ad Joan Ludov. Schönleben die 10 Septembris ejuſdem anni tranſmiſit, cum documentis, quod ab anno 1303 ſemper hæ reliquiæ ibi fuerint in maxima veneratione & feſtum Sancti celebretur ibidem ſub duplici 12 Octobris.

h *Ex verbis partim integris, partim deletis, partim attritis, quæ in autographo tranſcriptis ſuperiùs annectuntur, apparet hujuſce auctoris ſenſus, quem hic exhibeo.* Manzolius hic loquens de itinere Maximini imperatoris (quem corruptè Maſſimilianum vocat) prout latè deſcribunt Herodianus libro 8 & Julius Capitolinus in Maximinis, pro Emona civitate
B ſubſtituit Emum, ,.... errore librariorum, ùt putavit Cluverius Italiæ Antiquæ lib. 2, cap. 2. Cætera, ùt in autographo.

i *Quàm etiam* Aſiam *vocant, nunc autem* Beribir *aut* Berbir, Tergeſto, *quàm Labaco, ubi paſſus eſt S. Maximus epiſcopus Æmonenſis, de quo ad diem 29 Maii in hoc Opere actum eſt, vicinior.*

k *Urbs hæc, quam etiam Veterem Æmonam fuiſſe ſuſpicatur Schönlebius, epiſcopalis eſt & Carnioliæ caput, 9 leucis à Tergeſto diſtans, Baudrando in Lexico Geographico teſte.*

l *Aut potiùs capite octavo editionis anni 1595, pag. 54, ubi illud totum narratur.*

m *Regio hæc eſt Illyrici Occidentalis, in triplicem olim, ùt Baudrandus aliique geographi docent, partem diſtincta,*

n *Ughelli textum emendavit Coletus, qui novam Italiæ ſacræ editionem curavit & Nazarii epiſcopatum circa annum Chriſti 524 repoſuit.*

o *Schönlebius in additamento Ms. ad ejus epiſtolam, de Poſtema & de loco, ubi ſanctus Martyr obiit, differens hæc addit:* Cùm
C Joannes Candidus primus ſcripſerit Poſtemam terram atque ab eo deſumpſerit Manzolius, vel eſt error amanuenſis, vel Candidus ex antiquis cartophilaciis malè legit. Verba Candidi appono, cùm de Maximini itinere agit: Ad Italiæ pervenit civitatem Maximinus, in extrema planicie ad Alpium radices ſitam non longè ab oppido Poſtæma, ubi Maximilianus epiſcopus martyrium paſſus eſt, cujus corpus in æde Piranenſi veneratur. Eam autem urbem non Æmam, ſed Æmonam, aliud oppidum Capitolinus, appellat caſtrametatumque Maximinum in campo inter eam & Artenam dicit, cui ſententiæ locorum nomina adhuc vigentia adſtipulantur. Ex quo, *pergit Schönlebius*, rurſum colligo, quod ſit ambigua locutio & referri poſſit martyrii locus tam ad Emam ſeu Emonam, quàm ad Poſtemam ſeu Poſtoinam. Unde, ſi Emonæ paſſus fuiſſet ille Sanctus. poſſet dubitari, an non fuerit epiſcopus Æmonenſis & diverſus ab illo Maximiliano, Iſtriæ epiſcopo, de quo ſuprà (*num.* 103) diſputatum. Certum eſt, quod primis ſeculis fuerint epiſcopi Æmonæ, durantibus imperatorum perſecutionibus: non conſtat autem, quod caput Iſtriæ vel Juſti- D
nopolis ante annum Chriſti 500 habuerit aliquem epiſcopum. Et propior Emonæ (id eſt, Labaco) Poſtoina, quàm Juſtinopoli vel Pyrrhano; conſequenter probabilius eſt, fuiſſe epiſcopum Æmonenſem, quàm Iſtrianum, & paſſum primis ſeculis haud procul à ſua cathedrali, ſicut etiam S. Maximus Æmonenſis paſſus eſt Aſiſiæ prope Terſatum, quia fortè illo tempore Æmonenſis diœceſis tam procul extendebatur. Hæc pro conjectura ſint; nihil enim certi poſſum ſtatuere. *Ita Schönlebius; & quid mirum, quod in rebus tam arduis definiendis dubius & ego hæjerim!*

ACTA,

Auctore anonymo,

Ex apographo Cellenſi à Pezio edito, & cum variis noſtris apographis collato. E

PRÆFATIO.

SI Chriſtiana religio devota celebritate veneratur quoſlibet Sanctos, quos vel ſcripto vel relatu præconante, credit & ſperat per diverſas mundi partes Deo placuiſſe, ſuis meritis & regni cœleſtis gloriam poſſediſſe; merita tamen ſanctiſſimi patris & patroni noſtri Maximiliani eximiis laudum præconiis attollere nos debemus, cujus luculentâ doctrinâ primitùs agnitionem nominis Chriſti atque fidem Catholicam nacti ſumus, cujuſque pretioſo cruore terra noſtra rubricata eſt, cujus denique corporali præſentiâ fruimur & patrocinio gubernamur. Tradunt namque Scripta ſanctorum Hermagoræ & Fortunati *a*, quod *a*
poſt glorioſam aſcenſionem Domini noſtri Jeſu F
Chriſti, beati apoſtoli, quos ipſe Rex regum & Dominus dominantium conſtituit principes ſuper omnem terram, cùm jam in fines orbis terræ verba eorum exiſſent, & nimis confortatus eſſet principatus eorum; ipſi per ſe & per ſuos diſcipulos, ubi jam ſemen Verbi Dei ſparſerunt, eccleſias cathedrales, tam epiſcopatuum quàm archiepiſcopatuum, propter vitandum confuſionis malum certis diſtinxerunt limitibus per univerſum orbem & ipſas propriis ſacerdotibus commiſerunt regendas *b*. Inter quas ſancta Laureacenſis ec- *b*
cleſia, nec tempore, nec dignitate poſterior, nomen metropolis & archiepiſcopatûs titulum primitùs eſt ſortita. Cujus provinciæ termini fuiſſe dicuntur: ab Oriente foſſatum Villa- *c d*
num *c*; ab Occidente flumen Likaos *d*, quod Germani Lech nominant, & per Mœſias Occidentales Napa, Ekara, Odrita: à Meridie Liburnia, quam Drava flumen percurrit; ab Aquilone autem Wandalus, Pelſa lacus *e*, *e*
Tizla flumen. Infra quos terminos viginti duæ civitates famoſæ, nec minùs opulentæ continebantur, quas omnes ipſe Laureacenſis epi-

A epiſcopus per ſe & ſuos ſuffraganeos gubernabat.

2 Celeia verò, una de numero civitatum præmiſſarum quondam opinatiſſima, divitiis referta, habitatore ſtipata, armis potens, generoſitate nobilium & illuſtrium civium inclyta, turrium atque marmoreorum palatiorum ædificiis inſignis, in rebus bellicis ex frequenti exercitio inſtructiſſima, atque ita celebris & famoſa extitit, ut quaſi altera Troja
f meritò dici poſſet *f*. Quæ, quia nulla poteſtas eſſe moroſa poteſt, ex permiſſione divina poſtmodùm à barbaris funditùs everſa, in ingenti quantitate marmorum aliorumque pretioſorum lapidum, qui ex dirutis palatiis uſque in hodiernum diem à quærentibus reperiuntur, ſuæ opulentiæ præteritæ adhuc in-
g dicia demonſtrat *g*.

ANNOTATA.

a *Horumce Sanctorum Acta ad diem* 12 *Julii illuſtrata ſunt.*

B b *In Occiduis partibus hoc tardiùs contigiſſe, ſi Romanam ſedem excipias, haud contemnendis rationum momentis probat Bernardus de Rubeis monumentorum Eccleſiæ Aquileienſis cap.* XIX, *col.* 173 *& ſeqq. Hinc tamquam commentis refertum habebit eruditus lector, quidquid de primæva in Noricis partibus, ſaltem primo vel etiam tertio ſeculo, provinciarum ſibi invicem ſubjectarum diviſione, de archiepiſcopi aut metropolis nomine, ante Conſtantini tempora vix in eccleſia noto, ſcribit Sancti noſtri biographus.*

c *Ms. S. Petri Salisburgenſis* Silvanum. *Electorale, antiquitùs edita Vita* S. Maximiliani, *Formbacenſe* Fillanum *&* Sillanum.

d *Ms. Rubræ-Vallis:* Litaos. *Electorale:* Litnos.

e *Ms. Formbac. addit:* vulgariter Pilſen-Sec; *ſicut & Ms. Rubræ-Vallis & Electorale.*

f *Antiqua hujus Celeienſis civitatis monumenta ſeu inſcriptiones ſuis operibus inſererunt Grutherus pag.* 283, *Velſerus in monumentis Agrorum peregrinis fol.* 479 *& lib.* 6 *Rerum*
C *Auguſtanarum fol.* 307 *&* 433, *Hieronymus Pezius tom.* 1 *Scriptorum Auſtriacorum col.* 1297, *Annalium Styriæ auctor pag.* 26, 27 *&* 28, *Lazius Commentar. Reipub. Rom. lib.*12, *pag.* 994 *& ſeqq.*

g *Hæc deſunt in Mss. SS. Udalrici & Afræ, & Bathavienſi.*



A. ANONYMO.

CAPUT I.

S. Maximiliani parentes, ortus, educatio; in epiſcopum eligitur, Celeiam errores quoſdam exſtirpaturus properat: ejus martyrium.

Ortus ex piis parentibus S. Maximilianus

IN hac itaque Celeienſi *a* civitate fuit quidam vir, generis nobilitate ſpectabilis, opibus locuples, morum honeſtate præfulgens, fide Catholicus, religioſitate cunctos præcellens, mœrentium conſolator, oppreſſorum injuſtè pius relevator, viduis & orphanis multa beneficia impendens, quaſi patrem pauperum ſe reputans, univerſa miſericordiæ opera hilariter patrans. Qui omnibus horis uberrimas lachrymas & ſuſpiria profundens Domino ſupplicabat, ut eum nunquam fineret à ſua gratia ſeparari. Habuit etiam conſortem thori fœminam pudicam, nobilem, ſenſatam, ſobriam, taciturnam, virtutibus ornatam, modeſtiâ præminentem & in nullo prorſus à ſuis moribus diſcrepantem, ex qua unicum tantummodò genuit filium, quem Maximilianum ſpiritu prophetico nuncupavit: Maximilianus namque quaſi MAXIMA LIBANS dicitur, & quia LIBARE duo ſignificata complectitur, guſtare ſcilicet & ſacrificare, non ſine magno quodam futuri myſterii præſagio tale ſortitus eſt nomen. Primò namque libavit, dum guſtavit & vidit, quia bona eſt negotiatio theſauri cœleſtis, cujus etiam comparatione ſe & ſua omnia vilipendit. Secundò certè maxima libavit, dum ad exhortationem prophetæ guſtavit & vidit, quoniam ſuavis eſt Dominus *b*, cui in corde ſuo jugiter decantavit: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, Domine *c*. Guſtavit, imò ardenti aviditate potatus eſt aquâ ſapientiæ ſalutaris, quæ F veriſſimè facta eſt in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam *d*. Tertiò maxima libavit, dum per omne tempus vitæ ſuæ ſuper aram ſacrificium laudis & reddidit Altiſſimo vota ſua. Quartò maxima libavit, dum à primævo infantiæ uſque ad finem carnem ſuam cum vitiis & concupiſcentiis juxta ſententiam Apoſtoli crucifixit *e*. Quintò reverà maxima libavit, dum, vivens in carne, non deſiit immolare Deo gratiſſimum ſacrificium, ſpiritum contribulatum, cor contritum & humiliatum *f*. Ad ultimum animam meritis plenam felicibus Chriſto, & cervicem innocentem pro Chriſto ſpontaneè offerens percuſſori. Infantulus igitur iſte decorus formâ, venuſtus aſpectu, hominibus gratus, Deo gratior, licèt à parentibus, quibus erat junctus, educaretur delicatè; nullis tamen deliciis illectus eſt, nec ſe ſtultitiis puerilibus immiſcuit, ſed omni manſuetudine & modeſtiâ ſatagebat, ut in eo nihil reprehenſibile notaretur.

b

c

d

e

f

4 Cùm autem factus eſſet annorum ſeptem, commendabatur à parentibus cuidam presbitero, nomine Oranio, miræ innocentiæ & *& ab Oranio presbytero*

A. ANONYMO.

approbatæ ſanctitatis viro ; occultè tamen propter metum perſecutorum, ut eum ſacros apices & legem Domini, in qua ipſe presbiter ſatis perfectus erat, inſtrueret *g*. Quem ipſe puer aure benevola & intenta libentiſſimè audiens & tamquam patrem ſpiritualem ſemper concomitans cuncta, quæ ab eo vel ab aliis religioſis & ſapientibus didicit, in ventre memoriæ recondens, diligenter ruminare nunquam deſiit : ut tanquam animal mundum menſæ Dominicæ aptaretur. Cùm verò terdecimum *h* ætatis ſuæ annum attigiſſet, pater ipſius, ùt ſemper optaverat, in confeſſione nominis Chriſti *i* plenus bonis operibus, felici fine migravit ad Dominum, matre adhuc ſuperſtite & in ſanctitate converſationis & viduitatis propoſito perdurante : quæ etiam, poſt ſex annos martum ſecuta, feliciter diem clauſit extremum. Poſt obitum verò amborum beatus Maximilianus omnem familiam ſuam liberaliter manu miſit, de prædiis diſtribuens cuique ſecundùm ſuam conditionem ; reſiduum verò non in commercium vilium & infamium personarum velut ille prodigus filius diſſipavit, ſed in ſinum pauperum & Deo ſervientium abſcondit, certus ex promiſſione Dominica, ſe poſt hanc vitam centuplum recepturum & perennem gloriam poſſeſſurum.

g

h

i

B

5 Decurſis itaque innocenter infantiæ pueritiæque annis, cùm jam illam ætatem, cujus vias penitùs ignorare ſe ſapiens aſſerit, permearet, adoleſcentiam ſcilicet, in qua calor naturalis intenſus juvenes effrenes in varias libidines & concupiſcentias accendit, juvenis iſte non dans petulantiæ operam, ſed cunctas hujus mundi vanitates & oblectamenta reſpuens, immò diſſolutorum & laſcivorum juvenum contubernia cautus devitans (quia corrumpunt bonos mores colloquia prava) tanquam novus tyro Chriſti accinxit fortitudine lumbos ſuos, corroboravit brachium ſuum, accepit armaturam Dei calciatus pedes in præparationem Euangelii, inducit* pro thorace juſtitiam, armavit ſe loricâ fidei, aſſumpſit galeam ſalutis, apprehendit ſcutum inexpugnabile æquitatem, accinctus gladio ſpiritus, quod eſt verbum Dei ; ut ſic per arma juſtitiæ virtutis Dei munitus à dextris, contra cunctas ſpirituales nequitias propenſiùs dimicaret.

piè inſtitutus,

**forte* induit

C

6 Igitur cùm Eutherius *k* Laureacenſis archiepiſcopus, vocante Deo, præſens ſæculum reliquiſſet moriens, ſucceſſit ei ſanctus Quirinus *l*, progenie quidem ſereniſſimus, ſed morum honeſtate ac vitæ ſanctitate longè nobilior, filius illuſtris Philippi Senioris, qui, dominus Pannoniæ Superioris & Inferioris, in Romanum imperatorem eſt electus. Qui primus ex Romanis imperatoribus fidem Catholicam in Baptiſmi Sacramento accepit, ad prædicationem Origenis doctoris egregii, filiumque ſuum quinque annos tantùm habentem, ſed induſtriæ naturalis & ſapientiæ inæſtimabilis maturitate pollentem. Catholicæ fidei ſimul & imperii conſortem aſſumpſit. Refertur etiam de illo puero, quod fuerit adeò ſeveri animi, ut jam à quinquennii ætate nullo cujuſquam commento ad ridendum ſolvi potuerit, patremque ad ſpectaculorum ſolatia quandóque cachinnantem quaſi increpans notaverit vero vultu. Acceptâ igitur Baptiſmi gratiâ, ambo imperatores, fidem exornantes moribus & profeſſionem juſtitiæ operibus approbantes, totum ſuum patrimonium de conſenſu & bona voluntate S. Quirini, qui erat ipſorum cohæres, Laureacenſi eccleſiæ liberaliter contulerunt : ac deinde Romam venientes omnes theſauros proprios & theſauros reipublicæ quoidam Eccleſiæ Romanæ, cui tunc S Fabianus Papa præfuit, donaverunt ; ut templis idolorum dirutis, eccleſias Deo conſtrueret & poſſeſſiones ſibi & ſuis clericis compararet.

k

Eutherio & Quirino

l

D

Laureacenſibus epiſcopis

7 Porrò Decius tribunus, prædictorum imperatorum ſervus, de Inferiori Pannonia de humili conditione natus, exaltatus fuerat adeò, ut jam primus in imperatoris palatio haberetur. Sed idem, jam partis opibus & honoris culmine adepto ſurgens, in dominos ſuos factus truculentior aſpide ſurda, proditionis & fraudis virus, quod in cauda toxicatæ mentis jam diu collectum celaverat, ore peſtifero evomens, utrumque uno die imperatorem, patrem Veronæ, filium Romæ perimi procurabat, & ſic imperium ſurripuit homo peſtilens, inventor doli, magiſter mali, artifex facinoris, perſecutor innocentiæ, filius ſatanæ. Qui, ut ſe ſui patris imitatorem oſtenderet, perſecutionem immaniſſimam, quæ ſeptima poſt Neronem fuit, in Chriſti membra exercuit. In qua ſicut à parentibus ſæcularibus jam dictis inchoaverat, ita principes Eccleſiæ Fabianum, Cornelium, Sixtum cum ſuis clericis, deinde Yppolitum & alios Chriſtianos innumerabiles occidit, inſtigante ipſum diabolo, præcipuè tamen avaritiâ ſuâ propter theſauros prædictos, quos ſitiebat, licèt fruſtrà ; quia jam per manus pauperum, ſicut beatus Laurentius teſtabatur, fuerant in cæleſte gazophylacium deportati. S igitur Quirinus, cùm per aliquot annos Laureacenſem eccleſiam rexiſſet, feliciter eſt aſſumptus ad Aquilegienſem eccleſiam pro primate : ubi poſt multa certamina, quæ pro Chriſto viriliter dimicaverat, demùm perſecutione in Chriſtianos exorta, ſub Diocletiano tyranno odio imperatorum, patris ſcilicet & fratris, glorioſo martyrio coronatur. Poſt cujus aſſumptionem, votis totius cleri concorditer poſcentibus & vocibus totius populi conclamantibus, eligitur in epiſcopum Laureacenſem beatus Maximilianus *m*, de quo generalis fama & rumor veridicus, quod non haberent parem in irreprehenſibilis vitæ meritis, in ſanctæ converſationis tenore, in ſanæ quoque doctrinæ prærogativa, per univerſam provinciam teſtabatur. Ille verò, licèt ſatis renitens, pontificii culmen adeptus, ex hoc ſe non provectum, ſed quaſi projectum reputans, non elatus faſcibus honoris, ſed faſces oneris humeris ſui adaptans, karitatis, humilitatis, continentiæ, modeſtiæ, pudicitiæ, ſobrietatis, largitatis, patientiæ cæterarumque virtutum ſeriem, quemadmodùm anteà & poſtmodùm, conſervando cuſtodire quaſi pupillam oculi ſui ſatagebat.

E

F

m

8 Nacta *n* itaque opportunitate, aſſumptis perſonis intentioni ſuæ competentibus, Romam proficiſcitur viſitare Principes Apoſtolorum : ubi à B. Sixto, qui tunc Eccleſiæ Romanæ præerat, benedictionem apoſtolicam & prædicandi Verbum Dei auctoritatem accipiens, ad propria revertitur, Domino iter

à B. Sixto II Papa ſuffectus eſt ; cùm multum in hoc

n

A ter ſuum feliciter dirigente. Reverſus igitur B. Maximilianus ad provinciam, officium aſſumptum tam ſtrenuè, quàm ſolerter exequens, arcam Domini de regione Philiſtinorum ad terram Iſraël ſuper plauſtro novo ſuis cervicibus divini amoris nexibus alligatam, armatus frontem geminis cornibus legis & Euangelii contra pernicioſos morſus luporum & multa prole fœcundus, quam Chriſto per Euangelium genuit, mugitus prædicantium grandes & frequentes emittens, non declinans ad dextram elatus proſperitate, vel ad ſiniſtram fractus adverſitate, recto itinere toto niſu ſtuduit reducere uſque ad agrum veri Joſue Bethlamitæ Sparſit præterea fulgorem ſui luminis non ùt candela lucens aliis, ſibi verò manens abſque lumine, tota conſumitur; ſed quaſi ſupra candelabrum accenſa lucerna. Totus igne divini amoris ſuccenſus ardebat, non deficiens lucens aliis, qui in ipſo tanquam in clariſſimo ſpeculo ſobriè, juſtè piéque vivendi cernebant imaginem & exemplar. Lucebat & aliis, quos ipſe tan-

B quam ſol oriens in altiſſimis Dei, emiſſis à ſe radiis rutilantis doctrinæ, à tenebris ignorantiæ excuſſos, vivaciter illuminavit. Quoſdam enim in luto fœcis & ignaviæ merſos, abique germine bonorum operum ad maturitatem meſſis in horrea Dominica colligendæ decoxit; quoſdam verò vitiorum frigore congelatos, ut ardere diſcerent in amore Dei & proximi, calefecit. De promptuario etiam Dominico tritici menſuram acceptam, tanquam ſervus fidelis & prudens familiæ Domini ſui, ſuper quam conſtitutus fuerat, diſpenſare ſic ſtuduit, ut non ipſe jejunis faucibus tabeſcens alios paſceret; ſed vigiliis, jejuniis & laboribus caſtigando corpus ſuum & in ſervitutem redigendo, animam verò nunc ſanctæ lectionis epulis, nunc ſacræ contemplationis deliciis impinguans, tali moderamine cunctis paſtum tribuit, ut in fide incipientes educans lactaret uberibus conſolationis dulciſſimæ: in ſpe proficientibus dapes apponeret confectas de fragmentis, quæ ſuperfuerunt ſatiatis de quinque panibus & duobus piſcibus, conditas etiam virtutum &

C exemplorum ſanctorum patrum aromatibus; in karitate perfectis robuſtiores cibos miniſtrans, coloquintidas tribulationum & paſſionum pro Chriſto ſuſtinendarum, ut dulcoraret, Heliſæi farinâ reſpergens & ad perſeverantiæ conſummationem promiſſione coronæ

o immarceſſibilis invitaret *o*; errantes autem & ſaucios peccatorum vulneribus infundens oleum & vinum, arguendo, obſecrando, increpando ad pœnitentiam vocare conabatur in omni patientia & doctrina. Gentilium etiam incredulorum, quibus adhuc abundabat

p provincia, improbitates *p* per evidentiſſimas rationes eorum erroribus viâ veritatis oſtensâ Creatorem omnium agnoſcere & corpori ſanctæ Eccleſiæ, extra quod nemo ſalvari poteſt, docuit couniri.

munere adlaboráſſet, Celeiam

9 Geſtiebat revera magis in altum erigere mores, quàm muros: plus fovebat inopes, quam caducas opes, jucundabatur magis in pauperum beneficiis, quàm in tranſitoriis ædificiis; hoſpitalitatis decus ſuper omnia complectens, patrimonium Crucifixi, cujus ſe procuratorem, non dominum eſſe ſciebat,

q quantum ultra indigentiam *q* ſupererat, fideliter diſtribuit membris Chriſti. Cùm verò B. Maximilianus in vinea Domini evellens, deſtruens, diſperdens, diſſipans, ædificans & plantans, ſic ſtrenuè laborabat uſque ad veſperum; vocatur à Domino denarium diurnum accepturus *r*. Appropinquante igitur vocationis ſuæ termino, cùm jam fidei Catholicæ plantulam ſtudiosè per totam provinciam ſeviſſet *s* & eam ſalutaris doctrinæ fœcundis imbribus irrigâſſet, Domino jubente, acceſſit ad locum ſuæ nativitatis, ut eadem tellus, quæ ipſum genuerat mundo, tranſmitteret paradiſo. Sciebat enim, adhuc ibi quoſdam errorum frutices in perniciem novæ ſegetis pullulare, quos evellere ſummâ diligentiâ conatus, dum terram illam ſarculo Verbi Dei ſtudiosè foderet, invidente ſibi hoſte ſalutis humani generis, cœptum negotium ſimul & vitam interrupit una dies flebilis & infauſta.

A ANONYMO.

r

s

10 Anno Incarnationis Dominicæ 288, urbis autem conditæ 1039 *t*, quidam Narbone in Gallia natus, nomine Carus, triceſimus ab Auguſto imperator eſt creatus Romanorum, habens duos filios Carinum & Numerianum, quos ſtatim cæſares faciens cum eis regnavit tantummodò duobus annis, & ſic corruptæ intentionis principes ſummam imperii tantùm per biennium tenuerunt. Carus namque cùm bellum gereret contra Perſas, caſtra ponens ſupra Tigridem fluvium, ictu fulminis interiit. Numerianus verò, cùm eſſet apud Antiochiam, exiſtens gentilis voluit intrare eccleſiam Dei & myſteria Chriſtianorum explorare. Quem cùm S Cyrillus ejuſdem urbis epiſcopus prohiberet dicens, ſibi non licere divina myſteria videre, qui pollutus eſſet ſacrificiis idolorum, indignatus ille, occidit eum; mox & ipſe, cum dolore oculorum captus, in lectica veheretur, inſidiis Apri ſoceri ſui occiſus eſt. Carinus verò, ſe ipſum ſceleribus iniquitatis inquinans, multos falſis criminibus occidens & matronas nobilium vi corrumpens, omnibus inviſus trucidatur manibus cujuſdam tribuni, cujus uxorem dicitur polluiſſe *u*. Horum temporibus & ab iiſdem mittitur ad urbem Celeiam quidam tyrannus, abuſivè dictus judex ſecun-

proſectus, oriique t

E

u

F

dùm conſuetudinem terræ, nomine Eulaſius, ut inſultus Hunnorum aut Tartarorum aut aliarum ferocium nationum ab Oriente cum fortiſſimis agminibus frequenter venientium & terram illam, quæ tunc temporis Romanæ tributum ſolvens ditioni & tuitioni Romanæ ſuberat, acriter vaſtantium cohibere deberet viribus & præſidio Romanorum. Qui multas civitates pertranſiens valida manu Chriſtianos, quos invenit, ad ſacrificia idolorum traxit, nolentes verò conſentire diverſis cruciatibus interemit.

illic perſecutione, coram judice

11 Ingreſſus igitur Eulaſius urbem Celeiam in hora tertia noctis, in craſtino juſſit clamari voce præconis, ut univerſi utriuſque ſexus cujuſcunque conditionis convenirent abſque dilatione ad templum Martis, eumque placarent ſuis victimis & oblationibus: ut de hoſtibus, cum quibus in proximo congreſſuri erant, concederet triumphare. Nec mora, concurrunt omnes pagani & cum eis plurimi, qui fidem Catholicam profeſſi jam fuerant, alii metu tormentorum, alii levitate animi, ad præceptum tyranni ſimulacro thura cre-

mantes

A. ANONYMO.

mantes & varias victimas immolantes. Quo audito, B. Maximilianus proſtravit ſe in pulvere, orans cum lacrymis & dicens: Domine Jeſu Chriſte, qui propter inobedientiam primi parentis totum genus humanum de paradiſi deliciis ejectum in ſententiam pœnalitatum & miſeriæ miſeratus, de ſinu Patris deſcendens, tuo ſanguine redimere dignatus es, reſpice de ſublimi ſolio gloriæ tuæ. Ecce enim miſſus eſt lupus ingluvioſus & inſatiabilis, qui gregem tuum diſcerpere & agnos tuos abſque miſeratione nititur abſorbere. Da ergò, Domine, gloriam nomini tuo, & libera nos, ne fortè dicant in gentibus: ubi eſt Deus eorum! Dum autem ſic orans & gemens procumberet, facta eſt vox ad eum dicens: Ne timueris, Maximiliane, ſed ſurge pergens confidenter & confundas audaciam tyranni. Surrexit igitur, & ſignans ſe ſignaculo S. Crucis, intrepidus obtulit ſe in faciem nequiſſimi iudicis dicens: Nonne tu miſſus eras ad iſtam terram, ut eam defenſare deberes ab hoſtibus? Tu verò, omni hoſte pernicioſior, quos ſalvare debueras, perdis; B quos tueri, proſcribis, in diſcrimina pellis; quos à morte defendere, mortem inferre corporis & animæ non formidas. Sperabamus enim, quod tecum & per te ſalus multa nobis occurreret, & ecce, tu perſequeris eum in ſuis famulis, qui eſt vera ſalus populi, qui dat ſalutem regibus, per quem reges regnant, ſine quo nihil eſt validum, nihil ſanctum.

12 Eulaſius hæc audiens faciem immutavit, & ſuper audacia Præſulis nimis indignans & ſtridens dentibus in eum, torvo vultu dixit: Tune es ille garrulus, quem Chriſtiani ſuum Pontificem appellant *x*? Maximilianus conſtanter dixit: Ego Domini Jeſu Chriſti ſervus ſum & utinam dignus! Impius judex dixit: Quæ ergò temeraria & veſana præſumptio tibi perſuaſit, populum terræ iſtius tuis fallacibus ſermocinationibus dementatum ſic ſeducere, ut, relictis & contemptis diis immortalibus, cuidam homini ignoto, in Judæa crucifixo, divinos exhibeant honores? Maximilianus reſpondit: Ego non veſana, C ſed verè ſana mente laboro non ſeducere, ſed reducere populos, idola ſurda & muta ignoranter colentes, ad agnitionem unius Dei omnipotentis, qui ſolus vivit & regnat in æternum. Benè ergò idola tua dicuntur immortalia; quia nunquam morientur, eò quòd nunquam vixiſſe probentur. Eulaſius dixit: Nunc patet, quia inſanis, quia dicis, deos noſtros eſſe ſurdos & mutos, & non vivere; cùm dent reſponſa quærentibus, & ſanent languentes, multaque beneficia petentibus præſtent. Maximilianus reſpondit: Revera non vivunt. Nam licèt artifex ea formaverit & ſculpſerit ad ſuum libitum, materia tamen eorum primitiva fuit inanimata ſubſtantia & inſenſibilis marmoris aut metalli, nec ipſe artifex dare eis potuit ſpiritum vegetantem. Quem etſi dare potuiſſet, profectò talis factor dignior eſſet ſuâ facturâ, & deberet potiùs adorari. Conſueverunt autem ſpiritus apoſtatici, ſe in hujuſmodi ſimulacris recipere, & ſtultos homines, Deum verum non habentes, hac arte deludere, ut mala, quæ procurare machinantur, prænuntient eis tanquam futura; bona verò nulla prædicunt, quia ſemper bonis omnibus invident & reſiſtunt: videntur D etiam ſanare languentes, cùm deſinunt inferre languores.

Eulaſio Chriſtum

x

13 Eulaſius dixit: Nunquid non nôſti, edictum ab invictiſſimis imperatoribus *y* & à ſenatu Romano jam dudum emanâſſe, ut variis tormentis multentur omnes confitentes, Deum eſſe Crucifixum iſtum, quem tu prædicas, qui abſque ſacri ſenatus auctoritate ſe ipſum deificavit? Denique jam plurimi tuæ ſectæ complices obſtinata mente illam formidabilem ejuſdem edicti ſententiam tam in urbe Romana, quàm in orbe alibi in ſuis corporibus experti, exemplum reſipiſcendi ſatis evidens viſi ſunt poſteris reliquiſſe. Maximilianus reſpondit: Chriſtus Jeſus, ùt teſtatur Apoſtolus, cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo Patri omnipotenti, ſed ſemetipſum exinanivit formam ſervi accipiens, Deitatem non perdens, in ſimilitudinem hominum factus & habitu inventus ùt homo *z*. Non ergò ſeipſum deificavit, neque ex homine factus eſt Deus, ſicut tu, errans aſſeris; quemadmodùm Jupiter & diſcipulus ejus Mercurius aliique magi & malefici, qui ſuis veneficiis & incantationibus ſimplicibus hominibus, illudentes juſſerunt ſe adorari & deos appellari. Præterea dicit Salomon de quibuſdam idolis, quod acerbo luctu dolens pater rapti ſibi filii fecit imaginem & eum, qui erat mortuus, colere pro deo cœpit, conſtituitque inter ſervos ſuos ſibi fieri ſacra & ſacrificia, & interveniente tempore, invaleſcente iniqua conſuetudine, error ille cuſtodiebatur pro lege, unde tyrannorum imperio colebantur figmenta. Eodem quoque modo Ninus rex Aſſyriorum patri ſuo Belo ſimulacrum conſtituit, quod fuit initium omnium idolorum. Mars etiam, quem tu colis & adorare jubes, nihil aliud eſt, quàm mors, unde & nomen accepit; &, qui in mortibus hominum lætatur, hunc creditur adorare.

confeſſus,

y

z

E

14 His auditis, nequiſſimus judex nimio furore correptus, nec ùltra ſe continere valens, furibunda mente invectus in eum, dixit: Fabuloſa deliramenta, quæ tu continuare ſtudes, audire vel animadvertere mihi fas non eſt; ſed nec occupationes meæ concedunt, muliebre tantum vulgus otioſum auditis fabulis delectatur. Tu verò, quia invictiſſimo deo Marti, à quo tota ſpes noſtræ dependet ſalutis, blaſphemans detraxiſti: nihil aliud reſtat, niſi ut ſacrificando ipſum tibi reconcilies, aut placabis eum certè proprio ſanguine, tuo capite amputato. Dixitque militibus: Feſtinanter ducite ipſum ad templum Martis, qui ſi ſacrificare & ab errore ſuo deſiſtere decreverit, vitam & pontificatum templi obtineat; ſin autem, abſciſſo capite, libate Deo Marti invictiſſimo. Illicò milites ſcelerati ſanctum Virum rapientes duxerunt ad fanum Martis: &, quia omninò recuſavit ſacrificare, ſed in confeſſione nominis Chriſti conſtanter perſtitit, occiderunt eum, ſicut eis erat præceptum, Venientes autem Chriſtiani nocte tulerunt corpus ejus & ſepelierunt illud juxta civitatem humili quidem ſepultura propter metum paganorum, ubi Dominus plurima ſigna & miracula per merita ipſius ſicut in vita ſic & poſt mortem oſtendere dignatus eſt. Paſſus eſt autem B. Maximilianus,

capite damnatur, ibidemque ſepelitur.

F

A nus, Laureacenſis archiepiſcopus, pro fide Chriſti apud urbem Celeiam extra muros anno Dominicæ Incarnationis 281, quarto Idus
aa Octobris *aa*: beato Gaio Papa & poſtmodùm ſub Diocletiano paſſo, Romanæ Eccleſiæ præſidente; Caro, Carino & Numeriano ſimul Romanum imperium tenentibus, ſub Eulaſio judice ſeu tyranno.

A. ANONYMO.

ANNOTATA.

a *Ms. Electorale ſeu Monachienſe pro* Celeia *paſſim ſcribit* Ceyla.

b *Pſalm.* 33, ℣. 8.

c *Pſalm.* 118, ℣. 104..

d *Joan.* 4, ℣. 14.

e *Gal.* 5, ℣. 24.

f *Pſalm.* 50, ℣. 18.

g *Si biographo, cujus Opus cum S. Pelagii Actis, ad* 28 *Auguſti diem à Pinio illuſtratis, tantam habet, ſaltem quantùm ad hanc partem, ſicuti Commentarii prævii num.* 6 *obſervavimus, ſimilitudinem, fides ſit habenda, in*
B *Norico Mediterraneo, ubi Celeia jacet, erant jam tum Chriſtiani pauci numero, ùt videtur, erant & quidam presbyteri: ſed, an fuerit huic eccleſiæ prælatus aliquis epiſcopus, non una exſtat dubitandi ratio. Sed & infrà ad litteram* x *Annotata videſis.*

h *Alia apographa habent:* Tertium decimum.

i S. Maximiliani *patrem Jeſu Chriſti fidem coram tyranno aliquo profeſſum & in confeſſione pro Chriſto occiſum fuiſſe, ex his biographi verbis facilè eruitur. Si revera confeſſor aut martyr obierit, certè hoc ante perſecutionem, à Decio excitatam & anno* 251, *ùt ad hunc Pagius num.* XXVIII *ſcribit, ſopitam, contigiſſe, apparet, cùm non ſeriùs quàm ſub Sixti II epiſcopatu, id eſt, circa annum* 258 *aut* 260, *filius ejus, qui annum tertium dumtaxat attigerat, cùm ad cælum pater migravit, Romam profectus ſcribatur.*

k *Videſis Comment. præv. num.* 16 *& ſeqq., ubi fuſiùs de Eutherio vel Eleutherio & Quirino.*

l *Tot ferè commenta, quot verba, hìc bio-*
C *graphus habet, nec eſt, quod narrationem illius refellam. Vide Comment. præv. num.* 16.

m *Commentarii prævii num.* 19 *& ſeqq. videſis, ubi de tempore, quo Sanctus noſter in Norico apoſtolum egit & quo in epiſcopum aſſumptus eſt, diſſerui.*

n *Mss. Patavienſe & SS. Udalrici & Afræ habent* facta.

o *Hæc incipiendo à verbis* Lucebat & aliis *deſunt in Mss. Patavienſi, SS. Udalrici & Afræ & Monachienſi ſeu Electorali.*

p *Apographum Patavienſe habet:* Gentiles etiam & incredulos, quibus adhuc abundabat provincia improbitatis *&c: ita etiam Mss. S. Udalrici & Monach.*

q *Ms. Patav. habet* ſuperfluitatem.

r *Ms. Patav. & S. Udalrici* recepturus.

s *Mss. Monachienſe & Patav. habent* ſeminâſſet.

t *Hæc verba in apographo Patav. deſiderantur.*

u *Hæc deſunt in Mss. Patav. & S. Udalrici, ita ut poſt illa verba* regnavit tantummodò duobus annis, *mox biographus ſubdat,*

quæ ſequuntur: Horum temporibus & ab eiſdem mittitur.

x *Hæc Eulaſii verba procul dubio* B Maximilianum, *Celeiæ tum epiſcopum aut, ùt vocant, epiſcopum* regionarium *ſeu apoſtolum egiſſe, innuunt: non quòd ad Laureacenſem diœceſim Celeia pertinuerit, ſed quòd ad hanc civitatem miſerrimis illis temporibus, furente in Noricis perſecutione nulliſque adhuc certis terminis diœceſes circumſcribentibus, S. Epiſcopus Eccleſiæ ſeu Chriſtianis etiam diſſitis auxilium laturus excurriſſet.*

y *Ms. Patav.* ab invictiſſimo imperatore. *Omnes alii codices, ùt in Cellenſi à Pezio edito.*

z *Philipp.* 2.

aa *Vide Comment prær.* § IV, *ubi fuſiùs de notis his chronologicis & de tempore, quo Sanctus mortem obiit, diſſerui.*

CAPUT II.

E

Eccleſiæ, S. Maximiliano erectæ; varia miracula, ipſo intercedente, peracta.

B. Rupertus plures eccleſias S. Maximiliano dicat: ejus auxilio

NUnc igitur, ne quis calumniator præſentem hiſtoriam dente mordaci lacerans audeat excellentiſſima, immò evidentiſſima merita patris & patroni noſtri ſanctiſſimi Maximiliani parvi pendens abjicere, ecce, teſtis adeſt glorioſus & omni exceptione major B. Rupertus, Juvavienſium archiepiſcopus & patronus. Qui à ripa Rheni de civitate Wormatia *a* veniens ad iſtam provinciam, *a*
conſummatis 220 annis poſt paſſionem S. Maximiliani, videntque illam clariſſimam & ſingularem hujus terræ lucernam lucentem in caliginoſo loco, gemmamque pretioſiſſimam, corpus ſcilicet B. viri Maximiliani, virtutum & miraculorum ſcintillas innumerabiles ſpar- F
gentem, intelligens, magnam & magnificam apud Deum eſſe meritorum ſuorum prærogativam, plures eccleſias, ùt hodie liquidò apparet, ſub ipſius patrocinio dedicavit *b*. Sed *b*
nec hodie gratia largiſſima Salvatoris deſinit exauditum porrigere ob merita ſancti Viri, niſi cum diffidentia malè credentium hæſitaverit ipſius præſidium implorare. Quis denique niſi mentis inops & perverſus dubitare vel inficiari præſumat, per ſuffragia ſanctorum Patronorum contigiſſe noſtrorum, id, quod ſum dicturus, non tam præſentium, qui experientiâ teſte noverunt, ſed ut poſteri noſtri ſciant eſſe perutile, imò æquum & ſalutare, jugi & ſincera devotione ſanctiſſimis Patronis noſtris exhibere ſemper debitam reverentiam & honorem.

anno 1265 *civitas Patavienſis ſervatur.*

16 Anno namque Domini 1265 quarto Calendas Novembris circa tertiam vigiliam noctis porta civitatis Patavienſis ſuper ripam Oeni verſus monaſterium S Nicolai per adulterinas traditorum claves aperta, liberum hoſtibus patefecit introitum. Qui clanculò in-

A. ANONYMO.

trantes occupaverunt majorem ecclesiam & superiorem curiam, & sacrarium irruperunt potenter & patenter tenuerunt divina usque ad ortum solis, civibus non arma defensionis, sed ex desperatione ad fugæ solius remedium præparatis. Quid multa? Contigit miraculum evidens & insigne. Hostes cùm possent, nullo resistente, civitatem & omnia, quæ in ea erant, quietissimè possidere, ultrò terga verterunt &, unde venerant, reversi sunt, nullo hominum persequente, sed solo beatorum Patronorum nostrorum suffragio hoc apud divinam clementiam impetrante *c*.

c

Mulier primò sanata, dein blasphemans punitur:

17 Erat quoque moderno tempore mulier quædam forensis, quæ ex diutino languore capitis tremorem vehementissimè passa est: hæc spe recuperandæ salutis vovit, se cum oblatione ituram Pataviam ad tumbam *d* B. Maximiliani. Voto igitur persoluto, sentiens se illa pleniſſimè, quod petierat, impetrâsse, cùm jam iter domum revertendi arriperet, quasi una de stultis mulieribus ingrata beneficii accepti, suæque salutis impatiens, blasphemans dixit: Experta sum, quod etiam Sancti sua subsidia pro muneribus largiuntur. Hoc dicto, mox mulier infelix agitare caput, languore reversa, cœpit & ulteriùs non est curata languore.

d

B

ingratus quidam ab oculorum dolore liberatur,

18 Quidam civis, cujus nos novimus nomen & personam, passus acriter dolorem oculorum, quâdam ferià sextâ summo diluculo jussit se duci ad tumbam S. Maximiliani, & ibi, oratione fusâ cum devotione, juxta tumbam residens obdormivit. Evigilante autem eo, ita recesserat ab eo dolor, ut statim surgens absque difficultate iret ad negotiationem suam (nam dies fori erat) nec tentatore baculo indigens nec ductore. Similiter & ille ingratus, quales pro tanto munere Christo reddiderit grates, magis arbitror esse silendum.

sicut & quidam civis Ratisponens.

e

19 Quidam civis Ratisponensis *e*, se liberatum fuisse à languore, qui eum diu molestaverat, ad tumbam sanctorum Maximiliani & Valentini oblato cereo, cum gratiarum actione veriſſimè testabatur.

cœcutiens &

C

20 Quidam de Oedenburch cœcutiens, præcedente ductore, venit Pataviam ad altare prædictorum Sanctorum, sanitatis beneficium cum lachrymis devotè flagitans. In crastino vidimus eum, abjecto tentatore baculo, pro recepto visu Deo & Sanctis suis gratiarum actiones uberrimas referentem.

alter utroque poplite contractus sanitate donantur.

21 Vidimus etiam quemdam adolescentem in hospitali civitatis Patavienſis, ex longa infirmitate utroque poplite contracto, calces usque ad nates reflexos gerentem, manibus & genibus repere: moxque sanatis & solidatis compagibus & nervis erectum gradientem, Dei omnipotentis in Sanctis suis magnalia prædicantem. Hæc & alia inæstimabilia, sicut & innumerabilia miraculorum insignia, tam nostris, quàm retroactis temporibus, Dominus & Salvator noster ob præclarissima nostrorum patronorum Maximiliani & Valentini merita certissimè patrare dignatus est: licèt ea prædecessorum nostrorum iners negligentia seu negligens inertia non curaverit per scripturæ notitiam in posteros propagare *f*.

E

f

ANNOTATA.

a *In codice antiquiùs edito hæc leguntur:* Ubi sanctus Martinus donatium impii reliquit Juliani, veniens ad illam provinciam, consummatis ducentis viginti annis post passionem sanctissimi Martyris. *Ita etiam Mss. Rubrævallis & Monachiense. Verùm anni* 220 *computati à Sancti nostri martyrio, quod ab anno circitèr* 280 *biographus noster è dictis haud multùm removet, ad annum dumtaxat* 500 *circitèr deducunt; multò autem seriùs, contrà ac & in codice antiquo jam nunc laudato, & verbis apud biographum nostrum mox sequentibus indicatur, in Bavariam venisse Rupertum, inter omnes convenit.*

b *Nec ex his verbis certè inferri potest Celiâ corpus Sancti ad alium locum transtulisse B. Rupertum; qui interim jub ejus nomine plures exstruxisse ecclesias dicitur. Vide Commentarii prævii num.* 62 *& seqq.*

c *Quod viderat ipse aut à testibus oculatis audierat, hic narrat biographus.*

d *Sepulcrum seu lapidem ad monumentum appositum.*

e *Urbs episcopalis in Bavaria ad Danubium posita, ubi imperii comitia celebrantur, sub metropoli Salisburgensi.*

f Scriptis suis sequioris ævi scriptores S. Maximilianum celebrârunt: in quorum numero sunt Vitus Arnpekius Chronici Bavariæ cap. 17. Cuspinianus de Sanctis Austriæ patronis pag. 663, Wolffgangus Lazius lib. XII Commentarior. de Republica Romana cap. 5, pag. 1073, Hundius in Metropoli Salisburgensi de Episcopis Laureac. & Patavienſibus pag. 287, Raderus tom. 1 Bavariæ sanctæ pag. 16. Mirari tamen subit apud omnes hos scriptores miracula, quæ deprecatore D. Maximiliano patrata noster anonymus biographus recenset, in his omnibus desiderari. *Hæc Pezius in Observationibus prævis ad Acta Sancti nostri Script. Austriac. tom.* 1, *pag.* 22. *Ne autem è memoria excidant duo prodigia*, S. Maximiliani *precibus peracta, nos ea Comment. nostri* § VIII *retulimus. At, quæ ex Actis à Pezio editis superſunt, ob rationes Commentarii prævii num.* 6 *adductas, hic vulganda non duximus. Pauca autem, quæ notatu digna in ultima horumce Actorum parte inveniuntur, Commentarii prævii num.* 61 *typis expressa reperiet lector.*

F

DE

A

AUCTORE C. B.

DE S. JULIANO EP. CONF.

LAUDE POMPEIA IN INSUBRIA.

Tempus, quo circitèr ſediſſe ac obiiſſe videtur, reliquiarum tranſlatio, cultus eccleſiaſticus.

ANNO CIRCITÈR, UT APPARET, CCCXXIV. *Julianus, quem hodie Operi noſtro non inſerere non potuimus,*

B

INter *epiſcopos, qui Laude Pompeia, vulgò* Lodi, *tam veteri à Mediolanenſibus ſub annum* 1158 *everſa, quàm novâ, haud diu pòſt tribus à priori ſeu à vico, nomine* Lodeve, *in quem hæc modo mutata, paſſuum millibus per imperatorem Fredericum Ænobardum (epiſcopalis illius in Inſubria civitatis notitiam, apud nos tom.* 2 *Januarii pag.* 221 *jam datam, videſis) ædificata, ſederunt, plures exſtitére morum probitate juxtà ac vitæ ſanctimoniâ planè inſignes. Tres ex hiſce, Baſſianum videlicet, Titianum & Albertum, quorum prior* XIX *Januarii, ſecundus* IV *Maii ac tertius denique* IV *Julii die à Laudenſibus colitur, ad dies hoſce propterea in Opus noſtrum jam intulimus: ut vel idcirco facere non potuerimus, quin in hoc locum pariter* Juliano *hìc propoſito Laudenſium epiſcopo, qui non ſecùs atque illi tres Laude colitur, duodecima iſthac, quâ id ibidem ex infrà dicendis fit, Octobris die concederemus. Nulla quidem, ſaltem quæ mihi innoteſcat, ſcripta exſtat noſtri hujus Sancti Vita; verùm, etſi ſic habeat nec ullo modo omnia, quæ geſſerit, ſingillatim edocendo ſim, id totum equidem, quod de ejus ſeu ſedis tempore, ſeu reliquiarum tranſlatione, ſeu cultu eccleſiaſtico, ſeu denique memoria in Faſtis ſacris alicunde expiſcari potui, lectori hic veluti ſub unum conſpectum ponere ob oculos aggredior.*

proximè ante S. Baſſianum Laude ſediſſe à Ferrario indicatur;

2 *Martyrologos ſeu hagiologos bene multos, qui plures quotidie cælites in Faſtis ſacris, à ſe contextis typorumque beneficio vulgatis, recenſent, ſedulò ſcrutatus, abs illorum dumtaxat binis, Ferrario videlicet & Caſtellano,* Julianum *hodie commemorari inveni. Ac Ferrarius quidem, à quo id tam in Catalogo Sanctorum Italiæ, quàm in altero generali fit,* Julianum *eccleſiæ Laudenſi novemdecim annos ante S. Baſſianum, & quidem nullo omninò hunc inter & illum medio, præfuiſſe, utrobique, ùt apparet, indicat; hinc autem factum, ut Caſtellanus, qui, Ferrarium ſecutus, hodie quoque, ùt jam inſinuavi, in Martyrologio ſuo univerſali* Julianum *celebrat, obiiſſe hunc circa annum* 380 *in margine notârit. Cùm enim, utì Ughellus tom.* IV *Italiæ Sacræ col.* 894 *docet, Baſſianus fuerit anno* 378 *Laudenſium creatus epiſcopus, idque haud dubiè habuerit Caſtellanus perſpectum, hinc ſimul & ex eo, quod proximum Baſſiani in ſede Laudenſi deceſſorem ſtatui à Ferrario* Julianum *conſpiceret, fuiſſe hunc è vivis anno circitèr* 380 *ſublatum, martyrologus ille in animum induxerit. Aſt an verè ſedem Laudenſem proximè ante S. Baſſianum occupavit* Julianus?

3 *Hunc inter & Baſſianum, quem exſtitiſſe* Juliano *poſteriorem, inter omnes convenit, Dionyſius & Genebrardus medii in eccleſiæ Laudenſis Tabulis, prout in epiſcopis Laudenſibus tom.* IV *Italiæ ſacræ col.* 893 *Ughellus docet, ponuntur. Eſſe quidem è tabulis illis ſeu epiſcoporum Laudenſium Catalogo expungendum Genebrardum, ipſemet Ughellus loco cit. inſinuat, utpote affirmans, eum exſtitiſſe epiſcopum, non Laudenſem, ſed Laudunenſem in Galliis, qui à Sigeberto, Flodoardo & Hincmaro nec non Nonis Septembris in Additionibus ad Uſuardum à Molano, & in Præſulum Laudunenſium Catalogo à Claudio Roberto memoratur ac porrò anno* 500 *exſtitit in vivis; verùm, ait pag.* 89 *in ſua Laudenſium Epiſcoporum Serie emendata typiſque Mediolanenſibus anno* 1763 *vulgata Franciſcus Zaccaria,* Fruſtrà Ughellus Laudenſibus ſanctum hunc Antiſtitem (*Genebrardum ſcilicet*) eripere conatus eſt, quòd anno D in Laudunenſi eccleſia Genebrardus quiſpiam ſederit. Triginta ſupra centum annorum intervallum, quod inter utrumque intercedit, monêre illum debuerat, alium eſſe Laudenſem, alium Laudunenſem Genebrardum. *Ita ille, neque verò ineptè; etſi autem eodem ſec.* IV, *quo Genebrardus Laudenſis ſedit, ſediſſe pariter Laudunenſem, tantiſper etiam daremus, nihil tamen inde, quod ex epiſcoporum Laudenſium albo delendum Genebrardum evinceret, poſſet concludi.*

verùm duo alii, Genebrardus videlicet, è Laudenſium antiſtitum albo,

E

contrà ac ratus eſt Ughellus, haud expungendus, & Dionyſius,

4 *Quid ni enim duæ diverſæ eccleſiæ duos diverſos nominis ejuſdem epiſcopos uno eodemque tempore habuiſſe queant? Adhæc de Laudenſium epiſcopo, à ſcriptoribus ſuprà laudatis ac nominatim à Molano, Nonis Septembris ſeu quintâ menſis hujus die memorato, actum apud nos ad diem illum jam eſt, iſque, tam à martyrologis ac ipſomet Molano, quàm à ſcriptoribus omnibus aliis ibidem allegatis, non* Genebrardus, *ſed* Genebaudus *aut certè* Genebaldus *conſtanter nuncupatur. Rectè itaque epiſcopis Laudenſibus accenſetur Genebrardus, neque adeò eſt, cur vel cum Ughello ſuprà laudatas, in quibus id fit, eccleſiæ Laudenſis Tabulas, vel Laudenſe à Zaccaria lucubrationis ſuprà memoratæ pag.*89 *citatum Martyrologium, in quo ad* XV *Kalend. Januarias annuntiatur ſibique in ſede Laudenſi ſucceſſorem habuiſſe Baſſianum Genebrardus aſſeritur, erroris inſimulemus. Aſt quid de Dionyſio, qui, in dictis eccleſiæ Laudenſis Tabulis Genebrardo proximè præmiſſus, in iiſdem non ſecùs atque hic,* Julianum *inter & Baſſianum, ùtì jam monui, medius ponitur, dicendum? Enimverò nec ille, ùt apparet, ex epiſcoporum Laudenſium Catalogo expungendus, etſi interim*

AUCTORE C.B. *interim nec antiquum à Tabulis illis distinctum, in quo memoretur, fidei integræ documentum reperiri, tantisper etiam daretur; inde enim, Dionysium quidem non aliunde quàm ex iisdem Tabulis vindicari Laudensibus posse, at non itidem episcopum, nomine* Dionysium, *qui Laude* Julianum *inter & Bassianum medius sederit, nullum exstitisse, conjectarium efficeretur. Ast nullumne etiam re ipsa reperitur documentum hujusmodi?*

ab Athanasio, in cujus textu à Lequieno hic assignatum

5 *In novissima Operum S. Athanasii, quæ, Benedictinis Congregationis S. Mauri monachis curantibus, Parisiis anno* 1698 *prodiit, editione tom.* 1, *part.* 1 *à pag.* 225 *usque ad pag.* 319 *exhibetur sancti illius Alexandrini archiepiscopi anno* 356 *scripta ad Constantium imperatorem Apologia, in qua inter episcopos, quos sibi ille, dum abs hujus fratre Constante Augusto Mediolanum anno* 346 *accitus ibidem cum eo colloqueretur ac de synodo œcumenica, Sardicæ convocanda, tractaret, adfuisse num.* 3 *prodit,* Διονύσιον ὁ ἐν Ληΐδι ἐπίσκοπον, *Latinè, ut laudati Benedictini monachi interpretantur,* Dionysium, Leïdis episcopum, *occurrit; ibi autem Dionysium, Laudæ seu, ut melius & communius civitas hæc vocatur, Laudis Pompeiæ in Insubria episcopum, designari, Baronius, qui antiquiori Athanasii editione usus, non* Leïdis, *sed* Leïdæ *legit, in Annalibus ecclesiasticis ad annum* 346 *in margine indicat, eique in magno suo Dictionario Geographico ad vocabulum* Leida *Martiniereus & in sua suprà adhuc laudata lucubratione pag.* 87 *& seq. Zaccaria adstipulantur. Nec ut perperam id abs illis fieri credam, Lequienus, qui loco cit. Dionysium, non qui Laudis Pompeiæ in Italia, sed Elidis in Achaia exstiterit episcopus, designari ab Athanasio corruptéque apud hunc* ὁ ἐν Ληΐδι *pro* ὁ ἐν Ηλίδι *librariorum errore exaratum, in Oriente Christiano tom.* 2, *col.* 195 *& seq. contendit, movere me potest. Neutrum enim satis probatum dat, nec, etsi Dionysium, qui Elidis in Achaia fuerit episcopus, loco suprà cit. designari ab Athanasio, tantisper etiam dederimus, propterea apud hunc* ὁ ἐν Ληΐδι *pro* ὁ ἐν Ηλίδι *librariorum vitio certò scriptum, erit dicendum.*

C *Librarii errorem*

6 *Isthæc enim Achaiæ civitas, quæ non rarò* Ηλὶς *vocatur, Græcè etiam Jubinde* Ηλεία, *ipsomet fatente Lequieno, nuncupatur, cúmque adeò more Ionum, qui* α *in* η *diphthongumque* αι *in* ηΐ, *diæresi adhibita, frequenter mutant,* Ηληΐη *etiam, formatoque inde novo vocabulo,* Ηληΐς *ab aliis eodem planè modo, quo* Αεία, *Latinè* præda, *ab Ionibus* ληΐη, *formatoque inde novo vocabulo,* Ληΐς *ab aliis vocatur, appellari non ineptè queat, apud Athanasium, si verè abs hoc Dionysius, qui Elidis in Achaia fuerit episcopus, loco cit. designetur,* ὁ ἐν Ληΐδι *ibidem non pro* ὁ ἐν Ηλίδι, *sed vel pro* ὁ ἐν Ηλίδι, *vel pro* ὁ ἐν Ηληΐδι *librarii errore exaratum, nemo non dixerit. Verùm enimverò vel uno etiam vel altero è duobus hiscè modis in civitatis, cujus Dionysius, ab Athanasio memoratus, exstiterit episcopus, nomine exarando à librariis esse erratum, haudquaquam est certum. Cùm enim Dionysium, qui Athanasio, cum Constante Augusto Mediolani colloquenti, adfuit, civitatis potiùs, quæ ab ista Insubriæ metropoli haud procul sita, quàm quæ multùm ab ea remota esset, exstitisse episcopum, verosimile appareat, quid ni etiam apud Athanasium loco cit.* ὁ ἐν Ληΐδι *pro* ὁ ἐν Λαύδι *potiùs, quàm vel pro* ἐν Ηλίδι *vel pro* ὁ ἐν Ηληΐδι *librariorum errore exaratum, Dionysiumque adeò exstitisse episcopum Italum, quales etiam plerique alii, ab Athanasio ibidem memorati, fuerunt, credamus?*

D

cubare, minimè est certum,

7 *Quid si etiam in civitatis, cujus Dionysius, ab Athanasio memoratus, episcopus exstitit, nomine exarando à librariis haud erratum, eamque adeò, quæ Latinè* Laus Pompeia *dicitur,* Ληΐδι *appellatione à Græcis aistingui dicamus? Ita equidem, quod à veritate admodùm abhorreat, nos haud prolaturos, opinor. Characteres quidem, quibus Latinè* Laus, *à characteribus, quibus Græcè* Ληΐς *scribitur, haud parum differunt; verùm propria tum urbium, tum regionum atque hasce inhabitantium nomina non iisdem semper Græcè, quibus Latinè, characteribus exarantur. Sic, ut rem vel uno, quod plurium instar sit, exemplo, ab ipsiusmet, in qua Laus sita est, regionis incolis repetito, probatam dem, hi, qui Latinè* Inubres *seu* In ubri *dicuntur, Græcè, nomine isthoc non nihil aliter scripto, à Polybio lib.* XI, *cap.* XVII Ἰσομβρες *nuncupantur. Etsi itaque Græcè* Ληΐς *iisdem, quibus Latinè* Laus, *characteribus haud exaretur, inde tamen, nomine isthoc haud fuisse illam Insubriæ civitem à Græcis appellatam, conjectarium non est. Nec id etiam conjequitur ex eo, quòd nullus scriptor antiquus, à quo Laudem* Ληΐδις *appellatione Græcè distingui, certum sit, inveniatur; id enim, cùm nullus pariter, qui vel quo, vel an alio, quàm* Ληΐδις, *nomine fuerit à Græcis antiquis* Laus *vocata, edoceat, reperiatur, impedire non debet, quo minùs fuisse hæc reipsa abs illis ac comprimis ab Athanasio ita vocata hicque adeò loco suprà cit. per verba* Διονύσιον ὁ ἐν Ληΐδι ἐπίσκοπον *Dionysium Laudis Pompeiæ in Italia. episcopum designásse, ob jam suprà allegata credatur.*

E

in apologia ad Constantium, uti hic una

8 *At verò, inquiet modò fortassis non nemo, episcopos omnes, quibus comitantibus, Athanasius, uti ipsemet loco suprà cit. refert, cum Constante Augusto Mediolani de synodo œcumenica convocanda anno* 346 *tractavit, synodo isti deinde anno* 347 *Sardicæ interfuisse, vero apparet simillimum; inter episcopos autem, qui apud Labbeum alioque Conciliorum editores leguntur eidem synodo subscripti, Dionysius quidem ab Achaia de Elida seu potiùs Elide, at non itidem Dionysius Laudensis comparet. Fateor, sic habet; verùm, hunc concilio seu synodo Sardicensi haud interfuisse ac proin loco suprà cit. ab Athanasio haud designari, conjectarium inde non esse, è jam nunc dicendis patescet. Is sanctus Alexandrinus episcopus Operum suorum part. suprà cit., pag.* 168 *& seq. episcopos* 284, *quorum alii synodo Sardicensi & interfuêre & subscripsêre, alii verò, etsi ei haud interfuissent, postea tamen ejusdem decreta subscriptionibus suis, non secùs atque illi approbavêre, nominatim recenset; episcopos autem haud pauciores certè, quàm nonaginta, concilio Sardicensi interfuisse, ex adnotatione, Athanasianis verbis ibidem à Benedictinis suprà laudatis subjecta, fit perspicuum, cúmque adeò præter episcopos sexaginta circitèr, qui apud Labbeum alioque Conciliorum editores concilio Sardicensi subscripti reperiuntur, plures adhuc alios eidem interfuisse sit certum, Dionysium*

F

AUCTORE C. B.

A *ſium Laudenſem epiſcopum dicto concilio haud interfuiſſe, ac proin in Apologia ad Conſtantium ab Athanaſio haud deſignari, neutiquam ſanè ex eo, quòd concilio iſti ſubſcriptus haud inveniatur, conſequitur.*

atque altera, tertiaque item, 9 *Nec eſt, quòd quis reponat, Dionyſium Laudenſem ne quidem inter* 284 *loco mox cit. ab Athanaſio enumeratos epiſcopos recenſeri; hoſce enim inter comparet unus, nomine* Dionyſius, *qui, cùm, eccleſiâ, cui præfuerit, non expreſsâ, memoretur, Laudenſi haud præfuiſſe, pro certo aſſeverari non poteſt. Adhæc, etſi loco proximè cit. Athanaſius ingentem ſanè epiſcoporum, qui ſynodi Sardicenſis decreta ſubſcriptionibus ſuis firmârunt, numerum ſuppeditet, in hoc tamen nonnullos etiam antiſtites, qui eidem ſynodo interfuerunt, eſſe omiſſos, Benedictini monachi plùs ſemel jam laudati in Adnotatione ſuprà dicta luculenter oſtendunt; quare, etſi nec Dionyſium, qui ſolus ex epiſcopis* 284, *quos concilio Sardicenſi ſubſcripſiſſe Athanaſius loco mox cit. tradit,*

B *nomine illo abs hoc ibidem diſtinguitur, exſtitiſſe cognominem Laudenſis eccleſiæ epiſcopum, tantiſper etiam daremus, inde tamen, concilio iſti hunc haud interfuiſſe ac proin nec ab Athanaſio in Apologia ad Conſtantium memorari, inferri haud poſſet. Verùm hîc alia modo adhuc difficultas occurrit. Dionyſius enim Laudenſis epiſcopus, quem loco ſuprà cit. ab Athanaſio deſignari arbitramur, vel Laudenſem ſedem, cùm ad hanc fuiſſet evectus, ad obitum uſque retinuit, vel ab ea, ùt Laudenſes contendunt, ad Mediolanenſem tranſivit.*

quæ in contrarium faciunt, difficultatibus 10 *Quòd ſi ad ſedem Mediolanenſem tranſierit, unuſque proinde ac idem cum S. Dionyſio, Mediolanenſi epiſcopo, ſit, oportet, ut, contrà ac putamus, à Dionyſio, per Athanaſium deſignato, ſit diverſus. Dionyſius enim, Mediolanenſis epiſcopus, ad* XXV *Maii diem, quâ colitur, in Opus noſtrum jam illatus, ante annum* 355, *ùt ibidem videre licet, imò verò jam inde ab anno* 352, *ùt Saxius in Mediolanenſium antiſtitum Hiſtoria tom.* 1, *pag.* 60 *docet, ſedem Mediolanenſem occupavit, cúmque Dionyſius, quem ſibi Mediolani anno* 346 *adfuiſſe, Athanaſius in ſua ad Conſtantium*

C *Apologia, anno* 356, *ùt ſuprà docui, ſcripta, prodit, in hac abs illo* Διονύσιῳ, ὁ ἐν Ἀγίδι ἐπίσκοπῳ, *Dionyſius Leïdis ſeu è dictis* Laudenſis epiſcopus *vocetur, certéque ibidem, ſi jam inde ab anno* 352 *ad ſedem Mediolanenſem à Laudenſi fuiſſet tranſlatus, non ſimpliciter Dionyſius Laudenſis, ſed* Dionyſius, tunc Laudenſis, nunc verò Mediolanenſis epiſcopus *ab Athanaſio fuiſſet vocatus, inde enimverò, Dionyſium Laudenſem epiſcopum, ſi à ſede Laudenſi ad Mediolanenſem fuerit tranſlatus unuſque proinde atque idem cum Dionyſio Mediolanenſi epiſcopo ſit, à Dionyſio, per Athanaſium deſignato, exiſtimandum diverſum, nemo non, qui rem vel obiter expenderit, concludet.*

elevatis, arbitramur, memoratus, Baſſianum inter & Julianum 11 *Quòd ſi autem idem Dionyſius, Laudenſis epiſcopus, quem nos equidem ab Athanaſio in Apologia ad Conſtantium deſignari putamus, ſedem Laudenſem, ad quam è dictis anno* 346 *jam fuerat promotus, ad obitum uſque ac proin, ſi non ultra, certè uſque ad annum* 356, *quo veluti adhuc vivens ab Athanaſio ibidem memoratur, occupârit, futurum fuiſſe, ut à Laudenſibus, prout fit, coleretur ùt Sanctus, haud videtur. Cùm enim, Dionyſio Mediolanenſi, Euſebio Vercellenſi & Lucifero Calaritano epiſcopis, qui, ut officio ſuo deeſſent, anno* 355 *in concilio Mediolanenſi ab Arianis & Conſtantio Auguſto adduci haud potuêre, exceptis, vix non omnes alii Italiæ epiſcopi, horum minis ac pollicitationibus cedentes injuſtæ Athanaſii damnationi tunc ſubſcripſerint, quammaximè ſanè, ne Dionyſius, Laudenſis epiſcopus, qui nuſquam vel ab Athanaſio vel à ſcriptoribus aliis ob ſuam in fide conſtantiam laudatur, id pariter, turpiſſimâ nomini ſuo notâ inuſtâ, fecerit, eſt verendum. Crediderim itaque Dionyſium non alium, quàm ipſummet, qui die* XXV *Maii à Mediolanenſibus colitur, Dionyſium Mediolanenſem epiſcopum, à Laudenſibus ea ipſa die coli, hunc-que abs illis cum ejuſdem nominis epiſcopo, quem ſibi ſeu eccleſiæ ſuæ eodem circitèr, quo ille floruit, tempore habuerint præpoſitum, perperam confundi.*

ſederunt, hicque, quem veroſimiliter anno demùm 380 *circitèr haud obiiſſe, inde conſequitur,* 12 *Hinc interim, re etiam vera, cùm id alioquin facturi fuiſſe haud videantur, eodem circitèr tempore, quo Dionyſius, Mediolanenſis epiſcopus, Mediolani ſedit, præfuiſſe ipſis Laude epiſcopum, nomine* Dionyſium, *non ineptè argueris. Jam verò, cùm hæc ſic habeant, ac proin non tantùm Genebrardus, ſed & Dionyſius, loco ſuprà cit. ab Athanaſio memoratus, qui è dictis jam inde ab anno* 346, *imò verò, utì ex infrà dicendis veroſimile evadet, aliquanto etiam citiùs ad ſedem Laudenſem fuerit evectus, Baſſianum inter &* Julianum *ſediſſe videatur, conſectarium ſit, ut hic veroſimiliter, non anno demùm, prout Caſtellanus è jam dictis vult,* 380 *circitèr, ſed ante annum* 346 *& quidem haud prorſus modico ante hunc ſpatio obierit. Verùm mox tempus, tam quo id acciderit, quàm quo cathedram Laudenſem* Julianus *aſcenderit, paulò etiam propiùs, utcúmque potero, determinaturus, hîc primùm tertiuſne, an primus aut ſecundus Laudenſes inter antiſtites ſederit, inquiro. Tertio hoſce inter loco in antiquis eccleſiæ Laudenſis monumentis numerari* Julianum, *Ughellus loco ſuprà cit. ſcribit. Aſt Ferrarius, in duobus ſuis Sanctorum Catalogis ſibi non ſatis conſtans, in horum altero, Generali videlicet, quartum, in altero verò, qui ſolos Italiæ Cælites complectitur, tertium exſtitiſſe inter Laudenſes epiſcopos* Julianum, *tradi affirmat.*

F

quemque non tertium, 13 *Interim nec hagiologus iſthic, nec Ughellus epiſcopum ullum, qui Laude ante* Julianum *ſederit, nominatim recenſet; etſi autem Zaccharia lucubrationis plus ſemel jam laudatæ Diſſertatione* 2, *cap.* 1, *nonnulla de antiquis, quorum alter* Maluſius, *alter* Jacobus *fuerit vocatus, Laudenſibus epiſcopis diſſerens, id faciat, nihil tamen adjungit, unde horum, non dicam, primum, quem, veluti certò commentitium, nemo non explodat; ſed vel ipſummet ſecundum Laude umquam ſediſſe, ſat probabile evadat. Adhæc, ſeſe & non eſſe eum, qui omnes, quos Laudenſes ante Baſſianum* epiſcopos *vocant, fuiſſe verè charactere epiſcopali inſignitos, exiſtimet, & facilè, ut primo ac ſecundo æræ Chriſtianæ ſeculo proprios Laude non conſediſſe epiſcopos credat, adduci poſſe, præfatus, tandem, paucis dumtaxat adhuc, quæ, an tum Laude tantus, cui regendo proprius epiſcopus requireretur, , exſtirit fidelium numerus, dubium efficiunt, præmiſſis, ſubjungit:* Equidem S. Julianum pri-

AUCTORE C. B.

mum Laudensi ecclesiæ episcopum lubens adsignarem. Diocletianææ enim persecutionis furor, qui Laude dirum in modum sævit, Christianorum animos ita percellere potuit, ut singulari episcopo indigêre viderentur, qui dispersos cogeret, atque ad nova, si Deo libuisset, subeunda certamina alacres redderet inflammaretque. *Hæc ille, qui, quamvis sic seje in opinionem, quæ* Julianum *statueret primum Laudensis ecclesiæ episcopum, propensum non objcurè prodat, posteà tamen pag.* 34 *in Laudensium episcoporum serie Anonymum, qui cùm mille amplius & quadringentis Laudensibus in teterrima Diocletiani & Maximiani persecutione pro fide in ignem conjectus concrematusque sit,* Juliano *præponit; verùm Ferrarius, qui ad* XXIV *Julii diem in utroque suo Catalogo ex Actis, secum ab ecclesia Laudensi, ùt ait, communicatis, numerosam illam Martyrum classem profert, nullum hisce episcopum Laudensem accenset, eosdemque ad dictam Julii diem inter Prætermissos rejecêre, nec facilè, tanto numero fuisse cives Laudenses in persecutione Diocletianæa pro fide occisos, sola Ferrarii auctoritate admittendum, decessores nostri duxêre; neque verò immeritò: laudata enim, è quibus à Ferrario accepti, Acta aut, si mavis, horum, quod is in Sanctorum Italiæ Catalogo suppeditat, compendium nullam omninò, ùti quisque, qui id attentè expenderit, haud difficulter agnoscet, fidem meretur.*

B

Sed primum potiùs inter Laudensis eccle.iæ episcopos numeraris,

14 *Verum, etsi, quæ hac de re modò disserui, sic, ùt dixi, habeant, ac proin nec Laudensem, qui ante* Julianum *sederit, episcopum Anonymum, nec Laudensium, qui pro fide unà cum hoc in persecutione Diocletianæa occubuerint, tantum numerum, quantum Ferrarius assignat, admittendum opiner, Laude tamen in hac non paucos martyrio fuisse affectos, probabile utcúmque evadit ex eo, quòd, ùt Zaccaria loco proximè cit. docet, in marmorea, quæ in ecclesiæ S. Petri Laudæ veteris ara principe fuit reperta, arcula plures hodieque adserventur Martyrum reliquiæ, vetustaque, à qua haud temerè recedendum, fuisse hosce sub Diocletiano passos, ferat traditio; cùm verò id ita sit, è diro, quo persecutio Diocletianæa in Laudenses sævierit, furore haud parùm hosce fuisse perculsos, verosimile apparet, cúmque adeò facilè, ut, qui verosimiliter Mediolanensi episcopo hactenùs paruissent, statim post illam singulari ac proprio, quo, ut erigerentur, indigere videbantur, episcopo fuerint donati, factum esse queat, enimverò suprà è Zaccaria proposita opinio, quæ* Julianum, *post teterrimam Diocletiani persecutionem anno circitèr* 305 *aut* 306, *utì mox docebo, Laudensium episcopum creatum, primum inter omnes horum antistites statuit, haud quaquam mihi displicet. Nec, ut aliter animo comparatus sim, facere queunt antiqua, in quibus, utì ex Ughello jam docui, tertius dumtaxat inter Laudenses episcopos* Julianus *numeratur, ecclesiæ Laudensis monumenta. Præterquam enim quòd tempus, quo circitèr fuerint conscripta, nec ab Ughello, nec, quod sciam, ab ullo alio definiatur, meritóque adeò, an sufficientis ad fidem vel utcumque faciendam antiquitatis sint, dubitari possit, episcopi, qui Laude, quò sua monumentis illis fides stet, sedisse ante* Julianum *dicuntur, certò sunt vel commentitii, vel fuisse charactere episcopali insigniti probari haud queunt.*

C

15 *Ast quid modò de tempore, quo ad sedem Laudensem* Julianus *fuerit promotus, dicamus? Post teterrimam Diocletiani persecutionem circa annum Domini* 305 *id accidisse, Ughellus loco suprà cit. affirmat. Nec est, cur certò à veritate hic aberrare existimetur. Nihil quidem, quo assertionem suam probatam det, adjungit; verùm nihil pariter, quod hanc à veritate indubiè esse alienam, vel utcúmque suadeat, aliunde occurrit, cúmque non pro arbitrio confictam, sed vel è documentis antiquioribus, vel saltem è traditione haud temerè rejicienda ab Ughello haustam, sit putandum, rationi consonum apparet, ut, quamdiu nil solidi, quod in contrarium faciat, fuerit adductum, fuisse re ipsa Sanctus ad sedem Laudensem circa annum* 305 *promotus credatur. Attamen, cum in Italia, in qua Laus Pompeia sita, persecutio Diocletianæa anno demum, utì ex iis, quæ suprà in S. Hedistio num.* 4 *adduxi, pronum est colligere,* 306 *finem acceperit, nec, nisi eâ finitâ,* Juliani *in præsulem Laudensem electio, ùt Ughellus tradit, acciderit, hæc anno potiùs* 306 *aut* 307, *quàm* 305 *innectenda videtur. Nec, quò minùs id fiat, obstat ipsemet Ughellus. Dum enim, fuisse* Julianum *circa annum Domini* 305 *Laudensium electum antistitem, scribit, hæc ejus verba duorum facilè annorum latitudinem, ùt nemo non fatebitur, patiuntur, rectéque adeò ad annum* 306, *imò & ad* 307 *possunt extendi.*

D

anno circitèr, ùt credere par est, 305 *ad hanc gubernandam promotus,*

E

16 *Porrò idem Ughellus, tempore primùm, quo circitèr ad sedem Laudensem* Julianus *fuerit evectus, assignato, mox etiam, quamdiu hanc occupárit, nos docet, loco mox iterum cit. de Sancto sic scribens:* Sanctè piéque (*ecclesiæ Laudensi*) præfuit annos 18, menses octo, dies 19, atque cessit, cùm octuagesimum secundum ageret annum; *quibus verbis disertissimè non tantum quot annis, sed & quot mensibus ac diebus ecclesiam Laudensem Sanctus administrárit, determinat, cúmque sic, quin singulorum ex his, quo id facit, numerum è sibi prælucente, in quo hic fuerit expressus, monumento longè antiquiori acceperit, vix ullum relinquat dubitandi locum, habet sanè, quo non paucos ad sibi ea in re assentiendum inducat; etsi autem Ferrarius, qui, nulla omninò mensium ac dierum mentione facta, annorum dumtaxat, quos* Julianus *Laude sedit, numerum assignat, horum ultimum, quem incompletum fuisse, mox recitata Ughelli verba produnt, pro completo accipiat, Sanctum tamen non plures, quàm novemdecim annos, ecclesiæ Laudensi præfuisse scribit. Quare, cùm is hagiologus, qui antiquissimum, in quo id legatur,* Juliani *epitaphium pro se citat, ad amussim ferè hic cum Ughello consonet, nec duobus hisce scriptoribus fidem illa in re denegare quidquam suadeat, ecclesiæ Laudensi annos circitèr novemdecim præfuisse* Julianum, *tutò, ùt apparet, credi potest. Jam verò, cùm ab anno* (*hic enim & emortuale Sancti tempus utcúmque determinari convenit*) 306 *circitèr, quo, ùt credere è dictis par est, sedere Laude* Julianus *cœpit, computati anni circitèr novemdecim, post quos in episcopatu ibidem exactos vitâ functus tutò, utì è dictis apparet, credi potest, ad annum circitèr* 324 *deducant, consectarium*

F

anno circitèr 324 *obiisse, tutò, ùt apparet, credi potest,*

A *ſectarium eſt, ut circa poſtremum hunc annum vitam hanc mortalem cum immortali commutâſſe tutò pariter credi queat.*

Laudeque Veteri, ubi fuit ſepultus,

17 *Ac id quidem tum factum, non certum, ſed, quemadmodùm è jam dictis nemo non ſtatuet, probabile dumtaxat eſt; contrà verò, ut de Sancti ſepultura modò loquamur, fuiſſe eum Laude Veteri ſepultum, ſat certum apparet; etſi enim Ferrarius & Ughellus, qui Sanctum ibidem, & quidem in S. Petri eccleſia, conditum fuiſſe, affirmant, nullo aſſertionem ſuam probent monumento antiquo, veritati tamen eſſe hanc conſonam, videri poteſt vel ex eo indubitatum, quòd Sanctum alibi, quàm ubi fuerat epiſcopus, ſepultum fuiſſe, nullo planè è capite vel credibile vel veroſimile appareat. Adhæc, cùm tranſlatio, quâ is ex infrà dicendis Laudem novam delatus poſtea fuit, veroſimillimè è loco, quo fuerat ſepultus, fuerit peracta, hinc ſanè, fuiſſe Sanctum Laude Veteri ſepultum, non parùm confirmatur; inde enim fuiſſe Laudem Novam tranſlatum, docet non modò tam Ferrarius, quàm Ughellus, verùm*

B *etiam apud Zaccariam lucubrationis ſuprà laudatæ pag.* 209 *Laudenſe ſec.* XVI *Ms., quo is ſæpe ujus, ad* IV *Nonas Julii Martyrologium, ſimul etiam, unde tempus, quo circitèr factum id fuerit, colligas, ſuppeditans ſequentibus his verbis:* Laude S. Alberti de Quadrellis, noſtræ urbis epiſcopi ac patroni minùs principalis, pietate in pauperes ac miraculorum gratiâ inſignis, qui unà cum S. Galdino archiepiſcopo mediolanenſi adverſus ſchiſmaticos tempore Alexandri III. P. M, apprimè laboravit & cum eodem, multis corporibus ac reliquiis Sanctorum in urbe diruta repertis, S. Juliani corpus ad urbem novam tranſtulit. *Ita illud, fuiſſe* S. Juliani *corpus in urbe diruta ſeu, quæ anno, ùt ſuprà vidimus,* 1158 *fuit exciſa, Laudenſi Veteri repertum indeque Laudem Novam tranſlatum, luculentiſſimè ſanè indicans.*

Laudem Novam inter annum 1167 *& annum* 1174 *tranſlatus,*

18 *Verùm quandonam id factum? S. Albertus*, de Quadrellis *cognominatus, à quo Sancti noſtri corpus Laude Veteri repertum indeque Laudem Novam tranſlatum, è laudato eccleſiæ Laudenſis martyrologo docemur, ad* IV *Julii diem, quâ Laude colitur, in Opus noſtrum exſtat illatus, cúmque, ùt ibidem ex Acerbo Murena, auctore æquali, docuimus, ad ſedem Laudenſem anno* 1168 *fuerit promotus, oportet, ut tranſlationem, quâ* Juliani *corpus Laude Veteri ad Novam detulit, intercepto inter annum* 1167 *& annum ab obitu ſuo proximum, temporis ſpatio peregerit. Quò itaque iſthoc habeatur compertum, in annum, cui S. Alberti mors innectenda, hic inquirendum. Hanc cum Ughello, qui, Lateranenſi, quod anno* 1179 *Alexander III celebravit, concilio S. Albertum interfuiſſe, ejuſdemque anni* IV *Julii die, cùm inde ad eccleſiam ſibi creditam eſſet reverſus, exceſſiſſe è vivis, tom.* IV *Italiæ Sacræ col.* 918 *ſcribit, deceſſores noſtri, de Sancto iſto ad* IV, *ùt jam indicavi, Julii diem tractantes, dicto anno* 1179 *illigavêre; verùm, non S. Albertus, ſed proximus hujus in ſedem Laudenſem ſucceſſor Albericus Lateranenſi iſti concilio, utì apud Harduinum Concil. tom.* VI, *part.* 2, *col.* 2058 *fas eſt videre, interfuit & ſubſcripſit. Adhæc Zaccaria lucubrationis jam ſuprà ſæpiùs cit. pag.* 211 *& ſeq. affert inſtrumentum autenticum, anno* 1174, *quem id in fine exhibet,* AUCTORE C. B. *confectum, quod, hoc ipſo anno ſententiam Mediolani contra monachos in domini Alberici, Dei gratiâ Laudenſis epiſcopi, favorem latam fuiſſe, huncque adeò jam inde ab eodem anno* 1174 *Laude ſediſſe, fidem facit; cùm autem ſic habeat, certè litteræ, quibus Alexander III anno* 1177 *tranſlationem novæ civitatis Laudenſis è veteri loco ratam habuit, Albericì, non verò, ùt Ughellus ait, S. Alberti, temporibus fuerint conceſſæ, cúmque adeò hic non anno demùm* 1179, *utì è jam dictis opinatus eſt Ughellus, ſed anno, utì ob rationes modò allegatas aliaſque, quas addit, Zaccaria ſtatuit,* 1173 *exceſſerit è vivis, tranſlatio, quâ* S. Juliani *corpus è Laude Veteri ad Novam is detulit, eo temporis ſpatio, quod annum* 1167 *inter & annum* 1174 *interceſſit, indubiè acciderit.*

ibidem à longiſſimo jam tempore cultus fuit.

19 *Aſt, an eodem quóque tempore cultus Sanctis proprius* Juliano *Laude deferri incepit? Nullum quidem, è quo id jam tum ibidem factum conſtet, antiquum ſideque dignum monumentum invenio; verùm, fuiſſe equidem* Julianum *à tempore immemorabili ſeu centum* E *ampliùs annis ante annum* 1633, *quo, ne venerabiles Servi Dei, tanto temporis ſpatio ante annum iſtum haud culti, deinceps colerentur, Urbanus VIII inhibuit, pro Sancto à Laudenſibus habitum ac ùt talem ab iiſdem cultu publico ac Sanctis proprio honoratum, apparet indubitatum. Certè eum ſeculo ſeptimo decimo, imò & multò antè cultu eccleſiaſtico Laude fuiſſe affectum, Ferrarius, feſtivam illius lucem quotannis ibidem* XII *Octobris die celebrari, in Sanctorum Italiæ, qui anno* 1613 *prodiit, Catalogo docens, mihi omnino ſuadet, idque ipſum pariter præſtat Ughellus, utpote in Opere plùs ſemel jam cit., quod anno* 1652 *excuſum notatur,* Julianum *accenſens Sanctis, quos centenis, imò & ducenis ampliùs annis cultu eccleſiaſtico ante Urbani VIII ætatem fuiſſe Laude gaviſos, extra omnem controverſiam eſt. Adhæc Ludovicus Taberna, ab anno* 1579 *uſque ad annum* 1616, *ùt Ughellus Operis mox iterum cit. tom.* 4, *col.* 985 *& ſeq. docet, Laudenſium epiſcopus,* S. Juliani *corpus, arcâ argentea incluſum, in cathedralis Laudenſis eccleſiæ altare ſubterraneum majus, utì apud Zaccariam lucubrationis* F *ſæpiſſimè jam cit. pag.* 85 *Mrl. Laudenſe hodie diſertè notat, collocavit, id veroſimillimè non facturus, niſi* Julianum *à longiſſimo jam tempore pro Sancto habitum ac ùt talem à Laudenſibus cùltum fuiſſe, habuiſſet perſpectum.*

ac porrò hodieque colitur.

20 *Laudenſe Martyrologium, hodie, quod dixi, faciens, apud Zaccariam loco cit. ſic habet:* Laudæ S. Juliani, ejuſdem civitatis epiſcopi & confeſſoris ſanctitate clari, cujus corpus, arcâ argenteâ incluſum, Ludovicus Taberna epiſcopus Laudenſis in altare ſubterraneum majus cathedralis noſtræ collocavit; *ex hîce autem ejus verbis,* Julianum *hodieque cultu, Sanctis deferri ſolito, Laude affici, fas etiam eſt colligere. Cùm enim corpus ejus ſub eccleſiæ cathedralis Laudenſis altare ſubterraneum majus fuiſſe à Ludovico Taberna collocatum ferant, nec, quin ſacrum iſtud pignus ibidem adhuc ſervetur, ambigendum ullo modo ſit, haud dubiè per* S. Juliani *non ſecùs atque per aliorum, quorum reliquiæ vel ſub vel in altari iſto quieſcunt, Sanctorum merita à ſacerdote, dum Sacris operaturus id aſcendit,*

AUCTORE C. B. *aſcendit, oratione, quæ verbis niſce*, Oramus te, Domine, per merita Sanctorum tuorum, quorum reliquiæ hîc ſunt, & omnium Sanctorum, ut indulgere digneris omnia peccata mea, *concipitur, adhibita, modò adhuc ſolet divina Clementia implorari; implorare autem per Sanctorum merita divinam Clementiam eoſdem qualicumque cultu Cælitibus proprio venerari eſt. Nec quin hodieque, quod Ferrarius è dictis ætate ſua factum prodit, feſtiva* Juliani *lux quotannis Laude* XII *Octobris die colatur, dubitandum reor.* D

DE S. OPILIO DIAC. CONF.

PLACENTIÆ IN ITALIA

J. B. F.

SYLLOGE.

De Sancti cultu, geſtis, ac tempore, quo floruiſſe & obiiſſe creditur.

SECULO V. *S. Opilius Placentiæ hac die Officio proprio,*

PLacentia, *nobilis Galliæ Ciſalpinæ ad Padum fluvium urbs epiſcopalis*, S. Opilium *die* XII *Octobris colit Officio ritûs duplicis, ùt liquet ex Placentinæ eccleſiæ Officiis propriis, à Sacra Rituum Congregatione* XXIII *Martii anno* MDCII *&* XV *Aprilis* MDCIII *Romæ approbatis & Claudii Rangoni ejuſdem eccleſiæ antiſtitis juſſu anno* 1635 *impreſſis, ubi ad* XII *Octobris Officium duplex de* S. Opilio *præſcribitur, & additur:* Quievit in Domino quarto Idus Octobris, tota facie mirum in modum radiante, ejuſque corpore (quod in Æde beati Antonini, cui tam aſſiduè ſanctéque inſervierat, honorificè conditum fuit) ſuaviſſimum odorem ſpirante. *Sancti noſtri memoriam ad hunc diem etiam celebrat Ferrarius in ambobus ſuis Sanctorum Catalogis. Ac id quidem in horum altero, Generali nempe, paucis his verbis facit:* Placentiæ S. Opilii diaconi. *Plura autem dat in Catalogo Sanctorum Italiæ, ſed ea mox ex Officio, ex quo ille ſua deprompſit, lectori legenda proponam. Caſtellanus, qui in Mrl. Univerſali de* S. Opilio *nullam mentionem facit, in laudati Operis Supplemento illum non duodecima, ſed prima Octobris die ſequentibus verbis celebrat:* Placentiæ ad Padum S. Opilii diaconi, cujus corpus in dictæ civitatis eccleſia, S. Antonino dicata, quieſcit. *Laudatum Caſtellanum, qui hunc ex Indice ad Ferrarii Catalogum Sanctorum Italiæ, ubi Sanctus noſter prima Octobris die notatur, veriſimiliter hauſit, in aſſignanda ipſius obitûs die haud ſequimur, verùm adhærentes Ferrario, qui tum in Generali, tum in Particulari Sanctorum Italiæ Catalogo* S. Opilium *ad duodecimam Octobris diem, ùt ſtatim vidimus, rectè annuntiat, Sanctum noſtrum eadem etiam Octobris die mortalem vitam cum immortali commutâſſe, cum Officiis propriis Placentinis dicimus.* C

quod hic deſcribitur, 2 *Quod modò ad* S. Opilii *geſta ſpectat, ea Petrus Maria Campi in Hiſtoriæ Placentinæ, Italicè ſcriptæ, parte prima pluribus verbis refert; at cùm non alias Sancti noſtri res præclarè geſtas (ſi quædam miracula, poſt ipſius ex hac vita migrationem patrata, quæ lectori riſum potiùs quàm pietatem movent, exceperis) quàm quæ in ipſius Officio continentur, laudatus Campi ſine vade enarret, ipſius lucubrationem hîc recudere, neceſſe haud duxi; accipe modò præclara Sancti noſtri facta, quæ in cit. Officio recitantur, cujus quarta & quinta lectiones ſic concinnatæ ſunt:* LECTIO IV. Opilius diaconus, ab ineunte ætate pietati deditus, Placentiæ claruit: interfuit tranſlationi corporis ſancti Antonini martyris, acolyti officio functus. Adoleſcens ita divino igne accenſus erat, ut nihil aliud, niſi cæleſtia ejus animus meditaretur. Tanto templi ſancti Victoris, quod nunc ſancti Antonini dicitur, deſiderio tenebatur, ut inde vix umquam diſcederet, jejuniis & obſecrationibus Deo ſerviens die noctuque, ſæpiſſimè etiam totos dies jejunus tranſigens, quæ pro reficiendis viribus mater illi mittebat, egenis libenti animo elargiebatur, cibo alio longè præſtantiore; pia meditatione & aſſidua ſacrarum literarum lectione uſus. E

quotannis colitur. 3 LECTIO V. Quanta verò humilitate & manſuetudine, patientiâ quoque ac vigilantiâ, cæteriſque virtutibus enituerit, vix oratione ulla explicari poteſt: admirandus enim omnibus ob ſingulares ejus virtutes erat. Cùm aliquando in cellula ſua oraret, vidit Gelaſius frater natu minor angelorum multitudinem cum eo loquentem, ſimulque vocem audivit: "Sinite parvulos venire ad me; talium "eſt enim regnum cælorum." Signis autem ac miraculis ſanctus Opilius illuſtris fuit; ægrotos enim ſanavit, dæmones ex hominum corporibus ejecit, aliaque multa mirabiliter egit, quibus illius ſanctitatem notam Deus eſſe voluit. Denique beatus Vir bonorum operum meritis cumulatus, quievit in Domino quarto Idus Octobris, tota facie mirum in modum radiante, ejuſque corpore (quod in æde beati Antonini, cui tam aſſiduè ſanctéque inſervierat, honorificè conditum fuit) ſuaviſſimum odorem ſpirante. Hujus etiam tranſlationis memoria, quæ in eadem eccleſia olim à Fabritio epiſcopo Placentino ſolemniter acta eſt, quotannis ibidem ſexto Idus Maii recolitur. *Hæc in Officio, ad quæ obſervo ſequentia. De S. Antonino martyre hîc memorato, apud nos actum eſt ad diem* IV *Julii; de S. Gelaſio, Sancti noſtri fratre natu minore, ad diem* IV *Februarii. Fabritius, qui* S. Opilii *corpus ſolenni feſto tranſtuliſſe hîc dicitur, teſte Ughello in Catalogo epiſcoporum Placentinorum tomo* F

A 2 *Italiæ Sacræ col.* 233 *editionis noviſſimæ, Placentinam cathedram ab anno* 1476 *uſque ad annum* 1508 *occupavit.*

4 *Hæc de Sancti noſtri cultu rebuſque geſtis dicta ſufficiant. Reſtat, ut, quo tempore eccleſiam Placentinam cùm acolythi, tùm diaconi miniſterio* S. Opilius *illuſtrârit, &, quo tempore ad meliorem vitam tranſlatus fuerit, indagemus. In citato Officio, ipſum tranſlationi corporis S. Antonini martyris, acolythi munus obeuntem, interfuiſſe legimus; verùm nullam ibidem notam chronologicam, quâ tempus, quo ſacræ illæ exuviæ ſolenniter elevatæ fuerint, determinari poſſit, eſt reperire. Similiter Acta S. Sabini ſive Savini, diœceſis Placentinæ epiſcopi, in noſtro Opere ad diem* XVII *Januarii edita, S. Antonini corpus abs hoc ſancto antiſtite inventum & ſolenni feſto tranſlatum fuiſſe, teſtantur; at eadem Acta nullatenus tempus, quo hæc tranſlatio celebrata fuerit, exprimunt. Ex his proinde nec tempus nec annum, quo ſub S. Sabino Sanctus noſter acolythi munere functus fuerit, definire* B *poſſumus. Si tamen ſcriptoribus, qui hujus ſancti antiſtitis meminêre, fides ſit adhibenda, fuit ille, ùt etiam citato ſuprà loco in noſtro Opere dictum eſt, æqualis S. Ambroſii, atque, poſtquam per* 45 *circitèr annos eccleſiam hanc rexiſſet, ſub exitum quarti à Chriſti ortu ſeculi ex hac vita migravit. Hinc conſequens fit,* S. Opilium, *quem ſub S. Sabino acolythi munus exercuiſſe, modò conſtat, intra ſuprà dictos ſeculi quarti annos eccleſiam Placentinam exornâſſe.*

Tempus, quo floruiſſe

5 *Nunc in tempus, quo Sanctus noſter mortalem vitam cum immortali commutârit, inquiramus. Inter ſcriptores, qui* S. Opilii *meminêre, haud convenit de anno, quo ad meliorem vitam tranſlatus ſit. Ferrarius in Annotatis ad Catalogum SS. Italiæ Sanctum noſtrum circa annum* 420 *obiiſſe aſſerit: Caſtellanus ipſum circa* 410 *vivere deſiiſſe, in margine notat: Petrus Maria Campi, quem ſuprà laudavimus, illum reparatæ Salutis anno* 450, *ætatis verò* 41 (*errat hîc Campi, ætate provectior* S. Opilius *obiit, ſi anno* 450 *adhuc in vivis exſiterit, cùm ſec.* IV *ipſum acolythi munus exercuiſſe ex dictis conſtet*) *ex hac vita migraſſe ſcribit. Cui jam horum ſcriptorum, nullam ullius vetuſti monumenti auctoritatem nullamque hujuſce chronotaxis rationem allegantium, aſſentiendum ſit, indicare non auſim. Interim certum eſt,* S. Opilium *poſt S. Sabinum obiiſſe, cùm ipſius frater natu minor Gelaſius, qui, ùt in noſtro Opere ad diem quartam Februarii videre eſt, Sancto noſtro adhuc in terris agente, nondum adoleſcens factus ex hoc mundo diſceſſit, à S. Mauro, S. Sabini ſucceſſore, qui,* E *ùt ad diem* 13 *Septembris in noſtro Opere dictum eſt, circa annum* CDXXX *ſedem Placentinam morte ſua vacuam reliquit, fuerit ſepultus. Hinc proinde,* S. Opilium *ſeculo quinto vivere deſiiſſe conficimus: verùm quia hujus ſeculi annum, quo æternam in cælis laborum mercedem receperit, determinare haud poſſumus, Sancti noſtri obitum ſeculo* V *in margine aſſignavimus.*

AUCTORE J. B. F. *& obiiſſe creditur.*

DE S. PANTALO SEU PANTULO
RAURACORUM EPISC. MART.
COLONIÆ AGRIPPINÆ
SYLLOGE CRITICO-HISTORICA.

D. A. B.

C F

§ I. Nomen Sancti in Faſtis ſacris; ejus reliquiæ in variis ſervatæ eccleſiis: difficultates à Schoëpflino propoſitæ: quis in illis convellendis ordo ſervandus.

ANNO CDLI. *Sanctum, cujus nomen Faſtis ſacris inſcriptum,*

Quem ad diem 30 *Auguſti memorant Mſs. Additiones Bruxellenſes ad Ujuardum Greveni, & quem SS. Urſulæ & Sociis virginibus die* 21 *Octobris comitem addit Mrl. Lubeco-Colonienſe,* S. Pantalum *aut* Pantulum *hodie celebrant Martyrologium Baſilienſe anno* 1584 *editum, Petrus de Natalibus in Catalogo Sanctorum lib.* 9, *fol.* 195, *Ferrarius in Generali Sanctorum, qui in Romano Martyrologio deſunt, Catalogo, Sauſſayus in Supplemento ad ſuum Mrl. Gallicanum pag.* 1180, *Gelenius in Faſtis piis & ſacris, quos in libro de Coloniæ Agrippinenſis Magnitudine pag.* 658 *& ſeqq. vulgavit, Caſtellanus in ſuo Univerſali Sanctorum Mrl. ac denique, qui Pariſienſe anno* 1727 *excuſum Martyrologium contexuit. Annuntiationem, quâ hic Sancti noſtri memoriam recolit, hîc lectori, quòd paucis multa complectatur, exhibeo. Sic habet:* Quarto Idus Octobris ſancti Pantali, qui, Rauracorum epiſcopus, Baſileæ ſediſſe creditur & Coloniæ mortuus; unde caput ejus hac die Baſileam relatum eſt. *Itaque Sanctum noſtrum tamquam præcipuum illius eccleſiæ patronum venerantur Alſatæ, inquit Grandidierus, Novæ Alſatiæ Hiſtoriæ ſcriptor, tom.* 1, *pag,* 258; *quarumdam autem Mss., quæ, ad Bollandum tranſmiſſæ, in hagiographorum Muſeo aſſervantur, Notularum auctor* S. Pantali *ſicut & S. Henrici imperatoris, de quo ad diem* 14 *Julii in hoc Opere actum eſt, nomen* colore, *ùt aiunt,* Rubricato, *antiquis*

AUCTORE D. A. B.

Basileënsis ecclesiæ Calendariis inscriptum, amborum imagines, tamquam præcipuorum patronorum, in fronte & Breviarii & Martyrologii exsculptas esse, & eorum festivam diem sub solemni ritu, quem vocant primæ classis, à Basilienſibus recoli asserit.

& quem speciali cultu Alsatæ seu Basilienses,

2 *Nec ab his dissonat Sudanus, S. J. presbyter, qui Basileam Sacram, anno* 1658 *Bruntruti editam, adornavit, ad Bollandum circa annum* 1644 *scribens & ad eum submittens Lectionem die* 12 *Octobris*, S. Pantalo *sacra, legi solitam & ex Proprio Basilienſis ecclesiæ anno* 1623 *edito depromptam, quæ sic habet:* Sanctus Pantalus omni virtutum & litterarum genere ornatus, ecclesiæ Basilienſi episcopus inſtitutus, omnia veri & boni pastoris officia diligenter implevit. Christianæ verò religioni propagandæ adeò deditus fuit, ut nihil, quod ad ipsam augendam pertinere judicabat, etiam certissimo vitæ proposito periculo intermiserit. Tandem, rebus in ecclesia ritè dispositis, secundo flumine delatus, ab Hunnis tum Germaniam vastantibus pro Christi no-

B mine cum S. Ursula & reliquo illo sacrarum Virginum choro trucidatus est. Corpus ejus apud Machabæos honorificè asservatur. Caput inde Basileam translatum est IV Idus Octobris, quo die solemnis ejus recolitur memoria. *Coloniæ ergò affigenda est sancti Martyris palæstra, sicut ex inferiùs dicendis meliùs patescet, licèt Ferrarius & Castellanus in Operibus superiùs laudatis verosimillimè ob cultum, qui à Basilienſibus* Pantalo *exhibetur, Basiliæ illum in hodierna annuntiatione arbitrati fuerint reponendum. A quo autem temporis spatio* S. Pantalus *ecclesiasticis honoribus gavisus fuerit, dicere haud queo. Verùm cùm ejus nomen nullis omninò antiquis Mrll. insertum sit, hinc dumtaxat seculo* XII, *quo sacrum ejus corpus in tumulo compositum è terra effossum fuit, ùt in hujus Sylloges decursu scripturus sum, cultum publicum ei exhibitum fuisse, facilè crediderim.*

ob ejus sacras reliquias penes se repositas venerantur,

C 3 *Novum procul dubio incrementum cœpit* S. Pantali *cultus, ubi variæ sacris, quæ è sepulcro ejus fuerant exstractæ, reliquiis ecclesiæ ditatæ fuerunt.* Exstat, *inquit Ursulæ Vindicatæ pag.* 1945 *Crumbachius*, sarcophagus ejus lapideus Coloniæ. Caput ejusdem religiosè ibidem colitur: quædam ejus reliquiæ sunt Tuitium anno 1156 translatæ. *Idem jam dixerat pag.* 682 *laudatus auctor ac præterea addiderat:* ..... Nonnullæ anno 1271 Trudonopolim deportatæ, ùt ex catalogo loci patet: aliæ argenteæ capsæ anno 1225 Idibus Julii in collegiata SS. Apostolorum ecclesia Colonienſi sunt insertæ à Waltero episcopo (*suffraganeo, ùt innuunt Novæ Galliæ scriptores tom.* 3, *col.* 689) cujus exstat ejus translationis autenticum documentum, adjectis indulgentiis. Sunt etiam aliquæ Basileam, & cranii opinor pars delata, quæ 12 Octobris ibidem piè cum festo Translationis olim colebantur: de quo Urstitius in Epitome Historiæ Basilienſis cap. 6. *De hac ultima capitis* S. Pantali *Basiliam translatione Annalium Dominicanorum Colmarienſium, quos Urstitius Germaniæ Historicorum tom.* 2, *pag.* 5 *& seqq. insertos anno* 1585 *vulgavit, auctor anonymus, qui Operi suo ultimam manum anno* 1303 *imposuit, ad annum* 1270 *sic habet:* Caput S Pantali episcopi Basilien-

D sis, qui cum sancta Ursula & sodalibus Coloniæ fuit decollatus, à viro provido atque discreto abbate ..... in Basileam delatum, ab Henrico episcopo Basilienſi receptum est cum magna reverentia. *Ejusdem Sancti brachium religiosè in thesauro canonicorum Arlisheimiensium ejusdem diœcesis asservatum docet Grandidierus Hist. Als. pag.* 258; *sed & quasdam in ecclesia SS. Virginum Coloniæ repositas Gelenius de Coloniæ Magnitudine pag.* 336 *scribit; duo verò ossa* quasi suras tibiarum *in monasterio Aldebergensi exstare, patet ex instrumento quodam, anno* 1646 *confecto, quod Ursulæ Vindicatæ Crumbachius pag.* 655 *inseruit. An aliæ* S. Pantali *sacræ exuviæ in sarcophago etiamnum repositæ maneant, cùm scriptorum nullus nos edoceat, de illis ultra verba non faciam.*

tamquam virum fictitium habet Schoëpflinus ob rationes

4 *Verùm quem tamquam præcipuum patronum habet ecclesia Basilienſis, quemque speciali ritu colit, hunc tamquam fictitium aliquem, proindeque ex Sanctorum albo expungendum reputat Joannes Daniël Schoëpflinus, historiographus Franciæ, in Argentoratensi Universitate eloquentiæ & historiæ professor, in opere anno* 1751 *vulgato, cui titulus:* Alsatia Illustrata, *tom.* 1, *pag.* 339, 340, 341 *&c. Rationes, quibus suam tuetur sententiam vir eruditus, quibusque adhærent nonnulli non infimæ notæ scriptores, ex opere ejus summatim depromptas hic exscribere haud pigebit.* Nullum historicorum, *inquit Schoëpflinus*, nec martyrologorum, nec eorum quidem, qui Ursulanum martyrium describunt, ante seculum xv reperio, qui Pantalum memoret. In Elisabethæ Schoënaugienſis, quæ sub Friderico I imperatore circa annum 1156 floruit, revelationibus Pantalus quidem recensetur: at hujus generis scripta in historicorum librorum censum nequeunt referri. Historici si aliquid subest, fabulis nimiùm obruitur. Seculo xv & sequenti demùm martyrologi quidam reperiuntur, qui Pantalum inter Ursulæ & sociarum comites martyresque collocant, nullo alio fundamento, quàm revelationibus Elisabethæ Schoënaugienſis innixi. Unde solâ Ursulæ Legendâ, quæ non nisi seculi XII partus est, omnis fors Pantali nititur. Hanc autem si inspicias, nec veram nec verisimilem F facilè deprehendes. *Galfredus Monumetensis, primus hujus martyrii scriptor, refertus est fabulis: paribus commentis scatet SS. Virginum è Britannia egressus, earumque in Gallicas oras, seu Coloniam Agrippinensem adventus, iter ad Urbem & ab Urbe per Alpes & Rhenensem ripam ad Colonienſem civitatem reditus.* Quum hac narratione, *pergit Schoëpflinus*, maxima traditionis reliquæ pars concidat, concidit quoque Pantalus, qui Româ redux & cum Virginibus, Coloniam Agrippinam redeuntibus, prosecutus iter, unà cum illis ibidem periisse dicitur.

hîc appositas, quæ,

5 *Nec magis, ut* Pantulum *pro fictitio haud habeamus, favet tempus, cui S. Ursulæ martyrium affigunt Crumbachius, Baronius, Pagius (addi possunt Henschenius & Papebrochius, qui de illo multa habuerunt) Browerus & alii, qui ad annum vel* 237, *vel* 383, *vel ad annum tandem* 451 *istud martyrium signârunt.* Quemcumque enim, *pergit Schoëpflinus*, ex his calculis sequamur, Pantalus omnibus historicarum rerum vel leviter

A ter gnaris, non potest non fabulosus videri. Verùm enimverò singulas has, qui amplexi sunt epochas, illi nec ad urbis Basilienſis, nec ad episcopatûs ejus origines & rationes, satis attenti fuerunt. Illis enim seculis Basilia vel nondum jura civitatis possedit, vel si possedit, episcopum certè non habuit, quum Augusta Rauracorum Episcopi sedes esse debuerit; quæ initio seculi quinti eversa, nec Rauracorum Augusta, nec Basilia, nec cæteræ ad Rhenum urbes toto seculi v decursu, habuerunt episcopos. *Hæc sunt, quibus* Pantali *episcopatum petit Schoëpflinus, argumenta, in quibus solvendis totus erit hujusce disceptationis nostræ scopus. Sed in ipso limine monitum volo lectorem, quod, etsi monumenta, quibus* S. Pantali *historia suis modis absoluta exeat, haud prostent, tamen argumenta, quibus illam impugnat & convellere aggreditur Schoëpflinus, talia non sint, ut statim ob ea* S. Pantalus *tamquam fictitius episcopus proindeque ex Rauracensium Episcoporum albo expungendus debeat videri: ex iis*

B *enim nullum omninò est, cui sat apta, sicuti in disceptationis hujus decursu patebit, dari nequeat responsio. Nec alia ferè spes erudito manet lectori, qui seculi* v *vel* VI *Historiam perlustrans per tot & tantas clades Alsatiæ incolis seu Rauracis ab Hunnis & Alemannis præsertim inflictas, post miserrimam civitatum, castellorum, oppidorum omnium subversionem, infausta hæc emetiri desiderat tempora. His positis, jam ad difficultates contra* S. Pantalum *propositas revertor.*

summatim quidem hic

6 *Et, ut à tempore, quo* S. Pantalus *martyrium fecit, initium ducam, si illud ad annum* 451 *signes, nihil erit, quod arguere possit Schoëpflinus. Enimverò talis erat Augustæ Rauracorum & Basiliæ seculi* v *initio, sicuti fusiùs dein dicturus sum, status, ut vel tum Basilia tamquam episcopi sedes haberi potuerit, vel Basiliæ, Augustâ Rauracorum variis attritâ cladibus, Rauracorum episcopus ineunte aut adolescente seculo quinto sedem figere debuerit.* 2° S. Pantali *nullam exstare mentionem in variis historicorum & martyrologorum, qui ante seculum undecimum floruerunt, operi-*

C *bus propter rationes, inferiùs adducendas, ultrò cum Schoëpflino fateor. Sed, quamvis certissima exstiterit Attilæ & Hunnorum, per maximam Galliæ & Belgii partem anno* 451 *grassatorum, memoria; vix tamen ullum scriptorum invenies, qui plenam hujus immanissimæ irruptionis narrationem, inquit Callesius Annalium Ecclesiæ Germaniæ scriptor tom.* 1, *pag* 376, *litteris mandaverit. Adeò enim mutata fuit rerum facies tantaque in omnibus hisce regionibus exstitit perturbatio, ut potiùs signata, quàm narrata, ab historicis aut ab chronologicis fuerit Attilæ irruptio. Ea enim per menses septem & ampliùs, à mense scilicet Aprili saltem, ad Novembrem usque, grassante, plurimos utriusque sexûs vel cujuslibet statûs fideles, episcopos, presbyteros, sacrasque virgines in hac crudelissima invasione, quâ tot urbes regionesque ferro & igni traditæ fuerunt, pro Christo mortem obiisse, verosimillimum apparet. Verùm præter Memorium & socios, de quibus in hoc Opere ad diem 7 Septembris actum est, in territorio Trecensi tum occisos, vix alterum aliquem sacris Ecclesiæ Gallicanæ*

Fastis inscriptum invenies. Quid ergò mirum, AUCTORE
si Pantali *nomen nec in Mrll., nec in historicorum operibus insertum legatur?* D. A. B.

7 *Sed & ne extra Alsatiæ limites longiùs excurram, nulla ferè provincia tot tantasque calamitates, quantas Gallica Rheni ora tum experta fuit, cùm, ipsomet Schoëpflino teste, Augusta Rauracorum, Nemetum, Vangionum, Basilienſium civitates ad Moguntinam usque urbem, igne & ense omnes tum direptæ fuerint & excisæ; neque tamen vel unum, qui de horum variorum locorum cladibus narrationem quamdam expressis verbis instituerit, scriptorem reperire est. Imò, quæ de Augustæ Rauracorum diversorumque seu oppidorum seu castellorum tunc temporis excisorum historia in suo laudato Opere habet, utique nonnisi ex ipsorum ruinis & ruderibus deprompsisse videtur eruditus Argentoratensis professor. Non mirum igitur, quod in hac tanta hominum strage* Pantali *memoria exciderit, illaque etiamnum deleta procul dubio maneret, nisi Sancti nostri sarcophagus in agro Ursulano effossus, eum ecclesiæ Basilienſi seu Rauracensi præpositum fuisse nos edocuisset: proindeque ex auctorum & martyrologorum silentio vix aptè, ut* Pantalum *fictitium probet, arguere potest Schoëpflinus.* 3° *An autem martyrologi, qui sec.* XV *& seq. Opus suum elucubrârunt, annuntiationem suam hodiernam de* S. Pantalo *ex S. Elisabethæ Schonaugiensi monasterio præpositæ, de qua ad* 18 *Junii actum est, revelationibus hauserint, an ab aliis eam acceperint monumentis, nescio. Facilè enim martyrologi illi ex cultu, quo à longo temporis intervallo apud Colonienses & Basilienses Sanctus gavisus erat, nomen ejus Fastis ecclesiasticis inserendi ansam sumere poterant, nec proinde illis S. Elisabethæ Schonaugiensis revelationes, quibus annuntiationem suam de* S. Pantalo *contexerent, erant necessariæ: sed, quod huic qualemcumque de SS. Virginum Ursulanarum &* Pantali *episcopi Basilienſis ab Colonienſi civitate ad Urbem, & ab Urbe ad Colonienſem civitatem peregrinatione traditionem, ex S. Elisabethæ revelationibus, de quibus silendum Papebrochius, illius S. Virginis Acta ad* 18 *Junii illustrans, prudenter arbitratur, haustam &, ùt videtur, seculo dumtaxat undecimo aut sequenti excogitatam, intexuerint, quid inde contra SS. Virginum martyrii aut* S. Pantuli *episcopatûs veritatem arguere queat Schoëpflinus, non video; cùm horumce veritas instrumentis, quæ, ùt ex statim dicendis patescet, S. Elisabethæ & Ecberti abbatis, qui germanæ suæ dicta scriptis mandavit, ætatem longè superant, fulciatur.* 4° *Ut autem* S. Pantali *sortem ab Ursulana Legenda pendere existimârit Schoëpflinus, ex eo factum opinor, quòd cùm Sancti martyrium ab medii ævi scriptoribus, Ursulanæ stragi aliquatenus illigatum ob causas infrà indicandas dicatur, eruditus professor, neglectis aliis, quibus SS. Ursulanarum Virginum martyrium adstrui possit, monumentis, non nisi de SS. Ursulæ & Sociarum Actis, seculo* XI *elucubratis, variisque, quibus fœdata sunt, commentis differens, totam suam ex his construat molem, ex qua sua in* S. Pantali *episcopatum & martyrium tela intorqueat vir eruditione aliunde præclarus. Sed cùm Acta illa, quæ tam gravi censura perstringit, nos pariter tamquam supposititia inter*

& breviter expensæ,

E

F

AUCTORE D. A. B.

fabulas amandanda exiſtimemus, ex S. Eliſabethæ revelationibus & ex aliis hujuſcemodi monumentis, ſec. XI *aut* XII *elucubratis, nihil omninò, ut Sanctum noſtrum, quem verè exſtitiſſe, aliunde probamus, fictitium oſtendat, poteſt elicere.*

diligentiorii cura in ſeqq. §§ *expendentur.*

8 *Aſt cùm ex impugnata Urſulani martyrii veritate everſam exiſtimet Schoëpflinus* S. Pantuli *epiſcopi veritatem, ut meliùs veſtigia arguentis premam, celeberrimi Urſulani agonis certitudo, indubitatæ fidei monumentis, quâ par eſt, brevitate adſtruenda mihi eſt: proindeque miſſis variis circumſtantiis, quibus infectum quidam medii ævi ſcriptores nobis illud tranjmiſerunt, hic iſtud dumtaxat, immenſam ſcilicet Virginum ſtragem, quam Urſulanum martyrium vocant, Coloniæ perpetratam authenticis monumentis aſſertam eſſe conſtantemque de ea vigere apud Colonienſes traditionem, probare aggredior. Alteram verò difficultatem ab Rauracenſis & Baſilienſis civitatum ſeculo* V *ineunte vel medio ſtatu petitam quamque haud levis momenti habet Argèntoratenſis profeſſor,* B *quâ decet, attentione perpendam, & ea perpenſa & perſtricta,* S. Pantalum *Rauracorum epiſcopum, Baſiliæ tum commorari aut, ſi lubet, ibidem cathedram pro temporum circumſtantiis figere, hincque Baſilienſem epiſcopum appellari potuiſſe arguet eruditus lector. Utque aliqua primis hujuſce eccleſiæ temporibus ſpiſſa admodùm caligine obvolutis lux accedat, de primis illius epiſcopis ſpecialis inſtituenda mihi viſa eſt diſceptatio eruditis, ùt opinor, futura haud ingrata.*

§ II. Difficultati ex SS. Urſulæ & ſociarum martyrio petitæ reſpondetur: hujus agonis veritas aſſerta: cur SS. Urſulanis Virginibus S. Pantalus dictus fuerit ſocius: de Sancti tumulo Coloniæ reperto & titulo ipſi indito: Martyrii tempus ſignatur.

C

Contra Schoëpflinum Urſulani martyrii veritas,

Præcipua, quam movet contra S. Pantalum, *difficultas, ex SS. Urſulæ & Sociarum martyrio, quod tamquam veritati imò & veriſimilitudini diſſonum habet Schoëpflinus, dejumpta, hic ſtatim perpendenda occurrit, cui, ùt apparet, probatum reſponſum exhibebitur, ſi celeberrimi hujuſce agonis veritas ex authenticis adſtruatur monumentis, reſciſſis tamen abs hoc variis, quibus Urſulanam hiſtoriam plerúmque medii ævi ſcriptores infecerunt circumſtantiis, de quibus ſpecialis ad diem* 21 *Octobris inſtituenda erit diſceptatio: verum igitur fuiſſe SS. Virginum martyrium Coloniæ Agrippinæ peractum, contra Schoëpflinum ab antiquis ſeu martyrologis ſeu aliis indubitatæ fidei monumentis hic probare ſuſcipio.*

10 *Et verò numeroſam hanc Virginum multitudinem Coloniæ pro Chriſto enectam expreſſis verbis nos edocet Wandelbertus, qui, ùt probant Franciæ litterariæ ſcriptores tom.* V, *pag.* 377, *circa annum* 845 *Mrl. ſuum contexuit, ſequentique ad* 21 *Octobris Virgines illas Colonienſes annuntiatione recolit:*

Tunc numeroſa ſimul Rheni per littora fulgent
Chriſto virgineis erecta trophea maniplis
Agrippinæ urbi, quarum furor impius olim
Millia mactavit, Ductricibus inclyta ſanctis.

Nec Urſulam, nec SS. Virginum millia, ùt notat Schoëpflinus, martyrologus noſter appellat, ſed Urſulam, quæ tamquam omnium regina ab omnibus exſtitiſſe vulgò traditur, dum Sanctæ Virgines ſub ductricibus ſanctis pugnâſſe *ſcribit, ſatis utique deſignat. Aſt cum Schoëpflino pag.* 340 *in Notis inquies,* de millibus hîc ſermo, non de XI millibus *Virginibus pro Chriſto enectis. Sed nec nos in hoc agone undecim Virginum millia trucidata fuiſſe contendimus: hunc enim numerum primò exhibet carta quædam Hermanni Colonienſis epiſcopi anno* 922 *confecta, quam in diſceptatione ſua de Urſulano martyrio edidit Fleienus pag.* 895 *& ſeqq.: dum tamen millia Virginum occiſa fuiſſe tradit Wandelbertus, quid his verbis aliud niſi ingentem admodùm pro Chriſto paſſarum numerum, quem Deus ſcit, indicat? Præterea ſi de Urſulanis Virginibus in Wandelberti annuntiatione mentio nulla ſit, ùt ſcribit Schoëpflinus, dicat ipſe, quas verbis ſuprà relatis hac die celebret antiquus ille martyrologus? illas procul dubio, quarum memoriam Colonienſis eccleſia recolit, Urſulam proinde & Socias, quas ſolemniori cultu die* 21 *Octobris re ipſa venerantur Colonienſes.* E

hîc tum ex Wandelberti Mrl.,

11 *Wandelberti verbis conſonat Miſſale quoddam Anglicanum, de quo Schultingus in ſua Bibliotheca Eccleſiaſtica, Crombachius Urſulæ Vindicatæ pag.* 998, *Sacrarii Colonienſis auctor pag.* 95 *ante* 900 *& ampliùs annos ſcriptum, cujus Calendario ipſi Operi affixo ad* 13 *Kalendas Novembris* Feſtum ſanctarum Virginum in Colonia *legitur inſcriptum. Colonienſium pariter de ſanctis Virginibus traditionem teſtantur Acta S. Cuniberti,* F *qui Colonienſi eccleſiæ juxta Novæ Galliæ Chriſtianæ auctores tom.* 3, *col.* 626 *circa annum* 626 *præfuit. Porrò ut in hujuſce ſancti Pontificis Actis, à Surio ad diem* 12 *Novembris editis & à ſcriptore ſuppari, quidquid in Notis ſuis ad diem dictam prævius Bailletus ſcribat, elucubratis, deprehenditur, jam tum exſtructa erat in Colonienſi civitate* Baſilica SS. Virginum, *quæ etiamnum in agro Urſulano intra civitatis mœnia exſtat. Proindeque ſeculis* IX, VIII, *imò &* VII *medio, id eſt, non niſi ducentis annis ab earum martyrio, quod anno* 451 *affigendum apparet, elapſis, ex hacce baſilica ſuper earum tumulum aut in loco, quo terræ mandatæ fuerant, exſtructa, martyrii SS. Virginum veritas, ſeu de eo traditio aſſerta manet.*

tum ex aliis eccleſiaſticis monumentis

12 *Colonienſium etiam traditioni favent haud pauca monumenta, quæ Crombachius à pag.* 776 *ad* 801 *uſque edidit, vel quæ laudárunt Fleienus pag.* 895 *&* Gelenius *in libro de Coloniæ Magnitudine pag.* 334, *quibuſque ab anno* 853 *ad noſtra uſque tempora eccleſiam hanc ante annum* 625 *exſtructam variis donis*

& ex variis cartis aſſertum, nec à veritate abhorrere,

AUCTORE D. A. B.

A nis privilegiisque donârunt aut conceſſa jam firmârunt Coloniæ epiſcopi Guntharius, Hermannus I, Wichfridus, S. Bruno, Piligrinus, Hermannus II, S. Anno, Sigewinus, Bruno II & alii. Iſthanc pariter teſtatur ager ille Urſulanus, de quo mox, abs SS. Urſulæ & Sociarum nomine & martyrio procul dubio ſic nuncupatus, intra quem fundata fuit eccleſia iiſdem Martyribus ſacra, & quo effoſſa ſunt ſepulcra, eruta Sanctarum corpora cum evidentibus cædis martyriique indiciis, ita ut, inquit Papebrochius in Paralipomenis ad Conatum in Catalogos Pontificum, ferreus ſit, qui tam antiquis fundamentis nixæ Colonienſium traditioni fidem omnem negare ſuſtineat. Igitur longè ante ſeculum XII conſtans erat de ſanctis Virginibus Coloniæ occiſis ibidemque ſepultis traditio; quæ cùm ab anno 600 per eccleſiam ipſis dicatam aſſerta ac firma appareat, ſeculo VI viguiſſe, imò à ſeculo V, quo ipſæ pro Chriſto paſſæ ſunt, initium cœpiſſe videtur, proindeque verum eſt SS. Virginum Urſulanarum martyrium.

B 13 Sed & illius hiſtoriam à veriſimilitudine haud alienam fuiſſe, non temnendis rationibus probârunt Browerus in Venantii Fortunati librum tertium à pag. 61; Fleienus in ſua de Urſulano martyrio diſceptatione & Papebrochius mox laudatus; ſive ſacras Virgines è Britannia egreſſas terrâ marique jactatas ſupponas, ſive eas dixeris è Gallia, Belgio vel etiam è Moſellanenſibus & Rhenenſibus oris ab Hunnis, huc & illuc barbarorum more diſcurrentibus, collectas & in ſervitutem adactas, ſive illas tandem Coloniam, tamquam ad refugium properantes, aſſerueris, quæ deinde ab Hunnis, è Catalaunicis campis ad ſua regredientibus furore actis, prope Coloniam in odium fidei & ob ſervandæ caſtitatis propoſitum captæ & enectæ ſint. Calleſii conjecturis fortè favebunt nonnullæ inſcriptiones antiquæ, Coloniæ, in partibus Rhenanis repertæ, de quibus Janus Grutherus à Schoëpflino Alſatiæ Illuſtratæ pag. 321 & 473 laudatus, quidam Auſonii poëtæ locus Epiſt. 18, quibus omnibus, Urſuli nomen, à quo Urſula dicta eſt, in hiſce partibus jam tum & quidem ante Hunnicam graſſationem haud ignotum fuiſſe evincitur. Sicque hæc ſancta virgo non ex Britannia, ſed ex Germania Prima aut Secunda oriunda dici poſſet. Verùm hæc ad 21 Octobris diſceptanda manent. Aſſertum ergò eſt, SS Urſulanarum Virginum martyrium nec veritati eſſe diſſonum, nec à veriſimilitudine abhorrere vel earum hiſtoriam, vel Colonienſium traditionem, quidquid in contrarium ſcripſerit Schoëpflinus, ùt ex laudatis auctoribus probare facile eſt.

imò nec illud à veriſimilitudine alienum fuiſſe, non infimæ notæ eruditi hic vocati probant.

C 14 At fortè dices, quid ad Pantali hiſtoriam hæc prolixa de Urſulano martyrio diſceptatio? Ut ſcilicet Schoëpflini, Pantali ſortem Urſulano martyrio annectentis, difficultates certiùs diluerentur. Cùm enim hujus martyrii veritatem evertendam ſuſcepiſſet, ita ut ea everſa S. Pantali ſortem eodem argumento everſam diceret Argentoratenſis profeſſor, arguentis idcircò veſtigia premere coactus, nonnulla de SS. Virginum Colonienſium martyrio diſceptanda habui, quibus aſſertis, S. Pantali ſors quodam modo adſtrueretur, vel potiùs, ut firmata hujus celeberrimi agonis veritate, jam ſaltem nihil contra S. Pantalum ex illarum martyrio Schoëpflino intorquendum ſupereſſet. Sed tandem, qua de cauſa S. Pantali hiſtoria SS. Virginum Urſulanarum martyrio à nonnullis aliquatenus annexa perhibeatur, nunc eſt dicendum.

Quare de hujus martyrii veritate hic diſceptatur.

15 Martyrologium Lubeco-Colonienſe in annuntiatione ad 21 Octobris, quâ SS. Urſulæ & Sociarum diem Natalem celebrat, & Mrl. Baſilienſis ſcriptor, ſicut & illi, qui S. Eliſabethæ Schonaugienſis & B. Hermanni Steinfeldienſis, de quo ad diem 7 Aprilis, revelationes ſcriptis exceperunt vel, ùt veroſimilius apparet, ſuis deturpârunt commentis, & nonnulli alii, qui hiſce temporibus de S. Pantalo aliquid ſcripſerunt, ſanctum Epiſcopum SS. Urſulæ & Sociis virginibus, ab Colonienſi civitate ad Urbem peregrinantibus aut ab Urbe Coloniam redeuntibus, ſocium addiderunt: quâ autem ratione adducti hoc præſtiterint ſuprà laudati auctores, non ſat video, niſi fortè ad hoc ſcribendum permoti fuerint eò, quòd ſarcophago ejus in agro Urſulano, in quo pleræque ſanctæ Virgines tumulo mandatæ fuerunt, anno circitèr 1155 reperto, hinc eum ſanctis Virginibus comitem dandi, Legendarum corruptores & falſarii anſam arripuerint. Et hæc eſt, ùt mihi videtur, potior ratio, cur à pleriſque ſcriptoribus S. Pantali ſors Urſulanæ hiſtoriæ quodam modo annexa dicatur. De iſthoc S. Pantali tumulo quædam notanda occurrunt.

his SS. Virginibus ſocius S. Pantalus dictus ob tumulum,

E

16 Sanctas Urſulanas Virgines alioſque martyrii ſocios pro Chriſto paſſos, ſepulturæ à Clematio quodam, ùt fertur, in agro, quem ab Urſula Urſulanum vocant, mandatos poſtea Solinus aut Aquilinus Colonienſi eccleſiæ circa annum 462 aut 509, ſicut ad hunc narrat Cointius, poſt multorum annorum inter pontificium præpoſitus, ùt tradunt antiqua Urbis monumenta, de quibus Fleienus in ſua de martyrio Urſulano diſceptatione pag. 893 & 894: Veteribus eruens locellis, lapideis iterum recondit mauſoleis. Porrò etſi horumce Mss. ætatem nos non edoceant Fleienus nec Grtwinus, qui ea ad concinnandam eccleſiæ SS. Machabæorum hiſtoriam adhibuit, nec proinde, quo in pretio ſint habenda, dicere queamus; cùm tamen iis, quæ vulgò tradunt Colonienſes, aut iis, quæ à ſeculo VII geſta ex aliis fontibus accepimus, haud diſſona contineant, non eſt, cur eorum non aſſentiamus aſſertioni. Sic igitur ſacra Martyrum corpora repoſita manſerunt, donec quædam eorum ſeculo VII & aliis ſuccedentibus ſeculis reperta digno & ſpeciali honore ab urbis Colonienſis civibus donata fuerint.

in agro Urſulano

F

17 Et quidem, ùt, cæteris prætermiſſis horumce Sanctorum corporum adinventionibus, ad celeberrimam illam, quæ anno 1155 & octo ſequentibus annis à Gerlaco monaſterii Tuitienſis abbate, cui, ùt teſtatur Gelenius de Coloniæ Agrippinenſis Magnitudine pag. 345, hæc cura præcipuè commiſſa fuerat, peracta eſt, veniamus, haud paucos ſarcophagos è terra tum eductos fuiſſe, teſtantur plerique hujus ævi ſcriptores, auctor cujuſdam inſtrumenti, hoc ipſo tempore confecti, quod ex monaſterii Tuitienſis archivio depromptum Crombachius tum Urſulæ ſuæ Vindicatæ pag. 490 inſeruit, & Ecbertus, qui huic tempori advixit & germanæ ſuæ S. Eliſabethæ dicta excepit, quæ deinde vulgavit Crombachius pag. 719 &

circa annum 1155 cum aliis effoſſum

AUCTORE D. A. B.

& ſeqq., cap. 4. Nec eſt, cur huic ſcriptori fides adhibenda non ſit, cùm nihil hic, niſi quod ipſe aut ſoror viderit, deſcripſerit. Hoc idem aſſerunt Trithemius in Chronico monaſterii Sponheimenſis ex variis monumentis & maxima cum diligentia, ùt ipſe in Oratione ipſi præfixa ſcribit, collecto & anno 1601 edito, ad annum 1163, & Browerus Annalium Trevirenſium auctor ad eumdem, ita ut circa hanc orbi Chriſtiano notam SS. Urſulanarum Virginum & Sociorum martyrum, in agro Urſulano ſepulturæ mandatorum, inventionem nullum omninò concipi queat dubium.

ùt ex hoc inſtrumento patet,

18 *Sed quod in primis ad ſcopum noſtrum pertinet, eodem omninò tempore, quo in agro Urſulano effoſſi fuerunt SS. Martyrum ſarcophagi, inventum etiam fuiſſe* S. Pantuli *tumulum, expreſſis verbis declarat auctor inſtrumenti, de quo num. prægreſſo, cujus verba hic ſubdo:* Incipiunt Revelationes titulorum vel nominum SS. Martyrum & Virginum. Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti 1155,

B Indictione quarta & continua novem ſequentium annorum revolutione, Romanum regente imperium Friderico cæſare, Romanæ quoque Eccleſiæ Pontificatum Adriano Papa IV adminiſtrante, præſidentibus etiam per ſucceſſiones S Colonienſi eccleſiæ archiepiſcopis, videlicet Arnoldo II, Friderico II & Reinoldo archicancellario, in eccleſia Tuitienſi Gerlaco abbate exiſtente, levata ſunt corpora SS. Martyrum & SS Virginum in ſuburbio Colonienſis civitatis, quorum nomina vel titulos in eorum ſepulcris inventos & in archivis ejuſdem eccleſiæ reconditos ad poſterorum notitiam, idcircò ſchedulis & apicibus dignum duximus adnotari, quia devotionem SS Martyrum, quos præter opinionem cunctorum viventium oculis noſtris transferri vidimus, & quorum inſuper corpora, vel titulos è tumulis manibus noſtris eduximus, in quibus etiam mille martyriorum ſigna adpeximus & venerati ſumus, arctius poſterorum memoriæ commendare curamus, ſingillatim ergò ſingulorum titulos, utì in lapidibus cum eis inventis exaratum eſſe perſpicitur, incipientes à majoribus, hoc modo

C digeſſimus. *Hic deſcribuntur tituli in variis tumulis reperti, inter quos, qui nonum obtinet locum,* S. Pantalo *epiſcopo Baſilienſi inſcribitur.*

& in eccleſia SS. Machabæis dicata Coloniæ aſſervatum,

19 *Hujus tumuli,* S. Pantalo *inſcripti, inventionis veritatem adſtruit Ecbertus haud ſemel laudatus cap. 4 Revelationum S. Sororis ſuæ, quas, ut diximus, litteris commiſit. Illum autem ſarcophagum in eccleſia Machabæorum nunc dicta & in agro Urſulano civitatis Colonienſis multis abhinc ſeculis conſtructa, exſtare & exſtantem ſe vidiſſe, pag. 542 & 1045 Urſulæ Vindicatæ docet & innuit Crombachius. Idem jam docuerant ac teſtati fuerant Cratepolius lib. de Sanctis Germaniæ Epp., Coloniæ anno 1592 vulgati, pag. 117 & 118, auctor, qui Proprium eccleſiæ Baſilienſis edidit, cujus meminit Sudanus Baſileæ Sacræ pag. 17, & Mss. in Muſeo Bollandiano aſſervata, à Patre Gamanſio de Opere noſtro bene merito tranſmiſſa: quorum omnium aſſertionibus* S. Pantali *tumulum apud Machabæos repoſitum eſſe, haud obſcurè probatur. Verùm, inquies, nulla iſtius ſarcophagi exſtat memoria, vel apud Winheimium, qui in ſacrario ſuo Agrippinenſi, de reliquiis in eccleſia SS. Machabæorum aſſervatis ſermonem inſtituit, vel apud Gelenium, qui has etiam Sanctorum exuvias ibiaem repoſitas in ſuo de Coloniæ Magnitudine opere pag. 533 enumerat. Sed quid de horumce auctorum ſilentio arguendum, niſi quod minori, quàm quâ par erat, diligentia de his omnibus ſeu reliquiis, ſeu tumulis olim repertis ſcripſerint? Enimverò Cratepolius Winheimio æqualis, & Crombachius, qui Gelenio coævus erat, de hoc* S. Pantali *tumulo, apud Machabæitas aſſervato, expreſſum exhibent teſtimonium; ſed & Winheimius, dum de ſanctis in hac eccleſia aſſervatis reliquiis ſermonem facit, pag. 265* lapidea *ſepulcra, per templi gyrum repoſita, ibidem videri aſſerit, nec tamen, ad quos pertineant, nos edocet. Gelenius verò quaſdam* S. Pantali *reliquias in eccleſia SS. Virginum aſſervatas eſſe, ſcribit. Utut ſit, quid contra hujus tumuli in Machabæorum eccleſia aſſervati veritatem ex iſtorum duorum ſcriptorum ſilentio, aliis numero pluribus eum ibi exſtare aſſerentibus, erui poſſit, non video.*

D

E

cui titulus ſequens

20 *In iſthoc autem* S. Pantali *ſarcophago aliquot ejus martyrii indicia inventa fuiſſe, ſicut illud contigiſſe de aliis narrant ſcriptores mox appellati, veroſimillimum apparet. Quæ autem fuerint hæc martyrii indicia, edicendo non ſum; ſed iſtud imprimis notandum occurrit, Gerlacum ſcilicet, Tuitienſis monaſterii abbatem, cui celeberrimæ corporum Urſulanorum Sociorum Martyrum inventionis cura commiſſa fuerat, cuique, ùt num. 18 dicitur, nonnulla de titulis in ipſis tumulis repertis ſuſpicio inciderat, de tumulis ipſis, ſicut & de variis martyrii indiciis in ipſiſmet ſarcophagis inventis, nullum omninò concepiſſe dubium; proindeque eum illos tumulos, ſicut veros & ratos, non verò de novo efformatos & ſuppoſititios habuiſſe, haud leve indicium eſt. Igitur tamquam verum* S. Pantali *ſepulcrum cum aliis anno 1155 repertum habendum eſſe, opinor, nec video, qua de cauſa minimum quis de illo movere poſſit dubium; longè autem aliter de titulo in ipſomet* S. Pantali *tumulo reperto, qui licèt aliqua additione auctus, non illicò tamen, utpote ad aliquas veritates hiſtoricas indagandas, ùt mox edocebo, aliquid conferens, eſt abjiciendus, ſentiendum exiſtimo.*

F

inditus hîc cum aliis titulis perpenditur, ex quibus nonnulli

21 *Titulus ille ſic habet:* Pantalus, Baſileënſis epiſcopus, Virgines ſacras cum gaudio ſuſceptas Romam perduxit, unde reverſus Coloniam pervenit, ibique cum eis martyrium ſuſcepit, & S. Grata Junior. *Hunc etiam titulum, iiſdem ferè verbis conceptum, exhibet Ecbertus Revelationum S. Sororis ſuæ cap. 6 Urſulæ Vindicatæ pag. 715. Nonnullos etiam titulos huic ſat ſimiles & in variis etiam ſarcophagis inventos Crombachius Operi ſuo inſeruit, quibus alios, ſed ſimpliciores, utpote unius dumtaxat perſonæ nomen, cui littera S præfixa eſt, complectentes ſubnexuit; quid autem de* S. Pantali *titulo ſeu potiùs de aliis in SS. Virginum ſeu Sociorum martyrum ſarcophagis repertis ſentiat Papebrochius, qui jam in ſuo Conatu ad Catalogum Pontificum, titulum Cyriaci tumulo inditum pag. 31 gravi cenſura multaverat, manifeſtant, quæ in Paralipomenis ſuis ad Conatum in Catalogo Pontificum pag. 41 ſuppeditat, ſequentia verba:* Sepulcrales porrò tituli, qui ſolis quidem nominibus conſtant, ſinceri poſſent

A æſtimari, ceteri verò verbis quibuſdam additis aucti eſſe, ad fidem faciendam fabuloſæ, quam neſcio, quis fuerat commentus, Legendæ; ſed tantum abeſt, ut additamenta iſthæc vel prætenſarum Revelationum libri credibilitatis aliquid Legendæ concilient; ut propter evidentia, quibus ſcatent, fictionis indicia, detrahant potiùs. *Nec mitiori judicio* S. Pantali *titulum perſtrinxiſſet vir eruditus, ſi illius examini datus fuiſſet locus. Quo autem tempore variæ illæ additiones veris ac genuinis titulis acceſſerint, hic paucis inquirere non abs re erit.*

circa annum 1155 22 *Eas omnes acceſſiones, ſeculo ſcilicet quinto, quo ſancta Virginum Urſulanarum turma martyrium perpeſſa eſt, enatas aut elucubratas fuiſſe, nullus, ùt opinor, antiquitatis utcúmque gnarus exiſtimabit. Nec enim ſeculi quinti genium ſapiunt, nec, ùt Papebrochii ſuperiùs laudati utar verbis, ad hæc tempora ſunt* referibiles; *imò eas elapſo ſeculo nono adinventas fuiſſe ad credendum eò lubentiùs adducor, quòd inter hæc additamenta legatur illud S. Paſtolaſii tumulo inditum, quo dicitur* archiepiſcopus Agrienſis Ungaricus. *Etenim Hungaria, in qua Agria civitas, indubiè non priùs, quàm cùm Hungari, in Tranſilvaniam appulſi, ſedes fixas in iſta Pannoniæ regione habuerunt, eo nomine donata eſt; aſt ſi Stiltingum, S. Stephani regis ad diem* 2 *Septembris num.* 32 *&* 33 *Commentarii prævii Acta illuſtrantem, & Prayum, Annalium Hunnorum ſcriptorem, qui pag.* 322 *de Hungarorum in Pannoniam adventu ſpecialem diſceptationem inſtituit, audias, hoc non niſi anno* 889 *contigiſſe dicendum erit: quare, cùm non niſi elapſis his temporibus, hæc vox* Hungaricus *S. Paſtolaſii tumulo indi potuerit; iſque adeò vel totus confictus vel corruptus certò ſit, quàm maximè ne aliis ſepulcrorum titulis quid ſimile tum acciderit, eſt veredum.*

adaucti, 23 *Sed & ſeriùs quidem illud contigiſſe innuere videntur Gelenii & Ecberti, qui ſeculo* XII *floruit, verba, quæ ſic habent:* Reperta ſunt, *inquit Gelenius in libro de Coloniæ Agrippinenſis Magnitudine pag.* 345 *circa annum* 1156 *& novem inſequentibus,* in pluribus inſcripta variorum SS., quorum ibidem reliquiæ continebantur, nomina. Quæ res cùm difficultates ac dubitationes non paucas excitâſſet, miſſa ſunt ex hiſce reliquiis inventis corpora duo in Schonaugiam Benedictini inſtituti monaſterium, in quo tum ſpiritu prophetiæ florebat S. Eliſabetha; *ſed adhuc rem dilucidioribus verbis exponit Ecbertus Revelationum S. Sororis ſuæ cap.* 4 *ſic ſcribens:* In tempore eodem (*anno ſcilicet* 1156) reperta ſunt inter ſepulcra virginum multa corpora ſanctorum epiſcoporum atque aliorum magnorum virorum. Erantque in monumentis ſingulorum repoſiti lapides habentes titulos ſibi inſcriptos, quibus dignoſcebantur, qui aut unde fuiſſent. Horum præcipuos & maximè notabiles tranſmiſit ad me (Eliſabetham) ex ſuprà dicta urbe (Colonienſi) præfatus abbas, Gerlacus, ſperans aliquid mihi per gratiam Domini de eis poſſe revelari & cupiens certificari per me, utrum credendum eis eſſet, an non. Habebat quippe ſuſpicionem de inventoribus ſanctorum corporum, ne fortè lucrandi causâ titulos illos doloſè conſcribi feciſſent. *Hæc porrò ultima verba, quæ à lectore notentur, digna ſunt.*

24 *Igitur ea, quam conceperat Gerlacus, ſuſpicio ad titulos ipſis ſarcophagis inditos dumtaxat, non verò ad tumulos ipſos, quos ùt veros genuinoſque habebat Tuitienſis abbas, ſpectabat, ſed & aliam mihi ſuſpicionem injicit, iſthæc Gerlaci, qui timebat, ne* ſanctorum corporum inventores lucrandi causâ *titulos conſcribi feciſſent, dubitatio. Enimverò, cùm hiſce temporibus, undecimo ſcilicet & duodecimo ſeculo nova quædam SS. Virginum & Sociorum earum conficta fuiſſet hiſtoria, cui multa de earumdem peregrinationibus variaque de Epiſcopis, Cardinalibus Principibuſque, quos in ſocietatem ipſæ adſciverant, erant admixta, facilè evenire potuit, ut titulos martyrii eorum tempore nudos ac ſimplices diverſis hiſce figmentis titulorum eorumaem ſcriptores adauxerint, quibus, quæcumque de SS. Virginibus Urſulanis & earum Sociis portentoſa efferebantur, ſplendido iſthoc ac novo inſtrumenti genere credibilia magis redderent dictiſque ab hoc major accederet auctoritas; qua de cauſa nova* B *hæc additamenta, quibus tituli illi in SS. Virginum & Sociorum tumulis reperti, infecti ad nos pervenerunt, ſeculo circitèr* XII *affigenda mihi videntur.* E

hic primigeniæ ſimplicitati reddantur. 25 *Verùm cùm, ùt Papebrochius ſuperiùs laudatus conjectat, hæ adjectiones titulis inditæ, ut quamdam Legendæ Urſulanæ fidem adderent, videantur adinventæ, num fieri poteſt, ut, reſciſſis omnibus illis acceſſionibus ſeu figmentis, quibus infarta apparet SS. Virginum hiſtoria, tituli nudi ac veri, quales ab Clematio aut Solino ſeu Aquilino aut ab alio quocumque, qui SS. Martyrum corpora ſepulturæ tradi curavit, elaborati fuerint, appareant? An non v. g. titulus,* S. Pantalo *inſcriptus, primigeniæ ſinceritati reſtitueretur, ſi, rejectis aliis vocibus, quibus medii ævi temporibus fuit adauctus, hæc tumtaxat verba retineret,* S. Pantalus, epiſcopus Baſileënſis? *Et quidem hæc vocum à falſariis additarum reſciſſio Sacrarii Agrippinenſis haud admodùm diſplicuit auctori, qui pag.* 90 *ſic ſcribit:* Dico, fieri potuiſſe, quod inter prælules, qui multi in comitatu S. Urſulæ fuerunt quidam Cyriacus nomine, cæteris honorabilior exſtiterit, ideoque Pontificis titulum ſit adeptus, quemadmodùm ex variis hiſtoriis, ſpectabiliores olim ſacerdotes Papas nuncupatos fuiſſe, probari poteſt. Hinc Cyriacum Dei ſacerdotem aliquem in comitatu SS Virginum Pontificem nuncupatum, ſimpliciores pòſt fortè pro Romano crediderint. *Hac etiam reſciſſionis methodo uſus Novæ Italiæ Sacræ editor Coletus, qui tom.* 4, *col.* 691 *Epiſcoporum Novarienſium Indicem contexens, ab Maronio, quem titulus in ſepulcro ejus repertus tamquam Cardinalem exhibet, voces has* Novarienſis & Cardinalis *expungendas eſſe autumavit, nullumque de epiſcopi dignitate Maronio ab tituli auctore conceſſa movit dubium. Verùm, inquies, cùm à Maronii titulo hanc vocem* Novarienſis *reſcindendam exiſtimet Coletus, cur vox illa* Baſileënſis *titulo,* S. Pantalo *inſcripto, indita remaneret? Sed quominùs hæc vox deleatur, impedit ipſamet S. Martyris ſedes, quæ, utpote ad Rhenum poſita & à Colonienſi civitate haud multum diſſita, ab Colonienſibus, qui SS. Martyrum*

AUCTORE D. A. B.

tyrum corpora ſepulturæ tradiderunt, cognoſci & ſic in titulo expreſſa ad nos uſque pervenire facilè potuit. Tempus, quo S. Pantalus *martyrium ſubiit, hîc definire præſtat.*

Signato ergò non ad annum 238,

26 *Cùm de tempore iſthoc nihil omninò antiqui ſcriptores ſtatuant, illud proinde ab anno, quo immenſa SS. Virginum ſtrages Coloniæ Agrippinæ eſt peracta, quâque graſſante, S. Epiſcopus mortem paſſus, ùt ſuperiùs edocui, videtur, eſt repetendum. Aſt in illo aſſignando, non una exſtat inter eruditos ſententia. Prima eſt illorum, qui cum Crombachio SS. Virginum martyrium ſub annum* 238 *reponunt: ſecunda eorum, qui anno* 384 *illud alligant: tertia demùm anno* 451 *id ſtatuit affigendum, quo ſcilicet Attila, magno Hunnorum comitante exercitu, Germaniam utramque, Belgium & nonnullas Galliæ provincias ferro, igne & cœde fœdavit. Quæ controverſia cùm ſit ad diem* 21 *Octobris in primis diſceptanda, hîc, quæ ſunt ad meam ſententiam firmandam apta, breviter in medium proferam. Et verò illud præſertim eſt notatu dignum, quod omnes*

B *variarum harumce opinionum patroni, ſanctum illud Virginum agmen ab Hunnis trucidatum fuiſſe, unanimi voce propugnent. Hinc propria mole ruit Crombachii ſententia, quâ ad annum* 238 *hanc ſtragem perpetratam fuiſſe aſſerit. Tum enim nec Galliæ, imò vix Europæ incolis ante annum* 370 *aut circitèr cognita erat Hunnica gens, ex ſuis antiquis ſedibus egreſſa, ſicut eruditè probat Prayus Annalium Hunnorum ſcriptor pag.* 63 *& ſeq. Hanc inſuper opinionem propugnandam ſuſcepit Crombachius & alii, qui ſententiæ ejus faverunt, ut aliquis inter Pontianum & Anterum ſummos Pontifices Cyriaco cuidam, de quo ſilent omnes Catalogorum Romanorum Epiſcoporum ſcriptores, daretur locus; ſed quid de illo Cyriaco ſit cenſendum, docent Baronius & Papebrochius, qui illum ex ſacris Eccleſiæ Romanæ Indicibus, non quod, ſicut Schoëpflinus pag.* 341 *ſcribit, fictitiis Urſulani martyrii Actis tamquam SS. Virginum ſocius inſcriptus foret, ſed quod vel nulli omninò ſummorum Pontificum Catalogo inſertus vel quod ſub hoc tempus nullus Cyriaco in illis pateret locus,*

C *ideo hunc expungendum eſſe exiſtimârunt.*

nec ad 384,

27 *Licèt magni nominis patronos, Baronium nempe, Henſchenium Acta S. Servatii ad diem* 13 *Maii illuſtrantem, & Papebrochium mox laudatum & alios nacta fuerit ſecunda opinio, ſufficientibus tamen mihi non videtur fulta monumentis. Enimverò ſi Hunnorum hiſtoriam evolvas, eos ante annum* 451 *in Gallias non niſi tamquam auxiliares & ab Romanis ipſis accerſitos fuiſſe facilè deprehendes. Fruſtrà dices, Hunnos, qui ſacram Virginum turmam morte peremerunt, illos fuiſſe, quos ad ulciſcendam Gratiani necem Valentinianus II adſciverat; verùm illos nec in Gallias quidem penetrâſſe, S. Ambroſius Epiſt.* 7, *tom.* 2, *col.* 890 *poſtremæ editionis ſcribit, ſed eos* Galliæ appropinquantes per Alemanniæ terras, ad ſua reflexiſſe *edocet: nec igitur Coloniæ, Germaniæ Secundæ metropolis intra Gallias poſitæ, ſanctum Urſulanum agmen perimere potuerunt.*

Sed ad annum 451, *Sancti martyrio,*

28 *Potior ergò nobis apparet ſententia, quæ immenſam hanc Martyrum ſtragem anno* 451 *annectit; quæ autem fuerit Caſtellani, qui nullo ſignato anno,* & S. Pantuli & *SS. Virgi-*

num necem ſeculo dumtaxat quinto affigit, opinio, haud compertum habeo. Verùm multi eruditione illuſtres ſub annum 451 *iſthoc martyrium reponunt, Otto Friſingenſis lib.* 4, *cap.* 28, *Gotfridus Viterbienſis, Fleienus in diſceptatione de Urſulano martyrio pag.*380 *& ſeqq. Broverus Annalium Trevirenſium ad annum* 451, *Bucherius Belg. Rom. lib.* 17, *cap.* 3, *Calleſius Annal. Eccleſiæ Germaniæ tom.* 1, *pag.* 375, *Prayus Annal. Hunnorum pag.* 76, 156 *& ſeqq., auctor cujuſdam diſceptationis, Coloniæ anno* 1757 *editæ, eccleſiæ Pariſienſis martyrologus & haud pauci alii ſcriptores, quorum ſententiam eo lubentiùs amplector, quod ſi anno* 238 *aut* 384 S. Pantali *martyrium affigas, id vix ac ne vix quidem cum Auguſtæ Rauracorum & Baſiliënſis civitatis ſtatu componere poſſis, aſt longè aliter res ſe habebit, ſi illud anno* 451, *ùt mox edocebo, illiges: maximè cùm hoc dumtaxat anno Hunni, duce Attila, per Gallias graſſantes, illas cæde & omni calamitatum genere repleverint: econtrà etiamſi annis* 430, 435, 437 *&* 439 *in Gallias appulerint, eos tamquam auxiliares ab Romanis &* E *Aëtio accitos fuiſſe, luculentis probat ad hos annos Prayus argumentis, nec, cur huic ſcriptori aſſenſum quis denegare queat, video.*

hinc ex martyrio Urſulano perperam S. Pantali veritatem impugnat Schoëpflinus.

29 *Aſſerta igitur martyrii Urſulani non quidem, ùt Schoëpflino placet, ex S. Eliſabethæ Schonaugienſis Revelationibus aut ex Ecberti fratris ejus ſeu medii ævi auctorum dictis veritate ſignatoque ad annum* 451 *SS. Virginum Colonienſium martyrio, jam non concidit* S. Pantalus, *cujus ſors Urſulani martyrii ſorti aliquatenus annexa dicitur; quin imò, ùt opinor,* S. Pantali *hiſtoriæ quædam ex hoc accedit auctoritas, aut ſaltem ex Urſulani martyrii hiſtoriâ nullum, quo* S. Pantali *epiſcopatum aut martyrium petere queat, Schoëpflinus depromere poterit argumentum. Quod autem ad varias, quibus Urſulanarum Virginum ſeu martyrium, ſeu hiſtoriam quidam, quos appellat Argentoratenſis profeſſor, ſcriptores deturpârunt, circumſtantias ſpectat, cùm de his omnibus ad* 21 *diem Octobris fuſiùs agendum ſit, hîc de illis ſilere præſtat. Illud autem dumtaxat mihi notare liceat, etſi earum pleraſque tamquam commenta Schoëpflinus habeat, idcircò cum ipſis Urſulani martyrii tot tantiſque adſtructam monumentis non corruere veritatem. Iis enim & ſimilibus fabulis illa obſcurari poteſt; aſt, ùt ipſe fatebitur Schoëpflinus, deſtrui nequit: nec proinde* S. Pantali *martyrium, licèt nonnullis tenebris obſitum ad nos pervenerit. Sed nunc ſecundum præcipuumque Schoëpflini argumentum, ex Auguſtæ Rauracorum & Baſiliæ ſtatu deſumptum perpendendum mihi ſupereſt.*

F

§ III.

A

§ III. Secunda contra S. Pantalum difficultas, ex Auguſtæ Rauracorum & Baſiliæ ſtatu deprompta, expenditur: quis fuerit illarum civitatum ſeculo v ineunte aut medio ſtatus, inquiritur: ſedis epiſcopalis Rauracorum ſeu Baſilienſium origo.

Ex Rauracenſis ſtatu civitatis, cujus hic

B *Urbs Rauricum vel Rauracum, Rauracorum mater communis, quæ ſub Auguſto Veteranorum coloniâ aucta, inde Auguſtæ Rauracorum nomen accepit, in ſiniſtra ſeu Gallica Rheni ripa ad Ergitiam, vulgò* Ergotz *aut* Ergetz, *Filinamque fluviolos, qui, ubi in urbe illa conjuncti fuerint, uno oſtio devolvuntur ad Rhenum urbis ejuſdem mœnia olim alluentem, duobus milliaribus Francicis ſupra Baſiliam atque uno infra Rhinfeldam ſita eſt. Qualis quantaque fuerit iſthæc civitas, etiamnum paſſim indicant fori, amphitheatri, templorum & mœnium rudera, quibus è terra effoſſis & examinatis, haud ingratam hujuſce urbis delineationem Joannes Daniël Schoëpflinus Alſatiæ ſuæ Illuſtratæ pag.* 149 *& ſeqq. eruditorum oculis conſpiciendam exhibuit; hujus verba in hac brevi notitia ſcribenda, ſicut & in hujus* § *decurſu, ferè omnia deprompſi.*

varia fata paucis dantur,

31 *Varias experta eſt Rauracorum Auguſta fortunas, quas ſolita ſua eruditione proſequitur Argentoratenſis profeſſor; in florentiſſimo erat ſtatu hæc antiqua civitas ſicque ſubſtitit, quoad uſque, Alemannis Rheni oram occupantibus, diverſis cladibus attrita, civitatis nomine & jure ſpoliata & in caſtellorum claſſem amandata, anno tandem* 451 *irruentibus Hunnis, in villam, quæ nunc* Augſt *dicitur, deſierit. Aſt Auguſtæ Rauracorum ſplendorem ſeculo Chriſti ſecundo aut tertio vel etiam ſequenti ſaltem uſque ad annum* 383 *aut ad* 389 *circitèr, ſicut ex Ammiani Marcellini & Eunapii textibus inferiùs recitandis pateſcet, imminutum fuiſſe, Schoëpflinus de his omnibus diſſerens haud probat. Cùm autem* S. Pantalus *anno ſcilicet* 451, *ùt num.* 26 *& ſeqq. innuimus, martyrio vitam amiſerit, hinc eum ante ſeculum* v *medium eccleſiæ Rauracenſi præpoſitum fuiſſe, conſequitur. Igitur difficultati, à Schoëpflino propoſitæ & ab Rauracenſis ſeu Baſilienſis civitatum ſub hoc tempus ſtatu deductæ, haud ineptum dabitur reſponſum, ſi Baſiliam, Auguſta Rauracorum variis calamitatibus ſub hanc epocham imminuta, eò ſplendoris deveniſſe aut tum in illo ſtatu exſtitiſſe, ut certum tutumque ſancto Rauracorum Epiſcopo præbuerit aut præbere potuerit refugium, probatum dedero. Et jam ab Rauraco initium ducere liceat.*

C 32 *Seculi quinti initia lugubrem urbi Rauricæ ſcenam aperuiſſe, non in uno Alſatiæ*

Juæ Illuſtratæ loco, ſed præcipuè pag. 176 *& ſeq. edocet Schoëpflinus, idque probare aggreditur his Notitiæ provinciarum Galliæ à Sirmondo primò vulgatæ, quam ſub Honorio, qui anno* 423 *diem clauſit ultimum, elucubratam cum aliis nonnullis eruditis exiſtimat, potiſſimùm innixus verbis, quæ ſunt:* Provincia Maxima Sequanorum numero IV habet civitates, quæ ſunt: Metropolis civitas Veſontienſium, civitas equeſtrium Noiodunus, civitas Elvitiorum Aventicus, CIVITAS BASILIENSIUM, caſtrum Vindonicenſe, caſtrum Ebredunenſe, caſtrum Rauracenſe, Portus Abucini. *Hinc jure merito Auguſtam Rauracorum variis cladibus attritam Baſiliamque vix circa annum* 384 *aut* 385, *quo ſuos libros hiſtoricos Ammianus Marcellinus adornabat natam, ſub Honorio, qui ab anno* 395 *ad* 423 *rerum potitus eſt, Maximæ Sequanorum provinciæ civitatibus fuiſſe adſcriptam, arguit Schoëpflinus: ita enim ſubita incrementa cepit, ut (ſi tamen in Vandalica irruptione anno* 408 *fuerit direpta) mox ex ruinis ſuis exſurgens aut ex Rauricæ urbis cineribus jubitò enata, civitatibus annumerata fuerit. Hæc Argentoratenſis profeſſor, cui hæc aſſerenti haud invitus aſſentior, licèt hanc provinciarum Galliæ Notitiam non ſub Honorio, ſed imperante Valentiniano II, circa annum* 387 *litteris mandatam, Rauricumque proinde oppidum non in Vandalica incurſione direptum, ſed priùs etiam caſtris adſcitum fuiſſe, exiſtimem, ùt mox evincere conabor.*

AUCTORE D. A. B. poſt civitatem Baſilienſem provinciarum Notitiæ

E

non anno 418 *aut* 402, *ſed ſub Valentiniano Juniore, à quo Arelatenſis civitas*

33 *Iſthanc provinciarum Galliæ Notitiam, priuſquam, quæ in hac tamquam Viennenſi metropoli ſubjecta inſcribitur, Arelatenſis civitas in metropolim erecta, vel poſtquam Auguſta Rauracorum, teſte Ammiano Marcellino lib.* 15, *cap.* 11, *olim provinciæ Sequanicæ urbs potior, variis, ùt creditur, calamitatibus affecta, ad caſtrorum claſſem amandata fuerit, elucubratam fuiſſe, nemo non fatebitur. Porrò anno* 418 *civitatem Arelatenſem metropolis nonomine donatam jam fuiſſe perhibet Honorius Conſtitutione, ab Bouqueto Galliæ Scriptor. tom.* 1, *pag.* 766 *& ab aliis editâ, quâ ſeptem provinciarum comitia quolibet anno in hac urbe celebranda indixit. Verùm cùm ex ipſis hujuſce edicti verbis eadem comitia à Petronio, anno* 401 *&* 402 *Galliarum præfecto, in hac civitate indicta fuiſſe, conſtet, cur ab eo ipſo jam tempore Arelatem metropolis honore decoratam fuiſſe, non liceat arguere? Imò & citiùs adhuc illud contigiſſe, ratione potiſſimùm, quam mox adducturus ſum, fretus exiſtimo: quo fit, ut Notitia illa, cui Arelas cum aliis civitatibus Viennenſi provinciæ ſubjectis adſcribitur, ſeculo* IV *exeunte litteris mandata certo quaſi indicio appareat.*

F

Metropolis dignitate

34 *Et quidem Arelatenſis civitas, ex quo Galliarum prætorio præfectus, Treviris à Francis direptis aut Francis vicina Trevirorum loca infeſtantibus, Arelatem ſedem ſuam tranſtulit, Metropolis honore gavija mihi videtur: quantum enim dignitatis poteſtatiſve ei contulerit ſupremum hujus præfecti tribunal, quod in omnes Galliarum provincias jus dicebat, intra ejus mœnia recenter erectum, nemo non intelligit. Verùm hujus ſedis tranſlationem, quam anno* 401 *vel* 402 *Pagius, Bouquetus & Hontheimius factam exiſtimárunt, ego anno ſaltem*

AUCTORE D. A. B.

392 *affigendam esse arbitror; 1° quòd Francis, ab anno* 388 *in Treviros, teste Honthemio Hist. Trevir. Podrom. tom.* 1, *pag.* 414 *&* 420, *irruentibus, Galliarum Prætorio præfectum sedem suam, ne in posterum barbarorum insultationibus pateret, Arelatem longè à Rheno dissitam transtulisse, sat verosimile sit.* 2° *quòd idem Honthemius, qui ab anno* 389 *aut* 390, *quo lex* de Curs. publ. *Galliarum præfecto* Treviris *proposita aut ad eum directa fuit, nullam aliam annis sequentibus latam, quæ Treviros ad præfectum fuerit missa, appellat, nullum omninò Galliarum præfecturæ apud Trevirenses vestigium abhinc indicet; quod certè, præfecturæ sedem tum Treviris Arelatem fuisse delatam, non leve indicium est.*

fuit decorata, elucubratæ

35 *Ac* 3° *denique, quòd Arelatem metropolitana dignitate ab anno saltem* 392, *quo Valentinianus Junior violenta morte exstinctus, decoratam fuisse, ostendat libellus supplex ab ejusdem metropolis episcopis circa annum* 450 *S. Leoni Papæ oblatus, inter ejusdem Opera tom.* 1, *pag.* 538 *editus, ac, ùt scribunt Novæ Historiæ Occitaniæ auctores tom.* 1, *pag.* 545, *pro vero & authentico ab eruditis nunc habitus, quo privilegia ab Valentiniano & Honorio urbi Arelatensi concessa memorant his verbis:* Hanc clementissimæ recordationis Valentinianus & Honorius fidelissimi principes spe-

B

cialibus privilegiis &, ùt verbis ipsorum utamur, MATREM OMNIUM GALLIARUM appellando decoraverunt; *quid enim, quæso, his verbis innuere voluerunt episcopi, nisi quod Arelatensis civitas metropolitana donata fuerit jurisdictione, tum à Valentiniano Juniore, qui eam illi contulit, tum ab Honorio, qui constitutione anno* 418 *latâ, comitia septem provinciarum à Petronio, olim prætorio præfecto, præscripta, sed per temporum angustias intermissa, iterum indixit? Igitur quò minùs isthanc metropolis dignitatem Arelatensi civitati à Valentiniano Juniore ac proin anno saltem* 392 *ipsi emortuali concessam credamus, non obstant, quæcumque Pagius ad annum* 401, *num.* 36, *& ad annum* 402, *num.* 32 *& Honthemius Trevirensem Historiam contexens scripserunt.*

C

sub castri nomine,

36 *Ast, inquies, quò minùs suprà memorata Notitia seculo quarto exeunte scripta credatur, procul dubio obstabit sub hoc tempus florens Rauracensis status civitatis, quæ non nisi, ùt passim scribit Schoëpflinus, anno* 408 *à Vandalis directa, civitatis nomine & juribus exuta, castris dumtaxat in sæpe dicta Notitia adscribitur; unde eam Notitiam post annum* 408 *elucubratam fuisse consequitur. Augustam Rauracorum in florenti admodùm statu tempore, quo suos libros excudebat Ammianus Marcellinus, vel sub annum circitèr* 384 *vel* 385 *exstitisse, lubens cum Schoëpflino fateor. His enim verbis de Rauraco loquitur Ammianus lib.* 15, *cap.* 11: Apud Sequanos Bisontios videmus & Rauracos, aliis potiores oppidis multis. *Quæ verba, ùt apparet, & tempus, quo Ammianus suum Opus contexebat, & qualiter tum Rauracum & Bisontium inter* splendidas *urbes annumerata fuerint, satis indicant. Porrò Schoëpflinus post Chifletium, qui Ammiani Marcellini Vitam ejus libris præfixam adornavit, istud elucubrationis tempus intra annum* 383 *&* 390 *his adductus rationibus, reponendum duxit.* Ammianus, *inquit Alsatiæ Illustratæ pag.* 175 *in Notis,* post Gratiani mortem, qui anno 383 periit, libros suos historiarum conscripsit, & ante ruinam templi Serapidis Alexandrini, cujus, ut stantis adhuc meminit, quod anno 389 Theodosii edicto disjectum est. *Quibus verbis Rauracum sub hoc tempus mox à Schoëpflino & à Chifletio indicatum potiorem fuisse cum Bisontio Sequanorum civitatem, nec tum hanc à barbaris fuisse direptam, haud obscurè patescit. Verùm cùm anno* 408 *illius direptionem & quidem in Vandalica invasione contigisse, Argentoratensis professor, nulla omninò historicorum auctoritate innixus, sed ad conjectandi modum scribens asseruerit, hinc Augustam Rauracorum, à Vandalis anno* 408 *attenuatam, dein ad castrorum classem fuisse amandatam, haud rectè arguit.*

D

ante annum 408 *adscriptæ;*

37 *Et verò hanc civitatem jam* castelli *tantùm nomine vocatam sub annum* 404 *produnt Eunapii, cujus opus Bisantinæ collectioni Parisiensis editionis inter Legationum excerpta pag.* 27 *insertum est, verba, quæ huc transcribo,* Julianus à Nemetibus ad Rhenum movens, jam enim apud Rauracos erat, QUOD EST ROMANORUM CASTELLUM (*sic meritò vocem Græcam* φρούριον *vertit Schoëpflinus, quæ castellum, non coloniam, significat*) *hincque anno, quo lucubrationem suam scribebat Eunapius Sardianus, Augusta Rauracorum non jam* civitatis, *sed* castelli, *nomine appellata erat; ast in hoc anno assignando deceptus Argentoratensis professor, hunc auctorem imperatori Gratiano advixisse asserit, quod vir eruditus, si quæ de illo habet Photius Bibliothecæ suæ pag.* 169 *& seq., memoriæ ejus occurrissent, haud scripsisset. Hæc enim sunt Photii verba:* Eunapius narrationis initium à Claudii cæsaris imperio ducit ... definitque in Honorii & Arcadii liberorum Theodosii tempora, ut tunc historiæ suæ terminum ponat, quando Arsacius, Joanne Chrysostomo exterminato, solium episcopi occupavit. *Eunapius igitur non solùm Gratiani, verùm etiam Honorii & Arcadii imperio usque ad annum* 404 *advixit, quo, ùt Pagius in Criticis, Tillemontius Hist. Eccl. Monum. tom.* XI, *pag.* 238 *& seqq.,* F *& postremus Operum S. Joannis Chrysostomi editor tom.* 13, *pag.* 155 *scribunt, S. Joannis in exilium pulsi sedem invasit Arsacius: proindeque isto jam anno, clade aliqua non quidem à Vandalis anno* 408 *acceptâ, castellis adscripta erat Rauracorum Augusta. Quo autem anno hanc cladem acceperit antiqua hæc civitas, dicere non ausim: cùm enim exeunte seculo* IV *Alemanni continuis irruptionibus Gallicas Rheni oras divexarent, facilè evenire potuit, ut post Gratiani mortem, imperante adhuc Theodosio, direpta ea fuerit & sub Valentiniani imperio castris annumerata. Hinc huic circitèr tempori affigenda est Rauraci clades, Notitiæque provinciarum Galliæ elucubratio.*

contra Schoëpflinum, S. Pantalum attrito Rauraco

38 *Utut sit, Rauracum variis cladibus exeunte sec.* IV *& sequenti incipiente imminutum castrisque adscriptum, ex his, quæ habet Schoëpflinus & quæ modò disserui, Basiliam verò ex Rauraci cineribus enatam tunc temporis civitatum jura adeptam & civitatibus in provinciarum Notitia adscriptam fuisse, constat: talis erat utriusque loci status, cùm* Pantalus, *qui pro Christo anno* 451 *vitam martyrio amisit, ad Rauracorum sedem administrandam assumptus est episcopus. Positis angustiis,*

in

A *in quas adducta erat tum Rauracenſis civitas, poſitoque florenti Baſiliæ ſtatu, quid, quæſo,* Pantalo *agendum ſupererat, niſi ut Rauraco tot & tantis, ùt vidimus, calamitatibus attenuato ad Baſilienſem urbem diverteret. Imò ut Baſiliæ moraretur, omninò neceſſe erat, quòd his miſerrimis temporibus ſola hæc in Alſatia Superiori exſtaret civitas ab Rauraco haud multùm diſſita, ſola, inquam, quæ epiſcopi ſedes evaderet, aut in qua, urbe præcipua olim epiſcopi ſede imminutâ, manſionem ſuam firmaret* Pantalus. *Qua igitur de cauſa nunc Baſilienſis, nunc Rauracenſis antiſtes vocatus fuerit, non ægrè intelligitur.*

& quidem ante medium ſec. V *Baſiliæ commorari potuiſſe; ſicque Epiſcopum Baſilienſem appellari concluditur.*

39 *Sed quod ſilentio prætermittendum non eſt, quodque, haud difficile advertent Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ ſtudioſi,* S. Pantali *epiſcopatum ante ſeculum quintum medium ſignari ita neceſſe eſt, ut, rejectâ hâc epochâ, omnes aliæ corruere videantur. Si enim illum ſeculo* III *aut* IV *exeunti affigas, Rauraco tunc, ùt ex Ammiani Marcellini libro* 15, *cap.* 11 *appareat, inter potiora Sequanicæ provinciæ oppida annumerato, nulla erit ratio, quâ motus S. Epiſcopus è ſede ſua Rauraci conſtituta, Baſiliam, quæ nondum civitatis nomen & jus adepta fuerat, diverteret. Si autem* S. Pantalum *eccleſiæ Rauracenſi præpoſitum poſt annum* 450 *dixeris, tunc urgebit propoſitum à Schoëpflino argu-*

B *mentum, quo ſubverſis Rheni Superioris ripis, direptis & deſtructis totius Alſatiæ civitatibus nullum tum fuiſſe eccleſiæ Rauracenſi prælatum epiſcopum, contendit. Igitur, ut omnia rectè cum Rauraci & Baſiliæ ſtatu componantur, hoc unum utique,* S. Pantalum *ſcilicet eccleſiam Rauracenſem ante ſeculum* V *medium regendam ſuſcepiſſe, Baſiliæque, tum jura civitatum & nomen adeptæ, Rauraco aut ſubverſo aut valde attenuato, manſionem fixiſſe, dicendum ſupereſt. Sicque ruet, tota difficultatum moles à Schoëpflino ſtructa & ex ſtatu utriuſque civitatis immeritò deſumpta: quod magis ac magis perſpicuum evadet, ubi de eccleſiæ Rauracenſis epiſcopatûs origine & ratione diſſeruero.*

Igitur, his omnibus perpenſis,

C 40 *Tot & tam celebres de Euangelii apud Alſatas prædicatione, ſeu de tempore, quo fidei lumen, adnitentibus viris apoſtolicis, Germaniæ Primæ incolis illuxit, nuperrimis his temporibus habitæ ſunt diſceptationes, ut quæſtionem hanc toties jam à viris eruditis tractatam incudi hic iterum reddere operæ pretium non ſit. Hic igitur, an* 1 *aut* 2 *ſeculo aliqui in Rheni Superioris oris exſtiterint Chriſtiani, non inquiram: ſed poſito, quod his primis religionis Chriſtianæ temporibus fuiſſent, qui in his partibus Chriſto nomen dederint, non ideo cœtum illum qualemcumque epiſcopis, presbyteris aut aliis miniſtris deſtitutum, eccleſiæ nomine appellandum putabo, cujus primordia apud Alſatas Superiores non niſi ſeculo tertio aut quarto dumtaxat affigenda mihi videntur. Quod & de plerarumque eccleſiarum origine vulgò aſſeritur, hoc quoque de eccleſiæ Rauracenſis initiis dicere neceſſe eſt: incertum omninò tempus, quo Euangelium in hiſce Rheni partibus annuntiatum fuerit, nec magis noti viri illi apoſtolici, per quos ad Chriſti agnitionem Alſatæ noſtri pervenerint: an fortè Vejontini epiſcopi omnium primi, tamquam verbi divini præcones, Rauracenſis eccleſiæ fundamenta jecerint? Etſi hæc opinio aliqua ve-*

riſimilitudine non careat, attamen cùm nullo certo innixa ſit fundamento, hanc tamquam veram & certam habere nequeo, ideoque, eam intra veroſimilium claſſem reponendam eſſe, reor.

AUCTORE D. A. B.

Rauracorum epiſcopalis ſedes

41 *Duo dumtaxat veluti veritati haud diſſona mihi apparent: Auguſtam ſcilicet Rauracorum in ſedem epiſcopalem erectam fuiſſe & hoc quidem ante ſeculum* V; *primum ultrò fatentur B. Rhenanus, Cointius & bene multi eruditi, nec de illo ullum movet dubium Schoëpflinus ipſe, qui paſſim ſedem Rauracenſem Baſiliam tranſlatam fuiſſe aſſerit, licèt, dum variis argumentis Argentoratenſem cathedram deturbare ſuſcipit, iiſdem convelli poſſe Rauracorum epiſcopatum non animadvertit. Sed dicat, velim, Schoëpflinus (nam illud in primis ſcire averem) quibus epiſcopatum Rauracenſem adſtrueret rationum & probationum inſtrumentis, ſi quis ejus veritatem aut impugnaret, aut ſaltem de illa aliquod moveret dubium? Nullum omninò exſtat, quod ſciam, à Schoëpflino adducendum, qui inter fictitios epiſcopos* E *& Juſtinianum &* Pantalum *eſſe amandandos contendit. Utut ſit, cùm circa ſedis Rauracenſis veritatem nulla ſit inter eruditos controverſia, alterum hoc, ſcilicet hanc ſedem ante ſeculum quintum erectam fuiſſe, habeo probandum.*

non ſec. V, *quo Rauracum à barbaris attenuatum & caſtris inſcriptum erat,*

42 *Et quidem Rauracum epiſcopalis ſedis dignitate ante annum* 451 *decoratum fuiſſe nemo inficiabitur. Ut quid enim Auguſtæ Rauracorum ſedes tum affixa fuiſſet, quæ nedum civitatibus & oppidulis inſcripta, ſed humi ab Hunnis proſtrata, ſuis obruta ruinis jacebat? Nec etiam ineunte ſeculo* V *& ſub Honorii imperio illud contigiſſe dixerim; ſapienti enim lege in concilio Sardicenſi, anno* 347 *habito, & in ſynodo Laodicenâ, anno* 324 *aut ſaltem ante annum* 400 *celebratâ, cautum fuerat, ne in caſtris aut oppidulis, ſed in præcipuis civitatibus ſedes epiſcoporum erigerentur. Cùm horum conciliorum placita cumprimis ad rem meam faciant, verba, quibus concepta ſunt, ex conciliis Lab. tom.* 2, *col.* 653, *can.* 6 *deprompta huc tranſcribo.* Licentia ordinandi epiſcopum danda paſſim non eſt: ſi enim ſubitò aut vicus aliquis aut modica civitas, cui ſatis eſt unus presbiter, voluerit ſibi epiſcopum ordinari, F ad hoc, ut vileſcat nomen epiſcopi & ſummi honoris auctoritas; non debent illi ex alia provincia invitati facere epiſcopum, niſi aut in civitatibus, quæ epiſcopos habuerunt, aut ſi qua tam populoſa eſt civitas vel locus, qui mereatur habere epiſcopum. *Idem habet canon* 57 *concilii Laodiceni tom.* 1 *Concilior. Labbean. col.* 1506 *&* 1514 *inſertus.* Quod non oporteat in villulis & in agris epiſcopos conſtitui *vel* (in vicis & in pagis) *ſicut legitur in verſione Hervetana. Eadem ſeculo* V *& ſequentibus temporibus, ùt ex epiſtola* 87 *S. Leonis Papæ in tom.*3 *eorumdem Conciliorum col.* 1393 *illata & ex epiſtola* 1 *Zachariæ ſummi Pontificis ad Bonifacium tom.* 1 *Concil. Galliæ, à Sirmondo vulgatorum, pag.* 532 *editâ liquet, apud Orientales & Occidentales ſeu Africanos civitatibus nempe dumtaxat ſedem epiſcopi affigendi viguit conſuetudo.*

43 *Proindeque cùm Auguſta Rauracorum ante annum* 404, *ùt num.* 32 *& ſeqq. edocui, civitatum juribus & nomine exuta, non niſi oppidulis ſeu caſtellis adſcripta fuerit, hinc*

AUCTORE D. A. B.

eam ſeculo tertio aut quarto, quo in florentiſſimo erat ſtatu, potioremque locum cum Biſontio inter Sequanorum oppida obtinebat, in epiſcopalem ſedem aſſumptam fuiſſe ex rationibus numm. prægreſſis adductis pateſcit. Et verò circa ſeculum IV *medium, ùt mox dicturus ſum, Juſtinianus eccleſiæ Rauracorum epiſcopus occurrit. An autem primus hujus eccleſiæ inſcribendus ſit antiſtes, dicere non auſim: verùm cùm primus ſacris Faſtis inſertus, nec alius ſeculo tertio aut ineunte quarto appareat, nihil obſtat, quominùs Rauracenſium epiſcopus prior appelletur. His igitur circa Rauracorum epiſcopatûs initia delibatis, jam, quid de Baſilienſis ſedis origine ſit dicendum, haud difficilè eruitur. Auguſtâ enim Rauracorum ſeculi* V *initio valde attritâ & tandem anno* 451 *ab Hunnis eversâ, Rauracorum epiſcopus Baſiliæ, ſub Honorii imperio civitatibus annumeratæ, manſionem potiùs, quàm epiſcopi ſedem, figere decrevit. Qui ſedi huic adminiſtrandæ ſeculo* VI *&* VII *præfuerunt epiſcopi, Auguſtâ Rauracorum ſub ſuis cineribus conſepultâ manente, Baſiliæ, è ſuis ruinis tunc exſurgentis,* S Pantali *veſtigia ſecuti, pariter commorâſſe videntur. Hinc Rauracorum epiſcopi à Baſilia, in quam ſedem quaſi tranſtulerant, Baſilienſes appellari cœperunt; ita tamen, ut in Actis publicis ſeu in antiquis, quæ ſuperſunt, monumentis, à Rauraco præcipua olim urbe, ubi epiſcopi ſedes fuerat erecta, Rauracenſes etiàm dicti, donec, deleto Auguſtæ Rauracorum circa ſeculum* VIII *medium nomine, Baſilienſes ſolummodò nuncupati fuerint.*

B

Et illud ſat innuit antiquus Baſilienſium Epiſcoporum Catalogus, ex ſchedis Monaſterienſis in Alſatia cœnobii à Marteneo deſcriptus, Anecdotorumque tomo 3, *col.* 1385 *intextus, quem ſec.* XI, *cùm Beringerium epiſcopum eccleſiæ Baſilienſi, teſte Sudano, Baſileæ Sacræ auctore, pag.* 167 *& ſeqq., prælatum ultimo loco inſcriptum exhibeat, contextum opinor. Verba autem hujus Indicis hæc ſunt:* Walaus, Baſileënſis archiepiſcopus, ſub Gregorio Papa III, *qui Romæ juxta veterem Summorum Pontificum Catalogum à Papebrochio vulgatum ab anno* 731 *ad* 742 *ſediſſe aſſeritur.*

C

Aſt, verbo illo archiepiſcopus *utens hujus Catalogi auctor, voce quidem haud recta ſcripſiſſe videtur. Walaus enim aut Walanus hìc* archiepiſcopus *ſcribitur, non ſanè quòd tamquam metropolitano epiſcopo alios ſibi ſubjectos habuerit, ſeu quòd primus omnium ſederit Baſiliæ antiſtes, ſed quòd deceſſoribus ſuis, nunc à Rauraco, antiqua epiſcoporum ſede, nunc à Baſilia, ubi multis abhinc ſeculis commorabantur, dictis, ſeculo hoc octavo, deleto omninò Auguſtæ Rauracorum nomine,* Baſileënſis *fuerit appellatus: in hoc dumtaxat ſenſu ab Catalogi auctore Walaus, ùt videtur, archiepiſcopus nuncupari potuit. Nunc de primis Rauracenſibus epiſcopis agendum.*

* * * * *
* * *
* *
*

Hinc ſequentibus ſeculis Baſilienſes Epiſcopi appellati ſunt.

sed ſeculo IV medio aut circiter erecta & deinde Baſiliam tranſlata eſt.

D

§ IV. De primis eccleſiæ Rauracenſis epiſcopis & nonnullis, quibus eorum fulcitur epiſcopatus, monumentis.

Multis de epiſcopali Rauracorum cathedra diſceptatis, haud parùm fortè ad hiſtoriam ſancti Pantali *elucidandam conferent, quæ hìc de primis hujus ſedis epiſcopis & de tempore, quo eorum unuſquiſque hanc eccleſiam rexerit, dicturus ſum. Verùm ut, quod res eſt, in ipſo diſceptationis limine edicam, omnia ita ſunt ſeu ſcopulis referta ſeu obvoluta caligine, ut de primis eccleſiæ Rauracenſis epiſcopis inquirenti haud leves undique enodandæ ſubeant difficultates: nullum ferè, quo Juſtiniani,* S. Pantuli *& aliorum adſtruitur epiſcopatus monumentum, de quo inter eruditos non ſuborta fuerit controverſia aut inſtituta diſſertatio: quodlibet proinde hìc à me, quâ par eſt, diligentia diſpungendum occurrit, ut, eo perpenſo, lector, qui fuerint eccleſiæ Rauracenſi prælati epiſcopi, quove ordine in hujus eccleſiæ tabulis ſint reponendi, videre queat. Aſſerto igitur* S. Pantali *epiſcopatu, ſignatoque ad annum* 451 *ejus martyrio, initium ducemus ab Juſtiniano, qui concilio Agrippinenſi, anno* 346 *in cauſa Euphratis Colonienſis antiſtitis, ob divinitatem Jeſu Chriſto negatam è ſede dejecti, celebrato & tom.* 2 *Concil. col.* 615 *vulgato, interfuit, quique ſuam his expreſſit verbis ſententiam:* Juſtinianus epiſcopus dixit: Ex epiſtola clericorum Agrippinenſium, nec non & fratrum per ſingula caſtra conſtitutorum, quorum epiſtolæ & ſubſcriptiones tenentur, cognovimus Euphratam eſſe blaſphemum, qui Chriſtum Salvatorem Dominum noſtrum Deum eſſe negat. Quapropter & ego conſentio, illum ab Eccleſia Catholica eſſe damnatum. *Hæc Juſtinianus, qui in hujus concilii Actorum initio* Rauricorum *epiſcopus ſcribitur.*

E

Epiſcopis Rauracenſibus primo loco Juſtinianus, qui Agrippinenſi interfuit ſynodo, cujus

F

Aſt cùm non levis ſit inter eruditos de hujus concilii veritate controverſia, cúmque viri non infimæ notæ Acta ejus tamquam ſuſpecta aut etiam ſuppoſititia habeant, alii autem non minori eruditione celebres ea tamquam vera tueantur, hinc rationes, quibus hujus concilii veritas adſtruitur, quaſque dilucido ordine proponunt in Diſſertatione tertia ad Eccleſiæ Argentoratenſis Hiſtoriam prævia Grandidierus, & Byeus in Commentario ſuo de S. Sanctino Virdunenſi epiſcopo, tom. V *Octobris pag.* 594 *à num.* 37 *ad* 48 *inſerto, hìc quaſi ſummatim expreſſas typis recudere operæ pretium duxi; & primò quidem à notis chronologicis Agrippinenſis ſynodi Actis inditis, ſermonem auſpicor. Notæ hæ ſunt, quas tranſcribo:* Poſt conſulatum Amantii & Albini IV Idus Maias. *Proindeque poſt annum* 345, *quo Amantius & Albinus conſules proceſſerant, & quidem, ùt opinor, anno* 346 *die Maii* 12 *ſeu feriâ ſecundâ, in quam ſecundùm tabulas Paſchales anno illo* XII *Maii dies incidebat, celebratum fuit Agrippinenſe concilium,* Nec uſquam, *inquit Byeus ſuprà laudatus num.* 38, *pag.* 595, in formam, per

veritas hìc

A per antiquos Eccleſiæ canones pro conciliorum celebratione præſcriptam, peccare invenitur; cùm autem ſic habeat, ac proin ejus Acta, in ſemetipſis conſiderata, omnibus omninò, qui in genuinis ac ſinceris Conciliorum Actis requiruntur, veritatis caracteribus ſint munita, ut quid ea ſeu cujus ſunt, concilium pro puro ac puto figmento habeamus?

ex variis auctoribus adſtruitur

47 *Nec quibuſdam Eccleſiæ ſcriptoribus ignotum fuit Agrippinenſe concilium: illius enim meminêre præter Harigerum Lobbienſem abbatem, qui, teſte Henſchenio in Commentario ſuo de S. Servatio Trajectenſi epiſcopo, ad* 13 *diem Maii coli ſolito*, in confinio ſeculi x & xi floruit, *aut potiùs præter Ægidium Aureæ-Vallis monachum, qui labente ſeculo* xiii *Harigeri lucubrationes auxit, ut in libro de Geſtis Pontificum Tungrenſium, anno* 1612 *à Chapeavillo edito, pag.* 33 *& ſeq. legere eſt, Bertharius, qui juxta Dacherium Spicil. tom.* 12, *præf. pag.* 11 *&* 12 *primæ edit., & Franc. Lit. ſcriptores tom.* 6, *pag.* 154 *& ſeqq. Epiſcoporum Virdunenſium Hiſtoriam circa annum* 887 *adornavit; Lupus epiſcopus Catalaunenſis, qui, teſte Henſchenio, Acta S. Maximini Trevirenſis epiſcopi ad* 29 *diem Maii illuſtrante, anno* 839 *advixit, auctor anonymus, qui ejuſdem S. Epiſcopi Vitam ſub Pipino rege integroque ſeculo Lupo ſenior digeſſit, de quo Franciæ Litterariæ auctores tom.* 4, *pag.* 192: *igitur ſynodus illa à* ix *ſeculo imò ſeculo* viii *eccleſiæ Gallicanæ ſcriptoribus haud ignota fuit, nec proinde, ut Artzhemio in Præfatione Conciliis Germaniæ prævia pag.* 22 *placuit, ſeculi* ix *aut* x *figmentum fuit.*

B

contra eruditos

48 *Verùm, qui concilii hujus veritati adverſantur, Novæ ſcilicet Galliæ Chriſtianæ ſcriptores paſſim, ſed præcipuè in Epiſcoporum Colonienſium Indice, quem tom.* 3, *col.* 622 *contexuerunt, Calleſius Annal. Ec. Germ. auctor ad hunc annum, Schoepflinus Alſatiæ Illuſt. pag.* 344 *& ſeqq. & Artzhemius, qui Concilia Germaniæ in unum collegit, hoc uno argumento Agrippinenſis ſynodi fidem impugnant, quòd nempe Euphratas ab octodecim Galliæ epiſcopis è ſede ſua anno* 346 *deturbatus, anno tamen ſequenti inter Catholicos concilii Sardicenſis patres occurrat, ita quidem, ut præcipuæ in tractandis fidei & Eccleſiæ rebus partes ei demandatæ fuerint, qui ad imperatorem Conſtantium, ut epiſcopos ob fidem in exilium truſos ad ſedes revocaret, delegatus legitur. Quàm difficilè porrò hæc intelligi queant, nemo certè non viderit! Tale eſt, inquam, quod tamquam validiſſimum contra Agrippinenſis concilii veritatem intorquent argumentum.* Etſi etiam illud foret ejuſmodi, *inquit Byeus pag.* 595, *num.* 41 *&* 42, ut nulla planè ratione poſſet dilui. haud illicò tamen propterea concilii ejuſdem Acta veluti ſuppoſititia forent rejicienda. Hæc enim, *pergit Byeus*, ùt jam docui, nullam prorſus, ſi in ſemet ipſis conſiderentur, includunt falſitatis notam; nec rarò fit, ut, etſi quidem difficultates objectæ, quæ, ne res quæpiam geſta credatur impediunt, vix ac ne vix quidem ſolvi poſſe videantur, mox tamen, ſi omnia, quæ cum re illa conjunguntur anteque ignorabantur adjuncta innotuerint, evaneſcant. Quare id quoque, ſi omnia, quæ ad hanc ſpectant ſynodum, modóque adhuc ignorantur, ad juncta innotuerint, locum eſſe fortiturum, exiſtimari haud immeritò poteſt. *Cæteras rationes, quibus propoſitæ difficultatis nodum ſolvere conatur Byeus, in Commentario præaicto lector perluſtret, iis enim cum alias addendas non habeam, hic eas tantummodò laudare mihi ſufficiat.*

C

AUCTORE D. A. B.

eam

49 *Sed & ab hæreſi Euphratam Colonienſem ad Conſtantium ab Sardicenſis concilii patribus miſſum vindicare nititur Henſchenius ad* 13 *Maii de S. Servatio num.* 2, *pag.* 210 *aſſerens. Aliquem enim poſt Sirmondum in nomenclatura urbium & epiſcoporum errorem irrepſiſſe probans, addit, quæ modò huc tranſcribo:* Liceat nobis, cum venia lectoris indicare, quod arbitremur, aliud nomen quoque in eumdem textum irrepſiſſe, aut falsò ſuppoſitum à ſciolo aliquo aut ab imperito librario longè à vero deformatum; ipſius ſcilicet epiſcopi Agrippinenſis, ab aliis autem in concilio epiſcopis ſoriàn alto ſilentio involutum, ut famæ iſtius conſuleretur, aut pro nomine Euphaxii Euphrasiive aut alio ſimili perperam ſcriptum: Euphratæ, inquam, viri & eruditiſſimi & integerrimi, imò quem arbitramur nequitias alteriùs detexiſſe, & in ejus depoſiti locum fuiſſe ſubrogatum. *Aſt, inquit Schoepflinus pag.* 335, ingenioſa medicina, quæ vulnus non ſanat. Enimverò Euphratas ille, qui Sardicenſi concilio interfuit, ab Athanaſio deſcribitur, ut ſenio confectus ac ſingulari conſtantia & ſanctitate conſpicuus, quæ in Euphratam novum non quadrant. Accedit, quod Acta Servatii, præſulis Tungrenſis, Euphratæ depoſito non alium Euphratam, ſed Severinum ſucceſſorem adſcribant.

D

E

impugnantes

50 *Huic ultimæ difficultati reſpondet Byeus Commentarii præfati num.* 43, *quem videre lectorem haud pigebit. Nec certè multum urget primum Schoëpflini argumentum, mox à me tranſcriptum: enimverò Euphratam illum Colonienſem epiſcopum, quem ad imperatorem à Sardicenſis ſynodi patribus delegatum ferunt, eum multis abhinc annis in epiſcopum fuiſſe aſſumptum, non ſcribit S. Athanaſius: ſed, etſi ab uno dumtaxat anno huic eccleſiæ adminiſtrandæ electus, cur ætate & moribus conſpicuus eſſe non potuerit, certè non video: talis enim eſſe debebat, qui Euphratæ ob hæreſim à ſede dejecti locum acciperet, ut virtute & prudentiâ oves, hærejeos veneno infectas, facilius ſanaret & ad Catholicam reduceret doctrinam. Miror, quod Artzhemius ſopitum jam dudum ex Photinianæ hæreſis origine deductum, denuò moverit argumentum, cui Sirmondus cùm in notis poſthumis apud Labbeum Concil. tom.* 2, *col.* 1805, *tum in diſceptatione de Photiniana hæreſi, Operum ejus tom.* 4, *pag.* 395 *& ſeqq. injertâ, & Pagius in Criticis ad annum* 347, *num.* 5 *dilucidum reſponſum ſubminiſtraverant. Illorum rationes Byeus ſuo Commentario denuò intexuit, quas num.* 39 *&* 40, *pag.* 595 *legere non abs re erit. Sed & Calleſium Artzhemiumque, qui ſynodi Agrippinenſis Acta tamquam ſpuria rejiciunt, hoc argumento urgere mihi liceat.*

argumentis, quibus

51 *Inter epiſcopos numero ſeptuaginta, qui Sardicenſi concilio ſubſcripſerunt, triginta quatuor è Galliis egreſſi memorantur, qui contra nova Arianorum molimina Catholicum dogma aſſer-*

AUCTORE D. A. B. *asserturi Sardicam anno* 347 *convenerant. Porrò ex his Galliarum episcopis viginti quatuor occurrunt, qui concilio Agrippinensi vocem dedisse leguntur : nomina enim eorum, licèt interdum amanuensium ojcitantiâ vitiata fuerint, eo tamen modo expressa sunt, quo ea haud difficilè dignoscere quis queat : hoc unum dumtaxat discrimen interest, quod synodo Agrippinensi subscribentes urbium nomina, quibus episcopi præerant, expresserint, quæ in Sardicensis synodi subscriptionibus prætermissa sunt : Callesius attamen & Artzhemius suprà laudatus Præfatione ad Concilia Germaniæ prævia pag.* XXII *& tom.* I, *pag.* 8, *episcopos illos, qui Sardicensi concilio interfuerunt, iisdem omninò sedibus affigunt, quibus eos præfuisse exhibent synodi Agrippinensis Acta, quæ tamquam spuria aut suppositia rejiciunt.*

hic respondetur.

52 *Verùm, qua ratione quave auctoritate Amandum v. g. Argentorati aut Rauraci Justinianum potiùs, quàm aliis civitatibus, sedisse existiment, qui omnem concilii Agrippinensis Actis fidem detrahunt, nec levem quidem*

B *scriptoribus, num.* 47 *laudatis, qui illius concilii in suis lucubrationibus meminere, adhibendam opinantur? Totam hanc igitur de concilio Agrippinensi controversiam concludam Grandidieri verbis à Byeo in Comment. prædicto num.* 44 *Latinè redditis in hunc modum:* In hoc verisimilitudinum conflictu nonne pro synodi Agrippinensis Actorum, quæ in semet ipsis considerata nihil, quo suspecta reddantur, exhibent, ac præterea in totius antiquitatis suffragio majorique auctorum numero, ùt Petavius animadvertit, sunt fundata, veritate sententiam ferre oportet *Cum igitur Agrippinensis synodus anno* 346 *verè habuisse locum sit censenda, Justinianum Rauricorum episcopum, qui huic interfuisse memoratur, Rauracensem ecclesiam tum administrâsse & circa medium quartum seculum floruisse, conjectarium est.*

Secundo loco S. Pantalus.

53 S. Pantalum *proinde, tamquam Justiniani successorem, ante medium seculum quintum ecclesiam Rauracensem regendam suscepisse, ex superiùs dictis eruitur. Nec immeritò à quibusdam Basilensis episcopus est appellatus, qui, civitate Rauracensi circa annum* 404 *imminutâ & castellis tantummodo adscriptâ, Basiliæ sedem primus fixisse videtur. Coloniam, his miserrimis temporibus migrare coactum, ibi pro Christo anno* 451 *mortem toleràsse, innuit tumulus, anno* 1155 *aut insequenti effossus, prout numeris prægressis edocui. Nec aliquem in locum ejus suffectum fuisse, proinque sedem Rauracensem multis annis vacàsse, ex miserrimo Alsatiæ statu conjectare licet. Enimverò, vastatâ Rheni Superioris orâ, subversis aliis Alsatiæ civitatibus, Basiliâ ipsâ ad unum in Attilanâ irruptione redactâ, qui tum regendis ecclesiis præfici potuissent episcopi? Illud idem in diversis Galliarum sedibus contigisse, exemplis pluribus in medium adductis in sua Ecclesiæ Argentoratensis Historia pag.* 153, *tom.* I *observat Grandidierus : ideoque duos tantum Rauracenses episcopos ad anno* 346 *ad* 511 *sacris hujus ecclesiæ tabulis Justinianum scilicet inscribit, & Adelphium, quem deinde in Alsatiæ Historia, quæ sub prælo sudat, vir eruditus, mihi amicitiâ conjunctissimus & urbanitate cum primis spectandus, litteris ad me die* 28 *Novembris anni* 1786 D *datis, expungendum esse existimavit. Verùm, an meritò, ex dicendis mox patescet.*

§ V. Episcoporum Rauracensium seu Basileensium series.

Ecclesiæ Rauracensi per annos multos viduæ præficitur Adelphius, cujus nomen

A *Liquem* S. Pantali *pro Christo anno* 451 *enecti locum statim accepisse, haud mini apparet : sed Rauracorum sedem pluribus annis vacàsse, ea præsertim ratione motus facilius creauerim, quod in Attilana irruptione, totâ Rheni Superioris orâ vastata, ut mox dixi, hujusque regionis dispersis aut ferro mactatis incolis, ipsomet Schoepflino teste, nullus tum videatur Rauracensi ecclesiæ prælatus episcopus. Nihil mirum igitur, si medio seculo* V *elapso nullius Rauracensis aut Basilensis episcopi nomen hujus ecclesiæ Fastis insertum conspiciatur.* E *Tertio proinde loco Adelphius, qui anno* 511 *primo concilio Aurelianensi subscripsit & vices suas Asclepio presbytero in concilio* II, *in eadem urbe celebrato, demandavit, inscribendus mihi videtur. Sic enim habent Adelphii & Asclepii presbyteri subscriptiones, duobus hisce conciliis à Surio editis subnexæ :* Adelphius Rauracensis. Asclepius presbiter pro Adelphio episcopo Rauracensi. *Quibus fit, ut Adelphius ecclesiam Rauracensem ab anno saltem* 511 *ad* 533 *usque, juxta codices, quos in duobus hisce conciliis edendis adhibuere Surius & Binius, administrandam susceperit.*

duabus primis Aurelianensibus synodis secundum Surianam & Binianam editionem.

55 *Verùm huic à Surio & Binio acceptæ lectioni haud consonant codices Pithœanus, Bellovacensis, Remensis, Corbeiensis & alii, quibus in conciliis primo & secundo Aurelianensibus edendis se usum fatetur Sirmondus in Notis Adelphii subscriptioni subnexis : nec etiam huic concordat Adelphii subscriptio ex apographo, in Bibliothecâ regiâ Parisiensi asservato & seculo nono descripto, cujus meminit in suâ epistolâ, ad me die* 20 *Aprilis hujus anni* 1787 *datâ, D. Daniel Labbat, è Congregatione S. Mauri monachus, qui novam Galliæ Conciliorum editionem typis propediem daturus est, deprompta: enimverò hic variantes codicum Lectiones, ad Adelphii subscriptionem concilio* I *Aurelianensi subnexam spectantes & ex Notis Sirmondianis haustas, ut certius de his omnibus judicium ferre queat lector, juverit subdere.* Adelphius ecclesiæ Pictavorum episcopus ; *ita codex Rhemensis, Bellovacensis & alii ; Germanensis scilicet & Vaticanus, in schedis Bollandianis laudati,* Ex civitate Pictavis Adelphius episcopus : *Pithœanum verò apographum, Corbeiense, Regium Parisiense &c sic habent :* Adelphius, de civitate Ratiatica, de Ratiate, ecclesiæ Ratiaticæ *vel* de Rotiate, Riatensis episcopus, *quæ verba* Ratiate aut Ratiatensis, *& similia de Ratiasto, celebri olim apud Pictavenses civitate, de qua Ptolomæus, intelligenda esse existimant vulgò eruditi Sirmondus, Labbeus, Novæ Galliæ Christianæ editores in Episcoporum Pictaviensium Indice, abbas Belleyus, qui eruditam de antiquâ illâ Ratiatensi civitate disceptationem regiæ inscriptionum*

AUCTORE D. A. B.

A *ſcriptionum Academiæ monumentis tom.* 19, *pag.* 722 *&* *ſeqq. intextam, edidit, Novæ Galliarum Notitiæ ſcriptor Danvilleus pag.* 539 *&* *ſeq. & nonnulli alii auctores; ita ut juxta hoſce omnes Adelphius Pictavienſis eccleſiæ epiſcopis, qui, ùt apparet,* de Ratiate *aut* de Ratiatica civitate *in ſubſcriptionibus conciliis inditis, nonnumquam nomen acceperunt, ſit inſerendus. His poſitis, in hoc proinde tota difficultatis ſumma conſiſtit, ut, quæ ſit ex Surii & Binii editione, vel ex variis codicibus à Sirmondo laudatis accepta lectio anteponenda, quæve ex his omnibus potiùs retinenda, hic inquiramus.*

aliis meritò præferendam inditum legitur:

56 *Sed primò cum Sirmondo in Notis, ſubſcriptionibus concilio primo & ſecundo Aurelianenſi inditis, ſubnexis mirari ſubit,* quanta ſit vel in ordine ac ſerie, vel in nominibus epiſcoporum & civitatum varietas! *adeò ut genuinas horumce epiſcoporum ſubſcriptiones ad nos uſque non perveniſſe, ſed eas pro amanuenſium libito aut captu inſertas & turbatas eſſe, perſpicuum ſit. Porrò, ut in ſola Adelphii ſubſcriptione immorer, nomen ejus in*

B *variis primi Aurelianenſis concilii apographis à Sirmondo laudatis aut in Muſeo Bollandiano repoſitis, nunc* 12, *nunc* 14, *nunc* 15 *loco legitur; imò & decimum locum obtinet in Collectione Ms. Conciliorum à S. Iſidoro Hiſpalenſi contextâ, quam ex variis venerandæ antiquitatis* VIII, IX, X, XI *&* XII *ſeculi Mſſ. codicibus collegit, contulit, caſtigavit P. Buriel S. J. anno* 1755, *quamque mihi perurbanè domini de Santanders, Bruxellis commorantes, perluſtrare permiſerunt. Nec minor in civitatum, quibus præfuiſſe dicitur Adelphius, nominibus diverſitas: Suriani enim & Biniani codices Rauracenſi civitati illum affigunt, quem varia Sirmondi apographa & codex regius Pariſienſis, Ratiaticæ civitati & Pictavienſibus epiſcopis inſcribunt. Quæ demum ex his omnibus codicibus accepta lectio, ut potior, eſt retinenda? Suriana & Biniana, ùt mihi veroſimiliùs appareat, & quidem meritò.*

ſicque vocibus Ratiatum & Ratiatenſis pro Rauraco & Rauracenſi à librariis uſurpatis, Adelphius

57 *Quibus in conciliis ſuis edendis Surius & Binius uſi ſunt, codices Rauricæ civitati epiſcopum affigunt Adelphium, cujus nomen duabus primis ſynodis Aurelianenſibus inditum apparet: nec ſanè in hoc aliquid veritati diſſonum videtur; enimverò Raurica civitas jam dudum in ſedem epiſcopalem erecta fuerat, nec ulla ex Notis chronicis, ùt mihi videtur, oritur difficultas; nihil eſt igitur, cur Binianum & Surianam horumce duorum conciliorum lectionem tamquam ſinceram & germanam non habeamus. Sed & in variis codicibus, quibus Adelphius* Ratiaticæ civitati, *aut* de Ratiate *aut* Ratiatenſis *ſeu* Riatenſis *appellatur epiſcopus, legendum eſſe potiùs* Rauracenſis *aut* de Rauriaca civitate, *eò lubentiùs crediderim, quòd hoc vocabulum à ſciolis librariis haud difficilè in alterum mutari & ſic ſcribi potuerit: non enim inter utrumque vocabulum tanta eſt diſcrepantia, ut unum pro altero accipi facilè & uſurpari nequiverit; præſertim cùm in membranis temporum injuriâ partim attritis aut non parùm deletis. illæ voces* Raurica civitas *aut* Rauracenſis *epiſcopus occurrerint: amanuenſes enim, qui aliquam hujus nominis urbem in epiſcopalem ædem erectam eſſe non noverant, illa verba* Ratiatica, Ratiatenſis, *aut* Ratiate, *quod pagi alicujus apud Pictones haud ignobilis caput ſcirent, ſubſtituenda eſſe duxerunt; præſertim ſi amanuenſes illi, vel ex Pictonum regione oriundi, vel apud Pictones aut non ab eis procul diſſiti codices ſuos deſcripſerint. Ex hoc primo alius, ùt videtur, ſubortus eſt error: alii librarii verba illa* Ratiatica civitas *vel* de Ratiate, Riatenſis epiſcopus *in membranis intexta reperientes hancque antiquam civitatem numquam epiſcopali ſede gaviſam perſuaſi, ſed eam potiùs intra Pictavienſis diœceſis limites contentam eſſe edocti, codicibus ſuis vocabula iſta,* de Pictavis, Pictavorum epiſcopus, *ſicut in uno & altero Ms. legitur, inſeruerunt. Conjecturis meis haud parùm adjumenti attuliſſent varii Conciliorum editores, ſi codicum, quos in concilis ſuis vulgandis adhibuerunt, nos edocuiſſent ætatem; fortè enim apographa, quibus voces* Ratiatica, de Ratiate *&* Riatenſis *intextæ ſunt aliis, quibus* de civitate Pictavienſi *aut* de Pictavis *Adelphius ſcribitur epiſcopus, antiquiora & melioris notæ eſſe, illa inſpiciens exiſtimaſſem.*

non Ratiaticæ civitatis nunquam in epiſcopi ſedem erectæ, ſed,

58 *Utut ſit, ſubſcriptionem Adelphii, concilio* I *Aurelianenſi inditam & ex variis codicibus à Sirmondo memoratis deſumptam, quâ Ratiaticæ civitatis aut Ratiatenſis epiſcopus dicitur, de Raurica civitate, non verò de Ratiaſto antiquo apud Pictones, ùt abbas Belleyus ſuprà laudatus probat, oppido intelligendam eſſe, ex hoc in animum induco,* 1° *quòd Ratiaſtica civitas in ſedem epiſcopalem numquam fuerit evecta;* 2°, *quòd nullus Pictavienſis epiſcopus, ſicuti ex illorum Indice aut ex variis eorum ſubſcriptionibus, conciliis à ſeculo* IV, *quo S. Hilarius ſedebat, ad noſtræ uſque tempora celebratis, inditis, ab illa civitate Ratiaſtica nomen acceperit; quo fit, ut in vocem illam* Ratiatica *aut* Ratiacenſis *mendum irrepſiſſe, & eam pro Raurica civitate poſitam à ſciolis librariis fuiſſe, in animum propensè inducam.*

quidquid in contrarium ex aliarum eccleſiarum exemplo

59 *Aſt, inquies cum abbate Belleyo & nonnullis aliis eruditis, Carnotenſes epiſcopi, ſicuti ex Pithœano codice, in Notis ad concilium* I *Aurelianenſe à Sirmondo laudato, apparet, à Dunenſi caſtro nonnumquam vocati ſunt, ſic etiam Conſtantinenſes ſec.* VI *à Briovera fuerunt appellati: nec mirum igitur, quod* F *Pictavienſes à Ratiatica civitate nuncupati fuerint. In nonnullis, fateor, ſed inferioris notæ codicibus, epiſcopus Carnotenſis, Aventinus nomine, à Duno caſtro fuit appellatus, licèt in cæteris hujus concilii apographis* Carnotenſis *aut* Carnotenæ eccleſiæ *dictus fuerit antiſtes: ita & Carnotenſes epiſcopi à* Briovera *in aliquibus apographis, à Sirmondo laudatis, vocati leguntur. Verùm in quibuſdam aliis illud vocabulum* Brioverenſis *aut* ex Briovera *epiſcoporum nomini ita adjectum legitur, ut ab amanuenſibus inſertum ſtatim appareat. Sed & epiſcopi Carnotenſes à Duno caſtro, ſicut Conſtantinenſes à Briovera appellati mihi videntur, quod Dunum & Briovera ad epiſcopale eorum dominium vel, ut vocant, ad epiſcopi menſam pertinerent, ideoque in iis plerúmque locorum amœnitate allecti ſedem aut potiùs commorationem ſuam haberent Carnotenſes & Conſtantinenſes epiſcopi. Brioveram enim ad Conſtantinenſem antiſtitem ſpectáſſe, dilucidis probat Valeſius monumentis Notitiæ Galliarum pag.* 98. *Dunum autem caſtrum in epiſcoporum Carnotenſium ditione eſſe haud obſcurè innuit Papoli Carnotenſis ad epiſcopos Pariſios*

AUCTORE D. A. B. *Pariſiis anno 573 congregatos epiſtola, Concil. Galliæ tom. 1, pag. 350 intexta, quâ Papolus eos ſupplex rogat,* ut cauſam ipſius adverſus Promotum, qui, in caſtro Dunenſi epiſcopus conſtitutus, facultaticulam eccleſiæ, quantum in ipſo pago eſſe conſtat, ſimili conditione pervaſit. *Ex nullo autem, quod ſciam, inſtrumento civitatem Ratiatenſem ad Pictavienſis epiſcopi dominium pertinuiſſe liquet: magnum proinde inter Carnotenſes, Conſtantinenſes & Pictavienſes diſcrimen; nulla proin ratio exſtat, quâ hi à Ratiaſto aut Ratiatenſes appellari potuerint, ſed alia mox exſurgit difficultas, quam ſolvere hic operæ pretium eſt.*

erat ex regum 60 *Si ad Rauracenſem eccleſiam referenda ſint Adelphii ſubſcriptio & quæcumque de illo in duabus primis Aurelianenſibus ſynodis habentur, qui fieri potuit, inquies, ut Rauricæ regionis incolis ſeu Alſatis ſuperioribus intra Burgundici regni limites comprehenſis, Adelphius Rauracorum ep. annis 511 & 533 conciliis regum Francorum, qui tunc temporis haud parùm*
B *Burgundionibus ſuſpecti erant,* præceptione *Aureliæ celebratis adfuerit aut in his presbytero vices ſuas demandaverit? Hoc autem de epiſcopis Ratiatenſibus aut Pictavienſibus dici nequit; quippe qui in regum Francorum fide procul dubio tum ſtabant. Aſt, Rauracos intra Burgundionum fines ſeculo VI adoleſcente, degiſſe itáne perſpicuum certumque eſt, ut nullum de hoc moveri poſſit dubium? Haud levis enim de illo diſceptationis puncto mihi ſubeſt dubitatio. Et quidem Schoepflinus, cui Alſaticæ Hiſtoriæ periodi adeò erant perſpectæ, non in uno Alſatiæ Illuſtratæ loco, ſed præſertim pag. 226, 227, 626 & ſeqq. Rauracos ſaltem peracta Attilæ irruptione idque poſt annum 451 ſub Burgundionum regum ditione non exſtitiſſe, evincit.*

diverſitate hîc opponatur, 61 *Ne autem à Schoëpflino diſſerta hîc repetere videar, ex ejus diſceptatis hoc arguere tantummodò liceat, quod ſubdo: primò Burgundiones partem Rheno propinquam occupâſſe, donec ab aliis barbaris & anno 451 ab Hunnis pulſi ſedes ſuas in Helvetia regionibuſque vicinis contraxerint. Secundò Burgundionibus*
C *ſic ab Attila enectis aut fugatis, Alſatiam Superiorem novos excepiſſe hoſpites, Alemannos nempe, qui à multis annis Rhenenſibus oris aſſidentes tandem anno 495 apud Tolpiacum à Clodoveo Magno fuſi, in Francorum regum fidem tranſierunt; hincque Alſatia Superior ſeu Raurarica tellus, quæ Burgundionibus primò, dein Alemannis paruerat, Francorum ditioni fuit ſubjecta. His poſitis, quominùs Adelphii Rauracenſis eccleſiæ epiſcopi nomen duobus primis conciliis Francorum regum* præceptione *Aureliæ annis 511 & 533 celebratis, inſcriptum appareat, nihilominùs impedit, ſicque ruet difficultas ab regum diverſitate contra Adelphium Rauracenſem petita.*

Rauricæ eccleſiæ dicendus eſt epiſcopus. 62 *Epiſcopis igitur Rauracenſibus Adelphius & quidem, ſecundùm ipſius ſubſcriptionem, tum in concilio primo Aurelianenſi tum Aſclepii presbyteri in concilio ſecundo, Aureliæ habito, vices ejus gerentis, quæ ambæ ſubſcriptiones ex Suriana & Biniana horumce conciliorum editione acceptæ Adelphium eccleſiæ Rauracenſi affigunt epiſcopum, inſcribendus videtur. His eum inſcripſerat Grandidierus, Argentinenſis eccleſiæ Hiſtoriam tom. 1, pag. 153 contexens, quem dein in Nova Alſatiæ* D *Hiſtoria, quæ prælo ſudat, variantium, ùt opinor, lectionum ex codicibus à Sirmondo laudatis dejumptarum auctoritate ductus expungendum eſſe exiſtimavit. Quid de his omnibus ſit ſentiendum, numm. prægreſſis ſat ſuperque innui. Perpenſis proinde, quibus utraque de illius Adelphii ſede ſententia ſuffulta eſt rationibus, conſideratis variantibus, quæ tum ad Epiſcopi noſtri in concilio primo Aurelianenſi, tum Aſclepii in concilio ſecundo Aureliæ congregato vices ejus gerentis ſpectant ſubſcriptionem, lectionibus ex variis apographis ſeu ab Surio, Binio, Sirmondo laudatis, ſeu ex codice regio Pariſienſi depromptis, Suriana & Biniana editio, utpote correcta & magis caſtigata anteponenda, ideoque retinenda mihi viſa fuit. Etſi oppoſita ſententia veriſimilitudine aliquâ non careat, alteram tamen tamquam probabiliorem amplector. Sed certius aliquid de Ragnacario mihi dicendum occurrit.*

Ragnacarius, ſeculo VII epiſcopus, 63 *Licèt ſola S. Euſtaſii Luxovienſis II abbatis anno 625 emortui, de quo in hoc Opere ad 29 Martii, Acta Ragnacarii meminerint, in illius epiſcopatu adſtruendo tanta, ùt mihi videtur, auctoritate pollent, ut nemo iis aſſenſum denegare queat. Enimverò, qui ea ſcriptis mandavit, Jonas ſcilicet, in monaſterio Bobienſi, à S. Columbano abbate primùm Luxovienſi exſtructo, vitam monaſticam profeſſus, ùt ipſe in Præfatione ad ejuſdem S. Abbatis Vitam à Mabillonio Seculo 2 Benedictino pag. 6 vulgatam, innuit, & ſicuti ex pluribus locis ex SS. Euſtaſii & Attalæ S. Columbani diſcipulorum Actis, excerptis patet, S. Euſtaſio advixit. Eum ſeculo hoc ſeptimo floruiſſe, paſſim probant Henſchenius ad diem x Martii S. Attalæ Acta illuſtrans num. 2; Mabillonius, qui ejuſdem biographi lucubrationem de SS. Columbano, Attala & Euſtaſio Operi ſuo mox laudato indidit, Franciæ Litterariæ ſcriptores tom. 3, pag. 603 & ſeqq., Cellierus denique Scriptorum Eccleſiaſticorum Hiſtoriæ tom. 17, pag. 657 Jonam, primùm S. Euſtaſii biographum, ac Ragnacario, qui ſub Euſtaſii abbatis Luxovienſis diſciplina, virtutibus & ſcientiis fuit inſtitutus, coætaneum fuiſſe, indubitatis evincunt argumentis: hinc-* F *que, quanta ipſi ſcriptori aut de S. Euſtaſio aut de Ragnacario ejus diſcipulo ſermonem facienti, fides ſit adhibenda, lector ipſe haud difficilè intelliget.*

quæ 64 *Porrò Jonæ, S. Euſtaſii biographi, verba, quæ ad ſcopum meum faciunt, ex Vitâ ejus, ab Henſchenio editâ, num. 7 deprompta, huc tranſcribo:* Fuit namque ejus (*S. Euſtaſii*) ſtudium, ut multos ſua facundia erudiret. Nam multi eorum poſtea eccleſiarum præſules extiterunt, quorum hæc nomina ſunt: Chagnoaldus Lugduno Clavato epiſcopus, Acharius Veromandorum & Noviomenſis ac Tornacenſis epiſcopus, Rachnarius Auguſtuduni (*aliàs* Auguſtodoni) & Baſiliæ epiſcopus. Audomarus Bononiæ Taroanenſis oppidi epiſcopus fuit. *Ita habent varia eorumdem Actorum apographa, à Surio edita aut Bedæ Operibus inſerta vel ab Henſchenio cum aliis, quæ num. 2 ſui Commentarii ad S. Euſtaſii Vitam prævii laudat, collata; adeò ut in omnibus his apographis aut codicibus Ragnacarius Baſiliæ ſediſſe, & quidem ſec.* VII *legatur. Unde non mirum, quod Robertus*

A *& Sammarthani fratres in ſuâ, quam elucubrârunt, Galliâ Chriſtianâ, licèt ei nullum locum Urſitius in ſua Baſilienſi epitome ſignaverit, Baſilienſibus epiſcopis annumeraverint. Et verò cùm biographi verba omninò perſpicua ſint, cúmque varia S. Euſtaſii Actorum apographa, quibus Surius, Henſchenius & Mabillonius uſi fuerunt, Ragnacarium tamquam Baſilienſi eccleſiæ præpoſitum exhibeant, qua ratione eis fides denegari poſſit, non certè video.*

Baſiliæ 65 *Cointius tamen, qui ad annum* 748, *num.* CIV *Baſilienſis eccleſiæ primordia* medio fermè octavo ſeculo *affigit, ne quid ſuæ opinioni detrahat, Ragnacarium, quem Auguſtoduni ex ipſius S. Euſtaſii Vitâ mox laudatâ ſedìſſe propugnat, Baſilienſibus Euangelium dumtaxat prædicáſſe, expreſſis verbis aſſerit, ita ut Ragnacarius apud Rauracos ſeu Baſilienſes epiſcopum, ùt vocant, regionarium ſeu virum apoſtolicum egiſſe dumtaxat videatur. Verùm iiſdem omninò terminis S. Euſtaſii biographus, Ragnacarium Baſiliæ ſedìſſe, ſcribit, quibus* B *Laudunenſibus Chagnoaldum, Noviomenſibus Acharium, & Tervanenſibus Audomarum prælatos fuiſſe, edocet: igitur cùm illos harumce civitatum incolis ex ipſis Joncæ verbis præpoſitos fuiſſe epiſcopos, omnes eruditi & indicum ſcriptores & ipſemet Cointius arguant & reipſa in terminis perſpicuum ſit; cur Ragnacarium Baſilienſibus epiſcopis inſcribendum non eſſe, Annalium Eccleſiaſticorum Franciæ auctor exiſtimat? Præterea, Auguſtodunenſem epiſcopum, ſeculo iſthoc* VII *è civitate ſua egreſſum, ad Alſatas Superiores Euangelium prædicandi causâ properáſſe, vix intelligere queo, cùm nec in hac Superioris Rheni parte, nec in monaſteriis aut eccleſiis, in viciniâ ejus poſitis, deeſſent monachi aut alii viri apoſtolici, qui fidei dilatandæ ſtudio accenſi rem Chriſtianam promoverent. Igitur huic cavillationi convellendæ non diutiùs immorabor.*

ſeu eccleſiæ Rauracorum præfuit, 66 *Licèt tempus, quo eccleſiam Baſilienſem adminiſtrandam ſuſcepit Ragnacarius, certo calculo determinari haud queat, attamen cùm in ſcholâ Luxovienſi ſub S. Euſtaſii II, hujus monaſterii abbatis, qui anno* 625 *vitam hanc mortalem cum immortali commutavit, diſciplinâ edoctus fuerit, S. Audomaro, qui Tervanenſi eccleſiæ, juxta Stiltingum ad diem* 9 *Septembris ſancto huic epiſcopo ſacram, circa annum* 628 *præfectus fuerit, & Achario Noviomenſium ſeu Tornacenſium antiſtiti, qui ab anno circitèr* 630 *ad* 639 *juxta Novæ Galliæ Chriſtianæ ſcriptores tom.* 9, *col.* 981 *pedum hujus eccleſiæ geſſit, advixerit, eum eccleſiæ Baſilienſi ſeu Rauracenſi circa annum* 630 *prælatum fuiſſe, probabili argumento eruere mihi licet. Sed de Ragnacarii epiſcopatûs epocha non tanta eſt inter eruditos controverſia: verùm an Auguſtodunenſi eccleſiæ præpoſitus fuerit, an Baſiliæ dumtaxat ſederit antiſtes, non levi animorum æſtu diſputant eruditi: quâ de causâ hæc quæſtio, quâ par eſt, curâ perpendenda occurrit.*

nec ideo 67 *Varia Actorum S. Euſtaſii apographa, quibus vel Surius in ſua adornanda horum editione uſus eſt, vel de quibus mentionem inſtituit Henſchenius Comm. ſui prævii num.* 2, *cùm paſſim Ragnacarium Auguſtodunenſi & Baſilienſi eccleſiæ præpoſitum exhiberent, hinc ſcriptores eruditione celebres nunc eum aut duabus his eccleſiis aut Auguſtodunenſi dumtaxat præ-* AUCTORE *latum fuiſſe, aſſeruerunt. Mediam viam ingreſſus hagiographus Antverpienſis, aliamque opinionem obviam magis amplexus, S. Euſtaſii biographi verbis annotatum ſubnexuit, quod huc tranſcribo:* Ragnacarius creditur Auguſtodu- D. A. B. no migrâſſe Baſileam. *Et quidem, cùm ſanctum Virum duas ſimul eccleſias longo itinerum intervallo diſſitas ſuſcepiſſe adminiſtrandas omninò ſit à veriſimilitudine alienum, eum non niſi dimiſſo Auguſtodunenſi epiſcopatu ad Baſilienſem cathedram tranſiiſſe, hac ſola innixus ratione lubentiùs crederem: ideoque in Henſchenii ſententiam, utpote obviam magis, iviſſem, ni me rationum momenta, quæ mox adducturus ſum, retraxiſſent.*

Auguſtodunenſibus. 68 *Et* 1° *hiſce temporibus raræ admodùm erant, ab unâ epiſcopali ſede ad aliam migrationes, vixque, niſi ſufficientibus innixæ ſint monumentis, videntur admittendæ.* 2° *Si Euſtaſii biographi verba attentiùs perpendas, Regnacarius eodem tempore Auguſtoduni ſediſſe eſt dicendus, quo Noviomenſibus, Laudunenſibus & Tervanenſibus præfuerunt Acharius, Chagnoaldus & Audomarus; porrò ſi Novæ Galliæ Chriſtianæ tom.* 9, *col.* 511 *&* 981, *Suyskenum, qui ad diem* 4 *Septembris de S. Chagnoaldo multa habuit, Stiltingum S. Audomari Acta ad diem* 9 *Septembris illuſtrantem, Caſtellanum in Generali ſuo Sanctorum Catalogo & Martyrologii Pariſienſis auctorem ad* 4 *diem Septembris &* 27 *Novembris audias, Noviomenſem eccleſiam Acharius circa annum* 630 *ad* 639, *Laudunenſem Chagnoaldus ante annum* 625 *ad* 632 *& Morinenſem Audomarus ab anno circitèr* 630 *ad* 670 *moderandas ſuſcepêre: proindeque circa idem tempus, id eſt, ab anno circitèr* 625 *ad* 640 *Auguſtodunenſe pedum geſſiſſe Ragnacarius, qui Chagnoaldo Laudunenſi fuit æqualis, videtur. At ſaltem hic anno* 625 *aut* 630, *quo celebratum fuit, ùt ſcribit Labbeus Concil. tom.* 5, *col.* 1688 *& ſeq., Remenſe concilium, Auguſtoduni non ſedebat, ſed Auſpicius, qui unà cum* Chaignoaldo *huic ſynodo interfuit; igitur Ragnacarius epiſcopis Æduenſibus ſub hoc tempus non eſt inſcribendus. An autem elapſo hoc tempore Auguſtodùni ſederit, ex nullis prorſus mihi liquet monumentis. Sed ad aliud, quod præmonſtrant S. Euſtaſii biographi verba num.* 64 *recitata, propero.*

utì ex ipſomet Joncæ textu 69 3° *De eccleſiâ, cui præerat Ragnacarius, eodem modo loquitur S. Euſtaſii biographus, ac de aliis, quas Acharius & Audomarus adminiſtrandas ſuſceperant: porrò, licèt ſuccedentibus temporibus Noviodunum & Tornacum, Bononia & Tervanna in diverſas epiſcopales ſedes aſſumpta fuerint, ſeptimo tamen hoc ſeculo in unam quaſi eccleſiam coaleſcebant, ita ut unam eamdemque diœceſim uni & eidem epiſcopo ſubjectam effecerint: igitur, ut biographo ſuus ſerveiur loquendi modus, eum de una eademque eccleſia, ſeu de unica tantùm diœceſi, cui Ragnacarius regendæ præpoſitus fuerat, tum ab Auguſta Rauracorum, præcipuâ olim epiſcopi cathedrâ, tum à Baſiliæ nuncupatæ, non verò de duabus eccleſiis longo itinere diſſitis, diverſæque metropoli (neque enim Auguſtam Æduorum ad Lugdunenſem, Baſiliam ſeu Auguſtam Rauracorum ad Veſontionenſem metropolim ſpectáſſe, quis ignorat)*

AUCTORE D. A. B.

jubjectis, quibus adminiſtrandis nequidem par eſſe poterat unus idemque epiſcopus, locutum fuiſſe exiſtimo. Ne quis iſthanc mihi dumtaxat jedere jententiam credat, hic Schoepflini verba, quibus Alſatiæ Illuſtratæ pag 151 eamdem propoſuerat, hic jubdo. Scriptorum, *inquit*, medii ævi quorumdam ignorantiâ factum, ut locum hunc, Auguſtam Rauracorum quum Auguſtæ nomen emper retinuerit, Auguſtodunum appellarent, quod Jonam Bobienſem, S. Euſtaſii Vitæ ſcriptorem ſeculo VII, item anonymum Vitæ S. Agili abbatis Resbacenſis in diœceſi Meldenſi auctorem feciſſe video. *Proindeque Jonam ſcilicet & S. Agili Vitæ ſcriptorem, per hanc vocem* Auguſtoduni *non Æduorum, ſed Rauracorum olim præcipuam civitatem intellexiſſe, haud obſcuris docet verbis Schoepflinus. Sed quod ignorantiæ factum fuiſſe autumat Argentoratenſis profeſſor, ego amanuenſium culpâ accidiſſe opinor.*

& variis codicibus à Mabillonio laudatis & Luxovii aſſervatis conſtat,

70 *Illud evincunt melioris notæ Mss. Ciſtercienſe videlicet & omnia alia, à Mabillonio, ut ipſe in notis ad S. Euſtaſii Acta Seculo II Benedictino pag. 112 fatetur, laudata, in quibus pro Auguſtoduni vocabulo legitur* Auguſtanæ *; cui voci hanc notulam ſubnectit editor.* Sic legendum, *inquit*, cum Mss., non verò Auguſtoduni, ut apud Bollandum. Auguſtanæ nomine intellige Auguſtam Rauracorum vulgò Augt (prope Baſileam Baſle, urbem quondam, hodie in vicum redactam. *His à Mabillonio annotatis conſonant varii codices in Muſeo Luxovienſi aſſervati, quorum notitiam ad me jubmiſit R. P. D. Auguſtinus Rouſſeau, hujus archimonaſterii Prior, qui litteris, die 6 Januarii anni 1787 datis, illum antiquum codicem labente ſeculo X, anno circitèr 980 aut 990, u apparet, exaratum, præcipuè laudibus extollit; quippe qui ab Adſone ipſo aut ſaltem ejus ætate, id eſt, ut docent Hiſtoriæ Litterariæ Franciæ auctores tom. 6, pag. 471 & ſeqq., exeunte ſeculo X, creditur ſcriptus. Huic autem apographo eo major fides adhibenda videtur, quod cùm in Luxovienſi monaſterio, ab Baſilienſi ſeu ab Auguſtana civitate haud multùm diſtante, ſit confectus, in eo contexendo amanuenſes circa Auguſtanum vocabulum difficiliùs in errorem incidere potuerint.*

C

eſt antiquè-randus,

71 *Nec obſtat, quod in Acta S. Agili, de quo in hoc Opere ad 30 Auguſti, idem error, quo nonnulla S. Euſtaſii Actorum apographa vitiata conſpeximus, irrepſerit; hîc enim notanda occurrit aut ſcriptoris aut ſaltem librariorum oſcitantia, qui totum hunc locum ex S. Euſtaſii Actis excipientes, hanc vocem* Baſiliæ *ad Ragnacarii epiſcopatum adſtruendum cumprimis facientem, & quæ in omnibus apographis legitur, ſilentio prætermiſerint: ſicque omnem difficultatem circa Ragnacarii epiſcopatum apud Baſilienſes aſſerendum, ex voce Auguſtoduni ſubortam ſolvit variorum codicum à Mabillonio cum aliis vulgatorum lectio, & ea, quam ex perantiquo præſertim Luxovienſi codice depromptam mox retulimus.*

nec pro Rachone Æduënſi epiſcopo excipiendus.

72 *Sed ex illo errore, qui codices, à Surio & Henſchenio viſos, aut cum aliis collatos aut editos infecit, alius ſubinde prodiit, quo ſcilicet Ragnacarius, pro Rachone Æduenſi epiſcopo ipſe acceptus, ſacris hujus eccleſiæ tabulis à nonnullis ſcriptoribus inſcripus eſt. Cùm enim S. Racho, ut ex Actis ipſius, ex Bibliotheca Fouquetiana erutis & ab anonymo ſub epiſcopatu Geraldi I, qui, ut ſcribunt Novæ Galliæ Chriſtianæ auctores tom. 4, col. 374 & ſeq., peaum labente ſeculo X geſſit, contextis, & quæ in ſupellectili Bollandiana ad diem 5 Decembris vulganda ſervantur, S. Racho vitam monaſticam ineunte ſeculo VII apud Æduenſes profeſſus & dein in epiſcopum aſſumptus, Ragnacario, ut apparet, aavixerit, facilè contingere potuit, ut propter qualemcumque nominis ſimilitudinem & vitæ genus, quod in diverſis cœnobiis amplexi fuerant, pro uno & eodem epiſcopo acciperentur. Aſt, ut obſervant Novæ Galliæ Chriſtianæ mox laudati ſcriptores, Racho omnibus Æduenſium epiſcoporum inſcribitur Catalogis, Ragnacarii autem nomen nulli omninò legitur inſertum. Verùm hæc ad diem 5 Decembris enucleanda manent.*

D

Pauci igitur, qui Rauraci aut Baſiliæ ſederint, antiſtites:

73 *Quatuor eccleſiæ Baſilienſis ſeu Rauracenſis epiſcopos per trecentorum annorum decurſum prælatos reperimus. Primus omnium Juſtinianus, cujus ſynodi Agrippinenſis Acta meminerunt: ſecundum, ſi modò epiſcopum, nomine* Pantalum, *Baſiliæ aut Rauraci umquam ſediſſe, ſepulcralis, de quo ſuprà num. 16 & ſeqq., titulus, in uno, ut volunt, è ſarcophagis, Coloniæ effoſſis, repertus, ſufficienter, quod, ut obſervo, modò ferè ab omnibus eruditis negatur, evictum dat, obtinet locum* Pantalus, *pro Chriſto anno 451 occiſus, cujus tamen epiſcopatus & martyrium, nec hiſtoricis factis, nec iis, quæ de Rauracorum Auguſtæ aut Baſilienſis civitatis ſtatu habet Schoepflinus, diſſonum quid continet: tertius Adelphius, cui Rauracenſis ſedes potioribus rationum momentis, quàm Pictavienſis cathedra concedenda videtur. Quartus denique, quem Jonas ſec. VII ſcriptor æqualis, in Auguſtanorum & Baſilienſium, ut ex melioris notæ codicibus pateſcit, epiſcoporum numerum intulit, Ragnacarius. Hinc, quàm parvus ſit epiſcoporum Rauracenſium per tria ſecula numerus, quantæque fuerint Alſatiæ Superioris clades, facilè quis arguet.*

hinc non mirum, quod Argentoratenſes epiſcopi in Alſatia Superiori rem Chriſtianam curaverint:

74 *Nec mirum igitur, quod ſeculo VII & ſequenti per illam Alſatiæ Superioris partem, quæ nunc ad Epiſcopum Baſilienſem ſpectat, ſpecialem juriſdictionem exercuerit Argentoratenſis antiſtes. Enimverò cùm eccleſiæ Baſilienſi aut nullus aut pauci admodùm præpoſiti fuerint epiſcopi, rem Chriſtianam apud Alſatas Superiores promovendi Argentoratenſi antiſtiti, qui in vicinia erat, cura incumbebat: hincque nonnulla monaſteria in Alſatiâ Superiori, ſed nunc in Baſilienſi diœceſi poſita, variis donârunt prædiis & eis conceſſa ſec. etiam VIII firmârunt Argentoratenſes epiſcopi, ſive illius diœceſis pars, in qua erecta fuerunt illa monaſteria, olim Rauracenſi aut Baſilienſi epiſcopo paruerit, ſive ſeculo dumtaxat nono eorum ſedi unita fuerit. Hic diſceptationi meæ de Rauracenſis aut Baſilienſis eccleſiæ primordiis nonnulliſque ejus primis epiſcopis inſtitutæ finem imponam. Ubi enim Walai aut Walani tempora attigimus, aſſerta jam exſtat horumce antiſtitum ſeries. Hujus eccleſiæ hiſtoriæ annos difficiles magis ac tenebris reſperſos emenſus, cæteros veris hiſtoriæ ſtudioſis perluſtrandos relinquam.*

DE

A

AUCTORE C. B.

DE SS. CYPRIANO ET FELICE EPP.

ALIISQUE MMMMCMLXXV, PARTIM MM. PARTIM CONFF. IN AFRICA

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Sanctorum in Faſtis ſacris memoria & elogia, ſeu quæ in hiſce traduntur, è Victore Vitenſi ſeu Actis, optima fide abs hoc ſcriptis hîcque edendis, accepta.

ANNO CIRCITER CDLXXXII ET POST. *Sanctorum* 4976, *quos hodie Romanum Parvum annuntiat, apud Adonem*

Martyrologium Romanum Parvum ſeu Vetus, circa annum DCCXL, *ùt Sollerius in ſua ad Uſuardum Præfatione num.* 142 *docet, compoſitum, hodie ſic habet:* Apud Africam ſanctorum Confeſſorum quatuor millium DCCCCLXXVI. ſub perſecutione Wandalica paſſorum. *Glorioſiſſimam hanc, paucis ſanè verbis hic memoratam Pugilum Catholicorum in Africa turmam Ado & Uſuardus, qui, quemadmodùm in laudata Sollerii præfatione videre etiam licet, uno ferè dumtaxat ſeculo poſt Romani Parvi auctorem floruére, hodie pariter annuntiant, elogiis etiam, quibus Sanctos illos partim martyres, partim confeſſores exornant, adjunctis. Hæc, quòd quæpiam, hic infrà intacta haud relinquenda, complectantur, huc etiam tranſcribo. Sequentibus hiſce, quod Ado ſuppeditat, concipitur verbis:* Apud Africam ſanctorum Confeſſorum & Martyrum quatuor millium nongentorum ſeptuaginta ſex, qui perſecutione Wandalica apud Africam, cùm eſſent eccleſiarum Dei Epiſcopi, Presbyteri & Diacones, aſſociatis ſibi turbis fidelium populorum, juſſu

C Hunnerici regis Ariani, pro defenſione Catholicæ veritatis in horribilis eremi exilium truſi & inter Mauros ferociſſimos deputati ſunt: inter quos erant Cyprianus & Felix, præcipui Domini ſacerdotes. È quibus plurimi, cùm crudeliter minarentur, & haſtilium cuſpidibus ad currendum ac lapidibus tunderentur, ſive ligatis pedibus, velut cadavera, per dura & aſpera loca traherentur, tam diro ſupplicio per ſingula membra diſcerpti, dum per gladios acutos petrarum huic caput conterebatur, aliis latera findebantur, inter manus trahentium ſpiritum exhalabant. Extat per totum aggerem publicum, tumulis loquentibus, vilis ſepultura Sanctorum.

& Uſuardum elogia. Quæ in hiſce duo illi martyrologi narrant, è Victore Vitenſi

2 *Elogio iſthoc, quod forſan non immeritò poteſt videri juſto prolixius, multò eſt brevius, quod Uſuardus contexuit, utpote hæc dumtaxat, quibus illud non ineleganter contrahitur, verba complectens:* In Africa ſanctorum Confeſſorum & Martyrum quatuor millium nongentorum ſeptuaginta ſex, ſub Hunnerico rege, qui cùm eſſent eccleſiarum Dei epiſcopi, presbiteri, diaconi, aſſociatis ſibi turbis fide-

lium populorum, pro defenſione Catholicæ veritatis, in horribilis eremi exilium truſi & ad extremum variè excruciati, martyrium celebrârunt; inter quos erant Cyprianus & Felix, præcipui Domini ſacerdotes. *Talia ſunt, quæ huc tranſcribenda duxi, elogia, ab Adone & Uſuardo, quos ambos aut horum alterutrum deinde martyrologi non pauci minùs antiqui ac cumprimis Notkerus ſunt ſecuti, ſubminiſtrata; verùm, cùm ſancti noſtri Athletæ ſeculo* V, *utì ex infrà dicendis pateſcet, nondum elapſo, floruerint ſeculiſque adeò aliquot ab Adone & Uſuardo, qui è dictis ſec. demùm* IX *Martyrologia ſua contexuére, vixerint remoti, undè hi, quæ de illis in jam datis elogiis memorant, hauſére ac porrò habuére perſpecta? S. Victor, Vitenſis, non verò, ùt olim paſſim creditum, Uticenſis, in Africa epiſcopus, quem Cuperus noſter, vindicato ei* Sancti *titulo, in Operis noſtri tom.* IV *Auguſti à pag.* 628 *intulit, anno, ùt ibidem monſtratur,* 487 *ac proin, utì ex infrà dicendis palàm fiet, quinque ferè dumtaxat annis, poſtquam orthodoxi, de quibus nos hic,* 4976 *relegati ab Hunnerico fuiſſent, Wandalicæ perſecutionis Hiſtoriam piè ac fideliter conſcripſit.*

F

ſeu Actis hîc edendis, quæ is optima fide ſcripſit.

3 *Aureum illud* (*ita enim hæc à ſcriptore non uno, nec immeritò, vocatur*) *Opuſculum, quod, cùm jam à B. Rhenano, Lorichio, Chiffletio aliiſque fuiſſet typorum beneficio vulgatum, Ruinartius: in libros quinque, ſuis ſingulos numeris diſtinctos, à ſe diviſum, Pariſiis iteratò recudendum anno* 1694 *curavit, relationem haud admodùm longam complectitur, quâ Victor, tot fuiſſe, quot ſuprà Romani Parvi auctor, Ado & Uſuardus aiunt, Catholicos ab Hunnerico in exſilium pulſos, præfatus, loco non uno ſeſe illis, ad hoc jamjam perrecturis ac porrò deinde pergentibus, in itinere adfuiſſe, luculentiſſimè prodit; ut enimverò eorum, quæ Sanctos illos exſules tum feciſſe ac pertuliſſe narrat, ſcriptorem & teſtem nec præſtantiorem nec fide digniorem deſiderare poſſimus. Relatio iſta, quâ quidquid ad Sanctos noſtros potiſſimùm ſpectat, exponitur, in S. Eugenii epiſcopi Carthaginenſis Actis, Operis noſtri tom* 3 *Julii à pag.* 495 *recuſis, num.* 14 *& ſeptem ſeqq. ſubminiſtrata jam eſt, ibique adeò à ſtudioſo lectore poteſt videri; verùm, etſi*

AUCTORE C. B.

sic habeat, eam tamen, Actorum nomine distinctam ac pro more nostro in numeros divisam, Commentario huic, tum ut fidem, à decessoribus nostris tom. 2 Septembris in historica de SS. Donatiano, Præsidio, aliisque quatuor Africanis episcopis Sylloge num. 3 quodammodò datam, liberem, tum ut lectoris, cui sic, quæ ad Sanctos nostros præcipuè spectant, noscere aventi, recurrendum hunc in finem aliò non erit, commodo inserviam, è Ruinartii editione, cum Surii & Chiffletii editionibus collata, subjungam.

sunt accepta, nec ex eo, quòd ab hodierno, cujus etiam hîc verba dantur,

4 *Porrò ut modò, hisce præmissis, ad id, quod suprà proposui, respondeam, è dicta relatione seu Sanctorum nostrorum Actis, Commentario huic, ùt dixi, subdendis, elogia, secundo ac tertio loco suprà recitata, seu quæ in hisce Ado & Usuardus memorant, primitùs sunt deprompta. Id quisque, qui hæc cum illis contulerit, haud difficulter perspiciet, utì etiam ipsammet, quam mox ab hujus Commentarii initio huc transcripsi, Romani Parvi annuntiationem ex iisdem Actis promanâsse, ut sanè*

B *alterutrum operosiùs hîc probare necesse non sit. Neque est, cur quisquam, quò tres illos martyrologos ac nominatim Adonem & Usuardum sua è Victore non accepisse ostendat, hîc forsan objiciat Martyrologium Romanum hodiernum, in quo, quod Sanctis nostris hodie tribuitur, elogium sequentibus hisce, quæ, quòd non secùs ac elogia, ab Adone & Usuardo contexta, lectori ob infrà dicenda ante oculos posita esse sit necesse, modò etiam huc transcribo, conceptum est verbis:* In Africa sanctorum Confessorum & Martyrum quatuor millium nongentorum sexaginta sex in persecutione Wandalica sub Hunnerico rege Ariano: qui cùm essent partim ecclesiarum Dei episcopi, partim presbyteri & diaconi, associatis sibi turbis fidelium populorum, pro defensione Catholicæ veritatis in horribilis eremi exilium trusi sunt: ex quibus plurimi, dum crudeliter à Mauris ducerentur, hastilium cuspidibus ad currendum impulsi & lapidibus tunsi, alii ligatis pedibus velut cadavera per dura & aspera loca tracti & singulis membris discerpti, ad extremum variè excruciati, martyrium

C celebràrunt. Erant inter eos præcipui Domini sacerdotes Felix & Cyprianus episcopi.

Mrl. Romano seu Baronio in Sanctorum, quos assignant,

5 *Etsi enim Martyrologium Romanum laudatum seu præcipuus hujus reformator Baronius, qui Sanctorum numerum, à Romani Parvi auctore, Adone & Usuardo expressum, decem ei Athletis in elogio jam nunc recitato demptis, minuit, sibi etiam, uti ex Annotationibus, quas huic subjungit, liquet, Victorem Vitensem prælucentem habuerit, hinc tamen numerum illum ab antiquis illis martyrologis è sancto hoc scriptore haud fuisse acceptum, inferri haud potest. Id è jam nunc dicendis patescet. Diversa, ùt Ruinartius in persecutionis Wandalicæ Historia pag. 168 docet, Victoris Vitensis exemplaria, quorum alia orthodoxos septuaginta sex, alia sexaginta sex ac alia demùm sexaginta quatuor ab Hunnerico in exsilium unà cum aliis quater mille nongentis missos, notant, inveniuntur; cùm autem sic habeat totaque etiam orthodoxorum seu exsulum horum turma ad quater mille* DCCCCLXI *in Chiffletiana Victoris editione contrahatur, quid ni tam Romani Parvi auctor Adoque & Usuardus, qui majorem, quàm Baronius aut quivis alii, qui minorem Pugilum numerum fignant, eum è Victore Vitensi, diversa hujus secuti exempla, accepisse queant? Id sanè ego haud perspicio.* D

numero dissonent,

6 *Et verò, etsi quidem in dubium, quin Baronius minorem, quem assignat, Pugilum nostrorum numerum è qualicumque sibi prælucente Victoris Vitensis exemplari acceperit, revocari ob jam dicta haud queat, vel ex eo tamen, quòd scriptor antiquus, à Victore diversus, è quo Ado juxtà ac Usuardus & Romani Parvi auctor majorem, quem memorant, Athletarum numerum accepisse queant, haud reperiatur, in dubium pariter, quin hunc illi è prælucentibus sibi Victoris exemplaribus acceperint, revocandum non est. Nec id tantùm non faciendum, verùm etiam, eumdem istum majorem Sanctorum numerum, utpote qui tam in iisdem, utì è jam dictis consequitur, Victoris Vitensis seculo* X *(ante hoc enim tres proximè laudati martyrologi classici floruêre) antiquioribus exemplaribus, quàm in correctiori Victoris per Ruinartium editione aliisque præterea, quæ in hac pag. 168 laudantur, Victoris ejusdem exemplaribus sit fundatus, amplectendum aut certè minori per Baronium assignato Pugilum numero præferendum cum Sollerio nostro in hodiernis suis in Usuardum Observationibus opinor; etsi autem etiam auctiorem illum, de quo jam satis, Athletarum numerum nec admittendum, nec ex Victore Vitensi ab Adone & Usuardo ac Romani Parvi auctore acceptum, tantisper daremus, hinc tamen alia, quæ duo horum priores in elogiis suprà huc transcriptis memorant, è Victore pariter accepta non esse, concludi haud posset, utì quisque, qui rem attentè expenderit, haud difficulter agnoscet.* E

quódque unà cum eodem Baronio in iis, quæ de iisdem Sanctis tradunt,

7 *At verò, inquies, Victor Vitensis, gloriosam, de qua in Actis edendis num. 1 loquitur, orthodoxorum 4976 turmam ex episcopis, presbyteris, diaconis aliisque Ecclesiæ membris fuisse compositam, hancque eo, de quo sermonem facit, tempore ab Hunnerico in exsilium pulsam, nulla omninò alterius, quæ turmæ isti fuerit adjuncta, multitudinis fidelium mentione instituta, tradit; Victori autem hac in re Ado & Usuardus, imò & Baronius, adversari videntur; eamdem enim fortissimam, quam hodie memorant, Pugilum Africanorum quatuor millium nongentorum septuaginta sex, aut, ùt Baronius habet, sexaginta sex, legionem ex episcopis, presbyteris & diaconis fuisse compositam, hosque unà cum altera, quæ legioni isti fuerit adjuncta seu associata, fidelium populorum multitudine ab Hunnerico in exsilium pulsos, in Sanctorum elogiis suprà huc transcriptis, utì hæc consideranti patescet, videntur adstruere, cúmque fortissimam, quam Victor memorat, Pugilum Catholicorum turmam è solis episcopis, presbyteris & diaconis constitisse, haud prorsus obscurè, ùt apparet, insinuent, pluresque etiam, quàm Victor, seu confessores seu martyres numerare videantur, est sanè, cur cum scriptore isthoc pugnare omniaque adeò, quæ memorant, ex eo haud deprompsisse existimentur.* F

ab ipsomet Victore vel verè vel in peciem

8 *Id haud dubiè, qui Victori Vitensi potiùs, quàm Baronio ac aliis quibuscúmque sive antiquioribus sive recentioribus scriptoribus, credendum hic esse nôrat, Castellanus observârit, hincque nihil, quod etiam vel in speciem, nedum reipsa scriptori isti adversaretur, Martyrologio suo Universali inserendum ac proin liberiori*

in

A *in Baronio interpretando minerva hic utendum ratus priori Sanctorum noſtrorum elogii periodo, quâ, quæ dixi, Victori ſeu reipſa ſeu ſaltem in ſpeciem adverſantia à martyrologo iſto tradi videntur, ſubſtituit periodum alteram, quæ è Gallico, quo conſcripta eſt, idiomate in Latinum verſa, ſic ſonat :* In Africa ſanctorum Confeſſorum & Martyrum quatuor millium nongentorum ſexaginta rex, perſecutionem à Wandalis ſub Hunnerico rege Ariano paſſorum; quorum alii erant epiſcopi, alii presbyteri, alii diaconi & alii majori etiam numero laïci, qui omnes pro defenſione Catholicæ veritatis in horribilis eremi exilium truſi ſunt. *Ita laudatus Caſtellanus, qui, quamvis quidem, dum Pugilum noſtrorum turmam partim è laïcis conſtitiſſe, hic prodit, Victoris mentem, utì infrà dicetur, aſſecutus forſan haud ſit, nihil tamen, quod cum hoc ſcriptore certò pugnet, verbis jam datis tradit. Verùm quid modò de Adone, Ujuardo & Baronio dicamus ?*

B 9 *Hoſce ego, vel minùs accuratè locutos, plùs etiam, quàm voluerint intelligi, commemoraſſe, vel certè haud ſat aptè, quæ in Victore legerant, interpretatos, in litteras ea, quæ cum ſcriptore iſthoc pugnare videntur, miſiſſe opinor, cúmque alterutrum habuiſſe locum, neutiquam vero appareat abſimile, ſanè ex iis, quæ de glorioſiſſima Pugilum noſtrorum turma martyrologi dicti memorant, hoſce illa ex Victore, cum quo vel verè vel in ſpeciem pugnant, haud accepiſſe, ſeu ſcriptore iſthoc ad ſcribenda hujuſmodi uſos non eſſe, haudquaquam poteſt concludi. Verùm anne id ex eo, quòd, ut infrà docebo,* Cyprianum, *Unizibirenſem Byzacenæ, utì ex epiſcoporum Africæ apud Ruinartium de perſecutione Wandalica pag.* 131 *Notitia intelligitur, provinciæ epiſcopum, glorioſis noſtris* 4976 *Athletis, quos unà ab Hunnerico relegatos Acta edenda tradunt, accenſeant, ſeu, ut clariùs loquar, veluti unum è ſanctis hiſce Exſulibus commemorent, fieri pariter haud poteſt ? Victor Vitenſis, quo certè in omnibus, ad Sanctos noſtros ſpectantibus, eſt ſtandum, in dictis Actis num.* 7 *ſic ſcribit :* Aderat ... ibi tunc (*orthodoxis* C *ſcilicet* 4976 *in exſilium Hunnerici juſſu abeuntibus graviſſimaſque hac occaſione ærumnas in via patientibus*) beatus pontifex Cyprianus, Unizibirenſis epiſcopus, conſolator egregius, qui ſingulos pio & paterno fovebat affectu non ſine fluminibus currentium lacrymarum : paratus pro fratribus animam ponere & ſe ultroneum, ſi dimitteretur, talibus paſſionibus dare ; qui totum, quod habuit, egentibus fratribus in illa tunc neceſſitate expendit : quærebat enim occaſionem qualiter confeſſoribus ſociaretur, ipſe animo & virtute confeſſor. Qui poſtea per multos agones & ſqualores carceris ad exſilium, quod deſiderabat, cum exſultatione perrexit.

diſſentientes, Cyprianum etiam, qui tamen

10 Cyprianus *itaque ſanctis noſtris Athletis* 4976. *quos ab Hunnerico relegatos, Victor tradit, ſolatio & auxilio in itinere ad eremum, ad quam abducebantur, quàm maximè fuit, iiſque ſeſe ærumnarum & exſilii ſocium jungi ardentiſſimè, ut idem Victor verbis jam datis teſtatur, deſideravit ; quare utì vel idcircò unà cum ſanctis illis Exſulibus ac nominatim cum* Felice *apud nos in Prætermiſſis à* XIV *Januarii die, quâ veluti tunc trucida-*

cùm Sanctis illis relegatus haud fuit,

tus *in Hiſtorico Reujneri Diario perperam ſignatur, huc remiſſo, hodierna die (etſi interim, quamdamne hæc ob cauſam, an pro mero arbitrio fuerit ad Sanctos iſtos celebrandos electa, in obſcuro ſit) Adonis & Ujuardi Martyrologiis jure merito exſtat injertus, ita etiam ſimul, cùm ipſamet Sanctorum in Martyrologiis antiquis ſeu claſſicis, qualia Adonis & Ujuardi ſunt, inſcriptio pro cultu eccleſiaſtico habeatur, ab Eccleſia honoratur ut Sanctus. Verùm Ado & Ujuardus, nonnulla de* 4976, *quos memorant, Catholicis, ab Hunnerico in exſilium pulſis, in ſuprà huc tranſcriptis horum elogiis locuti, mox ſubdunt :* Inter quos erant Cyprianus & Felix, præcipui Domini ſacerdotes, *ſicque, quod & Baronius facit, Sanctis illis non modò, qui verè, ùt Victor docet, ex eorum numero exſtitit,* Felicem, *Abbiritanum ſeu, ut aliàs ſcribitur, Abiritanum aut etiam Abderitanum epiſcopum ; verùm etiam* Cyprianum *Unizibirenſem, velutì qui pariter unus è beatis illis Exſulibus exſtiterit, accenſent ; id autem Victori Vitenſi* E *apertiſſimè adverſari videtur. Cùm hic enim verbis proximè huc tranſcriptis* Cyprianum *non tunc, cùm ſortiſſimi illi, quos memorat,* 4976 *Pugiles in exſilium proficiſcerentur, ſed poſtea dumtaxat exſulem factum eſſe, non obſcurè prodat, enimverò Victor illum haud accenſet, imò contrà, è ſanctis illis Exſulibus non exſtitiſſe* Cyprianum, *manifeſtè inſinuat.*

veluti unum ex iiſdem commemoreni, contrarium poteſt concludi.

11 *Hinc ego, cùm* Cyprianum *quidem meritò ab Eccleſia unà cum ſanctis* 4976 *Athletis, quos ab Hunnerico in exſilium pulſos, Victor ſcribit, hodie honorari, habeam perſpectum, & tamen veluti unum ex hiſce* Felicem *tantum, non autem ob jam dicta* Cyprianum *etiam commemorari poſſe autumem, à nobis hìc de* SS. Cypriano & Felice *aliiſque quatuor millibus nongentis ſeptuaginta* quinque, *non* quatuor, *partim MM., partim confeſſoribus agi, ſuprà in titulo indicavi. Ceterùm ut ad ſuprà propoſitum ac à Cypriano, Unizibirenſi epiſcopo, quem unum è* 4976, *de quibus in Actis Victor, Athletis Ado & Uſuardus itemque Baronius è dictis faciunt, repetitam difficultatem modò etiam reſpondeam, iis quidem, ut jam docui, à Victore* Cyprianus *haud* F *acccenſetur, ſanctuſque hic epiſcopus non anno circitèr* 482, *quo ex infrà dicendis illi, ſed anno, ùt pòſt docebo,* 484 *in exſilium fuit conjectus ; aſt, cùm equidem, utì vel hinc liquet, id haud diu, poſtquam numeroſa illa Sanctorum turma in exſilium pulſa fuiſſet, acciderit, eodemque loco, quo de hac, de* Cypriano *etiam, non determinato, quo is exſul factus ſit, tempore, Victor loquatur, ſanctum iſtum antiſtitem ſub illa à ſcriptore iſthoc comprehenſum exiſtimáſſe, hincque Sanctis* 4 76 *aut, ut Baronius habet,* 4966, *quos unà ab Hunnerico relegatos Acta edenda narrant, Ado & Ujuardus unà cum Baronio, ſic nihil eſſe, quod Victori adverſaretur, facturos arbitrati, annumeráſſe queunt ; ut enimverò ex eo, quòd id re etiam ipſa fecerint, illos è Victore, quæ in elogiis ſuprà huc tranſcriptis narrant, non accepiſſe ſeu ſcriptore illo ad iſthæc litteris mandanda uſos non eſſe, concludi pariter haud poſſit.*

AUCTORE C. B.

§ II. Cujus conditionis & an promiſcui ſexûs orthodoxi 4976, quos Hunnericus ſimul relegavit, exſtiterint, & quo circitèr anno hic princeps id fecerit.

Orthodoxi 4976 quinam, mulieris ſexûs exiſtente inter eos nemine,

Glorioſum Orthodoxorum 4976 *agmen, quod ab Hunnerico in exſilium pulſum, Victor Vitenſis in Actis edendis num.* 1 *refert, è promiſcui ſexûs hominibus fuiſſe compoſitum, Lampenus noſter ad diem* VI *Septembris in Hiſtorica de SS. Donatiano aliiſque quinque in Africa epiſcopis Sylloge num.* 10 *inſinuat; verùm ei hac in re inaubitanter aſſentiri haud*

B *queo. Femineo enim è ſexu inter ſanctos illos Exſules extitiſſe neminem, vero opinor ſimilius, idque etiam Tillemontio tom.* XVI *Monument. Eccleſiaſt. pag.* 548 *eſt viſum. Victor quidem de anu quadam, quæ fortiſſimo illo agmine in exſilium, quò juſſerat Hunnericus proficiſcente, eòdem pariter in exſilium fuit profecta, ſermonem in Actis edendis num.* 3 *& ſeq. inſtituit; verum mulier iſta, utì ex horum contextu liquet, non Hunnerici juſſu, ſed ſponte ſua in exſilium ceceſſit, quò nimirum parvulo nepoti ſuo, in exſilium ab Hunnerico abire juſſo, adeſſet, ne is ſolus ab inimico inventus à via veritatis ad mortem abduceretur. Adnæc ex iis ipſis, quæ de anu illa ibidem Victor ſcribit, nullam planè inter ſanctos noſtros* 4976 *Exſules exſtitiſſe mulierem, haud ineptè, ùt apparet, poteſt concludi. Iſtam enim mulierculam à ſeſe aliiſque,* quòd importuna videretur aut viris pro ſexu jungi aut exercitui Chriſti ſociari, *id eſt, ſi rectè Victoris mentem aſſequar, quod, mulier cùm eſſet, ſeſe & viris jungendo & exercitui Chriſti ſociando importuna foret, fuiſſe increpitam, affirmat;*

C *cùm autem, ſi ſancto huic agmini mulieres aliæ fuiſſent admixtæ ſeu adjunctæ, muliercula, de qua hic nobis ſermo, nullo planè modo, quòd eidem ſeſe junxiſſet, increpanda fuiſſe videatur, id enimverò, inter orthodoxos noſtros Exſules* 4976 *feminei, ùt dixi, ſexûs exſtitiſſe neminem, argumento eſt.*

verosimiliter ad clerum, utì hic, difficultate,

13 *Addi porrò ad rem confirmandam poteſt, fortiſſimam illam Catholicorum turmam partim ex epiſcopis, presbyteris & diaconis, partim ex aliis, ùt Victor num.* 1 *loquitur, Eccleſiæ membris fuiſſe compoſitam, hæcque, ùt apparet, non laïcos, ſed inferioris ordinis clericos exſtitiſſe ſeu certè ad clerum qualicumque modo ſpectaſſe. Caſtellanus quidem contrarium, utì ex ejus verbis, num.* 8 *recitatis, nemo non colliget, exiſtimavit; aſt martyrologum iſtum, utut ab accuratione & ingenii acumine non rarò à nobis laudatum, Victoris mentem ibidem eſſe aſſecutum, pro certo quis aſſerat? Id certè aſſerturus fuiſſe Tillemontius haud videtur;* alia *enim* Eccleſiæ membra, *è quibus orthodoxorum* 4976 *turmam, ab Hunnerico in exſilium pulſam, partim fuiſſe compoſitam, Victor in Actis edendis num.* 1 *tradit, verosimiliter eccleſiaſticos ſeu clericos exſtitiſſe ait. Nec, ut ſecùs ſentiat, movetur ex eo, quod inter ſanctos illos Exſules infantuli quamplurimi, ut idem Victor in Actis edendis num* 3 *docet, exſtiterint; illos enim eccleſiarum lectores exiſtere potuiſſe opinatur, neque verò immeritò, utì è jam nunc dicendis liquescet. Apud Ruinartium in Perſecutionis Wand. Hiſt. lib.* 5, *num.* 9 *ſeu in Eugenii epiſcopi Carthaginenſis inde acceptis Operiſque noſtri tom* 3 *Julii inſertis Actis num.* 46 *Victor Vitenſis, de perſecutione, ab Hunnerico in Catholicos poſt relegatos etiam ex his* 4976 *Pugiles, continuata, tractare pergens, ſequentem loquitur in modum:* Tunc etiam, Eugenio paſtore jam in exſilio conſtituto, univerſus clerus eccleſiæ Carthaginenſis cæde inediâque maceratur, ferè quingenti vel ampliùs. Inter quos quamplurimi erant lectores infantuli, qui, gaudentes in Domino, procul exſilio crudeli truduntur.

quæ in contrarium facit, ſoluta, è duobus.

14 *Fuerunt itaque, utì ex hoc Victoris* E *textu intelligitur, in eccleſia Carthaginenſi infantuli, qui eſſent lectores ſeu potius, cum infantuli hujuſmodi, utì apud nos in Comment. dictis S. Eugenii Carthaginenſis epiſcopi Actis prævio num.* 3 *videre licet, adhiberi ad canendum in eccleſia eſſent ſoliti, cantores, hique, qui quamvis vocarentur* lectores, *haud tamen, utì etiam apud nos loco proximè cit. eſt videre, ordine eccleſiaſtico, inter minores ordines acolythatum præcedente, initiati erant, à Victore verbis datis & clero Carthaginenſi accenſentur & graviſſima cum hoc paſſi in exſilium pulſi narrantur; utì autem in eccleſia Carthaginenſi, ita etiam in aliis Africæ eccleſiis infantuli hujuſmodi, qui cum harum epiſcopis, presbyteris, diaconis aliiſque membris ab Hunnerico fuerint in exſilium pulſi, exiſtere potuêre. Jam verò, cùm ſic habeat, ex eo certè, quòd, ùt Victor loco cit. ait,* infantuli quamplurimi *inter Orthodoxos* 4976, *ab Hunnerico relegatos, exſtiterint, haudquaquam Tillemontius, ùt alia eccleſiæ membra, è quibus horum turmam partim fuiſſe compoſitam, idem Victor docet, eccleſiaſticos ſeu clericos non exſtitiſſe crederet, fuit movendus. Nec quid aliud, quo quis ad id credendum debeat moveri, occurrit;* F *verùm modò etiam, cur non tantùm epiſcopi, presbyteri & diaconi, ſed &* alia *illa* Eccleſiæ membra, *è quibus illam Orthodoxorum turmam compoſitam partim fuiſſe, Victor tradit, ad clerum verosimiliter ſpectâſſe, ſeu cur omnes & ſinguli, qui è turma illa fuerunt, eccleſiaſtici ſeu clerici exſtitiſſe credi non immeritò queant, lectori ob oculos ponamus.*

qui recitantur, Victoris Tunonenſis textibus

15 *Victor Tunnenſis, vel, ùt alii ſcribunt, Tununenſis ſeu Tunonenſis in Africa epiſcopus, qui, quemadmodùm Iſidorus de Viris illuſtribus cap.* 33 *docet, medio circitèr ſeculo* VI *floruit, in Chronico, prout id à Scaligero eſt editum, primò ad tertium Leonis Auguſti conſulatum, qui cum anno Chriſti* 466 *congruit, de Hunnerico, Wandalorum rege, ſic ſcribit:* Ugnericus Vandalorum rex, Ariano ſuſcitatus furore, Catholicos per Africam plus patre perſequitur; Chriſtianorum eccleſias tollit & Catholicos ſacerdotes exilio mittit; *ac deinde ad Zenonis Auguſti tertium (de hoc enim ibidem is chronographus loquitur) conſulatum, qui in annum Chriſti* 479 *incidit, de eodem crudeliſſimo Ariano principe ſequen-*

tia

A tia adjundit : Hunericus Vandalorum rex, perſecutioni per totam Africam nimis inſiſtens, Tribunnis, Macri & Nippis aliiſque eremi partibus Catholicos, jam non tantùm ſacerdotes & cunctı ordinis clericos, ſed & monachos atque laïcos, quatuor circitèr millia exſiliis durioribus relegat & confeſſores ac martyres facit confeſſoribuſque linguas abſcidit. *Cùm Genſericus, Wandalorum rex, anno Chriſti* 477, *die* 25 *Januarii, ùt Ruinartius Perſecutionis Wandalicæ part.* 2, *cap.* 7, *num.* 1 *poſt Noriſium rectè docet, exceſſerit è vivis ac proin Hunnericus, qui illi mox ſucceſſit, dicto anno* 477, *ad* 25 *Januarii diem provecto, primum regni ſui annum fuerit exorſus, certéque, utì ex Victore Vitenſi liquet, ante annum* 481, *quo circitèr Eugenius, ùt Cuperus noſter tom.* 3 *Julii in Comm. ſancti hujus Antiſtitis Actis prævio num.* 17 *& ſeq. ex eodem Ruinartio probat, ordinatus fuit Carthaginenſis epiſcopus, ſævire in Orthodoxos haud inceperit, Victorem Tunonenſem, qui, quæ in duobus ſuprà huc tranſcriptis textibus*

B *refert, annis* 466 *&* 479, *ùt jam indicavi, innectit, temporum ordinem turbare, ſeu veris, quibus, quæ ibidem narrat, evenêre, annis non ſignare, fatendum ſanè eſt.*

16 *Verùm, etſi ſic habeat, ei tamen etiam tum, dum nec cum Victore, cui ſubæqualis exſtitit, nec cum aliis ſcriptoribus antiquis pugnat, fidem omnem in iis, quæ de argumento hic propoſito ſcribit, denegandam idcircò eſſe, nemo dixerit; quare, cùm certè, quæ in duobus textibus ſuprà huc tranſcriptis memorat, nec admodum diu antè ætatem ejus ſint geſta, nec cum Victore Vitenſi aut aliis ſcriptoribus antiquis fide dignis pugnent, ea enimverò, ſi non ut certa, meritò ſaltem ut veroſimilia ſunt habenda. Sed ad id, quod huc potiſſimum ſpectat, veniamus. E duobus dictis textibus, totam ab Hunnerico, ùt Victor Vitenſis docet, Orthodoxorum* 4976 *turmam ac proin non tantùm epiſcopos, presbyteros & diaconos, ſed &* alia Eccleſiæ membra, *è quibus hanc compoſitam partim fuiſſe, idem Victor tradit, ad clerum ſpectáſſe ſeu omnes & ſingulos, qui è turma illa fuerunt, eccleſiaſticos ſeu clericos exſtitiſſe, jure merito colligendum apparet. Cùm enim, poſtquam, fuiſſe ab Hunnerico ſacerdotes in exſilium miſſos, in priori textu Victor Tunonenſis dixit, in poſteriori deinde, de eodem Ariano rege, Catholicorum perſecutionem per totam Africam ſupra modum urgente, loquens,* jam non tantùm ſacerdotes & cunctı ordinis clericos, ſed & monachos atque laïcos, quatuor circitèr millia, exſiliis durioribus relegat, *adjungat, ita ſanè, fuiſſe aliquando, cùm Hunnericus in ſolos* ſacerdotes & cunctı ordinis clericos *exſilio jæviret, non obſcurè indicat.*

17 *Id porrò, ùt negari non poteſt, vel ante vel poſt anni* 484 *primam Februarii diem, quâ, quemadmodùm ex Victore Vitenſi de Perſecutione Wandalica lib.* 2 *intelligitur, Catholici Africanæ eccleſiæ epiſcopi, fidei ſuæ rationem reddituri ſeu de ea cum Arianis diſputaturi, Carthagine ex Hunnerici præcepto adfuêre, indubiè evenerit, cúmque certè poſt menſem illum, utpote à quo Hunnericus, utì cuique, Victorem Perſecutionis Wandalicæ lib.* 2, *num. ultimo maximéque lib.* 4 *&* 5 *evolventi, evadet perſpicuum, non modò in ſacerdotes alioſque inferioris ordinis clericos, ſed &, eo ipſo etiam tempore quatuor circitèr, ac quibus poſterior Victoris Tunonenſis textus num.* 15 *datus, monachorum & laïcorum relegatis millibus, in omnis conditionis, ætatis ac ſexûs Orthodoxos exſilio aliiſque pœnis jævierit, eveniſſe haud queat, neceſſe eſt, ut ante eumdem anni* 484 *menſem Februarium eveniſſe dicatur; jam verò, cum id, quod de Orthodoxorum* 4976 *turma, ab Hunnerico in exſilium miſſa, Victor Vitenſis in Actis edendis num.* 1 *refert, indubiè, utì ex infrà dicendis patéſcet, ante dictum anni* 484 *Februarium contigerit, nec tunc Hunnericus quidquam, ab Orthodoxorum iſtorum relegatione diverſum, quo in ſolos ſacerdotes alioſque omnis ordinis clericos exſilio ſæviiſſe queat videri, geſſiſſe apud Victorem aut alios ſcriptores fide dignos legatur, nihil ſupereſt, quàm ut id, dum fortiſſimam eamdem Athletarum orthodoxorum legionem in exſilium miſit, feciſſe credatur, utque proinde, ſpectatis iis, quæ è ſuprà huc tranſcriptis binis Victoris Tunonenſis textibus*

E *conſectaria ſunt, non tantùm epiſcopi, presbyteri & diaconi, ſed &* alia eccleſiæ membra, *è quibus agmen iſtud partim fuiſſe compoſitum, Victor Vitenſis prodit, ad clerum veroſimiliter ſpectárint, ſeu, quod eódem recidit, eccleſiaſtici ſeu clerici exſtiterint.*

18 *Modò tempus, quo circitèr numeroſa iſta Pugilum Catholicorum turma in exſilium fuerit ab Hunnerico pulſa, determinemus. Victor Vitenſis perſecutionis in Catholicos, ab Hunnerico motæ, initium ac varia incrementa accuratè deſcribit, liquetque ex ordine, quem in hiſce memoriæ prodendis ſervat, Orthodoxos* 4976, *in Actis edendis num.* 1 *memoratos, ab Hunnerico non priùs, quàm cùm S. Eugenius ordinatus fuiſſet Carthaginenſis epiſcopus, fuiſſe relegatos; quare, cùm Eugenii in epiſcopum Carthaginenſem ordinatio anno circitèr* 481, *utì à Cupero noſtro probari jam ſuprà monui, contigerit, nec tamen ſtatim tunc, ſed, quemadmodùm ex iis, quæ idem Victor loco cit. ſcribit, nemo non concludet, aliquanto dumtaxat tempore poſt numeroſum illud Orthodoxorum agmen ab Hunnerico fuerit in exſilium pulſum, id veroſimillimè non citiùs, quàm*

F *anno* 482, *acciderit, cúmque Victor, glorioſorum iſtorum Pugilum relegatione narrata, graviſſimiſque, quas hi, dum in exſilium abducerentur, in via fuêre perpeſſi, ærumnis expoſitis, tum primùm de edicto, quo ab Hunnerico,* acriora, *ùt loquitur,* adverſus Eccleſiam Dei *cogitante, Catholici univerſæ Africæ epiſcopi Carthaginem ad fidei ſuæ rationem reddendam arceſſiti fuêre, ſermonem inſtituat, conſectarium eſt, ut, hic etiam ſpectato, quo certè ſtandum, Victore, glorioſi noſtri* 4976 *Pugiles, qui è dictis veroſimillimè ante annum* 482 *ab Hunnerico relegati haud fuêre, hanc tamen ſortem, priuſquam edictum illud daretur, indubiè ſubierint; quare, ut ipſum etiam, ante quem factum id ſit, diem habeamus perſpectum, in annum & diem, quo præfatum edictum fuerit emiſſum, hic inquirendum.*

19 *Id, quod Victor Vitenſis ex editione Ruinartii (hâc enim ùt accuratiore utor) lib.* 2, *num.* 13 *integrum recitat,* ſub die decimotertio Kalendas Junias anno ſeptimo regni Hunnerici *datum notatur; ut; cùm Hunneritus, prout ſuprà docui, anno* 477 *ad* XXV *Januarii*

AUCTORE C. B.

meritò colligendum

fuêre veroſimillimè non ante annum 482, *certéque, utì ex Hunnericì edicto.*

aſtenditur, ſpectárunt,

haudquaquam, contrà ac Chiffletio viſum eſt;

AUCTORE C. B.

nuarii diem provecto regnare inceperit, septimus regni ejus annus, die XIII Kalendas Junias *seu vigesima Maii die notatus, anno* 483 *respondeat, utque proinde hoc ipso anno edictum, de quo hic nobis sermo, fuerit emissum; verùm, cùm edictum istud seu præceptum die* XIII *Kalendas Junias seu* XX *Maii die datum notetur, & tamen id* die Ascensionis Domini, legato Zenonis imperatoris Regino præsente, legendum in media ecclesia episcopo Eugenio ab Hunnerico fuisse directum, *Victor loco proximè cit. affirmet, Chiffletius hinc, edictum die Ascensionis Domini fuisse promulgatum erroremque in die, edicto subscripta, cubare ratus, in suis in Victorem Elucidationibus cap.* XI *sic observat:* Ex die .... promulgationis emendanda est dies edicto subscripta, XIII Kalendas Junias, hoc est, Maii mensis XX Nam eo anno (*Christi nempe* 483) incidit Pascha in X Aprilis, Ascensio in XIX Maii. Quomodò ergò publicè in ecclesia lectum est edictum XIX, si tantùm postridie, nempe die Maii XX datum confectumque est? B Putamus igitur. datum ipsa die Ascensionis, XIV Kalendas Junias vel certè biduo ante, hoc est, XVI Kalendas, ut numerus XIII pro XIV vel XVI irrepierit facili notæ V in II transmutatione.

mendoso, probatur, ante anni 483 *vigesimum Maii diem in exsilium pulsi.*

20 *Ita ille; at Victor non dicit, præceptum seu edictum publicè in ecclesia lectum esse seu promulgatum die* XIX *mensis Maii seu die Ascensionis, sed eo tantum die, cùm jam signatum confectumque esset, ad Eugenium episcopum fuisse directum; ut nempe postridie seu* XIII *Kalendas Junias, quo die, quod tunc promulgandum esset, signabatur, publicè in media ecclesia legeretur. Ita ferè ad annum* 483, *num.* 9 *Pagius in Criticis, & sanè, ut mihi videtur, rectissimè: quare, cùm error in die, edicto seu præcepto subscripta, non cubet, est enimverò, cur id anno* 483 *ipsaque, quâ datum apud Victorem notatur,* XIII Kalendas Junias *seu* XX *Maii die credatur emissum; cùm autem, priusquam emitteretur, fuerint è dictis Pugiles nostri* 4976 *in exsilium pulsi, conjectarium fit, ut sortem hanc, quâ, ut suprà ostendi, verosimillimè ante annum* 482 *pressi haud fuere, certò quidem ante anni* 483 *vigesimam Maii diem, verosimillimè verò vel anno* 482 *vel sequenti ad* XX *Maii diem nondum provecto, subierint.* C

§ III. An S. Felix collationi Carthaginensi, anno 484 celebratæ, interfuerit.

Felix, quò relegatus erat, vitæ incommodis superstes pervenit.

FElix S. Felix, *Abbiritanus seu, ut aliàs scribitur, Abiritanus episcopus, cùm in exsilium, quo ab Hunnerico erat damnatus, secedendum fuit, jam annos quadraginta quatuor. ut Victor in Actis num.* 1 *testatur, episcopi munere fuisset perfunctus* paralysisque morbo, *ut idem scriptor ibidem loquitur,* percussus. nec sentiret quicquam nec penitùs loqueretur *valetudine adeò malè affecta exstiterit, eum tamen ærumnis ac pœnis gravissimis, in itinere toleratis, non succubuisse, sed* D *ad eremum, ad quam relegatus erat, pervenisse, in animum induco. Ea sedet sententia, quod, ut Victor ait,* toto itinere, *quod scilicet pergentibus in exsilium conficiendum fuit,* super Burdonem, *id est, ut Cangius in Glossario interpretatur,* mulum, *fuerit portatus, idque, si, eo nondum confecto, in via vel ex hujus incommodis vel ex morbo aut pœnis sibi inflictis occubuisset, dici, veritate salva, potuisse haud videatur. Adhæc apud Ruinartium in Persecutionis Vandalicæ Historia à pag.* 123 *exstat* ecclesiæ Africanæ, *ut vocari solet,* Notitia, *haud diu admodum, ut passim creditur, post annum* 482, *quo circitèr* Felix *reliquique, è* 4976, *de quibus hic, Orthodoxis, in exsilium, ut jam docui, pulsi fuere, conscripta; in hoc autem sacræ antiquitatis pretioso monumento seu Orthodoxorum, qui fidei suæ rationem reddituri Carthagine Kalendis Februarii anno* 484 *ex Hunnerici præcepto adfuere, episcoporum Catalogo Felix Abaritanus, verosimiliter à nostro, qui modico unius alteriusve literulæ discrimine* Abiritanus *seu* Abbiritanus *à Victore vocatur, haud diversus, inter proconsularis provinciæ præsules secundo loco recensetur: quare, cùm sic ibidem veluti tum adhuc, cùm Africæ episcopi, cum Arianis de fide disputaturi, Carthaginem anno* 484 *venerunt, in vivis superstes exhibeatur, id eum in itinere ad eremum, ad quam è dictis anno circitèr* 482 *relegatus erat, non occubuisse, argumento etiam est.* E

nec, ut ex hac adductis

22 *Erit quidem hic forsan, qui putet aut saltem Suspicetur,* Felici, *in exsilium pulso ac porrò in itinere ad eremum, ad quam relegatus erat, exstincto, alium ejusdem nominis antistitem fuisse suffectum, huncque in Africanæ ecclesiæ Notitia seu Orthodoxorum, qui cum Arianis disputaturi anno* 484 *Carthaginem venêre, episcoporum Catalogo recensen; verum cùm ab anno* 482, *circa quem Orthodoxi* 4976 *ac proin etiam, qui horum unus fuit,* Felix *Abbiritanus episcopus, in exsilium ab Hunnerico pulsi fuêre, usque ad annum* 484, *quo Catholici Africanæ ecclesiæ episcopi, fidei suæ rationem reddituri seu cum Arrianis disputaturi, Carthaginem Hunnerici jussu venerunt, persecutio in Catholicos, ab hoc principe Ariano mota, quàm maximè, uti è Victore liquet, efferbuerit, Abbiritanos tum* Felici *episcopo suo, qui in itinere ad eremum, ad quam relegatus erat, occubuisset, successorem suffecisse aliundeve acceptum substituisse, nec Hunnericum, ne id fieret, obstitisse, creditu appareret oppidò difficile. Adhæc Victor Tunonensis suprà laudatus, dum de Hunnerico, dumtaxat adhuc sacerdotes inferioriqué ordinis clericos, quod è suprà dictis, dum ante anni* 483 *vigesimam Maii diem Orthodoxos* 4976 *in exsilium pelleret, fecisse est censendus, relegante, sermonem instituit, fuisse quoque tum ecclesias ab Arriano illo rege clausas, dilucidè verbis, priori loco suprà huc transcriptis, memoriæ prodit. Nec est, cur illi hac in re fidem haud adhibeamus; cùm enim ex Orthodoxis* 4976, *quos è dictis ante anni* 483 *vigesimam Maii diem in exsilium Hunnericus misit, aliqui certè, teste Victore, episcopi exstiterint, regem illum, qui, quemadmodùm Victor Vitensis lib.* 4, *num.* 1 *docet, post collationem Carthaginensem, anno* 484 *habitam, episcopis Catholicis, qui* F

A *qui huic interfuerant, Carthagine adhuc exiſtentibus nec niſi paulò pòſt in exſilium pulſis,* univerſæ Africæ eccleſias clauſit, *diœceſium pariter, quarum epiſcopos ante anni* 483 *vigeſimam Maii diem ac proin ante collationem illam relegavit, claudi ædes ſacras tum juſſiſſe, vero apparet ſimillimum.*

apparet, à Felice, in eccleſiæ Africanæ notitia,

23 *Aſt, quod certum etiam apparet quodque non minùs ad inſtitutum noſtrum hic conducit, adjungo. Cùm fortiſſimorum, quos ſimul Hunnericus in exſilium ante anni, ùt dictum,* 483 *vigeſimam Maii diem miſit, Athletarum turma partim ex epiſcopis, partim è ſacerdotibus diaconiſque ac aliis, ùt ſuprà docui, inferioris ordinis clericis fuerit compoſita, hi certè ad diœceſes, quibus illi præerant, ſpectârint, enimverò quin tum fuerint illarum ædes ſacræ aut omnes aut certè non păucæ miniſtris ſuis deſtitutæ, revocari non poteſt in dubium; cùm autem ſic habeat, diœceſiumque adeò, quarum epiſcopos ante anni* 483 *vigeſimam Maii diem Hunnericus relegavit, plurimæ ædes ſacræ, ſi non clauſæ, miniſtris ſuis certè*

B *fuerint, agente Hunnerico, orbatæ, fuiſſe tum in Abbiritana, quæ harum una fuit, diœceſi ſucceſſorem* S. Felici, *qui obiiſſet, turbatis adeò rebus, ſuffectum, in animum quis inducat? Felix itaque, in eccleſiæ Africanæ notitia ſecundo loco inter provinciæ proconſularis antiſtites memoratus, nominis hujus alius, qui* Felici *noſtro, ad eremum relegato ac in itinere ad hanc defunctio, fuerit ſuffectus, epiſcopus non eſt, ſed hic ipſe, qui, quamvis, dum ante anni* 483 *vigeſimam Maii diem in exſilium pelleretur, valetudine, ùt Victor docet, peſſimè affecta exſtiterit, ſingulari tamen Dei miſerentis beneficio uſque ad annum* 484, *quo Catholici Africanæ eccleſiæ epiſcopi, fidei ſuæ rationem reddituri ſeu collationem de ea cum Arianis habituri, Carthaginem ſeſe contulêre, in vivis adhuc fuerit ſervatus ſanitatique integræ vel ſaltem meliori reſtitutus.*

etſi forſan in vocabulo Abaritanus

C 24 *At verò, inquiet forſan adhuc nonnemo, Ruinartius in dictum eccleſiæ Africanæ Notitiæ locum, quo inter provinciæ proconſularis epiſcopos Felix Abaritanus memoratur, in perſecutionis Wandalicæ Hiſtoria pag.* 218 *ſic ſcribit:* Haud . . . improbabile eſt, Aboritanus hîc in Notitia pro Abaritanus legendum eſſe. Habemus nempe Aboram urbem in Africa, quam ad proconſularem provinciam pertinuiſſe, certum eſt ex epiſtola ſynodica ejuſdem provinciæ epiſcoporum ad Paulum Conſtantinopolitanum epiſcopum, quæ lecta fuit in concilio Lateranenſi contra Monothelitas ſub ſancto Martino, actione ſeu ſecretario 2. Huic enim ſubſcripſit "Felix epiſcopus ſanctæ ec»cleſiæ Aborenſis" Præterea Carthaginenſi collationi, anno 411 in Donatiſtarum cauſa habitæ, cognitione 1, cap. 133 interfuit "Tri»folius epiſcopus Aborenſis" Catholicus; *cùm autem Aborenſis ſeu Aboritana, quam hîc memorat, epiſcopalis Africæ urbs certè ab urbe, cui, qui à Victore in Actis edendis num.* 1 *memoratur,* Felix *epiſcopi munere præfuit, ſit diverſa, conſectarium eſt, ut & hic (neque enim urbibus binis, quarum quæque ſede epiſcopali fuerit ornata, unum atque eumdem epiſcopi munere tum præfuiſſe, quis dicat) à Felice, Notitiæ Africanæ, ſi in hac* Aboritanus

pro Abaritanus *legi debeat, inſcripto, ſit diverſus: verùm, cùm equidem, fieri id ſi debeat, errorem in Notitiæ vocabulo* Abaritanus *cubare, ſit neceſſe, ut quia hic potiùs per vocabulum* Aboritanus, *quàm per vocabulum, deductum à nomine urbis, cui* Felix, *à Victore memoratus, epiſcopi munere præfuit, emendandus? Anne forſan, quòd hoc magis, quàm illud in modo, quo exaratur, à vocabulo* Abaritanus *diſcedat? Affirmando indubiè reſpondebitur; aſt an res verè ſic habeat, diſpiciamus.* AUCTORE C. B.

mendoſa, memorato,

25 Abderitanus *quidem ad urbem, cui* Felix *præfuit, deſignandam in Victoris per Chiffletium editione modicoque literulæ unius diſcrimine* Abdiritanus *in ejuſdem Victoris per Rhenanum, Surium & alios aliquot editionibus legitur; verùm duo Victoris excuſa exemplaria unumque Ms., in quibus* Abirritanus *ſignatur, Ruinartius hic in ſuis in Victorem Notis laudat, hiſque tria alia ejuſdem Victoris Mſs. exemplaria, in quibus, ùt ait,* Abiritanus *exaratur, adjungit; cùm autem, ùt idem Ruinartius ibidem mox ſubdit, duplex urbs* Abbir, *non* Abder *aut* Abdir *dicta, cujus utriuſque epiſcopus collationi Carthaginenſi, anno* 411 *in Donatiſtarum cauſa habitæ, interfuit, in Africa exſtiterit, lectionem, quâ* Abbiritanus *aut modico literulæ unius diſcrimine* Abiritanus *in Victore exaratur, quiſque, ùt opinor, pro genuina haud difficulter admittet. Jam verò, cùm ſic habeat vocabulumque* Abirritanus *ſeu potiùs, quod huic in Mſs. ſuprà laudatis ſubſtituitur,* Abiritanus *in modo, quo ſcribitur, non magis à vocabulo* Abaritanus, *quàm vocabulum* Aboritanus *diſcedat, enimverò, cur error, qui forſan in Notitiæ vocabulo* Abaritanus *(neque enim ullam, à cujus id nomine deductum eſſe queat, urbem epiſcopalem in Africa apud antiquos ſcriptores invenio) verè cubat, per vocabulum* Aboritanus *potiùs, quàm per vocabulum* Abiritanus *corrigendus ſit, haud perſpicio. Imò verò, cùm nullus epiſcopus, nomine* Felix, *qui circa collationis Carthaginenſis, anno* 484 *celebratæ, tempus eccleſiæ Aborenſi ſeu Aboritanæ præfuerit, apud ſcriptores fide dignos occurrat,* Felicemque *Abiritanum tum floruiſſe, è Victore Vitenſi habeatur compertum, errorem illum per vocabulum* F Abiritanus *potiùs, quam per vocabulum* Aboritanus *tollendum exiſtimo.*

credendus eſt diverſus,

26 *Nec ipſemet Ruinartius opinioni huic meæ adverſatur; etſi enim, ſuprà citato Notitiæ Africanæ loco* Aboritanus *pro* Abaritanus *legendum, haud improbabile proximè huc tranſcriptis verbis pronuntiet, in ſuis tamen in Victorem Notis,* Felicem *à ſcriptore hoc in Actis edendis num.* 1 *laudatum, eum ipſum videri ait,* qui in Notitia Africana inter proconſulares epiſcopos num. 2 Abaritanus dicitur, *idque deinde in ſuis etiam in hanc Notis repetit. Rebus itaque, ùt jam dixi, habentibus, laudati Ruinartii verba, num. proximè prægreſſo objecta, nos ſanè, ut à Felice, qui in eccleſiæ Africanæ Notitia ſeu in Catholicorum, qui anno* 484 *Carthaginem, ut collationi, cum Arianis ibidem tum habendæ, intereſſent, ſeſe contulêre, epiſcoporum Catalogo inter proconſularis provinciæ epiſcopos ſecundo loco recenſetur, diverſum ſeu diſtinctum credamus* Felicem, *à Victore in Actis edendis num.* 1 *memoratum, movere etiam non de-*

AUCTORE C. B.

bent ; verum anne & is Sanctus noster Carthaginem jeje tum contulit collationique, Catholicos inter & Arianos habitæ interfuit ? Felicem, *Abbiritanum episcopum, cùm Hunnericus per edictum, anno, ut docui,* 483 *vigesima mensis Maii die emissum, universos Catholicos episcopos, per totam Africam constitutos, Carthaginem, ut collationi, ibidem* 1 *Februarii die anni jequentis cum Arianis habendæ, interessent, evocasset, ab exsilio, in quod ante anni* 483 *vigesimam Maii diem pulsus fuerat, Carthaginem rediisse, Limpenus in Historica de SS. Donatiano, Præsidio aliisque quatuor Africanis præsulibus Sylloge, Operis nostri tom.* 2 *Septembris injerta, num.* 15 *affirmat ; neque ei hac in re, utut forsan apud multos, quòd* Felix, *dum anno circitèr* 482 *in exsilium pelleretur, valetudine, ùt vidimus, pessimè affecta exstiterit, fidem facilè haud inventura, vehementer refragari velim.*

anno 484, *etsi forsan ab exsilio tum reversus,* B

27 *Verùm, etsi etiam,* Felicem 484 *ab exsilio rediisse, undequaque foret certissimum, hinc tamen, illum anno isthoc prima Februarii die Carthagine adfuisse, collationique ibidem cum Arianis tum habitæ præjentem jeje stitisse, haud rectè intuleris ; meritóne autem, an immeritò, ita opiner, lectoris sit è jam nunc dicendis statuere. Africanæ ecclesiæ Notitia, de qua jam juprà, hunc apud Ruinartium præfert titulum :* Incipiunt nomina episcoporum Catholicorum diversarum provinciarum, qui Carthagine ex præcepto regali venerunt, pro reddenda ratione fidei, die Kalend Februarias, anno sexto regis Hunerici. *Mendosè hic pone* anno VI regis Hunnerici *legendumque* anno VIII, *palàm est ex eo, quòd, uti ex Victore Vitensi constat, Hunnericus die* XX *Maii anno regni sui jeptimo, Christi è juprà dictis* 483, *collationem Carthagine* Kalendis Februariis proximè futuris *ac proin, cum Hunnericus, ùt juprà docui, anno Christi* 477 *die* XXV *Januarii regnare inceperit, anno regni sui* VIII, *Christi* 484, *celebrandam indixerit. Porrò, cùm episcopi, qui collationi Carthaginensi interfuerunt, non ipsámet, quâ hanc celebrandam Hunnericus statuerat,* 1 *Februarii die, jed jam tum, cùm hæc appropinquaret,* C *Carthaginem, ùt Victor Vitensis lib.* 2, *num.* 18 *dilucidè docet, advenerint, in Notitiæ titulo proximè huc transcripto verbum* venerunt *adhiberi pro verbo* adfuerunt, *apparet indubitatum.*

collationi Carthaginensi

28 *Jam verò, cùm hæc sic habeant, sanè titulo isto episcopos Catholicos, quorum deinde nomina Catalogus, ei subjectus, exhibet, Carthagine pro reddenda fidei suæ ratione ex Hunnerici præcepto die* 1 *Februarii anno* 484 *adfuisse, non objcurè indicatur ; verùm, etsi ita sit, id tamen nec ad episcopos illos omnes & singulos, nec ad* Felicem, *quem Catalogus mox dictus inter proconsularis provinciæ episcopos jecundo loco recenjet, rectè extenderis. Etenim Notitiæ auctor post titulum istum jeu potiùs ob mox dicenda tituli partem, quâ, ùt jam monui, episcopi, in Catalogo subjecto memorati, Carthagine pro reddenda fidei suæ ratione ex Hunnerici præcepto die* 1 *Februarii anno* 484 *adfuisse indicantur, extemplò, paucis dumtaxat, quibus jese ab episcoporum provinciæ proconsularis nominibus ordiri declarat, interjectis verbis, subjungit* vel qui in exsilium missi sunt ; *cùm sic autem titulus integer, quem subnexo episcoporum Catalogo aut certè hujus* D *parti, quæ provinciæ proconsularis episcopos complectitur, præmittit, non solis verbis num. proximè prægresso hùc transcriptis, jed disjunctiva, quâ episcopi, in Catalogo subjecto signati, vel Carthaginé pro reddenda fidei suæ ratione die* 1 *Februarii anno* 484 *adfuisse, vel in exsilium missi esse indicantur, propositione constet, ita sanè, ex episcopis illis aliquos saltem relegatos fuisse jeu exsilio, in quod pulsi erant, præpeditos Carthagine tum non adfuisse collationique adeò ibidem habitæ, haud astitisse, non objcurè prodit. Ita autumo, quòd, dum episcopos, quorum nomina recenjet, Carthagine* 1 *Februarii die anno* 484 *adfuisse vel in exsilium missos esse, jub disjunctione innuit, ita certè non magis hojce omnes & singulos Carthaginé adfuisse, quàm eosdem omnes & singulos in exsilium pulsos esse, significare, ùt consideranti patescet, intendat.*

interfuisse

29 *Verùm quinam sunt episcopi, quos, exsilio, in quod pulsi erant, præpeditos, die* 1 *Februarii anno* 484 *Carthagine non adfuisse, Notitiæ jam sæpius laudatæ auctor in titulo præfato prodit ? Esse illos ipsos, quorum deinde nominibus in subjecto episcoporum Africæ* E *Catalogo vocem* exsilium *vel* in exsilium *adscribit, mihi sanè, si non certum, vero saltem vel ex eo appparet simillimum, quòd, quamvis quidem plurimos, imò, si unum fortè ob infrà dicenda exceperis, universos Catholicos Africæ episcopos, qui collationi Carthaginensi adfuerunt ac in fide manserunt constantes, in exsilium post illum cum Arianis congressum pulsos fuisse, ex Victore Vitensi sit certum, nulli tamen, qui ex horum numero exstitisse certò sciatur, ac ne ipsi quidem* Cypriano, *Unizibirensi episcopo, quem tamen collationi Carthaginensi indubiè adstitisse, exsilioque post hanc fuisse mulctatum, ex infrà dicendis intelliges, vocem hanc* exsilium *vel* in exsilium *adscribat, etsi interim Præsidium, Sustulensem in provincia Byzacena episcopum, qui certò, uti apud nos tom.* 2 *Septembris in historica de hoc aliisque quinque Africanis præsulibus Sylloge num.* 14 *& seq. est videre, uno circitèr ante collationem Carthaginensem mense in exsilium conjectus, hocque adeò, ne congressui isti interjet, præpeditus fuit, disertè apud Ruinartium de Persecut. Vandalica pag.* 130 *vocibus* in exsilium *distinguat.* F

haud videtur.

30 *Jam verò, cùm* S. Felicis *nomini vocem* exsilium *Notitiæ auctor in laudato Catalogo pariter adscribat, conjectarium è dictis est, ut is ex episcopis, quos, exsilio, in quod pulsi erant, præpeditos, Carthagine die* 1 *Februarii anno* 484 *non adfuisse collationique adeò ibidem tunc habitæ non adstitisse, in titulo juprà memorato indicat, verosimillimè exstiterit, utque proinde, etsi quidem post collationis illius indictionem, die* XX *Maii anno* 483 *è juprà dictis factam, ab exsilio, in quod, ùt antè docui, ante illum anni hujus diem pulsus fuerat, Carthaginem, ut Hunnerici præceptum ferebat, fuerit forsan, si quoquo modo per valetudinem licuit, reversus, inde tamen, ne dictæ collationi interesset, in exsilium iterum, priusquam hæc celebraretur, secedere, non secùs ac Donatianus (de hoc aliisque quinque Africanis præsulibus Operis nostri tom.* 2 *Septembris jam sæpius laudatum videsis) episcopus confessor, Hunnerici jussu verosimillimè*

A *rosimillimè fuerit compulsus. Sed hac de re, quæ ad solum* S. Felicem *spectat, jam satis; alia modò, quæ tam de hoc, quàm de reliquis è sanctorum nostrorum* 4976 *Exsulum turma Athletis itemque de* Cypriano, *hisce, ùt dictum, veluti exsilii socio, non accensendo, commemoranda expediamus.*

§ IV. An Cyprianus & Felix reliquique unà cum hoc ab Hunnerico relegati pro martyribus sint habendi & an à Sanctis, quos Græci die VII Decembris celebrant, distinguantur.

B *Cyprianus & Felix Exsulumque* 4976 *reliqui, quorum alii pro martyribus.*

Quo tempore glorioſum 4976 *Orthodoxorum agmen relegatum ab Hunnerico fuit, eodem ferè etiam plurimi ex hoc ad Superos migrârunt, utpote tunc, dum mox à sententia, quâ exsilio ab Ariano isto rege erant damnati, ad locum, hâc assignatum, à Mauris ducebantur, immanissimæ, quâ abs hisce Wandalorum jussu excruciabantur, sævitiæ succumbentes, è vivis sublati, ùt Victor in Actis edendis num.* 10 *docet. Audi, qui ibidem, Catholicorum, qui in exsilium abducebantur, multitudinem, gravissimis, quas in via erat perpessa, ærumnis propemodum jam confectam, ad currendum etiam, quò ad locum, stationi destinatum, sat citò veniretur, fuisse compulsam, senesque & alios, lassitudinè deficientes, hastilium cuspidibus, ut eò adigerentur, tundi tunc cœpisse, præfatus, mox loquatur.* Pòst verò, *inquit*, imperatum est Mauris, ut eos, qui ambulare non poterant, ligatis pedibus, velut cadavera animalium mortuorum, traherent per dura & aspera lapidum loca; ubi primò vestimenta, posteâ membra singula carpebantur. Quibus per gladios acutos petrarum huic caput C conterebatur, alii latera findebantur, & ita inter trahentium manus spiritum exhalabant. Quorum numerum nequaquam valuimus colligere, multitudine coërcente: exaltatur tamen per totum aggerem publicum vilis sepultura Sanctorum, loquentibus tumulis. *Ita scriptor ille, fide enimverò, ùt suprà probatum, longè dignissimus, eumque hoc loco Ado, ipsissimet etiam ejus verbis propemodùm usus, sub elogii, num.* 1 *huc transcripti, finem accuratissimè expressit. Nec tantum, quod dixi, seu eodem ferè tempore, quo Orthodoxorum nostrorum* 4976 *relegatio, verosimillimè è dictis vel anno* 482 *vel sequentis initio facta, locum obtinuit, plurimos ex illis ad Dominum migrâsse, verum etiam hosce, utpote non modò coram fidei Catholicæ hostibus palàm hanc confessos, sed &, quod ad stricti nominis martyrium requiritur, suppliciis seu pœnis, pro eâdem toleratis, immortuos, pro veris ac genuinis martyribus habendos; è mox huc transcriptis Victoris verbis, utì hæc consideranti patescet, habetur compertum.*

AUCTORE C B *alii ac nominatim Felix, ob rationes,*

32 *Verùm an reliqui è fortissimis istis Exsulibus ac cumprimis solus ex nisce nominetenus notus* Felix, *qui ærumnis, in via toleratis, superstites ad exsilii sui locum pervenêre, pro martyribus pariter habendi? Glorioso* Martyris *titulo non donandum seu martyrio vitam non finiisse* Felicem, *mihi sanè, si non certum, vero saltem ob jam nunc dicenda apparet simillimum. Cùm in hunc Sanctum nostrum, si ab exsilio forsan, in quod è dictis ante anni* 483 *vigesimam Maii diem pulsus fuerat, Carthaginem, ut collationi, ibidem prima Februarii die anno* 484 *celebrandæ interesset, fuerit reversus, exsilio dumtaxat, utì quisque è suprà allegatis certè colliget, ante collationem istam secundò fuerit sævitum, martyrio eum tunc fuisse affectum, nemo certè dixerit. Ast anne id pariter post eamdem collationem haud factum? Etiamsi ecclesiarum Africanarum Notitiæ auctor inter episcopos, à se in hac memoratos,* Felicem *ab ipso etiam initio recenseat, in fine tamen, dum illorum omnium præsulum, qui, ut, quod res est, dicam, Africanis ecclesiis collationis Carthaginensis præfatæ tempore seu* D *proximè vel ante vel post hanc præfuêre, summam subducit ac quot tum ex iisdem Præsulibus perierint, quot fugerint ac quot denique relegati fuerint, enumerat, unum dumtaxat, qui ex illis omnibus Antistitibus martyrio fuerit affectus, in computum adducit; cum hunc autem non alium, quàm Lætum, Neptensem seu Neptitanum episcopum, in Opus nostrum ad* VI *Septembris diem jam illatum, eruditi omnes existiment, id enimverò* Felicem, *qui è dictis martyrio ante collationem Carthaginensem affectus haud fuit; hanc pariter sortem haud diu post eamdem collationem seu anno, quo celebrata hæc fuit,* 484 *adhuc currente, haud subiisse, argumento est invicto.*

33 *Ibidem quidem idem Notitiæ auctor inter præfatos episcopos unum etiam dumtaxat, qui confessor exstiterit seu qui tum fidem quidem sit confessus, mortem tamen pro hac non obierit, recenset; verùm relegatos numero* 348 *computat, hocque ipso hosce omnes, utpote quos vel sic fidem Catholicam coram Arianis professos exsiliumque utminimùm pro hac passos innuat, confessores facit; ut proinde, etsi quidem unum dumtaxat, quem verosimillimè idcircò, quòd, quamvis quidem fidem orthodoxam confessus pœnasque etiam pro hac fuisset perpessus, exsilio tamen mulctatus haud esset, relegatis accensere haud potuerit,* confessoris *titulo distinguat, re tamen ipsa non unum, sed plurimos, imò tot, quot tum, relegatos fuisse innuit, confessores numerare sit censendus; cùm* Felix *autem è relegatis istis indubiè exstiterit, eum ego, cùm nec posteà, utì infrà docebo, pro fide mortem subierit, pro confessore, non pro martyre, habendum, ob omnia de hoc argumento jam allegata opinor. Ad alios modò è glorioſa Exsulum nostrorum* 4976 *turma Athletas, qui non secùs ac* Felix, *ærumnis, in itinere ad exsilium toleratis, superstites, ad eremum, ad quam è dictis ante anni* 483 *vigesimam Maii diem relegati erant, pervenêre, sermonem converto. Utì è Sanctis, persecutionem pro Christo passis, illi, qui sanctum ejus nomen seu fidem palàm confessi, tormentis etiam, pro hac toleratis, sunt immortui, pro martyribus, ità ex iisdem Sanctis* F *hîc allegatas.*

AUCTORE C. B.

illi, qui fidem quidem palàm confessi, tormentis tamen pro hac toleratis immortui non sunt, pro confessoribus solent haberi; quare, utì è gloriosa, quam Victor atque ex hoc hagiologi suprà laudati memorant, Orthodoxorum 4976 *turma illi, qui fidem Catholicam coràm Arianis professi ac idcircò in exsilium ab Hunnerico pulsi, ærumnis etiam ac pœnis, pro illa in itinere ad hoc toleratis, sunt immortui, meritò certè, ùt jam suprà docui, pro stricti nominis martyribus, ita etiam, de quibus hic modò, ex eadem turma illi, qui, quamquam quidem fidem Catholicam palàm professi ac idcircò in exsilium pulsi fuerint, ærumnis tamen ac pœnis, pro illa in itinere ad hoc toleratis, immortui non sunt, pro confessoribus, etsi interim, quòd equidem in exsilio, in quod pro fide pulsi erant, obierint,* martyres *etiam quadantenus dici queant, pari jure sunt habendi.*

tempore interim, quo obierint, existente incerto, B

34 *At verò, inquies, Victor Vitensis in Actis edendis num.* XI *de postremis hisce sanctis nostris Exsulibus, qui ad eremum, ad quam relegati erant, ærumnis, in via ad hanc toleratis, superstites pervenére, sic loquitur:* Reliqui habiliores ad solitudinis loca perveniunt, in quibus collocati hordeum ad vescendum ut jumenta accipiunt. Ubi etiam venenatorum animalium atque Scorpionum tanta esse dicitur multitudo, ut ignorantibus incredibilis videatur, quæ solo flatu etiam procul positis veneni virus infundit. Ab scorpione enim percussum nullum dicunt aliquando evasisse. Quorum feritas virulenta usque ad præsens tempus, Christo defendente, nullum Servorum ejus nocuisse docetur; *hisce autem verbis, si non omnes sanctos illos Exsules, plures saltem ex his in vivis, dum hæc scriberet, ac proin anno, quo, ùt suprà docui, id fecit,* 487 *exstitisse adhuc superstites, non obscurè indicat. Fateor, sic habet; diuque etiam post annum illum non paucos ex iisdem sanctis Exsulibus vitam protraxisse, verosimillimum apparet, nec scio, an idem de* Cypriano *Unizibirensi, anno, ùt infrà docebo,* 484 *in exsilium pulso, dicendum non sit; etsi autem* Felix *Abirritanus, dum in exsilium ante anni* 483 *vigesimam Maii diem pelleretur, ætate admodùm provecta valetudineque pessimè affecta, ùt suprà vidimus, exstiterit, anne tamen & hic ultra dictum annum* 487 *vitam haud produxerit, determinando non sum; ut, cùm hæc sic habeant, tempus sanè, tam quo* S. Cyprianus, *quàm quo* S. Felix *aliique è sanctis nostris Exsulibus, qui cum eo ad eremum, ad quam relegati erant, pervenêre, excesserint è vivis, sit planè incertum; verùm, etsi id ita sit, hosce tamen omnes, si paucos forsan è postremò memoratis, qui haud diu, postquam ad eremum, ad quam relegati erant, fuissent perducti, obierint, excipias, post annum circitèr* 482 *vitam hanc mortalem cum immortali commutâsse, apparet è jam suprà dictis indubitatum; cùm autem sic habeat ac præterea ex eo, quod, quamvis quidem sancti nostri Exsules, qui in itinere ad exsilii sui locum occubuêre, verosimillimè non ante annum* 482 *certéque ante anni* 483 *vigesimam Maii diem, utì è suprà allegatis liquet, ad Dominum migrârint, re tamen ipsa vel paulò ante annum* 482 *vel anni* 483 *initio felicem hanc sortem adepti forsan sint, consectarium sit, ut, sive paulò ante* 482 *sive hoc ipso anno aut initio sequentis id acciderit, non ineptè tamen illi dici queant anno circitèr* 482 *è vivis sublati, hinc ego suprà in margine* anno circitèr 482 & pòst *adscripsi, ita scilicet indicans, è sanctis nostris* 4976 *Exsulibus eos, qui in itinere ad exsilii sui locum occubuêre, circa annum* 482, *alios verò juxta ac* Cyprianum *paulò seriùs seu post tempus, quo illi, ad Dominum migrâsse.*

D

pro confessaribus, qualis etiam Cyprianus fuit;

35 *Verùm, ut modò ad id, unde digressus sum, redeam, etsi è sanctis nostris* 4976 *Exsulibus illi, qui in via ad exsilii sui locum non occubuêre, aut certè plurimi ex his non nisi post annum circitèr* 482 *obierint, imò verò vitam etiam, ùt dictum, ultra annum* 487 *protraxerint, non est tamen, cur hinc, eos violenta tandem nece è vivis pro fide fuisse sublatos, ac proin pro confessoribus non habendos, quis suspicetur. Hunnericus enim, quem in Sanctos illos, anno circitèr* 482 *à sese relegatos, cæde etiam postea sæviisse, ab omni veritatis specie abhorret, anno* 484, *nondum elapso, è vivis, cùm jam à persequendis Catholicis destitisset, sublatus, Guntabundum, qui hisce favit, successorem est nactus; etsi autem Trasamundus, qui huic in Wandalorum regnum anno* 496 *successit, persecutionem in Orthodoxos instaurârit, nihil tamen, quod vel uni ex iisdem Sanctis necem sub principe illo vel pòst, si qui forsan ex illis tum adhuc exstiterint in vivis, fuisse illatam, suadêre utcúmque sit natum, invenire usquam quivi. Quantumcúmque ergò ultrà annum seu* 482, *seu* 484 *aut etiam* 487 *isti Sancti nostri vitam protraxerint, non est sanè, cur idcircò vel in dubium, an pro confessoribus tantùm sint habendi, revocandum putetur. Ast verò, inquies, universos nostros* 4976 *Exsules indiscriminatim modò* Martyres, *modò* Confessores *Victor Vitensis in Actis edendis appellat. Fateor, sic habet, moxque ad objectionem hanc responjurus sum, cùm primùm, martyrne, an confessor, qui, ùt suprà ostendi, cum numeroso illo Orthodoxorum agmine relegatus haud fuit,* Cyprianus, *Unizibirensis episcopus, exstiterit, hîc etiam edixero. Hic, qui illis, in exsilium anno circitèr è dictis* 482 *proficiscentibus, auxilio & solatio quàm maximè fuit,* posteà & *ipse, ùt Victor in Actis edendis num.* 7 *docet,* per multos agones & squalores carceris ad exsilium . . . cum exsultatione, *jubente scilicet Hunnerico,* perrexit; *cùm autem in sæpe jam laudata ecclesiæ Africanæ Notitia seu in Catholicorum, qui anno* 484 *Carthaginem, quò collationi prima Februarii die ibidem tunc cum Arianis habendæ, interessent, Hunnerici jussu venerunt, episcoporum Catalogo apud Ruinartium de Persecutione Wandalica pag.* 131 *recenseatur, nec tamen vox* exsilium *seu* in exsilium, *prout episcopi, qui, exsilio, in quod pulsi erant, præpediti, collationi isti haud adfuêre, in eodem Catalogo, ùt suprà docui, signantur, nomini ejus ibidem haud adscribatur, consectarium est, ut eidem collationi, à qua eum abfuisse nihil etiam aliud suadet, interfuerit; cùm autem collatio ista, ante quam certè, utì è dictis consequitur, relegatus haud fuit, anno* 484 *fuerit celebrata, consectarium ulteriùs fit, ut eo ipso anno, utpote quo Hunnericus, qui* Cyprianum *relegavit, obierit, fuerit hic ab illo in exsilium pulsus.*

E

36 *Jam verò, cùm sic habeat ac eodem ferè*

C

F

receptiori loquendi modo sunt habendi,

rè modo, quo, post Hunnerici obitum in Sanctos, num. proximè prægresso memoratos, nece eis pro fide illata jævitum haud fuisse, ibidem ostendi, tum pariter sic in Cyprianum *jævitum haud fuisse, queat probari, nunc ego non jevas atque illos, non martyribus, sed confessoribus dumtaxat accenseri debere, existimo. Quod modò ad difficultatem, è Victore mox propositam, spectat, hic quidem, ut objectum, universos nostros* 4976 *Catholicos Athletas, ab Hunnerico relegatos, indiscriminatim modò* Martyres, *modò* Confessores *appellat; verùm quid tum? Ita is sanctus scriptor morem, quo è Sanctis, persecutionem pro fide passis, tam qui erant, quàm qui non erant tormentis, pro hac toleratis, immortui, indiscriminatim modò* Martyres, *modò* Confessores, *quòd illis ambæ hæ nomenclationes, quarum altera à verbo Latino* confiteri, *altera à verbo Græco* μαρτυρεῖν, *Latinè* testari, *deducitur, pari ferè jure competerent, nuncupati olim jubinde etiam fuêre, indubiè fuerit secutus, idque etiam Ado & Usuardus, horumque exemplo Baronius, si*

B *in suprà huc transcriptis Sanctorum nostrorum elogiis; hosce omnes & singulos exstitisse confessores & martyres, significare intenderint, fecisse sunt censendi, utì etiam Romani Parvi auctor, qui eos omnes* Confessorum *titulo in annuntiatione num.* 1 *data distinguit; verùm è Sanctis, persecutionem pro fide passis, ii dumtaxat, qui tormentis, pro hac toleratis, sunt immortui,* Martyres, *alii verò, qui tormentis, pro ea toleratis, immortui non sunt,* Confessores *stricțiori ac receptiori loquendi modo solent vocari; hoc autem spectato, enimverò Sancti nostri nec omnes pro martyribus, nec omnes pro confessoribus sunt habendi. Hinc ego, receptiorem illum loquendi modum sequendum ratus, gloriosum horum agmen partim è confessoribus, partim è martyribus constare, suprà etiam in titulo, Commentario huic præfixo, indicavi.*

indubiè una cum Cypriano, contrà ac Baronius censuit,

37 *Ceterùm, priusquam Commentario huic finem imponam, Baronium modò adhuc tantisper convenio. Hic, Sanctos nostros seu Catholicos, quibus, ùt dictum,* Cyprianum *accenset,* 4976 *aut, ùt ipse notat,* 4966, *ab Hunnerico in exsilium simul pulsos, cùm martyribus, seu venerabilibus viris, à Justiniano imperatore in constitutione de officio præfecti prætorio Africæ lib.* 1 *cod. Justinianæi tit.* 7 *memoratis Sirletianoque Græcorum Menologio ad diem* VII *Decembris injertis, esse eosdem, in hodiernis suis in Martyrologium Romanum Annotationibus insinuat; ast id esse à vero alienum, vel ex eo liquet, quòd, quemadmodùm ipsemet Justinianus ac dicti Græcorum Menologii auctor ibidem declarat, inter venerabiles illos viros seu martyres nonnulli, qui linguam sibi habuêre præcisam & tamen post hoc supplicium insigni planè miraculo distinctè & articulatè absque lingua fuêre locuti, exstiterint, quódque id pœnæ genus, quod è Martyribus sexagenos jubisse, laudatus Menologii Græcorum auctor ait, vel* Cypriano *vel ulli è Catholicis, ab Hunnerico simul relegatis, nedum horum seu sexagenis seu certè nonnullis fuisse inflictum, Victor Vitensis lib.* 2, *ubi de iis agit, haud affirmet. Nec est, quòd à Victore, qui multa subinde à sese omissa, ipsemet fatetur, hic pariter id esse omissum, reponas; cùm enim hic scriptor, quidquid numerosa illa Ex-*

C

julum turma pro fide est perpessa, enucleate, non omissis qualibuscumque levioris etiam momenti adjunctis, in Actis ædenis exponat, ac de Cypriano *etiam loquens, eum* post multos agones & squallores carceris *in exsilium* cum exultatione *perrexisse scribat, quis, quæso, si* Cypriano *sexagenive aut certè è dicta Exsulum turma nonnullis linguæ, miraculo etiam, quo deinde articulatè absque lingua fuissent locuti, subjecuto, Hunnerici jussu fuissent excisæ, prætermissurum id fuisse Victorem, in animum inducat?* AUCTORE C. B.

à Sanctis hîc memoratis, quos die VII *Decembris*

38 *Nemo janè, quantùm opinor, qui scriptorem istum & omnia, quæ tam ad sanctos illos Exsules, quàm ad* Cyprianum *spectant, apprimè habuisse perpecta, & ita etiam, quod de nonnullis, typasianæ urbis civibus, pœnâ illâ, quòd divina mysteria Catholico more celebrassent; post Carthaginensem, utì è Victore intelligitur, anni* 484 *collationem ac proin diu post Sanctorum nostrorum* 4976 *relegationem, anno circitèr, ùt docui,* 482 *innectendam, mulctatis, exploratum habebat, lib.* 5, *num.* 6 *commemorare non omisisse, consideraverit. Quapropter, cùm inter Sanctos nostros, utì è jam dictis nemo non eruet, haudquaquam aliquot, quibus linguæ fuerint excisæ, exstiterint, idque supplicii genus, ut jam dictum, nonnulli è venerabilibus viris seu martyribus, à Justiniano & Menologii Sirletiani auctore memoratis jubierint, enimverò vel hinc abs hisce illos esse diversos, indubitatum evadit; sed rem aliter adhuc juverit spectatum quantum ad martyres, Menologio Sirletiano ad* VII *Decembris diem inscriptos, probasse: Orthodoxos, ab Hunnerico simul in exsilium pulsos, numero exstitisse* 4976, *ex Victore constat, martyrejque à sese memoratos, ad trecentos aut certè ad* 362 *contrahit Menologii laudati auctor, cumque præterea majorem horum partem gladio, quo mortis genere vel* Cyprianum *vel ex Orthodoxis illis quemquam finisse vitam, nihil omninò juvet, martyrium consummasse affirmet, fit etiam vel hinc, ut à Menologii Sirletiani martyribus Sanctos nostros distingui, extra omnem controversiam positum debeat videri. Reponi quidem adhuc potest, trecentos aut etiam* 362 *à Græcis in Menologio Sirletiano ad* VII *Decembris diem memoratos martyres, nisi cum Sanctis nostris iidem aut saltem sub hisce comprehendi sint censendi, in sacris Latinorum Fastis nusquam signari; verùm quid tum? Plures adhuc alii tam martyres quàm confessores, qui in sacris Latinorum Fastis nusquam comparent, in Menologio Sirletiano aliisque Græcorum hagiologiis inveniuntur.*

E

F

Græci colunt, sunt distincti.

39 *Adhæc, cùm orthodoxi religiosique viri, quibus Hunnerici jussu lingua fuit præcisa, diu adhuc post id supplicium, utì è Justiniani constitutione suprà laudata, Victore Tunonensi ad tertium Zenonis Augusti consulatum jam antè cit., Ænea Gazensi, qui, Zenone imperatore, comite Marcellino, qui, Justiniano nondum etiam imperii habenas adepto, floruit, ac denique ex Procopio, sexti itidem seculi scriptore, docemur, in vivis manserint superstites, hinc forsan, an religiosi illi viri ad obitum usque in vitæ & morum sanctitate perseverârint, revocatum fuerit in dubium, maximè cùm à mox laudato Procopio, qui de viris illis lib.* 1 *de Bello Wandalico loquens, eosdem à se Constantinopoli visos testatur, duo ex*

AUCTORE C. B.

iis in peccatum carnis prolapſi tumque ſtatim ſibi collata abſque lingua loquendi facultate orbati fuiſſe narrentur. Quid ſi ergò idcircò Romani Parvi auctor religioſos viros ſeu orthodoxos, Hunnerici juſſu linguâ mulctatos, quos Græci ad VII *Decembris diem celebrant ac forſan jam tum, cùm martyrologus ille floreret, celebrârunt, in Martyrologium à ſe contextum haud intulerit, huncque deinde ea in re Ado aliique recentiores Faſtorum Latinorum conditores ſint ſecuti? Enimverò re etiam ipſa id factum, à veritatis ſpecie neutiquam alienum vel ex eo videri poteſt, quòd laudatus Romani Parvi auctor, qui, quemadmodùm Sollerius in ſuis in Uſuardum Obſervationibus loco non uno inculcat, frequentiſſimè Sanctos, perſecutionem pro fide ſub Hunnerico paſſos, è Victore Vitenſi in Martyrologium, à ſe concinnatum, infert, ne quidem in hoc recenſeat Reparatum ſubdiaconum nonullоſque urbis Typaſenſis cives, quos, Hunnerici juſſu linguâ mulctatos itáque, ùt antè, poſt id ſupplicium locutos fuiſſe, idem Victor lib.* 5, *num.* 6 *refert. Cùm itaque hæc ſic habeant nec quidquam præterea, ne à venerabilibus viris per Juſtinianum memoratis Menologioque Sirletiano ad* VII *Decembris diem inſertis Sancti noſtri credantur diverſi, obſtare inveniatur, opinione, quæ hoſce ab illis diſtinguit, indubitanter, contraria Baronii opinione inſuper habita, eſt ſtandum.*

B

ACTA,

Auctore Victore Vitenſi,

Ex editione Ruinartii cum Surii & Chiffletii editionibus collata.

C

CAPUT UNICUM.

Sancti relegantur, fidem conſtanter confitentur, in exſilium abducuntur, in via crudeliſſimè tractantur, plurimi hoſtium ſævitiæ ſuccumbentes intereunt, reliqui ad locum exſilii perveniunt.

Catholicâ 497ϛ, inter quos Felix, Abbiritanus epiſcopus, relegantur, a

QUibus autem proſequar fluminibus lacrymarum, quando epiſcopos, presbyteros, diaconos & alia Eccleſiæ membra *a*, id eſt, quatuor millia nongentos ſeptuaginta ſex *b*, ad exſilium eremi deſtinavit? In quibus erant podagrici quamplurimi, alii propter ætatem annoſam lumine temporali privati. In quorum erat numero beatus Felix Abbiritanus *c* epiſcopus, habens jam in epiſcopatu quadraginta quatuor annos; qui paralyſis morbo percuſſus, nec ſentiebat quicquam, nec penitùs loquebatur. De quo nos maximè cogitantes, quòd non poſſet jumento portari, ſuggeſſimus, ut à ſuis rex peteretur, ut ſaltem eum properè moriturum Carthagini eſſe juberet, quia ad exſilium nulla poſſet ratione perduci. Quibus ita fertur tyrannus cum furore dixiſſe: Si animali ſedere non poteſt, jungantur boves indomiti, qui eum colligatum funibus trahendo perducant, quò ego præcepi. Quem ex tranſverſo ſuper burdonem *d* vinctum, quaſi quemdam ligni truncum, toto itinere portabamus. D *d*

locis hîc memoratis congregantur fidemque conſtanter confeſſi, latiori primùm e

2 Congregantur univerſi in Siccenſem & Larenſem civitates *e*; ut illuc occurrentes Mauri ſibi traditos ad eremum perducerent *f*. Supervenientes igitur comites duo ſubtilitate damnabili, blandis ſermonibus cum Dei Confeſſoribus agere cœperunt. Quid vobis, inquiunt, videtur, ut ita pertinaces ſitis & domini noſtri præceptis minimè obtemperetis, qui eſſe poteritis in conſpectu regis honorabiles, ſi ejus feſtinetis facere voluntatem? Statim illis ingenti vociferatione clamantibus & dicentibus: Chriſtiani ſumus, Catholici ſumus, Trinitatem unum Deum inviolabiliter confitemur; includuntur graviori quidem, ſed adhuc latiori cuſtodia, ubi nobis copia dabatur introire & verbum admonitionis facere & divina myſteria celebrare *g*. f E

ac deinde, dum in exſilium, mulieribus multis, h i

3 Ibi & infantuli fuêre quamplurimi *h*, quos genitrices materno ſequebantur affectu, aliæ gaudentes, aliæ triſtes, aliæ retrahentes: aliæ gaudebant, ſe martyres peperiſſe, aliæ moliendo *i* diluvio rebaptizationis nitebantur à confeſſione fidei revocare. Nullum tamen tunc nec blandimenta vicerunt, nec carnalis pietas aliquem inclinavit ad terram. Nam quædam tunc quid fecerit anus, breviter referre delectat. Dum iter ageremus cum Dei exercitu comitantes & fortè magis noctibus promoveremus propter ſolis ardorem, conſpicimus mulierculam ſacculum & alia veſtimenta portantem, manu infantulum unum tenentem atque his ſermonibus conſolantem: Curre, Domine meus. Vides univerſos Sanctos, quomodò pergunt & feſtinant hilares ad coronam? F

quarum unius mira fides elucet, ſponte ſequentibus, proficiſcuntur, k

4 Quam nos cùm increparemus, quod importuna videretur aut viris pro ſexu jungi aut exercitui Chriſti ſociari, reſpondit: Benedicite, benedicite & orate pro me & pro iſto parvulo nepote meo; quia, etſi peccatrix, filia ſum quondam Zuritanæ *k* civitatis epiſcopi. Cui nos: Et quare ita abjectè ambulas, vel qua ratione de tam longinquo itinere huc pergere demonſtraris? Quæ reſpondit: Cum hoc parvulo ſervo veſtro ad exſilium pergo, ne inveniat eum ſolum inimicus & à via veritatis revocet ad mortem. Ad hæc verba repleti lacrymis nihil dicere valuimus, niſi ut voluntas Dei fieret.

arctiſſimæ teterrimæque in via cuſtodiæ incluſi, acervatim; l

5 Sed ubi adverſarius, qui jam fortè dicebat: "Partibor ſpolia, replebo animam meam, interficiam gladio meo, dominabitur manus mea *l*", nullum potuit occupare, inquirit anguſta & teterrima loca, in quorum conclavibus Dei exercitum coartaret. Tunc eis etiam viſitationis humanæ negata eſt con-

A consolatio. Puniuntur & custodes fustibus & graviter affliguntur: jactantur Confessores Christi super invicem, angustia coartante, unus super alium, ut agmina locustarum, &, ut propriè dicatur, ut grana pretiosissima frumentorum.

ægerrimè quoquam ad eos visendos admisso, congeruntur.

6 In qua constipatione, secedendi ad naturale officium nulla ratio finebat, sed locum stercoris & urinæ, urgente necessitate, ibidem faciebant *m*, ut ille fœtor & horror universa pœnarum genera superaret: ad quos aliquando, dato ingenti munere *n* Mauris, dormientibus Vandalis, vix clàm admissi sumus intrare *o*. Qui introeuntes, veluti in gurgite luti, usque ad genua cœpimus mergi; illud tunc Hieremiæ videntes fuisse completum: "Qui nutriti sunt in croceis, amplexati sunt "stercora sua *p*." Quid multa? præcepti sunt, undique perstrepentibus Mauris, ad iter, ubi destinati fuerant præparari.

m

n

o

p

Inde edocti auxilio & solatio à Cypriano recreantur,

7 Exeuntes itaque die Dominica, linita habentes stercoribus vestimenta, facies simul & capita, à Mauris tamen crudeliter minabantur, hymnum cum exultatione Domino decantantes: "Hæc est gloria omnibus Sanejus *q*." Aderat enim ibi tunc Cyprianus, Unizibirensis episcopus, consolator egregius, qui singulos pio & paterno fovebat affectu, non sine fluminibus currentium lacrymarum: paratus pro fratribus animam ponere & se ultroneum, si dimitteretur, talibus passionibus dare; qui totum, quod habuit, egentibus fratribus in illa tunc necessitate expendit: quærebat enim occasionem, qualiter confessoribus sociaretur, ipse animo & virtute confessor. Qui postea per multos agones & squalores carceris ad exsilium, quod desiderabat, cum exsultatione perrexit *r*.

q

dumque longiùs, innumera fidelium multitudine ad spectaculum undique occurrente,

8 Quantæ & tunc multitudines de diversis regionibus & civitatibus ad visendos Dei Martyres occurrerint populorum, testantur viæ vel semitæ: quæ cùm agmina venientium nequaquam caperent, per vertices montium & concava vallium concurrentes turbæ fidelium inæstimabiles descendebant, cereos manibus gestantes, suosque infantulos vestigiis Martyrum projicientes, ista voce clamabant: Quibus nos miseros relinquitis, dum pergitis ad coronas? Qui hos baptizaturi sunt parvulos fontibus aquæ perennis? Qui nobis pœnitentiæ munus collaturi sunt, & reconciliationis indulgentia, obstrictos peccatorum vinculis, soluturi? Quia vobis dictum est: "Quæcúmque solveritis super terram, erunt "soluta & in cælis *s*.

C

s

progressi, currere etiam, quò ad stationem paratam perveniatur, coguntur,

9 Qui nos solemnibus orationibus sepulturi sunt morientes? aut à quibus divini sacrificii ritus exhibendus est consuetus? Vobiscum & nos libeat pergere, si liceret; ut tali modo filios à patribus nulla necessitas separaret. In his vocibus vel lacrymis, & laudibus nullus jam pergere admissus est consolator *t*; sed artabatur multitudo ad currendum, ut, ubi cannava *u* erat præparata, laboriosam caperet mansionem. Qui, cùm senes deficerent, & alii fortè, etsi juvenes, delicati corpore, cœperunt hastilium cuspidibus ad currendum & lapidibus tundi; unde magis deficientes, ampliùs lassabantur.

t

u

10 Pòst verò imperatum est Mauris, ut eos, qui ambulare non poterant, ligatis pedibus, velut cadavera animalium mortuorum, traherent per dura & aspera lapidum loca; ubi primò vestimenta, posteà membra singula, carpebantur. Quibus per gladios acutos petrarum huic caput conterebatur, alii latera findebantur, & ita inter trahentium manus spiritum exhalabant *x*. Quorum numerum nequaquam valuimus colligere multitudine coercente: exaltatur tamen per totum aggerem publicum vilis sepultura Sanctorum, loquentibus tumulis.

A. VICTORE VITENSI.

plurimi immanissimæ, quâ tractantur, sævitiæ succumbunt,

x

validioresque modò ad eremum, ad quam relegati erant, perveniunt.

11 Reliqui habiliores ad solitudinis loca perveniunt, in quibus collocati hordeum ad vescendum, ut jumenta accipiunt. Ubi etiam venenatorum animalium atque scorpionum tanta esse dicitur multitudo, ut ignorantibus incredibilis videatur, quæ solo flatu etiam procul positis veneni virus infundit. Ab scorpione enim percussum nullum dicunt aliquando evasisse. Quorum feritas virulenta usque ad præsens tempus, Christo defendente, nullum servorum ejus nocuisse docetur *y*. Sed, cùm illic aluntur hordeaceis granis, postea & hoc ablatum est, quasi non posset Deus, qui pluerat patribus manna, pascere & nunc tali exsilio mancipatos.

y

E

ANNOTATA.

a *Ex episcopis, qui cum ingenti fidelium aliorum turmâ in exsilium ab Hunnerico pulsi hic narrantur, unum exstitisse, S. Donatianum incertæ sedis in Africa episcopum, Limpenus noster, qui hunc in Operis nostri tom.* 2 *Septembris intulit, in Historica de eodem aliisque quinque Africanis præsulibus Sylloge num.* 14 *existimat, neque verò, ut opinor, immeritò; ast gloriosam illam fidelium turmam, cui illum adjungit, è promiscui sexûs hominibus fuisse compositam, ibidem num.* 10 *etiam affirmat; id autem à vero alienum esse, ac ipsamet etiam* alia Ecclesiæ membra, *è quibus numerosum illud Orthodoxorum agmen partim fuisse compositum, Victor hìc tradit, ad clerum spectâsse omnesque adeò & singulos, è quibus id constitit, ecclesiasticos seu clericos exstitisse, verosimile apparet ex iis, quæ in Comment. prævio num.* 12 *& quinque seqq. disserui.*

b *Chifletius legit* quatuor millia DCCCCLXI, *Surius* quatuor millia DCCCCLXVI; *verùm lectio, quam hic Victoris per Ruinartium editio suppeditat, præferenda est. Comment. prævium num.* 5 *& seqq. videsis.*

F

c *Varias vocabuli hujus in variis Victoris exemplaribus, tum Mss., tum editis, lectiones & quæ harum præstare videatur, in Comment. præv. num.* 25 *exposui.*

d Mulum *interpretatur in Glossario Cangius hancque significationem vocabulo* burdo, *quod interdum etiam baculum oblongum peregrinorum significat, magis etiam hic congruere, in Annotatis, Vitæ S. Eugenii Carthaginensis episcopi, in Operis nostri tom.* 3 *Julii illatæ, subnexis, Cuperus noster putat.*

e *Binæ hæ, quæ ad Africam propriam spectabant, urbes olim erant sub archiepiscopo Carthaginensi in provincia proconsulari episcopales, earumque, ut Baudrandus in Lexico Geographico docet, posterior quidem Carthaginem inter & Cirtam, prior verò Cirtam inter & Norangaram erat media.*

f *Ex eo, quòd Mauri sanctos nostros Exsules ad eremum seu loca deserta, ad quæ relegati*

A. VICTORE VITENSI. *legati erant, abaucendos acceperunt, ſita hæc alicubi in Mauritania veroſimilius fuiſſe, Limpenus noſter in Hiſtorica de SS. Donatiano aliiſque quinque Africanis præjulibus Sylloge, mox adhuc ad lit.* a *laudata, exiſtimat, hæcque ejus opinio ex Adone, utpote qui eos* in horribilis eremi exilium truſos & inter Mauros ferociſſimos deputatos fuiſſe, *in elogio. Commentarii prævii num.* 1 *recitato, ſcribat, non parùm confirmatur; mihi autem, dejerti pariter ſeu eremi partes,* Tibunnis *videlicet,* Macri & Nippis, *ad quas monachos etiam & laicos relegatos ab Hunnerico fuiſſe, Victor Tunonenſis ſuprà huc in Comm. præv. num.* 15 *tranſcriptis verbis tradit, in Mauritania ſitas fuiſſe, vero apparet ſimillimum.*

g *Victor Vitenſis ſeu Actorum auctor, qui Sanctis, in exſilium abeuntibus, ſeſe adfuiſſe, num.* 1 *jam declaravit, id hic iterum luculentiſſimè inſinuat.*

h *Quales veroſimiliter hi exſtiterint, ex iis, quæ in Comment. præv. num.* 14 *& tribus ſeqq. diſſerui, intelliges.*

B i *Surius* morituros.

k *Surius legit* Quiritanæ, *ſed, ùt apparet, perperam; nulla enim in Africa urbs, à cujus nomine vocabulum iſtud promanáſſe queat, invenitur, Zuramque, urbem epiſcopalem, in proconſulari Africæ provincia poſitam, Ruinartius in ſuis in hunc Victoris locum Annotationibus aſſignat.*

l *Exod.* 15, ℣. 9.

m *Chiffletius legit:* In qua conſtipatione ſecedendi ad naturale officium nulla ratio ſi-nebat loci; ſed ſtercoris & urinæ urgente neceſſitate, ibidem faciebant.

n *Surius:* Dantes ingentia munera. D

o *Seſe proficiſcentibus in exſilium Sanctis adfuiſſe, Actorum auctor ſeu Victor Vitenſis hic iterum declarat.*

p *Thren.* 4, ℣. 5.

q *Pſalm.* 149, ℣. 9.

r Cyprianum *Unizabirenſem epiſcopum non exſtitiſſe unum è Sanctis* 4976, *ab Hunnerico in exſilium ſimul pulſis, illumque adeò veluti unum ex hiſce ab Adone & Uſuardo haud rectè memorari, ex hoc Actorum loco palàm fit. Comment. præv. num.* 10 *videſis.*

s *Matth.* 18, ℣. 18.

t *Ex his verbis, Actorum auctorem ſeu Victorem, ne glorioſos Exſules ulteriùs comitaretur, prohibitum hic fuiſſe, concludendum videtur, iaque inde, ùt apparet, re etiam ipſa Operis noſtri tom.* IV *Auguſti in ſuo Hiſtorico Critico de Jancio illo ſcriptore Comment. num.* 20 *Cuperus noſter concluſit.*

u *Hæc vox apud meatæ ætatis auctores locum ſubterraneum ſignificat, nec ſignificationem aliam hic exigere ſenſus videtur.*

x *Qui, quod Sanctis noſtris Ado contexuit,* E *elogium, Comment. præv. num.* 1 *huc tranſcriptum, cum verbis, quæ hic & num. proximè prægreſſo Actorum auctor ſeu Victor ſuppeditat, contulerit ex hiſce illud magnam partem concinnatum, extemplò comperiet.*

y *Hinc, è Sanctis noſtris, qui, quò relegati erant, pervenere, nonnullos certè adhuc, dum hæc Victor ſcriberet, in vivis exſtitiſſe ſuperſtites, concludenaum apparet.*

DE S. FIECO, SLEPTENSI EP. C.

IN HIBERNIA,

C. B. COMMENTARIUS PRÆVIUS.

C § I. Sancti cultus ſacer, tria diverſa Vitæ Encomia ſeu Elogia unumque ex hiſce, etſi haud integræ in omnibus fidei, edendum. F

SUB SEC. V, UT APPARET, FINEM. *De Sancto, qui loco hic aſſignato ſedit, ſepultuſque eſt,*

Hibernia, celeberrima Europæ inſula, Magnæ Britanniæ, quà hæc Occidentem ſpectat, obverſa, in quatuor partes præcipuas ſeu provincias, Lageniam videlicet, Momoniam, Connaciam ſeu Connactiam & Ultoniam, à pleriſque, Lageniæ etiam Midiam, quam alii ab hac ſecernunt quintamque Hiberniæ provinciam faciunt, accentibus, more antiquis uſitato dividitur, ac porrò unaquæque illarum minores regiones diverſas ſeu comitatus, in quos recentiori ævo diſpertitæ fuerunt, complectitur. Horum unum ſubinde Leſiæ, *plerúmque verò* Comitatus reginæ *nomine diſtinctum Lageniæque incluſum irrigat à ſuo ſtatim exortu fluvius* Barrou, *Latinè* Birgus *ſeu* Barrous, *& apud Uſſerium de Britannicarum eccleſiarum Primordiis pag.* 864 *ab antiquo Operis tripartiti auctore* Berbha *appellatus. Juxta* hunc, *uti auctor iſte antiquus ibidem prodit,* in campo Albo, *quem à comitatûs reginæ campo, inter collis ſeu montis,* Slepehill *à Speedo in Geographica Lageniæ Tabula vocati, radices ac locum, quo inde haud procul fluvius mox dictus à duobus rivulis, ab Occidente & Oriente confluentibus, ortum accipit, interjacente, diverſum non eſſe, cum Papebrochio noſtro in Mss. penes nos exſtantibus in ſeptimam S Patricii apud Colganum Vitam Notis opinor, ſita fuit Sleptenſis civitas, in qua, modò* Sletty, *ſi Wareus de Scriptoribus Hiberniæ lib.* 1 *rectè obſervet, nuncupata, ſedem epiſcopalem primus occupavit, ſepulturamque nactus eſt,*

AUCTORE C.B.

A *eſt, qui epiſcopus à S. Patricio, Hibernorum apoſtolo, conſtitutus ibidem fuerat,* S. Fiecus *ſeu* Fiacus *aut paulò etiam aliter, Hibernicéque* Fiec *ſeu* Fiac *ac ſæpè etiam* Fiag, *ùt Colganus in Triade Thaumaturga pag. 7, not. 2 ait, nominatus.*

ac Operi noſtro ob rationes

2 *Hic Sanctus noſter, ut modò, hiſce præmiſſis, ad id, quod propoſui, me accingam, à S. Fiecho ſeu Fiacho,* XXVII *Decembris die culto, etſi hujus nomen à* S. Fieci *ſeu* Fiaci *nomine ſola, quâ illud, at non itidem iſthoc, ſcribitur, aſpiratio diſcriminet, indubiè, utì idem Colganus loco mox cit. addit, eſt diſtinctus; verùm, etſi ſic habeat, diu tamen ac multùm, an in Opus noſtrum foret inferendus, dubitavi. Nec, ut in hoc locum illi abſque omni ſcrupulo hîc concederem, moveri ſtatim potui vel Hibernicis, in quibus, ùt plus ſemel repetit Colganus, hâc* XII *Octobris die celebratur, Martyrologiis, vel ſecundâ aut quintâ, in qua utrâque reliquiarum ejus veneratio inſinuatur, S. Patricii apud Colganum Vitâ. Ercus enim ſeu Hercus, Slanenſis in Hibernia*

B *epiſcopus, cujus pariter reliquiarum veneratio in quinta è Patricianis apud Colganum Vitis inſinuatur, gaudere etiam cultu ſacro dilucidè in harum tertia indicatur, eumque tamen haud idcircò ſecunda Octobris die, quâ Hibernicis aliquot Martyrologiis exſtat inſcriptus, in Opus noſtrum intulimus, ſed ad ſecundam, quâ pariter in Hibernicis aliquot Faſtis ſacris memoratur, Novembris diem, certiorem etiam, quò id tum faciamus, cultus publici requirentes indicia, remiſimus.*

hîc adductas

3 *At verò id faciendum duximus, quòd, an tertiæ S. Patricii apud Colganum Vitæ, in qua, ùt dictum, Ercus coli luculenter indicatur, ſat tutò fidi queat, neſciamus, quódque, cùm is in Patricianis apud Colganum, in quibus memoratur, Vitis nuſquam vel* Sancti *vel* Beati *titulo honoretur, meritò in dubium, an tunc, cùm ſcriptæ hæ fuerunt, cultu ſacro fuerit gaviſus ac proin an ob hunc & non ob ſolam, quâ inclaruit, ſanctitatis famam in Hibernica, quibus inſcriptus exſtat, Martyrologia fuerit illatus, revocari queat; etſi autem quammaximè etiam, ne non*

C *& Vitarum illarum quintæ, in qua è dictis tam Erci, quàm* Fieci *reliquiarum veneratio inſinuatur, ſat tutò fidi queat, ſit verendum, de ſecunda tamen, in qua id ipſum, ſaltem quantùm ad Sancti noſtri reliquias, ſit, aliter eſſe exiſtimandum, ſuadent, quæ de ea Papebrochius noſter in Commentario, S. Patricii Actis ſeu Vitæ prævio, num.* 16 *pronuntiat. Adhæc pluries pòſt laudandus, qui ex infrà dicendis eſt admodùm antiquus, ſcholiaſtes apud Colganum in Triade pag.* 4 Fiecum, *quem commentatur,* Sancti *titulo exornat, eique eamdem honorificam appellationem Jocelinus, qui ſec.* XII *exeunte ſextam, alterque, qui multò etiam, ùt apparet, citiùs tripartitam ſeu ſeptimam è Patricianis apud Colganum Vitis concinnavit, ſcriptor repetitis & quidem plus ſemel vicibus liberaliter attribuunt, id veroſimillimè, niſi tum, cùm ſcriberent, cultu Sanctis proprio* Fiecus *fuiſſet gaviſus, ob ſolam, quâ, dum viveret, inclaruerat, ſanctitatis famam minùs frequenter ac parciùs facturi.*

4 *Hæc igitur cùm ſic habeant, ac præterea* Fiecus *vitæ ſanctimoniâ miraculiſque exſtitiſſe conſpicuus à Jocelino dicatur, fuiſſe re etiam ipſa illum in natione ſua Hibernica, ad conſtituendum Sanctorum ſuorum cultum minimè rigida, honores Sanctis proprios à morte adeptum, haudquaquam à veri ſpecie, imò nec à vero, apparet alienum, cúmque adeò non ſit, cur ob hoſce in Hibernica, quibus inſcribitur, Martyrologia illatus haud credatur, hac die, quâ id in iis fit,* Fiecum *ſeu* Fiacum, *quem præterea, quod hîc etiam notandum, à Foceo epiſcopo, hodie ex Epternacenſi Hieronymiano apud Florentinium apographo inter Prætermiſſos à nobis relato, diverſum non eſſe, veroſimile ibidem allegata efficiunt, Operi noſtro exiſtimavimus hîc inſerendum, eò etiam impulſi, quòd id hodie factum iri, deceſſores noſtri loco non uno indicârint. Verùm non eſt, cur propterea, patri ſuo* Fieco *hîc addendum filium Fiacrium, quis ſtatim exiſtimet. Hic enim, quem è monumentis antiquis excuſis haud alia, quam S. Patricii Acta, commemorant, nuſquam in hiſce vel* Beati *vel* Sancti *titulo afficitur; etſi autem & ipſe Hibernicis aliquot Martyrologiis, teſte Colgano, hodie exſtet inſcriptus,* E *in hiſce tamen, typorum beneficio nondum vulgatis, memorari illum ratione cultûs ſacri, quo hac die vel gaudeat vel aliquando fuerit gaviſus, nihil omninò ſuadet.*

hodie inſeritur,

tria diverſa exſtant elogia hîc indicata. Horum ultimum,

5 *Miſſo itaque, quem, quòd dumtaxat in Mss. adhuc Faſtis ſacris celebretur, quódque inſtitutum noſtrum, ut ſinguli hujuſmodi Dei Servi cultu deſtituti inter Prætermiſſos recenſeantur, haud exigat, ne quidem hoſce inter ſuprà retulimus, Fiacrio,* S. Fieci *filio, de ſolo poſtremo hîc modò ſumus acturi. Nullus, quem quidem viderim, ſeu ſcriptor ſeu auctor* S. Fieci *Acta ſeu Vitam litteris ex inſtituto commendavit; aſt è ſex poſtremis S. Patricii apud Colganum Vitis, quæ omnes, ſolâ quartâ exceptâ, de* S. Fieco *loquuntur, duæ ultimæ, longiori etiam oratione adhibita, id facienies, tam multa, ad eum ſpectantia, ſubminiſtrant, ut pro juſto vitæ compendio tam quæ in harum duarum priori, à Jocelino conſcriptæ, quàm quæ in poſteriori leguntur, queant haberi. Porrò hiſce binis Actorum ſeu Vitæ* S. Fieci *compendiis addi poteſt & tertium, ab antiquo Sancti noſtri ſeu potiùs hymni huic ſoliti attribui ſcholiaſte contextum integrumque ſerie continua à Colgano in Triade pag.* 4, *col.* 1 *recitatum. Verùm, quo in pretio tria illa compendia, quorum quodque non ineptè etiam Sancti elogium encomiumve appelláris, ſunt habenda? Scholiaſtes jam memoratus veroſimillimè, prout Colgano, qui illorum poſtremum Hymno, per* Fiecum, *ùt paſſim creditur, in S. Patricii laudem compoſito, Præfationis in modum præfixum ſeſe reperiſſe, Operis mox cit. pag. 7, notâ* 1 *non obſcurè innuit, viſum ibidem eſt, vel ante ſec.* VI *finem, vel certè, ùt mihi equidem apparet, haud ſeriùs quàm ſec.* VII *nondum diu inchoato floruit.*

F

*ab Hymni S. Fieco attributi ſcholiaſte, qui ſub ſec.*VI *finem*

6 *Poſtquam enim, Lageniæ archiepiſcopum à S. Patricio inſtitutum fuiſſe* S. Fiecum, *narravit, mox ſequentia hæc verba,* Quo etiam munere ejus Comorbani ſive ſucceſſores abinde funguntur, *ſubjungit, ſicque, dum ſcriberet, penes* S. Fieci *in ſedem Sleptenſem ſucceſſores adhuc manſiſſe ſeu Sleptæ nondum exiſtere deſiiſſe archiepiſcopalem ſeu potiùs ob infrà dicenda metropolitanam Lageniæ dignita-*

AUCTORE C. B.

tem, luculenter indicat; cum hæc autem, utpote quam post annum 598, utì in Opere nostro ad 1 Februarii diem in Commentario, Actis S. Brigidæ, virginis Scotæ prævio, num. XI fas est videre, Sleptá Fernam Brandubius Lageniæ rex transtulerit ac S. Mædoco ibidem constituto episcopo concesserit, verosimillimè, si verè is princeps anno, ut Colganus in Triade pag. 8, nota 8 scribit, 601 occubuerit, ante sec. VI finem, vel certè, si Brandubius annis adhuc aliquot post annum istum vixerit, sub sec. VII initium, quo S. Mædocum obiisse, in Opere nostro ad XXXI Januarii diem de Sancto isthoc tractantes docuimus, Sleptæ existere desierit, necesse est, ut, de quo nos hic, scholiastes, qui, dum scriberet, existere ibidem metropolitanam dignitatem nondum desisse, luculenter, ut dictum, indicat, vel ante sec. VI finem vel certè haud seriùs quàm sec. VII nonaum aiu inchoato floruerit.

aut sequentis initium

B

7 At verò, etsi quidem inter Hiberniæ episcopos semper aliqui, qui præ aliis quid amplioris dignitatis aut jurisdictionis ecclesiasticæ haberent hincque rectè dici possent primates, exstiterint, ii tamen non prius, quàm sec. circitèr XII, utì ad XVII Junii diem in Commentario, Actis S. Molingi Farnensis episcopi prævio, num. 8 jam docuimus, appellari cœperunt archiepiscopi; quare cùm nihilominus S. Fieco archiepiscopi titulum ac præterea Dubtacho, cujus ille discipulus exstitisse perhibetur, honorificam archipoëtæ appellationem, quæ seculum XI aut XII sapit, attribuat S. Fieci scholiastes, scriptorem hunc, ùt jam statui, ante sec. VI finem vel paulò dumtaxat pòst floruisse, quis credat? Ita ferè etiam in suis, quas suprà adhuc laudavi, Mss. in septimam seu tripartitam S. Patricii apud Colganum Vitam Notis Papebrochius noster; verum, si inde, quod hic decessor noster velle videtur, possit concludi, qua ergò ratione est factum, ut Notas, à S. Fieci scholiaste in Hymnum, attribui huic solitum, compositas, ad sec. non XI vel aliud posterius, sed ad VIII pertinere in Comm., Actis S. Patricii prævio, num. 33 existimârit? Id sanè ego haud perspicio.

C

floruisse videtur, compositum, fidem integram meretur;

8 Cùm itaque argumentum, quo Sancti nostri scholiasten ante sec. VI finem vel sub sequentis initium floruisse suprà ostendi, nulla planè ratione sat solida ac erudito lectori vel utcumque satisfacere nata confutari infirmarive posse videatur, sanè iis, qui contra tempus, quo antiquum illum scriptorem floruisse statuimus, archipoëtæ & archiepiscopi nomina ab hoc adhibita objiciunt, non ineptè, utì ipsemet in dictis Mss. Notis Papebrochius agnoscere videtur, responderi potest, ea non ab ipsomet Sancti nostri seu Hymni huic attributi scholiaste, sed ab audacibus, qui eadem in compositum abs hoc Vitæ S. Fieci compendium seu encomium intruserint, librariis esse profecta. Idem porrò aut certè quid simile quantum ad alia, in hoc pariter occurrentia, quæ auctorem, sec. VII posteriorem, sapere fortassis videntur, est dicendum. Jam verò cum illud Vitæ Sancti nostri compendium, ab auctore adeò antiquo ac proin à Sancti nostri, qui ex infrà dicendis sub sec. V finem obiit, ætate annis fere dumtaxat centum remoto contextum, nihil etiam, quod, non dicam, incredibile, sed vel creditu appareat difficile, compleciatur, est sanè, cur ei fides integra in iis, quæ à veritate aliena aliunde probari haud queunt, adjungatur.

D

etsi autem res Jecûs tum quantum ad elogium à Jocelino scriptum,

9 Verum de primo è duobus aliis Vitæ compendiis seu Sancti nostri elogiis suprà memoratis paulò aliter est loquendum. Id enim, cum textæ, cui includitur, S. Patricii apud Colganum Vitæ auctor Jocelinus sec. demum XII, utì apud nos ad XVII Martii diem in Comment., Actis S. Patricii prævio, num. 23 & seq. fas est videre, floruerit ac proin à Sancti nostri ætate, utì ex mox dictis sequitur, sex amplius seculis abfuerit, haud magnam sanè à tempore, quo fuit conscriptum, auctoritatem ac fidem sibi adjungit. Adhæc, etsi quidem Jocelinus, utì in Commentario mox cit. num. 15 docuimus, scriptores quatuor coævos, qui rerum, à se litteris consignatarum, testes oculati exstitére, sibi prælucentes habuerit, ex auctoribus tamen adeò probatis haud omnia, quæ narrat, esse accepta, suadent nonnulla hisce immixta miracula tam insolita ac ab omni veri specie aliena, ut Papebrochio à dictæ, quam edebat, Vitæ S. Patricii textu, ne inde, qui hanc essent lecturi, offenderentur, rejecanda ac in Appendicem, eidem Vitæ subjectam, in qua unà cum æqua juxtà ac acri, qua ibidem § III perstringuntur, censurâ innoxiè legi possent, rejicienda sint visa.

E

tum quantum ad aliud tripartitæ insertum

10 Quod modò ad secundum è duobus Vitæ Sancti nostri compendiis seu elogiis suprà memoratis spectat, id sanè, cum septima, cui intextum exstat, S. Patricii apud Colganum Vita, Tripartitæ appellatione, quòd tres in partes sit adusa, venire plerumque solita, miracula etiam perquam insolita ac idcirco à Papebrochio pariter in Appendicem S. Patricii Actis subnexam rejecta nec magis, quàm quæ Vita, à Jocelino contexta, subministrat, credibilia complectatur, veritati in omnibus conjonum absque omni, ne Jecus habeat, formidine æstimari non potest; etsi autem tripartita illa S. Patricii Vita, à qua, partim Latinè, partim Hibernicè conscripta, tripartitum pariter de S. Patricii Actis Opus, solo sermone Latino compositum ac ab Usserio loco suprà cit. sæpiúsque alibi prolatum, est diversum, S. Evinum, qui sec. VII vel etiam VI floruit, habere videatur auctorem, variè tamen, utì apud nos in Commentario, Vitæ S. Patricii prævio, num. 17 & seq. videre licet, à scriptore seu uno seu pluribus, qui vel sec. X vel haud multò citiùs floruerint, fuit interpolata. Nec tantùm, dum, quorum jam memini, nullius aut certè admodum exiguæ fidei miracula refert, nævo isto laborat, verùm etiam, dum ipsummet Vitæ S. Fieci compendium seu elogium part. 3, num. 21 & tribus seqq. exhibet, iterumque deinde, dum miraculum, utcumque credibile ac proin in Appendicem, S. Patricii Actis subnexam, à Papebrochio haud rejectum, parte itidem tertia num. 86 refert.

F

habere videatur, solum tamen

11 Ibidem enim Fiecum, ad quem duos equos, ut hisce ille, cùm præ virium defectu pedes incedere non valeret, ad diœcesim suam visitandam aliaque munia explenda uteretur, submissos, divino nutu, nemine ducente, pervenisse narrat, ob pedem, scorpionis ictu & punctura tumentem, claudicasse, affirmat. Id autem, cùm venenati animalis nihil, utì in Appendice, S. Patricii Actis subnexa, num. 25 Papebrochius docet, Hiberniæ solum

aut

A *aut pariat ipſum aut aliunde invectum ſuſtentet, ſcriptum fuiſſe, à S. Evino, qui, Hibernus cùm eſſet, Hibernici ea in re ſoli naturam haud dubiè habuerit perſpectam, nec èx Hibernia à S. Patricio primùm venenata omnia animalia, quorum ingens antea multitudo ibidem exſtiterit, fuiſſe ablegata, cum Jocelino, id primùm, ùt apparet, litteris complexo, crediderit, in animum quis facilè inducat? Nec faciliùs futurum reor, ut quis putet, non ab interpolatore, ſed ab Evino eſſe tum honorificam, quæ, ùt jam ſuprà monui, ſec.* XI *aut* XII *ſapit*, archipoëtæ *appellationem, Dubthacho in proximè memorato Vitæ Sancti noſtri compendio ſeu elogio tributam, tum verba, quibus ejuſdem Dubtachi Opera à vetuſtate ibidem commendantur.*

hoc poſtremum Comment. huic ſubnectam; elogium etiam

12 Quomodò enim, *inquit in ſuis in hunc Tripartitæ locum Adnotationibus Papebrochius*, vetuſta dicerentur ab Evino, qui vix uno alterove ſeculo antiquior illis erat in illa gente: quæ ab ipſo ſuî exordio poëtas in præcipuo honore habuit? *Cùm itaque, quemadmodùm, quæ à Jocelino ſcripta eſt, S. Patricii Vita, ita etiam, quæ* tripartita *vocatur, fidem integram, utì è jam dictis nemo non agnoſcet, ubique haud mereatur, elogiis certè, quibus hæ Sanctum noſtrum exornant, abſque omni ſcrupulo adhærendum in omnibus non eſt; etſi autem quantum ad tertium, quod* Fieci *ſeu potiùs Hymni, huic attributi, ſcholiaſtes contexuit, elogium res ſecùs ob jam ſuprà dicta habere videatur, integrum tamen id Commentario huic, in quo interim ob rationem infrà allegandam præcipua ſuî parte recitabitur, haud ſubnectam, ita faciendum ratus, quòd cùm ferè etiam omnia, quæ continet, aliaque inſuper complectatur elogium à tripartitæ interpolatore concinnatum, ſufficere, ut hoc ſolum lectori ibidem exhibeatur, ſit viſum. Nec, etſi nonnulla, quæ continet* Fieci *elogium, abs Hymni, huic attributi, ſcholiaſte compoſitum, complectatur pariter elogium, à Jocelino contextum, ac porrò elogio, Tripartitæ intexto, alicubi etiam præſtare videatur, præ hoc ad Commentarii calcem dare illud eſt viſum.*

C *à Jocelino ſcriptum idcircò potiſſimùm omiſſuru, quòd in iis,*

13 *Ita ſcilicet faciendum exiſtimavi, primò quidem, quòd, cùm S. Patricii Vita, à Jocelino conſcripta, in Opere noſtro ad decimam ſeptimam Martii diem jam exſtet excuſa, ibidem, quod hæc num.* 100 *& duobus ſeqq. exhibet, Sancti noſtri elogium legi queat, ſicque ſit futurum, ut non modo hoc, ſed & illud, quod tripartita ſuppeditat, ſtudioſus lector habens in promptu, alterum cum altero conferre, ſimulque utri in iis, in quibus invicem diſſonant, fidendum potiùs ſit, dijudicare queat; deinde verò, ac præcipuè quidem, quòd, quamvis etiam alicubi elogio, tripartitæ inſerto, præſtare, ùt dictum, videatur, plerúmque tamen per ſe loquendo minorem, quàm id, fidem mereatur, tum quòd nonnulla, quæ à mox dicto Tripartitæ intexto Sancti noſtri elogio abſunt, miracula, haud facilè à quoquam credenda, contineat, tum quòd in iis, quæ ſub initium refert, certò etiam à veritate aberrare videatur, utì è jam nunc dicendis pateſcet. Sancti noſtri elogium, quod S. Patricii Vita, à Jocelino contexta, complectitur, ſequentibus hiſce inchoatur verbis:* Fuit quidam juvenis bene morigeratus, ingenio ſubtilis, eloquentiâ floridus, formâ ſpecioſus, Fiechus nomine, diſcipulus Dubhtachi pœtæ. Hic ante paucos annos duxit in matrimonium quandam puellam, quæ jam recenter obierat, de qua & unicum filium ſuſceperat. Hunc S. Patricius cum magiſtro ſuo prænominato conviantem obvium habuit, & in momento & ictu oculi, ſpiritu revelante, ipſius conſcientiam agnoſcens coram cunctis dixit: Ecce Vir unius uxoris tantùm, qui ſecundùm Apoſtolum dignè promoveri poterit in ſacerdotium & etiam pontificatum.

AUCTORE C. B.

quæ hîc præponuntur,

14 Cœpit igitur fidei rationem ipſi exponere, atque, ut Baptiſmum ſuſciperet, admonêre. Mirabatur Juvenis in verbis gratiæ, quæ procedebant ĕe ore S. Patricii, & maximè quia tam citò potuit ab ipſo penetrari ſecretum ejus ac vita dignoſci. Credens igitur ſuſcepit Baptiſmum &, priùs renitente diu magiſtro, ſed poſtmodùm annuente, diſcipulatui ſancti pontificis ſe contulit. *Quòd ſi itaque Jocelino fides adhibenda hîc ſit, S. Patricius* Fiecum, *dum hic iter cum magiſtro ſuo Dubtacho inſtitueret, caſu ſibi obvium primóque conſpectum, unius eſſe uxoris virum aliaque ad eum ſpectantia arcana, Deo hæc ſibi revelante, cognôrit, cúmque tunc, ſuſcepto Baptiſmate, in S. Patricii diſciplinam dare ſeſe* Fiecus *vellet, huic ejus voluntati Dubtachus diu reſtiterit. Verùm, quæ ait, Patricius de* Fieco, *non ex divina revelatione, ſed ex Dubtacho, ejus magiſtro, ad quem, Chriſtianam fidem jam amplexum ac ſibi cumprimis carum, in Lageniam appulſus diverterat, didicit, tuncque, cùm id accidit, caſu ſibi obvium* Fiecum, *iter cum Dubtacho inſtituentem, haud habuit, nec hic illi in Patricii diſciplinam dare ſeſe cupienti diu reſtitit.*

E

à vero, utì è Sancti, quod Hymni, huic attributi, ſcholiaſtes

15 *Ita nimirum res, ſpectatis iis, quæ in Sancti noſtri encomio Tripartitæ auctor ſcribit, ſeſe habuit; huic autem potiùs, quàm Jocelino, hic aſſentiendum, imò veró ea, in quibus hic per verba proximè recitata cum Tripartitæ auctore pugnat, à veritate aliena, opinor. Quæ enim mox relata ex hoc ſunt ac cum illis ſeu cum Jocelino pugnant, non modò jam nunc dictum, quod à Tripartitæ auctore, verùm etiam aliud ſuprà laudatum, quod ab Hymni,* Fieco *attributi, ſcholiaſte eſt compoſitum, quodque potiorem, ùt ſuprà docui, fidem ſibi adjungit, encomium complectitur. Ut, quàm verum id ſit, ſtudioſus lector examinare queat, ei hîc encomii ſeu elogii dicti verba huc ſpectantia juverit exhibuiſſe, non paucis etiam aliis, quæ id continet, adjunctis, ut vel ſic unà cum duobus ſuprà memoratis Sancti elogiis tertium etiam, quod fide, ùt dictum, præ reliquis dignum, ferè integrum ſeu iis dumtaxat, quæ nemo vehementer deſideret, reſciſſis, habeat in promptu. En illa:* Fiecus ... tempore juventutis educatus fuit apud celebrem illum Dubthachum, Lugarii filium, qui tempore Loegarii regis erat archipoëta ſive princeps poëtarum Hiberniæ; eratque S. Patricio ob ſingularem vitæ probitatem & in Deum pietatem charus & familiaris.

F

compoſuit, parimque huc

16 Fuit enim hic Dubthachus, qui contra mandatum regis Laogarii præcipientis, ut nullus in aula Temorenſi Patricio, Chriſti fidem Hibernis primùm prædicaturo, aſſurgeret ſignumque ullum exhiberet honoris, primus

AUCTORE C. B.

ex discumbentibus assurrexit, salutis nuntium venerabundus salutavit, salutaremque amplexus est doctrinam. Cùm ob hæc aliaque insignis probitatis argumenta esset viro sancto postea percharus & amicus, quadam vice Patricius in Lageniam veniens ad ædes ejus declinavit, & inter familiaria colloquia ab eo petiit, ubi reperiret juxta Apostoli præscriptum, Unius uxoris virum, sobrium, prudentem, &c: petiit autem Dubthachus, quare Vir sanctus exquireret virum talibus ornatum dotibus. Respondit Patricius, ut eum sacris initiatum Ordinibus Domino consecrarem. Est mihi, inquit Dubthachus, discipulus, nomine Fiecus, sed modò absens, in Connaciam nuper à me ablegatus, in quo, quas desideras reperiuntur qualitates. Dum in his versarentur sermonibus, redeuntem, commissa legatione expedita, conspiciunt Fiecum: quem videns Dubthachus ait: Ecce, à me modò laudatus nunc advenit. Et cùm Vir sanctus diceret, quòd fortè suo non vellet annuere desiderio, Dubthachus pio astu suggerit modum, quo pii & verecundi Discipuli animus explorari posset, simulans se velle monasticam è manu Patricii tunc suscipere tonsuram.

B

transcribitur, elogio probatur, aberrare videatur.

17 Cùm Fiecus superveniens, quæ sic simulatè erant excogitata, vera esse existimaret, ad Patricium ait: Quare istum virum jam ætate gravem & in republica necessarium vellet ad ea munia assumere, & non potiùs de aliquo alio, reipublicæ minùs necessario, excogitaret? Respondet Patricius, se libenter alium pro eo acceptaturum, modò idoneus reperiatur. Ego, inquit Fiecus, lubens me offero, qui in populo minùs necessarius sum. Patricius ait, eam spontaneam oblationem esse sibi valde acceptam & gratam. Fiecus ergò clericali à Patricio insignitus tonsura in virum probatissimæ & celebratæ evasit sanctitatis, disciplinamque ecclesiasticam unius diei, vel, ùt alii ferunt, quindecim dierum spatio, magistro Patricio, perfectè didicit. Et postea ab eodem consecratus est episcopus, & tandem Lageniæ archiepiscopus institutus; quo etiam munere ejus Comorbani sive successores abinde funguntur. *Ita hactenus, quod Hymni, Fieco attributi, scholiastes compojuit, Sancti nostri elogium aut certè præcipua seu major hujus pars. Eam modò studiosus lector expendat, videbitque, quæ memorat, cum iis quidem, quæ num* 14 *ex elogio, Tripartitæ injecto, retuli, concordare, contrà verò cum iis, quæ ibidem ex elogio, per Jocelinum scripto, recensui, pugnare hæcque proinde à vero, ùt suprà dixi, esse aliena.*

C



§ II. Quandonam ad fidem fuerit conversus, quàm sanctè & quò usque circitèr vixerit, & an Hymnum, ei attributum, in S. Patricii laudem composuerit.

D

Tripartitæ apud Colganum in Triade Vitæ S. Patricii auctor, nonnulla priùs, quàm Vitæ Sancti nostri compendium seu encomium, Commentario huic, ut jam monui, subjiciendum, lucubrationis suæ part. 3, *num.* 21 *& tribus seqq. suppeditet, de S. Patricii ad Leogarium, dum hic, inter reges plures, in Hibernia tunc regnantes, dignitate & auctoritate præcipuus, magnifico & regali convivio Temoriæ, quæ regum Hiberniæ in Meaia seu Midia sedes erat, regni proceres exciperet, mirabili, januis clausis, accessu Lucubrat. ejusdem part.* 1, *num.* 61 *locutus, mox subjungit:* Sed nullus convivantium mirifico Dei servo assurrexit præter Dubthachum filium Lugair, archipoëtam regis & regni; unumque Adolescentem ex ejus discipulis, Fiecum nomine, qui hodie in ecclesia Sleptensi est. Dubthachus hic est primus, qui Temoriæ fidem Christi amplexus & à viro Dei baptizatus est. *S. Patricius, in Hiberniam anno* 432 *appulsus, Leogarium regem, multis primum ibidem laboribus exantlatis, anno* 436, *ùt Papebrochio nostro, etsi interim annum* 433 *signet Usserius, in Commentario, Actis S. Patricii prævio, num.* 32 *&* 43 *visum est, adiit, cumque tunc, cùm Patricius id fecit, Dubthachus, ùt disertè num.* 44 *testatur Jocelinus ac è jam datis auctoris Tripartitæ verbis, suffragante hisce etiam per verba, num.* 16 *recitata, Hymni, Fieco attributi, scholiaste, concludendum apparet, Christi fidem amplexus & à S. Patricio fuerit baptizatus, conjectarium est, ut ex Papebrochii, cui adhæremus, calculo id eodem circitèr dicto anno* 436 *acciderit.*

Sanctus, qui S. Patricio, Temoriam ad Leogarium regem veniens, assurrexisse dicitur,

E

F

19 *Verùm, ut ad id, quod potissimùm huc spectat, jam veniam, an ut Dubtachus, ita etiam* Fiecus, *cum ad Leogarium primò S. Patricius accessit ac proin è dictis anno circitèr* 436 *ad fidem abs hoc conversus ac baptizatus fuit? Patricio, cùm Leogarium regem, Temoriæ commorantem, adiret, assurrexisse* Fiecum, *verbis mox datis luculentissimè tradit Tripartitæ auctor seu potiùs interpolator; cùm autem* S. Fiecus *certè haud ampliùs tunc, cum hic scriptor floruit, exstiterit in vivis, & tamen vixisse adhuc, cum proximè recitata verba is exararet, hisce ipsis, ùt consideranti patescet, indicetur, esse enimverò videtur, cur eadem ex auctore, qui, cum Sanctus noster adhuc viveret, S. Patricii Acta scripserat, accepisse tantúmque ferè, addito, quem Dubthacho attribuit,* archipoëtæ *titulo, mutata in Lucubrationem suam intulisse interpolator ille ac proin, non quidem ob hujus, sed auctoris, ex quo ea accepta, auctoritatem* Fiecus *Patricio, Leogarium adeunti, assurrexisse credatur. Verùm*

& tamen id forè haud fecit,

A *rùm ſit ita, fuerit reipſa,* Patricio Fiecum *tunc aſſurrexiſſe, ab antiquo, qui, cùm hic adhuc viveret, exſtiterit in vivis, auctore in litteras conjectum, in dubium tamen, an hic illa in re à veritate haud aberrárit, revocari poteſt, tum ob duas S.Patricii apud Colganum in Triade Vitas, quarum prior ſeu ibidem ſecunda, reliquis quinque ſequentibus, ùt Papebrochio noſtro viſum eſt, præferenda, num.*38, *poſterior verò ſeu ibidem quinta num.*41, *ſolum Dubthachum Patricio tunc aſſurrexiſſe tradit, tum ob ſcripta ab Anſelmo, Cantuarienſi archiepiſcopo, Fingaris ſeu Guigneri Acta, in quibus hic ſolus, non verò etiam vel Dubthachus vel* Fiecus, *S. Patricio, Chriſti fidem Hibernis annuntiare exorſo, aſſurrexiſſe apud Uſſerium de Britannicarum Eccleſiarum Primordiis pag.* 851 *narratur.*

20 *Adhæc, etſi Patricio, Leogarium adeunti, non tantùm Dubtachum, ſed &* Fiecum *aſſurrexiſſe, tantiſper daremus, inde tamen, contrà ac nonnemo forſan autumet, hunc æquè ac illum fuiſſe tunc converſum ac baptizatum, concludi haud poſſet. Quid ní enim factum eſſe queat, ut Sanctus noſter Patricio tunc aſſurrexerit, neque tamen ſtatim, quam hic annuntiabat, Chriſti fidem fuerit amplexus? Et verò haud tunc equidem, cùm ad Leogarium Temoriam venit, ſed poſtea, cùm ex Midia in Lageniam progreſſus eſſet S. Patricius, baptizatum abs hoc fuiſſe* Fiecum, *ipſemet, qui hunc Hibernorum Apoſtolo, Leogarium adeunti, aſſurrexiſſe ſcribit, Tripartitæ interpolator in Sancti noſtri elogio memoriæ prodit, de Patricio, in Lageniam appulſo, ſic ſcribens:* Fiechum ... cùm antè tantùm eſſet catechumenus, priùs baptizavit & poſtmodùm totundit. *Verùm, cùm ſic* Fiecus, *priuſquam à Patricio in Lagenia baptizaretur, catechumenus ſeu ex iis, qui, ad Baptiſmi gratiam aſpirantes, fidei Chriſtianæ elementis imbuebantur, exſtitiſſe dicatur, erit fortaſſis, qui eum, etſi Temoriæ à Patricio, dum hic Leogarium regem adiret, haud baptizatum, ibidem tamen tunc voluntatem credendi in Chriſtum concepiſſe ac proin hujus fidem utcúmque fuiſſe amplexum exiſtimet. Id ſanè vel tunc vel haud admodùm diu pòſt factum, videri poteſt à veritatis ſpecie haud prorſus alienum, quod, cùm Dubthachus,* Fieci *magiſter, dum Temoriæ, veniente eò ad Leogarium* Patricio, *verſaretur, fuerit è dictis Chriſti fidem amplexus,* Fiecum *id pariter vel tunc vel haud admodùm diu pòſt feciſſe, ſuadére utcúmque queat vis haud parva, quam in diſcipulos habere ſolet magiſtrorum exemplum.*

21 *Verùm Tripartitæ auctor, qui Patricio, Leogarium regem, dum hic Temoriæ regni proceres exciperet, adeunti, aſſurrexiſſe unà cum magiſtro ſuo Dubthacho* Fiecum, *part.*1, *num.* 61 *narrat, fuiſſe hunc ab Hibernorum Apoſtolo, in Lageniam progreſſo, baptizatum, part. demùm* 3, *num.* 21 *refert, totque, quæ hic inter utrumque iſtum eventum patrárit, commemorat, ut omnia iſthæc intra trium etiam aut quatuor annorum ſpatium geſta eſſe poſſe, haud videantur; quare, cùm Leogarium, Temoriæ commorantem, anno demùm, ùt ſuprà docui,* 436 *Patricius adierit, in Lagenia abs hoc* Fiecum *haud ante annum circitèr* 440 *baptizatum eſſe, nec niſi paulò priùs, quàm baptizaretur, concepta in Chriſtum credendi voluntate, catechumenum fuiſſe effectum, dicendum apparet. Imò verò, ſi anno demùm* 448, *utì ad hunc Uſſerius in Indice Chronologico notat, epiſcopus ordinatus fuerit* Fiecus, *neceſſe erit, ut haud admodùm diu ante hunc ipſum annum baptizatus voluntatemque in Chriſtum credendi concepiſſe credatur, cùm brevi dumtaxat, poſtquam baptizatus fuiſſet, tempore elapſo, creatus fuerit epiſcopus, ùt Tripartitæ auctor docet, dum in Sancti noſtri elogio ait,* Fiecum, *poſtquam baptizatus fuiſſet, ac dein in clericum attonſus, ſeu, ùt Hymni,* Fieco *attributi, ſcholiaſtes loquitur, clericali tonſura inſignitus, tantos in ſanctimonia & litterarum ſtudiis feciſſe brevi temporis intervallo progreſſus, ut Patricio viſus ſit dignus, qui primus ex omnibus Lagenienſibus ordinaretur in epiſcopum.*

22 *Jocelinus quidem, poſtquam à Patricio baptizatum fuiſſe* Fiecum, *num.* 115 *dixit, mox ſequentia iſthæc verba:* S.Patricius ad eccleſiaſticos gradus illum promovit & in ſingulis dignè miniſtrantem tandem epiſcopum conſecratum, Sleptenſi eccleſiæ præfecit, *ibidem ſubjungit, ſicque* Fiecum *non adeò, quàm Tripartitæ auctor innuat, brevi elapſo, poſtquam baptizatus fuiſſet, tempore ordinatum fuiſſe epiſcopum, indicare videtur. Verùm ſive hîc, ùt reor, ſit, ſive non ſit, Jocelino, cui etiam Hymni,* Fieco *adſcripti, ſcholiaſtes ſuffragatur, aſſentiendum,* Fiecum *equidem inter annum* 440 *&* 450 *baptizatum epiſcopumque deinde ordinatum fuiſſe ac eccleſiæ Sleptenſi præfectum, apparet indubitatum. Modò, quid Sanctus, jam epiſcopus, egerit, ob oculos ponamus. Ampla in Lagenia regio Birgum inter & mare Hibernicum erat interjacens* Hi-Kenſelagh *ſeu* (Hi *enim Hibernicè idem, quod Latinè* regio, *ſignificat*) regio Kinſelagh *nuncupata. Hanc, quam Euangelii lumine illuſtrandam* Fiecus, *epiſcopus jam ordinatus, jubente S. Patricio, ſuſceperat, ad Chriſti fidem feliciter adduxit, utì Operis Tripartiti auctor apud Uſſerium de Britannicarum Eccleſiarum Primordiis pag.*363 *& ſeq. nos docet, ibidem ſic ſcribens;* Ordinavit S. Patricius de gente Laginenſium alium epiſcopum, nomine Fyacha, virum religioſiſſimum: qui juſſione beatiſſimi Patricii gentem Ceanſelach ad fidem convertit & baptizavit; quæ gens major atque potentior pars Laginenſium eſt. Qui epiſcopus Fyacha fortiter carnem ſuam cum vitiis & concupiſcentiis attrivit, & in ſua civitate Sleibhti juxta flumen Berbha in Campo Albo ſuæ vitæ ſanctiſſimæ finivit curſum.

23 *Porrò ex eo, quòd gentem illam* Fiecus *ad fidem converterit, factum fortè eſt, ut ſupremus totius Lageniæ epiſcopus à Patricio fuerit conſtitutus.* Unde (*Uſſerii in Indice Chronologico poſtquam gentem Ceanſelach ad fidem à* Fieco *fuiſſe converſam, ibidem præmiſit, verba ſunt*) ipſi (Fieco *nempe*) & ejus in ſede Sleibtienſi ſucceſſoribus totius Lageniæ archiepiſcopatum (*imò verò ſupremi epiſcopi ſeu metropolitæ, ùt dictum oportuiſſet, munus*) collatum fuiſſe ferunt. *Aſt an verè ob rationem, verbis hiſce allegatam,* Fiecus *ad metropoliticam totius Lageniæ dignitatem fuit evectus? Nihil quidem, quo id probatum dem, ſuppetit; verùm, fuiſſe equidem Sanctum totius Lageniæ ſupremum epiſcopum ſeu metropolitam à Patricio conſtitutum, ob Tripartitæ auctorem, qui id diſertè aſſerit ſibique etiam ea in re Hymni,* Fieco *attributi,*

ab illo haud tunc ibidem, ſed poſtea in Lagenia,

paulò dumtaxat antè concepta in Chriſtum credendi voluntate,

inter annos 440 *&* 450 *eſt baptizatus, epiſcopuſque dein ordinatus gentem Kenſelag converſit,*

fuit & ſupremus totius Lageniæ antiſtes ſtatuitus, duoque exſtruens

AUCTORE C.B.

AUCTORE C. B.

ſcholiaſten ſuffragantem habet, in animum inducens, ad alia, quæ præter modò dicta Fiecum *jam epiſcopum ſpectant, ſermonem converto. Cùm in Virum, priuſquam crearetur epiſcopus,* probatiſſimæ & celebratæ ſanctitatis, *ùt ſcholiaſtes ſuprà Jæpiùs laudatus per verba, num.* 17 *recitata, ait, jam evaſiſſet, poſteà majori etiam ſtudio opera, quæ ſanctum Epiſcopum decerent, exercuit. Quò id certiùs faceret, duo, in quibus vitam monaſticam cum monachis ageret, monaſteria, ùt Jocelinus & Tripartitæ auctor in Sancti noſtri elogiis tradunt, exſtruxit.*

monaſteria, ſexaginta è diſcipulis Sanctos ad cœlum,

24 *Ac horum quidem primum intra, poſtremum extra civitatem Sleptenſem, ſi Jocelinus; contrà verò primum extrà, poſtremum intra eamdem civitatem, ſi Tripartitæ interpolator audiatur, ædificarit. Adhæc Sanctum è primo, quod exſtruxerat, monaſterio ad ſecundum, vivente adhuc S. Patricio, migraſſe eumque, priuſquam id faceret, tamdiu in primo iſto, donec ante ſe ad cœlum ſexaginta Sanctos ex diſcipulis præmiſiſſet, monaſterio* B *manſiſſe, Tripartitæ auctor ſcribit: contrà verò,* Fiecum, *non priuſquam ex uno, quod occupârat, monaſterio ad aliud migraret, ſed priuſquam excederet è vivis, ſexaginta Sanctos ad Deum ante ſe præmiſiſſe, Jocelinus tradit, idque certè à veritatis ſpecie multò minùs, quàm quod Tripartitæ auctor ait, abhorret. Cùm medio enim inter annum* 440 *& annum* 450 *temporis ſpatio, quo circitèr aut certè haud multò citiùs, utì è ſuprà dictis unuſquiſque facilè colliget, primum è duobus à ſeſe exſtructis monaſteriis* Fiecus *ædificarit, uſque ad annum* 460, *quo S. Patricius, utì in Comm. Sancti hujus Actis prævio Papebrochius noſter docet, exceſſit è vivis, anni viginti effluxerint, quis, quæſo, factum eſſe, ut, priuſquam è primo illo à ſe exſtructo monaſterio ante S. Patricii obitum migraret, ſexaginta Sanctos è diſcipulis, quos in id haud magno, ùt apparet, numero receperat, tantillo temporis ſpatio ad Dominum ante ſe præmiſerit, in animum facilè inducat?*

non priuſquam è monaſteriorum ſtorum uno ad aliud, ſed priuſquam è vita migraret, ante ſe miſit,

25 *Contrà verò, cùm à dicto temporis ſpatio uſque ad* Fieci *mortem, quæ ex infrà dicendis ſub ſec.* v *finem accidit, anni haud pauciores quàm quinquaginta circitèr ſint elapſi, factum eſſe facillimè poſſe, ut Sanctus, priuſquam moreretur, intra illud temporis ſpatium ſexaginta Sanctos è diſcipulis, quos in primum à ſeſe anno circitèr* 440 *exſtructum monaſterium haud magno, ùt apparet, numero receperat, ad cœlos ante ſe miſerit, nemo non ſibi habebit haud difficulter perſuaſum. Verùm, etſi ſic habeat ac proin ſanè ſit, cur Sanctus non anguſto, quod ab anno circitèr* 440 *uſque ad Patricii obitum ſeu annum* 460 *excurrit, ſed multò magis extenſo, quod ab eodem anno* 440 *uſque ad ſec.* v *finem ſeu tempus, quo circitèr ipſemet vitâ functus eſt, effluxit, temporis intervallo ſexaginta è diſcipulis ſuis Sanctos ante ſe ad cœlos præmiſiſſe credatur, quàm maximè tamen mihi adhuc, intrane, an extra civitatem Sleptenſem Sanctus primum è monaſteriis ſuis ædificârit, manet incertum. Nec magis, in quonam è duobus illis monaſteriis, quibus viſiones cæleſtes, ſed è ſola, ni ve mentiſſimè fallar, populari traditione incertave vulgi famâ natas, ortum dediſſe, Jocelinus, Tripartitæ auctore ei etiam quantum ad Slepti conditum aſſentiente, affirmat, vitam hanc* D *mortalem cum immortali commutârit, edicendo jum. Pro monaſterio, quod extra Sleptam, in loco,* Forrach *dicto, exſtructum affirmat, quodque, ùt Tripartitæ auctor ait, è Sancti nomine* Domnach-Fiec, *ſeu, vocabulo* Domnach *Hibernicè idem, quod Latinè* eccleſia *ſignificante,* eccleſiæ S. Fieci *appellatione fuit diſtinctum, Jocelinus ſtat; contrà verò pro monaſterio, Sleptæ condito, Tripartitæ auctor pronuntiat.*

hancque (in quonam ex iiſdem monaſteriis, incertum)

26 *Ac huic quidem Operis Tripartiti ab Uſſerio ſæpiùs laudati auctor per verba, num.* 22 *recitata, adſtipulatur; verùm, quod hiſce traditur, ex ipſamet tripartita, quam ſecutus eſſe videtur, veroſimillimè accepit, facereque adeò non poteſt, ut ei potiùs & Tripartitæ auctori, quàm Jocelino illa in re aſſentiamur. Nec eſt etiam, cur quis id faciendum putet ex eo, quòd Sanctus Slepti ſeu Sleptæ fuerit ſepultus; cùm enim monaſterium, extra hanc civitatem à* Fieco *exſtructum, haud procul inde fuerit diſſitum, Sancti, in monaſterio defuncti, corpus facilè inde Sleptam ad ſepulturam potuit efferri. Verùm Sanctus, in* E *quocumque demùm è duobus dictis monaſteriis vitæ curſum terminârit, mira id vitæ ſanctitate illuſtravit, ut, præter Operis tripartiti, ab Uſſerio ſæpiùs laudati, auctorem, unanimi conſenſu Jocelinus & Tripartitæ interpolator produnt. Prior id in Sancti noſtri elogio facit his verbis:* Ipſe ... ſanctus Fiechus in hoc monaſterio (*extra Sleptam in loco, qui* Forrach *dicitur, exſtructo*) abbatis vice præfuit & epiſcopale nihilominus officium planè in diœceſi ſua exercuit. Conſuevit is Antiſtes ſingulis annis in capite Jejunii de cœnobio ſolus egredi, allatiſque quinque panibus hordeaceis, cineribus mixtis, ſecum ad iuî ſuſtentationem, in ſecretiori eremo toto illo ſacro tempore demorari. In Dominica verò Palmarum aut aliquoties in cœna Domini ſolebat ad officium peragendum ſuum ad ſua reverti, ſecum adhuc dimidium panis unius habens incomeſtum.

ſanctiſſimè actam

27 *Poſteriorem modò audiamus. Hic id ipſum, non quidem in Sancti noſtri elogio, ſed in ipſamet, cui id exſtat intextum, ſua apud Colganum in Triade Lucubratione, part.* 3, *num.* 87 *ſequentem præſtat in modum:* Conſuevit hic ſanctiſſimus Antiſtes (Fiecus *nempe*) annis ſingulis in capite Jejunii ſive Sabbatho ante Dominicam primam Quadrageſimæ ſolus è monaſterio (*Sleptæ exſtructo*) egredi, allatiſque quinque tantùm panibus in ſuſtentationem, migrare ad ſecretioris eremi latebras, ſeque in ſpecu quodam ſubterraneo in latere montis Druim-chobla abdere, totumque tempus in vigiliis & orationibus, cæleſtiumque contemplatione tranſigere uſque ad Sabbathum Sanctum, quo ad ſuos ſolebat reverti cum exiguæ proviſionis aliquo ſemper reſiduo. O mirum abſtinentiæ & continentiæ ſpeculum & ſpecimen, cui non ſolum exceſſus erat de ſubcineritio pane comedere parcè & rarò juxta neceſſitatem, ſed & ſine raræ modicæque refectionis reſiduo, ſupremæ neceſſitati ſubtracto, jejunium tam prolixum abſolvere. *Ita ambo proximè laudati Sancti noſtri encomiaſtæ; etſi autem ſic, unde à Sancto fuiſſe janè vitam ſanctiſſimè actam, colligas, ſuppeditent, nihil tamen, unde tempus, quo is ex hac exceſſerit, ſat aptè determinari*

A *minari queat, adjungunt. Verùm, etsi sic habeat, tempus tamen, quo circitèr id acciderit, juverit hic utcúmque determinâsse.*

sub sec v *finem, non verò, cùm Hymnus, ex quo id sequeretur,*

28 *In Hymno suprà jam sæpiùs laudato, qui, ùt ibidem dictum*, S. Fieco *solet attribui, de S. Patricio veluti de mortuo sermo fit; ita autem id cùm sit, necesse est, ut Hymnus ille post Sancti hujus obitum fuerit compositus, utque adeò tunc adhuc* S. Fiecus, *cui passim lucubratiuncula ista adscribitur, exstiterit in vivis. At Sanctus, qui, ùti inde consequitur, ultra annum* 460, *Patricio è suprà dictis emortualem, vitam protraxit, in hac etiam usque ad sec.* v *finem seu usque ad annum circitèr* 490 *videtur mansisse superstes. Primum enim è duobus antè memoratis, quæ exstruxit, monasteriis haud fuit, ùti è suprà dictis apparet, ante annum circitèr* 440 *ædificatum; cùm autem, ùti ex antè allegatis nemo non colliget, Sanctus non priùs, quàm è discipulis, quos post id conditum in disciplinam suam, haud magno, ùt apparet, numero receperat, sexaginta Sanctos ante se ad cælum misisset,*

B *excesserit è vivis, nec facilè, ut intra viginti dumtaxat facilliméque contra, ut intra quinquaginta annorum, qui ab anno* 440 *usque ad annum circitèr* 490 *effluxerint, intervallum sexaginta è discipulis suis Sanctos ad cælum ante se miserit, factum esse queat, usque ad postremum circitèr hunc annum vitam protraxisse* Fiecum, *verosimile apparet. Imò verò in hac multò adhuc diutiùs exstiterit superstes, si pro vero Hymni, mox iterum memorati, qui passim ei attribuitur, auctore sit habendus.*

S. Fiecum, ùt rationes,

29 *Verùm, etsi à Wareo de scriptoribus Hiberniæ pag.* 2 *&* 3, *itemque à Colgano in Triade pag.* 217, *imò & à* Fieci, *ùt vocatur, scholiaste nostro huic Sancto Hymnus ille adscribatur, anne tamen id perperam abs hisce haud fiat, Papebrochius noster in Commentario S. Patricii Actis prævio num.* 15 *revocat in dubium; neque verò immeritò, ùti vel idcircò mihi apparet, quòd, cùm in Hymno illo versu* 22 *per verba* Nec gratum, quod Temoria deferatur *de Temoriæ desolatione, post annum* 540 *facta, sermo instituatur,* Fiecus, *qui,*

C *cùm anno circitèr* 440 *à Patricio ordinaretur episcopus, annos à nativitate sua verosimillimè haud pauciores, quàm triginta, numerârit, necessariò, si verè Hymni istius auctor sit, ultra dictum annum* 540 *vixisse ac proin ad ætatem parùm verosimilem debeat pervenisse. Colganus quidem, ne* Fiecum *plùs æquo annosum faciat, illa Hymni verba, quibus de Temoriæ desolatione agitur, prophetico spiritu, veluti de re futura, prolata, in Triade pag.* 6, *decima sexta in* Fiecum *Nota interpretatur; verùm violenta est hujusmodi explicatio, nec eam dictis verbis applicari posse, ex ipsomet Hymno concludendum apparet. In hoc enim versus decimus sequentibus hisce* Vates Hiberniæ vaticinabantur adventurum tempus pacis novum, quæ duratura fit in perpetuum; unde deserta foret Temoria sub silentio, *constat verbis, cùmque deinde, dum Hymnus scriberetur, adimpleta jam fuisse, quæ Patricii in Hiberniam adventum secutura Hiberniæ vates prædixerant, versibus aliis, qui subduntur, indicetur, ac tandem* Nec gratum, quòd Temoria deferatur, *versu* 22 *cantetur, ita, ùt apparet, fuisse pariter, dum Hymnus scriberetur, jam adimple-*

tum, quod de Temoria deserenda seu desolanda Hiberniæ vates prædixerant, indicatur.

AUCTOREM C. B. *in medium hic adductæ,*

30 *Adhæc Hymni auctor de Temoriæ desolatione duobus diversis locis, ùti è jam dictis liquet, sermonem instituit, cúmque horum priori seu versu* 10, *quo certissimè de Temoriæ desolatione, non jam facta, sed futura agitur, per verba rem futuram significantia, ùti hæc consideranti patescet, id faciat, id pariter eorumdem posteriori seu versu* 22, *si & ibi non de re jam facta seu locum habente, sed dumtaxat futura, fuisset locutus, facturus fuisse videtur; cùm autem per verba,* Nec gratum, quod Temoria deferatur, *secundùm se spectata, quæ versu proximè cit. adhibet, res jam facta seu locum habens, non verò dumtaxat futura, significetur, iisque proinde de Temoriæ desolatione jam facta, non verò dumtaxat futura, ab Hymni auctore agatur, conjectarium inde & ex aliis jam dictis est, ut hic demùm à Temoriæ desolatione, post annum* 540 *facta, suam illam lucubratiunculam, ùt jam indicavi, concinnârit; verùm, ut tempus, post quod fecisse id debet, paulò etiam propiùs determinemus, hic modò, quamdiu quidem post annum* 540 *Temoriæ desolatio evenerit, examinemus. Hanc post Diermitii, Hiberniæ regis, mortem, quam in annum Christi* 558 *in quatuor magistrorum Annalibus referri, Colganus in Triade pag.* 6 *affirmat, eveniisse, ex iis, quæ hic scriptor ibidem adducit, docemur.*

E

suadent, auctorem

31 *Et verò re etiam ipsa accidisse post Diermitii mortem seu annum* 558 *Temoriæ desolationem suadet quinta S. Columbæ, presbyteri abbatis Hienses, apud Colganum Vita, optima fide, ùti hic scriptor in Triade pag.* 446 *in suis in illam Notis num.* 1 *docet, è variis Sancti illius discipulis scriptoribusque synchronis secundùm omnes sui partes accepta, in qua num.* 84 *de S. Columba sequentia leguntur verba:* Temoriam aliquando profectus cælitùs cognovit & prædixit, illam civitatem, quantumvis sub id tempus populo frequentem, potentem milite, optimatibus nobilem, regia dignitate sublimem, in annona copiosam, in mensis opiparam, in areis, foris & cæteris amœnam, futuram nihilominùs in tem-

F porum fine omninò desolatam, rege destitutam, cæterisque bonis planè vacuam, humanæ scilicet instabilitatis exemplum; *cùm enim S. Columba, quem Operi nostro ad* IX *Junii diem jam inseruimus, anno* 597 *è vivis ereptus, anno* 520 *aut seq., ùt ibidem in Commentario, prolixioribus ejus Actis prævio, num.* 19 *docuimus, natus sit, nec, ùti quisque sibi facilè habebit persuasum, ante annum circitèr ætatis suæ vigesimum quintum prophetiæ spiritu fuerit donatus, prophetia, quâ Temoriam desolandam prædixit, verosimillimè locum ante annum circitèr* 550 *haud habuerit, cúmque nihilominùs, ùti ex ipsismet jam recitatis, quibus concipitur, verbis fas est colligere, aliquot certè annis Temoriæ desolationem præcesserit, consectarium fit, ut hæc verosimillimè non nisi post annum* 558 *acciderit; jam verò cùm sic habeat, ac proin Hymni auctorem, à quo de Temoriæ, ùt dictum, desolatione agitur, non tantùm ultrà annum* 540, *sed & ultra annum* 558 *vixisse sit necesse, nec* Fiecum, *qui è suprà dictis suò annum circitèr* 445 *verosimiliter*

AUCTORE C. B.

roſimiliter non pauciores, quàm triginta ætatis ſuæ annos numerârit, ultra annum 558 vitam protraxiſſe veroſimile ullo modo ſit, conjectarium ſit, ut ab Hymni auctore exiſtimandus ſit diverſus.

Quid habeat,

32 *At verò, inquiet modò fortaſſis nonnemo, etſi quidem facilè factum eſſe queat, ùt Wareus & Colganus pro Hymni auctore, ùt ſuprà dixi, habentes* Fiecum, *à cujus ætate pluribus ſeculis abfuére, à veritate aberrârint, res tamen quantum ad* Fieci *ſcholiaſten, qui, ùt dictum,* Fieco *pariter Hymnum attribuit, ſecùs habet; is enim, ut ſuprà docui, ſub ſec.* VI *finem aut ſequentis initium exſtitit in vivis, certéque adeò dumtaxat vel ferè centum, ſi, ùt puto,* Fiecus *ſub ſec.* V *finem obiit, vel etiam, ſi ultra annum* 540 *vitam protraxit, ſexaginta ferè tantummodò annis poſt* S. Fieci *ætatem floruerit. Verùm Hymnus minoris dumtaxat molis Opuſculum ſeu lucubratiuncula eſt, nec rarò eſt factum, ut Opuſcula hujuſmodi, cùm ſcriberentur, auctorum ſuorum nomine notata haud fuerint, poſteaque nihilominùs auctoribus certis ſeu determinatis, non è certa ſcientia, ſed dumtaxat è conjecturis, fallere ſæpiſſimè ſolitis, fuerint adſcripta. Sic Hymnus, in B. Brigidæ virginis Scotæ laudem compoſitus, ſequentibuſque hiſce,* Audite virginis laudes, *inchoatus verbis, cùm ab initio, quo ſcriptus fuerat, auctoris ſui nomine notatus haud fuiſſet, poſteà tamen* S. Fieco *etiam ab Hymni ejuſdem ſcholiaſte, veroſimillimè non è certa ſcientia, ſed conjectura dumtaxat, fuerit adſcriptus.*

B

poſt annum 540, terminavit,

33 *Ita vel idcircò, quòd idem Hymnus, non* S. Fieco, *ſed ab aliis quidem Nimido Lainidan, id eſt, Claro, ab aliis verò Ultano Ardbraccanenſi, ùt Wareus loco proximè cit. ait, attribuatur, opinor; nec ab hac opinione, quantum ad Hymnum, in S. Patricii laudem compoſitum, ac* Fieco *attribui ſolitum, alienus exſtitiſſe de Brit. Eccleſiarum Primordiis videtur Uſſerius; etſi enim hunc ibidem locis non paucis citet, eumdem tamen antiqui, à quo diſertè* Fieco *adſcribitur, ſcholiaſtæ auctoritate nil motus, ferè quidem ubique, veluti* Fieco *attributum aut attribui ſolitum, nuſquam verò veluti abs hoc compoſitum, laudat. Uti ergò Uſſerius, quemadmodùm vel hinc apparet, in dubium ſaltem, an Hymnus ille à* Fieco *foret compoſitus, revocavit, ita eumdem* Fieco *omninò abjudicandum, jam ſuprà adducta dilucidè, ùt ego quidem opinor, oſtendunt. Jam verò, cùm ſic habeat ac proin* Fiecus *ex Hymno, quem in Patricii laudem compoſuerit, ultrà annum 540 protraxiſſe vitam probari haud queat, nihil ſupereſt, quàm ut ſub ſec.* V *finem obiiſſe ob jam ſuprà allegata credatur, anno interim, quo id acciderit, manente omninò incerto. Verùm etſi nec hic, nec in utro è monaſteriis, à ſe exſtructis,* Fiecus *vitam terminârit, ratione ulla definiri queat, fuiſſe tamen Sanctum Sleptæ ſeu Slepti ſepultum, apparet indubitatum.*

C

ſepulturamque Sleptæ eſt nactus.

34 *Id enim Jocelinus, nemine prorſus, cui fides potior debeatur, certò refragante, diſertè in S. Patricii Vita num.* 117 *affirmat, eique illa in re aſſentiri etiam Tripartitæ auctorem, quiſque ex iis, quæ in Sancti noſtri Encomio, Commentario huic, ùt plùs ſemel jam monui, ſubdendo, ſcribit, certò ſibi habitum eſt perſuaſum. Huic quidem opinioni duo à Colgano in Triade pag.* 155 *laudata Hagiologia Hibernica, quorum alterum Calendarii Caſſelenſis, alterum Martyrologii, à S. Ængusſio compoſiti ac à Maguiro, Clochorenſi decano, aucti, appellatione diſtinguitur, utcúmque adverſari queunt videri. Horum enim primum ibidem hodie ſic habet:* Iachrius filius Ieci, & ambo quieſcunt in Mınbeag, id eſt, in ſylva, quæ eſt inter Cluain-mor, Maodhoc & Achadh-abhall; *ſecundum verò hiſce concipitur verbis:* Iachrius filius eſt Ieci, & eſt cum eo ſimul in Mınbeag, nempe in cella parva, quæ eſt in ſylva inter Cluain-mor Maodhoc & Achadh-abhall, in qua & S. Iecus jacet. *Verum, cùm è ſcriptoribus, qui duo illa Hibernica Hagiologia, typis nondum vulgata, concinnârunt, prior quidem, ùt Colganus tom.* I *Hiberniæ Sanctorum in Notis, Encomio S. Fancheæ virginis ſubjectis, docet, ſec.* 10, *poſterior verò ſec. demùm* XV *floruerit, factum eſſe facilè poteſt, ut, cum tunc* S. Ieci *corpus, è civitate Sleptenſi, ubi primò fuerat ſepultum, in Mınbeag jam fuiſſet tranſlatum, idcircò illi, dum ſcriberent,* S. Iecum *non Sleptæ, ſed in Mınbeag quieviſſe, ſeu aaſervatum ac porrò etiam cultum fuiſſe, per verba, jam nunc recitata, indicârint. Et verò id re etiam ipſa idcircò abs illis factum ac proin inde etiam, quæ ſuprà de cultu, exhiberi* S. Fieco *apud Hibernos ſolito, edocui, confirmari opinor.*

D

E

ENCOMIUM,

E Tripartita S. Patricii Vita acceptum a.

CAPUT UNICUM.

A S. Patricio baptizatur, epiſcopus ordinatur, ſupremus totius Lageniæ antiſtes ſtatuitur, duoque exſtruens monaſteria, in horum uno ſedem epiſcopalem collocat.

Fiecus in Lagenia à S. Patricio, per Dubthachum poëtam, ad quem hic diverterat,

LAgeniæ toti ſupremum Epiſcopum præfecit tunc Patricius *b* Fiechum celebratiſſimæ ſanctitatis virum, cujus prima converſio & ordinatio hoc modo contingit. Cùm S. Patricius Temoriâ in regionem Lageniæ Auſtralis, Hy Kennſelach dictam *c*, eſſet profectus, convenit in campo, Mag-criethar vulgò appellato, ubi poſtea ædificata eſt eccleſia de Domnach-mor, regium illum poëtam Dubthachum, Lugarii filium *d*, qui tum ob ſummam ejus in Deum pietatem & devotionem in Patricium; tum ob raram ejus in arte

b
c
d

A arte metrica excellentiam vetuſtaque & elegantia ejus opera *e* longè celebratæ eſt memoriæ & famæ inter hiſtoricos Hiberniæ. Huic Chriſtianam fidem jam amplexo *f* valdè addictus & devotus erat beatus pontifex ob ſingularem hominis cùm probitatem, tum peritiam, ob quam erat archipoëta ſive princeps poëtarum iſtius regni & ſæculi.

e

f

qualis ille hujus Diſcipulus eſſet, edocto,

2 Cum eo tunc familiariter agens vir beatus petiit ab ipſo, ubi reperiret juxta Apoſtoli præſcriptum unius uxoris virum, ſobrium, prudentem, ornatum, hoſpitalem, doctorem *g*, quem ordinatum epiſcopum illi provinciæ præficeret. Reſpondit Dubthacus, omnes illas qualitates reperiri in quodam ſuo diſcipulo Fieco, Erici filio *h*, cujus uxor nuper, relicto unico filio, Fiachrio nomine, deceſſerat, quemque ipſe iſtis diebus miſit in Connaciam ad quædam ſua poëmata principibus illius terræ præſentanda. Dum autem in his verſarentur ſermonibus, conſpiciunt redeuntem Fiecum; quem, cùm in eum videret ferri animum Patricii, ſtatuit Dubthachus pertrahere ad conſentiendum votis ſancti viri, licèt ipſe aliàs non niſi ægrè ejus careret præſentiâ: & in hunc finem S. Patricius & Dubthachus pium talem concipiunt aſtum: ſimulant enim, Dubthachum eſſe mox manu Patricii tondendum in Clericum.

g

h

B

baptizatur poſtque in clericum attonſus, epiſcopus primùm ac dein totius Lageniæ ſupremus antiſtes creatur,

3 Quod cùm ſuperveniens intelligeret Fiecus, ad ſanctum pontificem ait: Pater ſancte, nunquid præſtaret me potiùs in clericum tondere, qui ſum ætate junior & reipublicæ minùs neceſſarius, quàm meum magiſtrum ætate gravem, ſuis liberis perneceſſarium, magnoque habitum in pretio apud regni proceres. Reſpondit Patricius eam ſpontaneam oblationem eſſe ſibi acceptam & gratam. Fiechum igitur, cùm antè tantùm eſſet cathecumenus, priùs baptizavit *i* & poſtmodùm totondit Patricius; eique Alphabetum, ſua manu ſcriptum, tradidit *k*, & benedictionem impertiit, quâ potitus unâ die totum pſalterium didicit *l*, & infra breve temporis intervallum, Spiritûs Sancti adjutrice gratiâ tantos in ſanctimoniæ & litterarum ſtudiis fecit progreſſus, quòd magiſtro viſus ſit dignus non ſolùm, qui primus ex omnibus Lagenienſibus ordinaretur in epiſcopum, ſed & qui toti iſti provinciæ, ut ſupremus præficeretur antiſtes *m*. Filium etiam ipſius Fiachrium *n*, poſtquam annis & doctrinâ maturus evaſit, manu ſua ordinavit Patriciûs.

i

k

l

C

m

n

eccleſiam, à nomine ſuo Domnach-Fiec dictam,

4 Eccleſiam ædificavit primò S. Fiechus in loco, qui ex ejus nomine Domnach-Fiec, id eſt, eccleſia Fieci, poſtea appellata eſt *o*; eique reliquit Patricius ſacram ſupellectilem, cymbalum nempe, miniſteriale, epiſtolas Paulinas & baculum paſtorale; item ſocios laborum actionumque imitatores ſeptem è ſuis ei reliquit diſcipulis, nempe Mo-chatocum de Inisfail, Auguſtinum de Inis-beg, Teganum, Diermitium, Nannedum, Paulum & Fedhelim *p*. Manſit autem ſanctiſſimus epiſcopus & abbas Fiecus in illa eccleſia de Domnach-Fiec, donec ante ſe ad cælum ſexaginta Sanctos ex diſcipulis præmiſerit *q*.

o

p

q

5 Poſtea autem venit ad eum angelus Domini dicens, quòd non ibi eſſet locus reſurrectionis ejus, ſed trans flumen ad Occidentem: mandatque, quod ibi in loco, Cuil-

ac dein, monente angelo probanteque Patricio, monaſterium aliud Slepti

muige dicto, monaſterium erigat, ſingulis officinis locum proprium & congruum aſſignans; monuit enim, ut refectorium extruat, ubi aprum; & eccleſiam, ubi cervam repererit. Reſpondit angelo Vir ſanctus & obedientiæ ſpecimen, ſe non audere eccleſiam extruendam inchoare, niſi priùs ejus pater & magiſter Patricius ejus locum & menſuram metaretur & conſecraret. Patricius ergò monitus & rogatus venit ad illum locum, qui Slepte vulgò, id eſt, Montes appellatur, & juxta angeli præſcriptum *r* ibi baſilicæ & monaſterii jecit & conſecravit fundamenta.

r

in ſuo quidem patrimonio,

6 Locus autem ille, in quo Sleptenſis eccleſia & monaſterium extructum eſt, non Fieco, ſed Patricio donatus eſt à Crimthanno Kinſelachi filio-rege Lageniæ, qui paulò antè à S. Patricio ſalutari intinctus eſt lavacro, & poſtea in eodem ſepultus eſt loco. Familia enim nobilis, ex qua S. Fiechus fuit oriundus, erat tunc nimiùm oppreſſa & in diverſas Hiberniæ partes relegata per prædictum Crimthannum Lageniæ regem, Ex eâ enim originem duxerunt monachi in regione de Hy-Crimthainn, & monachi in Ultonia, & populus de Kinell-Enna in Momonia; & inter alios tunc relegati erant quatuor fratres S. Fieci, nempe Alidus, Ænguſſius Magnus, Conaldus & Etherſchelius, & pater eorum Mac-Erea vocabatur *s*.

E

s

ſed ei, non niſi agente Patricio, per regem, Fieci familiæ inimicum, reddito, ædificat.

7 Unde licèt locus, in quo extructa eſt eccleſia Sleptenſis, fuerit in proprio patrimonio S. Fieci, eum tamen non reciperet à rege propter odia & diſſidia jam memorata, quæ interceſſerunt inter ipſum & familiam fratreſque ſancti Fieci, niſi ſanctus Patricius interveniſſet; cujus interceſſione rex Crimthannus conceſſit S. Fieco non ſolùm locum ædificandæ eccleſiæ, ſed & portionem eum contingentem, five quintam partem de paternis prædiis, quibus illam eccleſiam, in qua ſedem poſuit epiſcopalem, dotavit *t*.

t

ANNOTATA.

a *Id huic, quam Colganus in Triade Thaumaturga à pag.* 127 *exhibet, part.* 3, *num.* XXI *& tribus ſeqq. exſtat intextum.*

F

b *Cùm ſcilicet, ut mox ſubditur, Temoriâ in Lageniæ Auſtralis regionem, Hibernicè* Hy-Kenſelach *dictam, eſſet profectus.*

c *Regio hæc, uti in Commentario prævio num.* 22 *jam docui, ſita eſt inter mare Hibernicum & Barrow ſeu Birgum, qui fluvius, mediam Lageniam interſecans, in ſinum Waterfordienſem ad Auſtrum evolvitur.*

d Mac Hua Lugair, *id eſt, filius nepotis Lugarii, in ſecunda apud Colganum in Triade S. Patricii Vita num.* 39 *vocatur Dubthacus, qui hic* Lugarii *filius dicitur.*

e *Verba, quibus hic Dubthachi Opera à vetuſtate commendantur, à ſeculi* VI *ſcriptore, cùm hic, utpote vix uno aut altero ſeculo in ea gente, quæ ab ipſo ſui exordio poëtas in præcipuo honore habuit, Dubthachum prægreſſus, Opera illa* vetuſta *dicere haud potuiſſet, profecta non eſſe, apparet indubitatum, idemque de honorifica* archipoëtæ *Dubthacho hic infrà mox attributa appellatione, quæ ſec.* XI *aut* XII *ſapit, eſt dicendum.*

f *Ab anno ſcilicet* 436, *quo circitèr, uti in*

in Commentario prævio num. 18 *jam docui, Patricium, in Hiberniam appulsum, ad Leogarium regem, Temoriæ commorantem, primùm accessisse, verosimile apparet.*

g 1 *ad Tim. cap.* 3, ℣. 2.

h Fiecus . . . hic, *inquit antiquus in suis in hunc apud Colganum in Triade pag.* 4, *num.* 1 *Notis scholiastes*, fuit ex stirpe Darii, cognomento Bairrech; à quo nobilis familia de Hy Bairreche in Lagenia originem & denominationem sumpsit. S. Fieci pater Ercus sive Ericus, *quod nomen, Hibernicè* Erc, *Gallis olim, utì & Hibernis, familiare fuisse, Colganus in suis in mox dictum scholiasten Notis num.* 3 *observat*, fuit prædicti Darii ex Bregano filio nepos.

i *Id, ùt apparet, inter annum* 440 *&* 450, *cùm paulò dumtaxat antè catechumenus fuisset effectus, evenit. Comment. prævium num.* 21 *& seq. videsis.*

k *Adi, quæ à Papebrochio in Comment., Actis S. Patricii prævio, num.* 5 *de Abgetoriis seu Alphabetariis tabulis, à Patricio iis,* B *quos ordinabat, scribi & relinqui solitis, sunt dicta.*

l *Ita etiam Jocelinus, Tripartitæ auctorem, ùt sæpe alibi, hic secutus; sed* Fieci *seu Hymni, huic attributi, scholiastes, abs illis nonnihil diversus*, Fiecum, *non Psalterium, sed* disciplinam ecclesiasticam unius diei, vel, ùt alii ferunt, quindecim dierum spatio, magistro Patricio, perfectè didicisse, ait.

m *Tripartitæ auctori hìc suffragatur Sancti nostri seu Hymni, huic attributi, scholiastes. Vide ejus verba, Commentarii prævii num.* 17 *recitata.*

n *Hunc, quem pariter dignitatem episcopalem fuisse sortitum, Jocelinus num.* 117 *disertè tradit, vel in ecclesia Sleptensi, si Ængussio, Mariano Gormono, Martyrologiisque Tamlactensi & Dungallensi sit standum, vel, si Kalendarium Cassélense & Maguirus debeat audiri, hodie in Minbeag cum patre suo* Fieco *coli, Colganus in suis in tertiam Tripartitæ partem Notis num.* 37 *affirmat; verùm vi de* D *quæ suprà in Comment. prævio num.* 4 *& seq. dicta sunt.*

o *Monasterium sibi hæc habuit adjunctum, utì intelligitur ex Jocelino, qui, contrà ac à Tripartitæ auctore hic fit, id primum è duobus monasteriis, à* Fieco *exstructis, facit, locumque, quo fuit conditum, fuisse, priusquam id conderetur,* Forrach *nuncupatum, num.* 117 *affirmat.*

p *De septem hic memoratis* S. Fieci *discipulis Colganum, qui voluerit, in suis in tertiam Tripartitæ partem Notis num.* 38 *& quinque seqq. consulat.*

q *Sexaginta è discipulis Sanctos, non priusquam ex uno à se exstructo monasterio ad aliud, sed priusquam è vita migraret, ad Deum ante se misisse* Fiecus *à Jocelino asseritur, huicque potiùs quàm Tripartitæ auctori adhibenda illa in re fides videtur. Comment. præv. num.* 24 *& seq. videsis.*

r *Apparitiones angelicæ, quæ ad monasteriorum constructionem concurrisse narrantur, pro commentitiis, nisi solidè probentur, haberi ab* E *eruditis, neque verò immeritò, solent.*

s *Hunc in locum Colganus in Notis, quibus Tripartiæ partem tertiam illustrat, num.*46 *sic observat:* Pater S. Fieci juxta scholiastem ad ejus Opus suprà, & Sanctilogium genealogicum cap. 20 fuit Ercus sive Ericus. Unde quatuor alii hìc recensiti, vel non erant ejus germani fratres, sed ex fratre Mac-erca, id est, filio Erci, nepotes; vel pater ipsorum non Mac-Erca, sed Ercus vocabatur.

t *Cùm Crimthannus, Lageniæ rex, hìc memoratus prælio Ochano anno* 478, *ùt Colganus in Notis, quas secundo Vitæ quartæ S. Brigidæ libro subnectit, num.* 8 *è quatuor magistris docet, interfuerit, non est sanè, cur is princeps, qui anteà jam diu regnârat, Patricio, qui anno* 460 *obiit, intercedente, concessisse* S. Fieco, *quæ hìc memorantur, haud credatur.*

C

DE S. SALVINO EP. CONF. F

VERONÆ IN ITALIA

J. B.

SYLLOGE.

Sancti cultus sacer, memoria in Fastis sacris, distinctio à S. Sylvino, tempus emortuale incertum.

FORTÈ ANNO DLXII. *S. Salvini episcopi,*

Aloysius Lipomanus, Veronensis episcopus, in Procœmio tom. IV *Vitarum Sanctorum à se collectarum, quid causæ sibi fuerit, cur, cùm sedem suam tot præsules vitæ suæ sanctimoniâ illustrarint, unius tantùm S. Zenonis gesta recensuerit, exponens, id propterea à se factum ait*, quòd nullius eorum per certum aliquem virum Vita describitur, sed omnia incertis authoribus edita proferuntur. Quin imò, quæ de iis habentur historiæ, tanta barbarie, tantaque rusticitate ac inconcinnitate plenæ sunt, ut eas legere nedum gravis pœnitentia sit, sed pudor vel maximus. *Nemo itaque mirabitur, si de rebus, à* S. Salvino *gestis, præter pauca admodùm, eaque hujusmodi, ut de quovis ferè episcopo sancto dici queant, proferamus in medium. Dabit hæc, qualiacumque sint, contextum illi ab Augustino Valerio breve elogium paulò infrà subnectendum.*

2 *At, si res à* S. Salvino *præclarè gestas temporum abolevit injuria, sanctitatis ejus memoriam* *Veronæ hodie culti,*

A *moriam abolere non potuit : tabella enim marmorea, quam Scipio Maffeus parte* 1 *Veronæ Illuſtratæ lib.* XI, *pag.* 342, *ſeculo* XI *vel* XII *aut etiam multò fortaſſe citiùs confectam, conjicit, in S. Stephani viſitur, quæ* S. Salvinum, *ceteris Sanctis, quorum ſacræ in ea eccleſia ſervabantur exuviæ, nominatim adnumerat : anno verò* 1503, *cùm ſanctos ſuos præſules, numero triginta ſex, negligentiùs Veronenſes colerent, ſynodali conſtitutione decretum fuit, diſtrictéque præceptum, ut Officio eccleſiaſtico duplici, quaquà pateret Veronenſis diœceſis, eccleſiaſticæ ſexûs utriuſque perſonæ ſanctos triginta ſex epiſcopos*, perpetuis futuris temporibus, annis ſingulis devotè, ſolenniter & inviolabiliter *celebrarent : Joannes item Matthæus Giberti, Veronenſis epiſcopus, Paulo III ſummo Pontifice probante, decrevit, ut ſuæ diœceſis ſexus utriuſque religioſi in ſuis ſacriſtiis aut choris ſanctorum* 36 *epiſcoporum tabulam haberent, & in celebrandis eorum feſtivitatibus eccleſiæ cathedralis morem inſtitutumque ſequerentur, utì apud Raphaëlem Ba-*

B *gatam & Baptiſtam Perettum, Monumentorum Eccleſiæ Veronenſis collectores fol.* 1 *&* 2 *verſis videre eſt : in illorum verò numero haberi* S. Salvinum, *ſatis iidem collectores produnt, dum deinceps de* S. Salvino *& ſingulis triginta ſex ſanctis epiſcopis Veronenſibus agunt.*

in Faſtis ſanctis 3 *Quod autem* S. Salvino *Auguſtinus Valerius elogium texuit, hujuſmodi eſt :* Salvinus, Veronæ epiſcopus, fuit vir cum omnibus hujus civitatis epiſcopis in omni virtutum genere comparandus. Omnes cupiditates, quibus in hac vita veluti quibuſdam fluctibus homines agitantur, magno animo edomuit. Humilitatem, Chriſtianarum virtutum præcipuam, dilexit maximè, aſſiduis jejuniis & orationibus omnes naturæ impetus ſedavit, tantam ſanctitatis famam eſt conſecutus, ut jam divinus vir ab omnibus haberetur. Ingenium in eo fuit præclarum admodùm, excellens doctrina, ſermo ſuavis, mores leniſſimi & placidiſſimi. Obiit quarto Idus Octobris, ſepultus eſt in Baſilica S. Stephani ; *in qua ejus corpus ſervatur ſub arca SS. ſeptem Fratrum Martyrum ; teſte Panvinio lib.* 4 *Antiq. Ve-*

C *ronenſium cap.* 4.

mentio, à S Sylvino, Veronenſi item epiſcopo, 4 *Ex hoc fonte hauſit, qui* S. Salvinum *Martyrologio ſuo primus inſeruit, quæ de illo ſcripſit, Galeſinius : Galeſinium ſecuti ſunt Baronius in Martyrologio Romano, Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, Caſtellanus in Martyrologio Univerſali ; & Martyrologii quidem Romani hæc verba ſunt :* Veronæ S. Salvini epiſcopi. *At Baronius in Annotatis, quæ Martyrologio ad hunc diem ſubjicit,* S. Salvinum *in* Silvinum, *citatis Tabulis eccleſiaſticis Veronenſibus & Auguſtini Valerii de antiquis epiſcoporum Veronenſium Monumentis libro, commutavit, neſcio ſanè, qua de cauſa ; conſuluére eaſdem procul dubio Tabulas Auguſtinus Valerius, Raphaël Bagata & Baptiſta Perettus ſuprà laudati, Galeſinius, Onuphrius Panvinius, Ughellus, & Joannes Baptiſta Biancolini in Opere Italico, quod de* Notitiis hiſtoricis eccleſiæ Veronenſis *inſcripſit ; atqui ab his* Salvinum *conſtanter* Salvinum, *nuſpiam autem* Silvinum *aut* Sylvinum *dictum reperias. Caſtellanus tamen in Mrl. ſuo Univerſali, Baronii mox citati fortè Annotata ſecutus, non modò cultum hodie à Veronenſibus epiſcopum, ſed eum etiam, qui* XII *Septembris, in Opus noſtrum ad illum diem illatus, colitur,* Sylvinum *nominat, eumdemque Veronæ tum* XII *Septembris, tum hodie coli, in Indice Sanctorum ſuſpicatus eſt.*

AUCTORE J. B.

diſtinctio & obitus. 5 *Sed obſtat huic ſuſpicioni communis Veronenſium immemorabili veroſimiliter traditione ſuffulta opinio, quâ diverſi eſſe creduntur : obſtat utriuſque tum dies obitûs, tum locus, quo eorum ſervantur corpora : obiit* Salvinus *die* XII *Octobris ; alter* XII *Septembris. Servatur* S. Salvini *corpus in S. Stephani, S. Sylvini autem in eccleſia S. Petri in arce : hic quidem in eccleſia S. Stephani primùm ſepultus dicitur ; verùm id illi non cum* S. Salvino *ſolùm, ſed & cum aliis pluribus eccleſiæ Veronenſis præſulibus commune eſt, neque adeò ſufficit, ut unum dumtaxat epiſcopum utroque nomine, quantumvis affini, ſignificatum credamus. Sunt quidem, Biancolino tom.* 1, *pag.* 105 *teſte, qui*, S. Salvini *corpus jam inde ab anno* 670 *in S. Petri ſepultum, ac inde in S. Proculi fuiſſe tranſlatum dicant. Verùm hi ex tabula marmorea, de qua num.* 2, *abundè refelluntur. Obſtat diverſum, quod utrique Sancto Auguſtinus Valerius concinnavit elogium : S. Silvinum nempe laudat, quòd* magnam civitatis partem, à Chriſtiana pietate alienam, ad fidem Chriſti converterit, *cujus rei in elogio* S. Salvini *veſtigium nullum apparet. Obſtat denique ætas, quâ vixére : cùm inter* Salvini *& Silvini mortem integrum interceſſerit ſeculum ; ſi tamen* Salvinum *anno* 562, *Silvinum autem anno* 670 *obiiſſe rectè Biancolinus ſcripſerit tom.* 1 *Notitiarum Eccleſiæ Veronenſis pag.* 170 *&* 172 : *neque enim certi quidpiam hanc in rem aut Biancolinus affert, aut alibi facilè repertum iri exiſtimo.*

E

F

AUCTORE C. B.

DE S. EDWINO SEU EDUINO,

REGE NORDHUMBRIÆ IN ANGLIA,

COMMENTARIUS HISTORICUS.

§ I. Cultus publicus, tempus natale, legitima regni Northumbriæ poſſeſſio.

ANNO DC-XXXIII. *Northumbriæ, cujus hic datur notitia,*

Anglo-Saxones ſec. v *& ſeq. in præcipua, quam occupârant, Britanniæ Antiquæ parte ſeptem ederexerunt regna*, Heptarchiæ Anglicanæ *nomine diſtingui idcircò à poſteris ſolita. Hæc inter non infimum locum obtinuit, quod, quia ad Septentrionem Humbri fluminis ſitum erat*, Northumbriæ *nomen fuit ſortitum, quodque eadem de cauſa à veteribus* Northanymbrarice *etiam, vocabulo iſthoc non ſecùs ac vocabulo* Northumberland, *quo hodieque regio iſta ab Anglis & Belgis diſtinguitur, regionem ſeu regnum ad Septentrionem Humbri ſitum, ut ſcriptores, qui Bedam Cantabrigiæ anno* 1643 *edi curârunt, teſtantur, ſignificante, fuit vocatum. Id, quod inter Oceanum Germanicum ad Ortum, Scotiam ad Septentrionem, mare Hibernicum ad Occaſum & Merciorum in Heptarchia Anglicana regnum ad Meridiem ſitum erat, ambitu ſuo, ùt Alfordus, à quo deceſſores noſtri ad* xx *Martii diem in Commentario, Actis S. Cuthberti, Lindisfarnenſis epiſcopi, prævio, num.* 1 *haud multum abludunt, ad annum* 547, *num.* 3 *docet, Dunelmenſes, Lancaſtrenſes, Ebo acenſes, Northumbrios, Cumbrios, Weſtmorlandios, Laudoniam etiam & Pictorum provinciam complectebatur, duaſque in partes ſeu regna minora, quorum alterum quidem Deiram ſeu Deiros, ab Humbro flumine uſque ad murum Picticum Tinamque fluvium, alterum verò Berniciam ſeu Bernicios, inde ad fretum uſque Scoticum extenſos, comprehendebat, ſubdiviſum ab Humbro flumine uſque ad fluvium Tuedam protendebatur.*

B

C

rex Eduinus, qui, quemad modùm non è Breviariis aliiſve eccleſiaſticis libris,

2 *E regibus, qui Northumbris proprii fuêre, totumque illud regnum tenuêre, Chriſti fidem primus amplexus fuit* Edwinus *ſeu* Eduinus, Sanctus *&* Martyr, *quòd contra barbaros pugnans Eccleſiam & fidem, quam didicerat, defenderit, à Majoribus noſtris, ùt Alfordus ad annum* 633, *num.* 13 *ait, vocatus. Hic in Opere noſtro ad* IV *Octobris diem, quâ à Wilſono in Martyrologio Anglicano memoratur, inter Prætermiſſos jam relatus, indeque ad præſentem, quâ è dicendis fuit occiſus alibique annuntiatur, menſis ejuſdem diem, ut hic, ſi de cultu ejus conſtitiſſet, Operi noſtro inſereretur, fuit remiſſus. Id conſpicatus, nihil habui antiquius, quàm ut, an* Edwinus *cultu eccleſiaſtico alicubi gauderet, ſedulò examinarem. Itaque hunc in finem Breviaria omnia ac præſertim Anglicana penes nos exſtantia ſedulò excuſſi. Verùm oleum atque operam perdidi; neque enim vel in hiſce vel in aliis, qui aut Officia Sanctis quibuſdam propria continent, aut Horis canonicis recitandis quoquo modo ſubſerviunt, libris eccleſiaſticis, à me pariter excuſſis, ullum uſquam cultûs publici, qui* Eduino *vel deferatur vel delatus umquam fuerit, veſtigium inveni. Ad Martyrologia,* Claſſica *appellari ſolita, pari deinde ſtudio, quòd ipſamet in hiſce Servorum Dei inſcriptio pro cultu utplurimùm habeatur, me converti; verùm ex Hagiologiis adeò antiquis nullum etiam, cui uſquam* Eduini *nomen exſtet inſcriptum, reperire quivi.*

E

ſed è Speedi Catalogo, eccleſiam ſub nomine ejus

3 *Sanctum quidem cum* Martyris *titulo in Martyrologio Flori & in omnibus Angliæ Calendariis memorari, Butlerus in Sancti noſtri Vita, à ſe contexta, aliiſque à ſe pariter contextis aliorum Sanctorum Itinerariis ad* IV *Octobris diem inſerta, non obſcurè indicat; verùm ego nec Flori Martyrologium nec ullum, quod* Eduini *vel utcumque meminerit, Angliæ Calendarium novi. Hæc conſiderans cogitare adhuc de probando Sancti cultu vix non rebar omnino inutile. Nec, ut aliter animo comparatus eſſem, efficere ſtatim potuit Anglicanum, quod anno* 1608 *excuſum notatur, Wilſoni jam ſuprà memoratum Martyrologium; etſi enim in hoc Londini prope New-gate Market eccleſia, quæ in* S Eduini *honorem erecta ac dedicata eſſet, uſque ad Henrici VIII, Angliæ regis, ætatem ſubſtitiſſe dicertè aſſeratur, in dubium tamen, an eccleſia hujuſmodi, cùm nulla planè illius in poſteriori, quæ anno* 1640 *prodiit, Martyrologii ejuſdem editione mentio inſtituatur, Londini umquam exſtiterit, revocari poteſt. Nec dubitandi cauſam mihi adimit monaſteriorum omnium ac aliarum ædium ſacrarum, quæ in Anglia & Wallia Henricus VIII Angliæ rex vel ſubvertit vel integra reliquit vel alii poſtea erexerunt, patronos ac fundatores exhibens Speedi Catalogus.*

F

erectam recenſente, probatur, cultu ſacro fuit gaviſus;

4 *Etſi enim Butlero, qui in hoc eccleſiam antiquam,* S Eduino *dedicatam, Londini collocari loco ſuprà cit. ait, Catalogi illius exemplar, in quo id verè fiebat, fortaſſis præluxerit, nulla tamen uſquam eccleſiæ hujuſmodi, quæ Londini exſtiterit, mentio in dicto Catalogo, prout hic ad eccleſiaſticæ Anglicanæ per Harpsfeldium Hiſtoriæ calcem exhibetur, occurrit. At verò, etſi ſic habeat ac proinde an verè eccleſia, quæ* S Eduinum *venerata ſit patronum, Londini umquam exſtiterit, mihi pergat apparêre admodùm dubium, opportunè nihilominùs hic ſuccurrit idem Speedi Catalogus aut, ſi mavis, hujus ad Hiſtoriæ mox dictæ calcem adjectum exemplar. Id enim, Butlero etiam, etſi interim Catalogi ejuſdem, quod pro ſe laudat, exemplar ab exemplari mox memorato exſtiterit è jam dictis fortaſſis diverſum, apertè loco ſuprà cit. aſſentiente, eccleſiam*

A *cleſiam, quæ, non Londini, ſed Bearweæ in comitatu Somerſetenſi* Eduinum *pro patrono habuit ſeu Deo ſub ejus nomine dedicata fuit, commemorat. Quare, cùm Servorum Dei cultum ex ædibus ſacris, ſub horum nomine Deo dedicatis, rectiſſimè inferri, nemo non agnoſcat, taleſque veluti Sancti aut Beati locum ſibi in Opere noſtro vindicent, non eſt ſanè, cur, an cultu ſacro fuerit gaviſus, vel an Operi noſtro, ut deceſſores noſtri futurum loco non uno promiſerunt, inſerendus* Eduinus *ſit, dubii adhuc hæreamus.*

meliúſque hodie, quàm 4 Octobris die annuntiatus,

5 *Ac id quidem hâc potiùs, quàm* IV *Octobris die, etſi etiam tum, cùm poſterioris hujus diei Prætermiſſis accenſeretur* Eduinus, *de cultu conſtitiſſet, fieri debuiſſe mihi videtur; ex errore enim dumtaxat, ut in Anglicano Wilſoni Martyrologio* Eduinus IV *Octobris die annuntietur, factum eſſe, vehementiſſimè ſuſpicor; cùm is enim* IV Id. Octobris, *id eſt,* XII *menſis hujus die, ùt Beda Hiſt. gentis Anglorum lib.* 2, *cap.* 20 *ſcribit, fuerit occiſus, enimverò verendum valde eſt, ne, cùm in uno*

B *aut pluribus, è Mss., diem etiam, quo fuerit necatus, per modò adductas notas chronicas* IV Id. *ſeu* Idus Octobris *ſignantibus, vocabulum* Id. *ſeu* Idus *vel librariorum oſcitantia omiſſum vel vetuſtate exeſum fuiſſet, per errorem inde natum in Mss. alia, è prioribus illis Mss. tranſumpta, ac tandem in ipſummet dictum Martyrologium ſolæ duæ voces reliquæ* IV Octobris *irrepſerint. Utut ſit, hodie equidem in Anglicano, cujus ecgraphum Ms. penes nos exſtat, Martyrologio, Londini anno* 1526 *typis excuſo, à Richardo Whitfordo, qui id contexuit,* Eduinus *annuntiatur, idque meliùs abs hoc tum, quàm* IV *Octobris die à Wilſono fieri, exiſtimáſſe etiam videtur Caſtellanus, utpote Sanctum hodie pariter, non verò* IV *Octobris die, celebrans. Verba, quibus id facit, ne nullam planè è Faſtis ſacris* Eduini *annuntiationem lectori exhibeam, huc tranſcribo. Facta à me è Gallicis Latina ſic habent:* In comitatu Northumbriæ in Anglia S. EDUINI, primi tractûs illius regis Chriſtiani, injuſtè decimo ſeptimo regni ſui anno occiſi.

C *biographum noſtrus eſt Bedam,*

6 *Modò ad Sancti Acta ſermonem convertamus. Hæc litteris Beda Hiſt. Eccleſiaſticæ gentis Anglorum lib.* 2, *cap.* 9 *& nonnullis ſeqq. eſt complexus: verùm ea, etſi etiam fidè optima conſcripta, Commentario huic ſubjecturus haud ſum. Cùm enim ad* S. Paulinum, *Eboracenſem epiſcopum, qui* Eduinum *ad Chriſti fidem convertit, etiam ſpectent, aut ſaltem quamplurima, ad Sanctum iſthunc ſpectantia, ſibi habeant intexta ac ad* X, *quâ is colitur, Octobris diem in quintum menſis ejuſdem tomum à pag.* 108 *uſque ad* 114 *illata apud nos jam ſint, haudquaquam, ut hic, quò commodè à ſtudioſo lectore legi queant, recudantur, eſt neceſſe. Attamen, cùm huic, ut, quæ prolixiori oratione ſeu expoſita ſeu narrata de Sanctis ſæpe ſunt, ea ſibi, veluti ſub unum conſpectum tam paucis, quàm fieri id queat, verbis exhibeantur, accidere ſoleat haud ingratum, Acta illa ſeu potiùs, quæ hæc ad* S. Eduinum, *non verò ad ſolum S. Paulinum ſpectantia, continent, in compendium, cui nonnulla etiam, cùm id opportunum judicâro, alibunde accepta intexam, tam paucis, quàm potero, verbis contracta Adnotationibuſque nihilominùs interdum à me interſertis illuſtrata ob oculos in ipſomet præſenti Commentario, ſubinde interim in hoc, cùm id expedire viſum fuerit, ipſamet etiam, quæ Beda vel Hiſt. Gentis Anglorum lib. mox cit., vel alibi ſuppeditat, verba huc tranſcripturus, duobus §§ ſeqq. ponam, alioque deinde §, quid de viſione, quæ* Eduino *in afflictiſſimo rerum ſuarum ſtatu fuiſſe oblata à Beda refertur, ſit cenſendum, & an vel hic ſcriptor in iis, quæ de illa memorat, credulitatis nimiæ, vel* Eduinus *arrogantiæ & ambitionis immodicæ inſimulari meritò queat, examinabo. Verùm priuſquam vel unum vel alterum præſtem, juverit hîc nonnulla adhuc præmiſiſſe.* AUCTORE C. B.

anno 585 natus eſt ex Alla,

7 *Beda lib.* 2 *Hiſtoriæ Gentis Anglorum cap.* 20 *ſic ſcribit:* Occiſus eſt Eduinus die quarta Iduum Octobris anno Dominicæ Incarnationis ſexcenteſimo triceſimo tertio, cùm eſſet annorum quadraginta & octo; *cùm anni* 48, *quibus* Eduinus *vixiſſe, ab anno* 633, *quo occiſus à Beda hîc aſſeritur, ordine retrogrado computati ad annum* 585 *deducant, conſectarium eſt, ut poſtremo iſthoc anno* Eduinus *ſit natus. Omninò id certum, utì etiam* Eduini *patrem exſtitiſſe Ællam ſeu Allam, Northumbrorum vel, ùt alii volunt, dumtaxat Deirorum regem. Capgravius enim ſeu potiùs Joannes Tinmuthanus, qui anno circitèr* 1360 *floruit, in Sancti noſtri Vita, à ſeſe è ſuprà laudato Bedæ libro, paucis dumtaxat haud admodùm magni momenti mutatis, contexta ac in Novam, quæ anno* 1516 *Londini prodiit, Sanctorum Angliæ Legendam illata, ſub initium de Elle ſeu Alla ſic ſcribit:* Hic ſanctum Edwinum regem & martyrem genuit & Accam ſororem ejus; *ita autem,* S. Eduini *patrem exſtitiſſe Ellam ſeu Allam, luculentiſſimè ſanè docet, idemque etiam ad annum* 617 *facit, quod veluti Opus antiquum maximéque authenticum in Trivultianis anni* 1708 *Ephemeridibus pag.* 1879 *laudatur Oxoniique anno* 1692 *typis prodiit, Chronicon Saxonicum. Nec ullum uſquam Scriptum ſeu recens ſeu antiquum, quod patrem ab Alla diſtinctum* Eduino *attribuat, invenire quivi.*

qui, quamvis Idæ, primi Northumbrorum regis, filius

8 *Verùm, ut hinc ad jus, quo Alla ejuſque filius* Eduinus *Northumbriæ regnum poſſederint, converti paulò pòſt ſermo ordinatè queat, an Alla,* Eduini *è jam dictis pater, qui, quemadmodùm Saxonicum, cujus mox memini, Chronicon docet, in Northumbrorum regnum, vel certè, ùt alii volunt, in Deiram, præcipuam hujus partem proximè poſt Idam, anno circitèr* 559 *è vivis ſublatum, ſucceſſit, exſtitit forſan primi hujus Northumbrorum regis filius, vel ab eo ſaltem traxit originem? Capgravius ſuprà laudatus ſeu potiùs Joannes Tinmuthanus in S. Oſwaldi, Northanhumbrorum regis, apud nos ad* V *Auguſti diem, quâ colitur, jam dati, Vita, à ſe conſcripta ac in Novam, cujus jam ſuprà memini, Sanctorum Angliæ Legendam illata, ſub initium ſic ſcribit:* Mortuo Ida, Elle in regno Deirorum ſucceſſit; Adda verò filius Idæ tantùm regnum Berniciorum ſuſcepit. Elle tamen iſte de ſemine Idæ non deſcendit; ſed tamen ex Woden, de quo Ida, & ipſe Elle originem traxit. *Ita ille, Idæ filium haud exſtitiſſe Ellam ſeu Allam, luculentiſſimè ſanè tradens; ei autem Florentius Wigornienſis & Wallingfordus in Chronicis, abs illo quidem ſec.* XII, *abs hoc verò ſub ſec.* XIII *initium ſcriptis, ſuffragantur. Neuter enim,*

AUCTORE C. B.

dum ad annum 547 *Idæ filios enumerant, Allam hiſce accenſet. Adhæc Ællam non Idæ; ſed Yffi filium fuiſſe, Chronicon Saxonicum, jam juprà plùs jemel laudatum, diſertè ad annum* 560, *Wigornienſi ad annum* 559 *clariſſimè etiam ei aſſentiente, affirmat; ut, cùm præterea nihil, unde Ellam exſtitiſſe Idæ filium, colligas, vel apud Bedam vel apud alium ſcriptorem antiquum occurrat, ſit janè ob jam dicta, cur primi illius Northumbrorum regis filius re etiam ipja Alla haud exſtitiſſe credatur.*

haud exſtitiſſe videatur, non propterea tamen Northumbriæ regnum.

9 *Nec, quò minùs id fiat, impedire debent Beda mox laudatus aliique ſcriptores antiqui, qui, quemadmodùm apud nos ad* XX *Auguſti diem in Commentario, Actis S. Oſwini, Northumbrorum regis, prævio, fas eſt videre, Elfricum ſeu Ethelricum, Idæ filium, conſtanter appellant* S. Eduini *patruum, ſicque Allam, hujus patrem, & dictum Ethelricum ſeu Elfricum pro fratribus obtrudunt. Quid ſi enim mater Allæ, cùm Yffius hujus pater matrimonio ſibi junctus obiiſſet, ſecundas cum Ida nuptias inierit huicque filium Elfricum ſeu Ethelricum genuerit? Ita certè hic & Alla, non quidem ex eodem patre, ſed ex eadem matre fratres exſtiterint. Id autem, ùt factum eſſe poteſt, ita etiam reipſa factum, eſt credendum, quò Beda ſcriptoreſque mox laudati, qui Ethelricum, Idæ filium,* Eduini *patruum faciunt, neque tamen hujus patrem Allam exſtitiſſe Idæ filium, ujquam indicant, cum chronographo Saxonico ſcriptoribuſque aliis mox pariter laudatis, qui vel Yffum exſtitiſſe Allæ patrem diſertè tradunt, vel hunc Idæ filiis, dum hoſce enumerant, haud accenſent, ſicque verè primi iſtius Northumbrorum regis filium non exſtitiſſe produnt, in concordiam adducantur. At verò, inquiet fortaſſis nonnemo, ſi Alla haud exſtitit Idæ filius, conſectarium erit, ut ex hoc nec ille, nec filius ejus* Eduinus, *niſi forjan, contrà ac apparet, ex Idæ vel filia vel nepte genitus hic fuiſſet, traxerit originem, & tamen ab Ida regalem Nordanhymbrorum proſapiam originem tenere, Beda Hiſt. Gentis Anglorum lib.* 5, *cap.* 25 *ſcribit.*

injuſtè vel ipſe vel Eduinus ejus filius poſſedit.

10 *Fateor, ſic habet; verùm Beda ibidem de Nordanhymbrorum proſapia, quæ ſec.* VIII *ineunte ſeu ætate ſua, non verò de ea, quæ ante hanc Northumbriæ regnum occupavit, ſermonem, utì cuique, qui vel ſola ſcriptoris illius verba expenderit, manifeſtum evadet, inſtituit. Nec Idæ filium exſtitiſſe Allam, meliùs etiam quis contenderit ex eo, quòd alioquin, quo jure quove titulo Idæ, qui plures, quos genuerat, poſt ſe filios reliquit, in Northumbriæ regnum aut ſaltem in præcipuam hujus partem Deiram ſucceſſerit, edici poſſe haud videatur. Id enim vel è matrimonii, abs Allæ matre cum Ida initi, contractu, vel ex immodico hujus in uxorem, quæ filium ſuum Allam in ſolium evehi obnixè poſtulárit, affectu, vel alia demùm quacumque ex cauſa, fortè etiam (neque enim, quo jure quove ordine in ſingula Heptarchiæ regna ſtatim ab ipſo, quo hæc fuerant erecta, initio alii aliis ſucceſſerint, ſat exploratum habeo) vel re ipſa vel ſaltem in ſpeciem juſta, quam ignorare nos ſivit antiquitas, factum eſſe poteſt. Scriptores jam laudati, qui, quamvis Allam haud exſtitiſſe Idæ filium, vel tradant, vel iis ſaltem, quæ ſcribunt, indicent, huic tamen illum ſucceſſiſſe memoriæ produnt, nihil omninò; unde id jure haud factum colligas, adjungunt; verùm qualicúmque demum modo ſit factum, ut Iaæ Alla ſucceſſerit, nihil equidem inde contra* Eduinum, *hujus filium, poterit inferri; is enim jure optimo Northumbriæ regnum poſſedit, cùm id à Redualdo, Orientalium Anglorum in Heptarchia rege, à quo juſtiſſimi belli ſorte Ethelfrido fuerat ereptum, acceperit, utì ex Vitæ ejus compendio, è Beda & aliunde accepto hicque jam nunc duobus §§ ſeqq. exhibendo, fiet perſpicuum.* D

§ II. Sanctus ab Ethelfrido, ſororis ſuæ marito, relegatur, viſione cæleſti in anguſtiis recreatur, Northumbriæ regnum & ſupremam in Heptarchiam poteſtatem obtinet, à rege inimico vulneratur, ſeſe Chriſto, ſi hunc vincat, ſerviturum, pollicetur, tandemque à S. Paulino convertitur ac baptizatur. E

Eduinus, patre Alla anno 588 *è vivis ſublato, à ſororis ſuæ, qui regnum arripuerat,*

Alla, Eduini *patre, qui, cùm antea, ſi Alfordo ad annum* 547 *& annum* 559 *fides ſit, in Deira dumtaxat regnaſſet, anno* 559 *in totius Northumbriæ regnum Idæ tunc mortuo ſucceſſerat, idque ſic, ut, ſuprema ſibi tam in Berniciam, quàm in Deiram poteſtate ſervata, in Bernicia interim Addam, Idæ filium, alioſque poſt hunc regnare permiſerit, triginta propemodùm annis tenuerat, anno* 588 *è vivis ſublato, Ethelricus, ſeu Elfricus,* Eduini *è ſuprà dictis patruus, qui, teſte ad annum* 559 *Wigornienſi, duobus jam annis in Bernicia regnárat, Northumbriæ totius, Berniciæ Deirâ adjunctâ, regnum arripuit, idque poſt quinquennium moriens, ad Ethelfridum filium ſuum, matrimonio cùm Acca,* Eduini *ſorore jam conjunctum, tranſmiſit. Erat hic tum adhuc, utpote anno demùm, ùt ſuprà docui,* 585 *natus, annorum dumtaxat circitèr octo puer, cúmque adeò moderandis regni habenis eſſet impar, in Northumbria ſub primos Ethelfridi ibidem regnantis annos, ſiniſtris in hujus animo ſuſpicionibus de illo nondum natis, abſque ullo metu, tranquillitatem, quam amabat, turbare nato, commoratus fuiſſe videtur.* F

marito Ethelfrido relegatur, multiſque annis per diverſa loca vagatus, ad Redualdum,

12 *Aſt, cùm poſtea factus ætate provectior Quenburgam (Bedam lib.* 2 *Gentis Anglorum cap.* 14 *videſis) Cearli Merciorum regis filiam duxiſſet uxorem, omnibuſque paſſim tum morum elegantiâ, tum raris, quibus præcellebat, naturæ dotibus placeret, Ethelfridus, qui, ſuumne, an* Eduini *in Northumbriæ regnum jus prævaleret, ambigere, ùt apparet, non immeritò poterat, maximéque, ne à Deïris & Berniciis, id* Eduino *jam adulto, quem in oculis ferebant, adjudicantibus, Northumbriâ tan-*

A *tandem, quò ad hujus ſolium eumdem* Eduinum *eveherent, expelleretur, timebat, inviatæ ſtimulis cæcâque dominandi impotentiâ actus in illum, etſi è dictis uxoris ſuæ fratrem, inſurrexit, parùmque abfuit, quin Viro, omnibus dilecto, violentas manus inferret; verùm id tutò fieri à Jeje haud poſſe ratus, quæſitis fictiſque criminibus inſimulatum in exſilium pellit, certus ibidem ſtructis inſidiis, data id abſque periculo faciendi opportunitate, æmulum necare, quo vivente, Jeje in throno tutum haud futurum, arbitrabatur.* Eduinus *itaque aulâ totâque Northumbriâ pulſus infeſtuſque nihilominùs, etſi jam exſul, Ethelfrido agente, appetitus, frequenter, quò hajce evitet ſedes mutare, ex uno Heptarchiæ regno ad aliud migrare, mentitoque nomine, perſonam diſſimulare, ac per diverſa loca annis jam non paucis profugus vagari compulſus ægerrimè inter anguſtias aſſiduas animam trahebat.*

Orientalium Anglorum regem, recurrit. Abs hoc ipſo primùm periclitatur, poſtque tamen,

13 *In miſero iſthoc rerum ſuarum ſtatu tandem ad Redualdum, Orientalium Anglorum regem, ſe contulit, eumque abs hoc, ut ſuam ſociorumque vitam contra Ethelfridi inſidias tutaretur, poſtulaſſet, ſupplicantem rex benignè excipiens, Jeje id, aliaque, quæ deſiderabat, præſtiturum, ſpopondit. Hinc* Eduinus, *jam locum, ubi abſque formidine commorari poſſet, nactus, meliori deinceps fortunæ, pulſis calamitatibus, ſeſe uſurum, ſperabat; verùm Ethelfridus, qui in omnem ejus perdendi occaſionem erat intentus, rei factus certior,* Miſit, *inquit Beda lib. 2, cap. 12,* nuncios, qui Redualdo pecuniam multam pro nece ejus offerrent, neque aliquid profecit. Miſit ſecundò, miſit tertiò & copioſiora auri & argenti dona offerens, & bellum in uperi illi, ſi contemneretur, indicens. *Ita Redualdus* vel minis fractus vel corruptus muneribus ceſſit deprecanti, *eque, ut vel ipſemet* Eduinum *occideret vel legatis Ethelfridi necandum traderet, paratum exhibuit. Verùm id* fideliſſimus quidam amicus illius Eduini *nempe, animadvertens,* intravit cubiculum, quo dormire diſponebat, ... & evocatum foras, quid erga eum agere rex promiſiſſet, edocuit & inſuper adjecit; Si ergò vis, hâc ipsâ horâ *educam* te de hac provincia, & ea in loca te introducam, ubi numquam te vel Redualdus vel Edilfridus invenire valeant. *Hiſce auditis,* Eduinus, *ut Beda proſequitur,* ait: Gratias quidem ago benevolentiæ tuæ; non tamen hoc facere poſſum, quod ſuggeris, ut pactum, quod cum tanto rege inii, ipſe primus irritum faciam, cùm ille mihi nihil mali fecerit, nihil adhuc inimicitiarum intulerit. Quin potiùs, ſi moriturus ſum ille me magis, quàm ignobilior quiſquam me morti tradat. Quò enim nunc fugiam, qui per omnes Britanniæ provincias tot annorum temporumque curriculis vagabundus hoſtium vitabam inſidias?

ſuperna interim, qua proſpera

14 *Sequitur hic modò viſio,* Eduino *cœlitùs oblata, de qua, quia hic infrà ferendum eſt judicium, ipſamet, quibus apud Bedam loco citato concipitur, verba, etſi etiam prolixiora, huc tranſcribo.* Abeunte igitur, *inquit Beda,* amico, remanſit Eduinus ſolus foris, reſidenique mœſtus ante palatium multis cœpit cogitationum æſtibus affici, quid ageret, quóve pedem verteret, neſcius. Cúmque diu tacitis mentis angoribus & cæco carperetur igne, vidit ſubitò intempeſtæ noctis ſilentio appropinquantem ſibi hominem vultûs habitûque ignoti; quem videns, ut ignotum & inopinatum, non parùm expavit. At ille accedens ſalutavit eum & interrogavit, quare illâ horâ, cæteris quietibus & alto ſopore preſſis, ſolus ipſe mœſtus in lapide pervigil ſederet. At ille viciſſim ſciſcitabatur, quid ad eum pertineret, utrùm ipſe intùs, an foris, noctem tranſigeret. Qui reſpondens ait: Ne me æſtimes tuæ mœſtitiæ & inſomniorum, & ſolitariæ ſeſſionis cauſam neſcire; ſcio enim certiſſimè, qui es, & quare mœres & quæ ventura tibi in proximo mala formidas

AUCTORE C. B.

ei obventura indicantur, viſione recreatus

15 Sed dicito mihi, quid mercedis dare velis ei, ſi qui ſit, qui his te mœroribus abſolvat & Redualdo ſuadeat, ut nec ipſe tibi aliquid mali faciat, vel tuis te hoſtibus perimendum tradat. Qui cùm ſe omnia, quæ poſſet, huic tali pro mercede beneficii daturum eſſe reſponderet, adjecit ille: Quid ſi etiam te regem futurum, exſtinctis hoſtibus, in veritate promittat, ita ut non ſolùm omnes progenitores tuos, ſed & omnes, qui ante te reges in gente Anglorum fuerant, poteſtate tranſcendas? At Eduinus, conſtantior interrogando factus, non dubitavit promittere, quin ei qui tanta ſibi beneficia donaret, dignis ipſe gratiarum actionibus reponderet. Tum ille tertiò; Si autem, inquit, is, qui tibi tanta taliaque dona veraciter adventura prædixerit, etiam conſilium tibi tuæ ſalutis ac vitæ melius atque utilius, quàm aliquis de tuis parentibus aut cognatis umquam audivit, oſtendere potuerit, num ei obtemperare & monita ejus ſalutaria fuſcipere conſentis? Nec diſtulit Eduinus, quin continuò polliceretur, ſe in omnibus ſecuturum doctrinam illius, qui ſe tot ac tantis calamitatibus ereptum, ad regni apicem proveheret Quo accepto reſponſo, confeſtim is, qui loquebatur cum eo, impoſuit dexteram ſuam capiti ejus, dicens: Cùm hoc ergò tibi advenerit, memento hujus temporis ac loquelæ noſtræ, & ea, quæ nunc promittis, adimplere ne differas. Et his dictis, ùt ferunt, repentè diſparuit, ut intelligeret, non hominem eſſe, qui ſibi apparuiſſet, ſed ſpiritum.

E

F

Northumbriæ regno, debellato occiſoque Ethelfrido, anno 617 donatur.

16 *Talis fuit, quam dixi, viſio; cùm autem ſtatim poſt hanc* Eduinus *quidem de conſolatione, quam ſibi attulerat, gauderet, dubius tamen adhuc eſſet ac ſollicita mente, quis ille fuiſſet aut unde veniſſet, qui ſibi apparuerat, volutaret, derepentè adeſt ejus ſuprà memoratus amicus, regemque, ſuadente regina, mutaſſe ſententiam ac, quidquid ei promiſerat, ſervare ſtatuiſſe, læto vultu annuntiat. Neque verò vana, quam ſic ille* Eduino *fecit, ſpes fuit. Redualdus enim* Eduinum *non ſolùm non vel ipſemet occidit, vel hoſtibus perimendum tradidit, verùm etiam adverſus Ethelfridum, qui alterutrum ſibi concedi, bellum etiam, ni fieret,* indicens, *poſtulârat, confeſtim copioſo cum exercitu, non conceſſo, quo ille viribus haud inferiorem congregaret, temporis ſpatio, progrediens, eumdem ſibi cum exercitu multùm impari in Merciorum finibus occurrentem, conſerto in Nottinghamienſi agro ad amnis, qui vocatur Idle, Orientalem plagam prælio, occidit, moxque bello ſanè juſtiſſimo, utpote ad Ethelfridum, qui bellum ſibi injuſtè indixerat, præveniendum ſuſcepto, Northumbriæ regnum oc-*

AUCTORE C. B.

occupans, id totum, ad cujus patrem Allam anteà ſpectárat, filio Eduino *conceſſit; ut hic, quemadmodùm viſione ſuprà memorata prædictum videbatur, non tantùm regis ſibi infeſti inſidias vitárit, verùm etiam eidem in regni gloriam ſucceſſerit. Ac id quidem, cùm* Eduinus, *ùt ſuprà vidimus, anno* 633, *poſtquam annis ſeptemdecim regnâſſet, fuerit occiſus, anno* 617 *accidiſſe, perſpicuum inde fit; verùm haud ita liquet, quo tempore acciderint omnia & ſingula, quæ præterea, ut cuncta, eadem viſione ſuprà relata prædicta, eveniſſe queant, geſſiſſe* Eduinus, *Northumbrorum rex jam effectus, debet.*

multa dein, tempore interim, quo horum aliqua acciderint, incerto, præclara gerit,

17 *Magna hæc atque eximia fuiſſe, Beda luculentiſſimè prodit, lib.* 2 *Hiſtoriæ Gentis Anglorum cap.* 9 *de* Eduino *ſic ſcribens:* Regi in auſpicium ſuſcipiendæ fidei & regni cæleſtis, poteſtas etiam terreni creverat imperii, ita ut, quod nemo Anglorum ante eum, omnes Brittaniæ fines, quà vel ipſorum, vel Brittonum provinciæ habitant, ſub ditione acceperit. Quin & Mevanias inſulas (ſicut & ſuprà docuimus) imperio ſubjugavit Anglorum. *Si Alfordo ad annum* 620 *fides adhibenda ſit, prima* Eduini, *Northumbrorum regnum jam adepti, expeditio in Cadwanum, Britonum regem, oppidis ei unà cum regione hæc complectente, quam in Brigantibus & Eboracenſi agro, pulſo Ethelfrido, anno* 613 *acquiſierat, ereptis, fuerit ſuſcepta; verùm cùm laudatus Alfordus, de Ceretico Britannorum rege dictoque Cadwano, qui ei in Britannorum monarchiam ſucceſſerit, ad dictum annum* 620 *loquens, horum regum & regni tempus & Acta, imò omnia eſſe incerta, ipſemet fateatur, meritò in dubium, an vel quod de bello, ab* Eduino *in Cadwanum moto, ſcribit, veritati conſonet, revocari poteſt, utì etiam, an* Eduinus, *anno* 621 *in Scotos & Pictos pugnans, Gallovidiam & Laudoniam, prout idem Alfordus ad annum iſtum tradit, regno ſuo adjecerit. Nec ſcio, an, quod de Mevaniis ſeu potiùs Menaviis inſulis, ab* Eduino *ſubactis, Beda loco mox cit. ſcribit, vel anno* 622 *accidiſſe, vel inſulas, quas Beda, de iiſdem ab* Eduino *ſubjugatis lib.* 2, *cap.* 5 *etiam loquens, non Scotorum, ſed* Brittonum inſulas *appellat, Scotis fuiſſe ab* Eduino *ereptas, idem Alfordus ad dictum annum* 622 *rectè ſcribat.*

ſecundas cum Ethelburga, Cantuariorum regis filia, nuptias init,

18 *Utut ſit, fuiſſe equidem inſulas iſtas Anglorum imperio ab* Eduino *ſubjectas, è Beda eſt certum. Nec, quin Laudoniam (de Gallovidia poteſt ambigi) ſub ditione ſua* Eduinus *habuerit, eſt dubitandum, cùm provincia iſta ad Northumbriæ regnum, cujus totius rex ille erat, tunc ſpectárit. Modò ad alia, quorum ferè omnium epocha certiùs determinari poteſt, progredior.* Eduinus, *mortuâ jam ab annis aliquot, quam uxorem duxerat, Quenburgâ, Cearli Merciorum regis filiâ, ſub anni* 625 *initium ad ſecundas nuptias animum adjecit, cúmque in Ethelberti, primi Chriſtiani Cantuariorum regis, filiam Ethelburgam, alio nomine* Tate *dictam, quam forſan, dum Ethelfridum fugiens per varia Heptarchiæ regna vagaretur, conſpexerat, oculos conjeciſſet, legatos, ut hanc peterent, ad Eadbaldum ejus fratrem, qui tunc Cantuariorum regno præerat, miſit. Verùm cùm res, quòd* Eduinus *adhuc paganus, regia verò, quam poſtulabat, virgo Chriſtiana eſſet, difficultatem mox pateretur, matrimonium, hác ſublatâ, tandem ea lege eſt initum, ut Ethelburga omneſque, qui eam, in Northumbriam abeuntem, comitarentur, libero religionis Chriſtianæ exercitio gaudere ſecumque Paulinum, epiſcopum ordinandum, quo ſacrorum miniſtro uterentur, habere poſſent.*

ſupremam in Heptarchiam poteſtatem ambiens per ſicarium ab æmulo vulneratur,

19 *Ethelburga itaque, cùm Paulinus, ùt Beda lib* 2, *cap.* 9 *ait,* ſub die duodecima Kalendarum Auguſtarum, anno ab Incarnatione Domini ſexcenteſimo viceſimo quinto *ordinatus fuiſſet epiſcopus, è Cantio unà cum hoc aliiſque ſibi adjunctis comitibus in Northumbriam diſceſſit, cúmque ad* Eduinum *regem, maritum ſuum, veniſſet, haud ita dudum, ùt apparet, pòſt, ſi non etiam aliquantùm antè, contigit, ut Redualdus, jam ſuprà laudatus, quo agente, Northumbriæ regnum, ùt vidimus,* Eduinus *erat adeptus, Orientalium Anglorum rex exceſſerit è vivis. Ac patri quidem Erpenwaldus filius in Orientalium Anglorum regnum abſque ulla, ùt apparet, moleſtia mox ſucceſſit; verùm Redualdus ad ſupremam in omnes Heptarchiæ reges, utì ex iis, quæ Beda lib.* 2, *cap.* 5 *ſcribit, fas eſt colligere, poteſtatem fuerat evectus; cùm verò hanc dignitatis prærogativam* Eduinus, *ùt apparet, & Cuichelmus ſeu Quinchelmus Occidentalium Saxonum rex ambirent, ingens hic in illum odium, inde veroſimillimè (neque enim hujus aſſignari cauſa aptior poſſe videtur) originem ducens, concepit eóque per id ſeſe abripi eſt paſſus, ut etiam imperii æmulum de medio tollere deſiderans, ſicarium, qui id faceret, in Northumbriam miſerit. Certè anno, qui Paulini ordinationem proximè excepit, ac proin* 626 *ſicárium, nomine* Eumerum, *ſicá bicipite toxicata armatum, à Cuichelmo, Saxonum Occidentalium rege, in Northumbriam, ut regem* Eduinum *occideret, miſſum fuiſſe, Beda lib.* 2, *cap.* 9 *dilucidè tradit, mox addens, primo illum Paſchatis die veniſſe ad regem, cúmque ad hunc, qui tunc in agro ſuburbano verſabatur, legationem, à domino ſuo ſibi commiſſam, obtendens, fuiſſet admiſſus, evaginatam, quam ſub veſte tegebat, ſicam tanto impetu intorſiſſe in regem, ut, etſi ictum medio corpore Lilla, miniſtrorum fideliſſimus, excepiſſet, illum tamen per hujus confoſſi corpus vulnerárit.*

ducenſque in hunc exercitum, Chriſto ſeſe, ſi hoſtem vincat, ſerviturum, Paulino pollicetur,

20 *Paſcha è jam dictis, dum id fieret, agebatur, cúmque nocte id prægreſſa filiam, quam vocavêre* Eanfled, *Ethelburga regina regi peperiſſet, hicque pro illa ſibi nata diis ſuis gratias coram Paulino epiſcopo ageret, hic contrà gratias agere Chriſto Domino cœpit, regique aſſerere, ſeſe apud hunc precibus ſuis, ut regina ſoſpes & abſque dolore gravi ſobolem procrearet, obtinuiſſe. Nec fruſtra hic fuit epiſcopus. Rex enim, verbis ejus delectatus, ſeſe Chriſto, ſi ſibi adverſus regem, à quo, qui eum vulneraverat, ſicarius miſſus fuerat, pugnanti vitam & victoriam donaret, ſerviturum eſſe, repudiatis idolis, Paulino promiſit ac in promiſſionis implendæ pignus Dei ſervo, ut filiam ſibi natam Chriſto per Baptiſmum conſecraret, facultatem fecit. Fuit adeò illa ſacro lavacro tum abluta, & quidem, ùt Bedæ loco proximè cit. ait,* die ſancto Pentecoſtes, *cúmque tunc, ſanato, quod ſibi fuerat inflictum, vulnere,*

A nere, Eduinus *collegiſſet exercitum, in Quichelmum, Occidentalium Anglorum regem, injuriam, perfidè ſibi ab hoc illatam, ulturus movit, conſertoque prælio*, univerſos, quos in necem ſuam conſpirâſſe didicerat, aut occidit aut in deditionem accepit.

Aſt dum victoria politus ſupremaque etiam in Heptarchiam poteſtate auctus

21 *Quichelmum, contrà ac ex hiſce Bedæ verbis concludendum apparet, non fuiſſe in prælio iſto vel occiſum vel captum, nonnulli contendunt; verùm, quidquid ea de re ſit*, Eduinum *equidem de iſto Occidentalium Anglorum rege inſignem retuliſſe victoriam, eſt certum; hâc autem, ùt apparet, eſt factum, ut ſupremum in Heptarchiam imperium, nemine ampliùs ſeſe, ne id fieret, opponente, ſit adeptus. Certè tale imperium in Heptarchiam fuiſſe* Eduino, *dilucidè lib.* 2 *Gentis Anglorum cap.* 5 *docet Beda; dum enim Anglorum reges, qui cunctis Auſtralibus horum provinciis, quæ Humbrâ fluvio & contiguis ei terminis à Borealibus ſecernuntur, imperárunt, ibidem enumerat, quinto inter illos loco nominat* Eduinum, *Nordanhymbrorum regem, qui, ùt addit*, majore potentia cunctis,

B qui Brittaniam incolunt, Anglorum pariter & Brittonum populis præfuit; *fuiſſe autem dictam in Heptarchiæ reges poteſtatem anno* 626 Eduinum *adeptum, idcircò opinor, quòd Redualdus, cui hic, ùt Beda loco proximè cit. indicat, in illam ſucceſſit, vel ſub anni* 625 *finem vel certè haud multò citiùs, utì è ſuprà dictis pronum eſt colligere, exceſſerit è vivis, quódque* Eduinum, *qui, ùt infrà docebo, anno demùm* 627 *Chriſti fidem eſt amplexus, fuiſſe, priuſquam id faceret, ad dignitatem illam evectum, Beda lib.* 2 *ſub cap.* 9 *initium non obſcurè prodat.*

nondum tamen Chriſtiana ſacra amplectitur,

22 *Porrò, cùm tunc pariter, ùt Beda ibidem etiam indicat*, Eduinus *in Brittones, ſive à ſe ſub regni ſui initium, ùt nonnulli volunt, devictos, ſive poſt debellatum Quichelmum, ut alii contendunt, ad tributum ſibi ſolvendum compulſos, ſupremam poteſtatem habuerit, jam omnia, quæ ei obventura ignoti vultûs homo in viſione ſuprà relata indicárat, erant impleta. Verùm, etſi ſic haberet, ac præterea* Eduinus, *Chriſto ſeſe, ſi Quichelmum debellaret, ſerviturum, pollicitus, voti eſſet, hoc jam devicto, factus reus, nondum tamen, ut fidem liberans, Chriſtiana ſacra amplecteretur, poterat inflecti. Fuerat nihilominùs, ut id faceret, jam litteris, à Bonifacio, Pontifice Romano, ſtatim atque hic ejus cum Ethelburga, principe Chriſtiana, nuptias intellexiſſet, anno* 625, *& quidem ante* XXII, *cùm hâc is Pontifex obierit, Octobris diem ſcriptis & à Beda lib.* 2 *Hiſt. cap.* 10 *recitatis, majorem in modum exciitatus; fuerat eò & crebris tam Ethelburgæ reginæ, quæ nihil omninò, ut Maritum ſuum ad fidem attraheret, omiſerat, quàm S. Paulini admonitionibus impulſus; verùm, etſi quidem à tempore, quo victoriam de Cuichelmo retulerat, idolis haud ampliùs ſerviret, haud priùs tamen Chriſti fidem, quàm qualis hæc eſſet, accuratè è Paulino didiciſſet, & an eam ſuſcipere è re ſua foret, cum optimatibus ſuis, quos ſapientiores noverat, ſeduló examinâſſet, amplectendam arbitrabatur,* cúmque, *ùt ait Beda lib.* 2, *cap.* 9, eſſet vir naturâ ſagaciſſimus, ſæpe diu ſolus reſidens, ore quidem tacito, ſed in intimis cordis multa ſecum conloquens, quid ſibi eſſet faciendum, quæ religio ſervanda, tractabat. *Nec idcircò, ùt apparet, erat carpendus.*

AUCTORE C. B.

à Paulino ad id faciendum viſione olim ſibi oblata exſtimulatur,

23 *Verùm, cùm moras & impedimenta, ne fidem, Paulino datam, liberaret, ſtudio nectere videretur, inde ſanctus hic antiſtes, ad viæ ſalutaris humilitatem & ad vivificæ Crucis ſuſcipiendum myſterium inclinari haud facilè animi regalis ſublimitatem poſſe, cenſens, incitamento, quod ad hanc inflectendam validius futurum arbitrabatur, uti decrevit. Cùm itaque viſionem ſuprà relatam, quâ olim* Eduinus *proſpera ſibi obventura intellexerat, ſeque ejus, qui hæc ſibi contuliſſet, doctrinam ſecuturum, accepto etiam id abſque mora, cùm manum capiti ſuo imponi eveniſſet, faciendi mandato, promiſerat, vel è revelatione divina vel aliunde didiciſſet*, die quadam *ad regem, cùm hic ſolus ſedens, quid agendum ſibi eſſet, anxiè expenderet, ingrediens*, Impoſuit, *inquit Beda lib. proximè cit., cap.* 12, dexteram capiti ejus, & an hoc ſignum agnoſceret, requiſivit; *cúmque is* tremens procidere ad *id requirentis* pedes vellet, *hic levatum* voce quaſi familiari *alloquens*, E Ecce, inquit, hoſtium manus, quos timuiſti, Domino donante, evaſiſti; ecce, regnum, quod deſideráſti, ipſo largiente, percepiſti. Memento, ut tertium, quod promiſiſti, facere ne differas, ſuſcipiendo fidem ejus & præcepta ſervando, qui te & à temporalibus adverſis eripiens, temporalis regni honore ſublimavit, &, ſi deinceps voluntati ejus, quam per me tibi prædicat, obſecundare volueris, etiam à perpetuis malorum tormentis te liberans, æterni ſecum regni in cælis faciet eſſe participem.

hâcque ſeſe à Deo, ut fidem amplecteretur, prænonitum agnoſcens, tandem convertitur ac baptizatur.

24 *Rex, his auditis, ſeſe olim à Deo viſione ſuprà relata, ut fidem, quam Paulinus prædicabat, amplecteretur, prænonitum fuiſſe, agnovit ſeque adeò ſuſcipere hanc & velle & debere, reſpondit. Maximè interim, ut regni ſui principes ac conſiliarii, ſi eadem, quæ ipſe, ſentire vellent, Chriſto pariter in Vitæ fonte conſecrarentur, deſiderans, hoſce in conſilium vocavit, ac à ſingulis, quid de* Paulini *doctrina, eatenùs inaudita, novoque, quem hic prædicabat, divinitatis cultu exiſtimarent, eſt ſciſcitatus; cùm autem univerſi ac cumprimis ipſemet, Paulino antea iterum audito, ſummus idolorum ſacerdos Coifius, comminuenda hæc eſſe aut comburenda Chriſtique fidem amplectendam, cenſuiſſent*, Eduinus, *ùt Beda lib.* 2, *cap.* 14 *narrat*, cum cunctis gentis ſuæ nobilibus ac plebe perplurima fidem & lavacrum ſanctæ regenerationis, anno regni ſui undecimo, qui eſt annus Dominicæ Incarnationis ſexcenteſimus viceſimus ſeptimus, ab adventu verò Anglorum in Brittaniam annus circitèr centeſimus octogeſimus, Eboraci die ſancto Paſchæ, pridie Iduum Aprilium, in eccleſia ſancti Petri Apoſtoli, quam ibidem ipſe de ligno, cùm catechizaretur atque ad percipiendum Baptiſma imbueretur, citato Opere *conſtruxerat, ſuſcepit.*

C F

AUCTORE C. B.

§ III. Fidei quaquaversum propagandæ operam dat, insigne privilegium sedi Eboracensi à Pontifice Romano obtinet, à Britonum & Merciorum regibus bello appetitur infelicique prælio victus occiditur.

Eboraci majorem è lapidibus ecclesiam ædificari curat,

B

R*Ex* Eduinus *in eadem, in qua, ùt dictum, sacro lavacro fuit ablutus, civitate Eboracensi* sedem episcopatûs Paulino antistiti, *suo in fide magistro*, donavit. *Ita lib. 2 Hist. Gentis Anglorum, cap. 14 Beda, mox addens, statim à Baptismate susceptо eumdem regem, monente Paulino, curâsse, ut ibidem eo ipso loco, quo ecclesiam citato Opere, cùm ad percipiendum Baptisma imbueretur, de ligno construxerat, major atque augustior, in cujus medio prior illa lignea esset inclusa, è lapidibus ædificaretur; etsi autem sacrum istud ædificium (ab Oswaldo enim*, Eduini *successore, fuit primùm ad umbilicum, ùt Beda loco cit. testatur, adductum*) Eduinus, *sexto, postquam inchoatum fuisset, anno in bello, utì infrà videbimus, occisus, haud perfecerit, fuit tamen eo etiam tempore, quo id nondum erat ad apicem perductum, quammaximè, ut summo cum decore divinum perageretur Officium, sollicitus, huncque, ùt apparet, in finem Crucem auream, etsi interim hæc alteri etiam usui infrà memorando fortè inservierit, calicemque aureum confici curârat. Certè jam tum Crucem magnam auream & ad ministerium altaris calicem aureum fabricari jussisse* Eduinum, *perspicuum efficit Beda, dum de Paulino ex Northumbria, secum inde* Eduini *uxore Ethelburga, filia Eanfleda, filio Vuscfrea & nepote Iffio abductis, in Cantium post* Eduinum *anno, ùt infrà videbimus*, 633 *debellatum atque occisum reverso, lib. 2, cap. 20 sic scribit:* Attulit quoque secum vasa pretiosa Eduini regis perplura, in quibus & crucem magnam auream & calicem aureum consecratum ad ministerium altaris, quæ hactenus in ecclesia Cantiæ conservata monstrantur.

C

fidei propagandæ studet,

26 *Verùm, quàm sincerè, ejuratâ idololatriâ, fidem Christianam* Eduinus *esset amplexus, non alia re magis, quam suo ad eamdem propagandam ardore manifestavit. Priusquam baptizaretur, vehementissimè è jam suprà dictis, ut omnes regni sui principes ac consiliarii, fidem Christianam amplexi, sacro lavacro secum abluerentur, desiderârat; postquam verò baptizatus fuisset, non solùm, ut fides, longè latèque propagata, ubique ab omnibus susciperetur, ardentissimè cupiebat, verùm etiam, ut id fieret, piis etiam conatibus, monitis consilioque juvabat.* Sciebat enim, *inquit ad annum* 628, *num.* 2 *Alfordus*, regis humeros tunc purpuram decere, cùm Deo & religioni mancipatur; & principum esse, fidem non dictare aut docere, sed dictatam ab Ecclesia doctamque ab aliis tueri facto, exemplo, &, ubi ad Numinis dignitatem facit, præsentiâ. *Beda, statim atque* Eduini *ac filiorum ejus Osfridi & Eadfridi, qui ambo ei exsuli ex Quemburga, Cearli Merciorum regis filia, nati erant, aliorumque nobilium & egregiorum virorum non paucorum ad fidem conversionem sanctamque per sacras Baptismatis undas regenerationem lib. 2, cap. 14 retulit, subjungit:* Tantus autem fertur tunc fuisse fidei fervor ac desiderium lavacri salutaris gente Nordanhymbrorum, ut quodam tempore Paulinus veniens cum rege & regina in villam, quæ vocatur Adgefrin, triginta sex diebus ibidem cum eis catechizandi & baptizandi officio deditus moraretur: quibus diebus cunctis à manè usque ad vesperam nil aliud ageret quàm confluentem eò de cunctis viculis ac locis plebem Christi verbo salutis instruere atque instructam in fluvio Gleni, qui proximus erat, lavacro remissionis abluere.

D

eximium, quo, ut hæc à Bernicïis Deirisque susciperetur,

27 Hæc villa, tempore sequentium regum deserta, & alia pro illa est facta in loco, qui vocatur Melmun, *Alfordus, hisce Bedæ verbis ad annum 627 pariter recitatis, mox subjungit:* Hinc colligi potest, magnam fuisse, Edwino rege, fidei messem, quæ ex Eboracensi agro, trans murum Picticum, ad extrema Septentrionis & Scotos ipsos porrecta, lætissima apparuit. *Ita ille, & rectè quidem;* nam, *ùt addit*, Adgefrin, nunc Yeverin, *pro quorum vocabulorum priori in Bedæ sibi prælucentis textu jam dato perperam, ùt probat, scriptum erat* Adragim, in ultimis Northumbriæ partibus jacet. *Nec tantùm in Bernicia, de qua sola verbis jam nunc huc transcriptis Beda, utì ipsemet mox indicat, sermonem instituit, verùm etiam in Deira ingentem tunc seu, ùt infrà docebimus, anno 627 exstitisse fidei messem, suadent, quæ illis Beda mox subdit, sequentia isthæc alia:* Sed & in provincia Deirorum, ubi sæpiùs manere cum rege Paulinus solebat, baptizabat in fluvio Swalica *seu potiùs (ita enim habent, ùt Alfordus loco cit. testatur, Mss. omnia)* Swala, qui vicum juxta cataractam (*vicum hunc alium non esse, quàm qui hodie* Cattarick *vocatur, Butlerus suprà laudatus in suis* S. Edwini *Vitæ subjectis notis observat*) præterfluit; *cùm autem Paulinus, dum apud Deïros in fluvio Swala & apud Bernicios in fluvio Gleni baptizaret, fuerit utrobique, ùt duo modò huc transcripti Bedæ textus fidem faciunt, cum* Eduino *rege versatus, piis hunc conatibus, monitis ac quibuscumque demùm potuit, modis aliis non parùm, ut accurrentium ad sanctum antistitem, quò abs hoc in fide instruerentur ac deinde undis sacris abluerentur, numerus quotidie accresceret, contulisse, neutiquam sanè à veritatis specie apparet alienum.*

E

flagrabat, ardorem dat probatum;

28 *Sanè tum saltem Paulino, confluentem ad se undique populi multitudinem in binis jam dictis fluviis baptizanti, non rarò* Eduinum, *quò nimirum, ùt puto, præsentiâ suâ, ne quæ à Paulino peragebantur, majestate etiam carerent, efficeret, pluresque ad Baptismum attraheret, adstitisse, credendum mihi vel ex eo apparet, quòd Beda, de S. Paulino, ex Northumbria versus Meridiem cis Humbrum ad Lindissæ regionis provinciam, in Merciorum regno sitam, quò fidem ibidem prædicaret, sub annum,*

A *annum, ut infrà videbimus, 628 progresso, lib. 2, cap. 16 loquens, sequentem scribat in modum:* De hujus fide provinciæ (*Lindissæ scilicet*) narravit mihi presbyter & abbas quidam, vir veracissimus de monasterio Peartanu, vocabulo Deda, retulisse sibi quendam seniorem, baptizatum se fuisse die media à Paulino episcopo, præsente rege Eduino, & multam populi turbam in fluvio Trehenta; *cùm enim Paulino, ingentem populi turbam in Trenta, provinciæ Merciorum fluvio, sacris Baptismatis undis abluenti, rex* Eduinus, *ut ex oculato rei teste retulisse sibi, qui vir veracissimus esset, abbatem & presbyterum, Beda his verbis prodit, adfuerit, quid ni eidem Paulino, in suprà nominatis Northumbriæ fluviis alias atque alias populi turbas sibi succedentes diebus diversis baptizanti,* Eduinum *pariter, & quidem non rarò, adstitisse, credamus? Mihi certè nulla, ob quam id haud faciamus, ratio sat solida occurrit, verèque proinde Paulino, in suprà memoratis Berniciæ ac Deiræ fluviis baptizanti,* Eduinum
B *frequenter adstitisse, ac vel sic, cùm id, tum ut apostolico Paulini baptizantis labori majestatem quamdam atque auctoritatem adjungeret, tum ut quoscumque posset sibi subjectos Bernicios ac Deiros ad fidem Christianam amplectendam Baptismumque suscipiendum præsentiâ suâ alliceret, verosimillimè fecerit, sese eximio planè fidei quaquaversum in suo Northumbriæ regno propagandæ ardore flagrásse, probatum dedisse, persuasum mihi habeo.*

hunc que ad Orientales Anglos extendens, horum regem Carpualdum, paulò pòst occisum,

29 *Nec hunc sanctus Rex intra Northumbriæ, cui præerat, terminos continuit, verùm etiam ad Orientalium Anglorum, à quorum rege Redualdo Northumbriæ regnum, à patre suo Alla anteà possessum, fuerat, ut suprà vidimus, Ethelfrido occiso, adeptus, regnum extendit, ut Beda lib. 2, cap. 15 luculentissimè docet, sequentem scribens in modum:* Tantam autem, ùt fertur, devotionem Eduinus erga cultum veritatis habuit, ut etiam regi Orientalium Anglorum Carpualdo, filio Redualdi, persuaderet, relictis idolorum superstitionibus, fidem & Sacramenta Christi cum sua provincia suscipere. *Erat sanè,*
C *cur* Eduinus, *qui maximo è jam dictis fidei propagandæ ardore flagrabat, de tam felici à Beda hic memorato, quo ad hanc Carpualdum subjectumque huic Orientalium Anglorum regnum converterat, successu majorem in modum gauderet;* Verùm, *ut Beda post verba proximè recitata, nonnullis adhuc aliis, quæ ad institutum nostrum hic haud spectant, præmissis, ait,* Carpualdus non multo, postquam fidem accepit, tempore occisus est à viro gentili, nomine Richberto. *Id, quod è fidei odio, & quidem Pendâ, Merciorum rege, infestissimo Christianorum hoste, agente, factum, à nonnullis, Carpualdum idcircò pro martyre habentibus, asseritur, quodque haud diu, postquam Christi fidem Carpualdus esset amplexus, evenisse, Beda hic ait, vel anno 632 vel certè haud diu pòst accidisse erit dicendum, si Wigornienſi, Westmonasterienſi, chronologo Anglo-Saxonico, operâ & studio Abrahami Wheloci Cantabrigiæ edito, aliisque, qui Carpualdi Baptismum seu conversionem ad fidem anno 632 diserte illigant, standum hic sit.*

30 *Verùm vitiosos esse scriptorum illorum calculos, fuisseque Carpualdum ad Christi fidem ab* Eduino *sub annum 627 adductum* nec multo tempore *pòst, ac proin verosimillimè haud seriùs, quàm anno 628 inchoato, ab homine gentili occisum, luculenter, quæ apud nos ad* xxx *Septembris diem in Historico de S. Honorio, Cantuariensi episcopo, Commentario, num. 37 & tribus seqq. afferuntur, evincunt; hinc autem, cùm Beda, qui Carpualdi ad fidem conversionem ac cædem lib. 2, cap. 15 refert, de Berniciis Deirisque in fluviis suprà nominatis, per Paulinum baptizatis cap. id proximè prægresso seu 14 loquatur, nec res præpostero ordine narrare sit censendus, consectarium jam est, ut id quidem, quod de Berniciis Deirisque in fluviis per Paulinum baptizatis cap. dicto ait, ipsomet anno, quo baptizatus fuit* Eduinus, 627 *paulò ante Carpualdi conversionem, id verò, quod deinde de Paulino, citra Humbrum in Lindissi seu Lindissæ regionis Merciorum provinciam, comitante* Eduino, *progresso Christique fide à sancto antistite ibidem prædicata cap. 16 narrat, post Carpualdi* D *conversionem, imò & cædem, haud seriùs è jam dictis quàm anno 628 patratam, evenerit. Verùm quamdiu post Carpualdi cædem & an non ipsomet forsan, quo hæc patrata, anno 628 Paulini in Lindissi provincia prædicatio signanda? Lindissæ regionis provinciam fuisse anno 628 à Paulino ad fidem Christi conversam, Westmonasterienſis disertè affirmat, hancque ejus assertionem, quæ & decessoribus nostris in suprà laudato de S. Honorio, Cantuarienſi episcopo, Commentario num. 33 præplacuit, præ aliis aliorum assertionibus, quæ Paulini in Lindissi provincia prædicationem citiùs consignant, sequendam opinor.*

summaque interim post fidem in Lindissi etiam provincia prædicatam pace

31 *Porrò, postquam,* Eduino *populisque huic subjectis fidem Christianam jam amplexis, hæc quoque in Lindissam, Merciorum regni provinciam, prædicante Paulino, penetrásset, ac proin anno ob jam dicta 628 aut certè altero, qui hunc proximè excepit, tanta tum pax, tum civium omniumque ordinum concordia, ut in bene ordinata floreníeque republica nihil ampliùs desiderari posset, est secuta, idque non tantùm in Northumbria, sed & ubicúmque & quocúmque porrigebatur* Eduini *imperium. Ita scilicet Beda lib. 2 Hist. Gentis Anglorum cap. 16 non obscurè, ut apparet, prodit; ibidem enim de fide, in Lindissa seu Lindissi Merciorum provincia à Paulino prædicata, seneque, quem hic, ut is Anglorum historicus narrat, ibidem in fluvio Trehenta, præsente rege* Eduino, *baptizavit, locutus, mox subjungit:* Tanta autem eò tempore pax in Brittania, quaquaversum imperium regis Eduini pervenerat, fuisse perhibetur, ut, sicut usque hodie in proverbio dicitur, etiamsi mulier unà cum recèns nato parvulo vellet totam perambulare insulam à mari ad mare, nullo se lædente, valeret. Tantùm quoque rex utilitati suæ gentis consuluit, ut plerisque in locis, ubi fontes lucidos juxta publicos viarum transitus construxit, ibi ob refrigerium viantium erectis stipitibus æreos caucos suspendi juberet, neque hos quisquam, nisi ad usum necessarium, contingere præ magnitudine vel timoris ejus auderet, vel amoris vellet.

AUCTORE C. B.

ad Christi fidem amplectendam sub annum 627 inducit;

F

AUCTORE C. B. *in Northumbriæ regno locum ubique obtinente,*

32 *Guilielmus Malmesburiensis de summa, quâ Northumbria, regnante* Eduino, *gavisa fuit, pace sequentem lib.* 1 *de Gestis Regum Anglorum loquitur in modum :* Interea & devotioni regiæ (Eduini *scilicet, Christi fidem jam amplexi*) serenus divinitatis favor arridebat; adeò ut non solùm Brittanniæ gentes, Angli, Scotti, Picti, sed & insulæ Orchadum & Mevaniarum, quas nunc Anglesei, id est, Anglorum insulas dicimus, & arma ejus metuerent & potestatem adorarent. Nullus tunc prædo publicus, nullus latro domesticus, insidiator conjugalis pudoris procul, expilator alienæ hæreditatis exul, magnum id in ejus laudibus & nostra ætate splendidum. Itaque imperii sui ad eos limites incrementa perducta sunt, ut justitia & pax libenter in mutuos amplexus concurrerent osculorum, gratiam grata vicissitudine libantes; & feliciter tunc Anglorum respublica procedere potuisset, nisi mors immatura, temporalis beatitudinis noverca, turpi fortunæ ludo, Virum abstuliisset patriæ. *Ita ille; verùm, priusquam*

B *de* Eduini *morte, de qua etiam sub finem hic loquitur, sermonem instituam, nonnulla adhuc, quæ illam præcessêre, commemoranda hic sunt. Pax summa, quâ è jam dictis Northumbria, post Christi fidem tum in hanc, tum in Lindissi provinciam* Eduini *conversione introductam gaudebat, annis aliquot jam durârat, cœperantque interea ecclesiæ, quam, ùt dictum,* Eduinus, *statim atque baptizatus fuerat, Eboraci exstrui jusserat, in altum assurgere muri lapidei.*

insigne sedi Eboracensi privilegium à Pontifice Romano impetrat,

33 *Ast, etsi hi adeò ad umbilicum nondum essent adducti, quammaximè tamen jam inde pro futuræ ecclesiæ ac præsertim pro sedis, quam Eboraci constituerat, felicitate, splendore ac commodo erat sollicitus, hincque, cùm Romam pro Sedis Apostolicæ, quotiescúmque ibidem foret novus metropolita consecrandus, impetrando consensu recurrere futurum esset ob longa periculosaque itinera admodùm incommodum, generalem, quâ, dum moreretur Eboracensis antistes, novus in defuncti locum ordinari posset, facultatem à Pontifice Romano concedi desiderabat. Id ipsum desiderabat & pro*

C *sede Dorobernensi seu Cantuariensi, quæ in regno suo sita erat, Eadbaldus, Cantuariorum rex, Ethelburgæ, uxoris* Eduini *frater. Ambo itaque reges, communicatis inter se consiliis, ab Honorio I Papa, qui Bonifacio in Romanam S. Petri Cathedram anno* 625 *successerat, litteris ad illum anno* 633 *vel certè, ùti vel ex eo, quòd ex infrà dicendis litteræ, quibus Româ* Eduino *fuit responsum, anno demùm* 634 *exaratæ fuerint, fas est colligere, haud citiùs quàm anno* 632 *conscriptis, postulârunt, ut, misso tam ad Paulinum Eboracensem, quàm ad Honorium Dorobernensem episcopum pallio, utrique isti Heptarchiæ metropolitano concederet, ut, altero moriente, alter, qui in vivis maneret superstes, posset alium in defuncti locum, sine alia à Romano Pontifice petita facultate, consecrare. Regum litteris suas etiam, quibus idem rogârunt, Honorius & Paulinus addidêre. Horum* Eduinique *& Eadbaldi litteræ nusquam inveniuntur; verùm duas, quarum alterâ* Eduino, *alterâ Honorio Dorobernensi Honorius Papa, episcoporum regumque postulatis annuens, respondit, Beda lib.* 2, *cap.* 17 *& seq. integras recenset. Ex hisce, quæ jam memoravi, dixcimus, ambasque anno* 634, *ad* XI *Junii diem provecto, scriptas esse, dilucidè probant, quæ apud nos in juprà adhuc laudato de S. Honorio, Dorobernensi episcopo, Commentario num.* 48 *& seq. Junt adducta. Verùm, priusquam in Britanniam asferrentur, imò etiam priusquam Romæ scriberentur, ingens in Northumbria facta erat rerum conversio, ùti è jam nunc dicendis intelliges.* D

secundaque ad annum usque 633 *usus fortunâ, hoc ipso anno, contrà ac Westmonasterienses scribit,*

34 Eduinus, *postquam Christi fidem, anno è dictis* 627 *fuisset amplexus, secunda ad annum usque* 633 *usus fuerat fortunâ, imò hoc ipso anno in Britones felicissimè adhuc, si Matthæo Westmonasterienſi in Historiarum Floribus ad dictum annum* 633 *credere velimus, pugnârit. Ibidem enim sic scribit :* Orta est... discordia inter regem Edwinum & Cadwallinum regem Britonum. Convenerunt ad prælium, &, facto congressu, Cadwallinus multa millia suorum amisit & in fugam conversus est. Potitus itaque victoriâ Eduinus, duxit exercitum suum per provincias Britonum & tria eorum regna, Demetiæ videlicet, Venedociæ & Mœneviæ, combustis urbibus & E colonis destructis, omnes illorum provincias in sua jura recepit. *Verùm præterquam quòd prælii hic memorati, cujus nullus certè, quem viderim, scriptor alius meminit, locum haud assignet, post id Cadwallinum, Britonum regem, quem Beda* Ceduallam *appellat, in Hiberniam indequè ad Britanniæ Minoris seu Aremoricæ regem Salomonem, cujus nominis principem nullum ibidem tunc regnasse constat, fugisse tradit. Adhæc astrologum, nomine* Pellitum, *qui, quæ Cadwallinus in bello gerere meditabatur, magicis suis artibus habens comperta,* Eduino *hæc omnia revelârit, sicque, ut in irritum caderent, effecerit, comminiscitur vel certè à credulo vulgo (neque enim is ulli è scriptoribus aliis fide dignis est notus) jam antè confictum obtrudit, aliaque tam multa fabulis simillima ad eumdem annum* 633 *refert, ut, cùm omnia intra hujus solius spatium gesta esse haud posse conspiceret, infelicem, hæc, ùt vult, secutam, quâ* Eduinus *fuit occisus, pugnam in annum* 634, *contrà ac Beda facit, rejecerit. Matthæi itaque narratione, cum qua præterea Beda, utpote Ceduallam in* Eduinum F *ipsomet, quo hic periit, anno rebellâsse, indicans, sat aptè componi posse haud videtur, insuper habita,* Eduinum *anno* 633, *cùm felici eatenus usus fuisset fortuna, marte adverso dumtaxat dimicâsse, Bedæ auctoritate impulsus, opinor.*

à Britonum & Merciorum regibus, prælio commisso, vincitur ac necatur.

35 *Is enim, nulla omninò vel minima, quàm* Eduinus *anno illo de Ceduallâ Britonibusve retulerit, victoriæ mentione facta, lib.* 2, *cap.* 20 *sic scribit :* At verò Eduinus cùm decem & septem annis genti Anglorum simul & Brittonum gloriosissimè præesset, è quibus sex etiam ipse, ùt diximus, Christi regno militavit, rebellavit adversus eum Ceduallâ, rex Brittonum, auxilium præbente illi Penda, viro strenuissimo, de regio genere Merciorum, qui & ipse eo tempore gentis ejusdem regno annis viginti & duobus varia sorte præfuit; & conserto gravi prælio in campo, qui vocatur Hethfelth, occisus est Eduinus die quarta Iduum Octobris, anno Dominicæ Incarnationis sexcentesimo tricesimo tertio, cùm esset annorum triginta & octo, ejusque totus vel interemptus vel dispersus est exercitus. *È*

duobus

A *duobus regibus, qui* Eduinum *viciſſe occidiſſeque hic narrantur, alter, Penda nempe, paganus erat idolorumque cultui totus addictus, maximus Chriſtiani nominis inimicus; alter verò, Cedualla nimirum, etſi Baptiſmo eſſet ablutus, nihil tamen aliud Chriſtiani hominis habens, pagano, utì ex iis, quæ de illo Bedà loco proximè cit. ſcribit, intelligitur, erat crudelior. Prior vel è fidei odio vel è turpi, quâ ſeſe abripi patiens, iniquis oculis* Eduini *gloriam intuebatur, invidia; poſterior verò, ut annui, ad quod* Eduino, *cùm hic Quichelmum, Occidentalium Saxonum regem, profligáſſet, pendendum ſeſe obſtrinxerat, tributi onus excuteret, arma in* Eduinum *aſſumpſerat, cúmque adeò neuter juſta è cauſa id fecerit, hinc factum, ut, cùm* Eduinus *injuſtè æſtimarètur occiſus, fuerit à poſteris &* Martyr *&* Sanctus *appellatus; verùm, etſi ſic habeat ac tandem qualicumque etiam cultu publico* Eduinus *fuerit è ſuprà dictis gaviſus, haudquaquam tamen honorem hunc vel ipſe, cujus interim caput, Eboracum adductum poſteáque in B. Petri*

B *Apoſtoli eccleſiam, exſtrui ab eo ibidem inceptam, illatum, in S. Gregorii Papæ porticu, ùt Beda loco proximè cit. docet, fuit depoſitum, vel uxor ejus Ethelburga, quæ poſt Mariti ſui cladem in Cantium ad fratrem ſuum Eadbaldum cum Paulino, Eboracenſi epiſcopo, reverſa, ibidem in monaſterio* Lyming *velata vidua ſanctè obiit, ſtatim à ſuo è vivis exceſſu obtinuit.*

§ IV. Quid de viſione, quæ Eduino oblata à Beda refertur, cenſendum, & an vel hic in iis, quæ de illa narrat, credulitatis nimiæ vel Eduinus, jam Chriſtianus, ambitionis & arrogantiæ meritò inſimuletur.

C

Viſio, Eduino oblata, perperam vel veluti aſtus,

Recentiſſimâ, quæ ad annum uſquè 1748 *deducitur, regni Angliæ Hiſtoria, Anglicè à Smoletto conſcripta Gallicéque à Targeo reddita, tom.* 2, *pag.* 8 *in infima hujus ora viſionem, quam* Eduino *fuiſſe oblatam, Beda verbis, huc ſuprà num.* 14 *& ſeq. tranſcriptis, refert, ſequenti iſthac, quam è Gallica Latinam facio, obſervatione perſtringit:* Apparitionis, quam Eduinus in horto habuiſſe narratur, hiſtoria vel eſt legenda ridicula, Bedæ aliorumque, à quibus refertur, ſcriptorum credulitate adoptata, vel, ſi verè quis Eduino apparuit, is indubiè exſtitit Chriſtianus, qui, quid Redualdus in Eduini gratiam facere decreviſſet, exploratum habebat, quique faciens, ut hic princeps, omnia ſeſe ex ejus conſilio facturum, ſolenniter ſpoponderit, aſtum iſtum, ut magnam ſibi apud illum auctoritatem conciliaret, adhibuit. *Verùm* Eduinus, *non illius, qui ſibi apparebat, ſed alterius, de quo hic,* Eduinum *interrogans, loquebatur, conſilia doctrinamque, ſi ab eo, calamitatibus ereptus ad regni apicem proveheretur, ſecuturum ſeſe, promiſit. Reponi quidem poteſt, illum, qui* Eduino *apparuit, per tertiam perſonam, de qua hunc interrogans locutus videtur, de ſemetipſo eſſe locutum; verùm* Eduinus *per tertiam illam perſonam non eum ipſum, qui ſibi apparuit, ſed, quemadmodùm ex iis, quæ huic reſpondit, liquet, alium, abs illo diverſum, intellexit, cúmque hujus, ſi ſe calamitatibus ereptum ad regni apicem proveherat, non verò illius, qui ſibi apparuit, conſilia & doctrinam ſecuturum ſeſe, promiſerit, hic certè principem illum, ut, quæ ei ſuggeſturus eſſet, conſilia & doctrinam ſecuturum ſeſe, ſolenniter promitteret, haud induxit.* AUCTORE C. B.

37 *Quare cùm id non fecerit, imò nec facere, ùt apparet, fuerit conatus, enimverò eſſe haud videtur, cur apparitio ſeu viſio, quæ* Eduino *oblata à Beda narratur, exſtitiſſe aſtus, quo Chriſtianus aliquis ad magnam ſibi apud hunc principem auctoritatem conciliandam uſus ſit, indubitanter exiſtimetur. Nec eſt etiam, cur veluti legenda ridicula vel ut certò commentitia rejiciatur. Aliter* E *quidem ſtatuendum putarem, ſi vel quæ præſagiiſſe videtur, non eveniſſent, vel ad nihil planè conduxiſſet. Verùm omnia & ſingula, quæ, quamvis haud diſtinctè ac dilucidè, ſubobſcurè tamen, ùt in vaticiniis ſolet, indicata per illam fuerunt* Eduino *obventura, re etiam ipſa pòſt huic obveniſſe, unuſquiſque, qui, quæ ſuprà retuli, evolverit, comperiet. Nec exſtitiſſe inutilem ſeu ad nihil conduxiſſe, vel ex eo liquet, quòd à S. Paulino in memoriam* Eduino *revocata non parum, ut hic fidem Chriſtianam ſalutariaque hujus dogmata amplecteretur, contulerit, ùt Beda lib.* 2, *cap.* 12 *& ſeq docet; cùm hæc autem ſic habeant, ut quid, quæſo, vel viſionem illam pro certò commentitia ridiculave legenda habeamus vel Bedam etiam, qui eamdem adoptavit ac ad poſteros tranſmiſit, credulitatis nimiæ inſimulemus?* *à Chriſtiano adhibitus, vel veluti legenda ridicula*

38 *Id ſanè ego, cùm præterea in narratione, quâ à ſcriptore iſthoc exponitur, nihil omnino, quod, non dicam, incredibile, ſed, vel creditu ſit difficile, occurrat, haud perſpicio. Adhæc Beda, finitâ ferè, quâ per dictam viſionem* Eduino *apparuiſſe quempiam ignotum refert, narratione, repentè hunc ex oculis, quò non hominem eſſe, qui ſibi apparuiſſet, ſed ſpiritum,* Eduinus *intelligeret, evanuiſſe adjungit, cúmque, adhibitâ, quæ dubitantium eſſe ſolet, loquendi formulâ, ùt ferunt, id faciat, ſic, ſeſe poſtremum iſtud viſionis,* Eduino *oblatæ, adjunctum, non è fidei indubitatæ documento, ſed dumtaxat vel è populari traditione vel ex infida vulgi famâ accepiſſe, non obſcurè prodit; contrà verò, cùm reliqua viſionis ejuſdem adjuncta, poſtremum iſtud prægreſſa, narrans, nuſquam vel eamdem vel ſimilem loquendi formulam adhibeat, id enimverò, hæc ac proin ipſammet viſionem ſolo hujus, quod mox memoravi, poſtremo adjuncto excepto, hauſiſſe illum è fonte, qui populari traditione vulgique famâ infidâ potior exſtiterit, argumento eſt haud prorſus invalido. Hinc modò & ex aliis ſuprà dictis, an, ùt Smolettus vult, apparitio, quâ* Eduinus, *in anguſtiis conſtitutus, recreatus narratur, ſit vel ut dolus, à Chriſtiano ad magnam ſibi apud* Eduinum *auctoritatem conciliandam adhibitus, vel* *à Smoletto traducitur, hicque ſcriptor, qui Bedam, quòd hanc adoptârit,* F

AUCTORE C. B.

vel ut legenda, certò commentitia ac ridicula, rejicienda ac proin, an Beda, à quo adoptata ac litteris consignata est, credulitatis nimiæ insimulandus, studiosus lector dispiciat.

credulitatis nimiæ immeritò insimulat, haud rectè etiam Eduinum,

39 *Certè ego ea in re Smoletto heterodoxo haud assentiendum, sed Baronii aliorumque probè orthodoxorum scriptorum, qui apparitionem illam vel* visionem cælitùs missam *vel Bedæ exemplo* oraculum cælo ostensum *appellant, opinionem censeo amplectendam. Nec scio, an vel ipsemet adversaturus huic fuisset Smolettus, nisi, ut heterodoxis solenne est, miracula universaque, quæ miraculum seu prodigium sapiunt, solo etiam eo nomine, quòd vel prodigia vel prodigiosa sint, rejicienda, contra sacrarum litterarum auctoritatem existimâsset. Porrò is scriptor, qui, quemadmodùm jam vidimus, Bedam in adoptanda litterisque mandanda, quæ* Eduino *cælitùs fuerit oblata, visione exstitisse nimis credulum, perperam affirmat,* Eduinum *etiam tum, cùm jam esset fidem Christianam amplexus, arrogantiâ & superbiâ supra modum fuisse elatum, Hist. Anglicanæ tom. suprà cit.*

B *pag* 14 *temere asseverat. Verba, quibus id de* Eduino, *fidem jam amplexo, loquens ibidem facit, è lingua Anglicana in Gallicam à Targeo & ex hac in Latinam à me conversa, sic sonant:* Spectata, quam Eduinus sequebatur, agendi ratione, nemini umquam, à religione, quam erat amplexus, humilitatem doceri, venisset in mentem; indies enim arrogantior imperiosiorque fiebat, diebusque solemnibus sibi globum ad Heptarchiæ sub supremo suo imperio conjunctionem seu unionem significandam præferri jubebat.

dum ad fidem jam esset conversus, fuisse arrogantem, affirmat,

40 *Sic habet:* Eduinus *globum seu potiùs vexillum, cui ex infrà allegandis globus cum cruce, huic imposita, esset impressus, sibi præferri, idque non tantùm diebus solennibus, sed & aliis quibuscúmque, dum de loco ad locum progrediebatur, jubebat aut certè permittebat, uti fas est colligere è verbis, huc spectantibus, quæ Beda lib.* 2, *cap.* 16 *suppeditat, ibidem sub finem de* Eduino *sic scribens:* Tantum verò in regno excellentiæ habuit, ut non solùm in pugna ante illum vexilla gestarentur, sed & tempore pacis equitantem inter

C civitates sive villas sive provincias suas cum ministris semper antecedere signifer consuevisset; nec non & incedente illo ubique per plateas, illud genus vexilli, quod Romani Tufam, Angli verò appellant Thwf, ante eum ferri solebat; *verùm ego nullum usquam vel scriptorem vel monumentum antiquum, è quo* Eduinum, *Christi fide jam imbutum, magis ac magis indies arrogantem imperiosumque esse effectum, probari vel utcúmque queat, invenio, nec talem tunc illum vel evasisse, vel ambitionis reum sese reddidisse, globus seu vexillum, quod diebus quidem, ùt Smolettus ait, solemnibus, quibuscúmque verò, teste è jam dictis Beda, etiam aliis sibi præferri* Eduinus *voluit, aut certè, spectatis, quæ mox dedi, scriptoris hujus verbis, permisit, ullo modo, contrà ac Smolettus vult, dat evictum.*

hancque suam assertionem nec è Tufa, de qua ex Alfordo

41 *Quod ultimum ut quàm verum sit, patescat, juverit audivisse hic primùm in ecclesiæ Anglo-Saxonicæ Annalibus ad annum* 629, *num.* IV *&* V *Alfordum, qui paulò post transcripta, quibus Tufam seu vexillum fuisse* Eduino *solitum præferri, docemur, Bedæ verba, à nobis jam nunc pariter data, de Tufa seu vexillo isto sequentem ibidem ratiocinatur in modum:* Si paulò curiosiùs quæro, quid illud vexilli fuerit, quod Romani, *ùt nempe Beda verbis recitatis ait,* Tufam dicebant, nihil ab Edwini dignitate alienum fecero. Vegetius insigne illud vocavit aliquando Rufam; sed Justus Lipsius ex hoc Bedæ loco bene illum corrigit & reponit Tufam; aitque, pilam fuisse, quâ uti consuevit Augustus tamquam monarchiæ symbolo. Opinor, vexillum illud, quicquid demùm fuerit, Christianorum principum more ornatum fuisse. Illi autem, Constantinum imitati, vexillis suis cruces imprimebant, hoc præsertim tempore, cùm Heraclius imperator insigni victoriâ crucem Ecclesiæ asseruisset. Nam eo anno, 627 *scilicet*, quo Edwinus baptizatur, Cosrhöe Persarum rege occiso, cùm postliminii jure crux Christi ad Christianos transivisset, passim inter principum insignia titulosque censebatur.

nonnulla hîc differuntur,

42 Sic Heracliorum imagines, patris, in-

D quam, & filii variis crucibus illustres, eo anno Baronius lectori inspiciendas expressit, ubi Tusa, monarchiæ symbolum, cruce munita est. Crucem igitur piissimus Edwinus, quo Constantinum & Heraclium imitaretur, ante se ferri mandavit, fortè tufæ seu globo impositam. *Hæc ille, qui, crucem, tufæ seu globo in Heraclii nummo, quem ære expressum exhibet, impositam, lectoris oculis hic subjiciens, mox ita prosequitur:* Profectò Edwini regis crux magna aurea, quam, mortuo rege, Edilburga regina in Cantium detulit, satis arguit, crucem illi in deliciis fuisse. Certè de Paulino, Edwini doctore, constat, multas ipsum cruces in Northumbriæ regno erexisse. Et in Duisburgo, oppido Eboracensis agri, ad Calderum fluvium ... testatur Camdenus, olim crucem fuisse cum hac epigraphe: "Paulinus hîc prædicavit & celebravit." Cæterùm familiare postmodùm fuit Romanis imperatoribus, tufam præ se ferre, quò & se Christianos profiterentur & orbis dominos. Postquam enim Christus mundum cruce triumphavit & veluti novo jure acquisivit dominium ejus, eo Hieroglyphico usi fideles principes in ejusdem juris participium successerunt.

Sancto tum ad supremum ejus in Heptarchiam dominium

F 43 Sed & syngrapharum confirmatio, quâ terrarum rerumque aliarum dominia conferebantur, "Usque ad Edwardi confessoris tempora, fidelium præsentium subscriptionibus cum crucibus aureis aliisque sacris signaculis firmæ fuerunt", inquit Ingulfus, & addit Seldenus: "Nec temere fortè sacratissimi illius signi formâ, quibus prædiorum dominia ad invicem transferebantur, instrumenta chirographica consignabant, cùm staurophoros globulos, ut supremi testimonia juris, principes & orbis terrarum domini gestare solerent. Sic enim de Justiniano Suidas; Sinistra manu fert globum, cruce in eo infixa, significante, quòd per fidem in Crucem terræ dominus sit factus." Edwinus ergò eodem consilio tufam sive staurophorum globum ante se ferri jussit, significans indubiè, se per fidem in Crucem imperium suum dilatâsse, & verè sub Christo dominium obtinere. *Tale est, quod in ecclesiæ Anglo-Saxonicæ Annalibus Alfordus suppeditat, quodque integrum huc transcribendum duxi, ratiocinium; etsi autem in hoc toto, quàm longum est,*

A *eſt, tufæ ſeu globo, quo monarchiæ ſeu ſupremi dominii ſymbolo vexillum,* Eduino, *ut Beda teſtatur, præferri ſolitum, fuiſſe ornatum hincque* tufæ *nomine diſtinctum, indubitatum apparet, crucem fuiſſe infixam, ex antiquo fideque digno ſeu ſcriptore ſeu monumento haud ſolidè probetur, re tamen ipſa fuiſſe iſthoc ſalutis noſtræ Signo globum iſtum munitum, veroſimillimum mihi vel ex eo apparet, quòd, ut Alfordus rectè obſervat,* Eduinus, *cui præferendus erat, fidem Chriſti eo ipſo tempore, quo principes Chriſtiani, Conſtantinum Magnum imitantes, vexillis ſuis cruces paſſim imprimebant, fuerit amplexus.*

ſignificandum præferri ſolita,

44 *Quare, cùm vexillum,* tufæ *nomine diſtinctum, quod è jam dictis* Eduinus *ſibi præferri vel voluit, vel permiſit, fuerit non tantùm globo, ſeu, ut ſuprà apud Alfordum à Juſto Lipſio vocatur, pilâ, ſed veroſimillimè & cruce, quæ huic eſſet infixa, ornatum, enimverò* Eduinum *ex eo, quòd vexillum hujuſmodi ſibi præferri vel juſſerit vel permiſerit, arrogantiæ & ambitionis, ut Smo-*

B *lettus vult, inſimulandum eſſe, haud perſpicio. Ita quidem non ſolùm ſeſe Chriſtianum, ſed &, ut apparet, per fidem in crucem, quam, ut ſuprà vidimus, ſeſe amplexurum, ſi à Quichelmo, ſibi inimico Occidentalium Anglorum rege, victor rediret, promiſerat, victoriam de hoc retuliſſe ſicque ſupremum in Heptarchiam dominium obtinuiſſe ac porrò obtinere, veroſimillimè ſignificârit; verùm cùm pariter non tantùm Chriſtianos ſeſe, ſed & orbis dominos, per tufam pilamve ſeu globum ſtaurophorum, Latinè, ſi ita loqui fas ſit, crucigerum, quem ſibi olim in vexillo præferri volebant, Romani imperatores (Alfordi verba, jam nunc recitata, videſis) fuerint profeſſi, neque tamen idcircò veluti arrogantes ac tumidi à quoquam traducantur, ut quid, quæſo,* Eduinum, *quòd per tufam pilamve ſeu globum, Græcè quidem, quòd ei crux eſſet infixa,* ſtaurophori, *Latinè verò* crucigeri, *nomine diſtinctum, quem ſibi in vexillo præferri vel voluit vel permiſit, non ſolùm ſe Chriſtianum, ſed & ſupremum Heptarchiæ dominum fuerit profeſſus, arrogantiæ & ambitionis inſimulemus?*

C *nec ex eo, quòd Penda Merciorum*

45 Eduinum *quidem, ad fidem jam converſum, iſtâ etiam arrogantiâ & ambitione, quam nempe vexillo, ſibi ad ſupremum ſuum in Heptarchiam dominium ſignificandum præferri ſolito, oſtenderit, univerſorum regum Anglo-Saxonum animos in ſe concitâſſe, hincque factum, ut Penda, Merciorum rex, qui, ut erat jugi impatiens, Northumbriæ regis imperio ſeſe ſubducere jam dudum quæſierat, fœdus cum Ceduallа, Britonum rege, qui tributo, quod* Eduino, *cùm victus ab hoc fuiſſet, pendere tenebatur, ſeſe eximere deſiderabat, pepigerit, amboque, junctis armis ac conſiliis, ſancto Regi bellum, in quo hic fuit occiſus, intulerint, Smolettus ſtatim poſt verba ſua proximè huc tranſcripta adjungit. Verùm quis id, quod à nullo prorſus ſcriptore antiquo memoriæ proditum invenitur, ſola ſcriptoris iſtius recentioris, ac, ut ita dicam, dumtaxat heſterni, quem pro ſuo in fidem orthodoxam odio de* Eduino, *qui hanc primus in Northumbriam invexit, non pauca, quo principis hujus famæ noceret, à veritate aliena ſcripſiſſe non immeritò quis ſuſpicetur, auctoritate in animum inducat? Cùm Paulino, in Lindiſſi etiam provincia fidem annuntianti,* Eduinus *adſtitiſſet, huicque, ut ſuprà dicta produnt, in Merciorum etiam regno, in quo provincia iſta ſita erat, auctoritate ſua propagandæ operam dediſſet ac porrò dare veroſimillimè pergeret, Pendam, horum regem, qui idolis impensè addictus infeſtiſſimuſque Chriſtianorum erat inimicus, quàmmaximè idcircò offenſum, arma in illum arripuiſſe, mihi longè vero apparet ſimilius; ut proinde, quidquid* Eduinus *à Penda eſt paſſus, veroſimillimè id totum ex odio, quo hic in fidem erat incenſus, non verò ex arrogantia ambitioneve, quâ Pendam in ſe concitârit, pertulerit.*

E *& Ceduallа, Britonum reges in eum inſurrexerint, dat probatam.*

46 *Quod modò ad Ceduallam ſpectat, hunc quidem Britoneſque, ei parentes,* Eduinus *ſubjecit ac ad tributum ſibi ſolvendum coëgit; verùm id, contrà ac Smolettus, etſi interim ſuprà contrarium ſcripſerit, hic indicare videtur, non pòſt, ſed aniequam ad fidem eſſet converſus,* Eduinus *fecit. Liquet id, ut jam ſuprà innicavi, ex iis, quæ Beda lib. 2, cap. 9 ſcribit; cùm enim, ut hic ſcriptor ibidem docet,* Eduino in auſpicium ſuſcipiendæ fidei *tantopere* terreni poteſtas imperii, *ut Brittones etiam ſibi ſubjiceret, accreverit, oportet, ut id, ne alioquin à veritate hic aberrâſſe Beda ſit dicendus, Chriſti fide nondum ſuſcepta, præſtiterit; cùm autem ſic habeat, conſectarium eſt, ut* Eduinus *nec Britones ex arrogantia ambitioneve, quâ, licèt jam Chriſtianus, fuerit inflatus, ſubjugârit ac ad tributum ſibi pendendum compulerit. Adhæc, cùm id etiam tunc, cùm ad fidem nondum eſſet converſus, non alium in finem, quàm ut Britonum, qui plùs ſemel, Scotis Pictiſque ſibi junctis, in Northumbriam irruperant magniſque hanc cladibus attriverant, vires infringeret ac ad pacem cum regno ſuo ſervandam compelleret, feciſſe videatur, ſanè jure illi, ad quod Britones eorumque regem Ceduallam adegerat, tributum debebatur, idque adeò abs illis jam Chriſtianus non ex arrogantia, ſed ex juſtitiæ titulo exegiſſe eſt cenſendus. Quod cùm ita ſit, bellum etiam, quod Cedualla, ut illius pendendi onere ſeſe eximeret,* Eduino *intulit, veroſimillimè, imò indubiè, uti etiam Beda, dum Ceduallam in* Eduinum *tum rebellâſſe lib. 2, cap. 20 ſcribit, ſatis indicat, exſtiterit injuſtum,* Eduinusque *proinde, qui in illo vitam amiſit, injuſtè fuiſſe occiſus paſſim à ſcriptoribus rectè aſſeritur.*

F

AUCTORE C. B.

DE S. SPERIA SEU EXUPERIA V.,

APUD SANCTUM-SERENUM IN CADURCIS

PRO MARTYRE CULTA,

SYLLOGE.

E Caſtellano & Mss. Notitiis.

ANNO CIRCITER, UT FERTUR, DCCLX. *Oppidi S. Sereni, quod S. Speriam pro patrona habet, ſitus.*

B

IN *ea, quam Cadurcenſis Galliæ Aquitanicæ tractus complectitur, Turenenſis ſeu Torinnenſis vice-comitatûs parte ad rivulum Babam, Gallicè, ùt à Gerardo infrà laudando in Mss. penes nos exſtantibus Notitiis & à Blavio in Geographica Cadurcii Tabula vocatur,* la Bave, *eo loco, quo hic parvam, leucis circitèr duabus à ſua cum Sera, Gallicè, ùt in Notitiis & Geographica Tabula mox citt. nuncupatur,* la Sere, *& Duranio, Gallicè* la Dordoigne, *ad horum propè Gintratum confluentes conjunctione, inſulam efficit, ſitum eſt novem circitèr Cadurco leucis Orientem æſtivum verſus S. Sereni oppidum, Gallicè* S. Seré *aut* Ceré *dictum. Id, quod à diœceſis Cadurcenſis parthenone,* Gratiæ *ſeu* Luminis Dei *aut etiam* Eremi, *vernaculâ Cadurcorum linguâ* Leime, *appellatione diſtincto, unâ dumtaxat leucâ Meridiem verſus abeſt, pro patrona ſua veneratur, quam hîc damus,* S. Exuperiam *ſeu* Speriam *virginem, Gallicè* S. Spere *aut* Sperie *nuncupatam.*

Sancta illa, quæ ibidem à Caſtellano hac die annuntiatur,

2 *Hanc hodie ſequentibus hiſce è lingua Gallica in Latinam à me converſis verbis,* Apud Sanctum-Serenum in Cadurcis S. Exuperia virgo, pro martyre ibidem in nominis ſui eccleſia honorata, vicecomitatus Torinnenſis patrona, *Caſtellanus in Martyrologio ſuo Univerſali annuntiat. Nec eſt, cur id perperam abs illo fieri, quis ſuſpicetur; etſi enim, ut, diligenti facta indagine, comperi, inter alia omnia hagiologia tum antiquiora, tum recentiora nullum planè, quod vel hac vel alia quavis die* S. Exuperiæ *ſeu* Speriæ, *in oppido S. Sereni cultæ, meminerit, inveniatur, ibidem tamen hanc quotannis die* XII *Octobris ſolenni ritu coli eſt certum, utì è jam nunc dicendis intelliges. Mss. de* S. Exuperia *ſeu* Speria *Notitiæ, Sarlato, quæ urbs duodecim dumtaxat circitèr leucis à S. Sereni oppido ſeu, ut unico locum hunc verbo exprimam, Serenopoli diſtat, ad Henſchenium noſtrum anno* 1664 *ab Armando Gerardo, Sarlatenſis eccleſiæ canonico, miſſæ, penes nos exſtant; hæ autem, quæ quampiam Latinè conſcriptam ac haud admodùm prolixam* S. Exuperiæ *Vitam diverſaſque in hanc à laudato Sarlatenſi canonico Gallicè compoſitas adnotationes complectuntur,* S. Exuperiam *hodie in S. Sereni, quod ſuprà* Sanctum-Serenum *Caſtellanus appellat, oppido coli, tum titulo, quem Vitæ iſti præfixum exhibent, tum in adnotatione, à Gerardo in hunc ſubnexa, dilucidè produnt.*

C

3 *Verba, quibus id utrobique fit, huc tranſcribo. Tituli hæc ſunt:* Vita ſanctæ Speriæ virginis & martyris, deſumpta ex hymnis, proſa, reſponſoriis, Lectionibus, Miſſa & toto Officio eccleſiæ oppidi S Sereni in territorio Cadurcino, cujus feſtum (*in eodem nempe, utì ex adjunctis liquet,* S. *Sereni oppido*) die XII Octobris celebratur; *Adnotationis verò, quam è Gallica Latinam facio, iſta:* S. Speria admodùm incognita (*martyrologis nempe aliiſque, à quorum vix ullo memoratur, ſcriptoribus*) uſque in præſentem diem fuit, etſi oppidi S. Sereni & parœcialis hujus eccleſiæ, ubi feſtum ejus XII Octobris die magna cum ſolennitate & Octava colitur, patrona ſit. *Jam verò, cùm Sarlatenſis canonicus tam quæ verbis hiſce de* S. Exuperiæ *ſeu* Speriæ *apud Sanctum-Serenum cultu, quàm alia nonnulla ad eamdem pertinentia, quæ alibi tradit, ex ipſiſmet, ùt prodit, oppidi S. Sereni incolis, rerum ad id ſpectantium peritioribus, didicerit, nec, etſi ex infrà dicendis fidei admodùm ſubleſtæ* S. Exuperiæ, *quæ titulum mox huc tranſcriptum præfert, Vita ſit, in dubium, quin, quod in hoc de Sanctæ ad* XII *Octobris diem cultu traditur, vel è ſimili vel certè haud deteriori fonte hauſtum ſit, revocari poſſe videatur, janè è jam allegatis, in S. Sereni oppido* S. Exuperiam *ſolenni quotannis ritu* XII *Octobris die coli, certum eſſe, nemo non agnoſcet. Nec tantùm, Sanctam Serenopoli quotannis* XII *Octobris die certò coli, è jam nunc datis Gerardi verbis,* F *verùm etiam, cùm parœcialis, utì hiſce affirmatur, oppidi S. Sereni eccleſiæ, in qua ibidem colitur, patrona ſit, Caſtellanum, dum verbis, ſuprà huc tranſcriptis,* S. Exuperiam *ſeu* Speriam *apud Sanctum-Serenum annuntians, ibi illam* in nominis ſui eccleſia *coli ait, haud de alia per hanc, quàm de parœciali iſta oppidi S. Sereni eccleſia eſſe locutum, rectè concluſeris. Aſt, an Sancta haud alibi etiam, quàm Serenopoli in dicta parœciali nominis ſui eccleſia colitur?*

locis etiam fortè aliis illam celebrantibus,

4 *A Caſtellano in ſuprà huc tranſcripta annuntiatione vocatur etiam* vicecomitatus Torinnenſis Patrona, *eamque in veteri ſecundum eccleſiæ Cadurcenſis uſum Breviario itemque in Sanctorum ejuſdem eccleſiæ Proprio* XII *Octobris die etiam ſignari, Gerardus poſt verba proximè recitata in jam plùs ſemel laudatis, quas compoſuit, Notitiis affirmat; hinc autem* Exuperia *non tantùm in parœciali oppidi S. Sereni, ſed & in aliis vicecomitatûs Torinnenſis diœceſiſque Cadurcenſis eccleſiis* XII *Octobris die coli non nemini forſan videbitur; verùm nec in*

tumque verè, ù probatur, ibidem, & quidem,

E

AUCTORE C. B.

A *in Mss. penes nos, ùt monui, exſtantibus Gerardi Notitiis Sancta uſquam vocatur* vice-comitatûs Torinnenſis Patrona, *nec in Sanctorum, qui in eccleſiæ Cadurcenſis Proprio cum habent, Ms. penes nos exſtante Elencho* Exſuperia *ſeu* Speria *comparet; quare, cùm Sancta, non quòd totus vice-comitatûs Torinnenſis, ſed quòd partis, in hoc ſitæ, ſeu S. Sereni, quod jam ſæpe memoravimus, oppidi patrona ſit, fuerit fortè à Caſtellano* vice-comitatûs Torinnenſis Patrona *nuncupata, nec aliam forſan ob cauſam, quàm quòd in S. Sereni diœceſis Cadurcenſis oppido* XII, *ùt dictum, Octobris die colatur, in eccleſiæ Cadurcenſis Breviario veteri Sanctorumque Proprio die illa fuerit ſignata, præter parœcialem oppidi S. Sereni eccleſiam, à* S. Exſuperia *ſeu* Speria *è jam dictis vocatam, exiſtere vel in vice-comitatu Torinnenſi vel in diœceſi Cadurcenſi eccleſias alias, in quibus vel hâc vel aliâ quâvis die Sancta noſtra gaudeat gaviſave umquam fuerit cultu eccleſiaſtico, hic pro certo, etſi interim res omni veritatis ſpecie haud careat,*

B *aſſeverare non auſim.*

pro Martyre colitur,

5 *Aſt haud multùm refert; Sanctam enim Serenopoli ſaltem ſeu in S. Sereni oppido in ſui nominis eccleſia* XII *Octobris die coli, luculentiſſimè per jam ſuprà allegata extra omnem controverſiam, quod ad inſtitutum noſtrum hic ſufficit, eſt poſitum ac proin omninò certum. Nec, quin Sancta pro martyre etiam, ùt à Caſtellano in annuntiatione ſuprà huc tranſcripta aſſeritur, Serenopoli in nominis ſui eccleſia colatur, dubitandum reor. Gerardus quidem, dum* Speriam *in Sanctorum eccleſiæ Cadurcenſis Proprio* XII *Octobris die ſignari, in Mss., quas, ùt jam monui, cum Henſchenio noſtro communicavit, Notitiis affirmat, fieri id ibidem ſic, ut à* Martyris *appellatione abſtineatur, adjungit: verùm hanc ipſomet, quo id facit, loco Sanctæ attribuit, utì etiam haud prolixæ, quam illæ è dictis complectuntur, Vitæ titulus ſuprà huc tranſcriptus. Nec hæc ipſamet, quò minùs pro Martyre apud Sanctum-Serenum ſeu Serenopoli* Exuperia *coli credatur, ullo modo obſtat. Violenta enim nece pro caſtitate ſervanda è vivis ſublatam, tradit ſicque*

C *martyrem facit; cùm autem ſic habeat, id ipſum veroſimillimè, ne dicam, indubiè, in eccleſiaſtico olim recitari de Sancta apud Sanctum-Serenum ſolito, è quo lucubratiuncula illa, ùt ſuprà huc tranſcriptus, quem præfert, titulus fidem facit, accepta eſt, Officio tradebatur, cúmque adeò, quin per hoc* S. Exuperia *pro Martyre olim fuerit in S. Sereni oppido cúlta, dubitari haud poſſe videatur, ibidem illam hodieque pro Martyre pariter, non quidem jam dicto, quod è dicendis periit, eccleſiaſtico Officio, ſed alio quocumque modo coli, credendum exiſtimo.*

re etiam ipſa martyrium, utì hîc memorata, quæ, quamvis ſubleſtæ fidei ſit,

6 *Neque verò pro Martyre immeritò colitur. Re enim ipſa, ùt apparet, ſubiit martyrium, utì mox docebo, cùm primùm de illa ejus haud admodùm prolixa, cujus jam plùs ſemel memini, Vita nonnulla protulero. Ipſomet, quo Gerardus floruit, ſec.* XVII *ſcriptam eſſe, ac ab ipſomet etiam, à quo erat contexta, auctore, cùm jam (unde fraudis ſuſpicionem non immeritò forſan conceperis) eccleſiaſticum, è quo fuerat accepta, Officium periiſſet, communicatam ſecum fuiſſe, Sarlatenſis is canonicus in Notitiis, quas ad Henſchenium noſtrum miſit, affirmat; cùm certa autem illi hac in re fides adhibenda ſit, enimverò lucubratiuncula illa magnam ſibi nec ab auctore, à quo, nec ab ætate, quâ litteris fuit mandata, auctoritatem adjungit. Nec ipſamet, ſecundùm ſe ſpectata, id facit. Ferè enim, ni vehementiſſimè fallar, tota, quanta eſt, commentitia eſt, nec facilè futurum opinor, ut à quoquam, qui vel utcúmque critices fuerit peritus, pro vera hiſtoria habeatur. Mihi certè, ut inter ſincera & genuina probæ notæ Acta recenſeatur, eoque nomine locum in Opere noſtro obtineat, apparet planè indigna. Attamen, cùm admodùm è dictis prolixa haud ſit, Syllogiſque, quas haud rarò de eccleſiæ Græcæ Sanctis adornamus, elogia, quibus hi à Græcis ornantur, intexere, etſi etiam fabulis ſubinde fœdata, ſi modò nimis prolixa haud ſint, ſoleamus, noſtræ huic de* S. Exuperia *Syllogæ illam ejus Vitam haud admodùm prolixam, utcúmque etiam commentis deturpata appareat, pariter intexere eſt viſum, primò quidem, ut ea lucubratiuncula, cùm ſic ſibi fuerit ob oculos poſita, ipſemet per ſe ſuum*

E *queat ſtudioſus lector ferre judicium diſpicereque, an re etiam ipſa ferè tota ſit, ùt dixi, commentitia; deinde verò, ut, cùm eccleſiaſticum, è quo dicta Vita deprompta, modò ſit, utì è Gerardo jam monui, deperditum Officium, utcúmque ſaltem, quid in hoc memoriæ fuerit proditum, unuſquiſque ex illa, quod non nemini forſan accidet haud ingratum, intelligere haud difficulter queat.*

noſtræ tamen huic

7 *Sequentibus his concipitur verbis:* Serenus, in altiori Aquitania uberioris ejus ſoli, quod intra montium Arvernorum, Durannii & Sileris fluminum, Tutelæ, Bribatæ (*Gallicè* Brive la Gaillarde) & Sarlati ambitum continetur, potens dominus Blandiniam paris nobilitatis & pietatis duxit uxorem. Ex illis nati ſunt Clarus, mox Speria in arce Sancti Sereni, nobiliſſimi Turennæ vicecomitatus urbis notiſſimæ. Clarus poſt navatam litteris operam militaris artis peritiam domandis equis, ludi-haſtio & aliis adumbratæ militiæ exercitiis, quæ tanti nominis hæredem decebant, per electos magiſtros ediſcebat. Mirabantur in prima ætatula parentes Speriæ animum velut

F pignus è cælo delapſum. Ejus in oculis divina quædam cælitum flamma & ſcintillæ fidei elucebant, pro crepundiis crebri in altum intuitus, raræ pietatis notæ & futuræ ſigna charitatis. Vix pubertatis annos attigerat, cùm arctioris vitæ regulam & ſeverioris religionis cultum profeſſa, non in fericis & pretioſo linteamine; verùm in cilicio & cinere Dei miſericordiam jugibus lacrymis depoſcebat. Tandem Serenus & Blandinia è vivis ſublati ſunt, relictis duobus ampliſſimæ domûs hæredibus.

de Sanctæ Syllogæ

8 Interea Ælidius, nobiliſſimi illius agri cum Claro & Speria jure partiario dominus, Clari populos, violato fœdere ruptiſque affinitatis vinculis, aperto marte divexabat; contra Clarus relictum ſibi à parentibus jure hæreditario dominium armis tuebatur; inde latrocinia, cædes & ubique civium ſtrages; verùm à tot malis ceſſatum eſt, Speria, quam Ælidius mira formæ venuſtate deperibat, tabulis ſponſalibus ſibi oppignerata: ſed jam ſponſalis thori expectabatur apparatus,

AUCTORE C. B.

cùm virgo connubium exosa & cæleſtis Sponſi, cui virginitatem voverat, amore ſaucia, nocte intempeſta clàm domo ſecedens, rectà pergit in vaſtam Heremi ſolitudinem, in cujus meditullio annoſa & concava patulis diffuſa ramis extendebatur quercus, juxta quam fons luciditſimus, cujus rivulum, foras erumpentem, eadem, quæ genuerat, terra ſorbebat. Viſa eſt ſibi Virgo oblatas hac in arbore à ſuperis ædes*, mox in ejus ſinum præ ſenio hiantem & concavum, qui templum ſimul & hoſpitium præbebat, ſeſe latenter abdidit, conſciâ ex familiaribus unâ, quæ illam ſtatis temporibus, cibum, ne deficeret, allatura, ſecretò adiret; ibique pronubante amore cum cæleſti Sponſo cæleſtem vitam ducebat. Nec defuerunt dæmoni nocendi artes, qui, juvenis virginis ſpeciem & habitum ferens, blandè Speriam aggrediens hortatur, ut, relicta ſecum vaſta ſolitudine, quæ diu tenuit afflictas, lares patrios unà adeant, ibi uberem fortunam, egregias nuptias & dulces natos ſine ſalutis diſpendio conſecuturæ: tum
B Virgo ſigno Crucis armata inſidiantem fugavit inimicum.

ſupple cernere

9 Res inter Clarum & Ælidium compoſitæ haud ſteterunt, &, quod priùs exſtinctum fuerat, belli incendium, reviviſcentibus paulatim Elidii odiis, periculoſiùs exæſtuabat, quòd Speria pro pacis conditionibus ſibi conjux non cederet. Verùm, ut innoxio civium ſanguini parceretur, miſſo in compendium bello, Clarus ab Ælidio per caduceatorem ad ſingulare certamen provocatur. Acceptâ pugnæ copiâ aſſignatoque certamini loco, Clarus in armis præſtò fuit, ſed libuit priùs rurſum inveſtigari Virginem, quæ ſæpiùs quæſita & nuſquam inventa in vaſto quodam ſolitudinis ſpecu vitæ ſolitariæ cupida forſan latitaret. Cingitur illicò multa indagine lucus, & ſiqua pars dumetis denſior aut ſaxis aſperior vel vallibus depreſſior, ea ſagaciùs luſtratur. Cùm ecce, ex gentilitate non Hamadryadum una, ſed in concava quercûs alvo viva Speria. Curritur ad ſpectaculum & quærentium turba circa Virginem glomeratur. Tum
C Clarus in charos Germanæ inſertus amplexus poſt lacrymas hortatur, ut, relicta ſolitudine deſertoque carioſo, feræ potiùs quàm clariſſimæ Virginis, habitaculo, brevi * vagantis bubulci libidine dehoneſtanda aut lupis rapacibus diripienda, domos ſplendidas repetat, artus jejuniis inanes & loci fœtore marcidos cibo refoveat, & Ælidii connubium, pacem communibus populis conciliaturum, inire non recuſet.

adde alioquin

10 Cui paucis Virgo, ſe mortem in hac latebra contemnere, ut mortem evadat, cibo non egêre, quæ in Deo eſuriem non ſentiat, & Ælidii connubium ſpernere cæleſti Sponſo copulata*, Ælidius, lacrymis, promiſſis, obſecrationibus *, minarum tandem machinas adhibet, cùm Virgo, ſacri propoſiti tenax, virginitatis ſuæ, Chriſto dicatæ, impium avertit deprædatorem. Hic, repulſæ injuriâ truculentior factus, amoris ſimul & odii æſtro percitus, evaginato gladio virgineum fudiſſet ſanguinem, ſed ferrum circa illius cervicem torpuit innoxium, imbellem manu expavit Ælidius, & victam dexteram, gladio dilabente, miratur; ſed Virgo, veniâ percuſſori datâ, exſecandam ultrò præbet cervicem. Vi-

lectori hic exhibetur,

l. copulatam
adde fruſtra impenſis

detur Virgo poſt necem viva, truncus in ſuo non volutatur ſanguine, ſed ſtupendo miraculo ambabus ulnis caput arripuit, & pretioſâ ſarcinâ onuſtus, ad rivi oſtium (qui à percuſſoris barbarie in hunc uſque diem Barbarés nuncupatur) ubi Babæ fluviolo immiſcetur, detulit; ibique primùm ab incolis eccleſia Virginis nomini & ſacris exuviis conſecrata, & urbs celebris ædificata in Speriæ Serenæ clientela, poſtmodùm Sereni patris vocabulo dicta, cùm Clarus & Ælidius, oſtenti novitate & facti immanitate perciti, frondibus arborum tecti & nullibi tuti per totam bacchantur ſolitudinem. D

Vita ejus cùm hic citato, qui id anno circitèr 760 ſignat, auctore fert, ſubiiſſe

11 *Talis eſt, quam titulus ejus, ſuprà huc tranſcriptus, Sanctæ noſtræ* Vitam *vocat quamque integram huc tranſcribendam duxi, lucubratiuncula. Modò illam attento animo ſtudioſus lector expendat, nec dubito, quin planè, qualem jam dixi, commentitiam judicaturus ſit. Verùm, utcúmque fabuloſa ac veritatis ſpecie deſtituta videatur, verè tamen Sanctam martyrio, ùt memoriæ prodit, occubuiſſe, apparet credendum. Cùm enim idipſum in eccleſiaſtico, è quo illa accepta, Officio fuerit etiam, ùt jam ſuprà docui, memoriæ proditum, martyrio Sanctam è Vita exceſſiſſe, oppidi S. Sereni incolæ veroſimillimè jam dudum, cùm ad eorum eccleſiæ uſum Officium illud fuerat compoſitum, crediderant; quare, cùm antiqua, quæ id ferebat, videatur apud illos viguiſſe traditio, eſſe enimverò videtur, cur ob hanc, cùm traditiones hujuſmodi, dum nihil abſonum verove prorſus abſimile continent, rejiciendæ haud facilè ſint, martyrio ad Superos evolâſſe* Exſuperiam, *credendum exiſtimetur. Verùm quandonam id factum? Gerardus verbis Gallicis Latinè à me redditis in jam ſæpiùs laudatis, quas beneficio ejus poſſidemus, Notitiis ſic ſcribit:* In Chronologica epiſcoporum Cadurcenſium Tabula, à D. Vidal compoſita, in hominum quidem ſanctitate illuſtrium columna S. Speria V. M. Cadurcenſis martyrium in eremo (*eo nempe, prope quem num.* 1 *laudatum ſacrarum Virginum monaſterium modò cernitur, loco*) anno circitèr 760 paſſa ac in S. Sereni oppido aſſervari traditur; in perſecutionum verò columna Ælidius, Cadurcenſis tyrannus, caput S. Speriæ anno 760 amputâſſe aſſeritur. *Recentiorem, imò Gerardo dumtaxat æqualem, qui hic laudatur, D. Vidal exſtitiſſe, non obſcurè, quæ verbis modò huc tranſcriptis ipſemet Gerardus mox ſubjungit, produnt.* E

conjecturaque, partim à Sanctæ reliquiis, quæ, cùm is floreret, Serenopoli haud ampliùs

12 *Verùm, etſi ita ſit, epocham tamen, quæ per iſthæc Sanctæ noſtræ martyrio aſſignatur, ſuprà in margine, ità ſcilicet, quo id ſubierit, tempus, loquendi tamen modo, ùt* fertur, *ut animum de re dubium oſtendam, adjuncto, pro more noſtro ab ipſo ſtatim initio indicans, adſcripſi, tum quòd à vero alienam lutulentove è fonte hauſtam, probare haud poſſim, tum quòd eamdem Caſtellanus, hodie* S. Exuperiæ *annuntiationi annum circitèr 760 in margine adſcribens, ſit amplexus. Noſtræ interim Sanctæ corpus in S. Sereni oppido fuiſſe adhuc Gerardi ætate ſervatum, ab eodem, ùt per verba jam nunc recitata hic teſtatur, auctore, qui martyrium illius vel anno 760 vel circa hunc ſignat, aſſeirtur, idque certò à veritate, quod ſanè fidem ejus atque auctoritatem utcúmque elevat, alienum eſſe, Gerardus, ab* F

ipſiſmet

A *ipſiſmet oppidi illius incolis probè, quid de re ſit, edoctus, affirmat; cùm autem, ùt addit, ſacrum illud pignus, cùm diu fuiſſet Serenopoli ſeu in S. Sereni oppido ſervatum, ætate ſuâ inde eſſet à longo jam tempore ad quempiam, qui ignoratur, Lemovicii ſeu territorii Lemovicenſis locum tranſlatum, hinc ſimul & præcipuè ex eo, quòd Sancta non tantùm* Speria *ſeu* Exuperia, *ſed &* Serena *fuiſſe vocata ſub Vitæ ſuprà huc tranſcriptæ finem indicetur, eſſe eam à S. Serena, cujus & S. Gemmæ corpus apud Stirpem ſeu in Stirpenſi, quæ in diœceſi Lemovicenſi ſitâ eſt, Ordinis S. Auguſtini abbatia, vernaculâ Lemovicum linguâ* l'Eſterp *aut* l'Eter *nuncupata, quieſcere, apud Labbeum Biblioth. Novæ Mſs. tom. 2, pag. 287 in Gaufredi, Prioris Voſienſis, Chronicis aſſeritur, haud diverſam ſeu diſtinctam, conjectando opinatur.*

fuerunt, petita, aliaque item, de S. Sereni oppido hîc propoſita,

13 *Nec quidquam, ob quod conjectura hujuſmodi mihi admodùm diſpliceat, occurrit; aſt, verane ſit, an falſa, ſcire parum intereſt, cùm dictæ abbatiæ eccleſia unà cum ſacris, quæ in hac ſervabantur,* SS. Serenæ, *Gemmæ & Gauterii, abbatiæ ejuſdem fundatoris, reliquiis ſec.* XVI, *utì ex iis, quæ Gerardus ſuprà à ſe jam allegatis addit, intelligo, à Calviniſtis, ſacra omnia ſuſdeque in Gallia tunc vertentibus, fuerit combuſta. Plura itaque de conjectura, à Gerardo, ùt dictum, ex eo potiſſimùm, quòd Sancta fortè exſtiterit binominis, ſeu non tantùm* Speriæ, *ſed &, ſi Vitæ ejus fides ſit, ſortita fuerit* Serenæ *nomen, formata, haud addens, modò hîc aliam, inde pariter potiſſimùm formatam ſeu petitam, lectori propono. In vicecomitatu Torinnenſi tractuque Cadurcenſi ad rivulum Babam eo loco, quo hic, ùt ſuprà docui, parvam inſulam efficit, caſtrum, à vicecomitatu illo dependens, oppidumque ſitum eſſe, Gerardus in ſua, quâ præcipuè de hoc in ſæpiſſimè jam laudatis Notitiis agit, Adnotatione præfatus, in veteribus Actis caſtrum id quidem à S. Sereno, oppidum verò à* S. Speria *nuncupari mox adjungit; cùm autem S. Serenus presbyter confeſſor, in Opus noſtrum ad ſecundam, quâ Faſtis ſacris exſtat inſcriptus, Octobris diem jam illatus, non in vicecomitatu Torinnenſi Cadurcenſive tractu, ſed procul inde in Campania Galliæ colatur, nec Serenus, qui Sanctæ pater exſtitiſſe in hujus Vita ſuprà huc tranſcripta tradi-*

C

tur; pro Sancto uſquam habeatur, ſuam umquam vel abs hoc, ùt in Sanctæ noſtræ Vita ſub finem traditur, vel abs illo appellationem traxiſſe, quod modò S. Sereni oppidum *dicitur, haud credo; aſt id ego, cùm primùm* S. Speriæ *nomine (hoc enim in veteribus Actis, teſte, ùt mox docui, Gerardo, nuncupatur) fuiſſet inſignitum, fuiſſe pòſt, priori iſthac nomenclatione antiquata, à ſecundo è binis, quibus Sancta noſtra ſub Vitæ ſuæ ſuprà huc tranſcriptæ finem vocatur,* Speriæ & Serenæ *nominibus* S. Serenæ oppidum *vocatum, tantumque temporis lapſu, ut fuerit non* S. Serenæ, *ſed, nominis hujus terminatione feminina in maſculinam ex errore mutata,* S. Sereni oppidum *appellatum ac porrò hodieque appelletur, factum eſſe, vehementiſſimè ſuſpicor, imò &, quantùm conjectando licet, opinor.*

AUCTORE C. B.

haud ſpernenda videtur.

14 *Et verò eſt, cur tam conjectura iſthæc, quàm alia, è Gerardo mox adducta, haudquaquam ſpernenda videatur; hinc autem fit, ut neſciam, an non præſtet, ut, quod modò* S. Sereni oppidum *dicitur, non iſthoc, ſed alio,* E *quo jam ſuprà à me fuit vocatum,* Serenopolis *nomine, cùm ſic ſive vera, ſive falſa mea modò hîc propoſita conjectura ſit, appellari queat, nuncupetur. Adhæc cùm paulò infrà, ùt Gerardus in Notitiis ſæpiſſimè jam memoratis docet, S. Sereni oppidum ſeu Serenopolim locus, quo rivulus ſeu torrens,* Barbares *vocatus, Babæ immiſcetur, ſitus ſit, non minùs dubitandum reor, an loco iſto, ad quem Sancta jam necata, ſi quæ ſub Vitæ ejus jam datæ finem narrantur, vera ſint, caput ſibi amputatum ſtupendo planè, ſed multis etiam aliis martyribus à fabulatoribus affecto, miraculo detulerit, conditum fuiſſe* S. Sereni oppidum *rectè ibidem dicatur, quàm, an ex ipſomet nomine* Barbares, *quo fuerit etiam ante* S. Speriæ *martyrium torrens iſte vocatus, factum non ſit, ut, nomen iſthoc ei à barbara, quâ in Sanctam fuerat ſævitum, immanitate inditum fuiſſe, fuerit confictum. Nec aſſeverare auſim, è ſimili comminiſcendi licentia ortum non eſſe, ut pariter, cùm Sanctam pro caſtitate ſervanda ab Ælidio, Cadurcenſi tyranno, fuiſſe occiſam, vel è traditione vel aliunde haberetur compertum, concupitum abs hoc cum illa connubium omniaque ferè, quæ inde nata in Sanctæ noſtræ Vita dicuntur, fuerint conficta.*

F

AUCTORE D. A. B.

DE SS. AMICO ET AMELIO,

PRO MARTYRIBUS CULTIS,

MORTARIÆ IN DUCATU MEDIOLANENSI

SYLLOGE CRITICO-HISTORICA.

Cur Sancti Mortariæ annuntiati ; eorum nomen ſacris Faſtis inſertum : cultus eis exhibitus : quo circitèr tempore mortem obierint : quid de eorum martyrio ſentiendum & qualia eorum Acta.

B CIRCA ANNUM DCCLXXIII. *Mortariæ annuntiantur Sancti,*

Plerique martyrologi, qui Sanctorum noſtrorum hodie meminêre, eos nullo in loco reponunt. Molanus tamen in ſua, quam minoribus typis expreſſit, annuntiatione Papiæ Amelium & Amicum *collocat ; verùm cùm in hac civitate nec occubuiſſe, nec cultos aut in eorum ſacris exuviis olim hic aſſervatis honoratos fuiſſe conſtet, non eſt ſanè, cur hic annuntiandos eſſe exiſtimem. Caſiellanus in ſuo generali Sanctorum Mrl. ſic annuntiationem ſuam è Gallico ſermone in Latinum à me converſam contexit :* Inter Novariam & Papiam ſancti martyres Amicus & Amelius, quorum reliquiæ Mortariæ aſſervantur. *Nec ab hujus martyrologi mente multùm recedo, Sanctos noſtros Mortariæ ſignans, cùm hoc oppidum inter Novariam & Papiam ad amnem Gognam poſitum, teſte Baudrando,* vix 4 milliaribus diſtet à Viglebano in Occaſum Hybernum, 10 à Novaria in Ortum Hybernum & 24 à Ticino urbe in Occaſum, Vercellas verſus 18. *Ea dumtaxat ratione permotus, Mortariæ annuntiandos*

C *eſſe, duxi, quòd, licèt, ùt videtur, hic non occubuerint, per multa tamen ſecula eorum reliquiæ, ùt mox dicturus ſum, religioſo cultu fuerint in hoc oppido aſſervatæ. Itaque hac de re præmonito lectore, nonnulla ad eorum cultum & hiſtoriam ſpectantia dicere aggredior.*

2 *Ex antiquis martyrologis, quos* Claſſicos *vocant,* Amelii & Amici *nomen ſuis Faſtis nullus inſcripſit. Eorum tamen memoriam Florarii noſtri Ms. auctor, qui circa annum* 1486 *Opus ſuum abſolvit, hac die celebrat verbis, quæ ſubdo :* Paſſio beatorum militum Amelii & Amici tempore Karoli Magni anno Salutis DCCLXX, cujus alter eorum gener exſtitit, quorum mortem in conſpectu Domini pretioſam, evidens miraculum, in eorum ſepultura oſtenſum, declaravit. *Eoſdem recolunt Mrl., quod* Matric-Cartus-Ultrajectens. *Sollerius in ſuis ad hodiernam diem Uſuardi Auctariis vocat, ſcriptor & Grevenus, cujus ſat prolixo ſtilo conflata annuntiatio ſic habet:* Sanctorum Amelii & Amici, quorum miri a

Mrll. recentioribus

gnus contra Deſiderium Longobardorum regem in Italia geſſit, multis pollentes pietatis operibus, cum aliis multis interfecti, martyrii palmam adepti ſunt. *Molanus, ex Greveno de Sanctis noſtris in editione anni* 1568 *omnia deſcribens, in editione anni ſequentis Minoribus typis hæc tantùm ſubminiſtrat :* Papiæ ſanctorum martyrum Amelii & Amici, quos rex Deſiderius occidit in bello contra Carolum Magnum.

3 *Cur autem Maurolycus in ſuo Mrl., Petrus Eſquilinus in Sanctorum Catalogo lib.* 9, *cap.* 21, *& Sauſſayus ad diem* 4 *Octobris* Amici & Amelii *mentionem inſtituerint, haud mihi eſt perſpicuum. Cùm enim duodecima Octobris eccleſia Novarienſis eorum feſtum celebret, hinc meritò hac die annuntiandi fuiſſe videntur, licèt fortè quarta die hujus menſis aliqua propter qualemcumque eorum tranſlationem facta fuerit Sanctorum noſtrorum memoria. Sacras eorum exuvias Mortariæ haud ignobili Ticinenſis agri oppido, olim ad Novarienſem, nunc ad Vicevenenſem diœceſim pertinenti, pio cultu aſſervatas eſſe, nos docet Caſtellanus. Idem aſſerit in Catalogo Sanctorum, qui in Romano Mrl. deſunt, ab ipſo contexto Ferrarius, ubi interim in Notis, ſingulis diebus ſubnexis, Sanctos noſtros nullo Officio eccleſiaſtico coli, haud rectè, ùt ex mox dicendis lector intelliget, obſervat.*

& quidem die 12 Octobris inſcripti,

F

4 *Et quidem de* SS. Amelii & Amici *cultu inquirenti occurrunt, quæ in ſuis libris ad Novarienſis Eccleſiæ Hiſtoriam ſpectantibus, anno* 1612 *editis habet pag.* 23 *illuſtriſſimus D.D. Carolus à Baſilica petri, qui hanc eccleſiam ab anno* 1593 *ad* 1615, *ſcribente Ughello Italiæ Sacræ tom.* IV, *col.* 727, *moderatus fuit.* Coluntur, *inquit,* etiam ùt martyres Amicus & Amelius. Primi nomine cappella inſtituta eſt in eccleſia cathedrali, & ejus Officium in eccleſia celebrari ſolet 12 Octobris. Alia quoque Mediolani inſtituta memoratur. Sunt Novariæ, qui ejus causâ Amici nomine appellantur, & Mediolani. De horum, uti Sanctorum & Martyrum cultu, nihil in Mrliis inveni, præterquam in Additamentis Molani ad Uſuardum eodem die 12 Octobris....., ubi ea nota additur, quâ non ſatis certam Sanctorum notitiam au-

qui in eccleſia cultu publico, ùt hic narratur,

ctor

A ctor declarat. Vincentius in Spec. lib. 23, cap. 162 de eorum Vita multa habet, neque omnia verisimilia; quæ etiam refert S. Anton. in Histor. Octavi Seculi tit. 14, cap. 16, non tamen omnia probans. Atque de eorum sacro cultu hi quidem nihil dicunt, tantùm Francos fuisse, pios & nobiles viros, moribus & vultu persimiles; qui post multa, cùm in exercitu Caroli Magni essent, in pugna contra Desiderium regem Longobardorum Mortarii eodem die occisi sunt; cùm eodem quoque nati ac baptizati fuissent. Immò cùm duabus arcis condita essent Caroli jussu eorum corpora; altera quidem Amelii in ecclesia sancti Petri, altera verò in ecclesia sancti Eusebii, quæ dicta est Regalis, collata: postridie utramque narrant in ecclesia regali fuisse inventam. Erat autem ea Mortariæ pars, in qua duæ ecclesiæ constructæ sunt, in diœcesi Novariensi, quæ pars postea Vicevenensis diœcesis, utì dicetur, facta est. De iis Viris, *pergit illmus auctor*, etiam scriptores Rerum Mediolanensium & Robertus Gaguinus
B lib. 4 de Rebus gestis Francorum. Horum utì Martyrum Vitam conscripsit Boninus Mombritius, eadem penè quæ S. Antoninus, referens..... Quibus auctoribus confirmatur opinio, dimicàsse Desiderium cum Carolo eo loco, ita ut à multitudine mortuorum Mortarii seu Mortariæ nomen acceperit. Ac perquirentes, si quid memoriæ aut monumenti horum Virorum ibi reliquum esset, cognovimus, arcarum etiamnum manere vestigia & eorum imagines militari corporis habitu. Præterea Mortarienses à majoribus accepisse, quòd corum corpora fuerint in ecclesia S. Albini: quódque ab improbo quodam Sardonio pretio tradita sint Casalensibus; quamquam apud Casalenses nullam rei memoriam reperi.

gavisi sunt, & qui,

5 *Hæc illmus episcopus: ex quibus Sanctos nostros Fastis ecclesiasticis à multis jam seculis insertos, eos in ecclesia saltem Novariensi sacro cultu gavisos,* Amici *nomini dicatam tum Novariæ, tum Mediolani capellam, perantiquum exstare cultum Sanctis exhibitum, ac proin eum in ecclesia esse retinendum, procul dubio patescit. Iis igitur mox recitatis monumentis, cultûs San-*
C *ctis exhibiti tota adstruitur veritas: cætera verò, quæ sive ad eorum historiam sive ad tempus, quo vitam mortalem cum immortali commutárunt, sive tandem ad mortis genus, quo martyrii laureâ donati sunt, spectant, cum nulla de his exstent monumenta, certò definire non ausim. Attamen, quæ à veri specie circa hæc minùs abhorrent, hic lubens edocebo.*

licèt in bello contra Longobardos anno 773,

6 *Sanctos Viros in bello adversus Desiderium Longobardorum regem à Carolo Magno suscepto occubuisse, unanimi verborum consensu asserunt Martyrologiorum scriptores & diversa Actorum apographa sive edita sive Mss., quæ in Museo Bollandiano asservantur: idem fert Novariensium traditio, de qua illmus auctor, cujus verba recitavimus. Igitur ante annum 773, quo Adriani Papæ epistolis excitatus Francorum rex Desiderio, qui Ecclesiæ Romanæ civitates & bona invaserat, bellum indixit, Sanctorum mors signari nequit. Imò illam ante mensem Novembrem hujus anni obtigisse, haud invitus dixerim. Nam cùm secundùm Anastasium Bibliothecarium in Vita Hadriani Papæ, inter Galliæ scriptores tom.* v, *pag.* 458 & 461 *edita*, per sex mensium spatium *Papiensis civitas ab Francorum exercitu obsessa, non nisi post Paschale festum, quod anno* 774 *in primam Aprilis diem incidebat, in Caroli ditionem redacta fuerit; hinc fit, ut Franci à mense Novembri ineunte anni* 773 *aut fortè sub ejusdem anni mensis Octobris finem hanc urbem obsessam tenuerint: proindeque Sanctos nostros die* 12 *Octobris, quâ ecclesia Novariensis diem eorum festivam celebrat, mortem passos fuisse, verosimillimum est. Hinc emendandus occurrit Florarii nostri auctor, qui* Amelii & Amici *mortem anno* 770 *annectit. Enimverò Carolus Magnus nec tum Longobardorum regi, cujus filiam matrimonio hoc anno adsciverat sociandam, indixerat bellum, nec Adrianus ipse, cujus precibus excitatus adversus Desiderium Carolus movit, in summum Pontificem fuerat assumptus: rectius igitur anno* 773 *in notulâ chronicâ, ad Sylloges hujus initium positâ, diem Sanctis emortualem affigendum existimavimus.*

AUCTORE D. A. B.

non in continuo dierum aliquot, F.

7 *Ast fortè, inquies,* Amelium & Amicum *in prælio per plures dies commissò, cecidisse, narrat Sanctorum nostrorum biographus, cùm nempe, superatis Alpium rupibus, Francos inter & Longobardos ita Mortariæ dimicatum est, ut ex ingenti mortuorum numero Mortaria nomen acceperit. Verùm isthæc pugna Mortariæ commissa à Muratorio Italiæ Annalium tom.* 4, *pag.* 357 *inter aniles fabulas meritò rejicitur: hujus enim non meminêre scriptores, quos tom.* v *Gallicorum Scriptorum collectioni suæ Bouquetus inseruit. Et quidem pag.* 138 *Poëta Saxonicus, qui Arnulpho imperatori advixit, sic habet:*

Transcensis igitur horrendis Alpibus instar
Turbinis Ausoniæ duplex exercitus arva
Irruerat, latè regnum vastans opulentum.
Jamque metus cunctos Francorum perculit ingens.
Nam Desiderium primo qui bella parabat
Se frustra Carolo sperans obsistere posse,
Congressu necdum facto, terrore fugavit.

Idem scribit Eginardus in Annalibus suis, in Collectionem Bouqueti à pag. 202 *illatis.* Superato, *inquit*, Alpium jugo, Desiderium regem frustra sibi resistere conantem citra congressum fugavit. *Ita etiam alii ferè omnes chronologi,* F *quorum textus hic referre superjedeo. Proindeque Sancti nostri in certamine generali, quod tum minimè datum fuit, cadere nequierunt: inter fabulas ergò, quidquid de eorum morte & sepultura narrat eorum biographus, est amandandum.*

sed in velitari prælio fuerint occisi,

8 *Verùm parvi admodùm ponderis est, quod hic & in tota Sanctorum nostrorum historia, quam contexuit, scribit ille, quisquis fuerit, auctor.* Amelium *enim &* Amicum *in acie instructâ, seu in prælio per dies aliquot continuato non occidisse, sed & nullum cum consertum fuisse simile prælium, cum Muratorio existimo. Verùm, levem saltem aut velitarem pugnam inter aliquos utriusque exercitûs milites exstitisse, dum Desiderius Carolo obviam cum copiis suis processit, nemo, ùt opinor, inficiabitur. Illud sanè innuere videntur, qui de hoc bello sermonem fecerunt, nonnulli scriptores: Ado enim ad annum* 773 *scribens hæc habet:* Desiderius rex tum juxta clusas Longobardorum exercitum composuerat; sed impetum Francorum sustinere non valens, Papiam refugit. *Rem etiam haud obscurè narrat annalista Metensis, cujus Opus Bouquetianæ*

AUCTORE D. A. B. *Collectioni tom.* v *à pag.* 341 *est insertum. Verba ejus hæc sunt :* Rex Karolus castra metatus est è regione Sclusarum : sed vallum Langobardi defendebant. Misit autem Karolus legationem ex probatissimis militibus per difficilem ascensum montis, qui, transcenso monte, Langobardos cum Desiderio rege suo in fugam converterunt. *Iis consonat Hermannus Contractus ad hæc dictum annum sic scribens :* Italiam petit Carolus & Clusis VI POTITUS Desiderium fugientem Papiæ obsedit. *Fugientes Longobardos Francos injecutos fuisse, diversis verbis tradunt Anastasius in Hadriani Vita apud Bouquetum tom.* v, *pag.* 461 *& Frodoardus in versibus à Bouqueto pag.* 463 *recusis. Proindeque Desiderius vim vi statim oppossuit, dein terrore fractus Papiam, insequentibus Francis, aufugit. Quis autem Sanctos nostros aut in prima hac conflictatione,* cum probatissimis viris *contra Desiderium fortè immissos, aut secundo fortè conflictu, dum Longobardos fugientes Franci injequerentur, occidi potuisse eorumque corpora, jubente Carolo Magno, Mortariæ,* B *quâ via ad Papiensem urbem patebat, humo tradita fuisse, tanquam à veri specie alienum crediderit ? Nec certè hæc ab illis, quæ auctores tradunt, dissonant, sed prælium aut quamdam saltem conflictationem, inter utriusque exercitûs milites, in Alpium faucibus exstitisse, claris verbis docet Salernitani Chronici, inter Rerum Italicarum Scriptores tom.* 7 *editi, auctor, qui post medium seculum* XII *Opus suum contexebat, ad annum* 773, *col.* 149 *sic scribens :* Superato Alpium jugo, Desiderium regem, frustra sibi resistere conantem, commisso bello vicit atque fugavit. *Et hoc sanè sufficit, ut ecclesiæ Novariensis sarta tectaque maneat de Sanctis nostris traditio. Ergóne hi in bello contra Desiderium suscepto occisi, tanquam Martyres sunt habendi ?*

9 *Etsi* Amicus *&* Amelius *nec in odium fidei aut justitiæ causâ enecti fuerint : attamen piâ fidelium credulitate tamquam Martyres habiti sunt ; nec iis seculis res admodùm insolita erat : Sanctis quippe nostris accidit, quod multis aliis, ab improbis hominibus nefariè occisis, qui tamquam Martyres coluntur, obtigisse asserit Bollandus tom.* 1 *Januarii pag.* 391, *S. Canuti regis Acta illustrans : haud pauca similis martyrii exempla deprehendet, qui vasti hujus Operis tomos lustraverit. Nonnullos etiam verbo Martyr in suo Glossario appellat Cangius, qui nec in religionis odium nec justitiæ causâ enecti, martyrii tamen honore donati fuerunt : quod & de Sanctis nostris dicendum autumo. Cùm enim illi in bello contra Longobardos, à multis annis Ecclesiæ bonis infestos, & quorum nonnulli fortè adhuc, ùt apparet, ethnicorum superstitionibus erant addicti, occubuerint, hinc, ùt opinor, Novarienses & alii eos tamquam Martyres habendi, occasionem arripuerunt.* *sicut Martyres fuerunt habiti.*

10 *Sanctorum nostrorum Acta jam dudum Vincentius Bellovacensis, S. Antoninus, Mombritius & nonnulli alii hagiologi in suas lucubrationes intulerant. Duo eorum apographa, è vetustissimo monasterii Sithiensis codice & ex Rubrævallensibus schedis descripta, quæ ab editis non differunt, in Museo Bollandiano invenimus ; sed in omnibus nihil videbit lector, quod factis historicis aliunde notis contrarium non sit. Ex eo enim, quòd ambo militiæ nomen dederint & eadem die in prælio occubuerint, hinc eos eodem die natos & sacris undis ablutos, moribus, genio vultu adeò similes fuisse, ut unus ab altero vix distingui quiret, asseruit, quicunque illorum Acta, nescio, quo seculo, scripto commisit. Mittò alia commenta, quibus scatent, quæ apud nos exstant apographa aut ab hagiologis edita fuerunt. Ne igitur inutili mole gravetur hoc Bollandianum Opus typis hîc ea recudenda non existimo.* *Acta eorum edenda non videntur.* E

DE S. RODOBALDO EP. CONF.

C TICINI IN LONGOBARDIA

J. B. F. SYLLOGE HISTORICA.

De cultu, tempore episcopatûs & gestis.

ANNO MCCLIV. *Sanctus, cujus memoria*

Ticinum, aliàs Papia, urbs Italiæ non ignobilis, ac regia olim Longobardorum, ad amnem Ticinum sita, inter varios ecclesiæ suæ sanctos antistites colit S. Rodobaldum, *secundum istius nominis Ticinensem episcopum, quem Ferrarius in generali Sanctorum Catalogo ad* XII *Octobris diem paucis hisce verbis annuntiat :* Papiæ S Rodobaldi episcopi. *Pluribus verò in Catalogo Sanctorum Italiæ illum celebrat, ipsique etiam breve elogium texit, in quo Sancti nostri præclarè facta recensens, tempus, quo dictam ecclesiam rexerit, & annum, quo ex hac vita migrârit, exprimit ; verùm de hac chronotaxi, cùm de* S. Rodobaldi *cultu egerimus, loquemur. Eodem etiam die sequenti districho in Mrl. Poëtico illum deprædicat Brautius episcopus Sarsinæ :*

Reliquiis sacras ædes Rodobaldus adornat,
Cum latis mensæ castra reliquit agris. *à paucis martyrologis celebratur.*

2 *R. P. Romualdus à S. Maria Ord. Erem. Excalceatorum S. Augustini in Operis, Ticini* 1699 *editi, prima parte, cui titulus :* Papia Sacra, *Sanctorum omnium Ticini quiescentium Hagiologium texit, in quo* S Rodobaldi *memoriam die* 12 *Octobris sic celebrat :* In cathedrali basilica S. Rodobaldi episcopi Ticinensis, exemplaris abstinentiæ viri, qui & sacra Sanctorum Papiæ quiescentium lypsana solicitè ubique ecclesiarum civitatis perquisita devotionis zelo, litterariis monumentis tradens,

A dens, ecclesiæ suæ, majori quo poterat studio, semper prodesse sategit: tandem pastoralibus clarus meritis, mortalis hac die vitæ periodum clausit ad Superos evocatus. *Ab hisce auctoribus dissentiens Castellanus, in Universali suo Martyrologio* Rodobaldum *non* Sancti *titulo, sed* Venerabilis *condecorat, sequentem de ipso mentionem faciens:* Papiæ venerabilis Rodobaldi episcopi, hujus nominis secundi, qui jejuniis celebris fuit, & cultui divino, perquirendisque Sanctorum reliquiis maximè deditus: corpus in ecclesia cathedrali asservatur. *Quo titulo Sanctum nostrum insigniens laudatus martyrologus, de illius cultu non satis sibi constare, innuit, cùm in sua ad citatum Opus Præfatione, se illos homines, quorum in ipsa morte sanctissima quidem existimatio fuit; verùm quorum ipse cultum omninò perspectum non habet, in sua lucubratione nec Sanctos nec Beatos, sed Venerabiles appellaturum, expressis verbis enuntiet.*

Officio sub ritu duplici colitur.

B 3 *Certè laudatus Castellanus, Antistitem nostrum Cœlitum honoribus numquam gavisum fuisse, ex eo autumâsse videtur, quòd paucos martyrologos, ipsius memoriam celebrantes, repererit, quódque etiam seculi* XVI *martyrologi Itali Maurolycus, Felicius & Galesinius ipsum nusquam commemorent. Utut sit,* S. Rodobaldum *ab ecclesia Ticinensi quotannis Officio sub ritu duplici, ùt vocant, honorari, indubitanter asserit Joannes Baptista de Gasparis presbyter Ticinensis, cùm ipsius elogium Breviario Sanctorum Episcoporum Ticinensis ecclesiæ, quod anno* 1651 *tacito suo nomine edidit, inserat; in quo Opere illorum tantùm episcoporum, quos dicta ecclesia ritu duplici colit, res præclarè gestas se elucubraturum, in Præfatione sic indicat:* Quæ in hoc Breviario enarro, diuturna inquisitione coëgi ex pluribus scriptoribus ..... Præcipua hìc solùm expono, & illorum tantùm, quorum natalem diem eadem sancta Ticinensis ecclesia sub ritu duplici celebrat..... Reliquorum sanctitate fulgentium episcoporum, quos adhuc eadem ecclesia Ticinensis divino non colit Officio, elogiis prætermissis *R. P. Romualdus in suprà citati Operis parte secunda, absoluto* S. Rodobaldi *Vitæ compendio, sacrum ipsius corpus Ticini veneratione, Sanctorum reliquiis debita, affici, nos ita docet:* Cujus sacrum corpus magno populi concursu pioque parentalium honore tumulatum in cathedrali basilica, lapideo conditum sarcophago, ad aram divi Ambrosii primò, nunc autem in subterranea æde, apud S. Syrum, honorificè colitur. *Hæc auctorum, quorum fides nullo modo suspecta videtur, testimonia nobis sufficiunt, ut Antistitem nostrum &* Sancti *titulo Sanctorumque honoribus gaudere dicamus; ac proinde ipsi locum in nostro Opere concedamus.*

Ipsius episcopatûs tempus,

C 4 *Stabilito* S. Rodobaldi *cultu, in ipsius episcopatûs tempus inquiramus. Ferrarius in citato suprà elogio asserit, Sanctum nostrum quinquagesimum tertium fuisse Ticinensem episcopum, ac præfuisse dictæ ecclesiæ post S. Fulcum ad annos viginti quinque, atque demùm obiisse* IV *Idus Octobris post Reparatæ Salutis annum* 1241 *tempore Innocentii IV Romani Pontificis, qui ab anno* 1243 *usque ad annum* 1254 *Ecclesiam aaministravit. Secutus est in hac chronotaxi Antonium Mariam Spelta, qui in Historia de Vitis Episcoporum Ticinensium pag.* 327 *in* Rodobaldo II *eadem affirmat.* AUCTORE J. B. F. *Viginti quinque etiam episcopatûs annos ipsi attribuunt Stephanus Breventanus in Historia urbis Ticinensis fol.* 47 *& Jacobus Gualla in Historia patriæ suæ pag.* 26; *sed uterque non sine manifesto circa vitæ tempus errore, (ùt Spelta, Ferrarius & Ughellus tom.* 1 *Italiæ Sacræ, in Catalogo Epp. Papiensium col.* 1100 *ante me notârunt) cùm illum anno* 898 *episcopatum adiisse scribant. Laudato Ferrario consonat P. Romualdus, qui citato statim loco ita habet:* Demùm cùm sanctus Antistes hujusmodi solertiis ac studiis, tum in divinis solicitandis, tum in humanis curandis strenuè laborâsset, & Ticinensem ecclesiam annis viginti quinque sanctissimè gubernâsset, 4 Idus Octobris Papiæ sublatus est.

obitûs annus & elogium,

5 *Quantam huic Chronologiæ fidem debeamus, difficile est determinare. Certè Ughellus in Catalogo Episcoporum Papiensium* S. Rodobaldum *inter eos statuit septuagesimum quintum, atque episcopatûs initium & finem hoc modo memorat:* Hic ex archidiacono cathedralis Papiensem evasit ad sedem anno 1230. Cùm multa præclara gessisset, tum illud memoria dignum adjecit, ut civitatis SS Reliquiarum repertorium constitueret, ne obliviosa vetustas illarum deleret memoriam. Præfuit annos 24, decessitque anno 1254, die 12 mensis Octob. sepultusque est in cathedrali. *Huic auctori, quem & nos sequimur, donec certiora innotescant, Joannes Baptista de Gasparis in episcopatûs tempore & anno mortis assignandis consentit, at unum agnoscit episcopum, scilicet Irenæum, quem ignoravit Ughellus (de hoc videri potest nota editoris, qui Ughelli Opus recudit) deinde post S. Fulcum seu Fulconem, Sancti nostri decessorem, ponit Ardingum, quem* Post Fulconis, *inquit Ughellus*, excessum narrant ad Papiensem sedem fuisse subvectum an. 1230 exque moderatione animi detractâsse onus: *adeóque* Rodobaldum *vocat episcopum septuagesimum septimum. Cùm autem laudatus auctor, ùt ex ipsius verbis suprà citatis constat, omnia collegerit, quæ sparsim habent alii, ejus elogium pro Actorum compendio subjungam.*

E

F *quo pauca ejus gesta breviter describuntur,*

6 Rodobaldus secundus, eximiâ virtutum præstantiâ insignis, Ticinensis, in Patria archidiaconalem primùm, inde episcopalem dignitatem consecutus, quam viginti quatuor annos singulari solicitudine administravit, sanctissimè in alendis pauperibus, protegendis viduis, tuendis pupillis, miseris omnibus juvandis intentus, non sibi, sed Deo & gregi sibi credito, hilari animo ad novissimum senectutis diem vixit. Potûs & ciborum mira fuit ejus abstinentia. Cum cæteris hebdomadæ diebus tenuissimo cibo vesceretur, & quandoque leguminibus contentus, quintâ tantùm feriâ se totamque familiam unico prandii apparatu reficiebat. Apostolicos mores edoctus Apostolicam vitam imitatione egregiè expressit. In oratione assiduus, pro augmento Dei cultûs, multa totis viribus opere complevit. Ticinensem ecclesiam sacris templis & cœnobiis mirificè auxit; in quibus additis proventibus novos sacerdotes, novasque moniales instituit. Pari pietate & munifica liberalitate beato Ilnardo sacri Ordinis Prædicatorum, cui beatus Antistes vinculo perfectæ charitatis junctus erat, sancti Thomæ Apo-

stoli

AUCTORE J B. F.

ſtoli monaſterium dono dedit: quorum mutua charitas magno ſpiritûs ardore incenſa agro Dominico multum profuit.

ac mortis tempus & ſepultura referuntur.

7 Animadvertens Papienſem urbem perquàm maximè illuſtratam variis Sanctorum reliquiis, in ſingulis totius civitatis templis eas ſolertiſſimè perquiſivit: ſcriptoque eas mandans, perbreve de eis condidit compendium: quod tanti Præſulis fide munitum, iiſdem reliquiis majorem adauxit venerationis cultum. Eidem compendio adjecit inſuper templa, regià Longobardorum munificentiâ conſtructa, regumque ſepulcra & Ticini antiquiſſimam originem. Facultates ſui epiſcopatûs proventibus Rozzaſchi oppidi & Portus Albaræ caſtelli ampliavit. Demùm in rebus tum divinis, tum humanis ſanctitate clarus migravit ad Dominum anno ſupra milleſimo* ducenteſimo quinquageſimo quarto. Cujus tumulatum corpus in ſubterraneo maximi templi oratorio, quod Sancti Syri Confeſſio nuncupatur, honorificè cuſtoditur. D

**lege* milleſimum

DE S. SERAPHINO CAPUCINO,

CONF. ASCULI IN ITALIA,

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

B Sancti biographi: Vita hîc danda: ætas & obitûs dies. F.

ANNO MDCIV. *S. Seraphinus, cujus Vitam à Boverio, inter hîc recenſitos*

Ancti Seraphini *virtutes, præclarè facta & miracula, quæ ipſius mèritis & interceſſione à Deo patrata ſunt, varii vario tempore ex Ordine FF. Min. Capucinorum ſacerdotes, aliique ſcriptores litteris conſignárunt. Horum præcipuos, quorum & lucubrationes in judicio Romano examinatæ &, ùt loquuntur, compulſatæ fuerunt, aſſervatum in ſupellectili noſtra literaria proceſſuum, qui ad legitimum ipſius cultum impetrandum auctoritate Apoſtolica inſtructi fuerunt, compendium, quod anno* 1733 *typis Cameræ Apoſtolicæ eſt editum, ſequentibus verbis refert:* Nactus eſt Servus Dei ſequentes Vitæ ſcriptores, quorum primus contemporaneus fuit Servi Dei, reliqui verò recentiores; hos inter omnes locus dignior debetur Zachariæ Boverio Salutienſi Ordinis Capucinorum, hiſtoricò cæteroquin probatiſſimo, omni fide digniſſimo, & dicti Servi Dei
C contemporaneo, qui ipſius Vitam, Annalium Ordinis Capucinorum tomo ſecundo, anno 1639 vulgato, inſertam, compoſuit. Sequitur P. Carolus de Haremberg Bruxellenſis, dicti Ordinis religioſus & concionator, qui hujus Servi Dei Vitam in Opere intitulato: Flores Seraphici, anno 1642 edidit. Plenius noſtris diebus P. Petrus Benedictus Joanninus Urbinatenſis, ejuſdem Ordinis prædicator egregius, & conſultor, dum vixit, hujus Congregationis, qui Seraphini geſta & miracula ex antiquis monumentis complexus eſt, eaque Italicè anno 1709 publici juris fecit. P. Silveſter, Mediolanenſis concionator & dicti Ordinis annaliſta, hujus Servi Dei Vitam circa annum 1729 concinnavit. Ac poſtremò inſignis pietate vir P. Franciſcus Galuzzius Societatis Jeſu, qui paucis annis ante ſuam feliceni obdormitionem in Domino compendium Vitæ dicti Beati publici juris fecit.

biographos primum locum tenente,

2 *Laudata P. Caroli de Haremberg lucubratio, quæ mihi præ manibus eſt, eadem virtutum, quorum exercitio & in adoleſcentia & in religione ſupremam perfectionem Sanctus noſter eſt conſecutus, exempla iiſdem adjunctis ornata, quæ in citato Boverii Opere, in Bibliotheca noſtra aſſervato, continentur, ſtylo interdum mutato refert; miracula verò, quibus & in vita & poſt mortem* Seraphinus *claruit, eodem prorſus ſtylo, quo hæc in Boverii Annalibus leguntur, recenſet: ita ut nihil à Sancto noſtro præclarè factum, quod in Vita, à Boverio concinnata, haud reperiatur, citatum Caroli Opus lectori proponat. Laudatas, quas Joanninus, Sylveſter & Galuzzius ediderunt, lucubrationes mihi comparare haud in promptu fuit. Qua de re dolendum, nam certò Joannini, qui* S. Seraphini *res geſtas & miracula ex antiquis, ùt ſtatim dictum, monumentis collegit, Opus mihi plurimum ſubſidii, hujus Sancti Vitam illuſtraturo, contuliſſet. Aſt hanc inopiam proceſſuum compendium aliquatenus penſabit. Cùm enim hiſce conſtruendis, præter jam citatas Vitas variæ aliæ nondum prelo ſubjectæ, ùt in dicto Compendio eſt legere, & ab auctoribus Sancto noſtro coævis compoſitæ inſervierint, iiſque ad trutinam redactis, omnia,* F *quæ ad* S. Seraphini *virtutes comprobandas in illis reperta fuerunt, poſtquam in Romano judicio recognita fuiſſent, in hocce Compendio fuerint exarata, hinc ſanè, ſi non omnia, quæ Joanninus, Sylveſter, Galuzzius & anonymi Monumentorum Mss. auctores poſteritati commendârunt, ſaltem illorum præcipua, & ad Sancti noſtri gloriam maximè conducentia, nobis cognita eſſe, fit conſectarium.*

concinnatam damus,

3 *Sæpè laudatus Boverius, qui, teſte Luca Waddingo in libro, cui titulus:* Scriptores Ordinis Minorum, *anno* 1568 *natus, ejuſdem ſeculi anno* 80 *Capucinorum Ordinem eſt ingreſſus, in quo, poſtquam varia munia obiiſſet, anno* 1638 *ex hac vita migravit, Ordinis ſui Annales duobus tomis diſtinctos compoſuit, illorumque ſecundo, qui anno* 1639, *defuncto auctore, in lucem prodiit,* S. Seraphini *res geſtas, variis SS. Patrum & Sacræ Scripturæ locis ornatas, concinnavit; miracula verò, quæ Sancti noſtri meritis & interceſſione patrata fuerunt, ex Actis, auctoritate Apoſtolica ad ipſius cultum impetrandum conſtructis, ſe deſcripſiſſe, in lucubratione apertè declarat. Licèt hic*

A *hic biographus, an, quæ de Sancto noſtro, cui coævus fuit, memorat, vel ipſe viderit, vel ſaltem ab oculatis & fide dignis teſtibus audiverit, nullibi exprimat; non tamen rationes deſunt, quæ ipſi lectoris fidem conciliare valeant. In primis enim inter* S. Seraphini *biographos primum locum, ùt ſuprà vidimus, obtinet, ipſumque, qui dictos proceſſus auctoritate Apoſtolica inſtruxêre,* hiſtoricum probatiſſimum omnique fide digniſſimum *appellant; deinde, præterquam quòd ipſius lucubratio in judicio Romano examinata & compulſata fuerit, ab ipſis etiam, qui ſæpè citatum proceſſuum Compendium exarárunt, auctoribus ex laudatis Vitis ſelecta, &, ùt in Boverii Annalibus exſtat, Sancti noſtri ſupernaturalibus donis & miraculis demptis, ad verbum anno* 1733 *typis Cameræ Apoſtolicæ edita fuit. Quæ omnia, Sancti noſtri Vitam, in Boverii Opere contextam, optimæ notæ monumentum eſſe, in quo ejus virtutes & præclarè facta fideliter litteris conſignata reperiantur, evincunt. Hanc nos hìc recudemus, & conſuetis Annotatis, quibus in-*

B *ſeremus, quæcumque in citato proceſſuum Compendio notatu digna & in ea deſiderari reperientur, illuſtrabimus; cui deinde ipſum Canonizationis Decretum, Româ Bruxellas ad RR. PP. Capucinos miſſum & nobis ab iis communicatum, ſubjungemus.*

4 *Priuſquam id præſtemus, quædam circa Sancti noſtri ætatem obitúſque diem hìc notanda videntur.* S. Seraphini *nativitatis epocham, quam Boverius in toto Vitæ ſtatim recudendæ decurſu nuſquam exprimit, ſeculi* XVI *anno* XL *Summus Pontifex Clemens XIII in citato Decreto ſequentibus verbis affigit:* Seraphinus in oppido Montis Granarii Firmanæ diœceſis natus eſt anno Reparatæ Salutis MDXL. *Eodem etiam anno ipſum mortalem vitam ingreſſum, proceſſuum Compendium ſic refert:* Seraphinus ab Aſculo dictus, quia in ea civitate diutiſſimè commoratus majora edidit virtutum exempla, mirabiliora patravit & pretioſam mortem obivit, in oppido Montis Granarii Firmanæ diœceſis anno Chriſtianæ vulgaris æræ 1540 natus eſt. *Sæpè laudatus Boverius cum citato proceſſuum Compendio ipſum æternam in cœlis virtutum mercedem anno* 1604

C *recepiſſe, apertè declarat; verùm illum tunc temporis ſeptuagenarium fuiſſe, haud ſine errore affirmat, cùm ab ipſius nativitatis anno* 1540 *uſque ad* 1604, *quo ex hac vita migráſſe, conſtat, non ſeptuaginta, ſed ſexaginta quatuor anni numerentur. Nec ſolùm Boverius, verùm etiam Ferrarius, Arturus à Monaſterio & Hueberus, quorum primus die* 26 *Septembris, ſecundus* 26 *Octobris, tertius verò* 20 *Novembris Sancti noſtri memoriam annuntiant, ſunt corrigendi; nam ex Summi Pontificis Clementis XIII Decreto, à nobis infrà recudendo, Sanctum noſtrum* 12 *Octobris die, quæ mortis ejuſdem anniverſaria eſt, celebrari, fit manifeſtum.*

* * * * *
* * *
* *
*

anno 1604, *ſexaginta quatuor annos natus, die* 12 *Octobris, quo colitur, obiit.*

D

VITA

S. SERAPHINI ASCULANI

SEU A MONTE GRANARIO,

IN ORDINE FF. MINORUM CAPUCINORUM LAICI PROFESSI,

Auctore Zacharia Boverio,

Ex tomo 2 *Annalium Ordinis Capucinorum.*

E

PROLOGUS.

Auctor; ſe S. Seraphini Vitam,

JAm verò ex Piceni provincia vir illuſtriſſimus, & immortali memoria dignus, Seraphinus à Monte Granario, laïcus, tot triumphis clarus, inter Religionis ſydera emicat; ut tamquam novum orbis prodigium, omnium in ſe haud immeritò oculos convertat: tot enim cæleſtium virtutum luce, tanto ſanctimoniæ ſplendore, tam denique ingenti ſignorum ac miraculorum majeſtate fulget, ut, ſi cæleſtem Virum prædicavero, haud ſatis dixerim; ſin angelicum, neque æquam ipſius laudem attigerim, niſi ex indito illi nomine, cui & ipſa præclara geſta reſpondent, Seraphicum tandem appellavero: quo fit, ut in his explicandis, tametſi rerum materia exuberante, paulò longiori hiſtoria uti compellar, ab inſtituta tamen brevitate haudquaquam ſim receſſurus.

ut illam mortales imitentur, elucubrare dicit.

F

2 Porrò, quemadmodùm firmamentum, ab ipſa orbis nativitate, ita à Deo conditum fuiſſe, nemo ignorat, ut in eo ſtellæ per noctem ſuo quoque lumine radiantes, perpetua temporum ſerie, aliæ quidem orientes, aliæ occidentes coruſcarent, & ſua orbi lumina impertirentur: hoc quoque modo Deus Opt. Max. cumprimùm Eccleſiam, velut ſplendidum veritatis firmamentum, in orbe condidit, innumera juſtorum hominum, qui ſtellarum inſtar ſua mortalibus in orbe virtute lucerent, multitudine ita exornandam voluit, ut ſuo quæque tempore orirentur & occiderent: atque aliæ quidem minori, aliæ majori luce emicarent. Nam, ùt Apoſtolus ait: "Sicut ſtella à ſtella differt in claritate, »ita & reſurrectio Sanctorum *a*. Pleroſque hactenus illuſtres religionis viros, tamquam hujus firmamenti ſtellas ſua virtutum luce, alios quidem ampliori, alios verò breviori emicantes aſpeximus. Jam verò levem quemdam & exiguum vaporem ex imo terræ ſinu, divina Solis illius immutabilis virtute eductum; atque ad nobiliorem ſtellarum ordinem ea potiſſimùm ratione evectum, intueri libet; ut, qui in ipſius vitæ perfectionem ac virtutum

a

A. Z. Boverio.

fulgorem mentis oculos intendunt, non in ipſius tantummodò luce, tamquam aliena virtute tumidi exultent; ſed, præeuntis lucem ac veſtigia ſequentes, ad ejus imitationem feſtinent; atque illius quodammodò odore attracti, inter odorifera ipſius vitæ exempla, velut inter lilia paſcantur, donec aſpiret dies, & inclinentur umbræ; nam, ùt Gregorius ait; "Quid per lilia, niſi illorum vita declaratur, qui veraciter dicunt; Chriſti bonus odor ſumus Deo? Electi ergò, ut aſſequi ſumma prævaleant, conſpectâ odoriferâ & candidâ juſtorum vitâ ſatiantur: ſed, quia in hac vita poſiti necdum valent ſatiari, per præcedentium interim patrum exempla paſcuntur; ideo dicit ſe paſci, donec aſpiret dies & inclinantur umbræ. Tamdiu quippe refici juſtorum exemplis indigemus, donec præſentis mortalitatis umbras, æterno die aſpirante, tranſeamus *b*."

b

ANNOTATA.

B a *Epiſt.* 1 *ad Cor. cap.* 15, ℣. 4.
b *Lib.* 24, *Moral. cap.* 6.

CAPUT I.

Ipſius genus, patria, parentes: pia educatio: cæmentariam artem addiſcit: Capucinorum Ordinem ingreditur.

Ipſius genus, patria, parentes: a

SEraphini igitur, cujus vitæ hiſtoriam aggredimur, patria Mons Granarius fuit, Firmani agri oppidum, Firmo *a* haud longè diſtans: cui ſi quæ vel ex nomine laus debetur, ea ſanè eſt: quandoquidem ex pingui illius gleba exiguum hoc tritici granum exortum, in tam uberes euangelicæ perfectionis fructus excrevit, ut totum Chriſtianum orbem ſua virtutum ſegete compleverit. Genus ſanguine quidem humile fuit: quippe, qui ex patre Hieronymo, cæmentariæ artis fabro, & matre Theodora, humili genere orta, originem traxerit, ſed virtute ac pietate clarum. Theodoræ ſiquidem ita in oppido pietas ac religio pervulgata erat, ut, cùm de alicujus pietate ſermo fieret, ea paſſim in exemplum adduceretur. Cui verò dubium eſſe poteſt (ſi tamen eum vera audire delectet) non generis, ſed virtutis nobilitatem apud Deum veram cenſeri? "Summa apud Deum" (ait Hieronymus) "nobilitas eſt, clarum eſſe virtutibus *b*" Quid apud Deum in viris nobilius Petro, qui piſcator & pauper fuit? Quid in fœminis beatâ Mariâ illuſtrius, quæ ſponſa fabri deſcribitur? Sed illi piſcatori & pauperi cæleſtis regni à Deo creduntur claves: hæc Sponſa fabri illius mater eſſe meruit, qui orbem univerſum ſua virtute fabrefecit. Elegit enim Deus ignobilia & contemptibilia hujus mundi, ut potentes ac nobiles ad humilitatem faciliùs adducat.

C

b

2 Hieronymus igitur cùm duos ex Theodora liberos ſuſcepiſſet, Silentium ſcilicet majorem natu, & Felicem, qui apud nos deinde Seraphinus nuncupatus fuit: Silentio patris artem ſectante, Felix ſub Theodoræ matris educatione prima cum lacte pietatis ſemina ſugit. Quamquam enim parentum pietas ſæpenumero liberorum pietatis ſeminarium eſſe ſoleat; huic tamen cùm optima ab incunabulis educatio accedit, facilè in pueri animo, velut in cera, ea virtutis imago imprimitur, quæ ab educatione proficiſcitur. Hoc modo cùm Felix prima pietatis rudimenta à matre hauriret, majoraque ab eo, qui illum ab utero in filiorum Dei numerum ac dignitatem vocaverat, cæleſtis gratiæ adminicula acciperet; tanta animi propenſione in ipſa tenella ætate ſupra annos, & communem aliorum puerorum uſum, in res divinas ferebatur; ut ſummum illius ſtudium eſſet, ſacris Myſteriis intereſſe; Dei verbum attentè percipere; eccleſias devotionis gratiâ adire; corollas recitare; ſolitaria ad orandum loca quærere; in oratione ingemiſcere ac, puerilibus omnibus abjectis, pietati vacare. His dum Puer in paterna domo ſtudiis incumbit, pater, qui gravi inopia premebatur, Felicis operam cuidam agricolæ locat, qui armentorum illi cuſtodiam commendat. At, qui præſtantiora animo verſabat, huic dum curæ ex patris obedientia invigilat, majori interea animum cuſtodia ſervat. Armentis enim paſſim per prata pabula quærentibus, is ſolitarium in locum ſecedens, ubi ſolum Deum præſentem haberet, genu flexo animum paſcit: veſperè autem incumbente, cùm, armentis ad ſtabulum reductis, ſimul cum aliis cœnâſſet, mox ſe ab aliis ſegregans, intermiſſam Dei orationem repetit: atque hæc quidem Puerulus obſervabat *c*.

præclara pietatis ſemina ab ineunte ætate à Deo accipit: armenta paſcit:

c

cæmentariæ arti ſub Silentio fratre, à quo ſæpiùs vexatur, operam dat:

3 Cùm verò, adoleſcente jam ætate, Hieronymus pater è vivis exceſſiſſet, Felix à Silentio, fratre majore natu, domum revocatus, ad prima cæmentariæ artis rudimenta addiſcenda compellitur. Vir erat Silentius agreſtis, auſterus & ad omnem excandeſcentiam paratus: quo fiebat, ut facilè & levi quacumque ex cauſa Felicem objurgaret, ſæpéque verberibus cæderet. In has verò animi furias eò magis prodire videbatur, quòd Felix hoc tempore tres hebdomadæ dies ſolo pane & aquâ contentus jejunare ſoleret ſtudioſiúſque orationi vacaret: quapropter, cùm ſæpè refectionis tempore ſe ab aliis ſejungeret, ut jejunio ac orationi incumberet, id Silentius tam ægrè ferebat, ut crebris eum pugnis & verberibus peteret. Id porrò ſatanâ præſertim auctore fiebat, qui, ut Felicem à cæleſti propoſito abſterreret, in eum Silentii fratris animum accendebat. At ſatan Dei conſilium ignorans, quo Felicem hiſce duris & aſperis, velut aurum igne probatum, ad divinum opus parabat, ut ex eo tandem vas quoddam admirabile conflaret, divino operi famulabatur.

F

Capucinorum Ordinem puellæ hortatu

4 Hæc cùm diu Felix ſummâ animi patientiâ pertuliſſet, accidit, ut Nicolaus quidam, qui in Lauri oppido Capucinos fratres, antequam iis ibi conventus exſtrueretur, hoſpitio excipere conſueverat, cùm ſibi columbarium ædificandum decreviſſet, Silentium ad opus accerſeret, qui eò accedens, dum ſuam cùm Felice in ædificatione operam impendit, Felix

A Felix ſua de more jejunia & orationum tempora obſervabat. Nicolao filia quædam virgo erat, Ludovica nomine, quæ, cùm Felicem ſæpè jejunantem ac frequenter orantem animadvertiſſet, cibos, quibus veſci in Quadrageſima licet, illi interdum parabat; quos cùm ille reſpueret, mirabatur Ludovica Adoleſcentis pietatem; atque eò magìs, quòd cùm, eo audiente, interdum Dionyſium Carthuſianum de quatuor Noviſſimis legeret, Felicem ita ex legentis ore pendentem cernebat, perinde ac ſi ab ea cæleſte quoddam oraculum perciperet. Sæpè itaque cùm vel de paradiſi gaudiis, vel de inferni pœnis, aut extremo judicio ab Ludovica lectio repeteretur; eâ tantopere Felicis animus aliquando permotus fuit, ut in hæc tandem verba prorumperet; "Quid agen»dum, ô Ludovica, quando res tanta ſeve»ritate examinantur? Ad eremum fugiendum »& eremitarum vita amplectenda." Cui Ludovica; "Quid Eremitas commemoras? Tibi »ad Capucinos, non ad Eremitas eundum." Nunquam Felix Capucinos aut viderat aut agnoverat; quamobrem, quinam hi Capucini ſint, exquirit. Cui illa, cùm Capucinorum vitam, mores religionemque verbis deſcripſiſſet, vehementer Felicis animus in eos accendi cœpit: quo fiebat, ut frequentiùs de Capucinis cum eâ verba faciens, eos Tolentini *d*, quod haud longiùs aberat, fixo domicilio frui intelligeret.

B

d

ingreditur,

5 Jam Felix hujuſmodi religionis amplectendæ propoſitum, Deo auctore, inſpiratum animo conceperat: quare, cùm has flammas à Deo excitatas diutius in mentis ſinu ferre non poſſet, fratre inconſulto, Tolentinum proficiſcitur: ubi ſuo animi conſilio fratribus patefacto, primùm quidem ob viduæ matris pauperiem res ab iis difficilis putatur; at Silentii fratris ratione habita, cùm in meliorem ſpem aſſurrexiſſet, Laurum revertitur; ubi aſperioribus à fratre contumeliis ob ſuſceptum iter exceptus, ſummâ omnia patientiâ tolerat, ac tamdiu tantâque animi conſtantiâ religionis fores pulſat, ut ante perfectum columbarii opus in religionis gremio à provinciali vicario exceptus, ſub Seraphini nomine in ea militare cœperit.

C

cui parentum ipſius in cælis gloriam, in grati animi teſtimonium revelat.

6 Quâm verò admirabilis hîc Dei ſapientia eluceat, facilè iis perſpectum eſt, qui Viri hujus, cujus tam illuſtris tum vita, tum apud Deum & homines gloria futura erat, ut inter illuſtriores orbis viros rectè connumerari queat, converſionem animo revolvunt, quæ non cæleſti prodigio, non Domini voce, ùt Sauli quondam, non denique eximii alicujus divini verbi præconis tonitru perſonante, ſed imbecillis tantùm cujuſdam puellæ verbo cœpta & peracta fuit, ut non glorietur in conſpectu ejus omnis caro; &, quo infirmiora illius vocationis primordia fuêre, eò magìs à Deo profecta crederentur. Hoc ſuæ converſionis initium, cùm Seraphinus ab hac Ludovica non obſcurè exortum agnoſceret, eidem quoque teſtatam* eſſe voluit: cùm enim nonnullis poſt hoc elabentibus annis, Lauri jam tunc conventu exædificato, eò aliquando appuliſſet, Ludovicam eo tempore honeſto cum viro collocatam inveniens, his verbis alloquitur: "Plurimum, »ô Ludovica, tuis conſiliis ac piis hortatio»nibus debeo, quibus me ad hujus religionis »ſinum adduxiſti; neque ullis me unquam, »quidquid ſtudii impendam, meis tibi officiis »ſatisfacere poſſe ingenuè fateor: ejuſmodi »enim eſt tuum in me beneficium, ut haben»dis agendiſque gratiis par eſſe nequeam. Ve»rùm, ne te abſque ullo grati animi teſtimo»nio præteream, hoc ſaltem fauſto & optato »te nuncio excipiam, ut Nicolaum patrem »ac Petruciam matrem jam inter Beatorum »agmina cæleſti gloria donatos ſcias." Cui illa: "Utinam id ita eſſet; nihil profectò mi»hi nuncii optabilius afferri poſſet." At Seraphinus: "Si teſti" (inquit) "oculato cre»dendum eſt, cùm eos ego hiſce oculis in »cæleſti patria triumphantes conſpexerim, id »planè & mihi id afferenti te credere æquum »eſt *e*."

A. Z. Boverio.

* *l.* teſtatum

ANNOTATA.

a *Archiepiſcopali Marchiæ Anconitanæ in Eccleſiæ ditione civitate.*

b *Epiſt. 14 ad Celantiam.*

c *In Proceſſuum Compendio ſequens de Sancto noſtro prodigium legitur:* Ex his autem virtutum actibus adeò Deo gratus effectus fuit, ut uſque tunc illius futuram ſanctitatem inſigni miraculo idem Altiſſimus comprobare dignatus fuerit; nam, cùm Felix (*quo nomine, priuſquam Ordinem Capucinorum ingreſſus erat* Seraphinus, *vocabatur*) ad inviſendam ſacram ædem Lauretanam ſemel pergeret, flumen Potentiæ imbribus turgeſcens, mirantibus omnibus, qui aderant, iterum atque iterum ſicco pede trajecit, ùt conſtat ex teſte de viſu, Summario D. num. 3. § 10.

d *Quæ epiſcopalis Italiæ in ditione Pontificia ſub archiepiſcopo Firmano civitas eſt.*

e *De hoc prodigio Proceſſuum Compendium altum filet.*

E

CAPUT II.

Ipſius præcipuæ virtutes: temperantia, paupertas, obedientia, caſtitas ac humilitas.

F

S. Franciſci tunicâ ſuſceptâ, carnem, quam ſpiritûs maximè periculoſum hoſtem agnoſcit, a

SEraphinus igitur Seraphico habitu apud Capucinos velut loricâ contectus, cùm ſe ad religionis caſtra, non ad otium aut quietem, ſed ad perpetua hoſtium certamina ſubeunda à Deo vocatum non ignoraret; cum primum Seraphicæ militiæ cingulum induit *a*, bellum cunctis ſpiritûs hoſtibus indicit: cúmque nullum abſque hoſte locum eſſe agnoſcat, non ſolùm undique ſibi ab hoſtium inſidiis cavet; verùm & hoſtes ubique vexat & perſequitur. At quandoquidem ea in bellis cum hoſte ſuſcipiendis ratio ineunda eſt; ut, ſi qui in regno domeſtici hoſtes, ac perduelles ſunt; ii priùs omni ſtudio ſubjiciantur, ne conſilia cum hoſte communicantes, inteſtinum bellum intentent; unde certa illi pernicies oriatur: hoc planè ſapientiſſimum Seraphini conſilium fuit; qui, cùm carnem, immanem

A. Z. Boverio.

& domeſticum ſpiritûs hoſtem ac perduellem eſſe, ſatis ſuperque perſpectum haberet, primò, Pauli Apoſtoli exemplo, adverſus eam bello pugnare cœpit, de quo Auguſtinus: "De „hac" (ait) "congreſſione loquebatur Paulus, „cùm dixit: Ego igitur ſic curro, non quaſi „in incertum: ſic pugno, non quaſi aërem „verberans. Et tamquam è contrario reſpon„deretur ei: Quis eſt vel ubi eſt adverſarius „tuus, contra quem pugnas? Reſpondens „ait: Caſtigo corpus meum & in ſervitutem „redigo, id eſt, in corpore meo eſt, non in „aëre, contra quem pugno: libido eſt, ſcili„cet, inimica vitæ meæ, quæ me currentem „& placere Deo volentem per momenta acu„leis impugnat & provocat, quo agonis mei „curſum impediens auctorem ſuum diabolum „faciat eſſe victorem: ideò caſtigo corpus
b „meum, ubi porto hoſtem meum in me *b*." Quapropter carnem dura primùm obſeſſione atque annonæ ſubtractione premens, tanto abſtinentiæ rigore corpus extenuat, ut præter illa trium dierum cujuſlibet hebdomadæ jejunia, quæ ſolo pane & aquâ etiamnum adoleſcens celebrare conſueverat, omnes B. P. N. Franciſci Quadragenas, quæ omnem ferè anni circulum complectuntur, nullo prorſus in veſpere fructuum eſu aut potu adhibito, obſervaret.

rigidâ cibi potúſque abſtinentiâ macerat,

8 Verùm ex panis & aquæ inedia, quam diu proſecutus eſt, cùm eam corporis cachexiam contraxiſſet, quâ ſanguinem ſimul cum lotio effunderet: ita ab ea abſtinuit, ut illam ſolennioribus duntaxat quibuſdam pervigiliis repeteret; cæteris verò diebus ſola pulte contentus, quam cinere etiam ſæpiſſimè aſpergebat, ab omni ſive carnis ſive piſcium obſonio ita ſe continere conſueverat, ut vix ullus id unquam animadverteret. Eam is ferè in quotidiano jejunio panis menſuram ſibi ſtatuerat, quæ dimidiatum panem non excederet; Pauli primi eremitæ potiſſimùm exemplo permotus, cui Deus dimidiatum duntaxat panem corvi operâ miniſtrabat. Verùm annonariæ rei difficultate aliquando graſſante, ut pauperes aleret, dimidiatum panem ad quartam dumtaxat partem contrahere ſolebat. At verò extra
C communis refectionis tempus ab omni adeò cibo & potu abhorrebat; ut neque ipſo æſtivo tempore, tametſi ſiti æſtuaret, ac eleëmoſynarium munus exercens, ſæpe ab amicis ad vinum deguſtandum provocaretur, ullo aut cibo aut potu unquam uſus fuerit. Denique ea hujus Viri abſtinentia erat, ut, cùm nulla ad corporis alimentum voluptate duceretur; non guſtus, ſed natura dumtaxat, cibum appeteret. Inter hæc tamen, nec triſtis nec ſatyricus, aut ſeverus aliorum cenſor unquam viſus: gravi enim quadam vultus hilaritate, cui & charitatis benignitas conjuncta erat, ita aliorum animos refovebat, ut omnium etiam infirmitatem ſuſtineret.

aſperrimoque cilicio ac duris flagellis quotidie cædit.

9 Verùm haud ſat Seraphico pugili fuerat, carnem dura abſtinentiæ obſidione circumcinxiſſe, niſi multiplici quoque auſteritatis telo confoderet. Vox Gregorii eſt, carnem mollibus nutriri ac blandis foveri. "Ut enim" (inquit) "caro mollibus, ſic anima duris nutri„tur. Illam blanda refovent, hanc aſpera e„xercent; illa delectationibus paſcitur, hæc „amaritudinibus vegetatur; & ſicut carnem „dura ſauciant, ſic ſpiritum mollia necant; „ſicut illam laborioſa interimunt, ita hunc de- D
„lectabilia extinguunt *c*." Quapropter, ne domeſticus hoſtis mollibus inſoleſcat, aſperrimo illum diu noctuque cilicio premit, ac tam duris quotidie verberibus cædit, ut totum circumcirca ſolum illius ſanguine conſpergeret. Generoſus ſiquidem Chriſti Miles, cùm ex clavorum acuminibus ſibi flagellum conſtruxiſſet, abſque hoſtis ſanguine è prælio diſcedere, inhoneſtum ducebat. Nullum denique tam durum & aſperum auſteritatis genus erat, quo proprium corpus, quod aſinum appellare ſolebat, aſini inſtar non afficeret.

Altiſſimam paupertatem

10 Hinc tam rigidus paupertatis cultor evaſerat, ut, cùm animum ab omni rerum cupiditate non modò liberum, ſed & alienum gereret; rebus quoque non ad voluptatem, ſed ad neceſſitatem dumtaxat, ac veluti vi quadam adductus uteretur. Habitus enim, dummodò corpus tegeret atque honeſtati inſerviret, non quis melior aut mollior, ſed potiùs quis deterior & obſoletior eſſet; ab eo quærebatur, neque ſtatim lacerum mutare, ſed multis ſegmentis reconcinnatum ad E
extremam uſque vetuſtatem geſtare conſueverat. Hujuſmodi quoque femoralibus, ſtrophiolis, ſandaliis, cingulo utebatur, quæ vix præ vetuſtate ſibi hærerent. Multo ſanè iis paupertate fælicior, qui cùm pauperes ac nudi à natura geniti ſint, & rurſus nudos, & pauperes ad eam illos regredi oporteat, brevem hunc vitæ curſum, quem inter utramque paupertatem facilem ac pacatum poſſidere valent, multarum rerum quæſtu perturbatum ac velut atra tempeſtate jactatum ſibi eſſe malunt; præſertim cùm illud in divitiis maximum ſit, quod ſupervacaneæ ſint, agnoſcere.

cólit.

11 Cæterùm ut ſe integrum ac perfectum paupertatis exemplar præ ſe ferret, cellam, non quæ clarior aut illuſtrior, ſed quæ obſcurior, quæ pauperior eſſet, quæque cæteros deterreret, ſibi ſemper eligere conſueverat, quâ potiùs ad paupertatis fragmenta, quæ paſſim in conventu colligebat, reponenda, quam ad habitationem aut ſolatium utebatur, in qua tametſi lectulus eſſet, humi tamen ſæpe cubans, in eo perrarò quieſcebat. Quod ſi eo interdum ad quietem uteretur, F
non jacens, ſed ſedens, ſcamno capiti ſuppoſito, brevem ſomnum capiebat.

Perfecta in S. Seraphino obedientia;

12 Domeſtico itaque hoſte, ne in ſpiritum inſurgeret, hoc modo in ſervitutem redacto, tutiùs deinde in reliquos ſpiritualis vitæ hoſtes aciem convertit. Inobedientiam in primis, primum hominis malum, ac veluti quandam naturæ noſtræ peſtem, demùm totius humani generis inimicum fuiſſe, ex Adæ hiſtoria agnovit, quâ à primis noſtri generis parentibus ſublata, ii facilè & ſine labore, & cum iis totum quoque genus humanum cæleſtem beatitudinem adepti fuiſſent: quo fit, ut ea hominis animum occupante, nullum bonum, nullum meritum, nulla merces, nulla virtus eidem ineſſe poſſit: ut enim Gregorius ait: "Sola obedientiæ virtus eſt, quæ virtutes „cæteras menti inſerit inſertaſque cuſtodit *d*." *d*
Hinc Saüli Samuël inobedientiam exprobrans ait: "Nunquid vult Deus holocauſta & vi„ctimas, & non potiùs ut obediatur voci Do„mini? Melior eſt enim obedientia, quàm „victimæ, & auſcultare magis, quàm offerre „adipem arietum *e*." Quam ob rem propriæ *e*

vo-

A voluntati, quæ totius inobedientiæ parens & origo eſt, tam acre bellum intentat, eamque tanta vi & contentione ad extremum uſque vitæ halitum infectatur, ut tandem expirare coëgerit: neque enim poſt ſolenne obedientiæ votum ab eo nuncupatum: ullus propriæ voluntatis ſenſus, quo ea vivere aut vigere agnoſceretur, in Seraphino unquam deprehenſus fuit; ſed, cùm Dei tantùm ac ſuperioris, ſibi Dei loco præſidentis, voluntatem ſibi animo infixam ac veluti inſculptam haberet, hinc perfecta illius obedientia exoriebatur, quâ nec rem præceptam aliquando diſcernere, nec præcepti cauſam examinare, nec præcipientis modum, intentionem, imperium, finem diſcutere noverat: hoc ſolum in animo verſans, quo pacto ſuperioris perfectè voluntati obediat. Eo fiebat, ut nullum obedientiæ pondus illi unquam grave videretur, nihilque in qualibet virtutis exercitatione tam magnum ac peculiare ſibi vendicaret, cui vel leve obedientiæ præceptum non anteferret.

B *variis exemplis comprobata,* 13 Mos erat Seraphino in diebus jejunii ab veſpertina ſemper ſe refectiuncula abſtinere: quem cùm jam ab exordio obſervâſſet, hunc quadraginta annorum ſpatio nunquam deinceps interceperat. Contigit verò, ut in conventu Montis-Filatrani Guardianus de ipſius obedientia periculum facturus, quo tempore reliqui fratres jejunii tempore fructibus in refectorio veſcebantur, abſentem Seraphinum accerſiri jufſerit, quandamque dapſitici panis, avellanâ & ſaccharo conditi, illi portionem comedendam obtulerit. Quid Seraphinus? Non antiquam abſtinentiæ conſuetudinem, tot annorum præſcriptione, non interceptam jejunii formam, non intempeſtivum Guardiani imperium, non alia animo revolvit; ſed, vix jubentis voce voluntateque percepta, ſaccharatum panem guſtat, comedit, totum abſumit. Quo fit, ut prompta illa animi obedientia magis Guardiani & fratrum mentes, quàm diuturna illa & voluntaria multorum annorum abſtinentia ædificaverit.

entret. C 14 Rurſus, cùm in Aſculano conventu Guardianus, ut illius obedientiam probaret, novum illi habitum, quem indueret, obtuliſſet, eoque Aſculanam urbem, in quâ quotidianam ſtipem exigebat, circumire juſſiſſet; gravior quidem hæc illi res viſa fuit, qui obſoleto ac interpolo hactenus ſemper habitu uſus fuerat: at levem obedientia præſtitit: nec quicquam enim ſuperioris præcepto reluctans, urbem adit & vicos circumdat. Cúmque paſſim homines, qui præter morem illum recenti habitu contectum cernebant, eidem de nova veſte congratularentur, his ille obedientiæ virtutem humilitate contegens, lepide: "Quid?" (ait) "num ſemper mihi inter „ſcruta & lacera verſandum? Nunquamne „ex iis erumpam?" Guardianus verò, cùm ex prompta obedientia divino illum ſpiritu ductum intelligeret, ad priorem illam habitûs paupertatem redire permittit.

Virginitatis donum ab hoſte illibatum ſerv. 15 Hoc modo inobedientiæ ac propriæ voluntatis vitio, obedientiæ ac uî ipſius abnegationis gladio obtruncato, leve illi cum carnis intemperantia certamen fuit: quamquam enim caſtitatis prælia, ob effrænem venereæ cupiditatis impetum, duriſſima eſſe ſoleant; id tamen Dei potiſſimum dono cum Seraphino actum eſt; ut, qui ab ipſa ineunte ætate caſtitatis hoſtem, necdum pugnantem, ſeverioris abſtinentiæ armis ſibi ſubjugaverat; nunquam deinceps reluctantem, ſed ſubjectum ſemper habuerit, primumque virginitatis florem, quem à nativitate tulerat, perpetuum & incorruptum uſque ad mortem ſervaverit. Hinc à fratre quodam ſibi familiari interrogatus, quibus armis adverſus incontinentiæ vitium pugnaret, reſpondit, nullum ſe in hujuſmodi prælio unquam hoſtem expertum fuiſſe, quocum illi pugnandum fuerit. Quo fiebat, ut nullos, non modò ſponte inſurgentes, carnis motus pateretur, ſed nec impudicas cogitationes perſentiſceret, quibuſcum pugnam iniret. At quamquam ſævientem in pudicitiam hoſtem non haberet, haud tamen tam certam ſibi pacem pollicebatur, quod ea negligeret, quibus is, ſi quando inſoleſceret, reprimi valeret. Quapropter tam ſeveram oculis cuſtodiam adhibet, ut nullius unquam mulieris vultum intueretur. Ab earum quoque ita familiaritate abſtinet, ut niſi publicæ mendicationis munere vel charitate compelleretur, nulla cum mulieribus commercia haberet. Neque enim ſe Davide fortiorem exiſtimabat, qui mulieris conſpectu proſtratus fuit. Sæpè enim familiaritas vincit, quos vitium ſuperare non potuit. E

Superbiam ad internecionem uſque perſequens, 16 Levi igitur hoc certamine, Dei potiſſimùm gratiâ devicto, gravius ille cum ſuperbiâ bellum init, quæ, cùm malorum omnium radix ac virtutum inimica ſit, omnia virtutum germina ita ſuo exitiali flatu arefacit, ut ad interitum compellat. Alia quippe vitia eas ſolummodò virtutes impetunt, quibus ipſæ deſtruuntur; ita ut ira patientiam, gula abſtinentiam, libido continentiam expugnet; ſuperbia verò, tamquam vitiorum omnium radix, nequaquam unius virtutis internecione contenta, adverſus univerſa animæ membra conſurgit, ac velut generalis quidam & peſtifer morbus corpus omne ſua tabe corrumpit. Quapropter in eam Seraphinus, velut in omnium vitiorum caput, humilitatis caſtra movet, tantaque ſui ipſius ignitione, tam vili exiſtimatione, tantâ diſpicientia, tanta abjectione, tanta denique proprii neglectûs cupiditate, omnem animi ſuperbiam perſequitur, ut perpetuo atque inſatiabili horum appetitu eſuriret. Hinc cùm à fratre quodam aliquando illi per faſtidium dicerctur: "Faceſſe quam„primùm iſthinc, habitus enim tibi graviter „fœtet." Mox Seraphinus: "Non habitus tan„tùm, ſed & animus intus peſſimè olet." Aliàs cùm à Cardinali, Aſculanæ urbis epiſcopo, ad prandium invitatus, eò ire compulſus fuiſſet, quod illi permoleſtum eſſe ſolebat; quò ab omnibus irrideretur, occaſionem captat; cùm enim in ipſo prandii initio bina ova illi abſorbenda allata fuiſſent, is, ùt ſe rudem & agreſtem oſtenderet, ovum abſorbere ſimulans, illud ſibi in barbam ac mentum defluere ſinit: quod cùm omnibus riſum excitâſſet, is optata confuſione potitur. Rurſus ab Antonio Cornili, nobili Aſculano, ad prandium provocatus, ne abſque humilitatis fœnore ab eo recederet; præter morem liquidam pultem alioſque cibos fuſcinulâ carpens, quaſi qui nobilium urbanitatem imitari vellet, ſæpè vacuam faſcinulam ori admovebat: quo cùm alios ad riſum compelleret, F

A. Z. Boverio.

eam ignavi hominis opinionem ſuæ lætus humilitati reponit. Iterum cùm iter faciens pleroſque in itinere viros ac fœminas offendiſſet, qui ab eo benedictionem depoſcerent; id alterius Ordinis religioſus conſpiciens, his eum verbis mordet: "Seraphine, Seraphine, „his Deum te fallere exiſtimas?" Cui Seraphinus: "Si id", ait, "de hominibus protu„liſſes, qui animi intima penetrare neſciunt; „verum fortè dixiſſes: at Deum nemo fefel„lit umquam; quo fit, ut neque à me is cir„cumveniri queat."

virtutes ac Dei dona ſui ipſius deſpectu contegit.

17 Hoc humilitatis ſpiritu, non modò in omnium opinione vileſcere, quod tamen veræ humilitatis argumentum eſt, ſed & virtutes & ampliora Dei dona, quibus abundè cumulatus fuerat, tam ſollicitè occultare ſtudebat, ut ea ſi quando aliis pateſcerent, vel ſuî ipſius contemptu diminuere, vel verbis contegere, vel tandem divino operi tribuere ſoleret. Quapropter, cùm à ſæculari quodam viro, qui ab eo tot miracula patrari audierat, his verbis exciperetur: "O B „te beatum Seraphinum, qui nunc ſemper „cum Deo verſaris, ac certa deinde in cælo „præmia expectas!" Mox ille dictum expuens: "Quid me beatum prædicas?" inquit, "num „peccatorum maximus Beatus eſſe poteſt? U„tinam mihi purgatorii pœna ad extremum „uſque judicii diem toleranda à Deo adjudi„caretur; quantæ à me Deo gratiæ haberen„tur!" Miracula verò, quæ paſſim Dei virtute ab eo patrabantur, ne pervulgarentur, acrioribus interdum verbis, aliquando lepidis impedire conabatur, ægrotos vel alios his verbis objurgans: "Cavè, inſipientule, cave, „ne ex te verbum erumpat, quo te iterum „ægritudo invadat: aliàs verò, ſi verbum eſ„futieris, mea te manu martyrem efficiam." Hac denique ſuimet deſpectus cupiditate ductus, fratribus aliquando perſuadere ſtuduit, ſe, dum diutiùs in eccleſia orat, non orationi, ſed ſomno vacare. At quamquam ad rem perſuadendam nonnulla paſſim ſomnolentiæ ſigna ederet, re tamen aliorum, qui illius clam orationem intempeſta nocte obſervabant, arte perſpecta, ab ea ſimulatione abſtinuit. C Hæc porrò acuta humilitatis ſpicula erant, quæ Seraphinus in ſuperbiam torquens, maximum omnium hoſtem debellabat.

ANNOTATA.

a *Proceſſuum Compendium ætatis annum, quo* S. Seraphinus *Capucinorum habitum induerit, ſic exprimit:* Nondum incæptum columbarii ædificium abſolutum erat, quum Felix ſextum & decimum agens annum, diu exoptatam ſacram divi Franciſci tunicam in urbe Æſina maxima cordis exultatione induit, ac Seraphini nomen adſumpſit.

b *Lib.* 4 *Hypognoſticon.*

c *Lib.* 10 *Moral. cap.* 13.

d *Lib.* 35 *Moral. cap.* 10.

e *Lib.* 1 *Regum cap.* 15, *v.* 22.

D

CAPUT III.

Perfecta ejus patientia: ſingularis in omnes charitas & in pauperes miſericordia: orationis ſtudium: in B. Virginem veneratio: in ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum religio.

S. Seraphinus divi Gregorii

JAm verò hoc adverſus ſuperbiam bello confecto, aliud contra animi iracundiam auſpicatur; eò ſanè difficiliùs, quò immanior illa quædam bellua eſt, quæ cùm cæco impetu in præceps feratur, nullum prudentiæ aut virtutis frænum agnoſcit, atque adeò violenter E animum rapit, ut ſua illum ratione uti non ſinat. Ex quo haud malè quidam iram tyranno comparans: "An non vides", inquit, "eorum, qui irâ perturbantur, rationem pe„regrinari? Quippe quæ iram, quaſi tyran„num quemdam acerbum fugiat." Immite igitur hoc animi monſtrum Seraphinus quò facilius proſternat, animum priùs prævia rerum, quæ illi moleſtæ eſſe poſſent, conſideratione ac præparatione velut aggere præmunit; ne his repagulis deſtitutum, velut improvidum offendens, in eum repentè irruat & conſtringat. Neque id fruſtra; hoc enim Gregorii conſilium eſt, ita monentis: "Mens ſollicita, an„tequam agere quodlibet incipiat, omnes „ſibi, quas pati poteſt, contumelias propo„nat; quatenùs Redemptoris ſui probra cogi„tans, ad adverſa ſe præparet: quæ nimirum „venientia tantò fortiùs accipiat, quantò ſe „cautum ex præſcientia armavit: qui enim „improvidus ab adverſitate deprehenditur, „quaſi ab hoſte dormiens invenitur: eumque „citiùs inimicus necat, quia non repugnan„tem perforat. Nam qui mala imminentia per „ſollicitudinem prænotat; hoſtiles incurſus, „quaſi in inſidiis vigilans, expectat: & inde „ad victoriam valenter accingitur, unde ne„ſciens deprehendi putabatur. Solerter ergò „animus ante actionis ſuæ primordia cuncta „debet adverſa meditari; ut ſemper hæc co„gitans, ſemper contra hæc thorace patien„tiæ munitus, &, quidquid acciderit, provi„dens ſuperet; &, quidquid non acceſſerit, „lucrum putet *a*."

F

a Apoſtolorumque conſilia ſequens.

19 His præterea gemina propugnacula, quibus animi arcem contra hoſtem muniret, addere conſueverat. Primum ex Chriſti Domini exemplis conſtruxerat, de quo Petrus Apoſtolus: "Chriſtus paſſus eſt pro nobis, „vobis relinquens exemplum, ut ſequamini „veſtigia ejus; qui, cùm malediceretur, non „maledicebat; cùm pateretur, non commi„nabatur; tradebat autem judicanti ſe inju„ſtè *b*." His enim ad omnes iræ impetus cohibendos: tum etiam ad quæcumque adverſa fortiter toleranda ſibi animo vires augeri fortiuſque animari haud ſemel expertus fuerat, id quoque Apoſtolo dicente, cùm ait: "Chri„ſto

b

A »ſto igitur paſſo in carne, & vos eadem co-
c »gitatione armamini *c.*" Alterum ex Dei ipſius patientia ſibi ædificaverat: qui cùm tot ab omnibus quotidie ſceleribus ac injuriis provocetur, omnia, proinde acſi minimè læſus eſſet, patientiſſimè ſuſtinet, illatas contumelias diſſimulat, ſolem æquè ſuper malos & ſuper bonos oriri jubet; imbres quoque opportunos ſuper impios fundit; cúmque ii malefacta congeminent, haud tamen is à benefaciendo deſiſtit, ita ut Apoſtolo dicere licuerit: "Quòd ſi Deus, volens oſtendere iram »& notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit »in multa patientia vaſa iræ apta in interi-
d »tum *d.*" Hinc quantâ patientiâ contra omnia adverſæ fortunæ tela, quibus hominum vita oppeti ſolet, atque effrænes iræ impetus ſe muniri oporteret, cùm non obſcurè didiciſſet, Dei in omnibus patientiam imitabatur.

animum ab omni ira alienum ſervat,

20 His itaque Seraphinus cùm aggeribus ac propugnaculis animum undique munitum haberet, ita omnem iræ impetum & perturbationem extinxerat, ut columba mitior, quæ felle carêre fertur, cuiquam iraſci aut iræ ſenſum prodere penitùs neſciret: tamque imperturbatum in quamplurimis, quæ illi ſæpenumerò acciderunt, aſperioribus & improviſis rerum eventibus animum gereret, ut omnis prorſus iræ ac impatientiæ ſenſus in eo deperiiſſe crederetur. Hæc porrò patientiæ virtus, quandoquidem in Seraphino tam præclara fuit, ut illum Deus ob id potiſſimùm elegiſſe videatur, ut in eo omnem patientiam oſtenderet; ad eorum informationem ac diſciplinam, qui religioſam in clauſtris vitam ducunt, nonnullis rerum ab eo geſtarum exemplis illuſtranda eſt.

atque per totum vitæ decurſum

21 Id Seraphinus haud abſque Conditoris conſilio ſecum à nativitate tulerat, ut iis naturæ donis careret, quæ hominem ad quælibet rectè agenda aptum efficiunt. Quò fiebat, ut ad pleraque domûs miniſteria, quæ laïcis fratribus peragenda incumbunt, ſe tam ineptum præberet, ut vel teſtudine tardior ad agenda procederet: vel ingenii penuria ita in agendis laboraret, ut ſuam rebus tem-
C peſtivitatem nunquam conciliaret. Hinc magna & quotidiana illi exercendæ virtutis occaſio exoriebatur; cùm enim familiarum præſides illum & ad domûs miniſteria præſtanda gnavum & ad propria munera accuratum expeterent, crebris eum correptionibus excitare, ſarcaſmis pungere, injunctis pœnitentiis exagitare, verbis illudere, in fabulam vertere; ita ut nullum ferè tempus illi à ſcommate ac fratrum vexatione vacuum eſſet. His verò haud ita Seraphini animus afficiebatur, qui cuncta imperturbata mentis tranquilitate ac riſu exciperet, tantamque in his vultûs hilaritatem præ ſe ferret, ut, cùm ex ſuperioribus nonnulli, antequam illis nota ipſius ſanctitas eſſet, eam malam in partem interpretarentur, ut, qui ab eo naturæ vitio animum revocare negligeret, aſperioribus illum tùm verbis tum factis per totum anni circulum impeterent. Neque id unius aut alterius dumtaxat anni ſpatio cum eo actum eſt; ſed, cùm trigeſimum & quadrageſimum uſque annum aſperis hujuſmodi ita examinatus fuiſſet, ut patientiæ Martyr nuncupari poſſet; nunquam tamen à prima illa animi tranquillitate immutatus, idem ſemper ac imperturbatus apparuerit; atque adeò hæc voluptuosè excipe- A. Z. Boret, ut, cùm à ſuperiore graviori aliquâ pœnitentiâ plexus eſſet, eâ peractâ, velut ſumma lætitia geſtiens, proſtratus illius pedes oſcularetur, ſæpéque in hæc verba prorumperet: "Sic, ſanctule mi, ſic fieri debet, Deus »tibi pro tanto beneficio gratiam reddat." Ex quo denique tam præclara à Deo dona conſecutus eſt, ut inde illi totius ſanctimoniæ fons & ſcaturigo emanaverit. VERIO.

mira ſingularis patientiæ

22 Hunc cùm tam ſingularis patientiæ Virum frater quidam commendari audiſſet, ſatanæ ſpiritu concitatus, quaſi ipſius patientiam probaturus manu plumbeâ laminâ armatâ, tam gravi ictu rudum ipſius caput oppetiit*, ut ſtupidum atque à ſenſu ferè alienum * *l.* appetiit præſtiterit. At Seraphinus cumprimùm à ſtupore ſibi redditus fuit, riſu illum excipiens: "O ſanctule, ſanctule", inquit, (hæc enim vox illi familiaris erat) "tibi Deus benedicat." Verumtamen haud Deus fratris illius facinus inultum eſſe voluit; nam poſt hæc ille ex Ordine dilapſus, extremum cum apoſtatis E diem obiit. Cæterùm qui ex fratribus factum viderant ac Seraphini patientiam contemplati fuerant, ea ita obſtupuêre, ut ex his quidam haud malè dixerit, Seraphini patientiam ſibi prodigio ſimilem videri. Eadem quoque in alterum, qui haud leve illi colaphum impegerat, patientiâ uſus, quàm longè animum ab omni iracundia nedum ira alienum poſſideret, apertè oſtendit.

exempla præbere

23 Prioribus quidem à ſua converſione annis, quibus necdum perfectum patientiæ gradum conſcenderat, cùm à quodam Guardiano, qui eum ad ſcoriam uſque examinandum ſuſceperat, creberrimis increpationibus & correptionibus exagitaretur, graviter animo afflictabatur. Satanæ quoque tentatio accedebat, qui eremiticam vitam ob ſuam in mechanicis rebus ineptitudinem meliorem ac tranquilliorem illi fore perſuadebat. Quam ob rem graviùs aliquando his Guardiani & ſatanæ tentationibus pulſatus, in eccleſiam ſe confert, atque ante ſacræ Euchariſtiæ altare cum lacrymis proſtratus, ita Dominum compellare cœpit: "Domine Jeſu, qui ſcrutaris renes F »& corda, atque cogitationes penetras, quàm »ego Majeſtati tuæ placere ac fidelem in o»mnibus tibi famulatum exhibere optem, haud »ſanè te latet. En undique anguſtiis premor: »ubique enim me naturæ ignaviâ comitante, »nulli meis officiis ſatisfacio, ſuperioriſque »iram provoco. Hinc adverſum me increpa»tiones ſæviunt, illinc ſatanæ tentationes ur»gent, intùs vires ad ferendum deficiunt, a»nimo afflictiones augentur; cúmque nova ad»verſum me prælia ſemper inſurgant, omnem »pacis ac tranquillitatis unquam aſſequendæ »ſpem animo adimunt. Quid inter hæc miſer »agam? Salvator ac Domine, niſi è cælo ſup»petias quamprimùm feras, anguſtiis obruor." Porrò clementiſſimus Dominus, qui ex eo admirabile patientiæ vas effingere decreverat, hac illum cæleſti voce alloquitur: "Seraphi»ne, quid de aſperis, quæ tibi contingunt, »conquereris? ea tibi haud ſine meo conſilio »accidunt. Si mihi placere ac famulari cupis, »tuî ipſius abnegatione ac rerum adverſarum »tolerantiâ, demùm Crucis viâ tibi progre»diendum eſt. Hæc omnium ſervorum meo»rum

A. Z. Boverio.

»rum ſemita, hoc regium iter, per quod, ſi »indefeſſè perrexeris, nunquam meum tibi »auxilium decrit." Porrò his Salvatoris verbis Seraphini animus tantopere recreatus fuit, ut omnis ab eo protinùs tum animi afflictio, tum ſatanæ tentatio abſceſſerit; tantúmque illi ab eo tempore animo divini roboris acceſſit, ut, quæcumque poſt hæc illi dura & aſpera contingerent, non tam levia, quàm jucunda exiſtimaret; ita ut apoſtolicum ſpiritum nactus, illud ſibi Pauli uſurpare valeret: "Repletus »ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in »omni tribulatione noſtra *e*."

e

haud deſinit.

24 Quam ob rem, cùm à ſatana, qui poteſtate à Deo accepta, multis illum modis exagitabat, verberibus cæderetur, eidem Seraphinus: "Cæde, ſatan", aiebat, "cæde, ne »parcas; carnem enim mihi inimicam caſti»gas." Plurima alia ipſius patientiæ exempla prætereo, quæ ex repentina malorum incurſione, quæ illi ſæpè accidêre, colligi poſſent, in quibus mira illius patientia enituit. Illud tamen prætereundum non eſt, quòd,

B

cùm ſibi in more poſitum haberet, ut, quoties gravi aliqua injuria aut contumelia ab quopiam afficeretur, ex ſeptem corollis, quas ſibi ex omnibus Dominicæ paſſionis myſteriis collegerat, unam pro eo Domino perſolveret, contigit aliquando, ut pro quodam Guardiano, qui præter omnem modum eum convitiis ac pœnitentiis oneraverat, corollam ardentiùs in eccleſia recitaret, quo tempore Domini vocem hæc ſibi dicentem audit: "Seraphine, »tua hæc mihi oratio: quâ me ex animo pro »iis, qui mala tibi inferunt, rogas, tam gra»ta eſt, ut, quæcumque à me deinceps po»ſtulaveris, accipias."

Maxima in pauperes

25 Hinc ſextum adverſus omnes charitatis hoſtes bellum exorſus, mirum planè, quàm ſtrenuè, quàm ardenter quámque indefeſſè pro fraterna charitate pugnaret; cùm enim ea charitati vis indita ſit, ut vitia enecans, virtutes omnes in animo generet, ùt ex Apoſtolo docet Gregorius his verbis: "Lex Dei multiplex »dicitur; quia nimirum, cùm una eademque »ſit charitas, ſi mentem plenè ceperit, hanc »ad innumera multiformiter accendit, quam »explicat Apoſtolus dicens: Charitas &c *f*."

f

C

In eam perfectè comparandam & propugnandam ſtudium omne ac laborem conferebat. Quapropter tanta in pauperes liberalitate ferebatur, ut, cùm de Chriſto Domino dixerit Apoſtolus: "Quoniam propter vos egenus fa»ctus eſt, cùm eſſet dives *g*." Is è regione,

g

cùm egenus eſſet, dives fieret, ut pauperes ipſius opibus ditarentur: cùm enim in Aſculano conventu, in quo is diuturnas moras traxit, janitoris officio fungeretur, tot ad eum pauperes confluebant, ut, cùm panis ad omnium inopiam ſublevandam non ſufficeret, horti iis olera diſtribueret. A ſuperiore verò aliquando correptus, quod nimia ipſius in erogandis potiſſimùm oleribus in pauperes liberalitas in familiæ damnum redundaret, mox Seraphinus; "Ne te", inquit, "Pater, olerum »penuria ſollicitet; abundabunt olera, nec »ullum familia detrimentum patietur." Res planè miraculo plena tunc viſa: cùm enim, occidente ſole, oleribus majori ex parte præciſis, hortus vacaret; manè eluceſcente, hortus tot oleribus vireſcebat, ut nullam ea unquam inciſionem paſſa crederentur. Hoc quoque modo, cùm ab altero conventûs Guardiano quædam Seraphino horti portio circumſcripta eſſet, quam ipſe conſereret, herbaſque pauperibus erogaret, inſudabat alterius horti culturæ omni diligentia proprius fratrum hortulanus, olera purgabat, ſimo confovebat, omne denique in his ſtudium ac laborem impendens, haud tamen illorum incrementum aſſequi poterat: cùm Seraphini hortulus, nullâ ipſi culturâ adhibitâ, nulla irrigatione, nulla arte nulloque ab eo exantlato labore, tot braſſicis ac oleribus quotidie turgeſcit, ut, quò plura ab eo metebantur, eò plura excreſcerent.

D

miſericordia.

26 Vir adeò pauperum amator erat, ut, cùm quæſtuarium munus exercens, panem in urbe mendicaret, in eos tam liberalis eſſet, ut, niſi ſocius obſtitiſſet, pane vacuus ſæpè domum rediiſſet. At annonæ caritate urgente, mediam potiùs ſibi panis portionem detrahi æquum putabat, quam quod ſuo pauper ſubſidio defraudaretur: rapinam enim pauperi indigenti non tribuere, cùm poſſis,

E

haud immerito eſſe exiſtimabat; præſertim cùm teſtem Chryſoſtomum haberet, Homilia 6 in Lucam ita ſcribentem; "Rapina eſt, »pauperibus non impertiri de tuis facultatibus. »At fortaſſis vobis mirum eſſe videtur, quod »dico? Verùm ne miremini, teſtimonium e»nim vobis de divinis Scripturis proferam. »Itaque Dominus Judæos accuſans, per pro»phetam dicit: Produxit terra proventum & »non intuliſtis decimas; ſed rapina pauperis »eſt in domibus veſtris. Quoniam, inquit, »oblationes ſolitas non dediſtis; rapuiſtis ea, »quæ ſunt pauperis. Hoc autem dicit decla»rans divitibus, quod res pauperum poſſident, »etiamſi paternæ hæreditates obvenerint." At ſine Chryſoſtomo id vehementiùs urget Salvator apud Matthæum cap. 25, ℣. 42, cùm ait: "Eſurivi & non dediſtis mihi manduca»re: ſitivi & non dediſtis mihi potum." Ex quo id conſequens eſt, ut, cùm hîc de pauperibus agatur, in quibus Chriſtus nunc eſurit & ſitit; qui pauperes eſurientes non paſcit, cùm poſſit; quæ pauperi neceſſariò debentur, ſibi rapiat. Hinc apud Eccleſiaſticum cap. 4, ℣. 1 legitur: "Fili, eleëmoſynam

F

»pauperis ne fraudes." Quapropter cùm Seraphinus panem ſuum ita cum paupere communem haberet, ut ex eo ille etiam comederet, perfectæ, quæ ad pauperes ſpectat, charitatis metam attigerat.

& perfecta in omnes charitas in ipſo enitent.

27 At, quandoquidem integra charitas non ad pauperes tantummodò, ſed ad univerſos quoque, qui nobis naturæ vinculo conjuncti ſunt, ſeſe extendit. Hac Seraphinus charitatis amplitudine ita in omnes effundebatur, ut velut parens quædam benigniſſima cunctos in ſinu geſtare videretur, cum flentibus fleret, cum gaudentibus gauderet, omniumque ita onera portaret, ut cum infirmis infirmus, cum mœrentibus mœrens, omnia denique omnibus, ut omnes Chriſto lucrifaceret, efficeretur. Hujus rei unicum hîc exemplum referre libet. In Aſculano conventu cùm familia cujuſdam noſtri Ordinis ſancti pervigilium, nulla tamen lege præceptum, ex devotione obſervaret, Guardianus eo tempore quodam virium deliquio laborans, cœna ad naturæ inſtaurationem

A hem indigebat: qui cùm propter imbecillium ſcandalum à cœna abſtinere decreviſſet; id Seraphinus animadvertens, charitatis fraudem meditatus, Guardianum adit, refectioneque ſe indignum ſimulans, tot mira arte compacta verba componit, ut illum ſibi cœnæ ſodalem in refectorium adduxerit; ubi, dum ſe in miniſtrandis Guardiano cœnanti cibis ſollicitum præbet, Guardianus quidem neceſſaria ſua refectione fruitur, is verò, vix unâ aut alterâ panis buccellâ acceptâ, incœnatus recedit. Atque hoc ſæpè cum aliis quoque charitatis ſtratagemate uſus, quod & B. P. N. Franciſco olim familiare fuiſſe legimus; hinc quàm perfectam animo charitatem gereret, facilè cuique perſpectum eſſe poteſt.

Quàm à veniali culpa cavendum ſit, Sanctus oſtendit.

28 Verùm ut univerſa hoſtium caſtra, quæ in ſpiritum militant, unico certamine evertat; tam perfectæ mentis puritati & vitæ innocentiæ invigilat, ut non modò graviora crimina, quæ hominem à Deo abſtrahunt, ſed & minora tam gravi odio proſequeretur, atque in his radicitùs evellendis tanto ſtudio

B elaboraret, ut, quamvis humanæ naturæ imbecillitas pro hujus vitæ ſtatu his omninò carere non poſſit, voluntariis tamen atque agnitis nunquam in animo locum daret. Quapropter à nobili quadam muliere, quæ ab eo poſtulaverat, ut levi quodam mendacio cujuſdam factum excuſaret, adduci nunquam potuit, ut ſub cujuſlibet utilitatis prætextu illud, tametſi leve, crimen admitteret. Cui mulier: "Quid amplius", inquit, "quàm veniale peccatum eſt?" At Seraphinus: "An id parum", inquit, "tibi eſſe videtur? Ita me »Deus amet, quod, ſi totus mihi mundus pretii loco appenderetur, dummodò hujuſmodi »delictum ſub qualibet boni ac recti alicujus »ſpecie patrarem, eo & majori pretio con»temto, ab ipſo refugerem. Num id leve exi»ſtimas, quo Deus etiam in exiguo contemni»tur, quo Spiritus Sanctus contriſtatur, quo »charitatis fervor deperditur, quo tandem a»nimus labefactatur & ad pietatis opera præ»ſtanda gravior redditur? Num divina illa »Majeſtas, rerum omnium Creatrix ac Do»mina, tam parvi à nobis æſtimanda eſt, ut

C »illius honor & voluntatis beneplacitum re»bus omnibus & univerſis vitæ commodis »meritò anteferri non debeat? At ubi Dei »honor, ubi divinæ voluntatis beneplacitum, »quæ in humanæ ſanctificationis profectum ſe »extendit, apparere poteſt; cùm in ea ani»mus propria voluntate fertur, quæ & Dei »honorem diminuunt, &, cùm divinis oculis »ingrata ſint, acerbis ab eo etiam in altero vitæ »ſtatu pœnis plectuntur? Equidem, ſi tan»tillus cæleſtis ac benigniſſimi in nos Patris »amor animum pungeret, quî fieri poſſet, ut »in id unquam quis ſponte conſilium propen»deret, quo vel leviter eum offenderet? An »non ea legitimi ac minùs degeneris filii na»tura eſſe agnoſcitur, ut ab iis ſummopere »caveat, quæ patri diſplicere novit? Quòd ſi »ita eſt, planè Altiſſimi filios degeneres nos pro»dere pudere debet, quòd tam levi meliorem a»mantiſſii Patris gratiam ac placita faciamus, »ut eam nihili ducere videamur." His cùm improbam mulieris poſtulationem repreſſiſſet, integram animo innocentiam retinuit. Vir denique tanta mentis puritate præditus fuit, ut, qui ipſius confeſſiones excipere ſolebant, æquam plerúmque ſacræ abſolutioni in eo materiam non offenderent: quo fiebat, ut, cùm omnem juſtitiam ad quadrantem ſolveret, puriſſimum Deo ubique animum ſervaret. A. Z. BOVERIO.

Ferventi ſemper orationi;

29 Poſtremò denique tartareos ſpiritus, perpetuos humani generis hoſtes, prælio aggreditur, quos orationis gladio tam ſtrenuè perſequitur, ut, cùm vix unquam ab oratione vacaret, cum iis aſſiduo ac nunquam ferè intermiſſo bello conflictaretur; hæc enim diu illi conſuetudo fuit, ut ad tertiam uſque noctis horam in eccleſia perſtaret: tum brevi, trium circitèr horarum, ſomno ſibi conciliato, ad Horas Matutinas exurgens, orationem iterum ad lucem uſque pertraheret, quo tempore frequenter à ſenſibus alienus, divinis amplexibus inhærebat. Aſculi, cum ſacerdote ad cujuſdam morientis curam agendam miſſus, cùm noctem totam in oratione inſomnem duxiſſet, diem haud ſecùs, quàm ſi longo ſomno potitus eſſet, in conſuetis domûs miniſteriis inſumſit. Hoc modo & in ſacræ Lauretanæ domûs ſacello, oratione aliquando

E à prima luce in veſperum perducta, nequidem ab oratione ceſsâſſet, niſi à ſacræ domûs cuſtode ab ea tandem evocatus fuiſſet; tanta enim orans à Deo ſuavitate perfundebatur, ut jucundiores nullæ divinarum rerum contemplatione illi epulæ eſſent. Quo fiebat, ut domi foriſve ita Deo ſpiritum conjunctum haberet, ut ex cujuſlibet rei aſpectu orandi ſemper anſam arriperet. Eandem quoque orandi conſuetudinem, cùm iter faciens, in ſæcularium domibus obſervaret, aliquando contigit, ut, à pio viro hoſpitio exceptus, dum ſeorſim in cubiculo orat, puella candidam quandam columbam circa ipſius caput volitantem conſpiceret, quæ puram, ac divini Spiritûs donis cumulatam ipſius animam indicaret.

In qua plures mentis exceſſus

30 In Aſculana urbe, dum Fr. Placidus ſacerdos ſua cum propinquis negotia gerit, Seraphinus, qui ſocius illi adſcriptus fuerat, cùm ſeorſim in cubiculo oraret, in ecſtaſim tollitur: quo tempore puella, quæ illum ſæpè fruſtrà vocaverat & manibus attraxerat, ſyncope correptum exiſtimans, anxia ad matrem properans, ei factum narrat, quæ unà

F cum ſocio ad Seraphinum pergens, eum non alia, quàm divini amoris ſyncope à ſenſibus abſtractum cernit; poſt horam ſiquidem ad ſenſus rediens, cæleſtis Seraphini inſtar, vultu ardens conſpicitur. Rurſus in Aſculano conventu cùm Vir Dei ubique conquiſitus minimè reperiretur, eum tandem in horto, oculis in cælum erectis, ſtantem divinaque ecſtaſi fruentem offendunt.

dæmonumque vexationes

31 Atque hæc quidem de illius orationis aſſiduitate. Quod enim ad ipſius apud Deum vim ac robur ſpectat, haud facilè explicari poteſt; quot inde morborum curationes, quot miracula, quot futurorum prædictiones quotque cæleſtes viſiones, quæ paulò pòſt explicanda erunt, procul dubio emanârint. At ſingularis ipſius in dæmones virtus enituit, quibuſcum tam ſtrenuè manum conſeruit, ut iis etiam ignaviam exprobraret. Neque hoc Seraphini cum dæmone bellum breve aut leve fuit. Id etenim ante converſionis exordium, dum adhuc ſub Silentio fratre cæmentariæ arti operam daret, exorſum, (quo tempore

A. Z. Bovério.

à dæmone vexari ac verberibus cœpit cædi) non niſi poſt multos in religione tranſactos annos confectum fuit. Quot is à ſatana infeſtationes, minas, verbera, præſertim orationis tempore, ſuſtineret, haud facilè eſt referre. Sæpè enim, dum Aſculi orat, à dæmonibus arreptus, in quandam S. P. N. Franciſci ædiculam, quæ in horto conſpicitur, deportabatur, ubi, dum eum diriſſimis plagis afficiunt, is illos verbis provocans, aiebat: "Cædite, dæmones, quid tam ſegniter »opus veſtrum expletis? Cædite, meas enim »partes agitis, dum domeſticum meum ho»ſtem verbere perſtringitis."

pátitur, animum intendit,

32 Rurſus, cùm in eccleſia genuflexus oraret, ac dæmon, illius pedibus arreptis, fruſtrà eum ab oratione retrahere conaretur, divina ille virtute confirmatus, his ſegnitiem dæmoni verbis exprobrat: "Trahe, piger, »quid tam ſegniter laboras? Vires exere, ut »hinc me avellas." Orabat aliquando Aſculi Seraphinus, cum cæleſti B. Virginis, ſibi in aëre apparentis, conſpectu diguatus, tanto
B ſpiritûs æſtu in eam ferri cœpit, ut toto corpore in aëra attolleretur. At invidûs ſatan inſaniâ furens, ut eam ſpiritûs voluptatem interciperet; per pedes arreptum, vi illum ad ſe attrahere nitebatur; quod cùm aſſequi minimè valeret, ſuamet rabie torquebatur. Aliàs quoque in aëra ſublatum ſolo allidere contendit, cúmque his ac plurimis aliis Seraphinum infeſtationibus impeteret, is cunctos hoſce dæmonum impetus, ſua ita patientia eludit, ut majores illis ſua oratione plagas inureret. Hinc tartareis ſpiritibus tam formidandus evaſerat, ut, qui hominum corpora obſidebant, cùm illius præſentiam ferre non poſſent, ab eo quàm longiſſimè aufugerent & ab obſeſſis corporibus diſcederent, quemadmodùm fuſiùs, cùm de ipſius miraculis mentio fiet, explicabitur.

atque Dominicæ Paſſionis memoriam in mente verſat.

33 Neque id mirum: potiſſimus enim, ad quem Seraphini oratio ferebatur, cùm ſcopus eſſet, Dominicæ Paſſionis meditatio, quæ ſatanam conterit, hanc piis jugiter lacrymis
C irrigabat, hanc perpetuò ſinu confovebat, hunc myrrhæ faſciculum ex omnibus Domini amaritudinibus collectum, ita ſibi inter ubera collocaverat, ut cum Bernardo (ſermone 43 in Cant.) id effari poſſet: "Mihi hic ſaluta»ris faſciculus ſervatus eſt; nemo tollet eum »à me; inter ubera mea commorabitur. Hæc »meditari, dixi ſapientiam, in his juſtitiæ »mihi perfectionem conſtitui, in his pleni»tudinem ſcientiæ, in his divitias ſalutis, in »his copias meritorum: in his mihi interdum »potus ſalutaris amaritudinis, in his rurſum »ſuavis unctio conſolationis." Quapropter cùm Domini Paſſionem in quadringentas partes ſeu puncta diſſecuiſſet, ſeptem ex his corollas, ſexaginta tribus cuique myſteriis aſſignatis, compoſuerat, quas, per ſingulos hebdomadæ dies diſtributas, ſibi recitandas propoſuerat. Has tanta animi compunctione ac divini amoris æſtu recitare ſolitus erat, ut in his magnam ſemper lacrymarum vim profunderet. Nocte quadam ante Matutinas Horas in eccleſia orans, cùm neminem adeſſe putaret, ea Hymni: Stabat Mater dolorosa &c verba proferens: "Tui Nati vulnerati, tam di»gnati pro me pati, pœnas mecum divide", in tam ingentem fletum erupit, ut ſacerdos quidam, qui illum obſervaturus intra chori ſedilia latebat, cùm tamdiu in fletu procedentem animadverteret, ut nullum lacrymis finem daret, placidè ex eccleſia abſcedens Dei Servum, velut columbam, Domini vulnera gementem, reliquerit. Quo tempore Domini mors & ſepultura piâ ab Eccleſia memoriâ celebratur, ſacellum, in quo Chriſti Corpus tunc recondebatur, cum aliis ante diem Paraſceves ingreſſus, ab eo nunquam deinceps receſſit, quoad, abſolutâ Myſterii illius memoriâ, inde Chriſti Corpus poſtridie aſportaretur. Hoc itaque fortiſſimo armorum genere, quod & Apoſtolus ſuadet, cùm ait: "Chri»ſto igitur paſſo in carne, vos eadem cogita»tione armamini *h*." cùm Seraphinus univerſos ſatanæ impetus confringeret igneaque illius tela extingueret, haud mirum, quòd de eo quoque glorioſiùs triumpharet.

h

Plurima in B. Virginem devotione

34 Huic & aliud quoque addere conſueverat, quod haud leviter hoſtem premeret: ardentem nempe quandam in ſacram Deiparam religionem, quâ tantopere afficiebatur,
E ut Mariam ſibi poſt Filium apud Deum mediatricem, patronam & dominam conſtitueret, hanc diligeret, hanc veneraretur, hanc animo amplecteretur, in hanc univerſa illius vota conſpirarent. Si quid gratiæ, ſi quid virtutis, ſi quid divinæ lucis, ſi quid donorum à Deo expeteret, Mariæ interceſſioni ab eo impetrandum committeret, qui totum nos per Mariam habere voluit, atque è regione, quidquid Deo offerre pararet, illud Mariæ manibus offerendum commendaret, ut Deo gratum eſſe poſſet. Tantam denique ex ea in nos gratiarum plenitudinem profluere agnoſcebat, ut, cùm nunquam Bernardum legiſſet, Bernardi tamen ſpiritum adeptus, ſæpè in hæc verba prorumperet: "Tolle hoc ſola»re corpus, quod mundum illuminat: ubi »dies? Tolle Mariam hanc maris ſtellam: »tolle portam hanc lucis fulgidam: tolle con»ſurgentem auroram: tolle ùt ſol electam, »ex qua divinæ in nos lucis radii effluunt: »quid niſi caligo involvens ac denſiſſimæ te»nebræ mortalibus relinquuntur? Tolle de»nique Matrem, ubi filiorum lætitia?" Hinc
F univerſos ad beatiſſimæ hujus Virginis cultum & venerationem, quibus poterat, verbis provocabat. Quamobrem cùm virum ſibi familiarem aliquando gravi ærumna vexatum, ad opem B. Virginis implorandam excitare vellet, eam ſibi, nonnullis tentationibus afflicto, aliquando apparuiſſe, aperit; cujus ſolo aſpectu ita animo recreatus fuit, ut ab eo omnis ſtatim tentationis afflictio propulſata fuerit. Porrò hæc dicens tanta mox ex ſola illius memoria ſpiritûs voluptate efferri cœpit, ut velut ebrius in hæc vehementiùs verba erumperet: "O quale cordis gaudium! O qualis »voluptas!"

atque in ſacrum Euchariſtiæ Sacramentum religione fervet, ipſiuſque miniſtros honorat.

35 His tandem, cùm ſumma illius in Euchariſtiæ Sacramentum religio accederet, eò fiebat, ut quotidie fermè divino illo pane refectus, tanta in hujus Sacramenti contemplatione mentis voluptate frueretur, ut in ea pleraque horarum ſpatia inſumeret, ac ſæpè in mentis exceſſum raperetur. Hinc tam ſingulari Domini ſacerdotes veneratione proſequebatur, ut, cùm ex his aliquem in urbe obvium haberet, protinùs negotio omni intermiſſo, ad eum pergens, illius manus exoſcularetur.

A oſcularetur. Cùm verò Aſculi quidam ſacerdos, leprâ infectus, ſacra Myſteria celebraret, id Dei Servus ægrè ferens, ita illum ſua oratione à lepra curavit, ut tamen miraculum herbæ perfricatione celaverit *i*.

ANNOTATA.

a *Lib.* 5 *Mor. cap.* 31.
b *Epiſt.* 1, *cap.* 2, ℣. 21 *&* 23.
c *B. Petrus Epiſt.* 1, *cap.* 4, ℣. 1.
d *B. Paulus Epiſt. ad Romanos cap.* 9, ℣. 22.
e *Epiſt.* 2 *ad Corint. cap.* 7, ℣. 4.
f *Lib.* 3 *Mor. cap.* 4.
g *Epiſt.* 2 *B. Pauli ad Corint. cap.* 8, ℣. 9.
h *Epiſt.* 1 *B. Petri cap.* 4, ℣. 1.
i *In Proceſſuum Compendio ſequentia referuntur :* Ferventiſſima pietate, & peculiari cultu & obſequio venerabatur ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, quo ferè quotidie ſe reficiebat; & tanta quidem humilitate atque ſpiritûs fervore, ut adſtantes ingenti gaudio perfunderet; ùt perhibent duodecim teſtes de viſu. Quolibetque manè pluribus Miſſæ Sacrificiis inſerviebat tanta quidem devotione, ut fuerint, qui, datâ operâ, ut eum inſervientem conſpicerent, Capuccinorum eccleſiam adirent, ùt probant undecim teſtes de viſu. Adeóque grande erat deſiderium dicto incruento Sacrificio miniſtrandi, ut ab eo nunquam ſe diſtraxiſſet, niſi ex obedientia alia peragere debuiſſet, anxiéque hac de cauſa vel Romæ, vel in ſacra Lauretana domo, ubi major eſt numerus Miſſarum, commorari peroptabat, ùt probant teſtes Summarii Numero 12, § 6. 8. 13. 1. Piéque etiam cum omnibus contendebat, ne ullus ſibi id miniſterium adjunctum haberet, quo ſolus angelico illi operi incumberet, ùt refert teſtis de facto proprio Summarii Num. 12, § 9, & alter teſtis de auditu proprio § 18.

B

CAPUT IV.

C

Ipſius viſiones : donum notitiæ ſpirituum & prophetiæ, quo Sanctus dotatus fuit.

Plurimos, quos inter ſui Ordinis duos religioſos, cum Chriſto regnantes videt. Matrem de filii,

HIs igitur de Seraphini virtutibus, quibus ſibi apud Deum gratiam & vitæ ſanctimoniam comparavit, utcúmque prælibatis, ad cæleſtia dona illi divinitùs collata accedo, quibus Deus Opt. Max. præclaram vitæ ipſius excellentiam, eo adhuc ſuperſtite, apud homines teſtatam eſſe voluit; quæ cùm partim cæleſtibus viſionibus & abditiſſimarum rerum agnitione, partim certa rerum futurarum prædictione ac ſignorum opere comprehendantur, de his ſingillatim, quemadmodùm ex Proceſſu conſtant, agendum erit. Primum itaque, quod ad viſiones ſpectat, quandoquidem inter alias ſancti hujus Viri virtutes hæc in eo ſingularis fuit, ut & virtutes & ipſa Dei dona, quibus ipſius virtus agnoſci poſſet, ſummo ſtudio occultaret, quod eximium ipſius humilitatis argumentum fuit; inde accidit, ut præter paucas duntaxat, quæ ob aliorum potiùs utilitatem, ipſa Dei charitate impellente, quàm ſpontè ex illius ore concisè tantùm ac minùs integrè excidêre, aliæ permultæ haberi non potuerint. His igitur, quæ de Ludovicæ parentibus *a*, quos inter Superos ſe vidiſſe affirmaverat, & de jucundiſſimo illo B. Virginis intuitu *b* ſuperiùs enarrata ſunt, prætermiſſis, ad cæleſtis gloriæ præmia conſpectanda ſe aliquando ſubvectum fuiſſe, ubi eos, qui dura pro Chriſto hîc patienter pertulêre, maximâ in cælo gloriâ potiri aſſerebat, pio ac familiari olim viro ut ipſius dolorem leniret, aperuit. Pleroſque etiam hâc vitâ functos cum Chriſto regnantes conſpexit, inter quos Fr. Donatum à Montegranario, ex noſtris concionatorem, & Fr. Jacobum Aſculanum laïcum, viros omni virtute ornatos, enumeravit. Deianiræ Biciariæ, mulieri Aſculanæ, quæ pro defuncto filio ſacras Miſſas celebrari poſtulabat, reſpondit: "Jam »defunctus Miſſarum ſuffragio non indiget; »etenim à pœnis ſolutus ad cæli gaudia con»ſcendit." Cui illa : "Utinam id mihi cer»tum," At Seraphinus : "Id", inquit, "cer»tiſſimum habe; hiſce enim eum oculis inter »angelos conſedentem conſpexi." *a* *b*

A. Z. BOVERIO.

E

57 Martium Conſtantinum Aſculanum, Pomponiæ virum, qui, ab hoſtibus interfectus, abſque Sacramentis deceſſerat, uxori tam conſtanter illum cæleſti gloria potitum confirmat, ut non credentem his verbis increpaverit : "Cur tam ægrè, ô Pomponia, „ad id, quod certiſſimum eſt, credendum „pertraheris? Utinam eò ego nunc liber con„cederem, ubi is jam de ſua gloria tutus re„quieſcit." Hoc ipſum & Ludovicæ Biciellæ de matris defunctæ gloria renunciat. Alexandri Santucii defuncti matrem, quæ filii obitum perpetuis lacrymis lugebat, de filii gloria tam certam reddidit, ut diem illi, quâ ex purgatorii pœnis in cælum evolaverat, ad amuſſim indicaverit.

mulierem de mariti, puellam de matris, & quamdam de filii in cælis gloria certiores reddit.

38 Præterea eidem quoque familiari viro, cujus ſuprâ memini, cùm aliquando ſe inferorum ſupplicia conſpexiſſe ac permultos, quos viventes noverat, iis cruciatos eſſe indicâſſet; cuidam etiam Aſculanæ mulieri, cujus nomen conſultò reticetur, quæ ad matris defunctæ ſuffragium ipſius orationes poſtulaverat, reſpondit: "Ne pro matre ſuffragia „quæras; ea enim, ad inferos Dei judicio „damnata, vivorum ſuffragiis juvari non po„teſt. Tu ſatage, ut melioris vitæ curſum „inſtituas, ac te cælo dignam præbeas."

Cuidam mulieri matris animam in inferis puniri indicat.

39 At, neque minori Dei dono, occultas ſæpè hominum cogitationes & conſilia inſpectat. Quod ſi exemplis illuſtrandum eſt, primum eſt Aſculani cujuſdam juvenis, qui cùm à Deo ad religionis ſinum vocaretur, dæmon, ut à ſancto illum propoſito revocaret, malevolum quemdam virum excitat, qui cùm juvenem gravi contumelia affeciſſet, illius animum ad vindictam accendit; ſolebat hic cum Seraphino frequenter colloquia habere, ad quem cùm poſt hæc aliquando acceſſiſſet, eum Vir Dei in hortum perductum, acetaria jubet colligere; quo tempore, dum *is*, multa

Occultas juvenis cogitationes,

A. Z. BOVERIO.

multa cogitationum tempeſtate jactatus, necem adverſario ſecum in animo machinatur, Vir Dei inopinatò exclamat: "Quid il„lud eſt, fili, quod in animo verſas? Non „hoc humanum, ſed diabolicum planè conſi„lium eſt. Satanæ abs te protinùs cogitatio„nes avelle, ne fortè coaleſcant, ac priora „Dei conſilia, quæ tibi animo inſpirata ſunt, „propenſiùs exequitor." His juvenis ita verbis permotus fuit, ut, cùm à Deo occultas ſuas beato Viro cogitationes revelante patefactas eſſe non dubitaret, mox animum mutaverit & cæleſtem Dei vocationem proſequutus fuerit.

Sacerdotis animam peccato maculatam, & mulieris occultum adulterium noſcit.

& cujuſdam ducis ſcelera noſcit:

40 Adhæc dux quidam peditum è Montis Sancti oppido, qui multis criminum maculis anteactæ vitæ curſum labefactaverat, cùm oculorum lumine careret, auditâ miraculorum famâ, quæ ubique de Seraphino diffundebatur, ad eum ſe deferri curat, ut ipſius oratione cæcitatis curationem aſſequeretur. Virum Dei Servus hactenùs ignoraverat, nec, quænam prior illius vita fuiſſet, ab ullo dicerat; at cumprimùm in eum oculos conjicit, mox præteritæ vitæ ſcelera, à quibus nunquam reſipuerat, illi acerbè exprobrans acriterque objurgans, in hæc verba erumpit: "Quid, miſer, à Deo oculorum lucem quæ„ris, qui tot divinæ Luci, quæ te ad melio„ris vitæ vias tamdiu evocavit, tuis ſceleri„bus tenebras offudiſti? Graviori in animo „cæcitate laborans, ab oculorum tantùm cæ„citate curari ſtudes? Reſipiſce, miſer, & „criminum argemata, quibus interior tibi men„tis oculus caligat, priùs exue, ut exteriori „oculorum lumine frui queas." Severa omnes increpatione expaveſcere, at magis divinam in Viro Dei lucem ſuſpicere cœperunt, qui tam exactè hominis vitam, quam nullo referente noverat, agnitam haberet.

B

dæmonis occultam tentationem religioſo pandit: illumque ab illa liberat.

41 Tertius Fr. Hieronymus Aſculanus, ex noſtris ſacerdos, accedat, qui, cùm ſæcularem adhuc vitam agens, gravi circa fidem tentatione urgeretur, ob maximam, quam de Seraphini ſanctimonia opinionem conceperat, ad illum parat accedere, id ſibi velut indubitatum in animo ſtatuens, ſi à Viro Dei tam benignè excipiatur, ut benevolentiæ illi ſigna oſtendat, benè cum eo de tentatione actum iri; ſin acriter & auſterè, de ipſius omninò ſalute actum eſſe. Hoc conſilio cùm ad Seraphinum, qui janitoris tunc munere in Aſculano conventu fungebatur, acceſſiſſet, adventantem Vir Dei tam charo amplexu excipit, totque illi benevolentiæ ſigna oſtendit, quaſi qui in amicum diu optatum incidiſſet. Cúmque totam illi tentationis, quâ hactenùs afflictatus fuerat, ſeriem aperuiſſet, his tandem eum dictis conſolatur: "Ne, Hierony„me, de fide tibi dubitatio exoriatur; fata„næ hæc tentatio eſt: tot enim fides noſtra „Sanctorum gloriâ & miraculorum teſtimoniis „conteſtata fuit, ut nullum ei falſum ſubeſſe „valeat." His ſimpliciter dictis, tanta mox Hieronymi animo tranquillitas orta, ut, omni tentatione expulſa, in Capucinorum gremium evolaverit.

C

42 Tantâ Vir Dei ſacerdotes reverentiâ proſequebatur, ut cumprimùm ex his aliquem in via obvium haberet, illius manus deoſcularetur. Hunc cùm ſacerdoti cuidam ſibi familiari honorem frequenter redderet, contigit, ut, cùm ſacerdos turpi te peccato aliquando maculâſſet, in eum Seraphinus incideret; quem non modò ſolito honore non excepit, verùm nec conſpectum quidem præteriit. Quamobrem ille factum admiratus, cùm id propter internam animi labem, quam necdum pœnitentiâ expiaverat, ſibi accidiſſe dubitaret, rem certiùs exploraturus, mentem pœnitentiâ & confeſſione quamprimùm eluit: rurſuſque eidem occurrens, ab eo conſueto, utì priùs, honore afficitur. Per id tempus cùm binæ Aſculanæ mulieres, ad conventum accedentes, ab eo Crucis ſignum expeterent; uni quidem ſignum non invitus exhibet; alteri verò, quæ occulto adulterii crimine tenebatur, ſignum proferre recuſans: "Non tibi", inquit, "non tibi Crucis ſignum „debetur." Neque in plura verba erumpens, ſui mulierem criminis tacitus admonuit. His & pleraque alia exempla accedunt, quæ, cùm minùs gravia ſint, prætermitto; quæ verò ad miracula ſpectant, cum iis infrà explicanda rejicio.

E

Mulieri, ob partûs difficultates conclamatæ, incolumitatem promittit.

43 Ad rerum futurarum prædictiones venio, quæ ex lucis propheticæ dono, quod à Deo cumulatè acceperat, profectæ eò majorem in Viro Dei vitæ ſanctimoniam ineſſe, declarabant, quò iis à Deo copioſiùs illuſtrabatur. Quapropter cùm hæ tam multæ ſint, ut ſua legentium animos multitudine obruere valeant, gravioribus explicatis, cæteras indicandas potiùs, quàm exarandas cenſui. Pleriſque Dei Servum ægrotis, qui vel extremo cum morte agone conflictabantur vel medicorum judicio neci adjudicati fuerant, futuram incolumitatem prædixiſſe, ex Proceſſu conſtat. Atque inter hos prima Turia quædam, mulier Aſculana, cujus ob ſummam partûs difficultatem ſalus omninò deſperata eſſet, cumprimùm à Viro Dei Crucis ſigno obſignata fuit, ab eo quoque futura illius intra dimidiæ horæ ſpatium incolumitas aſſeritur, quam mortuo fœtu conſequutura eſſet. Ea igitur, utì prædicta fuerat, ſubſequuta, omnes ac præſertim phyſicos ipſos, qui eo tempore mulieris occaſum præſtolabantur, ecſtaſi ac ſtuporè affecit.

F

De moribundo vaticinatur, eventu probante.

44 Nicolaus Clavaneos Aſculanus, jam ſacro oleo inunctus, ad vitæ occaſum properabat; cùm ad eum Seraphinus accedens: "Nicolae", inquit, "ne vitæ exitum pertime„ſcas, longior tibi reſtat via; te priùs Deus „Capucinum, quàm mortuum, vult." Res dictum comprobavit: Nicolaus enim, valetudine adepta, poſt ſextum annum ad Capucinos migrat; qui cùm eo tempore in laïcorum ordine collocari vellet, eum is ſacerdotio inungendum prænuntiat. Denique hic & Capucinus & ſacerdos ſub Hieronymi nomine diu in Capucinorum caſtris militat.

Animam ægroti ſanitatem, quibuſdam felicem è bello reditum, & uni martyrium præaicit.

45 Marco Antonio, nobili Aſculano, ſupremùm ægrotanti, funera parabantur: quo tempore Vir Dei adventans: "Quid", inquit, "funera tanquam mortuo paratis? Con„valeſcet Marcus Antonius & plures etiam„num annos vivet ſuperſtes." Poſt hæc ille & convaluit, & diuturna luce potitus, propheticum Viri Dei dictum confirmavit. Matthæo Vallomeo Aſculano, ſimul cum Hyacintho fratre ac nonnullis propinquis ad Canyſiæ

A nysiæ bellum sub Joanne Franciſco Aldobrandino, Pontificiarum copiarum præfecto, proficiſcente, Perugina mater graviter eorum pericula reformidans, quidnam de his ſperandum eſſet, à Viro Dei aliquando percunctatur. Cui ille: "Omnes", ait, "in patriam ſo„ſpites redituri ſunt: unus duntaxat Hyacin„thus ſtrenuè pro Chriſti fide decertans, mar„tyr occumbet." Poſt hæc, cùm Aſculana urbs cæteros redeuntes recepiſſet, ex his ſolum Hyacinthum, generoſo cruore conſperſum, cælum excepit.

Nobilem mulierem ſanandam, ipſique filium naſciturum;

46 Alſatia, Annibalis nobilis uxor, ob Alexandrinæ matris, quæ ad mortem ægrotabat, periculum graviter animo angebatur: quapropter ad Seraphinum ſe conferens, eam obnixè illius precibus commendat; qui, cùm pro ægrota aliquantiſper oràſſet, his eam tandem verbis conſolatur: "Æquo animo eſto, „Alſatia, necdum matrem vitæ occaſus inter„cepturus eſt, quin potiùs ea ſalva maſcu„lum pariet." Rei porrò eventus eò omnibus admirabilior viſus fuit, quò nemo eam

B prægnantem ſuſpicabatur, neque Alexandrina ipſa fœtum in utero præſenſerat.

cuidam uxori moribundæ ſanitatem, marito verò, levi morbo affecto, mortem prædicit.

47 Lucretia Santuccia ægrotans ad eum morbi ſtatum devenerat, ut à phyſicis vitæ illi tempus in ſequentem tantùm noctem protenderetur; quo tempore quidam ex noſtris ſacerdos, ipſius animam Deo commendaturus, ad eam accedit; cui cùm Seraphinus ſocius adjunctus eſſet, dum ſacerdos pio munere fungitur, Vir Dei poſt orationem ſurgens, cùm ei æream quandam Chriſti crucifixi imaginem, quam ſecum geſtabat, deoſculandam obtuliſſet: "Lucretia", inquit, "Deo gratias age; hæc enim infirmitas tibi „non ad mortem, ſed ad vitam erit." Eodem verò tempore in altero cubiculo proximo Lucretiæ vir, levi morbo correptus, in lecto jacebat; cùm eò Seraphinus oculos convertens: "Non ſic ille", ſubdit, "qui in eo „cubiculo ægrotat; is enim brevî ex hac luce „diſcedet." Quid pluribus opus? Illa è mortis faucibus eruta incolumitatem aſſequitur; hic vix morbi limina attingens ad mortem rapitur.

C *Cuidam ægræ ſanitatem promittit, ſeque ante illam moriturum, aſſerit: * 1604 ejus emortuali*

48 Hoc anno * canonici Alacinæ Aſculani ſoror, cùm propter exceſſum, quem in malorum perficorum eſu occultò patraverat, in gravem morbum incidiſſet, ex quo extremum ſibi vitæ exitum imminere formidabat; accitum ad ſe Seraphinum rogat, ut divinam illi Clementiam exoret. Cui ille corollam, quam ex malorum perſicorum nucleis compactam gerebat, oſtendens, quænam illa oſſa eſſent, interrogat, ut illa morbi ſui cauſam, tametſi occultam, ſe non ignorare, intelligeret. Tum ſtatim: "Ne vereare", ait, "ex hac enim æ„gritudine convaleſces." At cùm illa ob medicorum ſententiam, ſe morituram affirmaret, difficilemque illius dictis fidem adhiberet, mox Vir Dei: "Jam mecum", inquit, "ſpon„ſionem ini, quis noſtrûm prior ex hac ſit „luce migraturus. Si prior ego, tu tot mihi „corollarum numerum ſolves; ſin tu prior, „hunc ipſum numerum animæ tuæ reddam." Cúmque illa pactum acciperet: "Ne in hanc", inquit, "mecum ſponſionem deſcendas; ete„nim ego certa, tu adverſa prorſus alea lu„dis. Verùm id tibi ſat eſto, te brevî inco„lumem futuram." Porrò utrumque Viri Dei vaticinium certum fuiſſe, ipſa temporis ratio declaravit: Seraphinus enim, cùm hoc anno ſuum vitæ curſum glorioſè confeciſſet, illa poſt ægritudinem ad ſextum uſque annum pertigit ſuperſtes. A. Z BOVERIO.

pleriſque ægrotis incolumitatem,

49 Hoc modo & Finisbæ Orlandiæ, lethali morbo in partu laboranti, vitæ ac partûs incolumitatem; Hieronymo Ancillotto medico, ad mortem ægrotanti; Conſtantiæ Roſatæ, cujus anima jam Deo commendabatur; Bernardo Honufrio febre correpto; Pamphiliæ Aſculanæ, viri graviter ægrotantis periculum formidanti; Smeraldæ Ricciæ jam neci à phyſicis adjudicatæ; Octavii Bandini, S. R. E. Cardinalis, fratri, quem tanquam mortuum deflebant; Gervaſiæ Firmanæ graviſſimè ægrotanti; Marthæ Pauluciæ, diutino morbo laboranti; Caſertano *c* principi, gravi morbo oppreſſo; Deloëriæ Cinthiæ, jam ſenſuum uſu deſtitutæ; Bibianæ, Lucæ Thomaſini uxori, cujus jam ſalus deſperata erat; Cinthiæ à Monteflorum, Dominici Barlocii uxori, divino faſcino languenti, liberationem ac ſoſpitatem prænunciat. c

E

matri filium haud diu victurum, item alii filias geminas brevi morituras.

50 Quamplurimos quoque eadem prophetici ſpiritûs luce de vitæ occaſu præmonet, quorum nonnulla hic libet exempla intexere. In Aſculana urbe cùm Vir Dei puerum quemdam, Thomam nomine, Diamantis Mocconæ filium, ſibi obvium haberet, manum illius capiti imponens, multis eum benedictionibus proſequebatur. Hunc cùm aliquando unà cum matre domi offendiſſet, dum puero abblanditur, ad matrem converſus: "O beatus puer", inquit, "non mundo, ſed cælo natus! ô fæ„lix anima, fælicem brevî cæleſtis regni ſe„dem occupatura! Ne ullam, Diamas, in „eum humani conſilii cogitationem defigas, „non tuum, ſed Dei germen eſt, in cæleſti „quamprimùm patria tranſplantandum." Poſt hæc dicta vix quartum puer annum attigerat, cùm purus ad cæleſtia migrat. Vincentia, Julii Coticoni uxor, geminas uno partu filias ediderat, quas cùm Seraphini frequenter precibus commendaret, haud aliam ab eo præter hanc unam vocem extorquere unquam potuit: "Fruſtra rogas, Vincentia, geminæ e„nim hæ columbæ ſunt, quæ ad cæli nidum F „adſpirant."

cujuſdam obitum & damnationem,

51 Nobilis quædam mulier, cujus nomen ſpontè prætereo, cùm patrem diutino morbo laborantem, qui ob quandam illius inobedientiam tam gravi in eam ira excanduerat, ut ne ullam quidem de ea ſibi mentionem fieri ſuſtineret, ſæpè fruſtrà ſua humilitate ac omnibus officiis placare tentâſſet, ad Virum Dei confugiens, ſuas illi animi afflictiones ac patris duritiem aperit. Cui ille: "Æquo animo eſto", inquit, "quod tuum „erat, patri exſolviſti. Verùm id te minimè „lateat, miſeram illam patris tui domum ma„gna dæmonum multitudine occupari. Haud „is diu vivet ſuperſtes; at, quod magis de„plorandum, vitam cum æterna morte com„mutabit." Nihil prorſus inane dictum, cùm enim ille, poſt annum morbo conſumptus, ad ultimam vitæ lineam perveniſſet, ſanctis Eccleſiæ Sacramentis expiari abnuens, iis, qui ſacram illi peccatorum confeſſionem perſuadebant, ſe crimine quodam conſtringi reſpondet, quod nulli unquam aperire valeret. Hoc modo inexpiatus & abſque Sacramentis

A. Z. BOVERIO.

ex hac vita, ſupremo inferni ſupplicio perimendus, deceſſit.

adoleſcenti, infanti recenter nato,

52 Hoc anno Marcus Stabilis Aſculanus, viginti circitèr annos natus, Seraphinum adiens, ab eo, num vel uxorem ducere vel religioſam vitam amplecti debeat, conſilium exporcit. Cui ſubridens Vir Dei, manu humero illius impoſita, ait: "Neque connubia jun-„ges, neque ad religioſam vitæ formam per-„tinges. Melioris nobis vitæ genus, Marce, „quærendum eſt, quod apud Superos manet." Id verò haud ſecùs contigit, Viro Dei hoc anno è vivis ſublato; Marcus verò, cùm biennium poſt hæc ſuperſtes vixiſſet, neque uxore neque religione potitus, humana deſerit. Ripæ Tranſonæ, cùm ob maſculi partum Gradaſſi Bonominis familiam maximâ lætitiâ perfuſam cerneret, ad ſocium converſus: "O „quàm breve", inquit, "& momentaneum ac „inſtar puncti eſt mundi gaudium! Vides, „quàm magna ob natum puerum eſt hujus „domûs hilaritas; quæ tamen citò evane-„ſcet; puer namque vaporis inſtar, ad mo-B „dicum apparentis, celeriùs tolletur, ac tum „gaudium in luctum convertetur." Res dictum ſubſequuta. Puer enim vix tertium vel quartum diem vidit ſuperſtes.

cuidam pede laboranti

53 Aſtolphus Giulerius Aſculanus, ſpinæ ventoſæ morbo in pede laboraverat, quem cùm quinquennii ſpatio patientiſſimè tuliſſet, eodem aliquando afflictatus Seraphini ſibi apud Deum opem implorat, cui Vir Dei: "Adhuc „pauliſper, Aſtolphe, patienter ſuſtine, ac „tum lætus quieſces; ubi neque ſpina ven-„toſa, neque morbus, neque dolor tuam tibi „ultra quietem intercipient; breve admodùm „tibi patientiæ tempus præſcribitur. Etenim „S. P. N. Franciſci dies, qui abhinc vix bi-„meſtre abeſt, finem morbis ac doloribus fi-„mulque vitæ imponet." Hæc Aſtolphus cùm jucundè accepiſſet, ſe in illum diem parat, ac S. P. Franciſci præſentiâ ante mortem potitus, cum eo ad cæleſtia migrat.

pluribuſque hîc nominatis mortem,

54 His & alii plerique accedunt, quibus Vir Dei futurum prophetico ſpiritu obitum prædixit. In his ſunt Hieronymus, Baptiſtæ Paduani filius; Proſper Biciarius, medicus C Aſculanus; Lucretia Carlina, cui & obitûs horam & omnia morbi ſymptomata prænunciat: Alſeniæ, nobilis Aſculanæ filius, exul à patria; Lauræ Faſtoriæ Aſculanæ filia nubilis, Fabritii Comentati à Montegranario infans maſculus; Franciſcus Meliorius Aſculanus; Æmilius Archangelus Aſculanus; Poliſſena Rocia Aſculana; Marchiſiana Valenda Aſculana, quam in ipſa Dominici natalis nocte morituram prænunciat; Franciſcus Maria à Loro; Joſephus, Conſtantiæ Paradiſæ filius; Joannes Andreas, Mecotii fabri lignarii filius; qui levi morbo laborabat; Vincentius Roſatus, dux peditum, nec minimùm ægrotans; Blaſius Pelagallus à Monteflorum; Henricus Maſſeus, nobilis Aſculanus; Angelæ Gualatæ à Ripa Tranſona filius; Serena picilla Aſculana; Julia, Joannis Baptiſtæ Auricolæ Aſculani uxor, quæ plena incolumitate fruebatur; Beatæ Seglettæ filia quinquennis; poſtremò Octavius Crantillus Aſculanus, quem poſtridie hinc emigraturum prædixit, cùm ſolis radii ad ægrotantis lectum pertingerent: quæ & ipſo rei eventu comprobata fuére.

atque variis mulieribus partus prædicit.

55 Variis quoque mulieribus, quorum aliæ fœtum diſcernere non poterant, aliæ ne de prole quidem cogitabant, futurum diſtinctè partum præſignificat. Finisbæ Orlandiæ, Diamanti Mocconiæ, Baltaſinæ Aſculanæ, Sophoniſtæ Marci Antonii Squarillæ uxori; Vincentiæ Petrochinæ, Cardinalis à Montelparo nepti; Claræ Jubariæ ex Marchia Anconitana *d*; Petræ Franciſcæ, Vincentii Poſentii uxori, prægnantibus maſculum omnibus fœtum, quem ſuo tempore enituntur, prænuntiat: Gaſparinæ verò, Thomæ nobilis uxori, necdum prægnanti maſculum; Octavii Cetarelli nurui, quam anteà prægnantem, maſculum parituram affirmaverat; plures deinde liberos eidem futuros prædicit. Sophoniſtæ, cujus ſuprà memini, filiam primùm, quæ ad ſeptimum duntaxat uſque annum vita comite perventura eſſet; alteram quoque, quæ Deo ſub monialis velo conſecranda eſſet: puerum denique, qui ſacerdotio inungendus eſſet, enixuram prænunciat. Rurſus Petræ Franciſcæ, ac Mariæ Conſtantiæ Pectinellæ fœminæ ortum: Arthemiæ Turrianæ, quæ omnem prolis procreandæ ſpem abjecerat, quatuor eam maſculos enixuram, ſæpè confirmat. Hieronymæ tandem, Joſephi Maſſei uxori, quæ, cùm liberos procreare non poſſet, cum Seraphino conquerebatur, huic Vir Dei: "Tot", inquit, "liberi tibi futuri ſunt, ut ii tibi „fortè faſtidium pariant."

d

Tribus adoleſcentibus

56 Præter has quamplurimæ etiam rerum promiſcuarum prædictiones ab eo profectæ referuntur, ex quibus nonnullas indicare libet. Cùm Vir Dei, longiùs iter faciens, in conventu Montiſulmi e nonnihil quietis acciperet, inter alios, qui ad eum eo tempore confluxerunt, quinque Montiſulmi adoleſcentes fuêre, quos Vir Dei, dum piis ad pietatem verbis excitat, ex his alter ab eo percunctatur, num eorum quiſpiam à ſæculo ad Capucinos migraturus ſit. Cui ſtatim Seraphinus ex his unum indigitans: "Hic", inquit, "noſter erit, atque in Seraphicis S. P. N. Fran-„ciſci caſtris ſtrenuè militabit." Res prorſus nova adoleſcenti viſa eſt, qui necdum de Capucinorum vita amplectenda cogitaverat. At res divinum conſilium ſortita eſt; adoleſcens F ſiquidem divina poſt hæc vocatione percitus, ad religionis ſe ſinum conferens, ſub Juſti à Monteulmi nomine Picentem provinciam ac totum religionis orbem ſuâ prudentiâ & virtutum luce plurimùm illuſtravit.

e

in Ordinem Capucinorum

57 Hoc ſpiritu & Fr. Ludovico à Monteguidone, qui, dum adhuc in ſæculo verſaretur, in conventu S. Victoriæ ſanctum Virum adierat, ut eum pro domeſticis quibuſdam ſororis ærumnis apud Deum deprecatorem adhiberet, futurum religionis ingreſſum indicavit. Cùm enim, quod ad ſororem ſpectat, quæ olim Baptiſtellæ, celebri Proſcripto, nupſerat, brevi illam ab ea moleſtia animi liberandam innuiſſet, quod haud ſecùs accidit, Baptiſtella ob Marci Sciarræ internecionem in patriam redeunte, mox ad Ludovicum converſus: "Quid tu", inquit, "num ſtabiles „aut diuturnam cum mundo, qui Deo inimi-„cus eſt, amicitias junges? Abſit; meliora te „profectò manent: pugilem te Capucinorum „caſtra expectant: noſter eris, atque ubi te „mundus ad nonum uſque menſem in utero „detinuerit, ad religionis tandem te pedes „pariet,

A „pariet, à qua in ſinum receptus ſub Ludo„vici nomine ſacra Deo miniſteria exſolves.“ Nihil prorſus inane præteriit: juvenis enim, etſi nullam eatenus ad religionem cogitationem contuliſſet, his auditis, veluti cæleſti œſtro percitus, ita in religionis amorem efferbuit, ut nulla aut temporalium rerum aut propinquorum vi retineri poſſet, quominùs religionis ingreſſum omni ſtudio proſequeretur. At, Provinciali Vicario longiùs ad prædicationis munus abeunte, ad nonum uſque menſem religioſi ſpiritûs flammam continere cogitur; quo expleto, religionis ſinu exceptus, Ludovicus nuncupatur, ac ſacerdos denique inunctus, divinis Miniſteriis conſecratur.

ingreſſum, 58 Franciſcus Lazarinus, peditum dux, & Antonius Gabriëlius, cùm Virum Dei in Lori conventu convenientes, ſuum illi propoſitum, quo in religionis amplexum conspirabant, verbis aperuiſſent, laudat ille; at Franciſco, qui eo magis deſiderio æſtuare videbatur, jamque ex Vicarii Provincialis litteris de ſua
B inter nos receptione certior factus fuerat, "Tibi", inquit, "Franciſce, ſat eſt, ut reli„gioſam hanc in animo cupiditatem alas, quæ „te ſedulò ad pietatem provocet, neque enim „te Deus ad religioſæ vitæ ſtatum vocat, ve„rùm id magis, ut cum pietate familiam tuam „adminiſtres.“ Tum ad Antonium, qui remiſſo eatenus animo ad religionis propoſitum ferebatur, ſermonem convertens: "Te", ait, "Antoni, te cæleſte conſilium ad religionem „provocat. Animum auge ac divino te bene„ficio dignum præſta.“ Cúmque eum pleriſque ſalutaribus monitis, quæ illum poſt ſuſceptam religionem juvare poterant, proſequutus fuiſſet, utrumque dimittit, rei eventu utrumque Viri Dei vaticinium probante. Franciſcus ſiquidem paulatim à religionis propoſito defervens, domûs ſuæ curæ relinquitur. Antonius indies ardentior, tandem ſub Vincentii appellatione Capucinis adnectitur, ac tandem ſacerdotio inungitur.

Mulieri abſentis viri reditum, & matri, filiam voto caſtitatem conſecraturam, prænunciat. 59 Marſiſæ, Chriſtophori Boni Aſculani uxori, quæ diutinam Viri abſentiam abſque ullo illius ſalutis nuntio lugebat, futurum viri poſt tertium diem reditum, & pericula, quæ evaſerat, exponit. Angelicam à Monte S. Pauli *f* adhuc puellam, quæ Viro Dei Crucis ſigno munienda à matre aliquando oblata fuit, ſuam Deo virginitatem caſtitatis voto conſecraturam prænunciat *g*.

f

g

ANNOTATA.

a *Vide hujus Vitæ caput* 1, *num.* 6.

b *Capitis* 3, *num.* 32 *videſis.*

c *Quæ epiſcopalis Italiæ in regno Neapolitano civitas eſt.*

d *Italiæ regione, olim Picenum dicta, ſub ſummi Pontificis dominio.*

e *Marchiæ Anconitanæ in ditione Pontificia oppiduli.*

f *Qui Italiæ in territorio Aſculano pagus eſt.*

g Dono pariter ſcientiæ, *refert citatum proceſſuum Compendium*, & intellectûs excelluit; nam licèt eſſet laïcus & literaturam non cognoviſſet, adeò tamen ſacros Hymnos, Antiphonas & Lectiones egregiè explicabat, tantaque claritate doctrinæ de Deo ejuſque altiſſimis Myſteriis differebat, ut eximios viros cæteroſque religioſos in non modicam traheret admirationem. A. Z. Bo- VERIO.

CAPUT V.

Miracula, quæ Sanctus vivens operatus eſt.

Capitis morbum, HÆc verò cùm tam ingenti rerum copia exuberent, ut, ſi univerſa explicanda forent, iis facilè lectoris animus defatigari atque à lectione deterreri poſſet; inſtitutam hactenùs in iis conſcribendis brevitatem proſequens, ab iis primùm hiſtoriam exordiar, qui à variis corporis doloribus ab eo divina virtute curati fuêre. Primum igitur Raguſina, Verbii Philippi Anſidani uxor, gravi decem annôrum ſpatio capitis dolore cruciata fuerat; quæ, auditâ miraculorum famâ, quæ de
E Seraphino percrebuerat, cùm eum in eccleſia adiiſſet, diuturnumque illi capitis morbum retuliſſet, is manum ipſius capiti imponens: "Jam Deus", inquit, "tibi ſanitatem contu„lit; cura, ut divinâ te gratiâ dignam præ„ſtes.“ Atque eodem tempore ſoluto capitis dolore, nunquàm eo deinceps vexata fuit.

crurum dolorem, 61 Criſpinus Chorus Aſculanus, graviſſimo crurum dolore correptus, cùm per bimeſtre ita eo cruciatus fuiſſet, ut ne ea quidem movere poſſet; ùt dolorem leniret, in plateam ſe deferri curat, ubi dum foliorum luſui cum aliis incumbit, en Seraphinus adventans, folia ex ludentium manibus extorta dilacerat ac paulatim diſcerpit, cæteriſque, qui colludebant, dilabentibus, ſolus Criſpinus crurum morbo præpeditus conſiſtit. Cui Vir Dei: "Criſpine, ſi nunquam deinceps te „luſurum ſpoponderis, à crurum morbo te „curandum ſcias.“ Illico Criſpinus promptiſſimè pollicetur. Qua pollicitatione accepta, Vir Dei mox crura manu contingens ac ſigno Crucis muniens, ita illi ſana & valida reſtituit, ut, qui eò aliorum ope delatus fuerat,
F domum pedeſter redierit.

totius corporis cruciatus ſigno Crucis ſanat; 62 Angelica Aſculana univerſali corporis dolore ac præterea cordis palpitatione ita laborabat, ut, cùm nullis remediis levari poſſet, ad Seraphinum profecta illius apud Deum opem imploraverit; qui, cùm ærea quadam Chriſti crucifixi imagine, quam corollæ appenſam gerebat, totum illius corpus obſignâſſet; ubi aliquantiſper cum ea ante ſacrum Euchariſtiæ altare oravit, iterum ſigno Crucis munitam dimittit, quæ mox à corporis dolore & cordis deliquio libera domum redit.

lateris dolorem, podagram, 63 Marcellina, Alomei Aſculani uxor, tam gravi in ſiniſtro latere dolore cruciabatur, ut, cùm illi reſpirationem adimeret, ſæpè illam ingentes rugitus edere compelleret; cùm eam ad domus ſuæ fores ſedentem Seraphinus aliquando conſuetæ mendicationi incumbens offendit; quam cùm querulas propter doloris vehementiam voces edentem perciperet, cauſam interrogat; quâ auditâ: "Ne „dubites", inquit, "dolor abſcedet.“ Cúmque eam ſua Crucifixi imagine conſignâſſet, præteriit;

A. Z. Boverio.

teriit; at vix is terga verterat, cùm à dolore libera incolumis surgit & miraculum magna voce prædicat. Beatrix, Viro Dei propinqua, integri anni spatio ita à podagræ doloribus afflictata fuerat, ut nulla quiete frui posset; quam cùm Seraphinus aliquando in lecto jacentem offendisset, "Quid", inquit, "hîc jaces, Beatrix? Non jacendi sed operandi tempus est", suaque Crucifixi imagine pedes contingens & Crucis signo muniens, dolorem fugat, eamque à podagræ morbo deinceps liberat.

cephalæam, capitis, brachii & manûs cruciatus Crucifixi imagine fugat:

64 Ab eodem quoque podagræ morbo in oppido Montisgranarii Mecotium Darium, diu laborantem, Crucis signo sua Crucifixi imagine adhibito, curat. Ibi quoque Philomenam, Francisci Brichii uxorem, à cephalæa, quam diu sustinuerat, eodem modo persanat. Fr. Antonius Cingulanus *a*, ex nostris concionator, cùm diuturno capitis dolore, quo etiam in sæculo afflictabatur, laboraret, vix illam Crucifixi imaginem à Seraphino oblatam, quâ etiam ab eo in fronte obsignatus fuit, exosculatur, cùm protinus à capitis dolore liber perpetuò ab eo cruciatu vindicatur. Fr. Virgilius Pacificus à Monterubiano, Minor Conventualis, acerrimo quotannis brachii ac manûs dolore torquebatur: qui, cùm Viro Dei familiaris esset, ab eo aliquando Crucis signo communiri poposcit; quo accepto, statim à dolore convaluit, neque unquam deinceps eo afflictatus fuit.

a

B

eadem Crucifixi imagine adhibita, varios morbos curat

65 Hoc pacto & Rochus Asculanus ab utriusque brachii languore; Aurania, Ferrantis Palettæ Asculani uxor, ab sinistri humeri cruciatu; Joanna, Scipionis Profilii uxor, à brachii tumore ac inflammatione; Vincentia à lupinorum morbo *b*, quo graviter vexabatur, iterumque à partûs angustia; Augustinus Sessuntius à manûs dolore; Fr. Valerius à Ripa Transona, ex nostris laïcus, ab odontalgia *c*; Polinix Tuffina Novanensis *d* à cephalæa *e*; Innocentius Pitiotus à colico dolore; Urbinia Asculana ab uberum tumore; Beata Sgarilia & Marsina, Asculanæ mulieres, à diutino renum cruciatu; Bartholomæus à Loro à morbo cachexiæ; Benedictus à Monteguidone à spina ventosa; Julia à Montegranario ab universali corporis tumore; Fr. Bonaventura Maceratensis *f*, ex nostris concionator, à cephalæa; Lucretia Odoarda à genuum imbecillitate ac dolore; Aurelia, Petri Andreæ Novanensis uxor, à colica passione; Balthasar Grimaldus à Montegranario à totius corporis doloribus, ab eo Crucis signo utplurimùm sua illa Crucifixi imagine adhibito, persanantur.

b

c d

e

C

f

Peditum ducem ab aurea fistula;

66 His plagis ac vulneribus accedant, quos à Viro Dei, sola Dei virtute sanatos fuisse, ex Processu exploratum est. Flaminius Cinacius, dux peditum, lethale vulnus in pectore acceperat; cui cùm aurea fistula, ex qua sanies efflueret, ac vulnus, quod consolidari non poterat, patefactum servaret, à physicis perpetuò in ipso vulnere retinenda applicata fuisset, eo maximè æger cruciabatur; quapropter Seraphini aliquando præsentiam nactus, ab eo supplex poscit, ut sua oratione à Deo sibi vulneris illius curationem exoret. Cui Vir Dei: "Quid", ait, "te in hoc vulnere cruciat?" Mox ille: "Aurea fistula", inquit, "quam in vulnere reconditam gero." At Seraphinus ægro colludens: "Aureane fistula"? ait, "nimis profectò superbum vulnus, quod nisi aurea fistula saniem eructet, haud sibi satisfactum esse velit. Verùm in Domino confide, Flamini, vulnus absque fistula curabitur." Cúmque fasciis, quibus vulnus obtegebatur, explicatis, illud patefactum fuisset; mox Vir Dei sua illa Crucifixi imagine vulnus contigit & Crucis signo contactum corroborat. Vix autem Crucis signum ediderat, cùm se aurea fistula è vulnere erumpens vulnus ita ad incolumitatem parat, ut quarto vel quinto pòst die absque fistula perfectè curatum fuerit.

D

alium ab ulcere, militem à gravi vulnere, villicum à carcinomate,

67 Theodorus Tassus Asculanus, fistuloso ulcere in dextra manu laborans, nullis remediis juvari poterat; cùm illud Seraphino aperiens, ab eo sua Crucifixi imagine signatur, moxque sola cicatrice in miraculi testimonium relicta, perfectè sanatur; qui divino beneficio gratus, se Deo post hæc in Capucinorum Ordine consecrat. Horatius Javania: Cyrneus miles, pugione in sinistro latere confossus, nullo remedio ad vitæ metam properabat; quo tempore Seraphinus, Asculani xenodochii ægros visitans, in hunc incidit. Cui, ubi ut pacem iniret, persuasit, signo Crucis sua Crucifixi imagine vulneri adhibito, id præstitit, ut postridie è vulnere incolumis è lecto surrexerit. Augustinus Imperacius, Catapultarius miles, cùm ob sauciatum commilitonem, ne in carcerem detruderetur, ausugeret, in suæ centuriæ subcenturionem incidit, à quo lethali vulnere per latera transverberatur. Eo in mortis periculo ad Seraphini preces confugiens, ab eo signo Crucis, nudato vulnere, communitur: quo accepto, postridie è lecto incolumis emergit. Joannettus, Joannis Francisci Corvi villicus, diu atrum in facie carcinoma tulerat, quo indies excrescente ac carnem depascente, cùm is Seraphinum aliquando obvium haberet, ab eo signum Crucis postulat, qui cumprimùm illud sua Crucifixi imagine exhibuit, eum confestim divina virtute persanatum dimisit.

E

duos à cancro, filiam manu capta m, aliam digiti læsione, plureſque alios ſanat.

68 Hoc quoque modo Franciscum à Montesancto & Æmiliam à Loro, à cancro eorum vultus devastante; Dianam à Loro manu captam; Portiam, Nicolai Seraphini filiam, quæ casu sibi digitum sola cute pendentem obtruncaverat; Citam Victoriam Odoardam à gravi apostemate; Joannem Camillum Arpinum Asculanum à capitis vulnere; Balthasarem Asculanum, gravi in capite vulnere saucium; Pyrrhum Valerianum, peditum ducem, à manus ulcere, quod in cancrum degenerabat; Antonium Vallomeum Asculanum à profundo humeri vulnere; Franciscum Monseum Asculanum à fistuloso femoris ulcere; Joannem Marinum, decem annorum puerum, graviſſimè ex lapsu in capite saucium; postremò M. Aurelium Spoletanum Asculanæ urbis gubernatorem, ab incurabili manûs ulcere divina virtute curat: cùm enim ad eum Vir Dei pro reo quodam captivo rogaturus accessisset; ægrè is ad veniam reo dandam pertrahebatur; at Viri Dei precibus victus, his eum tandem verbis compellat: "Jam inter nos, Seraphine, pacisçamur: ille delicto, ego gravi in manu ulcere teneor, si me tu ab ulcere liberum præstiteris, ille meo decreto absolutus è carcere emerget." Hoc pacto accepto, cùm

A cùm Vir Dei nonnulla Crucis ſigna Marci gubernatoris ulceri ſua Crucifixi imagine adhibuiſſet, ab eo ſtatim abſcedens, vix ad palatii gradus pervenerat, cùm Marcus, ulcus perſanatum cernens, reum è cuſtodia liberum abire jubet.

Dictæ Crucifixi imaginis attactu claudo, filiæ utroque pede mutilæ,

69 Jam ad claudos & membris captos accedo, qui à Viro Dei Crucis ſigno duntaxat adhibito perſanantur. Primus Vincentius Potentia altero crure ita captus erat, ut eo non niſi difficillimè progredi valeret. Hoc modo cùm ſe ad Seraphinum contuliſſet, ipſius pro cruris incolumitate preces implorat; qui, ùt Vincentio familiaris erat: "Quid", inquit, "de crure conquereris? Nulla cruri ægritudo »eſt." Mox crus ſua Crucifixi imagine conſignans liberum protinùs illi greſſum reddit. Salomea, Lucrætiæ Antonellæ trium annorum filia, cùm utroque pede ita mutila eſſet, ut neque incedere, neque ſtare ullo modo poſſet; hanc Lucretia mater, Seraphini aliquando conſpectum nacta, ejus precibus curandam commendat; qui puellam ulnis exceptam, cùm

B nonnullis ſanctæ Crucis ſignis communiiſſet, humi reponens, eam jubet incedere; quâ liberè perinde, ac ſi nulla crurum imbecillitate teneretur, progrediente, is celerem ipſius obitum prædicens: "Ne", inquit, "puellam »nunc liberè incedentem lætitiâ excipiatis; »brevî enim fæliciùs eam in cælum concedentem conſpicietis."

alii tibiarum crurumque uſu deſtitutæ, quatuor fracto femore

70 Virgo quædam à lumbis deorſum ita membrorum uſu deſtituta erat, ut ne ea quidem movere poſſet; quapropter cùm, univerſis phyſicorum remediis fruſtrà tentatis, nulla illi incolumitatis ſpes affulgeret, ad Virum Dei Aſculum delata in ipſo eccleſiæ limine collocatur. Hanc cùm Portia, nobilis mulier, Seraphini impenſiùs orationi commendaret, ad eam Vir Dei accedens, cumprimùm ſua Crucifixi imagine pleraque illi Crucis ſigna variis corporis partibus adhibuiſſet; his eam vocibus compellat: "Surge, filia, & ad ſa»crum Euchariſtiæ Sacramentum Deo pro be»neficio gratias actura concede." Protinùs illa, tibiis conſolidatis & toto corpore incolumitati reſtituto, ad altare procedit, omni-

C buſque præ gaudio collacrymantibus, pedeſter atque incolumis domum revertitur. Stephanus à Capite Rivi, Aſculani agri oppido, femore ſibi ex arboris lapſu confracto, cùm octo menſium ſpatio in lecto jacuiſſet, vix fulcris ſibi adhibitis, paululùm progredi poterat, cùm Seraphinum nactus ipſius ad femoris curationem apud Deum auxilium expoſcit; qui, Crucis ſigno Crucifixi imagine, utì ſolebat, femori impreſſo, ita illum in momento reddit incolumem, ut eodem tempore, projectis fulcris, ſua per urbem haud ſine intuentium admiratione greſſu liberrimo negotia geſſerit.

laborantibus, aliiſque incedere haud valentibus, greſſum reſtituit.

71 Petrus Manfredus à Montegranario crus ſibi ex caſu confregerat, quod cùm nullo remedio inſtaurari poſſet, in lecto jacebat; cùm eò Seraphinus præteriens, adoleſcentiſque caſum miſeratus, ſua Crucifixi imagine Crucis ſignum cruri impertit, quo Petrus eodem mox tempore perſanatur. Eadem prorſus Dei virtute, & Bernardum Aſculanum, & Jacobam, Mantocii uxorem, quibus crura confracta erant; & Hieronymam, membrorum uſu deſtitutam, &

Joannam, Candodori Aſculani filiam, altero crure mutilam; Dianam à Loro manu captam, & Octavium Bandinum, S. R. E. Cardinalem, cujus crus confractum fuerat *g*; & Theodoram, Antonii Fraſſi uxorem, toto corpore attractam; & Mariam, Semideæ filiam, quæ nullo membrorum uſu fruebatur; & Marinum Dionyſium à Monteulmi, qui ex arboris lapſu cervicis ſibi os confregerat: & Theodoram à Montegranario ex caſu toto corpore confractam, in perfectam corporis incolumitatem vendicat. A. Z. BOVERIO. *g*

Eodem modo pluribus cæcis viſum,

72 Venio ad cæcos, mutos, ſurdos, gibboſos & incurabiles, qui ab eo in Proceſſu curati leguntur. Dum Vir per Lori oppidum iter faceret, quædam illi mulier, utroque oculo capta, oblata fuit; quam ubi is ſua Crucifixi imagine obſignavit, mox, toto ſpectante populo, lux illi reſtituta fuit. Puer quoque, advenæ cujuſdam mulieris filius, qui eò uſque cæcitate laboraverat, cùm ab ea ad Virum Dei Aſculum adductus fuiſſet, cumprimùm ab eo Crucifixi imagine ſignum Crucis oculis adhibitum accepit, eodem quoque tempore oculorum lumen recepit. Porrò admiratione dignum videtur, quod Joſepho Ferranti à Loro contigit; qui, cùm integra cæcitate laborans, Seraphini miraculorum famam percepiſſet, tantam erga Virum Dei fidem animo concepit, ut ſe omninò à cæcitate curandum ſibi perſuaſerit. Quapropter, cùm ſe ad Virum Dei Aſculum perducendum curâſſet, eo in itinere lux ei à Domino, qui in ſe uberiùs confidentes ſuis donis prævenit, reſtituitur. Aſculi rurſus puerum, Felicis Milioræ filium, luce orbatum, orans ac ſignum illi Crucis impendens, ad oculorum lucem revocat. His plerique oculorum morbo graviter affecti accedunt, quos Vir Dei in integram incolumitatem vendicat. Inter hos enumerantur Maria Joanna Aſculana, quæ fiſtulam in dextro oculo jam diu paſſa fuerat. Conſtantia Patinella Aſculana dextro oculo orbata. Citta Tucia & Sanctia Orifila, puellæ Aſculanæ, ob boæ *h* morbum lumine captæ. Joanna à Monteulmi, Joannis Marini uxor, ignis ſcintillâ obcæcata. E *h*

tribus mutis loquelam, ſurdo auditum, gibbero-ſo rectam corporis formam procurat:

73 Inter mutos Maria quædam, Litprandi textoris filia, aſſeritur, quæ, cùm muta ad quartum uſque annum perveniſſet, à ſancto Viro benedicta & ſuâ Crucifixi imagine ſignata, linguæ uſum accepit. Æſium *i* Vir Dei profectus, cùm aliquot dierum moras in eo conventu traheret, quædam decem annorum puella, Catharina Octaviana nomine, illi oblata fuit, quæ confuſo & indiſtincto dumtaxat vocis ſono eatenùs res indicaverat. Hujus linguam cùm ſui Crucifixi imagine contigiſſet, eâque Crucis illi ſignum dediſſet, Jeſu illam nomen proferre jubet, dein Mariæ; quibus diſtinctè prolatis, clarè deinceps omnia proloquuta fuit. Eodem modo, cùm per Montiſſancti oppidum iter faciens, ægrotum Crucis ſigno incolumitati reſtituiſſet, mutum præterea deprehendens, altero Crucis ſigno linguæ impreſſo, diſtinctè loquentem præſtat. Eodem tempore Hieronymo Vico, tredecim annorum adoleſcenti, adeò ſurdo, ut ne quidem campanarum ſonum perciperet, Crucis ſigno adhibito, auditum reſtituit; gibboſum quoque, qui ita curvus incedebat, ut manu terram contingeret, eodem Crucis *i*

A. Z. BOVERIO.

signo ad priſtinam corporis rectitudinem revocat.

faucibus laborantem, fiſtulâ juvenem, alium lue venerea correptos, item leproſum, alioſque plures inſanabiles

74 In incurabilium numero primus Cæſar quidam Amuratus à Montegranario recenſetur, qui, incurabili quodam faucium tumore laborans, à Dei Servo Crucis ſignaculo communitus protinùs divina virtute curatur. Poſt hunc & Sebaſtiani Rubei filius, incurabili fiſtula prope ſexum affectus; Aſculi Alexander Benedictus venerèa lue correptus; Theodorus Adamus leprâ conſperſus; in oppido Montiſgranarii Antonella Commentata ab ulcere incurabili; Nesba, Belliſarii à Monteſucino uxor; Vincentius Morus Firmanus; Julilius Blaſius Aſculanus à ſtrumis; Hippolyta Aſculana, & Joan. Baptiſta Georgius ab hydropiſi; Hisba, Proſperi Gennaſii uxor, à paralyſi; Citta Solomea, Ulyſſis Cavalcavechii filia; Maria Pomilia Aſculana; Ludovicus Aſculanus, hoſpes diverſorius; Paulus Vechiolus Aſculanus à comitiali morbo; Balthaſar Merletus Aſculanus à phtiſi; in Lori oppido Baptiſta Paſſacantandus à vermiculari morbo,
B à Viro Dei, ſigno tantùm Crucis adhibito, perſanantur.

& ab omnibus conclamatos.

75 His & moribundi, quorum jam ſalus deſperata erat, à Dei Servo velut ad vitam revocati ſuccedunt. Baptiſta Auricola Aſculanus, febri acuta & colico dolore laborans, medicorum ope deſtitutus, jam ſenſus amiſerat, celeriùs vitæ curſum confecturus: quo tempore Seraphinus ad ægrum accerſitus, ubi pauliſper oravit, moribundum ſua Crucifixi imagine ſignat, protinúſque æger ad ſenſus revocatus, ademptam ſalutis ſpem inſtaurat, & quinto pòſt die incolumis è lecto ſurgit. Auguſtina, M. Tullii Aſculani uxor, anginâ correpta, poſt multa remedia fruſtrà tentata omnium tandem medicorum ſententiâ ad necem damnatur: quæ, cùm Seraphinum advocari curâſſet, ab eo ſigno Crucis confortata, tertio pòſt die è morbo incolumis emergit. Dum in oppido Montiſgranarii Margaritæ, Alphonſi Nuzzæ filiæ, jam agonizanti funera parantur, Vir Dei eò accerſitus, dum puellam ſigno Crucis ſua Crucifixi imagine confirmat, lethalem morbum ita exterruit, ut
C poſtridie ad apertam fugam compulerit. Cùm Ritium, Minervæ Aſculanæ filium, jam moribundum, mater ac domeſtici velut mortuum lugerent: Vir Dei inſperatò adventans, univerſos genuflectere ac Dominicam Orationem unà cum Angelica Salutatione perſolvere jubet, tum moribundo ſignum Crucis impertiens, primùm quidem in ſpem ſalutis vendicat, tum brevi tempore ad perfectam incolumitatem provocat. Demùm Fandolfina, Ulyſſis Palmiſciani uxor, cùm ob diuturnam hydropiſim eò evaſiſſet, ut de illius vita omnem prorſus phyſici ſpem abjeciſſent, Virum Dei ad ſe accerſitum rogat, ut ſitim ſaltem ſibi extinguere liceat. Cui Seraphinus, ubi eam Crucis ſigno communivit, aquæ frigidæ urnam adferri jubet, eamque ſigno Crucis benedicens his eam verbis confortat: "Eia, Pan»dolfina, jam, quantum libet, bibe ac ſitim »extingue." Porrò ea bibente, cùm domeſtici mortis potum eam hauſturam putarent, vix illa aquam hauſerat, cùm hydropico tumore decreſcente, tantùm mox incolumitatis aſſequuta eſt, ut poſtridie è lecto incolumis evaſerit.

incolumes reddit.

76 Verùm, ne cæteros, qui à variis ab hoc Dei Servo morbis curati ſuêre, præterire videar, nonnullos hìc adnumerare libet. Peracius Marciarellus Aſculanus, acuta febre tam graviter ægrotans, ut de illius ſalute medici deſperarent, hujus Viri Dei oratione ad ſalutem revocatur. Hujus quoque filius, trium annorum puer, qui herniâ laborabat, ab eo ſigno Crucis perſanatur. Theodoram Aluitratam vultus quidam tumor atque oris morbus invaſerat; quo excreſcente, cùm vix liquidioribus veſci poſſet, ſigno Crucis à Dei Servo accepto, mox ab utroque morbo liberatur. Sylveſter Caponius, nobilis Aſculanus, gravi angina correptus, cùm, plurimis phyſicorum remediis fruſtrà adhibitis, morbo ingraveſcente, ſemper deteriùs ſe haberet, ad Seraphini, quem ſingulari veneratione proſequebatur, tandem preces confugiens, ab eo poſt orationem Crucis ſigno in gutture munitus, repentè convaleſcit, & poſt unum aut alterum diem è lecto incolumis erumpit. Seraphinus, Marchiniæ Amatæ filius infans, poſt aliquot ſui natalis dies, toto corpore in tumorem verſo, longioris fermè vitæ ſpem matri interceperat, cùm Viro Dei ad illius opem accerſito, is ſimul atque infantem in matris ſinu conſpexit: "Ne »de puero", inquit, "ſollicita ſis, vivet in»fans, &, quem hic modò tumidum profert, »tertius poſt hunc dies tibi incolumem red»det." Cúmque puero Crucis ſignum impertitus eſſet, is confeſtim oculos aperiens cœpit convaleſcere, donec tertium incolumis diem aſpexit. E

Quatuor matribus lactis ubertatem procurat, duoſque juvenes à faſcino ſolvit.

77 Supereſt jam, ut cætera hujus Servi Dei miracula, quæ paſſim præter ægrotorum curationes ab eo patrata ſunt, breviùs percurram. Floravantis Latini à Monteulmi uxor lacte carebat, quò infantem graviter febricitantem aleret. Quapropter omnibus phyſicorum remediis fruſtrà adhibitis, ultimum à Seraphino remedium, qui ubique miraculorum famâ notus erat, vir quærit, qui panem, Crucis ſigno munitum, ad eum è conventu mittens, eo uxorem veſci jubet, cujus eſu non modò uxor lactis copiam aſſequitur, verùm & infans à febre curatur. Hoc modo & Maria Auguſtilia, Lucæ Albertini uxor, & Tarſia, Cæſaris Junctæ Aſculani uxor, lactis ab eo abundantiam accipiunt. Hippolytus, Silentii Seraphini fratris filius, veneficio dementatus, cùm trium annorum ſpatio velut inſanus varias per regiones pererrâſſet, tandem ad Virum Dei perductus ab eoque ſigno Crucis in fronte munitus, ita à faſcino liber domum rediit, ut eo nunquam deinceps agitatus fuerit. Pari modo & Auguſtinus à Luco, Aſculani agri oppido juvenis, à faſcino, quo à dæmone alligatus fuerat, à Dei Servo abſolvitur. F

Furioſos canes pacat: per imbrem haud madidus incedit: arca, priùs vacua, ipſius oratione pane repleta conſpicitur.

78 Dum Aſculanos montes Vir Dei, lanam ad lanificium emendicans, peragrat, in pleroſque aliquando pecuarios canes incidit, qui cùm hiante ore ac rapido curſu in eum tenderent, vix illis ſignum Crucis objecit, cùm fræno velut ori injecto ſilentes ac pacatos reddit. Rurſus cùm Aſculum cum nonnullis ſæcularibus viris rediret, cæteris copioſo imbre, qui è cælo cadebat, madidis, is ne unâ quidem pluviæ guttâ perfuſus in veſpere conſpicitur. In Aſculano conventu, pane

A pane aliquando in vespere deficiente, jubet Guardianus virum quemdam in Ordinem benevolum pro pane adiri, cui Seraphinus: "Quid virum", inquit, "pro pane vexari ne»cesse est, cùm in arca panaria satis super»que sit?" "At arca panaria", ait Guardianus, "ipsa est, quæ panis defectum testatur." Priùs enim Guardianus panariam perlustraverat, quam pane vacuam invenerat. At Vir Dei: "Si panis in panaria non est, mentior »ipse, at priùs panaria exploranda." Igitur ad panariam itur, quæ mox sancti Viri oratione tam copioso pane ac placentis referta conspicitur, ut summam Guardiano & cæteris admirationem attulerit *k*.

ANNOTATA.

a *Quod amplum Marchiæ Anconitanæ in summi Pontificis ditione oppidum est.*

b *Morbus est, quo crura ulceribus intumescunt.*

c *Dentium dolore.*

B d *Castrum Ecclesiæ ditionis in Marchia Anconitana.*

e *Continuus ac inveteratus capitis dolor.*

f *Episcopalis sub archiepiscopo Firmano in Marchia Anconitana civitas.*

g *Processuum, ad* B. Seraphini *beatificationem canonizationemque impetrandum auctoritate Apostolica instructorum, Compendium miraculum hoc sic refert:* Cardinalis Bandinus, Picenæ provinciæ legatus, dum per montes, nive ac glacie coopertos, obequitat, casu equi sibi crus confregit; cruri fracto ulcus succedit & ulceri grangræna: remediis in vanum tentatis, ejusdem Cardinalis jussu vener. Seraphinus procul absens adducitur, à quo signo Crucis fractura, ulcere & cancro liberatur. Et ne beneficii memoria temporis injuriâ collaberetur, in vico Venæ Ruptæ, ubi periclitatus erat, ecclesiam suo ære ædificavit. Inter cæteras verò icones, quas ibidem pingi fecit, extaticon, in qua beatus Seraphinus flexis genibus ante stratum infirmi Cardinalis in modum orantis inspicitur.

h *Morbus, pueros præcipuè infestans, quo*
C *ipsorum corpora pustularum multitudine rubescunt.*

i *Episcopalem Italiæ in Marchia Anconitana sub Ecclesiæ dominio civitatem.*

k *Sequuntur hic octo miracula, in Boverio brevitatis studio præterita, quæ in Processuum Compendium ita recensentur.* 1UM. Stephanus Jacobi ex lapsu sibi fracta coxendice sine fulcro ambulare non poterat; at ubi Servus Dei signo Crucis eumdem munivit, statim ille, ejecto fulcro, solus & liber incessit. 2DUM. Vinum optimum & limpidum, quod in dolio servabatur, tractu temporis fæculentum & acidum evasit. Evocato proinde Servo Dei, statim ac imagine Crucifixi vinum benedixit, non modò pristino restitutum fuit sapori & claritati, sed adeò quoque multiplicatum fuit, ut per plures menses ad integræ familiæ commodum suffecerit. 3UM. Hostilius de Monte Monaco ex fœtida molestaque lepra, quæ totum ferè corpus eidem corruperat, eò devenerat, ut se ipsum movere nullo modo posset. Incassum proinde omnibus adhibitis artis remediis, ad opem Servi Dei confugit, atque ab eo imagine Crucifixi signatus repentè curari cutem morbique squamulas defluere conspexit, pristinæque subinde sanitati restitutus fuit. 4TUM. Vinum pariter corruptum atque omninò mutatum, quod Servo Dei oblatum fuit, eo orante, non modò pristinam recuperavit præstantiam, sed adeò quoque multiplicatum fuit, ut diu ad usum sufficerit, & ad morbos curandos mirabiliter juverit. 5TUM. Delia Quattrocchi tumore & cancro in mamilla dirè cruciabatur, frustrà chirurgorum ope semper adhibita. Accito proinde Servo Dei, ejus precibus sese commendavit, &, ubi morbum ille cruce signavit, statim ipsa perfectè convaluit. 6TUM. Jantia puella biennis ex variolarum morbo lumen oculorum penitùs amiserat. Ducta itaque ad Servum Dei, oleoque lampadis ardentis coram Eucharistiæ Sacramento ab ipso inuncta, confestim pristinam claritatem visûs recepit. 7MUM. Isidorus Vicus hydropisi laborabat, & statim ac super eum Servus Dei signum Crucis efformavit, liberatus à morbo remansit. 8VUM. Petrus Sanctes Petillus febri quartana correptus ulceribusque toto corpore vexatus, opem Servi Dei imploravit, &, cùm ab eo fuerit sacra Crucifixi imagine benedictus, illicò febris deferbuit, & ulcera penitùs evanuerunt. E

A. Z. Boverio.

CAPUT VI.

Ipsius sanctimonia celebris: pius obitus ac sanctitatis signa.

Ipsius sanctitatis fama adeò celebris fit, a

HIs & aliis quamplurimis divinæ potentiæ miraculis, quibus Deus Opt. Max. Servi sui merita & sanctimoniam uberrimè testabatur, cùm tam celebre in Piceno *a* esset Seraphini nomen, ut in quacumque conventûs familia degeret, ad eum ægrotantium turbæ confluerent; id potissimùm in Lauri conventu accidit, ubi tanta quotidiè languentium & ægrotorum multitudo ante ecclesiæ fores jacens cernebatur, ut parùm ab illa Hebræorum piscina abesset; quibus cùm Vir Dei sua illa Crucifixi imagine Crucis signum impenderet, omnes fermè à morbo curabat. Obsistere quidem ac reluctari Vir sanctus, sed, cùm illum Deus velut lucernam, qui suâ multis sanctimoniâ præluceret, in Ecclesiæ modio collocâsset, quò magis à se turbas expellebat, eò plures quotidie fiebant. F

ut ad ipsum undique infirmi confluant.

8o Viro Dei aliquando per Montem-Ulmi iter facienti tam ingens populi turba occurrit, ut vix è medio, pallio ac habitu undique obtruncatis, emergere potuerit. Hoc ipsum illi cùm in Montisgranarii familia conscriptus esset, sæpè contingere solebat, ita ut integros dies in ægrotis Crucis signo consignandis frequenter impenderet. Res quidem fratribus ita molesta erat, ut eidem Guardianus aliquando dixisse feratur, quod, si diu ea confluentium multitudo, quâ sæpè divina Officia perturbari contingeret, illis ferenda esset,

A. Z. Boverio.

essèt, obedientiæ præcepto illi miraculorum potestas, ùt olim à B. P. N. Francisco B. Petro Catanio sublata fuit, cohibenda esset. Quamobrem, ne ea conventûs familia diutiùs illam molestiam sustineret, inde Asculum migrat; ubi, cùm diu moras traxisset, tanta in eum urbis devotio fuit, ut eum omnes velut cælestem hominem & consolatorem urbi datum agnoscerent, atque is è regione tam singulari urbem illam benevolentia prosequutus est, ut quamplurima in eam tum publicæ pacis, tum mutuæ concordiæ & curationum beneficia contulerit. Postremò, ut perenne illi amoris signum testaretur, eidem corporis sui exuvias perpetuò asservandas reliquit.

Fervenù oratione & rigidâ abstinentiâ ad mortem,

b

81 Etenim cùm plerosque in ea urbe annos magna cum sanctimoniæ laude duxisset, jam septuagenarius *b* vitæ suæ occasum, quem sæpè antea prænunciârat, propinquum intelligens, vehementiùs orationi ac rerum divinarum contemplationi incumbere cœpit, & quasi tunc primùm Deo famulari inciperet, ad majora quotidie virtutum studia se extendere juventutisque jejunia atque asperitates ad senectutis annos revocare. Demùm ne vacantem aut somno deditum eum Dominus insperatò adveniens offenderet, ardentem cum virginibus lampadem omni studio præferre curabat.

B

quam instantem prænoscit, se præparat,

82 Diu Seraphinus occultum in pectore morbum, quo licèt tanquam spiculi mucrone acerbè confoderetur, tam patienter tulerat, ut eum nulli hactenùs aperire voluisset; cùm tamen hoc tempore adeò ingravesceret, ut jam supremum illi interitum minaretur, illum tandem declarare cogitur. Nullum morbus exteriùs malignitatis signum prodere videbatur; quo fiebat, ut & medicus & Fratres haud tanti morbum æstimarent, ut ex eo aliquod illi vitæ periculum imminere existimarent, præsertim cùm nec febris Dei Servum occuparet, neque is lecto decumberet. At Vir Dei, qui ex eo non modò vitæ periculum, sed & certam celerioris occasûs necessitatem sibi exoriri non ignorabat, cùm eò usque obitûs sui tempus aliis præsignificare distulisset, ut divina prophetici spiritûs dona sibi à Deo collata, quoad posset, occultaret; pridie tamen, quam è vita excederet, ut divinis Ecclesiæ Sacramentis frui posset, proximum sibi vitæ occasum instare luculentiùs aperit. Cùm verò neque id asserenti Fratres crederent, vix tandem sacra illi Eucharistia per modum Viatici ministratur.

C

atque illam, Ecclesiæ Sacramentis munitus, subit.

83 Dies erat Viro Dei suprema, cùm is sacro Domini corpore refectus, inter ipsius amoris amplexus ad tertiam usque post meridiem horam perseverat, quo tempore extremæ Unctionis oleo se inungi postulans, apertam à Guardiano repulsam patitur; qui cùm nullum non modò in eo moribundi signum deprehenderet, verùm nec medici ipsius sententiâ is ullo in mortis periculo versaretur, id ab ecclesiastica regula alienum ducebat, quâ extremæ Unctionis Sacramentum in mortis articulo tantùm ministrari præscribitur. Adnitebatur Vir sanctus, hunc sibi mortis articulum esse, Fratribus persuadere, at iis reluctantibus: "Jam", inquit, "vestrum arbitrium obtineat; verùm, quod nunc commodè à vobis fieri posset, mox festinatò præstabitis." Post hæc genuflexus in lecto orans, cùm ad quartam à meridie horam perveniisset, oculis in cælum sublatis, his Dominum verbis precatur: "O Domine Jesu, si loquor, »nulla mihi fides adhibetur, Tu ipse loque»re." Vix hæc protulerat, cùm, vultu in pallorem mutato, mortis signa præferre cœpit. Porrò Fratres, qui Dei Virum observabant, inperatam illam vultûs mutationem spectantes, summa festinatione ad sacrum oleum accurrunt ac Dei Servum inungunt. Quò ille inunctus, paulò pòst, perinde ac si in quietem concederet, placidè mortis somno consopitur.

D

B. Seraphini obitu puerorum voce vulgato, ingens fit populi ad ipsius cadaver,

84 Dei itaque Servo hoc modo præter omnium expectationem è vivis sublato, Guardianus, qui irruentem in eum turbam haud fruslrà pertimescebat, ut nulla de illius morte in urbe fama innotesceret, nullum campanâ (utì mos est) ipsius exitûs signum pulsari jubet. At Dei Opt. Max., qui ipsius sanctimoniam palam facere decreverat, consilio factum est, ut pueri agminatim per urbem incedentes, sanctum Virum mortuum conclamarent; quo audito, tanta mox populi multitudo ad conventum confluxit, ut, occlusis mercatorum tabernis sola urbs absque habitatore relicta videretur. Mox urbis conservatores decem viros destinant, qui sancti Viri corpus, ne aut aliò distrahatur aut aliquod damnum patiatur, summâ diligentiâ custodiant. Turba verò cumprimùm corpore in ecclesiam delato, illius conspectu potitur, tot illud sancti Viri miracula & beneficia celebrantium vocibus excipit, ut canentium potiùs hymnis ac laudibus, quàm lugentium carminibus, ecclesia personaret; mox universi certatim in ipsius oscula & amplexus ruere, capillos tondere, barbam præcindere, ungues obtruncare, habitum discerpere tantoque devotionis impetu in eum ferri cœperunt, ut & digitos ac cætera corporis membra facilè dissecâssent, nisi Fratrum ac decem virorum providentiâ corpus, è medio turbarum avulsum, intra cancellos occlusum fuisset, quo populus pertingere minimè posset. Terni interea & quaterni habitus, à multitudine discerpti, in novos ac recentes commutati fuêre *c*.

E

c

suavi odore perfusum, concursus: quo indies percrebescente, Paulus V P., ut lampas ad ejus sepulcrum ardeat, concedit.

85 At verò eò magis excrescebat populi confluentis devotio, quò sancti Viri corpus molle ac tenerum velut dormientis contrectabatur, atque adeò suavi odore perfusum, ut cæleste Myrothecium sua odoris suavitate referret. Cessante igitur ob noctis tenebras turbarum frequentia, intempesta nocte sancti Viri corpus lignea arca occlusum, urbis senioribus id petentibus, non in communi Fratrum sepulcro, sed seorsim sub altaris cancellis conditum fuit *d*. Nec tamen eo populi devotio in sanctum Virum deferbuit; undique enim tum ex urbe, tum ex vicinis ac remotis Piceni oppidis ad ipsius sepulcrum turbæ confluere, vota appendere, Seraphini nomen invocare cœperunt; ita ut urbis proceres, coacto concilio, legatos ad Paulum V tunc Pontificem Max. destinaverint, qui totius urbis nomine Processum de Seraphini vita & miraculis instrui & ad illius beatificationem procedi postularent. Pontifice urbis votis annuente, primùm Ordinario examen committitur. Excrescentibus verò ad illius sepulcrum miraculis, anno 1610 Sacra S. Inquisitionis Congregatione annuente, lampas ante illius sepulcrum ardens statuitur:

d

A tur: quo tempore tot ſigna multiplicari cœperunt, ut non ſolùm ex Piceno, ſed & ex remotioribus Aprutii & Inſubriæ & Galliæ Subalpinæ partibus, vota ad illius ſepulcrum mitterentur *e*, quæ miracula ſancti hujus Viri merito patrata teſtabantur; quorum ne memoria depereat, breviori, quoad fieri poterit, hîc Compendio colligenda ſunt, eo modo, quo in ipſius Proceſſu enarrantur, diſtincta tantummodò miraculorum ſpecie, quo luculentiùs dignoſci queant, in his exarandis vel indicandis, uti cœpimus, obſervatâ.

ANNOTATA.

a *Ampla Italiæ in Eccleſiæ ditione provincia, hodie* Marchia Anconitana *dicta.*

b *Vide Comm. prær. ad ultimum numerum.*

c Ut rumor, *refert Proceſſuum Compendium*, ejus obitûs civitatem pervaſerat, gens tota ad eccleſiam, in qua ſacrum ejus corpus expoſitum erat, confluxit, & beatum quiſque ſe dicebat, qui partem aliquam ſui
B habitûs vel corporis cædere aut menti pilum evellere ſibi licuiſſet. Inter alios, qui funeri advenerant, recenſentur primarii civitatis viri nobileſque fœminæ, quamplures religioſi atque Vicarius generalis epiſcopi Aſculani, à quibus id conſilii captum fuit, ut valvæ eccleſiæ clauderentur, deindeque nobilium aliqui à magiſtratu electi corpori aſſiſterent, ut illud à pia populi direptione tuerentur, &, ut omnium devotioni fieret ſatis, biduò corpus inſepultum feretroque expoſitum remanſit. Ut conſtat ex teſtibus de viſu.

d *In citato Compendio habentur ſequentia:* Defuncti cadaver per biduum fluxui & refluxui civitatis Aſculanæ in eccleſia expoſitum perſtitit; toto verò illo tempore mollia ac tractabilia membra non ſecùs ac viventis cives Aſculani factâ experientiâ admirati ſunt, imò à cadaveroſo corpore ſuaviſſimus ac delicatiſſimus odor diffundebatur. Quam ob rem opinio ſanctitatis beati Viri longo vitæ curſu magnis ac continuatis prodigiis comprobata, novis hiſce ſignis poſt obitum conſolidata ſtimulo fuit proceribus Aſculanis, ut centum-
C virali conſilio decernerent, veneratum ac dilectum corpus nonniſi cum honore eſſe deponendum; ideoque aromatibus atque opobalſamo conditum extra commune ſepulchrum in arca ſerico panno intùs conveſtita tumulari juſſerunt, &, ne contra ſtatuta Eccleſiæ ſacroſque canones per publica decreta peccaretur, caverunt, ut, quæ ſancita erant, executioni non priùs mandarentur, quàm de Ordinarii ac ſuperiorum licentia conſtaret.

e *Proceſſuum Compendium ſequentia addit:* Hujuſmodi ſanctitatis fama nedum conſtans ſemper fuit apud epiſcopos alioſque inſigniores eccleſiaſticos, viros nobiles & principes; ſed indies magis magiſque augetur tum Aſculi & in toto Piceno, tum in provincia Samnii aliiſque finitimis regionibus abſque eo, quod aliquid unquam auditum fuerit in contrarium; & ad hæc uſque tempora adeò pervagata eſt, ut non ſit natio ſive cis ſive ultra montes, quæ illum non colat & veneretur, ejuſque opera non narret & admiretur, & ſignanter hic Romæ, ubi quotannis feſtum ejuſdem Beati cum expoſitione reliquiarum, ex ſacro ipſius corpore extractarum occaſione, quâ facta fuit Aſculi vigore licentiæ Sacræ Congregationis anno 1728 ſub Benedicto XIII Pontifice Maximo illius tranſlatio à veteri ſacello ad novam capellam, eleganter conſtructam ſumptibus marchionis Joannis Baptiſtæ Caucci, cauſæ poſtulatoris, ſolenni ritu & pompâ celebratur in eccleſia tum ſanctiſſimæ Conceptionis Patrum Capucinorum, tum ſanctorum Apoſtolorum Simonis & Judæ, in qua pius ſacerdos Philippus Ferrucius illius rector ſuo ære in honorem prælaudati Beati altare erexit. A. Z. BOVERIO.

CAPUT VII.

Sancti poſt mortem apparitiones.

Portiæ ejus obitum ignoranti,

REm igitur ut ab ipſis beati Viri apparitionibus exordiar, quibus poſt mortem à pleriſque viſus eſt; anno 1604, quo Vir ſanctus ab ærumnoſo hoc rerum ſtatu ad fæliciorem conceſſit, eadem nocte, quæ ipſius obitûs diem ſubſequuta eſt, Portiæ Contæ, ſuæ olim familiari, quæ ipſius adhuc mortem ignorabat, glorioſus apparens, poſt nonnulla conſolationis verba in cælum effertur.

Nicolao Salviæ agonizanti,

87 Anno 1605 Nicolaus Salvia Aſculanus, dum extremo cum morte agone conflictatur, ad Dei tribunal raptus, B. Virginem ac pleroſque alios Sanctos, quos ille ſingulari veneratione proſequebatur, dextram throni tenentes, ab altera Seraphinum Beatorum Capucinorum agmine ſtipatum cernit; quo tempore dæmones pleraque adverſus eum accuſationis capita coram Judice proferentes, à Seraphino, qui rei cauſam defendendam ſuſceperat, oblata exceptione repelluntur, à quo etiam pleraque Chriſtianæ pietatis opera à Nicolao patrata atque inter alia plurima illius in Capucinos liberalitas & munificentia referuntur. Quapropter cùm ad bonorum ac malorum operum penſionem ventum eſſet, Seraphini operâ & patrocinio abſolutionis ſen- F
tentia à Judice profertur. Id cùm Nicolaus Franciſco Mariæ, Mediolanenſi ſacerdoti, qui ipſius tunc animæ curam agebat, retuliſſet, paulò pòſt in Domino quieſcit.

Scipioni Franciſco febricitanti, *a* *b*

88 Anno 1605 Scipio Franciſcus Carelli Aprutinus *a* febri continua in Jeſſi *b* oppido apud Capucinos laborabat, cùm intempeſta nocte quieſcens à ſomno excitatur, ſenemque Capucinum ſibi adſtantem cernit, qui his eum verbis compellat: "Scipio cedo dextram." Eo verò dextram porrigente, "Ego", inquit, "Fr. Seraphinus ſum à Montegranario, ſatage, »ut B. Virginem meque ſingulari ſemper pie»tate proſequare, noſtra ſiquidem interceſſio»ne jam tibi à Deo incolumitas collata eſt." Is verò repentè incolumis, cùm Seraphinum hactenùs ignorâſſet, viſione manè Fratribus enarrata, ab iis Deo gratiæ redduntur, ac defuncti Seraphini illis vitæ ſanctitas aperitur.

Eliſabethæ Erapulenſi, peſtilenti febre correptæ,

89 Anno circitèr 1622, dum Eliſabethæ Erapulenſi, Joannis Baptiſtæ Gerardini uxori, peſtilenti febre correptæ, funera parantur, omni illa vitæ ſpe deſtituta, Seraphini, cui olim devotiſſima fuerat, ſibi præſidium implo-

A. Z. Boverio.

rat ; qui hoc ipſo tempore ægræ perſpicuè apparens eam his verbis affatur : "Eliſabeth, »ſi meum ſub peregrinæ habitu ſepulcrum piè »venerata fueris, integra incolumitate frueris." Protinúique his dictis evanuit. Ea verò, cùm ab eo tempore convaleſcere cœpiſſet, Seraphini ſepulcrum, quemadmodùm illi præſcriptum fuerat, inviſit, integramque ibi incolumitatem aſſequitur.

Vincentiæ graviter ægrotanti, Julianæ pectoris dolore,

90 Vincentia, Nicolai Salui uxor, lethali morbo correpta, ad mortem ægrotabat ; quo tempore Seraphinum, quem ſingulari mentis pietate venerabatur, invocans eumdem mox ſibi adſtantem cernit, tam ingenti luce perfuſum, ut domum totam ſuo ſplendore illuſtraret, qui his ægram verbis alloquitur : "Cur, »Vincentia, times aut quid de meo patroci»nio dubitas ? Longior tibi vita meâ inter»ceſſione condonatur ; brevî convaleſces." Cúmque ab eo tempore morbus miteſcere cœpiſſet, brevî perfecta incolumitate potitur. Juliana, Latini Ferri Aſculani filia, graviter febricitans, pectoris præterea dolore afflictabatur, cùm plena mentis fiduciâ Seraphinum jam defunctum rogat, ut ſua illi Crucifixi imagine, ùt vivens ſolebat, pectus conſignet, ac febrim depellat ; qui, cùm mox illi ſe jucundum ac feſtivum videndum præbuiſſet, ſignum Crucis adhibet, eoque febrim pectoriſque paſſionem protinùs fugat.

B

Mariæ Auguſtiliæ acutâ

91 Mariam Auguſtiliam Aſculanam, acuta febris cum acerrimo capitis dolore conjuncta, ad eam vitæ deſperationem compulerat, ut medicorum ope deſtituta, celeriùs ad vitæ occaſum feſtinaret ; quo tempore illa cæleſtem Seraphini opem obnixè poſtulans, eum cæleſti gloria affulgentem ſibi adeſſe conſpicit ; qui ubi ægram verbis conſolatus eſt atque utraque manu apprehenſam, ſedentem in lecto collocavit, protinùs incolumem præſtitit ; quæ mox miraculum magno clamore prædicans, virum compellit, ut ad eam confeſtim cum familia accurrat ; ea verò, Seraphini præſentiam collatumque incolumitatis beneficium explicans, omnes permovit, ut lacrymis Deo ac Servo ſuo gratias redderent.

C

pueroque peſtilenti febre laborantibus,

92 Joſephus, Felicis Montii Aſculani filius, undecim annorum puer, diuturna febri, quæ in peſtilentem tandem deſierat, laborans, cùm ad funera raperetur, Seraphinum ſibi ad vitæ præſidium invocat, ac domeſticos ad ipſius invocationem provocans, Seraphinum mediæ noctis horâ, quâ Matutinæ Horæ apud Capucinos pulſabantur, ſibi præſentem intuetur, atque hacce voce compellantem audit : "Frater Joſeph." Cui cùm & ipſe Fratrum more reſponderet : "Ave Ma»ria", Seraphinus puero adblandiens illiuſque humerum leviter concutiens : "Ne timeas", inquit, "vitâ vives." Moxque incolumitati redditus, cùm exclamans, "O Sancte mi, ô »Sancte mi", ſanctum Virum amplecti vellet, is ab oculis repentè evanuit. Ad has pueri voces cùm pater ac domeſtici occurrerent, vitam ſibi atque incolumitatem à Seraphino collatam narrat. Cúmque haud fruſtrà ſe à Dei Servo fratrem Joſephum nuncupatum ſecum animo repeteret, poſt adoleſcentiæ annos ad Capucinos fugiens, Fratris Joſephi inter nos nomen retinuit.

Portiæ gravidæ, cujus maritum contra ſatellites defendit, ejuſque mortuum fœtum ad vitam revocat, apparet,

93 Portia, Sebaſtiani Cacarelli uxor, cùm ab armata prætoris familia ſibi nocte domum invadi cerneret, ut virum criminis, de quo agebatur, inſontem apprehenderet, ad Seraphini, quem ſingulari pietate colebat, mox opem confugit. Nec fruſtrà, nam eodem temporis momento plerique monachi ac presbyteri, eatenùs ignoti, undique erumpentes, Sebaſtianum à ſatellitii poteſtate eripiunt. Ægrotabat eo tempore Portia fœtum in utero gerens, cùm S P. Franciſcus ac Seraphinus eidem poſt factum apparentes, "Portia", inquiunt, "à nobis miſſi ſunt, qui Sebaſtianum »in libertatem vendicárunt, tu quoque noſtro »patrocinio ab ægritudine libera eſto. Verùm »ſæculari veſte dimiſſa, cinereo te habitu con»tege." Quibus illa per omnia paruit. Poſt hanc B. P. Franciſci ac Seraphini apparitionem, cùm Portia totam noctem illam in oratione inſomnem duxiſſet, fœtum, quem in ventre gerebat, velut è lumbis ſibi avelli atque in alvum magno ſtrepitu dilabi percipit ; ex quo tempore cùm undique ex omnibus corporis ſpiraculis tetrum fœtorem effunderet ; is adeò in ipſa partûs hora excrevit, ut penè intolerabilis videretur. Quo tempore, cùm mortuum ac putridum ex alvo fœtum fudiſſet, cum lacrymis Seraphinum precatur, ut tantiſper vitæ enixo fœtui reſtituat, quoad ſacrâ Baptiſmatis undâ regenerari queat. Nec vana illius petitio fuit ; ea namque in lacrymis perſeverante, defunctus ac putridus puer nonnulla tum motu, tum oſcitatione vitæ ſigna edens, mox ſacro Baptiſmate abluitur, ac poſt quinque aut ſex horarum ſpatia in nutricis ſinu animam exhalat. Portia verò, cùm hoc ipſo tempore levi ſomno detineretur, Seraphinum hæc ſibi dicentem audit : "Tu quoque, ô Portia, extremum cum tuo »fœtu diem clauſiſſes, niſi vitam tibi à Do»mino impetrâſſem. Quapropter Deo gratias »age divinamque miſericordiam tua pietate »auge."

E

deinde octo ægris, quos ſanat.

94 Malateſta Matteucius laterum ac renum dolore oppreſſus, lampadis, quæ ante Seraphini ſepulcrum lucet, oleo inunctus atque eodem tempore beati Viri præſentiâ hacque voce dignatus : "Malateſta, ecce, quem in»vocâſti, Seraphinus te à dolore liberum & »incolumem reddit", perfectæ incolumitati reſtituitur, qui ad ampliores Deo ac Seraphino gratias habendas nudis mox pedibus B. Viri ſepulcrum veneratur. Ab iiſdem quoque laterum ac renum doloribus Modeſtina Blanchina à B. Viro, illi in ſomnis apparente ac doloris locum manibus contingente, hiſque eam verbis conſolante : "Blanchina, jam te »dolores deſeruêre", liberatur. Terentia, Paulacii Aſculani uxor, matricali dolore ſæpè vexata, dum Seraphinum ſibi è cælo auxiliatorem deprecatur, præſentem Seraphinum cernit hæc ſibi verba inculcantem : "Filia, cæ»lum patientiâ ac doloribus comparatur." Cúmque ſua illam Crucifixi imagine, quam vivens geſtabat, conſignâſſet, ab eo deinceps dolore eam liberam præſtat. Eo quoque apparente ac doloris locum contrectante, Deiurtina, Tullii Electi Aſculani uxor, quæ ex lapſu pedem ſibi graviter læſerat, inſtantaneam pedis curationem conſequitur. Praxedes Tertiana graviſſimè ægrotans ; Fabricia Aſculana

F

A Aſculana crurum dolore afflictata; Marianus Pariſianus, peſtilenti febri laborans; Lucia à Montenovi, Aſculani agri oppido, linguæ morbo vexata, ab eo incolumitatem aſſequuntur *c*.

c

ANNOTATA.

a Aprutium *ampla eſt regni Neapolitani in Italia pars.*

b *Quod Italiæ in agro Aſculano ſub ſummi Pontificis dominio oppidum eſt.*

c *Proceſſuum Compendium ſequentem Sancti noſtri apparitionem addit :* Sebaſtianus Roſatus, febri maligna correptus, auxilium Servi Dei enixè imploravit. Nocte, dum quieſceret, apparuit illi Servus Dei, bonoque ut eſſet animo, juſſit, ſubindeque à ſomno excitatus, liberatum à morbo ſe ſenſit.

CAPUT VIII.

B

Miracula ipſius interceſſione patrata.

B. Seraphini cadaver oſculando Fabritius Furcula corpore imbecillis, & Portia dentium dolore ſanantur:

NEcdum Seraphini corpus tumulo conditum fuerat, cùm Fabritius Furcula Aſculanus, qui diu corpore imbecillis ac pedibus mutilus in lecto jacuerat, ejus obitûs famâ perceptâ, ab eo obnixè precibus poſtulat, ut eum, antequam tumulus contegat, & ab oculis rapiat, ſibi intueri ac deoſculari liceat. Annuit votis benigniſſimè è cælo Vir ſanctus; cùm enim poſt orationem Fabritius corpori vires addi perciperet, fulcro adhibito, lentè ad Capucinorum eccleſiam procedit, ubi Seraphini corpus in feretro collocatum conſpiciens orat, accedit, corpus exoſculatur; plenamque ab eo incolumitatem poſtulans, poſtulata accipit, tamque perfectè inde incolumis evadit, ut, fulcro projecto, pedi-

C bus ac toto corpore valido domum redierit. Eodem tempore Portia Aſculana dentium dolore graviter vexata, ad feretrum accedens, ubi ſancti Viri corpus deoſculata fuit, mox à dolore libera Deo ac B. Viro gratias agit.

ad ipſius ſepulcrum corporis languor, genuum morbus, Sanctique pallii attactu nervorum debilitas abſcedunt:

96 Philippus Albarinus Aſculanus, cùm duodeviginti menſium ſpatio ita languidus in lecto jacuiſſet, ut abſque alterius adminiculo moveri non poſſet, voto emiſſo, ſe ad ſancti Viri ſepulcrum deferendum curat, ac ceræ trium librarum pondus ipſius ſepulcro appendens, mox divina ſe virtute ita roboratum & conſolidatum percipit, ut, antequam Aſculum perveniſſet, perfecta ſe incolumitate potitum ſenſerit. Maria Felix, Marci Lucidi Aſculani filia, quæ genuum morbo ita laborabat, ut progredi nullo modo valeret, voto ad Seraphinum nuncupato, ac lampadis, quæ ante illius ſepulcrum ardebat, oleo inuncta, morbo mox effugato, libera incedit. Eliſabeth, Antonii Bergomatis filia, decem annorum ſpatio alterius manus nervorum debilitatem paſſa fuerat, quæ, cùm ad B. Viri ſepulchrum oraret, ac pleroſque pallio, quod olim Seraphini uſui inſervierat, ſe contegentes cerneret, illud ipſa manu contingens, protinùs ab ea marûs imbecillitate ſanatur.

A. Z. BOVERIO.

Sancti ope puer utroque pede detentus, item claudus incedunt, manûs, crurum, pedum, oculorumque

97 Carolus, Peruſinæ Aſculanæ filius, cùm utroque pede ad tergum converſo natus, neque incedere, neque ſtare ullo modo poſſet, plurimis ad pedum reſtitutionem remediis fruſtrà tentatis, tandem voto à matre ad Seraphinum emiſſo, ſe cunctas pueri veſtes ipſius ſepulcro appenſuram, ſi puer pedes ad inceſſum reciperet; delato ad ſancti Viri ſepulcrum ac voto iterato, puer, qui ocreas ferreas gerebat, in pedes conſtitutus, non tam ſtare, quàm liberè progredi ac regredi cœpit; moxque extractæ è tibiis ocreæ ac pueri veſtes ſepulcro ad Dei & ſancti Viri gloriam appenduntur. Demùm Balthaſar à Monte-Monaco *a* altero pede claudus; Conſtantia ab Ancarano *b*, altera manu capta; Joannis Dominici à Monte Alto *c*, à lumbis deorſum membris mutilus; lampadis ante ſancti Viri ſepulcrum ardentis, oleo illiti, integra membrorum incolumitate perfruuntur. His & plerique alii, qui vel cæcitate vel incurabilibus oculorum morbis affecti, hujus E ſancti Viri ſuffragio perſanati fuêre, accedunt. Atque in his inprimis Mauritii à Patrinione filia, quæ utriuſque oculi ex boæ morbo cæcitatem contraxerat, cùm oculis, illi B. Viri habitûs particula à matre perfricatis, lucis nonnihil hauſiſſet, bis terque perfricatione repetita, integrum oculorum lumen recepit.

a
b
c

uſus redditur:

98 Joannis Franciſci Aſculani filia, Cirta nomine, ob eundem boæ morbum tam tenui oculorum lumine fruebatur, ut dextro penitùs cæca eſſet, altero verò tam obſcura luce potiretur, ut vix per domum tutò incedere valeret. Rerum præterea inopiâ afflictata Seraphinum cum lacrymis rogat, ut, qui ſuam aliis opem affluenter impertit, eam ſibi quoque ad lucis recuperationem non deneget, geminoſque ſe illi argenteos oculos ſepulcro oblaturam ſpondet. Haud pauperculæ votis Vir ſanctus è cælo defuit; vix enim ea ab oratione ſurrexerat, cùm clariori luce ſe frui experta, eam paulatim ita excreſcentem recipit, ut integram utriuſque oculi poſtridie cæleſti dono aſſequuta fuerit. F

varii corporis dolores,

99 Inter eos verò, qui variis corporis doloribus cruciati, ſancti hujus Viri ſuffragio ab iis liberati fuêre, primus eſt Petrus à Monte-Granario, qui graviſſimo capitis dolore correptus, cùm de venerando Viri Dei ſepulcro votum nuncupâſſet, nullâ interpoſitâ morâ, ab eo divina virtute curatur. Ab eodem & Manſueta Aſculana, & Alberina Juvenalis, & Dominica Camplienſis *d*, & Delia *d* Marcellinæ Cornilis famula, Viri Dei ſepulcrum viſitantes, liberantur. Theodora Gineſtica, partûs doloribus oppreſſa, Crucifixi imagine, quæ olim Seraphini fuerat, obſignata, mox ſalva fœtum emittit. Zenobia, Gaſparis Tutii uxor, cingulo B. Viri ſe præcingens, à partûs doloribus vendicatur. Hoc modo & Maureliæ Confectæ & Felici Montiæ & Argeriæ Felicis Graſſi uxori, partûs dolore laborantibus, partûs incolumitas condonatur. Maria, Mantucii Aſculani uxor, humeri dolore vexata; Gaſparina Aſculana pectoris; Maria Pellicana alterius poplitis; Catharina à Cerreto renum; Juliana, Maſſaronis Ferri uxor, uberis; Nicolea Aſculana, Curtii

A. Z. Boverio.

Curtii Barbitonſoris uxor, odontalgiæ; Ludovica, Phœbi Aſculani filia, ſtomachi; Mauſueta Aſculana crurum; Euſebia, Joannis Cardinalis uxor, alterius brachii; Simona à Monte-Monaco morbi univerſalis; Maria Joanna Ortonenſis *e* colici; Junipera Alexandrina Pedonenſis *f* aurium; Benedictus à Monte-Rubiano femorum; Salpitia Pelagalla Aufidenſis laterum; Matthæa Auſtea à Patrinione & Catharina Franciſci Placentini conjux, ſtomachi dolore laborantes, voto ad Seraphinum nuncupato, curantur.

e *f*

febres, ſanguinis fluxus, morbus comitialis, hernia, lues venerea, calculorum morbus & paralyſis ſanantur:

100 Ad eos venio, qui febre ac variis languoribus affecti, B. Viri merito incolumitatem adepti fuêre. In his prima eſt Druſilla à Monte Monaco, Dominici Garulli uxor, quæ cùm febre correpta ſanguinis præterea profluvio laboraret, cui ſiſtendo nullum prorſus remedium prodeſſet, cùm lampadis ſancti Viri oleo inuncta eſſet, protinus & ſanguinis fluxus areſcit & ab ea febris abſcedit. Eodem lampadis oleo illita Hippolyta à Monto Rubiano à tertiana febri; Paulus Bucius à Luco *g*, à febri continua; Gaſpar Alexandrinus Camplienſis à ſanguinis profluvio; Emidius Rochi, nobilis Aſculani filius, à peſtilenti febre; Catharina, Joannis Pauli Bononiola filia, à comitiali morbo; Angelus Monteucius & Trojanus Gallus Auximenſis *h* ab hernia B. Viri interceſſione liberantur. Aſcanius, Vincentii Pilati filius, cùm diu venerea lue contabuiſſet, matris voto ad Seraphinum facto, protinùs eâ extersâ, ad ſalutem adducitur. Taſia Ceſtinianenſis, ſancti Viri oleo inuncta, à calculorum morbo incolumis emergit. Lucia à Monte Alto paralytica, ad B. Viri ſepulcrum Aſculum delata, à paralyſi dimittitur. Joſephus puer, ad extremam uſque membrorum ariditatem adductus, ad beati Viri ſepulcrum ad ſalutem revocatur.

g

B

h

Ipſius ſepulcri pulvis febrim columque pellit.

101 Cùm ſancti Viri corpus in alterum tumulum tranſlatum fuiſſet, plerique prioris illius capſulæ ſegmenta ſibi vendicantes, varia ex eorum pulvere ſibi divinitùs collata beneficia perſensêre; inter quos Cenſius Ortonenſis, Scipio Barba ac Petrus Barba enumerantur, qui, peſtilenti febre laborantes, cùm illius pulveris modicum cum aqua hauſiſſent, eodem tempore incolumes redduntur. Quarta quoque Maria Joanna, Joſephi Ballarini uxor Ortonenſis, colico dolore acerbè cruciata, eodem pulvere hauſto, convaleſcit.

C

Lampadis ad B. ſepulcrum ardentis oleo vulnera ſanantur,

102 Mariæ Camplienſis debitores, ut ipſius moleſtiâ carerent, eam domi pugionibus aggredientes, pleriſque eam ictibus confodere conantur; ſed eâ Seraphini opem poſt primum vulnus acceptum, invocante, cæteri ictus caſſo vulnere in veſtem tantum ac induſium perferuntur. Poſt hæc acceptum vulnus, quod lethale erat, ſancti Viri oleo inunctum, brevi tempore curatur. Cæſar Mutinenſis *i*, cùm ob catapultariæ glandis vulnus, quod in ore acceperat, neque os aperire, neque cibo veſci poſſet; humano remedio deſtitutus, ſepulcri B. Viri oleo inungitur, cujus virtute mox illi & os aperitur & vulnus brevi tempore ſanatur.

i

& tres è mortis faucibus eripiuntur.

103 Sexta porrò ægrotorum claſſis eorum eſt, qui divina prorſus virtute ſancti Viri ſuffragio è mortis faucibus eripiuntur. In hoc ordine prima eſt Catharina Nicolini à Marano *k*, trium annorum filia, quæ, cùm repentinâ morbi vi, ſenſibus omnibus deſtituta, propiùs ad interitum, quàm ad vitam accederet; vix præfato lampadis oleo inuncta, oculos aperit, linguæ vinculum ſolvit atque intra quadrantis horæ ſpatium integrè à morbo convaleſcit. Eodem oleo illita Maria Mucrarella, mortiferè ægrotans, cùm nullâ medicorum arte juvari poſſet, ac proinde ad vitæ occaſum properaret, confeſtim in vitam & incolumitatem aſſurgit. Tertius quoque Joannes Baptiſta à Torciano, Firmani agri caſtello, morbo naturam ſuperante, vitæ ſpe omninò deſtitutus, hujus olei unctione communitus, de morbo triumphat longioriſque vitæ curſum ſortitur *l*.

k

l

Facto voto, lethalis febris, colum & calculorum morbus abſcedunt: moribundus,

104 Joſephus Aſculanus, lethali febre laborans, in eam vitæ deſperationem inciderat, ut medicorum ſententiâ jam illi funera pararentur. Quo tempore voto ad ſanctum Virum de illius ſepulcro venerando & argenteum caput offerendo concepto, hoc ipſo temporis momento ab eo febris fugatur, capitis dolor, quo acerbè afflictabatur, abſcedit ac poſt breve tempus è lecto incolumis emergit. Maria à Julia Nova *m*, Hieronymi Dominici uxor, colicâ paſſione & calculorum morbo ad extremam uſque vitæ metam adducta, cùm exiguum habitûs ſancti Viri ſegmen ſibi collo alligâſſet, invocato ipſius nomine, in vitam mox ac ſalutem vendicatur. Petri Sanctes Aſculani vita propter ſævientem acutæ ac peſtilentis febris vim eo in diſcrimine verſabatur, ut nulla ipſius ſoſpitati ſpes relicta eſſet; quo tempore, cùm uxor cum tota familia Seraphini è cælo opem implorans, tabellam, beneficii teſtem, illius ſepulcro appendendam ſpopondiſſet, mox ab ægroto ſudor erumpens, febrim fugat, ægerque viribus brevi tempore recuperatis, è lecto ſurgit.

E

m

puella deſperata pluresque alii ab inſtanti morte liberantur.

105 Maria Franciſca puella, Rogerii Romoaldi filia, à B. P. Franciſco precibus impetrata, cùm boæ morbo ita ægrotaret, ut de illius apud medicos ſalute actum eſſet, voto à matre pro ea ad Seraphinum nuncupato, ab eo apparente futura illi incolumitas annuntiatur. Julii Cæſaris Grifonelli, Præpoſiti eccleſiæ S. Jacobi urbis Aſculanæ, ſalus ita deſperata erat, ut trium vel quatuor horarum à medicis illi vitæ ſpatium præſcriberetur; quo tempore tota domûs familia pro eo orante ac Seraphini ſuffragium implorante, cùm is oblatum ſerici multitii præſegmen, quod ſancti Viri corpus contigerat, ſibi in ſinu collocâſſet, hoc ipſo temporis momento divina ita virtute recreatur, ut, febri abſcedente, perfectam mox incolumitatem adeptus fuerit. Marocia, Petri Valentis conjux, & Bartholomæi Marinelli uxor, partûs doloribus ita oppreſſæ, ut cum partu vitam profuſuræ crederentur, ſancti Viri cingulo præcinctæ, mortis periculum evadunt, ac fœtum ſoſpites fundunt. Joannes Franciſcus, cùm in tertiam hecticæ febris ſpeciem incidiſſet, concordi medicorum judicio neci adjudicatus, ſancti Viri ſepulcrum venerans, incolumis redditur. Joannes Eſclepius, cum morte colluctans, cùm aquam, in quam habitûs ſancti Viri particula immerſa fuerat, hauſiſſet, ſimul cum ea & corporis incolumitatem hauſit.

F

106

A

S. Seraphini meritis puella aquis ſubmerſa, quæ mortua creditur, ad vitam revocatur.

106 Atque hæc quidem ac plurima alia Vir ſanctus è cælo ægrotis beneficia præſtitit, quæ ſola Dei virtute tum ex ipſa curatione, tum ex curationis modo patrata fuiſſe conſtat. Verùm, quod ſequitur, omnem prorſus & curationis modum & naturæ ordinem excedit; nemo enim, ſoli rerum Conditori, qui animam in homine condidit, cùm ſemel ea à corpore ſoluta fuerit, iterum ad corpus revocandi poteſtatem ſervatam eſſe ignorat, ipſa præſertim ſacra Pagina teſte, ac Salomonis (Sapientiæ cap. 16, ℣. 13) ore conteſtante: "Tu es enim, Domine, qui vitæ & »mortis habes poteſtatem & deducis ad portas mortis & reducis. Homo autem occidit »quidem per malitiam, &, cùm exierit ſpiritus, non revertetur nec revocabit animam, »quæ recepta eſt." Quo fit, ut, cùm hìc de puellæ anima à mortuis reſuſcitata agatur, hinc omne procul dubium arceatur, quin divinæ in eo omnipotentiæ opus nobis agnoſcendum ſit. Puella igitur Julii Marancii à Spinitello, binos annos nata, quo tempore uterque parens domo aberat, in quandam profundæ ac

B

fœtidæ aquæ ciſternam, nemine obſervante, dilabitur; aquæ tamen ſtrepitu percepto, cùm ex domeſticis quidam eò feſtinâſſet, puellam in aquam demerſam cernens, quid agat, ignorans; patrem, qui haud longè aberat, inclamat. Advolat pater, ſcalam poſtulat; cunctis verò mente perculſis, jam à puellæ caſu mediæ horæ pars effluxerat, cùm ſcala adfertur. Interea puella bis vel ter ex aquæ profundo in ſuperficiem evecta, quo ſe extinctam & undâ præfocatam teſtabatur, ventre ſupino immobilis aquæ ſupernatat: quo tempore è ciſterna educta, cùm omnibus propè modis, num etiamnum ſuperſtes eſſet, tentata, nulla prorſus vitæ ſigna edoceret, quin potiùs atro vultûs colore ac totius corporis tumore ſe extinctam omnium opinione proderet, velut mortua à parentibus lugetur. Filia erat parentibus unica, quamobrem, cùm omnia parentes ſibi humanæ artis remedia deperiiſſe cernerent, communi conſilio ad Seraphinum, cujus tunc ubique miracula prædicabantur, confugientes, filiæ ab eo multis lacrymis vi-

C

tam poſtulant; voto precibus adjuncto, quod ſi eam redivivam reciperent, eam ad ipſius ſepulcrum adducerent, atque, ipſius veſtibus ad tumulum appenſis, tabellam miraculi teſtem eidem ad perpetuam rei memoriam affigerent. Vix uterque parens votum conceptis verbis explicuerat, cùm puella ad vivos revocatur, vultûſque colore mutato, matrem appellat. Mox voces hominum in cælum præ gaudio exclamantium ac miraculum celebrantium efferuntur; Deoque ac ſancto Viro gratiæ referuntur; parentibus poſt hæc promiſſa Seraphino vota exſolventibus *n*.

n

Charta, panis & roſarium, à Sancto variis donata, ægrotos ſanant.

107 Præter enarrata hactenus miracula alia quædam indicanda ſunt, quæ tum ægrotis, tum aliis ſancti Viri opem poſtulantibus, è cælo patrata fuêre. Virginia Tucia à Seraphino, adhuc inter vivos agente, Jeſu nomen chartulæ impreſſum acceperat, cujus virtute cùm à gravi quadam ægritudine liberata fuiſſet, eo poſt ſancti Viri mortem innumeris propemodùm ægrotis ſalutem contulit. Æneas Faſtorius à Lauro, cùm à Seraphino adhuc ſuperſtite panem, ad Lauram ſororem ægro-

tantem deferendum, accepiſſet, eo Laura convaleſcens, & in fruſta comminutum pleriſque ægrotis, poſt ſancti Viri obitum, diſtribuens, iis incolumitatem conciliat. Alter quoque panis, Dianæ à Lauro à ſancto Viro in humanis agente traditus, pleraque ejuſmodi poſt ipſius mortem miracula præſtat. Hoc quoque modo cùm Seraphinus ſuperſtes Sophoniſſæ cuidam precariorum globulorum corollam tribuiſſet, pleraque eâ poſt mortem miracula patrata fuêre.

A. Z. BOVERIO.

Ipſius ope triticum ab inundatione ſervatur: pallium à fure reſtituitur, & amentia pellitur.

108 Alexander à Caretto, Aſculani agri oppido, cùm, repentina è cælo tempeſtate ingruente, triticum, quod in area expoſitum erat, ab inundationis periculo ſubducere non poſſet, vultu Aſculum converſo, Seraphinum rogat, ut ſuum illi triticum ſervet. Neque illius vacua divino beneficio oratio fuit; nam contiguis areis aquarum diluvio devaſtatis, ne pluviæ quidem gutta Alexandri aream attigit. Petro Sardellæ fulloni pallium furto ſubreptum fuerat, qui, cùm furem ignoraret, Seraphinum pro pallii reſtitutione orans, à

E

ſacerdote quodam urbis confeſſario pallium recipit. Laurentius Sciarra, ex morbo inſanus, cùm poſt multos dementiæ annos diem extremum abſque rationis uſu ac Sacramentis concluſurus eſſet, id Spinellus ægrè ferens, Seraphino ſe voto obſtringit, ſe ipſius ſepulcrum veneraturum; dummodò tamdiu mentis incolumitatem ægro conferat, quoad Eccleſiæ Sacramentis frui queat; vix eo voto concepto, Laurentius ad mentem redit, Sacramentis potitur ac piè in Domino vitæ finem concludit *o*.

ANNOTATA.

a *Qui Italiæ in territorio Aſculano pagus eſt.*

b *Italiæ in Marchia Anconitana ditionis Pontificiæ oppidulo, 6 milliaribus ab Aſculo in Ortum diſtante.*

c *Italiæ in tractu, qui* Ducatus Caſtrenſis *dicitur, in Eccleſiæ ditione oppidulo, portu in ora maris Tyrrheni inſignito.*

d Camplum *ſeu* Camplium, *parva regni Neapolitani in Aprutio Ulteriori epiſcopalis urbs.*

F

e *Epiſcopalis Aprutii Citerioris in regno Neapolitano civitas.*

f *Urbs olim Galliæ Ciſalpinæ, nunc exciſa, ubi hodie burgus & monaſterium S. Dalmatii in Pedemontio.*

g *Qui Italiæ in territorio Aſculano pagus eſt.*

h Auxumum *ſeu* Auximum, *vulgò* Oſimo, *urbs ditionis Pontificiæ in Marchia Anconitana.*

i *Italiæ in Longobardia cognominis ducatûs civitas.*

k *Italiæ in Rei-pubicæ Venetæ ditione & in Foro-Julii provincia oppidulo.*

l *In Proceſſuum Compendio alia 25 miracula, oleo lampadis ad* B. Seraphini *ſepulchrum ardentis patrata, hoc modo leguntur: Primum miraculum:* Anno 1616 Doralix, renalibus doloribus graviter oppreſſa, ita ut nullo modo quieſcere poſſet, fruſtra naturalibus remediis applicatis, tandem S. Seraphinum invocat & dicto oleo inuncta, ſtatim ſanatur. *Secundum:* Anno 1618 Hyppolita, onus quoddam portans, brachii ſiniſtri fra-

V

cturam

A. Z. Boverio.

cturam patitur, &, poſtquam brachium oleo illius lampadis unxiſſet, fractura curata fuit. *Tertium :* Anno 1615 Caſſandra Parotide cum febri tertiana duplici laborans oleo lampadis liberatur. *Quartum :* Anno 1620 Joſeph, filius dominæ Camillæ, uxoris quondam Antonii de Marano, porrigine per biennium oppreſſus, oleo lampadis perfectè mundatur. *Quintum :* Anno 1620 Hyppolita, uxor Paſchalis Baſtiani de Monte-Rubiano, febri tertiana ac renalibus doloribus vexata, oleo lampadis ſanatur. *Sextum :* Anno 1621 illuſtris dominus Lucius Sterlich, anginâ peſſimè ſe habens, oleo lampadis priſtinæ ſanitati reſtituitur. *Septimum :* Anno 1622 Domina Gineura, auricularibus doloribus graviter cruciata, oleo lampadis ſanatur. *Octavum :* Anno 1622 illuſtris domina Petronilla, uxor illuſtris domini Baltaſſaris Galbani, febri maligna per quindecim dies correpta, oleo lampadis liberatur. *Nonum :* Anno 1623 Maria, Franciſci Arconati Hiſpani militis uxor, febri maligna ad ultimum deducta, oleo lampadis ſa-
B natur. *Decimum :* Eodem anno Franciſca de Vulpianis, Tertiaria Ordinis S. Franciſci, febri continua capitiſque dolore diu oppreſſa, oleo lampadis liberatur. *Undecimum :* Eodem anno Tita Catharina, Joannis Pauli & dominæ Menicæ filia, morbo caduco ad triennium laborans, oleo lampadis ſanatur. *Duodecimum :* Anno 1620 Petrus Angelus Pellei, catarrali ſuffocatione oppreſſus, oleo lampadis liberatur. *Decimumtertium :* Anno 1624 Petrus Montanus febri maligna cum peſſimis ſymptomatibus tenetur & oleo lampadis ſanatur. *Decimumquartum :* Anno 1624 Leonida, uxor domini Carridi Carlini, tumore in medio palmæ manûs per triennium laborans, oleo lampadis liberatur. *Decimumquintum:* Eodem anno Maria Vochi, pluribus vulneribus à conſanguineis graviter percuſſa & à medicis deplorata, oleo lampadis ſanatur. *Decimumſextum :* Eodem anno Gaſpar Alexander Camplienſis, hæmorrhagiâ triennali graviter perculſus, oleo lampadis liberatur. *Decimumſeptimum :* Eodem anno Theodora, Gabriëlis Camplienſis uxor, ob anginam à medicis de-
C plorata, oleo lampadis quamprimùm liberatur. *Decimumoctavum :* Dicto anno Druſilla, Dominici Garulli uxor, prægnans, febri ac hæmorrhagiâ laborans, oleo lampadis ſanitati reſtituitur. *Decimumnonum :* Eodem anno domina Bradamanta, lepræ morbo per triennium vexata, oleo lampadis liberatur. *Vigeſimum :* Eodem etiam anno Mauritius Carlinus pedis uſum, quem ob caſum equi amiſerat, oleo lampadis recuperat. *Vigeſimumprimum :* Dicto anno Eugenia, excellentis domini Angeli de Ophida filia, ſtrumarum morbo per biennium oppreſſa, oleo lampadis ſanatur. *Vigeſimumſecundum :* Eodem anno Maria, Joa. Baptiſtæ de Patrinone dicti filia, oculi tumeſcentis doloribus per menſem cruciata, oleo lampadis liberatur. *Vigeſimumtertium :* Angelus Luciti, porrigine per totum caput ac faciem quatuor ultra viginti annos aſperſus, oleo lampadis illicò mundatur. *Vigeſimumquartum :* Puer dominæ Violanæ annorum duodecim, lapſus ab alto, ſanguinem largè evomit atque intùs diruptus à medicis judicatus, oleo lampadis ſanatur. *Ultimum miraculum :* Anno 1624 Antonia, uxor domini Juſtiniani, mortali ægritudine per viginti dies oppreſſa, oleo D
lampadis liberatur.

m *Regni Neapolitani in Aprutio Ulteriori oppido.*

n *Proceſſuum, auctoritate Apoſtolica confectorum, Compendium hocce miraculum ſic refert :* Maria Maranci, puella trium annorum, in ciſternam lapſa aquiſque ſubmerſa, poſt horam innatare penitùs exanimis viſa eſt. Educta itaque domumque delata, fruſtrà tentatum fuit remediis ſpiritum illius revocare, ſed cùm è naribus ſanguis flueret ipſaque nullam reſpirationem ederet, ab omnibus uti mortua exiſtimabatur; in hac rerum anguſtia monita fuit ejus genitrix, ut Servo Dei filiam commendaret, ideoque ejuſdem ope implorata, illicò filia matrem vocavit, omneſque, qui aderant, unanimiter aſſeruerunt, ipſam meritis Servi Dei ad vitam revocatam fuiſſe. Confirmant dictum miraculum teſtes 87.

o *In citato Proceſſuum Compendio ſequentia miracula, quæ in Boverii lucubratione deſiderantur, reperi. Primum :* Henricus Maffei acerbiſſimis cruciabatur laterum doloribus, ſed E
implorato patrocinio Servi Dei, momento calculum ejicit & perfectiſſimè convaluit. *Secundum :* Joannes Franciſcus Cautus, ut ſanctitatem Servi Dei probaret, fruſtulum ejuſdem habitûs paginâ involutum energumenæ oſtendit eamdemque dixit eſſe cartam, quâ ipſa in judicium vocabatur. Illa verò ſtatim obſtrepere cœpit, eumdemque Cautum mendacem vocare, & unà ſimul aſſeruit, in ea eſſe fruſtulum habitûs Servi Dei, à quo veluti ab igne ſæviſſimè torquebatur. *Tertium :* Hieronymus Santuccius non exiguam olivarum copiam collegerat, ut eaſdem mulceret, ſed, cùm ob aquæ penuriam nigricantem colorem induxiſſent, ejus ſoror germana, quæ fratris indignationem timebat, ſepulchrum Servi Dei protinùs adiit, ibique implorato ejus auxilio, domum rediit, & ablutis iterum olivis, ſtatim illæ colorem viridem denuò induerunt. Quod miraculo Servi Dei ab omnibus attributum fuit, nam color ſemel amiſſus nequit ampliùs olivis reſtitui. *Quartum :* Julius Cæſar Grifonellus, ardenti putridâque febri correptus, ab omnibus jam conclamatus F
erat; admoto eidem fruſtulo multitii, quod corpori Servi Dei impoſitum fuerat, ſtatim febris & morbus evanuit, admirantibus medicis, qui illum curaverant. *Quintum :* Puella, duodecim aut quatuordecim annorum, à nativitate ita fuerat pedum uſu deſtituta, ut nunquam incedere potuerit; delata tandem ad ſepulchrum Servi Dei, eoque ſuperimpoſita illicò ſe in pedes erexit graduque facili inceſſit, demirantibus omnibus, qui in templo aderant, atque iteratis vocibus miraculo Servi Dei liberationem illius tribuentibus. *Sextum :* Portiæ Seraphinæ filius erat, qui per plures annos ab ætate trium menſium ſacro morbo frequenter opprimebatur; ſemel verò vehementer adeò correptus fuit, ut exanimis omninò videretur, ideoque Servo Dei filium ſuum flexis genibus ingentique fiducia commendavit, & ſtatim ille, à morbo excitatus, lætus aſſeruit, ſe omninò convaluiſſe. *Septimum :* Philippus à ſancto Vito à nativitate uſque ad ætatem quatuor annorum linguæ uſu ita præpeditus erat, ut nonniſi vocem quamdam indiſtinctam ſive potiùs balatum more

A re pecudum ederet. Ductus itaque ad ſepulchrum Servi Dei ejuſdemque tutelæ & patrocinio commendatus, eadem die ſub veſperam adeò clarè & diſtinctè loqui cœpit, ut parentes in ſummam admirationem rapuerit. *Octavum:* Appollonia puella quinque annorum à nativitate pedum uſu omninò deſtituta erat; verùm, ubi admota eidem fuit corona, quæ corpori Servi Dei impoſita fuerat, ſtatim illa in pedes ſe erexit expeditéque deinde ambulavit. *Nonum:* Fabius Bernardini, oculorum lumine penitùs orbatus, voto ſe obſtrinxit, nudis pedibus ſepulchrum Servi Dei adire, ut ipſius interceſſione priſtinam claritatem visûs recuperaret. Elapſis ab hujuſmodi prece octo horis, compos gratiæ factus fuit, deindeque lætus votum perſolvit.

APPENDIX

B *Clemens XIII B. Seraphinum in Sanctorum numerum refert.*

CLEMENS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI,

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Rationes, ob quas Seraphinus Sanctorum albo

PRetioſa illa ſuper omne aurum & argentum, ac regnis ipſis & ſedibus præoptanda ſapientia; quâ nimirum docemur, caduca omnia deſpicienda, & non quæ ſuper terram, ſed quæ ſurſum ſunt, quærere & ſapere, tametſi nullam reſpuat indolem ac diverſis hominum ingeniis æquè ſe communicet, cæleſtiaque chariſmata, quibus affluit, libentiſſimè largiatur: in rudes tamen homines atque idiotas gaudet aliquando, ſeſe uberiùs effundere,
C ut ſeculi hujus ſapientes, quos nempe ſcientia inflat, confundat ac de ſapientia ſua inaniter gloriantes humiliet. Idcircò fons veræ ſapientiæ Verbum Dei Chriſtus Jeſus, qui revelare ſe dixit abſcondita à conſtitutione mundi, exultans olim in Spiritu ad eum, cujus Unigenitus eſt, converſus: "Confiteor", inquit, "tibi Pater, Domine Rex cæli & ter»ræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & »prudentibus, & revelâſti ea parvulis. Atque id quidem in Catholica Romana Eccleſia ab ejus exordio ad hanc uſque diem ſemper videre licuit apparuitque luculenter, quàm verè de ſapientiæ Authore ſcriptum ſit: "Et »cum ſimplicibus ſermocinatio ejus." Mirum verò in modum noviſſimè, ſuperiori ſcilicet ſæculo, luculentiſſimè perſpectum fuit in beato Seraphino à Monte-Granario, ab Aſculo denominato, Laïco profeſſo Ordinis Minorum ſancti Franciſci Capucinorum nuncupatorum, qui rudis & literarum omnium expers, cùm neque legere nôſſet neque ſcribere, literatos tamen ipſos atque eruditos longo poſt ſe intervallo reliquit, utpote qui ex libro illo ſcripto intùs & foris, hoc eſt, Chriſto D Jeſu, docibilis Dei hauſerat tantùm cæleſtis doctrinæ, ut inter præcipuos divini Præceptoris diſcipulos propter ſupereminentem ſcientiæ caritatem numerandus eſſe videatur.

adſcribendus ſit, breviter edicuntur.

2 Cùm itaque pauper hic apud homines tam dives fuerit apud Deum gratiâ & virtutibus, atque ad majorem his laudem & celebritatem conciliandam evidens acceſſerit teſtimonium per miracula, quæ omnipotens Deus beati hujus Servi ſui interceſſione patrare dignatus eſt, nos, nulla re prætermiſſa, quæ in tam gravi cauſſâ ſervari ſolet; de conſilio & aſſenſu venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, nec non patriarcharum, archiepiſcoporum & epiſcoporum in Romana Curia frequenti numero congregatorum, implorata iterum iterumque Dei ope, eumdem beatum Seraphinum, utpote Civem cæleſtis Hieruſalem, publico in Eccleſia cultu proſequendum eſſe declaramus & in Sanctorum numerum referendum decernimus.

Ipſius natale ſolum ac tempus, parentes, pia pueritia & adoleſcentia:

3 Seraphinus in oppido Montis-Granarii Firmanæ diœceſis natus eſt anno Reparatæ Salutis MDXL. Parentes habuit humiles quidem genere, ſed honeſtos ac pios. In Baptiſmo nomen illi inditum Felix. Piâ & ſedulâ matris optimæ diſciplinâ probè inſtitutus, ab ineunte ætate proferre cœpit futuræ ſanctitatis indicia. A puerorum oblectamentis & pravorum ſodalium conſuetudine alienus, nihil fermè puerile habuit præter innocentiam. Aſſiduus in templis erat, ac præterea ad intentiùs orandum loca ſæpè abdita acquirebat. A villico, cui operam ſuam locaverat, demandata armenti cuſtodia impedimento non erat, quin conſueta pietatis officia diligentiſſimè obiret. Secretiorem namque ſylvarum ſolitudinem quærens, ibi de genu fervidas apud Deum preces fundebat eaſdemque mox à brevi veſpertina cœna diu multúmque iterabat. Domum à fratre poſt parentis obitum revocatus, ut in cœmentaria arte ſibi eſſet adjutor, atque ab effero illius ingenio aſpera quæque perpeſſus Felix inhumani fratris convicia, verbera, mallei etiam crudeles ictus æquo diu atque invicto animo tulit. Neque verò fratris aſperitas & laborioſæ artis exer-
F citatio dimovere illum potuit ab eo, quod ſibi propoſuerat, ut tribus in hebdomadam diebus jejunaret, ac pia precatione animum fovebat per id maximè tempus, quod cæteri laborum ſocii reficiendo per cibum corpori dabant. Quàm accepta Deo eſſet Servi ſui pietas, inſigni planè miraculo patefactum eſt. Quum enim Deiparæ Virginis, cujus ſe in fidem & clientelam tradiderat, ſacram Lauretanam ædem inviſeret, Potentiæ flumen ex aquarum redundantia intumeſcens, quod nemo ſociorum trajicere auſus erat, ipſe, obſtupeſcentibus, qui aderant, ſemel atque iterum ſicco veſtigio tranſivit.

in Ordine FF. Minorum Capucinorum profeſſio:

4 Ex audita lectione de divini judicii ſeveritate tanto motu ac terrore perculſus eſt, ut de vita heremitica cogitaret. Sed meliore deinde conſilio rigidum Capuccinorum Inſtitutum ſtatuit amplecti, quod quidem non ſine iteratis precibus & lacrymis tandem obtinuit. Voti compos, Seraphini nomine aſſumpto, in tyrocinio ita ſe geſſit, ut, peracto anno probationis, in ſacrum illum Ordinem coopta-

A cooptaretur omnium ſuffragiis. Novum inde atque ardentius perfectionis evangelicæ ſtudium in ejus pectore efferbuit. Itaque ſeverioris illius Inſtituti leges omnes, quamdiu vixit, ita obſervavit,ut diligentiam mirarentur omnes, pauci admodùm imitari ſe poſſe confiderent. Benignus erga omnes, lenis, affabilis; ſuperioribus verò ita obſequens ac dicto audiens erat, nullum ut munus, quantumvis arduum ac laboris plenum defugeret, nihil cunctaretur, nihil perquireret, in id unum intentus, ſcilicet ut imperata quæ fuerant, ea ſequeretur.

paupertas: vitæ innocentia: fames & reverentia ſacræ Communionis: aſſidua oratio:

5 Paupertatem verò ita adamavi, ut ab iis etiam, quibus carere vix poſſumus, abſtineret. Cellulam perpetuò habitavit obſcuram, humilem, ſquallidam, duro lectulo, vili ſcamno, nullâ ſupellectili inſtructam. Veſtis illi nonniſi obſoleta ac detrita; eadem & in cæteris rebus, quæ corpori operiendo deſerviunt, extrema paupertas. Jam verò ea erat vitæ innocentia, ut nullo ſe umquam crimine obſtrinxerit, quin etiam à levibus quoque noxis abſtinuerit, ita ut in ſacra Exomologeſi nihil fermè, quod expiandum eſſet, afferret. Quidquid enim voluntati Dei conſentaneum non eſſet, non modò cogitare, ſed ne audire quidem fas eſſe ducebat. Diebus ferè ſingulis Euchariſtico ſe pane reficere & Sacrificiis, quotquot poterat, adeſſe ac adminiſtrare, protenſis in formam crucis manibus ſolemne habuit. Inexplebile orationis erat ſtudium, ut diurnas plerumque ac nocturnas horas in ea conſumeret. Cæterùm, excepto trium dumtaxat horarum ſpatio, quod quieti corporis negare non poterat, reliquum tempus omne vel rerum divinarum contemplationi, vel piis precationibus impendebat.

B

eximia in Deum & proximum charitas: martyrii deſiderium: in pauperes miſericordia.

6 Quum in re qualibet aliquod Dei veſtigium agnoſceret, inde fiebat, ut, ubi eſſet, quidquid ageret, ad contemplationem rerum cæleſtium facilè raperetur, atque tum etiam oraret, cùm aliud agere videbatur. De Chriſti Domini cruciatibus quotidiana meditatio ita animum afficiebat, ut de ea ſine lacrymis nec cogitare, nec loqui, nec audire loquentem poſſet. Tantâ in Deum caritate ferebatur, ut pro illius gloria mortem oppetere vehementer optaret. Itaque ſuperiorem ſupplex adiit, à quo poteſtas ſibi fieret, in regiones ſe barbaras conferendi, ut incenſam apud eas martyrii ſitim expleret. Caritati erga Deum gemina erat & erga proximos caritas. Quocirca errantes corrigere, avocare à vitiis, ad virtutem impellere, quà monitis, quà precibus, quà etiam objurgationibus conabatur. Nec verò fruſtrà. Multi enim à perdita vivendi ratione ad bonam frugem redacti, multi à ſæculi vanitate & mundi periculis ad ſecurius religioſæ vitæ inſtitutum illius operâ traducti ſunt. Aleas è ludentium manibus non ſemel extorſit. Inteſtina atque inveterata inter Aſculanos cives odia & diſſidia homo ut erat humili loco, nullis literis, profeſſione laïcus extinxit. Tantum illi auctoritatis à ſanctitate perſpecta. De miſeratione ejus in pauperes atque egenos illud verè dici poteſt, quod ore pallente, jejuniis, fame torquebatur alienâ, ita quidem ut aliorum memor, immemor ſui dimidio in diem pane victitans, quod reliquum erat, cum integro ferè obſonio in pauperes erogaret. Quin etiam eò proceſſit, ut in quadam annonæ difficultate ex illo ipſo dimidio pane alteram adhuc partem detraheret, quâ eſurientibus quoquomodo poterat, ſubveniret. Contigit aliquando, ut, à præſide reprehenſus, quod pro numero pauperum pane non ſuffecturo, olera ex horto diſtribuiſſet, bono illum animo eſſe juberet; neque propterea enim defuturam religioſæ familiæ olerum copiam, quæ ſatis foret. Quod quidem eventu non caruit. Succiſis enim pridie germinibus, alia ſubinde manè ſatis abundéque ſuccreſcere conſpiciebantur. Illud autem mirandum magis, quod, quum horti pars quædam exigua eidem à præſide peculiariter in uſum pauperum attributa eſſet, plus ea fructuum, quàm reliquæ, tametſi longè majores & multò diligentiùs excultæ partes, afferret.

C

In omnes miſericors, in ſe ipſum verò ſemper ſeverus:

7 Neque verò in uno aut altero calamitatis genere Seraphini miſericors indoles ſe continebat. Carceribus enim detentos inviſere, ſedulò ad patientiam hortari, &, quidquid ſolatii poſſet, afferre conſueverat. Mœrentes præterea ſolari ſuaviter, ærumnis preſſos in ſpem erigere, ægris inſervire, aſſidere lectulo, bene monere, viliſſima quæque ad eos ſublevandos miniſteria obire, hæc illi dulcis cura jucundaque exercitatio. Jam verò, qui tam leni & benigno erga alios ingenio erat, juvat nunc videre, quàm durus atque acerbus in ſeſe fuerit. Aſperis contextum ſetis cilicium, velut alteram veſtem, quam numquam exueret, ad nudam carnem perpetuò adhibuit. Confecto è clavorum acuminibus flagro utebatur ad quotidianam corporis lanienam, quâ fiebat, ut copioſus è laceris membris ſanguis defluereet. Sandaliis infernè omni ex parte detritis, cùm nudi pedes relinquerentur, pellis nonnunquam dirumpebatur, cui ille malo dum acu diruptam pellem conſuit, acriori longè malo ac dolore medicinam faciebat. Fuit aliquando, cùm noctes ipſas inſomnes traduceret, cæterùm breviſſimam illam, quam ſuprà diximus, trium tantummodò horarum quietem non aliter feſſis membris, quam vel ſedens, vel capite ad ſcamnum reclinato indulgebat.

D

ipſius abſtinentia & caſtitas:

8 Diris ejuſmodi cruciatibus abſtinentiam addidit ſingularem, crebra & longa ſui Ordinis jejunia ſervare, quaſi loco ille deliciarum habuiſſet. Itaque illud adjecit, ut exigua etiam veſpertina refectione perpetuò abſtineret & tres hebdomadæ dies pane dumtaxat & aquâ tranſigeret; quod quidem inediæ genus jam inde ab adoleſcentia tolerare conſueverat. Reliquis autem diebus ad partem panis exiguam nihil obſonii adhibebat, unica eademque inſuavi, quæque ſociis etiam pridie ſuperfuiſſet, cinere nonnumquam conſperſa, pulte contentus. Atque inde ortum habuiſſe cenſendus eſt malus ille habitus corporis, ex quo fiebat, ut ſanguinem mingeret. Inter has macerati corporis aſperitates, adjunctâ præſertim oculorum cuſtodiâ, ſecurior indies & vividior caſtitas efflореſcebat, quam nullâ umquam labe inquinatam, nullâque vel rarò admodùm, ùt fertur, corporis aut mentis pugnâ tentatam ſervavit.

E

mira humilitas: ſingularis patientia;

9 Jam verò, ſi caſtimoniæ cuſtos eſt humilitas, hæc in eo tam altè radices egerat, ut, quamvis alieno judicio Sanctus, ſceleſtiſſimus omnium ac nequiſſimus eſſet ſuo. Laudis humanæ fugitans, contemptus ſui appetens

A tens quàm qui maximè. Cujus quidem rei hæc duo perridicula ſint argumento. Prandere aliquando juſſus apud nobilem civem, aliàs ab Aſculano epiſcopo Cardinali invitatus; utrobique ita ſe geſſit, ut ludum & riſum, tamquam incomptus & ruſticus, de ſe præberet. Ibi enim ad liquidæ pultis eſum fuſcinulâ uſus eſt : hîc ovum ſorbens de induſtria in barbam effudit. Patientia porrò in eo admirabilis planè fuit tùm in fratris, quæ dicta ſunt, verberibus & conviciis, tùm in iis penè quotidianis mulctis ac pœnis ferendis, quæ à religioſis præſidibus infligi ſolebant. Ab aliis enim ob ingenii tarditatem duriter, ne dicam immaniter, ab aliis ad experimentum virtutis ſeverè ac rigidè multabatur. Atque hæc quidem initio turbârunt Hominem, ſed, imploratâ poſtea Dei ope confirmatus, aſpera quæque ita ferebat, ut ea beneficii loco duceret, & manus pedeſque illis, qui quoquomodò multâſſent, oſcularetur.

quâ hominum injurias dæmoniſque vexationes fert:

10 Par fuit in eo lenitas & manſuetudo, quâ illatas ſive ab externis, ſive à domeſticis etiam injurias æquiſſimo animo tulit, impactâ à nequiſſimo homine alaphâ, apprehensâ à domeſtico per contumeliam barbâ, atque aliquot pilis evulſis, nullum omninò Seraphinus perturbati animi ſignum dedit. Sed illud longè præclarius. Cùm enim protervus quidam atque impudens mali dæmonis inſtinctu nudum illius caput plumbeâ laminâ tam graviter percuſſiſſet, ut Servus Dei præ dolore animo linqueretur, ac penè exanimis humi procumberet, ſtatim ac redditus ſibi fuit, ridenti vultu ac leniſſimis verbis percuſſori, quaſi optimè de ſe merito, fauſta illi omnia à Domino precatus eſt. Ad injurias hominum acceſſit & alia à dæmone haud minùs dira vexatio. Modò enim protrahere pedibus, dum ille oraret, modò ſublimè elatum conari ad terram allidere, modò ſæviſſimis plagis ægrum illius & confectum corpus malè multare conſueverat. Quas tamen ille moleſtias ac teterrimas infeſtationes ita deſpiciebat, ut adverſarii nequiſſimi increparet ignaviam atque ad ſæviendum acriùs acueret. Qua quidem animi magnitudine dæmon adeò victus & fractus eſt, ut ejus deinde præſentiam ipſam reformidaret atque ab obſeſſis corporibus eo adventante diffugeret.

C

vaticiniis, ſecretorum cognitione & ſanandi virtute claret:

11 Tantam virtutum præſtantiam cæleſtibus donis Deus inornatam eſſe noluit; itaque Servum ſuum ſuperno lumine, quo futura prædiceret & cordium ſecreta penetraret, plurimis etiam raptibus ac mentis ab uſu ſenſuum alienationibus inſignivit. Pluribus quoque etiam graviſſimis morbis laborantibus, adhibito à Seraphino ſanctiſſimo Crucis ſigno, ſanitas reſtituta fuit. Quocirca confluentium ægrorum ad Montis-Granarii cœnobium tanta erat multitudo, ut in iis fauſta precatione ſanandis non ſemel dies tota Seraphino abiret. Accedebat è tumultuoſa gentium frequentia cœnobitis illis moleſtia non levis. Itaque parùm abfuit, quin præſes factam Servo Dei poteſtatem divinitùs patrandi prodigia ex obedientia coërceret. Sed ad vitandam moleſtiam ſatis viſum eſt, ſi Seraphinus in Aſculi cœnobium demigraret. Tam multis igitur ac tam præclaris virtutibus ac donis cæleſtibus cumulatus, apud omnes non vulgares modò, ſed etiam ſummos ac præſtantes viros ſanctitatis nomen & famam adeptus eſt. Illum conſulere, illius ſe precibus commendare, incedenti per viam non ſolùm deoſculari veſtes, ſed etiam præſcindere.

D

ſacro Viatico, quod, morti ſe proximum ſciens, petierat, munitus, moritur

12 Sed jam dies aderat, quâ ſanctitas tam excellens aliis longè illuſtrioribus in cælo honoribus decoraretur. Gravem pectoris affectionem è corporis maceratione contractam, quâ quodam veluti jaculo confodiebatur, diu ille diſſimulaverat. Sed, cùm magis magiſque ingraveſceret, optatiſſimam ſibi ex ea mortem inſtare, ſuperno etiam lumine intelligens, poſtulavit, ut ſanctiſſimæ Euchariſtiæ Viatico muniretur. Abnuebant medicus & ſodales, quòd morbi gravitas nondum ſe prodebat, præſertim cùm æger nec ureretur febri, nec lectulo decumbere cogeretur, ſed iteratis precibus obſiſti non potuit. Sanctiſſimum igitur Chriſti Corpus allatum eſt; quod quidem quo ille animi ſenſu, quo amoris æſtu perceperit, angeli magis, quàm homines, intelligere potuerunt. Poſtulat ſubinde, ut Oleo ſacro inungatur. Quod pariter cùm præproperum Fratribus videretur, affirmat ille, quod in præſens negligerent, ſatis feſtinanter paullò pòſt omninò facturos. Itaque poſt fervidas per horam de genu in lectulo fuſas preces, ſublatis ad cælum oculis, Deum obſecrat, ut quandoquidem ſodales ſe loquentem non audiebant, divinis ipſius vocibus auſcultantes ſanctum ad ſe Oleum afferrent. Precationem hanc deliquium animi ſtatim ſecutum eſt cum pallore vultûs aliiſque defecturæ mox vitæ ſignis, quibus videlicet ſodales admoniti, expetita illum unctione propemodùm munierunt. Itaque ad Servi Dei ſolatium cùm nihil reſtaret aliud, placido vultu in conventu ſui Ordinis civitatis Aſculi ſanctiſſimam Deo animam reddidit.

E

& miraculis illuſtratur.

13 Porrò cœnobii cuſtos veritus (quod aſſolet in ſanctorum Hominum funere) tumultuoſam confluentis populi multitudinem, nullo edito campani æris ſigno, Servi Dei pretioſam mortem occulere cogitârat tamdiu, dum juſta illi ſolemnia de more perſolverentur. Sed divinitùs factum eſt, ut puerorum voce per urbem Seraphini obitus vulgaretur. Quod cives cùm audiviſſent, ad cœnobium omnes accurrere, Servi Dei corpus exoſculari, veſtes tertiò atque iterum ſuperinductas præſcindere, pilos auferre, præcidere ungues, quin etiam nec corpori parcere, niſi adhibitis decem cuſtodibus cautum eſſet, ne ſanctum cadaver ab imprudenti multitudine diſcerperetur. Venerationem auxit non mediocrem ſuaviſſimus odor, quem molle ac flexibile corpus efflabat, donec ligneâ capsâ holoſerico intùs conveſtitâ incluſum peculiari tumulo, ſenioribus urbis ita jubentibus, mandatum fuit. Memoriam, quam moriens reliquit ſui nominis ſempiternam, ſtatim teſtatæ ſunt quam plures ejus imagines tum impreſſæ, tum pictæ ac duæ potiſſimùm, quarum altera in ædibus Magiſtratûs, altera ad tumulum, quod ea ætate licebat, poſita fuit. Concurſus inde ad ſepulchrum non à propinquis modò, ſed etiam à diſſitis locis augeſcebat indies, prout nova inde, invocato Servi Dei nomine, beneficia impertita populorum frequentiam excitabant, ita quidem ut, cùm votivis tabellis in pariete ſpatium deficeret, auferendæ fuerint veteres, ut novis fieret locus.

F

A *Ad ipſius ſepulcrum, annuente Paulo V. PP., lampas accendiditur, & pro cultu impetrando proceſſus inſtruuntur:*

14 Anno deinde Domini MDCX Aſculanorum civium precibus piæ mem. Paulus V *a*, prædeceſſor noſter, annuit, ut ad beati Viri ſepulchrum accenſa lampas venerationis publicæ teſtis eſſet perpetua. Civium pietatem æquavit ſedulitas præſulis Aſculani in cognitione cauſſæ ſuper fama ſanctitatis, virtutibus & miraculis Servi Dei; cùm igitur Proceſſum, quem informativum vocant, expleviſſet, res in tunc exiſtentium S. R. E. Cardinalium Congregatione, ſacris Ritibus præpoſita, delata fuit, ac ad trutinam revocata, atque, ut ea ferebant tempora, die VII Junii MDCXXV impertita fuit facultas ſpecialiter cauſſam inquirendi. Itaque auctoritate Apoſtolicâ nova cauſſæ cognitio inſtituta atque in Acta relata, ſiluit tamen ad annum uſque MDCCIV. Sed quum ex decretis à ven. mem. Innocentio XI, etiam predeceſſore noſtro, confirmatis, ad proſequendam rem neceſſaria eſſet nova reſumendæ cauſſæ commiſſio, non ante id obtineri contigit, quam ſub recol. mem. Clemente XI *b*, pariter prædeceſſore noſtro, ad

a

b

B annum MDCCXII. Probato deinde cultu, qui, Pontifice annuente, beato Viro exhibitus fuerat, & caſu excepto à Decretis recol. mem.

c Urbani VIII *c*, itidem prædeceſſoris noſtri,

d tandem fel. recor. Benedictus XIII *d*, ſimiliter prædeceſſor noſter, anno MDCCXXVI peculiari Cardinalium, qui ſacris Ritibus præſunt, Congregationi negotium dedit, ut de Servi Dei virtutibus examen inſtituerent.

Benedictus XIII PP. ſacrum ipſius corpus transferri ipſiuſque feſtum celebrari concedit:

15 Inter hæc ab eodem Pontifice, menſe Auguſto illius anni, facultas conceſſa eſt, ut Seraphini corpus à veteri ſacello ad alterum recèns exſtructum, ad ejus honorem propriè dicatum, publicè transferretur. Sed anno demùm MDCCXXIX auctior fuit & Servo Dei cultus & cultoribus ejus lætitia; tunc ſcilicet, quum laudatus Pontifex benignè indulſit, ut ab univerſo Ordine Minorum ſancti Franciſci atque à clero præterea tum civitatis & diœceſis Aſculanæ, tum oppidi Montis-Granarii Officium ſub ritu duplici quotannis recitaretur & Miſſa ad honorem beati Viri celebraretur die XII Octobris, die ſcilicet, quâ ejuſdem fortunati obitûs annua memoria recurrebat.

C *miraculis, quæ poſt indultam Beato venerationem patrata erant, approbatis, à Clemente XIII ejus canonizatio decernitur,*

16 Juſſu deinde Clementis XII *e*, itidem prædeceſſoris noſtri, qui, Benedicto prædeceſſore vitâ functo, proximè ſucceſſerat, à peculiari, quem diximus, Cardinalium conſeſſu beati Seraphini virtutum inquiſitio ad Ordinariam ſacrorum Rituum Congregationem revocata cum probationibus, ùt aiunt, directis, inniteretur, tandem factum eſt, ut ratæ haberentur ac probarentur. Abſoluta denique inquiſitione, ſeu Proceſſu Apoſtolico ſuper miraculis, poſt indultam B. Seraphino venerationem à Deo patratis, & compertâ die XVII Septembris MDCCLXIII Proceſſûs validitate in ordinaria ſacrorum Rituum Congregatione, cujus Decretum nos die XXIIII ejuſdem menſis confirmavimus; ſubinde miraculis ipſis in Congregatione antepræparatoria diei XXVII Novembris MDCCLXIV examinatis, atque iterum in præparatoria Congregatione die IX Junii MDCCLXV. Poſtremò verò in generalibus Comitiis, coram nobis XXVIII Januarii anni proximè exacti, ùt moris eſt, perpenſis atque diſcuſſis, duo ex illis in tertio genere IX Martii ejuſdem anni (ad quam uſque diem divinam opem imploraturi Decretum diſtulimus) ritè approbavimus. Primum nempe inſtantaneæ ſanationis Januarii Ranalli à peſſimo ulceroſo tumore ſub ſiniſtram axillam, quo per plures jam menſes conflictatus, fruſtratâ diu chirurgorum induſtriâ, nonniſi ferro aut igne curari poſſe videbatur. Alterum verò perfectæ ſanationis à paralyſi ſiniſtræ manûs, quâ correptus fuerat Ugo-Antonius Carletti, dum ſeptuageſimum quartum ageret ætatis annum, quod naturæ vi ſeu humanæ artis ope nequaquam aſſequi potuiſſet. His itaque duobus miraculis cognitis & approbatis, illud definiendum ſupererat, an ad ſolemnem beati Viri Canonizationem ritè procedi poſſet, quod cùm univerſi Patres unanimi ſuffragio aſſererent, nos Sancti Spiritûs tum propriis, tum aliorum precibus implorato lumine, die XII Octobris proximè præteriti Decretum in eamdem ſententiam edidimus.

D

qui in publico conſiſtorio,

17 Cúmque dilecti Filii civitatis noſtræ Aſculanæ Magiſtratus & incolæ ac religioſiſſimus Ordo dictorum Fratrum ſancti Franciſci Capuccinorum nuncupat. enixis precibus à nobis poſtularent, ut decretam beati Viri canonizationem tandem exequeremur, nos, ut in hoc graviſſimo negotio juxta præſcriptam à prædeceſſoribus noſtris agendi normam procederemus, univerſi primùm Collegii eorumdem venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium in conſiſtorio ſecreto die XXVII Aprilis proximè elapſi coram nobis congregatorum ſententiam atque conſilium exquiſivimus. Quibus poſt auditam à nobis geſtorum ſeriem & beati præclara merita ad legitimam cauſſæ hujus abſolutionem una voce nos adhortantibus non viciniores modò, ſed remotiores per Italiam venerabiles Fratres archiepiſcopos & epiſcopos monendos curavimus, ut ad urbem ſeſe conferrent, & nobis de beati Seraphini, necnon beatorum Joannis Cantii *f*, Joſephi Calaſanctii à Matre Dei *g*, Joſephi à Cupertino *h*, Hieronymi Æmiliani & Joannæ Franciſcæ Fremiot de Chantal *i* ſolemni Canonizatione deliberantibus, conſiliorum etiam ſuorum ſuffragia, prout ſpiritus Dei ipſis ſuggeſſiſſet, exponerent.

E

f
g
h
i

F *plurium archiepiſcoporum epiſcoporumque conſilio exquiſito,*

18 Ut autem præclaræ beati Seraphini virtutes & probata miracula necnon in totius cauſſæ diſcuſſione adhibitæ cautiones neminem laterent, indicto priùs publico conſiſtorio coram nobis univerſoque eccleſiaſticorum Ordinum & collegiorum conſeſſu mandavimus inibî, à dilecto filio Joſepho Aſcevolini, noſtræ conſiſtorialis aulæ advocato, virtutes & miracula beati Seraphini oretenus palam exponi; integrum quoque & exactum eorumdem compendium ex authenticis documentis fideliter collectum typiſque impreſſum, omnibus ſuffragium laturis, exhibendum curavimus. Demùm convocatos die X labentis menſis Julii in conſiſtorio ſemipublico præfatos S. R. E. Cardinales, necnon patriarchas, archiepiſcopos & epiſcopos, qui jam in Urbem convenerant, ab iis quæſivimus, an ad beati Seraphini canonizationem deveniendum eſſe cenſerent. Ipſi verò uno omnes ore pluribus gravibuſque rationibus in affirmativam ſententiam ire comperti ſunt. Noſque à dilectis quoque filiis Apoſtolicæ Sedis notariis publica inſtrumenta confici, ac præterea ſuffragiorum

A fragiorum ipſorum exempla, à ſingulis ſubſcripta, in tabularium Eccleſiæ Romanæ referri mandavimus.

16 Julii anno 1767 illam perficit

19 Reliquum erat, ut à Patre luminum, quid ei placitum eſſet, edoceremur. Indicto propterea per totam Urbem triduano jejunio, in tribus patriarchalibus baſilicis ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum publicè adorandum exponi mandavimus, omnibuſque Chriſti fidelibus, verè pœnitentibus & confeſſis ſacraque Communione refectis, unam ſaltem ex dictis baſilicis viſitantibus atque in ea ad implorandam in tanto negotio divinam opem orantibus, plenariam peccatorum indulgentiam elargiti fuimus. Humillimas quoque noſtras & diuturnas fudimus Omnipotenti Deo preces, donec hac die beatiſſimæ Mariæ Virgini de Monte Carmelo ſacra, ad quam ſcilicet, cùm omnipotenti Deo placuit, nos immerentes ad beati Petri Cathedram evehere, ſolemnia coronationis noſtræ diſtulimus; generalis ſupplicationis ritu ad baſilicam S. Petri in Vaticano, ut moris eſt, procedentes, unà cum omnibus
B prædictis cæteriſque Romanæ Curiæ & noſtræ aulæ prælatis, univerſoque clero Sæculari & Regulari, & frequentiſſimo populo divinam opem invocantibus, auditis iterum per dilectum filium noſtrum Carolum, tituli Sancti Clementis S. R. E. presbyterum Cardinalem Rezzonico nuncupatum, ejuſdem S. R. E. Camerarium; poſtulationum pro Canonizatione impetranda procuratorem, enixis precibus, poſt ſacros Hymnos, Litanias aliaſque preces de more decantatas ad laudem & gloriam Sanctæ & Individuæ Trinitatis, ad fidei Catholicæ exaltationem & Chriſtianæ religionis augmentum, authoritate Domini Noſtri Jeſu Chriſti, beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ac noſtra, & de præmiſſorum omnium venerabilium Fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu prædictum Seraphinum à Monte-Granario ab Aſculo denominatum, laïcum Ordinis Minorum ſancti Franciſci Capuccinorum nuncupat. expreſsè profeſſum, de cujus vita piè ſanctéque tradu&ta & de virtutibus in gradu heroïco ac miraculis, ejus interceſſione à Domino patratis, pleniſſimè conſtabat & conſtat,
C Sanctum eſſe, definiendo pronunciavimus, & pro Sancto ab omnibus habendum atque colendum, ediximus in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, omnibuſque Chriſti fidelibus, qui ſingulis annis die XII Octobris verè pœnitentes & confeſſi Eccleſiam conventûs dicti Ordinis in civitate Aſculana, ubi ipſius Sancti corpus religiosè aſſervatur, devotè viſitaverint, ſeptem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis vel aliàs debitis pœnitentiis eâdem authoritate in perpetuum miſericorditer relaxamus. Denique in obſequium omnipotentis Dei decantato laudis & confeſſionis Hymno, incruentam ſalutis noſtræ Hoſtiam ad altare confeſſionis beatiſſimi Petri in ſpiritu humilitatis obtulimus cum commemoratione ipſius ſancti Seraphini, necnon ſanctorum Joannis Cantii, Joſephi Calaſanctii à Matre Dei, Joſephi à Cupertino, Hieronymi Æmiliani & Joannæ Franciſcæ Fremiot de Chantal, quos pariter Sanctorum Albo ritè adſcripſimus, omnibuſque, qui aderant, plenariam peccatorum indulgentiam elargiti fuimus.

Debque de hocce beneficio gratias egit.

20 Quum autem gratias omnipotenti Deo egimus, quod inter cætera nobis, quamvis inimerentibus, collata beneficia illud etiam datum fuerit, ut beatum Seraphinum Sanctorum numero adſcriptum definiremus, gaviſi pariter fuimus in Domino, eique benedixímus, qui, Eccleſiam ſuam perpetua defenſione cuſtodiens, manifeſtè oſtendit è quolibet perſonarum ordine, Sanctos exoriri perfectionis eximiæ, eorumque præclaris ſubinde propoſitis Chriſtianæ fidei cultores admonet, ut imitari non pigeat, quod celebrare delectat. Quoniam verò poſt prælatam à nobis, ùt præfertur, hujuſmodi canonizationis & adſcriptionis ſententiam ab eodem Carolo Cardinale & procuratore nobis humiliter ſupplicatum fuit, ut ſuper præmiſſis omnibus Apoſtolicas literas perpetuò valituras edere dignaremur; nos juſtiſſimæ petitioni annuentes
E præſentium literarum tenore atque ex certa ſcientia & Apoſtolicæ authoritatis noſtræ plenitudine omnia & ſingula præmiſſa confirmamus, roboramus atque iterum ſancimus ac decernimus, univerſæque Eccleſiæ denunciamus; mandantes, ut earumdem præſentium tranſumptis ſive exemplis etiam impreſſis, manu alicujus notarii publici ſubſcriptis & ſigillo perſonæ in eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ab omnibus habeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi exhibitæ forent vel oſtenſæ. Nulli ergò omninò hominum liceat paginam hanc noſtræ definitionis, decreti, adſcriptionis, mandati, ſtatuti, conceſſionis, relaxationis & voluntatis infringere vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ MDCCLXVII decimo ſeptimo Kalendas Auguſti, Pontificatûs noſtri anno decimo.

✠ EGO CLEMENS CATHOLICÆ ECCLESIÆ EPISCOPUS.

† Ego C. A. Epiſcopus Oſtien. & Veliternen. Card. Cavalchini Sacri Collegii Decanus.

† Ego F. M. Epiſcopus Portuen. & S. Ruffinæ Card. Lantes. F

† Ego J. F. Epiſcopus Sabinen. Card. Albani.

† Ego H. Epiſcopus Tuſculan. Card. Dux Eboracenſis S. R. E. Vicecancellarius.

† Ego F. Epiſcopus Albanen. Cardinalis Serbellonus.

† Ego J. F. Epiſcopus Prænestin. Card. Stuppaniut.

† Ego C. Tit. S. Clementis Presbyter Card. Rezzonico S. R. E. Camerarius.

† Ego F. M. Tit. Sancti Silveſtri in Capite Presbyter Cardinalis de Rubeis.

† Ego J. M. Tit. S. Alexii Presbyter Card. Caſtelli.

† Ego C. Tit. Sancti Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis Elephantutius.

† Ego P. H. Tit. SSmæ Trinitatis in Monte Pincio Presbyter Card. Guglielmi.

† Fgo P. P. Tit. S. Stephani in Monte Cœlio Presbyter Card. de Comitibus.

† Ego Fr. L. Baſilicæ Sanctorum XII Apoſtolorum Presbyter Card. Ganganelli.

† Ego

† Ego M. A. Tit. Sanctæ Mariæ de Pace Presbyter Cardinalis Columna.
† Ego S. Tit. S. Joannis ante Portam Latinam Presbyter Card. Buonaccorsi.
† Ego J. C. Tit. SS. Johannis & Pauli Presbyter Card. Boschi Major Pœnitentiarius.
† Ego L. Tit. S. Anastasiæ Presbyter Card. Calinus.
† Ego A. Tit. Sanctæ Mariæ in Via Presbyter Cardinalis Columna Branciforti.
† Ego P Tit. S. Mariæ Transtyberim Presbyter Cardinalis Pamphilius.
† Ego V. Tit. Sancti Calixti Presbyter Card. Paraccianus.
† Ego Ph. M. Tit. S. Chrisogoni Presbyter Card. Pirellius.
† Ego A. S. Mariæ in Via-Lata Prior Diaconorum Cardinalis Albanus.
† Ego N. S. Eustachii Diaconus Card. Corsinius.
† Ego D. Sanctæ Mariæ ad Martyres Diaconus Card. Ursinus.
† Ego Fl. Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconus Card. Chisius.
† Ego A. M. Sanctæ Agathæ ad Suburam Diaconus Cardinalis Torrigiani.
† Ego J. C. Sancti Cæsarei Diaconus Card. Caracciolus de Sancto Bono.
† Ego N. Sancti Georgii in Velabro Diaconus Card Perrelli.
† Ego A. Sancti Angeli in Foro Piscium Diaconus Cardinalis Corsinius.
† Ego A. Sanctorum Viti & Modesti Diaconus Cardinalis Nigronus.
† Ego Ae. S. Sancti Adriani Diaconus Card. Piccolomineus.
† Ego X. Sanctæ Mariæ de Scala Diaconus Card. Canale.
† Ego B. Sanctorum Cosmæ & Damiani Diaconus Cardinalis Veterani.

C. Card. Pro-Datarius. A. Card. Nigronus.

VISA

De Curia J. Manassei.

L. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

REGISTRATA IN SECRETARIA BREVIUM.

ANNOTATA.

a *Petri Cathedram anno* 1605 *ascendit, cui anno* 1621 *Gregorius XV successit.*

b *Romanum Pontificatum anno* 1700 *adiit, anno verò* 1721 *ex hac vita migravit.*

c *Supremum Pontificatûs fastigium anno* 1623 *ascendit, obiit anno* 1644.

d *Ecclesiæ gubernacula ab anno* 1724 *usque ad Incarnati Verbi annum* 1730 *tenuit.*

e *Romanam Sedem ab anno* 1730 *usque ad* 1740 *tenuit.*

f *Colitur* 20 *Octobris.*

g *Ipsius festus dies* 27 *Augusti celebratur, hujusque Acta in Operis nostri Supplemento tractabuntur.*

h *Hujus Acta ad diem* 18 *Septembris, quo colitur, in nostro Opere edita sunt.*

i *De hisce duobus Sanctis in Operis nostri Supplemento ad diem* 20 *Julii &* 21 *Augusti, quibus coluntur, agetur.*

DIES XIII OCTOBRIS.

SANCTI, QUI III ID. OCTOBRIS COLUNTUR.

SAnctus Theophilus epiſcopus Antiochenus conf. in Syria.
S. Fauſtus, } martt. Corduba
S. Januarius, } bæ in Hiſpa-
S. Martialis } nia.
SS. Marcellus & Adrianus, ac fortè etiam unus aut duo alii, MM. verosimiliùs Chalcedone.
S. Florentius martyr Theſſalonicæ.
S. Lubentius presb. conf. Cubruni in diœceſi Trevirenſi.
S. Romulus epiſcopus Januenſis conf.
S. Venantius abbas conf. Turonibus.
SS. Fyncana & Findocha virgines in Hibernia.
S. Conganus abbas conf. in Scotia.
S. Leobonus conf. Salaniaci in Lemovicenſi Galliæ provincia.
S. Simpertus epiſcopus confeſſor Auguſtæ Vindelicorum.
S. Geraldus, comes Auriliacenſis conf., Auriliaci in Alvernia.
S. Lucas abbas conf. Armenti in Lucania.
S. Colmanus martyr in Auſtria.
S. Chelidonia virgo apud Sublacum in Latio.
S. Mauritius abbas conf. in diœceſi Coriſopitenſi in Britannia Minori.
S. Daniel, } MM. ex Ord.
S. Samuel, } S. Franciſci
S. Angelus, } Septæ in
S. Domnus, } Mauritania
S. Leo, } Tingitana.
S. Nicolaus, } Tingitana.
S. Hugolinus } Tingitana.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES RELATI.

SAnctus Eduardus conf., Angliæ rex, *in Martyrologii Romani hodierni omnibus, quæ, vel Innocentio XI Papa, vel pòſt prodiêre, editionibus hodierna die annuntiatur; idcircò autem id fit, quòd hâc ſancti iſtius Regis & Confeſſoris feſtum ob Tranſlationem, Faſtis ſacris non paucis hodie inſcriptam, quâ ejus, anno 1066 vitâ functi ac dein in Sanctorum numerum ab Alexandro III anno 1161 relati, corpus, biennio pòſt de terra, utì apud nos tom. I Januarii pag. 302 & binis ſeqq. fas eſt videre, levatum, honorabiliori loco fuit depoſitum, celebrari præfatus Innocentius Papa præceperit; verùm nos in mox cit. Januarii tomo, anno 1648 ac proin priuſquam Pontifex hic ſederet, in lucem emiſſo, de ſancto illo Rege jam egimus ad diem, quâ obiiſſe paſſim traditur,* v Januarii.

S. Guilielmi eremitæ, epiſcopi Bituricenſis, converſio *hodie recolitur in Ordinis Ciſtercienſis, quod anno 1650 fuit excuſum, Breviario; nos de Sancto iſto jam egimus ad diem, quâ natalis ejus celebratur,* x Januarii.

Dedicatio ſecunda eccleſiæ Eremi Deiparæ, *quod inſigne apud Helvetios monaſterium eſt, hac die facta ex Hartmanno memoratur in Præfatione ad S. Meinradi eremitæ & martyris Vitam, Operi noſtro inſertam ad diem, quâ Sancti hujus natalis occurrit,* xxi Januarii.

S. Theophilus pœnitens *hodie recolitur in Germanico Walaſſeri Martyrologio; verùm nos de Sancto iſthoc Adanæ in Cilicia eccleſiæ vicedomino ſeu œconomo jam egimus ad diem, quâ in pluribus Faſtis ſacris memoratur,* iv Februarii.

In Anglia canonizatio S. Gilberti, inſtitutoris Ordinis Sampringhamenſis, ab Innocen-

A tio tertio. *Menardi in Sanctorum Ordinis S. Benedicti Martyrologio ſunt verba :* Gilbertus *autem, Sempringhamenſis in Anglia Ordinis fundator, cujus hiſce canonizationem, ab Innocentio III Papa factam, martyrologus is hodie celebrat, in Operis noſtri primum anno* 1658 *vulgatum Februarii tomum ad* IV, *quâ obiit, colitur ac pluribus Faſtis ſacris inſcribitur, menſis illius diem jam exſtat illatus, duabus etiam Vitis, quarum altera ex Anglorum Hiſtoria, altera ex Rubeæ-Vallis Ms. & Capgravio deprompta, Commentario prævio, quo hæ illuſtrantur, ſubnexis ; verùm poſt editum, quem dixi, Februarii noſtri tomum prodiit anno* 1661 *ſecundus Monaſtici Anglicani tomus; in hoc autem à pag.* 669 *uſque ad pag.*698 *pleniſſima* S. Gilberti, *anno, ùt ibidem pag.* 698 *traditur,* 1189, IV *Februarii die vitâ functi Sanctiſque deinde anno* 1202 *die* XI *Januarii ab Innocentio III Papa adſcripti ac eodem anno ex hujus mandato tertia decima Octobris die de terra levati ſeu tranſlati,* B *exhibetur Vita, quæ, cùm multa, quæ in duabus* S. Gilberti *Vitis, apud nos editis, deſiderantur, edoceat, in Operis noſtri Supplemento uſui eſſe poterit. Videat interim ſtudioſus lector, quæ de* Gilberti canonizatione *in Commentario, Sancti hujus Actis præmiſſo,* § 3 *dicta apud nos ſunt ad diem, quâ is, ùt jam monui, pluribus Faſtis ſacris, imò & ipſimet Martyrologio Romano hodierno, etſi interim tam à Baronio in hujus Notis, quàm abs illorum nonnullis cum Guiberto, Gemblacenſi in Brabantia abbate, confuſus, inſcribitur,*

IV Februarii.

In Anglia S. Colomani, epiſcopi Lindisfarnenſis & martyris, *hodie in Generali ſuo Sanctorum Catalogo habet Ferrarius ; verùm ſic Wionem ſecutus duos Colomannos conflat in unum, Colomannumque, ſub ſec.* XI *initium crudeliſſimè juxtà ac injuſtiſſimè in Auſtria occiſum, de quo hac die, quâ ibidem pro martyre colitur, infrà inter Sanctos ſumus acturi, perperam facit eumdem cum Colmanno, Lindisfarnenſi in Anglia epiſco-*
C *po, anno* 676 *placida morte defuncto ac in Opus noſtrum jam illato ad diem, quâ colitur,* XVIII Februarii.

Dedicationis eccleſiæ S. Maximini Treviris, *anno* 942, *die* XIII *Octobris, factæ, mentio fit num.* 55 *Vitæ S. Joannis, abbatis Gorzienſis, in Opus noſtrum jam illatæ ad diem, quâ hîc obiiſſe videtur,* XXVII Februarii.

Londini in Anglia Eduardi, Anglorum regis ſanctiſſimi, & alterius Eduardi Secundi. *Ita hodie in Martyrologio à ſe contexto Maurolycus. Duo ſancti Angliæ Reges, quibus* Eduardi *nomen fuit, ex Hiſtoria tum eccleſiaſtica, tum profana ſunt noti. Horum alter, qui pro martyre colitur, anno* 978 *fuit occiſus, alter verò, qui condecorari ſolet* Confeſſoris *titulo, anno* 1066 *in pace quievit. Poſterior, qui hodie in ipſomet etiam Martyrologio Romano hodierno memoratur, in Opus noſtrum loco hîc ſuprà aſſignato jam fuit illatus ; prior autem, qui, quòd eum Eduardus alter,* Senior *vocari ſolitus, in regno præceſſerit,* Eduardus Secundus *nuncupatur, conſecutus id jam eſt ad diem, quâ injuſtè occiſus paſſim inter martyres in Faſtis eccleſiaſticis numeratur,* XVIII Martii. D

S. Benjamin diaconi martyris apud Perſas commemoratio *hodie in Menologio Sirletiano & Magnis Græcorum Menæis excuſis, addito etiam in hiſce ſat prolixo elogio, ſignatur ; cùm id autem elogio, quo Benjamin diaconus, apud Perſas martyrium paſſus & in Menologio Baſiliano ad* XXXI *Martii diem cum Abda epiſcopo M. conjunctus, in iiſdem Menæis ad hunc Martii diem afficitur, ad amuſſim ferè conſonet, poſteriorem hunc Benjaminum cum priore, hodie Faſtis ſacris jam dictis inſcripto, eſſe eumdem, apparet indubitatum ; quare, qui, quæ ad hunc ſpectant, ſcire avet, adeat, quæ à nobis de nominis ejuſdem apud Perſas, qui cum Abda ep. M. in Menologio Baſiliano conjungitur, diacono martyre dicta jam ſunt ad mox memoratam, quâ hic, aliis etiam Faſtis ſacris ac ipſimet Martyrologio Romano hodierno inſcriptus, in Opus noſtrum jam fuit illatus, diem* XXXI Martii.

S. Gerardus, Sylvæ-Majoris in Aquitania (*in Burdegalenſi nempe hujus territorio*) abbas *hodie in Natalibus Sanctorum Belgii à Molano, quem Miræus in Faſtis Belgicis & Ferrarius in Generali ſuo Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non ſunt, Catalogo ſunt ſecuti, recolitur. Et quidem is Sanctus, qui ab aliis* Geraldus *ſeu* Giraldus *aut etiam* Giraudus *nuncupatur, fuit olim cultum publicum hodierna potiſſimùm die adeptus ; verùm, etſi id ita ſit, haud propterea tamen in hanc, contrà ac Molanus exiſtimavit, incidit ejus natalis, ſed in diem, quâ propterea ſanctus ille Abbas modò præcipuè colitur ac in Opus noſtrum jam fuit illatus,* V Aprilis.

SS. Carpus, Thyatirenſis epiſcopus, Papylus, Agathodorus & Agathonica *hodie in Magnis Græcorum Menæis excuſis, itemque in Baſiliano & Sirletiano Menologiis annuntiantur ; verùm de ſanctis hiſce Martyribus, qui in Ms., quod penes nos exſtat, Menologio Slavo-Ruſſico, à Sparwenfeldio è lingua Slavonica in Latinam converſo, hodie quoque celebrantur, actum apud nos jam* F *eſt ad diem, quâ unà cum pluribus aliis in Martyrologio Romano hodierno locum habent,* XIII Aprilis.

Marcum, antiquæ in Apulia civitatis Æcanæ, cujus ſedes Troiam tranſlata eſt, epiſcopum, *Caſtellanus hodie in Martyrologio ſuo Univerſali annuntiat ; verùm is civitatis Æcanæ Antiſtes, quem* Sancti *etiam titulo diſtinguit, abeſt ab utroque Ferrarii Catalogo. Nec nobis aliunde eſt notus, niſi forſan ſit, qui in Opere noſtro* XXVIII *Aprilis die jam datus eſt, S. Marcus, Atinenſis epiſcopus; quod quidem, ùt apparet, haud ab omni veritatis ſpecie abhorret. Cùm is enim Æquicolis, quorum civitas* Æqua *ſeu* Æquana *à nonnullis, nominis affinitate deceptis, cum civitate* Æcana *confunditur, Euangelium primus prædicâſſe credatur, faciléque adeò factum eſſe queat, ut civitatis* Æquanæ *& ob nominum ſimilitudinem* Æcanæ *fuerit exiſtimatus epiſcopus, vero videtur haud prorſus abſimile,* S. Marcum, *qui ùt talis à Caſtellano annuntiatur, eſſe ipſummet S. Marcum,*

A *cum, Atinenſem epiſcopum, qui in Opus noſtrum illatus eſt ad jam dictam diem, quâ Martyrologio Romano hodierno exſtat inſertus,* XXVIII Aprilis.

S. Athanaſium Alexandriæ *hodie ſignant omnia majora apud Florentinium Hieronymiana apographa, idemque etiam faciunt præter Uſuardina aliquot apud Sollerium auctaria Notkerus & Rabanus; etſi autem & ab his ambobus & à Molano, itemque abs Epternacenſi Hieronymiano apographo, non* Athanaſius, *ſed* Anaſtaſius *ſcribatur, dubitandum tamen non eſt, quin & hoc & illi, ùt Florentinius in hodiernis ſuis in Hieronymiana Adnotationibus meritò contendit, haud alium Sanctum commemorent, quàm celeberrimum illum* Athanaſium, *Alexandrinum epiſcopum, de quo in Opere noſtro jam actum ad diem, quâ Martyrologio Romano hodierno omnibuſque ferè aliis Latinorum Faſtis ſacris exſtat inſcriptus* 2 Maii.

S. Mamerti corporis tranſlatio XIII *Octobris die facta memoratur apud nos ad diem, ubi de*

B *ſancto iſto Viennenſi in Galliis Epiſcopo egimus,* XI Maii.

S. Maurini abbatis inventio *hodie in Lubeco-Colonienſi Uſuardi aucti editione, itemque à Greveno & Molano aliiſque aliquot hagiologis memoratur; verùm nos de ea jam egimus ad diem, quâ & ab hiſce & ab aliis Sancti illius memoria recolitur,* X Junii.

S. Caſſium, epiſcopum Narnienſem, *Lucæ hodie ſignat in Generali ſuo Catalogo Ferrarius; verùm, ùt in Notis obſervat, dies eſt tranſlationis; natalis autem incidit in diem, quâ Martyrologio Romano hodierno ſanctus iſte Antiſtes inſcribitur ac in Opus noſtrum jam exſtat illatus,* XXIX Junii.

SS. Proceſſum & Severum MM. *Ferrarius hodie in Generali ſuo Sanctorum, qui in Martyrologio Romano hodierno non ſunt, Catalogo Romæ annuntiat, additque in Notis ibidem eorum reliquias in eccleſia S. Sylveſtri aſſervari. Verùm quinam duo iſti Martyres? An fortè iidem cum SS. Protheo & Severo MM., ab eodem Ferrario in dicto Catalogo ad* XXV *Januarii diem* Romæ in

C ædc S. Sylveſtri *ſignatis tumque à nobis in Prætermiſſorum Elencho relatis? Verùm Pancirolus, qui ſacras eccleſiæ S. Sylveſtri in Campo Martii reliquias in Theſauris abſconditis almæ Urbis Reg. 4, Eccleſ. 5 accuratè recenſet, ibidem non Prothei & Severi, ſed* Proceſſi & Severi *meminit; utì autem is ſcriptor, quinam hi Sancti ſint, edicere ibidem haud potuit, ita nec nos facere id poſſumus. Multi enim ſunt* Severi *martyres, faciléque ex his unius, etſi interim determinari à nobis haud valentis, reliquiæ Romam ad S. Silveſtri ædem potuerunt transferri; quod verò ad* S. Proceſſum *ſpectat, hic nobis omninò eſt ignotus, niſi forſan ſit vel Proceſſus, qui in Hieronymianis apographis cum nonnullis Sociis MM. ac nominatim cum* Sereno, *pro quo fortè in illis legendum* Severus, *Romæ ſignatur, ac jam datus apud nos eſt ad diem, quâ id in dictis Hieronymianis fit,* I Julii; *vel* Proceſſus, *unà cum Martiniano Romæ martyrium paſſus ac in Opus noſtrum jam illatus ad diem, quâ antiquiſſimis tum Ka-*

lendariis, tum Martyrologiis ac Romano D *hodierno exſtat inſcriptus,* 2 Julii.

Lugduni ſuſceptio corporis beati Juſti, primæ illius ſedis epiſcopi, anachoretæ ſanctiſſimi, revecti ex Ægypto. *Ita hodie in Martyrologio ſuo Gallicano Sauſſayus; verùm de ſancto iſto Lugdunenſium Epiſcopo actum apud nos jam eſt ad diem, quâ memoria ejus Faſtis ſacris præſertim inſcripta,* 2 Septembris.

Natale ſancti Ambroſii, Senonenſis epiſcopi, *hodie eſt in Florario noſtro Ms.; verùm de ſancto iſthoc Antiſtite actum apud nos jam eſt ad diem, quâ colitur aliiſque aliquot Faſtis Sacris recentioribus exſtat inſcriptus,* III Septembris.

S. Lamberti triumphus in Steppes *à Greveno, Molano & Wione, itemque in Florario noſtro Ms., in Lubeco-Colonienſi apud Sollerium Uſuardi Auctario, in Germanico Walaſſeri Martyrologio aliiſque aliquot Faſtis ſacris hodie ſignatur. Sub nomine* Triumphi S. Lamberti in Steppes *intelligitur Victoria, anno Chriſti* 1213 *de Henrico, Brabantinorum duce, à Leodienſibus S. Lamberti, ut hi crediderunt, patrocinio ibidem relata, annuoque Leodii Officio die iſthac celebrari & olim & modò adhuc ſolita, de qua apud nos in Commentario, ſancti illius Trajectenſis Epiſcopi & Martyris Actis prævio, num.* 258 *& duobus ſequentibus actum eſt ad diem, quâ natale ejuſdem ſancti Antiſtitis feſtum celebratur,* XVII Septembris.

S. Gregorius Armenus, ep. conf., *hodie Neapoli colitur. Ita docet num.* 21 *Commentarius, ſancti hujus Armeniæ Epiſcopi Confeſſoris Actis præmiſſus ad diem, quâ is plurimis Faſtis ſacris exſtat inſcriptus datuſque apud nos jam eſt,* XXX Septembris.

S. Juvini confeſſoris in pago Dulchrimenſi *memoria hodie in Generali Ferrarii Catalogo occurrit; verùm de Sancto iſto actum apud nos jam eſt ad diem, quâ à Molano & pluribus aliis hagiologis celebratur,* III Octobris.

S. Nicetæ Patricii *hodie iterum meminêre Menæa Græcorum excuſa & Menologium Sir-* F *letianum; verùm is (Prætermiſſos ad diem præcedentem videſis) alius non eſt, quàm S. Nicetas Patricius, in* Opus *noſtrum jam illatus ad diem* VI Octobris.

Octava Brunonis *hodie ſignatur in Germanico Walaſſeri Martyrologio. Nos de ſancto Ordinis Carthuſianorum Inſtitutore, de cujus feſti* Octava *ibidem haud dubiè ſermo eſt, jam egimus ad diem, quâ Martyrologio Romano hodierno inſcribitur ac colitur,* VI Octobris.

S. Gereonis M. *memoria hodie recurrit in Florario noſtro Ms. Cùm addatur, fuiſſe* de numero Thebæorum, *haud dubiè ſermo eſt de* Gereone, *unà cum quamplurimis aliis, quos omnes exſtitiſſe Thebæos, probabile eſt, Coloniæ Agrippinæ occiſo, de quo in Opere noſtro actum jam eſt ad diem* X Octobris.

SS. Cyprianum & Felicem epp. MM. alioſque quamplurimes partim MM., partim Conff. *hodie refert Bruxellenſe à Sollerio cit. Uſuardi Auctarium; verùm nos de iis*

A *jam egimus ad diem, quâ in Mrl. Romano hodierno aliisque Fastis sacris celebrantur,* XII Octobris,

S. Edwinus, Northumbriæ in Anglia rex, *in Kalendariis aliquot hodie occurrit. Nos de eo jam egimus ad diem* XII Octobris.

S. Hedistius, martyr Ravennas, *in Hagenoyensi apud Sollerium Usuardi Auctario hodie recurrit; verùm de hoc cum Mrl. Romano jam egimus ad diem* XII Octobris.

Abba Agathus & Macrobius *in Coptitarum apud Jobum Ludolfum Fastis ad* XVI *mensis Babæ, quæ tertiæ decimæ Octobris nostri diei respondet, recensentur hisque apud eumdem in Fastis Æthiopum* Petrus *adjungitur; verùm &* Petrus *isthic &* Macrobius *nobis omninò sunt ignoti; quod autem ad* Abbam Agathum *spectat, is, cujus apud Seldenum de Veterum Hebræorum Synedriis pag.* 381 *in Coptitarum Kalendario ad jam dictos mensis Babæ & Octobris dies sequentibus his verbis,* Patris nostri Agathii, presbyteri sancti *memoria signatur, in Ms. penes nos exstante, quæ à* XXVIII *Augusti ad* XXV *Februarii diem excurrit, Martyrologii Coptici parte ad eamdem* XVI *Babæ seu* XIII *Octobris diem* Agathon *&* patriarcha Alexandrinus, *attributo etiam ei* Sancti *titulo, nuncupatur; quare dubitandum non est, quin sit idem, qui apud nos* Agathon *seu* Agathus *in Chronologica Patriarcharum Alexandrinorum Historia, tom.* V *Junii præfixa, vocatur, hosque inter trigesimus nonus censetur; verùm cùm is non Catholicus, sed, quemadmodùm ex ibidem dictis liquet, Jacobita exstiterit annoque* 678, *quo certè Jacobitæ cum Catholicis haud erant uniti, obierit, sanè ei concedere in Opere nostro inter Sanctos locum haud possumus.*

B

Anastasiam, virginem abbatissam in Græcia, *hodie cum* Sanctæ *titulo in Gynæceo Sacro Arturus à Monasterio celebrat; in Notis autem Sarracenum, aliosque Ordinis S. Mariæ de Monte Carmelo scriptores pro se citat. Verùm, etsi hi omnes Ordini suo* Anastasiam *adscribant, nusquam tamen de ea in Ordinis ejusdem seu Breviario seu Sanctorum Propriis, mihi prælucentibus, Officium ecclesiasticum simplexve etiam Commemoratio præscribitur.*

C

Antigonus, *qui propter Christi confessionem ignis supplicio martyrium consummârit, hodie in Menæis Græcorum excusis & in Menologio Sirletiano, à quo vocatur* Antiochus, *occurrit; ast, cùm Græci Sanctis subinde etiam accenseant honore isthoc indignos, nec Baronius, qui Sanctis non paucis, è Menologio Sirletiano acceptis, Martyrologium Romanum hodiernum, à se emendatum, auxit, in hoc inde* Antiochum *hodie transtulerit, in Opus nostrum* Antigonum *seu* Antiochum *hic pariter haud inferendum existimavi.*

Belixendæ, filiæ Caroli Magni, *Grevenus hodie meminit his verbis:* Item beatæ memoriæ Belixendæ, filiæ Caroli Magni, uxoris sancti Amelii, comitis & martyris. *Nec Grevenus tantùm, verùm etiam Florarium nostrum Ms. & Germanicum Canisii Martyrologium* Belixendam *hodie memorant; ast eam, è solis ferè SS. Amici & Amelii, de quibus die proximè prægressa egimus, commentitiis apud Vincentium Bellovacensem Actis notam, vel gaudere, vel gavisam umquam fuisse cultu publico, nusquam invenio.*

D

Bernardi Escuderi, monachi Regularis observantiæ Ordinis Cisterciensis, *hodie meminit in Menologio Cistercienſi Chrysostomus Henriquez; verùm illum, quem hic ipsemet nec* Beati, *nec* Sancti, *sed* Pii *dumtaxat titulo condecorat,* Venerabilem *etiam tantummodò vocat in Menologio Benedictino Bucelinus.*

Ecclesiæ Claræ-Vallis dedicatio *à Menardo, Wiono & in Kalendario Cistercienſi, anno* 1617 *Divione excuso, itemque* Dunensis in territorio Furnensi templi consecratio, multis & admirandis miraculis celeberrima, *à Chrysostomo Henriquez in Menologio Cistertiensi hodie signatur.*

S. Carpus, apostoli Pauli discipulus, Troade *in Martyrologio Romano Parvo seu Veteri hodie annuntiatur. Hinc in Adonem & ex hoc in Usuardum & Notkerum defluxit, tandem etiam in Martyrologium Romanum hodiernum sequentibus hisce illatus verbis:* Apud Troadem, Asiæ Minoris urbem, natalis sancti Carpi, discipuli B. Pauli apostoli. *S. Paulus apostolus epistolâ secundâ ad Timotheum cap.* 4, ℣. 13 *sic huic scribit:* Penulam, quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, & libros, maximè autem membranas. *A* Carpo, *in sacris Latinorum Fastis jam nunc citt. hodie signato, diversum non esse* Carpum, *à Paulo hic memoratum, inter omnes convenit; quare, qui hunc cum Carpo, in Opus nostrum ad* XXVI, *quâ à Græcis colitur, Maii diem jam illato, statuit eumdem, hunc quoque, ùt consideranti patescet, cum* Carpo, *in Fastis Latinorum sacris modò laudatis hodie annuntiato, eumdem esse, fateatur, necesse est. Ast, etsi sic habeat, in dubium tamen, an* Carpus, *qui in hisce veluti Pauli apostoli discipulus Troade hodie signatur, fuisseque ibidem commoratus à Paulo per verba mox recitt. innuitur, diversus re ipsa à Carpo, quem Græci* XXVI *Maii colunt, non sit, revocari potest. Hi enim, qui isthunc nusquam vel in Fastis sacris vel in libris suis ecclesiasticis faciunt Pauli discipulum, nusquam etiam eumdem vel Troade signant, vel fuisse ibidem commoratum, insinuant. Adhæc* Carpum, *qui hospitio Troade excepisse Paulum proximè recitatis hujus verbis indicatur, à Carpo seu episcopo seu presbytero, qui, simili charitatis officio erga Christianos, ad se divertentes, in insula Creta fungi solitus, à Christo, quòd in peccatorem exstitisset nimis severus, in visione sibi oblata ac apud nos ad* XXVI *Maii diem in Hist. de S. Carpo, à Græcis tunc culto, Sylloge num.* 8 *& seq. ex Epistola ad Demophilum, inter eas, quæ sub Dionysii Areopagitæ nomine circumferuntur, octavâ, transcripta, correptus fuisse, non modò in hac, sed & à S. Nilo, sec.* V *scriptore, lib.* 2, *epist.* 190, *pag.* 217 *& seq. narratur, diversum esse seu distinctum, suadent, quæ in Sylloge mox memorata num.* 7 *sunt dicta. Quid si ergò Cretensis iste Carpus cum Carpo, à Græcis ad* XXVI *Maii diem culto, unus idemque sit? Enimverò id sic habere ac proin à Carpo, Pauli apostoli hospite, in Latinorum Fastis*

E

F

A *Faſtis ſacris hodie memorato, eſſe diverſum, mihi haud apparet à veritate certò alienum. Reponi quidem poteſt, Carpum, qui à Græcis colitur, abs hiſce veluti unum è ſeptuaginta duobus Chriſti diſcipulis haberi, fuiſſeque à Paulo apoſtolo Berææ in Thracia conſtitutum epiſcopum, aſſeverari. Verùm omnia, quæ Græci de Carpo, à ſe culto, ferunt, planè eſſe incerta, Calmetus in Lexico Biblico ad vocabulum* Carpus *affirmat, eique Tillemontius tom.* 1 *Monument. Eccleſiaſt. pag.* 301 *iterumque deinde pag.* 581 *apertè, & meritò quidem, ſuffragatur. Adhæc, cùm Carpus Cretenſis, à Pſeudo-Dionyſio & S. Nilo memoratus, exſtiterit, utì hic tradit, epiſcopus Apoſtolis æqualis, nihil impedit, quò minùs hic & exſtitiſſe unus è ſeptuaginta duobus Chriſti diſcipulis & Berææ in Thracia epiſcopus à Paulo apoſtolo conſtitutus fuiſſe credatur. At verò, inquies, in Septuaginta diſcipulorum Domini Synopſi de* Carpo, *qui in hac, à Cangio in Chronico Paſchali à pag.* 426 *integrè edita, ſexageſimus ſecundus recenſetur, ſequentia iſthæc leguntur verba :* Carpus, cujus meminit Apoſtolus, qui & Berrhææ, Thraciæ urbis, epiſcopus fuit ; *quòd ſi autem veritati conſonent, certò inde, Carpum, quem Græci, veluti unum è ſeptuaginta Chriſti diſcipulis,* XXVI *Maii colunt, ac à Paulo apoſtolo conſtitutum fuiſſe Berææ in Thracia epiſcopum, affirmant, diverſum à Carpo, apud quem ſeſe Troade hoſpitatum, Paulus loco ſuprà cit. indicat, non eſſe, conſectarium evadit. Fateor, ſic habet ; verùm Synopſis illa, ſeu, utì aliter vocatur, Dorothei epiſcopi Tyri de Septuaginta Domini diſcipulis Commentarius nullam planè, utì apud Cangium in Notis, Chronico Paſchali mox laudato ſubjectis, paginâ hujus* 524 *& ſeq., itemque apud nos tom.* 1 *Junii in S. Metrophane num.* 38 *& ſeqq. fas eſt videre, meretur fidem, facereque adeò auctoritate ſua non poteſt, ut Carpus, à Græcis,* XXVI *Maii cultus, unus idemque cum Carpo, Pauli hoſpite, Latinorum Faſtis Sacris hodie inſcripto, indubitanter exiſtimetur. Attamen, cùm*

C *nulli prorſus ſeu Græcorum ſeu Latinorum Faſti Sacri, qui Carpum, Cretenſem presbyterum, à Carpo Pauli hoſpite è dictis diſtinctum, certò vel hâc vel aliâ quâvis die annuntient, inveniantur, Baronio aliiſque eruditis hagiologis, qui Græcos ad* XXVI *Maii diem de eodem S. Carpo, de quo hodie Latini, agere arbitrantur, aſſentiendum opinor, cúmque adeò deceſſores noſtri, etiamſi, dum ad* XXVI *Maii diem de Carpo, à Græcis tunc culto, tractant, ſeſe de Carpo in Latinorum Faſtis Sacris ſuprà relatis hodie ſignato, agere, nuſquam hiſce citt. inſinuent, re tamen ipſa ibidem de poſteriori hoc* Carpo *agere, maximè cùm Carpum, de quo tractant, pro Pauli hoſpite habeant, ſint cenſendi, illum hic in Opere noſtro, cùm in hoc ad* XXVI *Maii diem (etſi interim, qua de re lectorem hic admonuiſſe ſufficiat, Latinorum Faſtis Sacris, tum antiquis ſuprà memoratis, tum multis aliis recentioribus, quibus hodie inſcriptus exſtat, ibidem haud relatis) illatus è jam dictis debeat cenſeri, haud dandum, ſed dumtaxat inter Prætermiſſos recenſendum exiſtimavi.*

D Catharinæ ... ejuſque beatorum filiorum Antonii & Theodori, monachorum S. Baſilii, *hodie in Martyrologio Siculo meminit Octavius Cajetanus ; verùm* Catharinam, *quam S. Lucæ, Carbonenſis in Lucania abbatis, hîc infrà inter Sanctos, quòd cultu publico hodie gaudeat, à nobis referendi,* Sororem *appellat, nec* Sanctæ, *nec* Beatæ *titulo condecorat. Adhæc tam* Antonii & Theodori, *quàm* Catharinæ, *horum matris, nominibus aſteriſcum, qua ratione pietatis ſanctitatiſve famâ illuſtres publicoque nihilominùs ac legitimo cultu deſtitutos deſignare ſolet, præfigit, nec quidquam, quod cultu hujuſmodi* Catharinam *ejuſque Filios gaudere gaviſoſve umquam fuiſſe, probare natum ſit, vel apud hagiologum illum vel alibi occurrit.*

Conon Papa *hodie cum* Sancti *titulo à Ferrario in Sanctorum Italiæ Catalogo recenſetur. Is S. Petri in Cathedram Romanam ſucceſſor hanc ab anno* 687, *ad* XI *Auguſti diem provecto, uſque ad penultimam ſequentis Auguſti diem, utì apud nos in Propylæo Maii in Chronico-Hiſtorico ad Pontificum Romanorum Catalogum conatu fas eſt videre, occupavit ; verùm* Sancti *titulo ibidem haud afficitur, nec uſquam vel in Martyrologio Romano hodierno vel in aliis Faſtis Sacris inter Sanctos computatur ; quare hiſce eum, cùm præterea nec cultu eccleſiaſtico gaudere aut gaviſus umquam fuiſſe reperiatur, pariter nos hîc in Opere noſtro accenſere haud poſſumus.*

E

Creſcentem-bene, *Fabriani in Picæno,*
Andream Leubs *ſeu* Lems *in Auſtria,*
Joannem Narachium *in territorio Eboracenſi, apud Montem-Majorem Novum, Luſitaniæ oppidum,*
Melchiorem à Gratia *Madriti in Hiſpania, &*
Philippam-Leonardam à Ghiſilyero virginem *Aſſiſii in Umbria*

} *Arturus in Mrl. Franciſcano & ultimam etiam in Gynæco,* Beati *vel* Beatæ *titulo ſingulis præfixo, commemorat ;*

F *Hueberus autem hiſce adhuc plures, ſed ubique à titulo iſto meliùs abſtinens, in Menologio Franciſcano adjungit.*

Dioſcorus, *qui poſt multa tormenta, pro Chriſto tolerata, gladio tandem percuſſus, occubuerit, in Græcorum Menæis tum excuſis, tum Mss. hodie celebratur : verùm ſola horum fide, nobis ſemper, niſi aliunde, quod hîc fieri haud poſſe reor, queat firmari, admodùm ſuſpecta,* Dioſcorum *inter Sanctos in Opus noſtrum referre non auſim.*

Eoglodium monachum, S. Columbæ diſcipulum, *hac die à quibuſdam referri, aſſerit ad* XXV *Januarii diem David Camerarius ; verùm ego nullum, à quo hodie* Eoglodius *memoretur, hagiologum invenio. Nec, etſi ſecùs foret, in Opus noſtrum poſſet inferri, cùm publicum ejus cultum probare hactenùs haud queam.*

Franciſcus Runcius de Hadria, ſecundus Cæleſtinorum Generalis, *hodie obiiſſe in Mss. penes nos exſtantibus Notitiis traditur ; ei autem* Beati *etiam titulus tam in hiſce, quàm à Telera in Cæleſtinorum Sanctitate illuſtrium Hiſtoria, in qua à pag.* 187 *uſ-*

A *que ad pag.* 146 *de* Franciſco Runcio *ſermo fit, adſcribitur; verùm, utì nec in hac, nec in illis, ſic nec alibi quidquam, quod publicum Viri piiſſimi cultum probet, invenio.*

Franciſcus M. *hodie legitur in Florario noſtro Ms., utì etiam*

Lubericus abbas, *qui ambo nobis æquè ſunt ignoti.*

Gerbrandus, *Clari-Campenſis in Friſia cœnobii abbas, quem* Flori-Campenſem abbatem, *Ferrario præterea Ciſtercienſem hanc diœceſis Ultrajectenſis abbatiam errore manifeſto in Bohemia locante, Molanus, Menardus & Wionus perperam appellant, hodie à quatuor hiſce hagiologis, utì etiam à Chryſoſtomo Henriquez & Bucelino, itemque à Caſtellano & pluribus aliis, qui Faſtos Sacros condidêre, ſcriptoribus hodie,* Sancti *etiam aut* Beati *titulo ei attributo, annuntiatur. Hinc à die heſterna, quâ à ſolo ferè Chalemoto in Sanctis ac Beatis Ciſtercienſibus memoratur, huc illum, Operi noſtro inter hujus diei Sanctos ac Beatos, ſi cultus publicus probari poſſet, inſerendum remiſi; verùm nondum etiam nunc quidquam, unde de hoc ſatis conſtet, invenire quivi.*

B

In territorio Arvernenſi Tranſitus beatæ Anonymæ viduæ *hodie in Gynæceo Sacro ab Arturo memoratur; verùm nec ex hoc, nec aliunde de cultu publico conſtat.*

Joannem de Eſtremoz, Ordinis S. Auguſtini laïcum, *in Alphabeto Auguſtiniano pag.* 392 *memoratum, deceſſores noſtri à ſecunda Julii die, quâ obiiſſe à nonnullis creditur, huc remisêre, requirentes, ut, ſi quis illum recenſeri à nobis inter Sanctos deſideret, is ea, quæ publicum ejus cultum ſolidè probent, producat; id autem cùm præſtitum nondum ſit,* Joanni *in Opere noſtro dare inter Sanctos locum nondum etiam poſſumus.*

Laurentii, *qui Furnis in Flandria S. Nicolai Ordinis Præmonſtratenſis abbas exſtitiſſe annoque* 1258 *tertia decima Octobris die obiiſſe notatur, brevis quæpiam Vita metricè conſcripta penes nos exſtat; verùm* Venerabilis *dumtaxat titulo* Laurentius *afficitur,*

C *cultuque publico gaudere haud probatur.*

Lemovicis S. Geraldi confeſſoris. *Ita hodie in Generali ſuo Sanctorum Catalogo Ferrarius ac deinde mox ſubjungit:* Aureliaci in Gallia S. Geraldi confeſſoris; *ex iis autem, quæ in duas haſce annuntiationes obſervat, palàm ſit, in ambabus memorari eumdem, de quo hac die infrà inter Sanctos ſumus acturi,* Geraldum, *comitem Auriliacenſem confeſſorem, huncque adeò perperam in duos à Ferrario hîc ſecari.*

Magdalena de Trino *Sacro Dominicano Diario apud Marcheſeum & Anno Dominicano apud Jacobum Lafon hodie cum* Beatæ *titulo elogioque ſat prolixo exſtat inſcripta; verùm ambo de cultu publico ſilent, nec quidquam, quod hunc vel utcúmque det probatum, alibi invenio.*

Petrus, nominis hujus II, Braccarenſis epiſcopus, *hodie à Tamaio in Martyrologio Hiſpano cum* Sancti *titulo memoratur; verùm, cùm Tamaio & Sauſſayo, qui illum etiam in Martyrologii Gallicani Supplemento hodie annuntiat, haud ſatis fidamus, præſtat, ut de* Petro *non hîc, ſed poſtea, ſi publicus ejus cultus, de quo nondum nobis ſatis conſtat, ſufficienter fuerit probatus, in Operis Supplemento tractetur.*

D

SS. Polychronia ejuſque Socius anonymus *in Notitiis Mss. penes nos exſtantibus & à Fiſeno in eccleſiæ Leodienſis Floribus Dionanto ad hanc diem aſſignantur; idcircò autem, ni vehementer fallor, id fit, quòd ibi olim Dominicâ ſecundâ Octobris colerentur, hæcque anno* 1613, *quo illorum corporâ Dionantum Româ fuêre tranſlata, in hanc tertiam decimam Octobris diem inciderit. Ludovicus de Marche, collegii Dionantenſis rector, in epiſtola, ad deceſſores noſtros anno* 1658 *Dionanti quintâ Julii die conſcripta, ſic loquitur:* De ſacris SS. Martyrum noſtrorum (Polychroniæ *ſcilicet Sociique anonymi*) lipſanis & feſto hæc inveni in Calendario ſacelli noſtri & Hiſtoria collegii: "Dominicâ ſecundâ Octobris in templo ſeu ſacello Societatis Jeſu Dionanti »celebratur feſtum SS. Polychroniæ ejuſque »Socii martyrum, quorum ſacra corpora »educta ſunt ex cœmeterio Priſcillæ viâ »ſalariâ cum facultate S. D. N. Pauli V & »ab adm. R. P. N. Claudio Aquaviva (lit»teris datis Romæ in pergameno XXII Fe»bruarii 1613) Dionantum tranſmiſſa: quam »in urbem ſumma celebritate invecta ſunt »anno 1613, VI Octobris, cùm priùs ritè »approbata fuiſſent à R. adm. domino Jo»annè Chapeaville, Vicario generali Leo»diensi, 1. Septembris 1613." *Ita laudatus rector; etſi autem ex ejus verbis Fiſenus, qui Sanctos illos Dominicâ ſecundâ non Octobris, ſed Septembris, Dionanti coli, ſacraſque eorumdem exuvias anno* 1613 *non* VI *Octobris, ſed Idibus ſeu* XIII *die Septembris Dionantum advectas, ait, corrigendus videatur, tam hic equidem, quàm ille, Sanctos iſtos cultu ſacro Dionanti fuiſſe gaviſos, rectè affirmat. Nec quin id ibi olim ſecundâ Octobris Dominicâ obtinuerit locum, dubitari meritò poteſt; verùm, etſi ſic habeat, haud propterea tamen in Opere noſtro dandi hîc ſunt. Eorum enim, aliunde haud notorum, ſacra lipſana è S. Priſcillæ cœmeterio, fuerunt exſtracta, Sanctoſque hujuſmodi, quorum ſacræ exuviæ, vel ex hoc vel ex aliis Urbis cœmeteriis eductæ, aliò fuerunt ſubinde devectæ, in Opus noſtrum inter Sanctos referre haud ſolemus, niſi peculiaris quæpiam ratio, qualis hîc pro Polychronia ejuſque Socio haud militat, id fortè expoſcat.*

E

F

Prope Gannacum in Alvernia S. Procula, martyrium pro tuenda virginitate perpeſſa. *Ita hodie in Martyrologio ſuo Univerſali Caſtellanus; verùm nominis iſtius Sancta, quæ in Alvernia vel martyrium ſubierit, vel colatur, nobis haud aliunde eſt nota, eamque ſola Caſtellani auctoritate, etſi interim, ùt putamus, minimè ſpernenda, in Opus noſtrum inferre non audemus.*

Reginbaldus epiſcopus *à Menardo in Martyrologio Benedictino* Spiræ *hodie annuntiatur; verùm etſi hic Spirenſis Antiſtes, per deceſſores noſtros huc, ut, an cultu publico gaudeat, examinaretur, à* XXI *Auguſti die, quâ in Menologio Bened. à Bucelino ſignatur, remiſſus,* titulo Sancti *non tantùm ibidem abs hoc, verùm etiam hac die, quâ anno* 1039 *obiiſſe*

A *obiisse in Præsulum Spirensium Hist., per Philippum Simonis Germanicè conscripta, pag. 40 asseritur, à Menardo in Martyrologio mox dicto condecoretur, nullum tamen, diligentissima licèt facta indagine, usquam quivi cultûs publici, quo vel Spiræ vel alibi gaudeat gavisusve umquam fuerit, reperire indicium, cúmque Castellanus, qui hodie quoque* Reginbaldum *celebrat,* Venerabilis *dumtaxat titulum ei attribuat, verosimillimè, imò indubiè is martyrologus nihil etiam, quod publicum ejus cultum daret probatum, invenerit.*

Romæ Depositio S. Honorii Papæ *hodie in Vaticano apud Sollerium Usuardi Auctario legitur; verùm, ait idem Sollerius,* Majori auctoritate opus erit, ut de cultu aliquid statuatur.

S. Cœlestis *seu* Cœlestius, *Metensis episcopus, hodie coli à Claudio Roberti in Episcoporum Metensium serie asseritur. Nos de sancto isto Antistite acturi sumus ad diem, ad quam veluti sibi in cœlis natalem à* VII *Maii,*
B *translationi suæ sacra, à decessoribus nostris jam fuit remissus, ac nonnullis Fastis Sacris exstat inscriptus,* XIV Octobris.

SS. confessorum Agricii & Casturii episcoporum *in Ms. nostro Florario mentio hodie fit. Non dubito, quin designentur Sancti, qui, aliis* Agratus *&* Casturus *seu* Castulus *aut etiam* Castolus *vocati, sequenti quidem die à Greveno, postridie verò in Lubeco-Colonienſi Usuardi apud Sollerium Auctario annuntiantur. Saussayus in Martyrologio suo Gallicano* Agratum *&* Casturum *etiam recenset, rectè in die, quo id facit, Grevenum secutus. Duos enim hosce Sanctos, qui, die, quo obierint, incerto, nec Martyrologio Romano hodierno exstant inscripti, nec alibi, quàm Viennæ Allobrogum, coli inveniuntur,* XIV *Octobris die ibidem honore isthoc affici, ex metropolitanæ Viennensis ecclesiæ, quod penes nos exstat, quodque anno* 1522 *excusum notatur, Breviario docemur. Etsi enim id dies, quibus quique è Sanctis, sibi inscriptis, sint colendi, non assignet,* Agratum *tamen &* Castolum *unà cum S. Callixto*
C *Papa,* XIV *Octobris die coli solito, colendos proponit. Ceterùm an* Agratum *&* Castolum *seu* Casturum *rectè etiam Saussayus, contrà ac Grevenus facit, appellet* incertæ sedis Episcopos, *examinari poterit ad diem, quâ è jam dictis coluntur ac in Opere nostro dandi erunt,* XIV Octobris.

Rolandus, *aliis* Rothardus, *qui S. Joanni in sedem Cameracensem successit, à Saussayo in Martyrologii Gallicani Supplemento,* Sancti *etiam titulo ei attributo, hodie recolitur; verùm hic, qui anno* 886 *tertia decima Octobris obiisse à nonnullis creditur, in Opere nostro, si tum publicus ejus cultus, de quo nondum nobis constat, sufficienter fuerit probatus, tradi opportuniùs poterit ad diem, quâ obiisse ab aliis asseritur,* XIV Octobris.

Saturnini & Lupi *hodie meminit Galesinius. Nos de Sanctis hisce in Cappadocia MM. acturi sumus ad diem, quâ in pluribus aliis Fastis Sacris ac in ipsomet etiam Mrl. Romano hodierno memorantur,* XIV Octobris.

S. Antoninum episcopum *Castellanus in Martyrologio suo Universali Massiliæ hodie annuntiat, idque etiam facit, qui Mrl. Parisiense, anno* 1727 *typis vulgatum,* contexuit. *Nos de Sancto isto agemus ad diem,* D *quâ, quemadmodùm Sanctorum ecclesiæ Massiliensis Officia Propria, anno* 1662 *excusa, fidem faciunt, Massiliæ unà cum S. Cannato, Massiliensi episcopo, colitur,*

XV Octobris.

Macarii Romani, *qui à Macario Romano, in Opus nostrum ad* 2 *Januarii diem jam illato, diversus est, Papebrochius noster in Ephemeridibus Græco-Moscis, tom.* I *Maii præfixis,* XIX *Januarii die mentionem facit; verùm is à Græcis colitur non die, ut putavit,* XIII, *sed demùm, quâ proinde, nisi quid obstare reperiatur, in Opere nostro dari ac Vita ejus, ut fortè factum iri ibidem indicavit, severiùs examinari poterit,*

XXIII Octobris.

Ecclesiæ Tolbiacensis sub SS. Chrysanthi & Dariæ nominibus dedicatio *canitur hodie à Wandelberto binis hisce, quos subdo, hexametris:*

Templum & Chrysanthi Dariæque coruscat & ara, E

Tolbia cum plano, quo præminet, æquore castrum;

nobile isthoc, sub cujus nomine Deo esse dedicatam Tolbiæ seu Tolbiaci ecclesiam, Wandelbertus, etsi obscurè, sic indicat, SS. Conjugum & Martyrum par in Opere nostro, nisi quid obstiterit, dari ac proin de ecclesiæ illius dedicatione tractari poterit ad diem, quâ Martyrologio Romano id exstat inscriptum, XXV Octobris.

Gaufridi, Sodorensis in Scotia episcopi, *hodie cum* Sancti *etiam titulo in Generali suo Catalogo Sanctorum meminit Ferrarius, pro se in Notis citans tum Cistercienses Tabulas, tum Martyrologia Monastica. Verùm ego hodie* Gaufridum *nec in ullis penes nos exstantibus Cisterciensibus Tabulis, nec vel à Wiono, à quo eum non* Sodorensem, *sed* Sorrensem *in Sardinia episcopum appellari, Ferrarius adjungit, vel ab ullis aliis martyrologis monasticis memorari invenio. Oportet ergò, ut vel hallucinatus hìc sit Ferrarius, vel ut Tabulæ Martyrologiaque, quæ*
F *laudat, fuerint à nostris non parùm diversa. In horum interim binis, in Benedictino videlicet Menardi Martyrologio & in Sanctorum ac Beatorum Cistercienſium Chalemoti Serie,* Gaufridus, *non Sodorensis, sed Sorensis seu Soretanus episcopus, annuntiatur ad diem, quâ proinde de eo, si cultus publicus ac legitimus probari queat, agi poterit,* XI Novembris.

Parascevia virgo martyr *Ephemeridibus Græco-Moscis, Operis nostri tom.* I *Maii præfixis, hodie inscribitur. Hæc, quæ* Parasceve *seu* Parascevia, *quòd die Veneris nata esset, vocata fuisse videtur, apud Latinos sub* Veneræ (*Feria sexta enim, quæ Græcis* Parasceve, *Latinis* dies Veneris *nuncupatur*) *appellatione venit ac porrò* Veneranda *etiam nominata reperitur, in Opere nostro à* XXIV, *quâ apud Genebrardum in Græcorum Kalendario recensetur, Julii die ad* XXVI, *quâ in Magnis Græcorum Menæis excusis signatur, & ab hac iterum ad* XXVIII *mensis ejusdem diem, ubi* Venera *appellatur, fuit remissa, indeque etiam tandem ob rationem ibidem allegatam rejecta est ac porrò per nos pariter*

A *pariter ab hodierna, quâ dictis Ephemeridibus exſtat inſerta, Octobris die hic rejicitur ad diem, quâ, ùt apparet, Mrl. Romano hodierno ſub* Venerandæ *nomine inſcripta, dari idcircò in Opere noſtro ac ante omnia, unicane, an plures Paraſceviæ ſint, examinari poterit,* XIV Novembris.

Apud Sarzanam S. Venantii abbatis *hodie in Generali Ferrarii Catalogo legitur. Sarzana urbs eſt Hetruriæ in Liguriæ confinio, tribus circitèr paſſuum millibus ab antiqua ad Maoræ fluvii oſtia jacente civitate Luna, cujus jam dudum exciſæ epiſcopalem apud ſeſe locari ſedem illa obtinuit, remota. Ac ita quidem, ubi* Venantii, *à ſe annuntiati, memoriam ſignet Ferrarius, innoteſcit; verùm hic hagiologus, qui tam de publico cultu, quàm de emortuali anno ac die* Venantii *ſilet, nihil etiam, unde hic vel utcúmque notus evadat, ſeu in Notis ſeu alibi ſuppeditat. Ughellus, qui tom.* I *Italiæ Sacræ col.* 834 Venantium, *ſexto à ſeſe ibidem loco inter Sarzanenſes & Lunenſes epiſcopos relatum, cum* Venantio *abbate facit eumdem, nihil etiam, quod ad ea, quæ ad hunc ſpectant, vel utcúmque cognoſcenda conducat, adjungit; cùm hæc autem aliunde etiam nobis hactenùs haud ſatis, ut in Opere noſtro inter Sanctos* Venantius *recenſeatur, ſint nota, expedire viſum eſt, ut id non hac, quam Abbati iſti celebrando, non quòd tum vel obierit, vel colatur, ſed pro mero ſuo arbitrio Ferrarius elegiſſe videtur,* XIII *Octobris die, aſt pòſt, quòd intereà forſan plus lucis alicunde ſubminiſtrandum ſit, præfletur ad diem, quâ corpus ejus anno* 1414 *inventum fuiſſe, Mss. de Lunenſibus Sanctis ac nominatim de* Venantio *Sarzanenſi abbate homonymoque & abs hoc tamen, ùt mihi equidem apparet, diſtincto Lunenſi epiſcopo Notitiæ, ad deceſſores noſtros, ùt in harum fine notatur, à D. Fauorito, Eminentiſſimo Cardinali Chiſio à ſecretis, tranſmiſſæ, teſtantur,* XXV Novembris. D

B E

DE S. THEOPHILO EPISCOPO

ANTIOCHENO CONF. IN SYRIA

AUCTORE J. B.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. S. Theophili in Faſtis Sacris apud Occidentales memoria, Acta recentiora, diſtinctio à Theophilo, de quo S. Lucas, ad Chriſti fidem converſio, tempus epiſcopatûs, Notkeri locus emendatus.

ANNO CLXXXI *S. Theophilus, etſi de univerſa Eccleſia optimè meritus,*

C *UT ea ſemper dæmonis nequitia fuit, ut modò ethnicos, modò hæreticos in Chriſtianæ fidei vel ab ipſo ejus ortu perniciem excitaret armaretque, ita divina Providentia, ne redempto Chriſti ſanguine gregi viri deeſſent, qui ethnicos redarguerent, hæreticos confutarent, ac fideles quà voce, quà ſcriptis inſtruerent, & ad hoſtium inſultus fortiter & conſtanter excipiendos animarent, proſpicere numquam deſtitit: neque verò defuiſſe ſeculo æræ Chriſtianæ ſecundo hujuſmodi hæreticos, ſed & ſtrenuè adverſus illos, præſertim ab epiſcopis, fuiſſe depugnatum, teſtatur lib.* 4 *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap.* 24 *Euſebius Cæſarienſis, ſeculi* IV *ſcriptor apprimè eruditus, à Valeſio Latinè redditus:* Porrò, *inquit*, cùm nihilominùs hac etiam tempeſtate (*loquitur de iis, quæ, Marco Aurelio imperante, acciderunt*) hæretici zizaniorum inſtar ſinceram Apoſtolicæ doctrinæ ſementem labefactarent, eccleſiarum toto orbe paſtores eos tamquam feras atque immanes belluas ab ovili Chriſti fugare atque arcere properabant: partim hortando & commonendo fratres, partim adverſus ipſos hæreticos fortiter colluctando: quos vel propoſitis cominus interrogationibus & confutationibus viva dumtaxat voce, vel libris accuratiſſimè conſcriptis opiniones eorum refellentes, confutabant; *ita univerſim Euſebius; at mox S.* Theophilum *illuſtribus fidei defenſoribus, citato ejus adverſus Marcionem tractatu* non ignobili, *nominatim accenſens.*

2 *Sed quamquam tum tractatu mox laudato, tum ſcriptis id genus aliis, de quibus infrà dicetur, ac vitæ etiam ſanctimoniâ optimè procul dubio de univerſa Dei Eccleſia meritum, nuſquam tamen in Orientali eccleſia honore Sanctis haberi ſolito affectum, aut Sacris Græcorum Faſtis, quod miror, inſcriptum invenio: æquior in* S. Theophilum *Latina fuit eccleſia, cujus vetuſtiſſimis celeberrimiſque Martyrologiis nomen ejus, & ſubinde non ſine peculiari laude, inſcribitur. Sic habet auctor Romani Parvi, veroſimiliter ex Rufino, Euſebii interprete:* Antiochiæ, Theophili epiſcopi, qui ſextus ab Apoſtolis fuit. *Ado Aëp. Viennenſis:* Apud Antiochiam, beati Theophili, qui ſextus ab Apoſtolis eccleſiæ pontificatum tenuit, viri eruditiſſimi. *Uſuardus:* Antiochiæ, S. Theophili, qui ſextus ab apoſtolo Petro pontificatum eccleſiæ tenuit. *Poſtrema verba, cum Adonianis collata, Adonem Uſuardo hîc præluxiſſe indicant:* Viri eruditiſſimi *elogium, quod reſcindere Uſuardo viſum eſt, adjici, ùt infrà dicenda oſtendent, jure merito poterat. Notkerus Balbulus, Adoni æqualis:* Antiochiæ, Theophili, qui ſextus ab Apoſtolis eccleſiæ pontificatum tenuit, vir eruditiſſimus: *& hæc quidem ille ex Adone; at quæ addit,* hic conſtituit die Sabbathi, jejunium ter in anno, *ſolis tamen Faſtis Sacris Latinis inſcribitur,* F

A no fieri, ſecundùm prophetiam frumenti, vini & olei, *unde hauſerit, fatetur, ſe neſcire, Sollerius in Uſuardo: verùm hac de re infrà num.* 14. *Mrl. Rom. hodiernum:* Antiochiæ ſancti Theophili epiſcopi, qui ſextus poſt beatum Petrum ejuſdem eccleſiæ pontificatum tenuit. De eodem, *inquit Baronius in Annotatis ad Martyrologium Romanum*, Beda, Uſuardus, Ado & alii; *ſed, quod ad Bedam attinet, ſi genuinum ſpectes, nulla apud illum* Theophili *mentio. His addo eccleſiæ Autiſſiodorenſis antiquum Martyrologium, quod apud Marteneum Veterum Scriptorum tom.* 6, *col.* 725 *ita habet:* Antiochia beati Theophili epiſcopi.

nec ejus Acta veterum quiſpiam ſcripſit; ſec. proximè elapſo iſta collegit Halloixius hîc partim edenda.

3 *Vitam ſeu Acta* S. Theophili *nemo veterum ſcripſit, vel certè, ſi quæ exſtent aut aliquando exſtiterint à veteribus conſcripta, nulla uſpiam horum notitia eſt: ſeculo proximè elapſo Petrus Halloix Vitam illius ſcripſit ex ipſiuſmet Theophili ſcriptis potiſſimùm, tum ex iis, quæ apud varios ſcriptores & in Martyrologiis ſparſim de illo dicta repererat; utì in Opere, quod de Illuſtrium eccleſiæ Orientalis*

B *Scriptorum, qui ſanctitate juxta & eruditione ſecundo Chriſti ſeculo floruerunt, vitis & documentis inſcripſit, Duaci anno* 1636 *typis excuſo, pag.* 735 *& ſeqq. aliquot videre eſt: is adornatam à ſe* S. Theophili *Vitam in capita quinque partitus eſt, quorum tribus prioribus* S. Theophili *geſta perſequitur: quarto de ſcriptis* S. Theophili, *ab Euſebio & Hieronymo laudatis, agit: quinto varios* Theophili *textus colligit ex ejus Commentariis in Euangelia, quibus, utì contendit, uſus eſt S. Hieronymus nunc tacito, nunc expreſſo* Theophili *nomine; quibus denique præclaros aliquot* S. Theophili *locos, lectu digniores, velut floſculos, ex ejus libris, ad Autolycum ſcriptis, adjungit. Nos quidem tria priora capita, veluti Vitæ* S. Theophili *compendium recudemus; non tamen caput quartum & quintum: non quartum, quòd de ejus ſcriptis, ab Euſebio & S. Hieronymo laudatis, recitatis horum verbis acturi infrà ſimus, atque adeò ea repetere inutile foret: non quintum, quòd textus ex* Theophili *ad Autolycum libris minimè neceſſarios arbitremur; reliquos verò, quos ex Theo-*

C *phili in Euangelia Commentariis congeſſit, non* Theophilum, *ſed anonymum quemdam, & quidem Latinum,* Theophilo *recentiorem, habere auctorem, oſtenſuri ſimus. Ceterùm Halloixii Annotata noſtris adjuncturi ſumus; ſed ita, ut quæ illius, quæ noſtra ſint, facilè diſpicere lector poſſit.*

Theophilus, de quo hic, alius à Theophilo, de quo S. Lucas,

4 *Halloixius, Vitam* S. Theophili *ex hujus potiſſimùm, utì dictum, libris deſcribere exorſus primùm quidem refellit eos, qui Antiochenum Præſulem, eumdem ſtatuunt ac Theophilum, cui Lucas Apoſtolorum Acta, tamquam populari ſuo, inſcribit: in his Guilielmus Tyrius, qui libro* 4, *cap.* 19 *Antiochiam Syriæ, ad Orontem fluvium ſitam, ubi & Chriſtianum nomen eſt natum, teſte Luca in Actibus Apoſtolorum cap.* XI, *v.* 26, *deſcribens ita de S. Theophilo loquitur:* In hac Apoſtolorum princeps cathedram obtinuit ſacerdotalem & pontificali primùm functus eſt dignitate: viro venerabili Theophilo, qui erat in eadem civitate potentiſſimus, in proprio dogmate baſilicam dedicante. Cui Lucas, ex eadem urbe trahens originem, tam Euangelium ſuum, quàm Actus Apoſtolorum ſcripſit: qui & beato Petro, ſeptimus in ordine pontificum, in eadem eccleſia ſucceſſit. *Quidquid ſit de Theophili domo in eccleſiam commutata, rectè equidem Halloixius cenſuit, vel è ſola temporis ratione confici, alterum ab altero diverſum eſſe, ne Theophilus, qui, ſcribente ad ipſum S. Luca, jam virilem veroſimillimè ætàtem attigerat, ad Commodi imperatoris tempora, quæ vidiſſe Antiochenum epiſcopum ex infrà dicendis certum indubitatumque eſt, ſeu ad annum Chriſti* 180, *ſuperſtes fuiſſe ac proin, quod parum credibile eſt, annos vitæ plures, quàm centum quinquaginta, numeráſſe dicatur.*

AUCTORE J. B.

primùm ethnicus,

5 *Itaque Halloixius* S. Theophili *ortum ad ſeculi ſecundi primordia differt, Clemente, anno Chriſti* 100 *martyrium paſſo, Papa Romanam, Antiochenam verò S. Ignatio martyre eccleſiam moderante; quod quidem non abſque quadam veri ſpecie facit; ſed nullum dicti ſui teſtem antiquum certumve ſiſtit: natalem itaque* S. Theophili *annum nonniſi conjectando definit: eodem loco habenda eſt aſſerta abs illo ejuſdem patria, nempe Antiochia Syriæ, quæ*

E *olim, quò ab aliis ejuſdem nominis civitatibus ſecerneretur, dicta fuit* Epidaphnica *& aliquando* Theopolis. *Parentibus autem natum ethnicis, ut vero prorſus ſimile amplector, cùm ſub finem libri* 1 *ad Autolycum, ſe ante ſuſceptam Chriſtianam fidem lectioſque Sacræ Scripturæ libros reſarrectionem mortuorum æquè ac Autolycum, ethnicum utique hominem, non credidiſſe fateatur:* Καὶ γὰρ ἐγὼ ἠπίστουν τοῦτο ἔσεσθαι: nam & ego non credebam id futurum. *Quæ verò de egregia mentis indole, perſpicacitate ingenii & litterarum profanarum ſtudio ac felici in illis demùm progreſſu Halloixius addit, abundè teſtata faciunt vel ſoli, qui exſtant, ejus ad Autolycum libri.*

quibus velut gradibus

6 *Quibus verò incitamentis ſenſim impulſus, abjectis, quas à primis annis imbiberat, ethnicorum fabulis, ad fidei Chriſtianæ caſtra tranſierit, ipſemet lib.* 1 *ad Autolycum ſummatim explicat: nec enim alia fuiſſe videntur, quàm ea ipſa, quibus Autolycum ad ſui imitationem allicere ſtuduit: ſic enim illum ſub libri citati finem alloquitur:* Ne ſis igitur incredulus, ſed potiùs crede; nam & ego non

F credebam id (*fore, ut mortui reſurgerent*) ſed nunc credo, poſtquam hæc (*quæ hactenùs eo libro dixerat*) conſideravi. *Sed, quænam illa? Cùm unicè verum quæreret, utì ſub initium libri citati innuit; quoties aliquid quis ſcriberet aut diſſereret, non quàm ornatè, ſed quàm verè id abs illo fieret, inquirebat.* Veritatis amator, *inquit*, non ducitur ſermonibus fucatis, ſed ſermoni opus adjunctum, quodnam & quale ſit, inquirit. *Non ineptè itaque primum illi ad agnoſcendam fidei Chriſtianæ veritatem veluti gradum fuiſſe dixeris ſtudium veri. Dein verò deorum multitudinem ab ethnicis, à Chriſtianis autem Deum unum, univerſorum Conditorem, agnoſci colique, animadvertit; jactatos ab ethnicis deos,* lapideos & ligneos (*ita loquitur lib.* 1, *num.* 1) ductos & fuſos, fictos & pictos, qui nec vident, nec audiunt; *denique qui nihil eſſent, quàm* imagines & opera manuum hominum, *facilè contemnebat; maximè quòd deorum nomina,* nomina *eſſe* hominum, *ut ait num.* 9, mortuorum *& quidem ſceleratiſſimorum, atque ipſa*

AUCTORE J. B.

animalia, pelves & inhoneſtos ſonos (*num.* 10) *in deorum numero haberi perſpectum haberet.*

ad veræ fidei

7 *Unum verò Deum eſſe, qui cuncta creaverit & regeret, ex ejus operibus colligebat.* Eſt enim cælum, *inquit num.* 4, ejus opus, terra & mare ejus opificium, homo ejus figmentum & imago. Sol, luna & ſtellæ ſunt ejus elementa, in ſigna & tempora & dies & annos condita, ut miniſtrent & ſerviant hominibus. Atque omnia Deus fecit, cùm anteà non eſſent, ut ex operibus cognoſcatur & intelligatur ejus Majeſtas. *Quod autem illi objecit Autolycus:* Oſtende mihi Deum tuum; narra mihi formam Dei, qualis ſit: *& ipſe ſibimet procul dubio non ſemel objecerat; reſponditque:* Forma Dei nec dici, nec narrari poteſt, nec oculis corporeis videri, *quod num.* 5 *ſequentibus illuſtrat exemplis:* Nam, quemadmodùm anima in homine non videtur, ſed, cùm fugiat humanos viſus, ex motu corporis intelligitur, ita & Deus oculis humanis videri non poteſt, ſed ex providentia & operibus videtur & intelligitur. *Alterum exemplum ita habet:* Quemadmodùm enim & navem quis in mari inſtructam & currentem videns & ad littus appellentem, procul dubio gubernatorem in ea eſſe judicabit, à quo gubernetur, ita Deus omnium Gubernator intelligendus eſt, quamvis non videatur carnis oculis, quippe cùm comprehendi non poſſit. *Prætereo reliqua, quæ adfert, exempla, ad rem, quam tractat, illuſtrandam non minùs idonea.*

cognitionem & profeſſionem

8 *At hæc* Theophilo *noſtro, ùt erat perſpicaci ingenio, ſtatuere non admodùm difficile fuit; Reſurrectionem autem mortuorum magis arduam creditu, quam primùm non credebat, qua tandem ſibi ratione perſuaſit? Primùm quidem omnia à Deo ex nihilo creata conſideravit; dein abſurdum cenſuit credere, efficta ab hominibus ſimulacra efficere poſſe prodigia; Deum autem, qui omnia ex nihilo condidit, non poſſe mortuum revocare ad vitam: hoc equidem argumento eſt uſus num.* 8 *adverſus Autolycum, Reſurrectionem mortuorum non credentem. Dein verò ex iis, quæ in omnium quotidie verſantur oculis, ita ratiocinatus eſt.* Obſerva enim, *inquit Autolyco num.* 13, ſi placet, temporum & dierum & noctium interitum; attende, quemadmodùm hæc etiam intereant & renaſcantur. Quid? An non ſeminum & fructuum ſit quædam reſurrectio, idque ad uſus humanos? Granum enim tritici, exempli cauſâ, aut aliorum ſeminum, cùm terræ injectum fuerit, primò perit & ſolvitur, deinde excitatur & in ſpicam aſſurgit. Arborum autem natura nonne certis temporibus Dei juſſu latentes antea & inviſos fructus producit? Quin etiam interdum paſſerculus aut avis alia quælibet, cùm ſemen mali aut ficûs ſorbuerit, avolat in petroſum collem aut aliquod ſepulcrum, ac ibi alvum exonerat, tumque ſemen illud, radices agens, arbor naſcitur, quod olim abſorptum fuerat, & tantum calorem trajecerat. Hæc autem omnia operatur divina Sapientia, ut vel ex his demonſtret, poſſe Deum generalem omnium hominum reſurrectionem perficere. Quod ſi mirabilius ad reſurrectionem demonſtrandam ſpectaculum videre cupis, non ſolùm in terreſtribus rebus, ſed etiam in cœlo, obſerva menſtruam lunæ reſurrectionem, quemadmodùm intereat & renaſcatur. Accipe præterea reſurrectionem in te ipſo ad effectum, etiamſi ignores, perductam. Fortè enim aliquando in morbum incidiſti, & carnes tuas ac vires & ſpeciem amiſiſti, ſed miſericordiam à Deo & medelam nactus, recuperâſti corpus tuum & ſpeciem & vires; &, quemadmodùm ignoras, quonam abierint carnes tuæ, cùm evanuêre, ita nec perſpectum habes, undenam exſtiterint & unde venerint. Dices, ex cibis & ſuccis in ſanguinem converſis. Præclarè: ſed hoc opus Dei eſt ita rem conficientis, non cujuſquam alterius.

adductus fuerit.

9 *Atque his quidem rationibus paulatim Autolyci animum expugnare & ad ſublimiora abſtruſioraque fidei Chriſtianæ myſteria credenda pertrahere niſus eſt: his ſemetipſum convicit. Acceſſit demùm ingens illi à ſacris paginis ſtimulus: harum antiquitatem perſcrutatus eſt: has ſibi perpetuò conſonas reperit: contra ethnicorum ſcripta antiquitatis merito illis longè inferiora, diſſidiis mendaciiſque ſcatentia. Præterea plurima in Sacris Scripturis futurorum vaticinia, quorum partem ſua ætate adimpletam videbat, animadvertit, quæ non aliunde, quàm à Deo proficiſci potuêre. Moyſem & prophetas (vide lib.* 2 *ad Autolycum num.* 9) *viros ſanctos & juſtos vidit, ac propterea hac mercede dignos cenſuit,* ut Dei inſtrumenta fierent & ſapientiam, quæ ab eo eſt, caperent. *His ſeſe, ut veræ fidei manus daret, adductum teſtatur ipſemet lib.* 1 *ad Autolycum num.* 14 *ſequentibus verbis:* Ne ſis incredulus, ſed potiùs crede; nam & ego non credebam id futurum, ſed nunc credo, poſtquam hæc attentiùs conſideravi; ſimul quòd in Sacras Scripturas incidi SS. Prophetarum, qui per Spiritum Sanctum & præterita eodem, quo geſta ſunt, modo, & præſentia eodem, quo geruntur, prædixêre & futura eodem ordine, quo perficientur. *Ab his porrò initiis exorſo, difficile* Theophilo *non fuit, divina opitulante gratia, captivare intellectum in obſequium fidei; cujus, utinam ſequerentur, exemplum ii, qui hac noſtra ætate philoſophorum nomine ſuperbientes, quas à Deo accepêre, ingenii vires eò intendunt, ut divina oracula ſubvertant, non veri amore, ſed vitæ liberioris deſiderio ducti & occæcati!*

Antiochenam eccleſiam regere cœpit anno 168,

10 *Quantum verò, poſteaquam* S. Theophilus *Chriſtianæ fidei nomen dedit, fecerit in virtute progreſſum, quo defendendæ ſuſceptæ religionis zelo & inſtruendorum Catholicorum deſiderio exarſerit, colligi abundè ex iis poterit, quæ Halloixius in ejus Vita infrà recudenda ex ejus ſcriptis, prout licuit, undequaque congeſſit. Quæri itaque jam poterit, quo anno epiſcopalem Antiochiæ cathedram adierit, quotque illam annis tenuerit & quo demùm in vivis eſſe deſierit. Euſebius Cæſarienſis lib.* 4, *cap.* 24 *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ* S. Theophilum *egregiè adverſus hæreticos depugnâſſe ſcribit ſub imperatoribus Marco Aurelio & Lucio Vero, qui Antonino Pio, anno* 161 *menſe Martio defuncto, ſucceſſêre, è quibus Lucius Verus anno* 169, *Marcus Aurelius anno* 180 *exſtincti ſunt; Marco Aurelio patri ſuccedente Commodo. Idem porrò Euſebius in Chronico* S. Theophili *ordinationem anno Marci Aurelii & Lucii Veri octavo, ſeu anno Chriſti* 168 *aut* 169 *inchoato illigat: at cùm S. Proſper*

A *ſper Aquitanus in Chronico, ipſiſmet Euſebii verbis uſus, addat* Theophili *ordinationem, Aproniano & Paulo conſulibus, factam, Boſſchio in Tractatu de Patriarchis Antiochenis, tom.* IV *Julii præfixo, annum* 168 Theophili *ordinationem innectenti, libenter aſſentimur.*

tenuit annis 13.

11 *Quod autem ad alteram quæſtionem, quot ſcilicet annis Antiochenam ſedem occupárit, major eſt difficultas. Euſebius Hiſtoriæ Eccl. lib. & cap. paulò antè citatis Maximinum* Theophilo *ſucceſſiſſe ſcribit, ſed annum, quo id contigit, ibi non explicat; in Chronico autem Maximini ordinationem anno Marci Aurelii decimo ſexto, id eſt, Chriſti* 176 *factam ait: quod ſi ita accipiendum eſt, ut tum Maximinus erepto è vivis* Theophilo *ſucceſſerit, dubium non eſt, quin hîc lapſus in errorem Euſebius fuerit; cùm* Theophilus, *quam lib.* 3 *ad Autolycum ab orbe condito ad ſuam uſque tempora chronotaxim contexuit, ad Commodi, qui anno* 180 *Marcum Aurelium in imperio excepit, tempora uſque extendat, ac (num.* 27) *ad Chriſerotem, Marci Aurelii*

B *Veri libertum, qui conjulum, tribunorum & ædilium nomina temporaque* uſque ad obitum patroni ſui, imperatoris Veri, *deſcripſit, ableget Autolycum. Verùm Euſebius in Chronico Maximinum anno quidem Marci Aurelii decimo ſexto (Chriſti* 176) *Antiochenæ cathedræ admotum ſcribit,* Theophilum *autem tum obiiſſe non dicit. Quid igitur? Num vale Antiochenis infulis ante obitum dixit? Minimè verò: neque enim* Theophilus *gregem ſuum deſerere, nec Antiochenos tantum ſibi Paſtorem, dum in vivis ſuperſtes eſſet, eripi voluiſſe, admodùm apparet credibile, nec ullo teſte probari poteſt: ſed vero ſimile eſt, Maximinum,* Theophilo *ſocium & adjutorem datum, unà cum illo annorum aliquot ſpatio Antiochenam rexiſſe eccleſiam; utì citatus Boſſchius cenſet, eâdem operâ tum Euſebium ab errore vindicans, tum S. Nicephoro & Georgio Syncello auctoritatem ſartam tectamque conſervans; id quod hoc pacto ex ejus mente præſtabitur: primùm S. Serapionem Maximino ſucceſſiſſe anno* 189, *ſolidè probat, ubi de Serapione: tum Maximino annos regiminis univerſim tredecim, Euſebium, S. Nicephorum,*

C *Georgium Syncellum & Catalogum Harlemienſem ſecutus, tribuit, quibus ex annis* 189 *ſubductis, Maximini ordinatio cum anno* 176 *connectitur, quod cum Euſebio pulchrè congruit. Dein annos totidem ſeu tredecim, Nicephoro & Georgio Syncello auctoribus,* Theophilo *tribuit, qui additi anno* 168, *quo is ſedere cœpit, pertingunt ad annum* 181, *quo Commodus, Marci Aurelii ſucceſſor, jam imperabat: ex quo fit, ut annis circitèr quinque Antiochenæ eccleſiæ ſimul ambo præfuerint; id fortè exigentibus tum eccleſiæ Antiochenæ amplitudine, tum* Theophili *ſenio & frequentibus adverſus hæreticos conflictationibus: ita Narciſſus Hieroſolymitanus Alexandrum ſub Caracalla, ita Theotecnus Cæſareæ Palæſtinæ epiſcopus collegam habuit Anatolium, teſte Euſebio Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ apud Valeſium lib.* 6, *cap.* XI; *item lib.* 7, *cap.* 32. *Eutychium denique annos epiſcopatûs* Theophilo *quidem* 21, *Maximino verò* 9 *adſcribentem utrobique Boſſchius rejicit, magis certè cohærenter, quàm Tillemontius, qui tomo* 3 *Monum. Eccleſiaſt. pag.* 53,

ubi de Theophilo, Nicephoro, annos 13 *Theophilo tribuenti, rejectis annis* 21 *ab Eutychio aſſertis, adhæret; at pag.* 168, *ubi de S. Serapione, Eutychium, annos dumtaxat* 9 *Maximino tribuentem, rejecto Nicephoro, ut aſſertum à ſe Euſebii errorem tueatur, ſequendum ſibi exiſtimavit; quamquam priore loco Nicephorum & antiquitate & auctoritate Eutychio potiorem, & quidem meritò, pronuntiáſſet. Utut ſeſe res habeat, ex jam dictis certum non eſſe Euſebii, dum anno Marci Aurelii decimo ſexto initium epiſcopatûs Maximini adſcripſit, in Chronico lapſum, efficitur, quem pro indubitato Tillemontius habet.* AUCTORE J. B.

obiitque anno 181.

12 *Colligi ex jam dictis denique poteſt, quid ad quæſtionem tertiam, quo nimirum anno obierit, ſit reſpondendum: cùm enim anno* 168, *ùt dictum eſt, præeſſe Antiochenis cœperit; cùm poſt Marci Aurelii, quæ anno* 180 *contigit, mortem poſtremum ſaltem ad Autolycum librum ſcripſerit; cùm denique annis* 13 *ex Nicephoro & Georgio Syncello eccleſiam Antiochenam rexerit; nec hanc, dum ſuperſtes in hac vita fuit, miſſam feciſſe videatur, nec anni illi* 13 *ultra annum* E *181 excurrant, hoc eodem probabiliùs anno epiſcopum agere, & ſcribere & vivere deſiit. At, inquiet fortaſſe nonnemo, ex ipſomet* Theophilo, *librum ſaltem tertium ad Autolycum decennio circitèr ſeriùs ſcriptum eſſe, colligi videtur poſſe, quandoquidem ille eo libro Imperatorum à Julio Cæſare uſque ad Marci Aurelii Veri mortem colligens, annorum* 237 *ſummam numeret: ponamus igitur E C. cum Labbeo annum æræ Chriſtianæ vulgaris primum incidiſſe in annum Auguſti, ab inito imperio, quadrageſimum quartum: tum annis his* 44 *addantur tres (totidem enim ante Auguſtum regnavit Julius ſecundùm* Theophilum) *fient anni* 47: *his porrò ſubductis ex annis* 237, *reſidui fiunt anni æræ vulgaris circitèr* 190. *Hæc quidem rectè dicerentur, ſi ſincerum* Theophili *textum eſſe conſtaret: ego verò* Theophilum *neque* ϖκϛ', *hoc eſt,* 326, *utì codicem regium habere domnus Maran notat, neque* σλζ', *hoc eſt,* 237, *ſed* σκζ', *hoc eſt,* 227 *ſcripſiſſe contendo, non quòd annos* 237 *annorum ſumma, illic expreſſa, non complectatur, ſed quòd Claudii imperio anni circitèr* 10 *præter fas adjecti ſint, quod cùm amanuenſis non animadvertiſſet, annos* 227 *in* 237 *commutavit; ubi annos potùs Claudii corrigere ac annis* κγ', *hoc eſt,* 23, *annos* ιγ', *hoc eſt,* 13 *ſubſtituere debuiſſet; Claudio enim annos totidem & aliquot menſes ſcriptores paſſim tribuunt; regnâſſe autem annos* 23 *nemo unus veterum dixit: unde nec vero fit ſimile, hunc in errorem* Theophilum *fuiſſe prolapſum.* F

Antiochenorum præſulum, his annumeruto S. Petro, ordine ſeptimus.

13 *Primus eccleſiam Antiochenam rexit S. Petrus Apoſtolus, cui ordine ſucceſsére S. Euodius, S. Ignatius cognomento Theophorus, S. Hero, Cornelius, Eros: ſeptimus itaque* S. Theophilus *fuit. At ecce, cùm* S. Theophilum *ſeptimum Antiochenorum epiſcopum nomino, unà cum S. Hieronymo in Dupinianæ ferulæ plagas incurro, Dupinio in Bibliotheca ſua Eccleſiaſtica editionis ſecundæ tom.* 1, *pag.* 67 *in Annotatis lit.* b *verbis Gallicis, à me Latinè redditis, ita pronuntiante:* Eſt, ubi S. Hieronymus dicat, (*Theophilum*) ſeptimum fuiſſe (*Antiochenum nempe epiſcopum*) ſed fallitur. *Ita ille, nec plura. Cur ait:* Eſt, ubi Hieronymus dicat &c? *Quia ſcilicet non i-*

AUCTORE J. B.

gnorabat, *S. Hieronymum, qui* Theophilum *in Epiſtola ad Algaſiam* ſeptimum poſt Petrum *dixerat, alibi, ſcilicet in Chronico & libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, ſextum *dixiſſe: cur igitur erroris S. Hieronymum arguit? Quantò æquiùs primùm dixiſſet cum Boſſchio & Halloixio:* Quod eum ſextum dicat Euſebius (*Euſebium cum Hieronymo permutatum finge*) ..... morem in eo ſervat præcipuis Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptoribus uſitatum, cùm S. Petrum tamquam ἔξοχον ἄλλων, communi cum ceteris ordine non cenſent; non quaſi illius exſors fuerit, ùt obſervat Halloix in Vita S. Theophili cap. 3. Sed quod præcellens eſſet ac latius dominans. *Ac tum porrò addidiſſet; quòd autem eum in Epiſt. ad Algaſiam ſeptimum dicat, id ideo facit, quia præter Euodium, Ignatium, Heronem, Cornelium, Eronem*, Theophilum *Petrus, & quidem primus, Antiochenam rexit eccleſiam. Sed errorem S. Hieronymo, etſi nihil hujuſmodi merito, impingere, quàm iſtam in Apoſtolorum principe & Eccleſiæ capite præcellentiam agnoſcere Dupinius maluit. Eodem modo, quo hic locutus eſt de* S. Theophilo, *locutus eſt etiam S. Hieronymus de S. Clemente in Catalogo Script. Eccl. ita ſcribens:* Clemens, ... quartus poſt Petrum Romæ epiſcopus. Siquidem ſecundus Linus fuit; tertius Anacletus.

B

Notkeriana de S Theophilo annunciatio emendatur.

14 *Ceterum de rebus, à* Theophilo *in epiſcopatu geſtis, præter ea, quæ ex ejus ſcriptis, quibus pepercit invidia temporum, colliguntur, nihil quidquam ſcitur: quod verò Notkerus num.* 1 *laudatus ait, conſtituiſſe eum, ut annuatim ter jejunium die Sabbati ſecundùm prophetiam frumenti & olei celebraretur, non mihi magis, unde id Notkerus hauſerit, quàm Sollerio notum: imò verò id pluribus inveſtigare nihil aliud fore exiſtimo, quàm oleum & operam perdere, quandoquidem nihil hujuſmodi de* Theophilo *Notkerus ſcripſerit; ſed amanuenſium, ùt apparet, errore factum ſit, ut, quæ de jejunio iſthoc Notkerus in laterculo diei proximè ſequentis ſeu pridie Idus Octobris de S. Calliſto Papa, hujus nominis I, & martyre ſcripſerat, ad laterculum hodiernum, ſeu ad* III *Idus Octobris, tranſlata fuerint. Inſtituti enim à* Theophilo *jejunii nulla uſpiam, ùt dixi, mentio reperitur: contrà de Calliſto in Martyrologio Vaticano, à Dominico Georgio ad Romani Martyrologii calcem excuſo, ad diem* XIV *Octobris hæc lego:* Hic inſtituit jejunium trium temporum fieri in anno frumenti, vini & olei ſecundùm prophetiam, *nimirùm Zachariæ cap.* 8, ℣. 19, jejunium quarti, & jejunium quinti, & jejunium ſeptimi, & jejunium decimi erit domui Juda in gaudium & lætitiam, & in ſollemnitates præclaras. *Hæc item in Anaſtaſio Bibliothecario, anno* 1718 *Romanis typis excuſo:* Hic (*Calliſtus*) conſtituit jejunium die Sabbati ter in anno fieri frumenti, vini & olei ſecundùm prophetiam quarti, ſeptimi & decimi, *ſcilicet menſis, quæ ipſiſſima ferè ſunt Notkeri verba. Denique ipſiuſmet Calliſti ad Benedictum Epiſt., anno* 222 *data, exſtat apud Labbeum tom.* 1 *Concill., in qua columnâ* 609 *hunc in modum loquitur Pontifex:* Jejunium, quod ter in anno apud nos celebrare didiciſti, convenientiùs nunc per quatuor tempora fieri decernimus, ut, ſicut annus per quatuor volvitur tempora, ſic & nos quaternum ſolenne agamus jejunium per anni quatuor tempora. Et, ſicut replemur frumento, vino & oleo ad alenda corpora, ſic repleamur jejunio ad alendas animas; xta prophetæ Zachariæ vocem. *De his plura apud Labbeum in Annotatis Binii: mihi hæc delibâſſe ſufficiat, ut oſtendam, ad quem reſpexerit Notkerus, cùm de hoc jejunio mentionem fecit, videlicet ad Calliſtum, non ad* Theophilum. *Cùm itaque nihil, quod de rebus, ab illo geſtis, addamus, nobis ſuppetat, reliquum eſt, ut de ejus ſcriptis jam diſſeramus.*

C

D

§ II. S. Theophili ſcripta, partim exſtantia, partim deperdita vel latentia, partim ſpuria vel incerta.

S. Theophili ex Euſebio,

E *Uſebius lib.* 4 *Hiſt. Eccleſiaſt. cap.* 24 S. Theophili *Opera, ſuâ memoriâ adhuc exſtantia, ad hunc modum* (*Valeſio interprete*) *enumerat:* Theophili verò, quem Antiochenæ eccleſiæ epiſcopum fuiſſe (*cap.* 20) retulimus, tres ſuperſunt ad Autolycum libri, inſtitutionem fidei continentes. Alius etiam exſtat liber, quem contra Hermogenis hæreſim inſcripſit, in quo teſtimoniis utitur, ex Joannis Revelatione deſumptis, *quod ideo addit, quia dubitatum olim in eccleſia fuit, num Apocalypſis in divinorum librorum cenſum referenda eſſet, nec ne; dein ita pergit:* Exſtant & alii ejuſdem libri, in quibus elementa fidei noſtræ traduntur. *Ac rurſum, paucis interjectis:* Theophilus igitur unà cum ceteris adverſus illos hæreticos depugnavit, ùt conſtat ex quodam illius libro haudquaquam ſpernendo, quem contra Marcionem elaboravit: qui liber unà cum aliis, quos retuli, etiamnum exſtat.

E

ex S. Hieronymo,

16 *S. Hieronymum in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum nunc audiamus:* Theophilus, ſextus Antiochenſis eccleſiæ epiſcopus, ſub imperatore Marco Antonino Vero librum contra Marcionem compoſuit, qui uſque hodie exſtat. Feruntur ejus & ad Autolycum tria volumina; & contra hæreſim Hermogenis liber unus; & alii breves eleganteſque tractatus ad ædificationem Eccleſiæ pertinentes. Legi ſub nomine ejus in Euangelium & in Proverbia Salomonis Commentarios, qui mihi cum ſuperiorum voluminum elegantia & phraſi non videntur congruere. *Idem in Epiſtola ad Algaſiam* (*vide tom.* 4 *ejus Operum col.*197) Theophilus, Antiochenæ eccleſiæ ſeptimus poſt Petrum Apoſtolum epiſcopus, qui quatuor Euangeliſtarum in unum opus dicta compingens ingenii ſui notis monumenta dimiſit *&c; ac denique in Prologo in ſuos ſuper Matthæum Commentarios* (*citato mox tom. pag.* 3) Legiſſe me fateor ante annos plurimos in Matthæum, Origenis in Matthæum viginti quinque volumina, & totidem Homilias commaticumque interpetationis genus, & Theophili, Antiochenæ urbis epiſcopi, Commentarios, *quibus è Græcis* Hippolytum martyrem, Theodorum Heracleotem, Apollinarem Laodicenum, Didymum Alexandrinum; *è Latinis* Hilarium, Victorianum;

F

A ctorinum, Fortunatianum *addit*; è quibus, *inquit*, etiam, si parva caperem, dignum aliquid memoriâ scriberetur.

& ex ipsismet Theophili scriptis lucubrationes;

17 *Eusebio & Hieronymo addendus & ipse* Theophilus, *qui lib.* 2 *ad Autolycum ita de se ipso primùm quidem num.* 28 *scribit:* Ac de eo quidem (*dæmone*) longa est oratio: quapropter impræsentiarum missam faciamus ejus rei explicationem. Alibi enim de eo disputavimus. *Dein eodem lib., num.* 29*:* Ac ea quidem, quæ ad illos (*Abelem & Cain*) spectant, plurimam habent historiam, imò narrationis œconomiam: quare discendi cupidos accuratiùs potest de hac historia liber ipse, qui "Geneseos mundi" inscribitur, edocere; *tertiò num.* 30*:* Omnes autem generationes si pernoscere voluerint, qui discendi sunt cupidi, facilè est eas ex Scripturis Sanctis demonstrare. Jam enim à nobis aliqua ex parte instituta est, ùt suprà diximus", hæc disputatio, nempe Genealogiæ Series, in primo de Historiis libro. *Et paulò infrà ibidem:* De rebus autem Noë, qui Deucalion à nonnullis vo-

B catur, disputatio à nobis in eo, quem diximus, libro instituta est, quam potes tu quoque inspicere, si velis *Quartò lib.* 3, *num.* 19, *ubi de Diluvio, & Noë, qui arcam construxerat:* Quemadmodùm in alio libro demonstravimus. *Postremò etiam in Canticum Canticorum* Theophilus, *Antiochenus episcopus, scripserit, si reipsa ejus Fragmentum est, quod tamquam ab Eusebio in suis in Canticum Canticorum Commentariis, à Meursio editis, sub* Theophili *nomine allegatum in Spicilegio SS. Patrum, seculi* II, *tom.* I *exhibuit Joannes Ernestus Gravius pag.* 224, *& post hunc domnus Maran pag.* 601. *Habes igitur, quæ* S. Theophilo *tribuuntur, Opera: verùm an rectè?*

è quibus exstant,

28 Theophilo *quidem libros ad Autolycum tres, utì & libros adversus Marcionem & Hermogenem hæreticos scriptos concors tum Eusebii, tum Hieronymi satis superque auctoritas vindicat; quibus, quòd ad tres priores attinet, accedit Lactantius divinarum Institutionum lib.* I, *cap.* 23, *ubi hæc ex* Theophilo *profert:* Theophilus in libro de Temporibus

C ad Autolicum scripto (*librum* 3 *ad Autolycum intelligit, in quo, quæ sequuntur, num.* 29 *legere est, & chronotaxim ab Adamo ad Commodi usque tempora deducit*) ait in Historia sua Thallum dicere, quòd Belus, quem Babilonii & Assyrii colunt, antiquior Trojano bello fuisse invenitur trecentis viginti duobus annis. *Lactantius quidem* Theophilum, *non dicit episcopum; sed, cùm de eodem agat* Theophilo, *de quo Eusebius & Hieronymus, quo de hîc fieri sermonem censeamus, nisi de* Theophilo *episcopo Antiocheno? At Eusebius, ùt ait Dodwellus in Additamentis ad Pearsonii de Serie & Successione primorum Romæ Pontificum Opus posthumum pag.* 12, *fallitur, & Theophilum quemdam, ætate Juniorem, Antiochenum quidem, sed non episcopum, cum seniore* Theophilo *Antiocheno episcopo confundit*, aliisque demùm recentioribus plerisque (*ac fortasse etiam S. Hieronymo*) in errore præivit. *Itane verò? Velim igitur audire, cur Dodwellus Eusebio & Hieronymo, qui Theophili ad Autolycum libros & viderant & manibus triverant, Theophilum ipsum* Antiochenum *fuisse asserentibus, fidem habuerit; cùm autem* episcopum, *scilicet Antiochenum, dicunt, mox in errorem prolapsos dicat? Quid causæ est, cur illud asserentibus credat, hoc verò, non item? Certè in iis, quæ supersunt, Theophili scriptis nihil occurrit, unde illum vel ortu, vel habitatione magis, quàm dignitate episcopum Antiochenum fuisse extundas.*

AUCTORE J. B.

quidquid Dodwellus

19 *At, inquit Dodwellus,* Scripti illius ad Autolycum tempus, ni fallor, illa designant: "Præterea (Christianos) qui verum Deum »venerantur, hactenùs sunt persecuti nec ad»huc hodie persequi cessant καθ' ἡμέραν διώ»κωσιν." Et paucis interpositis: Τὰς ὑ σπεύδοντας πρὸς ἀρετὴν, ἢ ἀσκοῦντας βίον ὅσιον, ὡς μὲν ἐλιδοβόλησαν, ὡς ὑ ἐθανάδωσαν, ἢ ἕως τοῦ δεῦρο ὡμοῖς αἰκισμοῖς περιβάλλουσι. Ex vocibus illis καθ' ἡμέραν & ἕως τοῦ δεῦρο facilè colligimus, persecutione etiamnum vigente, nostrum hæc scripsisse Theophilum. Nec verò aliam, quàm Severi fuisse persecutionem, illud argumento est, quòd vim ejus σπεύδοντες πρὸς ἀρετὴν præcipuè sustinuerint, "Proselyti" nimirum; illorum enim, non aliorum, illam E Severi fuisse persecutionem, alibi probavimus. Nec antiquiorem aliquam persecutionem legimus, quæ in illos præcipuè sævierit. Et verò Antiochiæ illam Severi persecutionem cœpisse manifestum est, ut proinde illam aptè respicere potuerit Theophilus, licèt ipse non episcopus, Antiochenus tamen. Idem indicare videntur & verba, ἀσκοῦντας βίον ὅσιον. Nempe philosophicam illam ἄσκησιν denotat, quo nomine celebres erant ea ipsa persecutione Origenes ejusque discipuli martyres philosophi, quos proinde habuerit ob oculos Theophilus. Hos enim ipsos præ aliis impetebat eadem illa persecutio. Sic post annum æræ vulgaris CCIII scripserit Theophilus.

opponat,

20 *Ita est; persecutione adversus Christianos nondum cessante,* Theophilus *scripsit, ejusque meminit ad libri* 3 *calcem: at falsum, illic agi de persecutione sub Severo, qui imperare anno* 193 *cœpit, exortâ; nam, quemadmodùm loco mox citato durâsse Christianorum persecutionem ἕως τοῦ δεῦρο* usque nunc *dixit, ita annorum ab orbe condito* usque nunc *seriem, adhibitis iisdem vocibus, num.* 17 *exploratam dixit: quo autem usque sese extendat illud* usque nunc, *deinceps ostendit: nam numero* 24 *ab Adamo initium ducens, num. demùm* 27 *annos à Cyro, usque ad tempus, quo scribebat, colligens, ait:* à Cyri regno ad mortem imperatoris Aurelii Veri, anni 744, *quod num. seq. repetit; annos verò imperatorum colligens ait:* Tempus igitur cæsarum usque ad mortem Veri imperatoris est annorum 237, dierum 5. *Ex quibus efficitur,* Theophili *illud* usque nunc *in Marci Aurelii, non in Commodi, de quo, quòd, cùm scribebat, viveret, ne verbo quidem meminit, morte terminari; ac proinde per verba illa non Severi, sed Marci Aurelii Veri persecutionem indicari, verosimiliter non ubique terrarum sopitam, quamquam sub Commodo pacem ecclesiis toto terrarum orbe datam, lib.* 5 *Historiæ Ecclesiasticæ cap.* 21 *Eusebius scribat: nam & eo loci sub eodem Commodo Apollonium martyrem abs senatu capitis Romæ damnatum scribit:* Quippe veteri apud eos lege, *addit Eusebius*, sancitum erat, ut Christiani, qui semel in jus vocati fuerant, nisi à proposito

AUCTORE J. B.

suo discederent, nequaquam dimitterentur. *Quid ni & alibi hoc simile ad persequendos Christianos prætextu provinciarum urbiumque præsides, seu proprio in illos odio ducti, seu popularibus instigationibus obsequentes, etiam regnante Commodo, abuti potuerint?*

tres ejus libri ad Autolycum

21 *Cùm itaque* Theophilum *sui ipsius interpretem habeamus, frustrà ejus verba ad Severi persecutionem detorquere Dodwellus nititur: frustrà quoque dicit, verbis ex* Theophilo *excerptis Origenis discipulos, in quos Severianam persecutionem potissimùm incubuerit, indicari: utut enim in illos potissimùm Severi decretum collimâsse daretur, qua auctoritate, quibus rationum momentis evictum Dodwellus dabit,* Theophilum, *dum* Dei incorruptibilis & unici cultores *hactenùs gentilium persecutioni obnoxios fuisse, generatim ait, potissimùm proselytos seu Origenis discipulos respexisse. An, quòd Christianos illos, de quibus agit,* properâsse ad virtutem, exercuisse vitam sanctam *dicit? quasi verò id Origenis discipulis ita proprium fuerit, ut eam laudem Christi discipulis*

B *generatim tribuere non potuerit, quos* Theophilus *ipse & ab objectis criminibus defendit, &, ne aliunde Christianorum, qui seculo secundo fuére, encomia petam, ita eodem lib.* 3, *num.* 15 *laudat:* Procul autem absit à Christianis, ut iis quidquam hujusmodi facere in mentem veniat; apud quos adest temperantia, continentia colitur, unicum matrimonium servatur, castimonia custoditur, injustitia exterminatur, peccatum radicitùs evellitur, justitia exercetur, lex observatur, cultus Dei peragitur, Deus confitendo celebratur, veritas dominatur, gratia custodit, pax communit, sanctum verbum manu ducit, sapientia docet, vita dirigit, Deus regnat. *Plura, quibus Dodwellus refellatur, dabunt Ruinartius in Præfatione ad Acta SS. Martyrum sincera & Tillemontius tum ubi de* Theophilo, *tum ubi de persecutionibus imperatorum Marci Aurelii Veri & Commodi.*

hominem ethnicum doctumque, sed fructu incerto, scripti,

22 *Maneant itaque asserti* S. Theophilo, *sexto seu septimo Antiochenorum episcopo, tres ad Autolycum libri. Fuit autem Autolycus, à Christiana fide alienus, ut qui vel ipsum Christianum nomen* Theophilo *exprobrârit, sed quo*

C *hic se gloriari professus est; cetera verò vir eloquens, doctus, discendi cupidus, scriptis profanis addictus, judicii proprii tenax, prudens, sed tamen Christianorum calumniatoribus nimiùm credulus, diligens, rerum omnium explorator, etiam noctes in bibliothecis consumere solitus. Ita eum describit* Theophilus *partim initio lib.* 1, *partim sub finem* 2, *partim sub initium* III. *Cum* Theophilo *non scripto, utì Tillemontio tom.* 3 *Monumentorum Eccl. pag.* 51 *visum est, egit; sed familiari colloquio, utì* Theophilus *initio lib.* 2 *his verbis,* Cùm ante hos dies sermonem inter nos, optime Autolyce, haberemus, quærenti tibi, quisnam Deus meus esset, ac disputationi meæ (*quam verbotenus cum Autolyco habitam dein scripto commisit*) aures aliquandiu præbenti religionem meam exposui, *satis indicat. At quem fructum* Theophilus, *sive è suis cum Autolyco colloquiis, sive ex lucubrationibus suis scripto traditis retulit? Primùm quidem cum* Theophilo *durius egit; sed, eo audito, mansuetior discessit; quod* Theophilus *ipse testatur verbis jam proximè citati continuò subdens:* Ita tum D discessimus, ut amicissimi domum rediremus, quamvis primò duriusculè mecum egisses. *Nihil quidem, ut Autolycum Christo lucrifaceret,* Theophilus *prætermisit; num scopum, ad quem collimabat, attigerit, asserere non ausim. Lib.* 3 *equidem num.* 1 *de Autolyco* Theophilus *ait:* Post sermones mecum habitos adhuc pro delirio habes doctrinam veritatis; *eidemque libro, ad Autolycum postremo, ita finem imponit:* Si vis igitur, hæc diligenter evolve, ut habeas symbolum & pignus veritatis; *quæ hominem, qui veritati manus jam dedisset, nequaquam sapiunt.*

ac variis editi prelis.

23 *Ceterùm hoc* Theophili *ad Autolycum opus evolventi, & vel ex textibus ex eo interdum suprà transcriptis, manifestum fiet, eum non immeritò ab Adone* virum eruditissimum *appellatum, nec inanes esse, quas ei Eusebius & Hieronymus tribuerunt, laudes. Lucubrationes ejus* divinas *appellat Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum:* Profanæ & sacræ eruditionis promptuarium *Natalis Alexander Seculo secundo Hist. Ecclesiasticæ cap.* E 3, *art.* 5, *num.* 1. *Rationes item ejus vehementes, stylum cumprimis perspicuum idem asserit. Dupinio libri illi documentis moralibus & allegoriis pleni, stylo elegantes, concinni, ut de ejus eloquentia dubitare sit nefas: horum analysim si quæras, adi Tillemontium Hist. Ecclesiasticæ tom.* 3, *pag.* 51 *& seq.; Dupinium in Bibliotheca Scriptorum Eccl. tom.* 1, *pag.* 66; *Ceillierum tom.* 2 *Script. Sacrorum & Ecclesiasticorum pag.* 104 *& quatuor seqq.; Nourryum in Apparatu ad Bibliothecam maximam Veterum Patrum, anno* 1703 *Parisiis edito, col.* 497 *& quatuor seqq.; denique domnum Maran, Congregationis S. Mauri alumnum, qui singulis* Theophili *ad Autolycum libris propriam præfixit analysim, & part.* 1 *Præfationis cap.* 3 Theophili *editiones ita enumerat:* Jam diximus, S. Theophilum Græcè primùm prodiisse, unà cum Tatiano Tiguri in fol. anno 1546 operâ Joannis Frisii. In eadem urbe ac eodem anno prodiit Latinè ex interpretatione Conradi Clauseri, quæ quidem interpretatio habetur in Bibliothecis Patrum, Paris. 1575, 1589, 1609, 1644; Colon. 1618; Lugd. 1677. Græcè autem & Latinè exstat hoc opus inter Orthodoxos anno F 1555 Basil. fol.; in Auctario Bibliothecæ Patrum, Paris. 1624 cum Notis Frontonis Ducæi: post Opera S. Justini 1615, 1636, & Colon. seu potiùs Vittebergæ 1686. Anno 1684 prodiit Oxonii nova editio librorum ad Autolycum, operâ Joannis Felli, episcopi Oxonienfis, qui codicem Ms. è Bibliotheca Bodleiana habuit, ac interpretationem Clauseri nonnullis in locis emendavit, brevesque Notas adjunxit. Concedunt hæ omnes editiones Hamburgenfi, quæ prodiit anno 1724 in 8° operâ Joannis Christophori Wolfii, Pastoris ad D. Catharinam Hamburg. & Scholiarchæ. Is contextum contulit cum Bodleiano codice & regio Parisiensi, suisque & aliorum Notis illustravit, ac interpretationem pluribus locis emendavit. *Quibus adde ipsammet hujus auctoris tum editionem, tum interpretationem, quæ anno* 1742 *Parisiis prodiit.*

24 *Quos autem Eusebius & Hieronymus vidêre* Theophili *adversus Marcionem & Hermogenem*

Perierunt autem aut latent ejus libri adversus Marcionem & Hermogenem.

mogenem libros, hi vel non exstant, vel alicubi in tenebris delitescunt: de Marcione sub annum 150 *ita locutus est S. Justinus Martyr Apologiâ* 1, *num.* 26 *ex versione domni Maran, jam sæpiùs laudati:* Marcionem etiam quemdam Ponticum (*dæmones immisêre*) qui etiamnum supereſt ac discipulos docet, alium quemdam agnoscere majorem mundi Opifice Deum. Hic in omni hominum genere dæmonum adjumento perfecit, ut multi in blasphemias erumperent, ac universi Creatorem Deum Christi Patrem esse negarent, & alium quemdam, utpote majorem, majora, quàm illum, perfeciſſe profiterentur. *Hermogenes, in quem* Theophilus *calamum strinxit, idem videtur, qui Hermogenes ille, de quo Tertullianus, tamquam adhuc in vivis agente, cùm librùm de Præscriptionibus (sub initium seculi tertii) scriberet, ita meminit cap.* 30: Ceterùm Nigidius, nescio qui, & Hermogenes, & multi alii adhuc ambulant pervertentes vias Dei. *Docebat ille, nihil creatum esse ex nihilo, sed producta ex materia, quam*
B *Deo ab æterno coexstitisse aiebat: unde Tertullianus eodem libro cap.* 33 *ipsum præcipuumque ejus errorem ita explodit:* Idem Apostolus (*Paulus*) cum improbat elementis servientes (*ad Gal.* 4) aliquem Hermogenem ostendit, qui materiam non natam introducens, Deo non nato eam comparat, & ita matrem elementorum deam faciens, potest ei servire, quam Deo comparat.

cujus errorem etiam lib. 1 *ad Autolycum refellit,*

25 *Hunc errorem* Theophilus *etiam lib.* 2 *ad Autolycum num.* 4, *à Tertulliani ratiocinio non multùm abludens, ita confutavit:* Plato autem, & qui eum sequuntur, Deum quidem fatentur ingenitum; sed deinde statuunt, duo esse ingenita, Deum & materiam, eamque Deo coævam esse dicunt. Quod si Deus ingenitus, & materia ingenita, non jam Deus Creator est omnium secundùm Platonicos, nec Dei constabit monarchia, quantùm in ipsis est. Dein quemadmodùm Deus, quatenùs ingenitus, etiam immutabilis est, ita & materia, si esset ingenita, immutabilis quoque & Deo æqualis foret: quod enim genitum est, verti & mutari potest, ingenitum autem
C nec verti potest, nec mutari. Quid autem magni esset, si Deus ex materia subjecta mundum faceret? Opifex enim apud nos cùm materiam ab aliquo acceperit, ex ea, quidquid placuerit, effingit. Dei autem potentia in eo spectatur, ut ex nihilo faciat, quæcumque voluerit: quemadmodùm animam & motum dare non est alterius cujusquam præterquam Dei. Homo enim imaginem effingit, sed rationem, respirationem aut sensum dare non potest operi suo; Deus verò hoc ampliùs habet, ut ratione & respiratione & sensu præditum opus efficiat. Quemadmodùm igitur in his omnibus potentior est Deus, quàm homo, ita etiam in eo, quòd ex nihilo producat & produxerit, quæcumque voluit, & quo voluit modo. *Hunc denique errorem, Hermogene auctore, sub seculi demùm tertii annum sexagesimum, quod vult Prateolus, non emersisse, sed inde à seculo secundo jam natum fuisse, ex iis, quæ de Tertulliano ac de* Theophili *obitu sunt dicta, satis ostendunt. Hæc de* Theophili *libris, ab Eusebio nominatim expressis, dicta sint hactenus; num quid in suis ad Autolycum libris à fide Christiana alienum senserit, tum demùm, cùm de ceteris eidem adscriptis Operibus egerimus, examinabitur.*

AUCTORE J B.

26 *Eusebius, posteaquam* Theophili *ad Autolycum, adversus Marcionem & Hermogenem libros nominatim expressit, addit* Καὶ ἕτερα δέ τινα κατηχητικὰ αὐτοῦ βιβλία. Exstant & alii ejusdem libri, in quibus elementa fidei nostræ traduntur, *ut Valesius, vel*, & aliis breves eleganteſque Tractatus (*ejus feruntur*) ad ædificationem Eccleſiæ pertinentes; *ut Hieronymus vertit. Eosdem igitur, quos Eusebius,* Theophili *libros eatenùs memoravit Hieronymus: verùm cùm de ejus in quatuor Euangelia & Salomonis Proverbia lucubrationibus deinceps loquitur, non jam illas* catecheticas *seu* breves ad ædificationem Eccleſiæ pertinentes Tractatus, *sed* Commentarios *vocat: quo pacto duo videtur innuere; primùm quidem* Commentarios *illos diversos esse ab aliis* Theophili *libris, quos jam antea ex Eusebio memorârat: alterùm verò,* Theophilum *non tantùm* quattuor Euangeliſtarum in unum opus dicta compegiſſe, *utì in Epistola ad Algasiam loquitur, sed & ea, ita compacta, commentando insuper interpretatum. Porrò verò, num hi Commentarii verè* Theophili *essent, dubitavit: primùm enim Commentarios hosce ab Eusebio ne tacitè quidem recensitos videbat; quæ prima illi fuisse videtur dubitandi ratio: altera fuit, quòd Commentarios hosce ceteris ejus operibus elegantiâ, imò &* phraſi *parùm congruere perspiceret. Fateor quidem, Hieronymum, cùm ad Algasiam scriberet, dubium suum nullo prorsus prodidisse indicio; sed cùm illic obiter dumtaxat* Theophilum *citet, in Scriptoribus autem Eccl. de ejus scriptis ex professo agat, illic cùm multis & minùs accuratè, hìc verò, arte critica duce, accuratiùs loqui censendus est. Id itaque unum ex Hieronymo efficitur, ejus ætate hujusmodi Commentarios,* Theophili *quidem nomine insignitos, fuisse visos; sed fortè fictitio. Verùm quo idiomate scripti erant? Cùm S. Hieronymus hos Commentarios à reliquis* Theophili *operibus elegantiâ superari ac phrasi differre dixerit, Græca Græcis procul dubio contulit: ridiculè enim Latinam Commentariorum versionem, de qua nihil Hieronymus, cum ceteris* Theophili *operibus, Græcè procul dubio scriptis, quantùm ad elegantiam comparâsset, & num genuini* Theophili *fœtus essent hi Commentarii, ob minorem Latini textûs elegantiam dubitâsset, quod, ob mox dicenda, hìc obiter juverit observâsse.*

uti & alia quædam ejus scripta: scripseritne in Euangelia Commentarios, Hieronymus ambigit;

27 *Exstant tom.* 2, *part.* 2, *pag.* 166 *& seqq. Bibliothecæ Lugd. Veterum Patrum* S. P. noſtri Theophili, patriarchæ Antiocheni, Commentariorum sive allegoriarum in sacra quatuor Euangelia *libri quatuor, quos ex Græco* Theophili *fonte Latinè redditos volunt: ita censent Bellarminus, Labbeus de Script. Eccl., Halloixius in* S. Theophili *Vita, S. Hieronymi testimonio & auctoritate nixi; verùm is, si quando* Theophili *in Euangelia Commentarios nominatim citat, qui loqui censeri debeat, num. superiore jam diximus. Adhæc Halloixius in Vita* S. Theophili *cap.* 5 *varios Hieronymi textus congerit, iisdem aut ferè iisdem, quibus in dicta Commentariorum versione Latina leguntur, verbis conceptos, quibus, tacito vel expresso* Theophili *nomine, Hieronymus, uti*

Commentarii verò Latini, qui sub Theophili nomine exstant in Bibl. PP. Lugd. nec Hieronymo noti fuisse videntur,

AUCTORE J. B.

utì contendit, eſt uſus : at primò quidem, Latina illa verſio, utì paulò antè obſervatum eſt, Hieronymo ignota fuiſſe videtur, qui certè de illa ne verbo quidem meminit : quod ſi nec Latinam verſionem Hieronymus, nec hunc verſionis auctor viderit, qui factum, ut vocibus, cùm tot Theophili *textus è Græco fonte Latinè interpretantur, iiſdem utrique, aut pœnè iiſdem utantur ? Præterea S. Cypriani in Epiſtola ad Magnum de Sacramento Euchariſtico inſignis hìc locus eſt:* Nam quando Dominus Corpus ſuum Panem vocat de multitudine granorum adunatione congeſtum, populum noſtrum, quem portabat, indicat adunatum; & quando Sanguinem ſuum Vinum appellat de botris atque acinis plurimis expreſſum atque in unum coactum, gregem item noſtrum ſignificat, commixtione adunatæ multitudinis copulatum. *Eadem ferè tom. 2 Bibl. Lugd. Veterum Patrum part. 2, pag. 171, col. 1* Theophili, *ùt volunt, interpres Latinus, hæc Matt. cap. 26 verba :* Hoc eſt Corpus meum, hic eſt Calix ſanguinis *interpretans habet :* Corpus ſuum, *inquit*, Panem dicens de multorum adunatione congeſtum, populum hunc, quem aſſumpſit, indicat adunatum. Sanguinem ſuum Vinum appellans de botris atque acinis pluribus expreſſum & in unum coactum, item congregationem noſtram ſignificat, commixtione adunata multitudinis copulatam. *Num hæc etiam Cyprianus ex ipſius* Theophili *ſcriptis Græcis, vel ex ejus interprete Latino mutuáſſe dicetur ? Si primum aſſerueris, redit eadem quæſtio, quî factum fuerit, ut S. Cyprianus iiſdem ferè, quibus Latinus* S. Theophili *interpres, fuerit uſus : ſi ſecundum, qui Latinum* Theophili *interpretem S. Cypriano notum fuiſſe evincetur ? nam dicere SS. Hieronymum & Cyprianum ſua ſeu ex* S. Theophili *ſcriptis Græcis, ſeu ex ejus Latino hauſiſſe interprete, eſt ſibi ſumere, quod in quæſtione verſatur.*

nec è Græco Theophili fonte tranſlatì, ſed Latinè

28 *Et verò alia argumenta non deſunt, quibus non Hieronymum & Cyprianum (addi poſſet & S. Ambroſius) ex Latinis iſtis in 4 Euangelia Commentariis, ſed horum potiùs auctorem ex Hieronymi, Cypriani aliorumque ſcriptis ſuos conſuiſſe Commentarios. Nam primò Commentarii iſti non tantùm cum elegantia* Theophili *comparari non poſſunt, ſed opus etiam planè indigeſtum, quodque tanto Viro indignum videri poſſit, conſtituunt. Quid quòd eorum auctor ea dicat, quæ ab homine Græco proficiſci nequaquam potuerunt ? Lib. 1, pag. 167, col. 1 ait:* Civitas à civibus dicitur *: at Græcis radix eſt* πόλις civitas *; derivatum autem* πολίτης, civis *; & paulò pòſt in illud Matth. cap. 5* Jota unum vel unus apex non præteribit à lege, donec hæc omnia fiant, *ſic ſcribit :* Per Jota Vetus ſignificat Teſtamentum, quo decalogus continetur: Jota enim pro decem apud Græcos; apex autem, quatuor litteras habens, per Euangelium quadruplex Teſtamentum indicat Novum. *Quis umquam Græcus ita loqui potuit? Græcè enim Latina vox* apex *per vocem* κεραία, *quæ 6 litteris conſtat, apud Matth. exprimitur. His alia quædam, quibus Commentarios illos* Theophilo *abjudicent, Critici non nonnulli adjiciunt, ſed quæ minùs mihi videntur efficacia : quærunt, cur Hieronymus in cap. 3 Matth. rationes, ob quas à Maria Virgine deſponſata Jeſus Chriſtus conceptus fuerit, exponens, allatis tribus nec ullo auctore citato, Ignatium mox citet his verbis:* Martyr Ignatius etiam quartam addidit (*ſeu potiùs tacitè indicavit in Epiſtola ad Epheſios*) cauſam, cur à deſponſata conceptus ſit, ut partus, inquiens, celaretur diabolo : dum eum putat non de Virgine, ſed de uxore generatum; *non verò* Theophilum, *apud quem, ut tantiſper fingere lubet, iiſdem ferè vocibus, quibus Hieronymus uſus eſt, quarta illi ratio expreſſa legitur ? ſed reſponderi poſſet, id ab Hieronymo propterea factum, quòd quartam cauſam primus Ignatius protulerat, eamque ex deceſſore ſuo* Theophilus *didicerat.*

primùm exerati

29 *Præterea, inquiunt, negat Victor, presbyter Antiochenus (vide tom. 4 Bibl. Veterum Patrum Lugdunenſis pag. 370, col. 2) ſe reperiſſe ullum, qui in Marci Euangelium diſſeruiſſet, licèt veterum monumentorum indices ſtudiosè evolviſſet ; at id ſolùm fortè indicare Victor voluit, neminem abs ſe repertum, qui ſolum Marci Euangelium, quod ipſe præſtare aggrediebatur, ſeparato volumine explicuiſſet, ideoque ait, ſe iis, quæ Eccleſiæ doctores in Marcum* ſparſim & per partes *annotárant, uſurum & in unum corpus redacturum. Certum porrò eſt, Commentarios in Euangelia vidiſſe Hieronymum, qui* Theophili *ſaltem nomen præ ſe ferebant. Objiciunt etiam in Latino iſto Commentario mentionem de monachis injici : ſic habet :* In lecto eſſe, *inquit pag. 170, col. 1, illius ſeu auctor ſeu interpres,* monachos ſignificat, qui amant quietem, alieni à tumultu generis humani, & Domino ſervientes. *Quid ſi per monachos intellexerit viros, qui nullis votis adſtricti, nulli religioſo ſub uno ſuperiore cœtui adſcripti, vitam ab hominum conſortio remoti quidem, ſed ſui juris tamen, agerent, Dominoque ſervirent ? Num tales ſeculo 2 non exſtitére ?*

poſt S. Hieronymi tempora:

30 *Verùm, cùm ex dictis Latinus ille commentator, non tantùm* Theophilo, *ſed etiam Hieronymo Ambroſioque ſit junior, quâ is ætate vixit ? Nihil equidem in eo reperi, unde ejus ætatem accuratè definiam: videri tamen poteſt, utì Ceillierus obſervat, poſt Eutychetem ſcripſiſſe ; Eutyches, anno 451 à concilio Chalcedonenſi damnatus, propter perſonam in Chriſto unam, unam quoque naturam adſtruxerat. Videſis modò, quàm perſpicuè Eutycheti contradicat:* Sciendum eſt, *inquit pag. 175, col. 1,* quòd Chriſtus Dominus noſter ita verus Homo & verus eſt Deus : de Patre Deo (*ſupple*) Deus; de matre Homine Homo. *Nec minùs perſpicuè Neſtorio, propter naturas in Chriſto duas, duas quoque perſonas aſſerenti, contradicit, pag. 174, col. 1 ita ſcribens :* Idem eſt ergò Homo & Deus, id eſt, Chriſtus una Perſona eſt. *Accedit Operis titulus libro 1 præfixus, niſi is aliena manu fuerit adjectus, in quo* Patriarcha Antiochenus *appellatur ; at is titulus eo, quo hìc adhibetur, ſenſu, primùm Leoni Papæ in concilii Chalcedonenſis Actis attributus fuit. Vide Thomaſſinum de Diſcipl. Eccl. lib. 1, cap. 3, num. 13. Nec Antiochenos præſules* patriarchas *priùs dictos fortè reperias, quàm in SS. Euthymii, Sabæ & Theodoſii Vitis ſeculo* VI *ſcriptis.*

31 *Nec verum videtur, quod Ceillierius ait, Hieronymum in Epiſt. ad Algaſiam ſcripta Opus aliquod*

qui tam in Script. Eccl., quàm in Ep. ad Alg. de uno eodemque Theophili opere, etsi dubio, loquitur; nec Theophilo tribuit, quod Tatiani fuit.

aliquod Theophili, *ab iis in Euangelium Commentariis, quos lib. de Script. Eccleſiaſticis ſub ejus nomine legiſſe ſe dixit, diverſum indicâſſe. Verba Hieronymi integra in citata mox Epiſtola ita ſe habent:* Theophilus, Antiochenæ eccleſiæ ſeptimus poſt Petrum Apoſtolum epiſcopus, qui quatuor Euangeliſtarum in unum opus dicta compingens, ingenii ſui nobis monimenta reliquit, hæc ſuper hac parabola, in ſuis Commentariis eſt locutus: *mox autem parabolam de divite & villico iniquitatis ex* Theophilo *ſeu vero ſeu perſonato verbis bene multis exponit: unde non ſolùm Euangeliſtarum dicta in unum opus* Theophilus *compegiſſe, ſed eâdem operâ ſuis etiam, utì num. 26 dicebam, commentationibus illuſtrâſſe videtur. Suſpicatus eſt Valeſius in Annotationibus in cap. 29, lib. 4 Euſebii, Hieronymum, cùm* Theophilum *Antiochenum quatuor Euangeliſtarum dicta in unum opus compegiſſe dixit, memoriâ lapſum, huic, quod Tatiani erat, tribuiſſe: ſed neque mihi arridet illa ſuſpicio: ut enim gratis Valeſio concedamus, Hieronymum, cùm iſta de* Theophilo *ad Algaſiam ſcripſit, in ſcriptoris nomine erráſſe, certè cujuſmodi opus ipſum eſſet, probè meminerat; cui igitur uſui operis fraudulenti, ab homine hæreſi infecto profecti, Algaſiæ mentionem injeciſſet?*

B

Periit item aliud ejus opus, cujus lib. 3 ad Autol. meminit: num Canticum Canticorum fuerit commentatus, incertum.

32 *Hactenùs de* S. Theophili *lucubrationibus ex Euſebio & Hieronymo; ſed & alias, quas vel non vidêre, vel nominatim non recenſuêre, ſed quarum ipſe in ſuis ad Autolycum libris meminit, elaboráſſe videtur; primus locus occurrit lib. 2, num. 28:* Ac de eo quidem (*dæmone*) longa eſt oratio: quapropter impræſentiarum miſſam faciamus ejus rei explicationem; alibi enim de eo diſputavimus. *Secundus locus ibidem num. 30:* Jam enim à nobis aliqua ex parte [alibi] inſtituta eſt, ùt ſuprà diximus, hæc diſputatio, nempe genealogiæ ſeries, in primo de Hiſtoriis libro. *Et paulò infrà:* De rebus autem Noë, qui Deucalion à nonnullis vocatur, diſputatio in eo, quem diximus, libro inſtituta eſt, quam potes tu quoque inſpicere, ſi velis. *Cùm num. hoc 30 ad librum aliquem, priùs à ſe citatum, remittat Autolycum, nec uſquam alibi, quàm num. 28 Operis abs ſe facti meminerit, idem utrobique Opus deſignáſſe videtur; ſanè cum in eo Opere primorum hominum genealogiam explicuerit, fieri facilè potuerit, ut ibidem de dæmone multa diſſeruerit occaſione Evæ, à dæmone ſub ſerpentis forma deceptæ. Ejuſdem item Operis mentionem facere videtur, cùm lib. 3, num. 19 per Noë ad pœnitentiam homines vocatos fuiſſe, à ſe* in alio libro *demonſtratum ait. Rurſum num. 3 ejuſdem libri de deorum ſceleribus agens ait, ſe de illis* in alio libro *accuratiùs diſputáſſe, quem quidem librum, ùt à ceteris* Theophili *libris hactenus memoratis diverſum Nourryus habet; ſed mihi hoc loci* Theophilus *librum 1 ad Autolycum, in quo num. 9 deorum flagitia perſtringit, indicáſſe videtur. Quid quod & in Canticum Canticorum ſcripſerit? Nam & Fragmentum Commentarii Theophili ab Euſebio in Expoſitione Cantici, à Meurſio edita, adhibitum affert Gravius in Spicilegio SS. Patrum 1, II & III ſeculi tom. 2, pag. 224. At ſi Euſebius hoc* S. Theophili *Commentario uſus eſt, qui factum eſt, ut Commentarios illius in Proverbia Salomonis memorârit, nullam autem Commentariorum ejus in Canticum Canticorum nec in Chronico, nec in Hiſtoria Eccleſiaſtica mentionem fecerit? Imò nec Fragmento illo uſum eſſe Euſebium, ſatis certum eſſe, oſtendit Ceillier tom. 4, pag. 354 & ſeq.*

C

AUCTORE J. B.

§ III. Num quid minùs rectè de SS. Trinitatis Myſterio ſenſerit.

Viſus quidem eſt nonnullis S. Theophilus

Etſi quidem eloquentiâ plurimùm valeret Theophilus, *ubi tamen de Sanctiſſimæ Trinitatis Myſterio loquitur, verbis interdum utitur, ùt ſecundo ſeculo & ante Nicænum concilium ſcribens, haud omninò perſpicuis; unde factum, ut Spiritum cum Verbo confudiſſe, unam tantùm in Trinitate Perſonam, aut inæqualitatem in ea Perſonarum agnoviſſe Petavio aliiſque ſit viſus.* Inter Chriſtianos quippe doctores, *inquit Huetius, epiſcopus Abrincenſis, Origenianorum lib. 2, num. 10,* qui ante Nicænam floruerunt ſynodum, multi de Trinitatis Myſterio parùm cautè locuti ſunt. Inſincera certè fuit Tatiani, & Tatiano vetuſtioris Juſtini de Trinitate doctrina. In eamdem venit criminationem Pſeudo-Clemens, venit & Theophilus Antiochenus. *Et num. 25* Juſtinus, Athenagoras, Theophilus Antiochenus, ipſe Tertullianus & Lactantius, Deum dixerunt, cùm mundi creationem meditaretur, Verbum ſuum protuliſſe, quo adminiſtro in rerum molitione uteretur. *Qui explicari citati ab Huetio ſcriptores queant, à domno Prudentio Marand lib. 4 de Divinitate Chriſti expoſitum eſſe, lego in Domn Caroli & Caroli Vincentii de Larue, è Congregatione S. Mauri monachorum & Operum Origenis editorum, in citata mox Huetii verba Annotatis; quo quidem Opere caremus: at ejus mentem ſatis, ùt opinor, quod ad* S. Theophilum *pertinet, ex Annotatis, quæ libris ad Autolycum ſubjecit, exploratam habemus. Nobis ſolùm hic* Theophilum *ab errore vindicare propoſitum eſt, ac primùm* Theophili *locos, unde iſtæ criminationes ſunt natæ, lectori exhibebimus, iis dein, quam poterimus, medelam allaturi.*

D

de SS. Trinitatis Myſterio

34 *Primus locus ſeſe offert lib. 2 ad Autolycum num. 10 ac ita habet, Marando interprete:* Ac primò quidem ſummo conſenſu docuêre (*Prophetæ*) Deum ex nihilo omnia creâſſe. Nihil enim Deo coævum, ſed cùm ipſe ſibi locus, nec ulla re egeat, ac ſæculis antiquior ſit, hominem facere voluit, cui innoteſceret; huic homini mundum præparavit. Nam, qui creatus eſt, multis rebus eget, increatus autem nullâ omninò. Habens igitur Deus ſuum ipſius Verbum in propriis viſceribus inſitum (ἐνδιάθετον) genuit illud cum ſua ſapientia, proferens ante omnia. Hoc Verbo uſus eſt adminiſtro operum ſuorum, & per illud omnia condidit. Vocatur (*hoc Verbum*) principium (*rerum creatarum*) eò quòd principatum habeat & dominatum eorum omnium, quæ per ipſum erecta ſunt. Hic (*lege* hoc, *nempe Verbum*) cùm ſit Spiritus Dei & principium, & ſapientia & virtus Altiſſimi, deſcendebat in Prophetas, ac per eos de mun-

E

F

AUCTORE J. B.

di creatione & cæteris rebus loquebatur; nondum enim erant prophetæ, cùm mundus crearetur, sed tantùm Sapientia Dei, quæ est in ipso, ac sanctum Verbum ejus, quod ei semper adest. *Atque hoc quidem loco, cùm dicit:* Hoc (*nempe Verbum*) cùm sit Spiritus Dei, *Spiritum Sanctum cum Verbo seu Filio confundere; cùm verò Verbum* administrum (ὑπήργον) *Dei seu Patris nominat, Filium Patre minorem, quod Arianum est, facere videri potest.*

minùs rectè locis

35 *Alter verò locus eodem lib., num.* 22 *ita habet:* Dices igitur (*Autolycum alloquitur*) mihi: Deum dicebas comprehendi loco non debere; quomodò eum nunc in paradiso dicis ambulare? Audi, quid respondeam: Deus & Pater universorum non potest ille quidem comprehendi, nec invenitur in loco, neque enim est locus requiei ejus. Sed ejus Verbum, per quod fecit omnia, cùm sit ejus virtus & sapientia, assumens Patris & Domini universorum personam, veniebat in paradisum sub persona Dei, & cum Adamo

B colloquebatur. Nam & ipsa nos divina docet Scriptura, Adamum dixisse, auditam esse à se vocem. Vox autem illa, quid aliud esse potest, quàm Verbum Dei, quod ejus quoque Filius est; non ùt poëtæ & fabularum scriptores filios deorum ex concubitu genitos fingunt; sed ùt veritas narrat, Verbum semper existens & in corde Dei insitum. Τὸν ὄντα διαπαντὸς ἐνδιάθετον. Antè enim, quàm quidquam fieret, eo utebatur consiliario; quippe cùm ejus mens sit & prudentia. Cùm autem voluit Deus ea facere, quæ statuerat, hoc Verbum genuit, prolatitium (προφορικὸν) primogenitum omnis creaturæ; non ita tamen, ut Verbo vacuus fieret, sed ut Verbum gigneret & cum suo Verbo semper versaretur. Hæc nos docent Scripturæ Sanctæ, & quotquot Spiritu Sancto afflati fuêre, in his Joannes ita dicens: "In principio erat Verbum, »& Verbum erat apud Deum." Quibus verbis ostendit, initio solum fuisse Deum & in eo Verbum. Tum addit: "Et Deus erat Ver»bum, omnia per ipsum facta sunt, & sine »ipso factum est nihil." Verbum igitur cùm

C Deus sit & ex Deo genitum, illud Pater universorum, cùm ita visum fuerit, mittit in aliquem locum, quò cùm venerit, auditur & videtur missum ab eo & in loco invenitur.

hic citatis locutus;

36 *Expensis hisce* Theophili *verbis, roget quis* 1°, *cùm Verbum Patris virtutem, sapientiam, mentem, prudentiam nominet, num sufficienter Patrem à Filio distinguere videtur? dein, à Verbo Patris personam assumptam aiens, num Verbum tamquam personam à Patre numero distinctam agnoscit? Postremò, cùm ait,* Hoc Verbum genuit, cùm voluit Deus ea facere, quæ statuerat, *nonne satis dilucidè declarat, tum demùm à Deo Patre Verbum seu Filium fuisse genitum, cùm mundi creationem meditaretur, ut eo administro in rerum creatione uteretur? Ad hæc primùm universim respondeo,* Theophilo *propositum non fuisse, omnia ac singula, quæ ad Mysterium SS. Trinitatis spectarent, enucleatiùs exponere, sed eò tantùm vires intendisse, ut Autolycum ad unius veri Dei agnitionem, ad fidem resurrectionis, ad lectionem denique* Scripturarum *adduceret, jactisque his veluti fundamentis, ad cetera fidei Christianæ mysteria credenda dispo-*

neret: at nondum eò adduci se passus Autolycus fuerat. Quod si quæpiam de Patre, Filio & Spiritu Sancto hinc inde in medium attulit, id eum ita feciſſe aio, ut dictis suis abundè inferere non prætermiserit, ex quibus eum ab objectis erroribus fuisse alienum, satis appareat. D

sed neque Verbum

37 *Quod enim ex num.* 10, *lib.* 2 *ad Autolycum suprà objiciebatur, confudisse illum Verbum cum Spiritu Sancto, vim non habet; Verbum illic quidem* Spiritum Dei *nominat; sed non ita, ut Personam Spiritûs cum Verbo confundat; sed Verbum* Spiritum Dei *vocat, quòd per Verbum omnia, utì creata sunt, ita & per illud vivificantur & conservantur. Eruitur ex ipsomet* Theophilo *hæc interpretatio; dixit enim lib.* 1, *num.* 3: Si Spiritum (*Dei*) dico, ipsiusmet (*vel, ùt domnus Marand interpretatur*) meam ipsius respirationem dico: *& rursus num.* 7: Hic Deus meus est universorum Dominus, ... qui fundavit terram super aquas, & Spiritum eam nutrientem largitur; cujus Spiritus vivificat omnia, quem si apud se retineat, hoc universum deficiet. Hujus Spiritu, ô homo, loqueris, hujus Spiritum ducis, atque hunc ignoras. *Imò verò paulò pòst Verbum à Spiritu Sancto distinguit, ita pergens:* Sed, si vis, potes sanari: da te medico & punget oculos mentis & cordis tui. Quis est iste Medicus? Deus, qui per Verbum & Sapientiam (*quo postremo nomine* S. Spiritum, *quod ipsi cum S. Irenæo commune est, intelligit*) sanat & vivificat. Deus per VERBUM & SAPIENTIAM condidit universa: nam "Verbo ejus firmati sunt cæli, & Spiri»tu ejus omnis virtus eorum." *Distinxit item his verbis, suprà num.* 34 *relatis:* Sed tantùm Sapientia Dei, quæ est in ipso, ac sanctum Verbum ejus, quod ei semper adest. *Eódem recidunt* esse in Deo & adesse Deo; *nisi Sapientiam seu Spiritum Sanctum à Verbo distinxisset, alterutrum ex istis duobus planè superfluum fuisset; quod cùm minùs credibile sit, id indicásse videtur, non minùs Spiritum Sanctum, quàm Verbum, Patri semper fuisse præsentem.* E

cum S. Spiritu confudit,

38 *Distinxit lib.* 2, *num.* 15 *dicens:* Tres illi dies, qui ante luminaria fuerunt, imago sunt Trinitatis (τῆς Τριάδος, *quo nomine primus ille usus fuisse creditur*) Dei, ejus Verbi, ejusque Sapientiæ. *Si unam vel duas tantùm Personas divinas hîc* Theophilus *indicavit, quam, quæso, Trinitatis obtrusit imaginem? Distinxit eodem lib. num.* 18 *his verbis:* Nemini autem dicit (*Deus*) "Faciamus hominem ad »imaginem & similitudinem", nisi Verbo suo & Sapientiæ suæ. *Cùm autem Spiritum Sanctum* Sapientiam, *quod nomen Filio speciatim tribui solet, vocat, nihil facit à sua ætate alienum: nam & S. Irenæus ita loquitur lib.* 4 *contra hæreses cap.* 7: Ministrat enim ei (ministerio inenarrabili, *ùt præmittit*) ad omnia sua progenies & figuratio sua, id est, Filius & Spiritus Sanctus, Verbum & Sapientia, quibus serviunt & subjecti sunt omnes angeli. *Et quid ni Spiritum Sanctum sano sensu* Sapientiam *vocare potuerint, qui* 1 *ad Ephes. cap.* 1 *legerant:* Ut Deus, Domini nostri Jesu Christi pater gloriæ, det vobis Spiritum sapientiæ & revelationis, in agnitione ejus? *qua de re etiam in Epist.* 1 *ad Serapionem sic scribit S. Athanasius:* Quemadmodùm Pater, utì docet Paulus, solus est sapiens, sic F

A sic ejus Filius est sapientia. "Christus" enim "Dei virtus & sapientia." Ut item Filius est Sapientia; ita nos, Spiritu sapientiæ accepto, Filium habemus & in eodem sapientes efficimur. *Certè, ut Filius à Patre velut à fonte accepit sapientiam, ita & Spiritus Sanctus à Patre & Filio, ab utroque procedens.*

neque quidquam

39 *Esto id, inquies; at digniore saltem, quàm* adminiſtri *nomine Verbum appellâſſet, niſi Verbum Patri inæquale exiſtimâſſet. Jam ex Irenæo mox citato vidimus, miniſterium duplex ſeculo ſecundo à patribus agnitum fuiſſe, alterum ſubjectionis, quo angeli Verbo & Sapientiæ miniſtrant; alterum verò, quo Verbum Patri miniſtrat, idque, ùt Irenæus loquitur,* inenarrabile: *& cur* inenarrabile? *niſi quia à miniſterio ſubjectionis immensùm differt, nec divinitati Verbi, quâ hoc Patri æquale eſt, quidquam detrahit? Unde verò* Theophili *criminatores, alia ea in re Irenæum, alia* Theophilum *ſenſiſſe extundent? Ceterùm, ùt rectè obſervat domnus Marand, miniſterium, quod in creatione mundi Patri exhi-*

B *buit Verbum, voluntaria fuit paternæ voluntatis exſecutio, quæ Verbi Divinitati nihil quidquam detrimenti adfert: huic enimverò nihil detractum fuit, cùm Patris voluntatem exſequens Verbum carnem aſſumpſit humanam; cur ei detractum quidpiam fuerit, cùm mundum creans & adminiſtrans, ùt Patris, ita & ſuam exſecutum fuit voluntatem? Divinitatem autem Verbi à* Theophilo *fuiſſe aſſertam, ac ab Arianorum erroribus longè abfuiſſe, ſic oſtendo.*

Verbi

40 *Quid Catholici dogmatis Ario diſplicuerit, ipſemet Arius in Epiſtola ſua ad Euſebium, Nicomedienſem epiſcopum (vide tom. 1 Operum S. Epiphanii, à Petavio Pariſiis anno 1622 editorum, pag. 731) his verbis explicat:* Semper Deus, ſemper Filius: ſimul Pater, ſimul filius: cum Deo ingenito perpetuò Filius exiſtit: ſemper genitus ab ingenito genitus; neque cogitatione, neque momento ullo Deus Filium antecedit. Semper Deus, ſemper Filius, ex ipſo Deo Filius. *Hæc homini ægrè fuerunt: his ſe aſſentiri negabat:* Nos è contrario, *inquit*, quid tandem dicimus, ſentimus, documus & docemus? Nimirum, Fi-

C lium nec ingenitum eſſe, nec ingeniti ulla ratione partem; ſed neque ex ſubjecta aliqua materia factum: verum Dei voluntate & conſilio (*gratuito Dei dono*) ante tempora ſeculaque (*non tamen* ſemper *& ab æterno*) ſubſtitiſſe: plenè Deum unigenitum, immutabilem, qui, antequam gigneretur, ſive crearetur, ſive decerneretur, aut fundaretur, non fuit. Neque enim non factus eſt. *Filius itaque ſecundùm Arium Deus non fuit, aut, ſi fuit, non* ſemper *fuit, nec ab æterno exſtitit, niſi in quantum ab æterno Pater decrevit, ut aliquando exiſteret; hunc etſi* plenè Deum *vocet, tamen paulò pòſt* factum *dicit; atque ita Filium nomine quidem Deum facit, re autem negat. Videamus modò, ſietne à Catholicis* Theophilus, *an ab Ario?*

divinitati

41 *Lib. 2 ad Autolycum num. 22 ait:* Verbum igitur cùm Deus ſit & ex Deo genitum: *Deum itaque Filium dixit, &* ex Deo genitum: *neutrum ex his Ario placuit. At, quando genitum? Ab æterno; nam illud* Theophilus, ſemper exſtitiſſe cordi Patris inſitum, *ibid. dicit; num. verò* 10 *Patri* ſemper *præſens. En odioſum illud Ario* ſemper. *Præterea unde verbis mox citatis Verbum eſſe Deum, & Deum ex Deo genitum concludit? Ex his Joannis* 1: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil; *quo loco, ùt rectè obſervat iterum domnus Marand, ad ſtabilienda prava ſua dogmata uti Arius non potuit; ſed contrà ad ſtabiliendam Filii divinitatem, & convellendam Arii impietatem feliciter uſi ſunt orthodoxi. Nec Filii tantùm, ſed & Spiritûs Sancti divinitatem, quam pariter negabant Ariani,* Theophilus *aſſeruit; nam Sapientiam, quo nomine Spiritum Sanctum intelligit, Patri ab æterno coexiſtentem aſſeruit, utì num.* 37 *dictum eſt:* Nihil enim (*creati*) Deo coævum Theophilus *admittit num.* 34 *citatus.*

detraxit,

42 *At, quæret modò nonnemo, ſi hæc ita ſe habent, cur ait* Theophilus *ſuprà num.*35: Cùm autem voluit Deus ea facere, quæ ſtatuerat, hoc Verbum genuit prolatitium, primogenitum omnis creaturæ? *An non hic Verbum in tempore, vel ſaltem non ab æterno genitum dicit?* E *Minimè verò; ſed id dumtaxat vult, Verbum, quod ab æterno apud Patrem fuerat, ſtatuto tempore ad mundi creationem rerumque creatarum productionem prodiiſſe,* non ita tamen, ut Verbo vacuus fieret, ſed ut Verbum gigneret & cum ſuo Verbo ſemper verſaretur; *abſque ulla nimirum aut ſui aut Verbi mutatione. Quamvis autem utatur hîc voce* genuit ἐγέννησε, *non tam generationem propriè dictam, quàm miſſionem ſignificat; cùm paulò pòſt addat:* Illud Pater univerſorum, cùm ita viſum fuerit, mittit in aliquem locum, quò cùm venerit (*aſſumptâ extraneâ aliquâ ac ſenſibus accommodatâ ſpecie*) auditur & videtur miſſum ab eo, & in loco invenitur. *De quâ miſſione ita Auguſtinus lib. 3 contra Maximinum:* Non enim genitorem ab eo, quem genuit, ſed genitum à genitore mitti oportebat: verùm hæc non eſt inæqualitas ſubſtantiæ, ſed ordo naturæ: non quòd alter prior eſſet altero, ſed quòd alter ex altero eſſet. *Neque verò ſemper voce* gignere *aut* naſci *uſi ſunt in ſignificatione propria ſeculi ſecundi patres; ita S. Juſtinus Martyr in Dial. cum Tryphone Judæo apud domnum Marand num.* 88 *illud Pſalm.* 2, ℣. 7: Filius meus es tu, ego hodie genui te, *Chriſto in Jordane baptizato applicans ait,* tum demùm eum naſci (*non Patri, ſed*) hominibus, & oriri, cùm eis innoteſceret. *Quid nî ſimili quadam ratione dicere* Theophilus *potuit, Verbum tum demùm natum (non Patri, cui id ſemper adfuiſſe ait) ſed hominibus; cùm mundum,* homini à Deo præparatum, *condere, cum Adamo, utì cenſebat, colloqui, cum Patriarchis verſari, & ita hominibus cœpit innoteſcere?*

idque modò inſitum, modò prolatitium ſenſu probè Catholico dixit,

43 *Nihil igitur allatum eſt hactenùs ex* Theophilo, *quòd fidei Chriſtianæ adverſetur; ſi verbum modò* Patris cordi inſitum, ἐνδιάθετον, *modò* prolatitium προφορικὸν *nominavit, id non Catholicè modò, ſed Joanne etiam, quem citat, auctore facere ſe poſſe eſt arbitratus. Cùm enim Verbum in principio ſeu ab æterno apud Deum fuiſſe legeret, id eatenùs* ἐνδιάθετον *dici; & cùm per hoc ipſum idemque Verbum omnia creata fuerint, hoc, ùt miſſum ad res creandas, & ad opera externa progreſ-*

AUCTORE J. B.

sum προφορικὸν *dici posse existimavit, præsertim cùm eo scriberet tempore, quo Mysterium SS. Trinitatis nondum ita dilucidè, ac postea fuit, foret explicatum; & ad hominem præterea gentilem scriberet, sublimioribus Theologiæ Christianæ formulis minimè assuetum. Non ita istis vocibus usi sunt Ariani, qui quidem Verbum aliquod in Deo* ἐνδιάθετον *admisére, sed non per se subsistens, Verbum item* ἐκφόρικον, *sed à priori illo Verbo diversum & creatum, à S. Athanasio in Expositione fidei meritò rejectum. Fateor tamen adhibitas à* Theophilo *voces ad explicandam Verbi generationem non esse omninò accommodatas;* est *enim* sermo internus (ἐνδιάθετος) animi motus, qui in parte, quæ ratiocinatur, absque eloquutione efficitur. At sermo prolatitius in voce & dicendi modis vim suam prodit; ille, inquam, qui linguæ & oris ope profertur: unde prolatitius vocatur, estque cogitationis animi nuncius, *uti S. Joannes Damascenus lib.* 2 *de Fide Orthodoxa cap.* 21 *docet. Horum neuter per se subsistit. Quare his tertium addit, lib.* 1, *cap.*

B 13 *sic scribens:* Verbum est, quod cum Patre substantialiter semper est. *Hoc idem Verbum* per se subsistens *eodem lib.* 1, *cap.* 8 *vocat.*

ac à Patre etiam,

44 S. Theophilus *quidem Verbum seu Filium Dei per se subsistentem aut substantialiter Patri præsentem, uti Damascenus, aut, quod inde consequitur, personam à Patre numero distinctam conceptis verbis haud dixit, sed id ipsa re satis præstitit. Ecquis enim ille* λόγος ἐνυπόστατος *seu* ἔνδιάθετος *Damasceni? ὁ τῷ* Πατρὶ ἀεὶ συμπαρὼν, qui semper unà cum Patre fuit. *Nonne hoc ipsum totidem verbis* Theophilus *tradit? Nonne hoc (verba ejus num.*34 *& seq. transcripta consule) iterum iterumque studiosè inculcat? Nonne Patris consiliarium fuisse dixit, antequam quidquam fieret? Nonne tres illos dies, qui luminaria præcesserunt, imaginem Trinitatis, Dei, ejus Verbi, ejusque Sapientiæ seu Spiritûs Sancti? Nonne & de creatione hominis scribens, apud domnum Marand lib.* 2, *num.* 18 *ait:* Quin etiam, quasi auxilio indigeret Deus (*Pater*) dicere invenitur: "Faciamus »hominem ad imaginem & similitudinem." Nemini autem dicit: "Faciamus", nisi Verbo

C suo, & Sapientiæ suæ *seu Spiritui Sancto? aut hæc omnia, Filium à Patre numero distinctum, & aliam Patris, aliam Verbi seu Filii esse Personam, fortasse non innuunt? Innuunt, dices, sed, mundo jam creato. Frustra, nam & Verbum* Deum ex Deo genitum *dixit. Hoc verò cùm dixit, Verbum ab æterno Deum dixit; dixit ab æterno genitum. Primum, quia nihil creati Deo coævum admittit; alterum ex priore consequitur. Quis enim Deus iste genitus, ab æterno quidem Deus, sed non ab æterno genitus? Dixit denique Patrem à Filio ab æterno distinctum numero, ac proinde Personâ.* Intelligitis, auditores, *inquit S. Justinus Martyr,* Theophilo *æqualis, in suo cum Tryphone Judæo Dialogo apud domnum Marand num.*129, siquidem animum animadvertitis, Scripturam declarare; Progeniem ex Patre ante omnes omninò res creatas genitam esse. Porrò genitum à gignente alium numero, ἀριθμῷ ἕτερον, esse, quilibet fatebitur. *Negavitne* Theophilus, *quod apud omnes, Justino judice, in confesso erat?*

45 *At* Theophilus, *cùm Verbum Patris consiliarium dixit, causam dicti addidit,* quippe cùm ejus mens & prudentia sit: *mens autem & prudentia Patris, à Patre nec numero nec personâ distinguitur. Ita est; sed illic* Theophilus *rationem reddit, non cur Verbum ab æterno Patri coexstiterit, sed cur Patris consiliarius dictum sit, ac duo adstruit, scilicet distinctionem inter Patrem & Filium numericam; deinde verò unitatem naturæ. Primum quidem, cùm Verbum Patris consiliarium dixit; alterum, cùm eamdem numero esse & Patris & Filii mentem addidit. Neque id jam dictis obest, quòd Verbum, cùm in paradisum cum Adamo collocuturum venit, Patris personam assumpsisse, dicat: non enim eò id dictum abs illo est, quòd Verbum eamdem cum Patre personam, sed quòd Verbum Patris nomine, vice & auctoritate Adamo (in quo nihil fidei dogmatibus adversum) apparuisse censuerit, uti ex Petavio Nourryus, suprà non semel laudatus, observat. Si quid igitur à* Theophilo *peccati alicubi fuit admissum, non id mentis, à fidei veritate deflectentis, multò verò minùs errori suo pertinaciter adhærentis fuit; sed oris calamique vocum idonearum in rebus, humani ingenii modulum quàm longissimè superantibus, inopiâ laborantium.*

personâ semper distinctum, agnovit.

E

VITA

S. THEOPHILI,

ANTIOCHIÆ EPISCOPI,

Auctore Petro Halloix.

PRÆFATIO.

Ex paucis sec. 2 *PP., quorum Opera integra habemus, unus est S. Theophilus.*

TAmetsi secundum à Christi ortu sæculum permultos in Oriente protulerit scriptores sacros, non minùs doctrinâ, quàm virtute claros; tres tamen dumtaxat ex omnibus ea fuisse felicitate reperio, ut aliqua eorum scripta ad nostram hanc ætatem integra perenârint. Ex his autem post duos illos toti orbi notissimos, Justinum Philosophum *a* & Irenæum Lugdunensem antistitem *b*, tertius est hic noster Theophilus, magnæ Antiochiæ episcopus, vir juxta nominis sui appellationem verè Dei amans & Deo amabilis. Ipsius enim perinde atque aliorum duorum quædam habemus perfecta Opera; ceterorum autem ejusdem ævi scriptorum paucula tantummodò & parvula præ illis, quæ perierunt, colligere potuimus fragmenta. Igitur ex illis beatissimi Theophili Operibus *c* studium mihi fuit præcipua quædam factorum ejus atque virtutum puncta seligere eaque ad describendam ejus Vitam (quæ alioqui hactenùs exstat nulla) conjunctis, quæ sacra suppeditavit historia, brevibus monumentis, in quoddam veluti corpus conformare. Atque hoc ipsum est, quod nunc divinâ fretus gratiâ è vestigio aggredior.

a
b
c

AN-

A

ANNOTATA.

a *Relatum in Opus noſtrum ad diem* XIII *Aprilis.*

b *Quem pariter in Opus noſtrum Majores noſtri ad diem* XXVIII *retulerunt.*

c Theophili *Operibus Halloixius Commentarios in Euangelia ſub ejus nomine tom.* 2 *Bibl. Veterum PP. Lug. pag.* 165 *& ſeqq. Latinè editos, ſed, ùt ex Comm.* § 2 *colligi poteſt, perperam accenſuit.*

CAPUT I.

Theophili ætas, genus, educatio, ſtudia, doctrinæ Chriſtianæ exploratio.

B *Hic ſub ſec.* I *finem natus*

ÆTatem S. Theophili ſunt, qui ad primum Domini Salvatoris ſæculum referant; neque etiam deſunt, qui ſancto Lucæ Paulli diſcipulo & comiti æqualem illum faciant: rati ſcilicet, illum ipſum eſſe, cui divinus ille ſcriptor tam ſua Apoſtolorum Acta, quàm ſanctiſſimum Euangelii Opus, tanquam populari & civi ſuo conſcripſerit, viro ſcilicet locupleti ac religioſo, & qui ædes ſuas, quas Antiochiæ habebat, Chriſti ædem ac templum dedicatione fecerit. Hoc enim tanquam à majoribus ſibi traditum Antiocheni ipſi ad poſteros tranſmiſiſſe crediti ſunt: ſed eo, utì quidem reor, affectu, quo unaquæque natio primas rerum ſuarum origines haberi ſtudet quàm antiquiſſimas. Nam rationes ipſas temporum putanti attentiùs ea multùm vincere ſententia reputabitur, quæ Theophili ortum haud altiùs, quàm à ſecundi ſæculi
a accerſit primordiis *a*, & natum credit ſub Traiani imperantis initia, ſive anno Chriſti circitèr centeſimo, regente Romanam Eccleſiam beato Clemente, Antiochenam autem (ex qua
C ortus creditur Theophilus) S. Ignatio Mar-
b tyre *b*. Nam qui ſibi in animum induxêre, unum eumdemque eſſe Theophilum, quem beatus Lucas in ſacris libris affatus eſt, & quem inclinante ſecundo ſæculo ſuperſtitem fuiſſe ſcimus, ii neceſſe habent eadem operâ confiteri, hunc ipſum Theophilum annos vitæ hujus centum quinquaginta eóque ampliùs
c tranſegiſſe *c*. Quod ſi ita eſſet, ecquinam de illo ſcriptores, amabo, ætatem illam iſtis temporibus tam inſolentem atque extraordinariam ſilentio præteriſſent?

à parentibus ethnicis, d

2 Quare ea eſt ætate natus, quam dixi, & parentibus quidem (ùt colligi datur) fortuna honeſtis *d*, ſed gentilium ſuperſtitionum errore etiam tum involutis. Emicuit autem in Parvulo egregia mentis indoles, quæ cum annis creſcens & magis magiſque idoneum ad literas & meliores artes ingenium prodens, ad ſollicitam filii educationem parentum curas provocavit. Ita magiſtris traditus ſeriò in omnem profanæ eruditionis diſciplinam incubuit: ac proinde eximios, nec ſuo minores impareſve ingenio progreſſus fecit *e*. Verùm, ut in cæca gentilitate & à magiſtris ſidei ignaris, immò & totis (rapiente ſenſuum impetu) in terrena defluentibus, haud facilè dictu eſt, tantumne bonæ eruditionis, quantum blandi veneni hauſerit. Nam poëticæ quidem atque rhetoricæ artibus inſudans, dum ibi deorum genealogias, amores, rivalitates aliaque ejuſmodi in ætate lubrica perlegeret, hîc verò oratorum, ſeu rabularum potiùs, ſuis utilitatibus magis, quàm juris æquitati velificantium, doloſas artes & mordacia convicia incautus audiret, vix ipſe utrobique aliud, quàm & blanda illic venena, & amaros hîc calices imbibebat. Denique à philoſophis in ſuarum ſublimitate cogitationum evaneſcentibus, & de principiis abſque illo primo & ſummo principio (quod unicè eſt neceſſarium) invicem digladiantibus, non tam in deſideratæ viam veritatis ducebatur, quàm in devios variorum errorum flexus ac labyrinthos ſeducebatur.

A. PETRO HALLOIX.

dum in profanis ſtudiis totus eſt, unum facilè agnoſcit Deum.

3 Totus igitur in vanis hiſce ſtudiis erat & deerrabat Theophilus, atque in ſuperſtitionis curſu trahentem turbam ſecutus, multos venerans deos, Deum ſciebat, colebatque nullum. At, poſtquam ſupremo illi & unico Numini viſum eſt, miſerum hunc Erronem "de tenebris vocare" (ùt S. Petrus loquitur) "in admirabile lumen ſuum", tum ipſe ſenſim aperire oculos, & quanta in errorum caligine verſaretur, à piis ac religioſis viris (in quos nonnunquam, dum doctos venaretur, divina diſponente Providentia, incidebat) paullatim addiſcere. Et quando illi quidem duo non parvi laboris negotia incumberent, unum in expugnandis ſibi avitis & velut cum lacte expreſſis atque exſuctis de deorum cultu opinionibus: alterum in nova & ab iſtis prorſus diſcrepante unius Dei religione inſerenda; habuit hoc poſterius præ illo altero longè plus ſudoris ac difficultatis. Nam deorum inanitas apud hominem emunctæ naris, firmique judicii haud adeò difficilis oſtenſu fuit. Quippe cùm ii ipſi, qui deorum turbam induxerunt, natas inter eos graves contentiones atque turbas minimè tacuerint. Quòd ſi peccata atque flagitia, à quibus vel homines abhorrent, divinitatem nequaquam deceant; qualeſnam eſſe deos, quorum impuri
F amores & adulteria, & alii relatu indigniores actus apud omnes in confeſſo ſint? Igitur homo philoſophus, & cui hæc omnia maximè perſpecta erant, noſtris unicum Deum omnis vitii perturbationiſque expertem aſſerentibus haud gravatè manus dedit.

quem hominem factum,

4 At non perinde, ubi ad ſingularia fidei noſtræ myſteria ventum eſt. Nam de unico Deo, fuiſſe & poëtas quoſdam & nonnullos philoſophos, qui olim non obſcurè idem, quod noſtri, & ſenſerint & docuerint; de Chriſto autem Homine à ſuis in crucem acto, & de doctrina ejus planè omnibus antè ſæculis inſolenti atque ignota, quòd & ipſe ſit Deus, & quòd omnia ab illo prolata, tot ſint divina oracula; id verò credere, hoc opus, hunc laborem eſſe. In hanc proinde partem ut magis arduam omnes converſæ ſunt machinæ: eóque tota vis rationum incubuit, ut ad iſtorum fidem, quàm poſſet, facillima aperiretur via. Et ingreſſus quidem aliquis per ſibyllas pro more factus eſt (harum enim vaticiniis non parùm auctoritatis gentiles tribuunt) haud tamen tantus, ut

A. PETRO HALLOIX.

non difficilis in arcem fidei conſcenſus eſſet; verùm opportunè ſuperveniens cuneus prophetarum viam alioqui ſatis arctam dilatavit, & præcipua totius victoriæ cauſſa fuit. Illi enim, quæ de Chriſto Deo difficillima creditu habebantur, ea ſibi multis antè ſæculis divinitùs indicata atque certiſſimò à ſe prænuntiata, litteriſque tradita, & conformi quidem in omnibus veritate, tametſi diverſis accepta temporibus, palam oſtenderunt, ſicque in ipſius Theophili oculis defixerunt, ut nullum relinquerent incredulitati ſubterfugium. Videbat enim omnia, quæ vix duobus antè ſæculis in perſona Chriſti Hieroſolymis patrata eſſent, & de quibus minimè dubitari poſſet, illa ipſa in antiquiſſimis libris Judæorum patriâ ipſorum linguâ, ſive Hebraïcâ, & in vetuſtiſſima item regis Ptolemæi Bibliotheca ſermone Græco prædicta contineri. Neque ambigere poterat, quin libri illi plurimis ante Euangelium & Chriſti nativitatem ætatibus partim à Moyſe propheta & legiſlatore, partim à Davide & Salomone notiſſimis toto orbe regibus, partim à clariſſimis aliis prophetis conſcripti eſſent.

B

ac reſurrectionem aliquando futuram ex Scripturis Sacris,

5 Ad hos ergò perlegendos atque perſcrutanda in primis prophetarum de Chriſto oracula commovente intùs Dei Spiritu incitatus, multum ibi temporis, multum operæ conſumpſit, nec antè deſtitit, quàm omnis ſibi è mentis oculis caligo defluëret. Cùm autem duo potiſſimè in Chriſtiana religione (ut ferè omnibus ethnicis uſu venit) perquam difficilia creditu ipſi viderentur, nempe illa generalis corporum reſurrectio & poſt reſurrectionem æternitas ſuppliciorum ſeu præmiorum; hæc quoque, cùm diuturna divinarum Scriptarum lectione, tum etiam deductis è philoſophia rationibus & nonnullâ itidem è rebus naturalibus ad ſimilitudinem reſùrrectionis ſumptâ experientiâ, ſibi ut probabilia viderentur, effecit; donec tandem, Deo Opt. Max. veritatis lucem cælitùs adſpirante, penitùs ſanctæ Chriſti doctrinæ atque intaminatæ fidei aſſenſus eſt. Nam ad reſurrectionis quidem Myſterium, quod attinet, quemadmodùm ad ejus fidem progreſſus ſit, quaſve ex ipſis naturæ viſceribus credendi cauſſas meditando extuderit, ipſemet Autolyco, viro gentili & propter fidem adverſario, quadam in diſputatione declaravit *f*.

C

f

hanc verò etiam vel ſola

6 Nempe ſe in conſilium advocâſſe, atque impensè cum animo conſiderâſſe varias annorum ac temporum viciſſitudines, dierum noctiumque ortus & interitus, ſeminumque fructuumque multiplicem vitam atque mortem, arborum fruticumque ſtatis temporibus jam virorem, jam nuditatem, agrorum denique modò ſterilitatem, modò fecunditatem: præterea mentis aciem in hoc ſe intendiſſe, quonam pacto unus interdum paſſerculus, aliave avicula, devorato ficûs, aut mali, aut alterius cujuſlibet arboris certo ſemine, in editum aliquem præruptumque locum volatu tranſvecta, illud ipſum ſemen naturali ſuo calore in ventriculo concoctum atque demutatum excerneret, & excretum renaſcituræ arbori etiam inter ſaxa rupeſque initium faceret. Quin & hoc quoque ſecum revolvebat, quemadmodùm ipſæ corporis humani carnes, ſeu morbis exhauſtæ ſeu vi quapiam alia deperditæ, & cum illis unà omne propemodum robur atque forma miſerè exterminata, rurſum in priſtinam valetudinem atque ſtatum Dei immortalis beneficio reſtitueretur. Quibus omnibus velut totidem gradibus ad credendi facilitatem promoviſſe, demúmque acceſſu prophetarum plenam applicuiſſe fidem ita profeſſus eſt. D

ratione diſcit.

7 "Nec ego", inquit, "futuram reſurrectionem credebam; ſed his, quæ jam dixi, cùm animo meo perpenſis, ſimulque perlectis ſanctorum prophetarum libris, qui Dei »Spiritu afflati & præterita, quo modo facta »fuerint, & præſentia, quo pacto fiant, & »futura, quo ordine futura ſint, prænuntiârunt, »non potui fidem non adhibere. Acceptâ igi»tur tam eorum, quæ fiunt, quàm eorum, »quæ præſignificata ſunt, demonſtratione, haud »perſto incredulus, ſed Deo obtemperans cre»do; cui & tu, ſi te ſubmittens credas, næ »tibi optimè conſules: cùm alioqui futurum »ſit, ut, ſi modò non credas, cogare poſtmodùm, »ſed tuo ingenti malo æternis in ſuppliciis »ea credere. Quorum quidem ſuppliciorum à »prophetis prænunciatorum, ii, qui poſte»riores illis fuerunt, poëtæ ac philoſophi, »nonnullam partem ad ſua conſtabilienda do»gmata de libris ſacris ſublegerunt. Quod i»pſum tamen, ut de venturis adverſus impios »atque incredulos ſuppliciis vaticinarentur, »haud de nihilo factum eſt, ſiquidem ad hoc »valitura ſunt iſta teſtimonia, ut nemo habeat »deinceps dicere: Non audivimus, Non ſci»vimus. Quocirca ipſe tu, ſi lubet, illa pro»phetarum ſcripta perquàm ſedulò perlege; »nam illa te tam ad æterna evitanda ſuppli»cia, quàm ad immortalia Dei bona adipi»ſcenda velut manu ducent." Hæc ſapienter ac benevolè in Autolici gratiam de ſuæ ad fidem converſionis origine obiter Theophilus; nunc ad ipſum fidei amplexum & profectum, converſaſque ad Eccleſiæ protectionem profanas ejus artes accedamus. E

ANNOTATA.

a *Multò ſanè ea ſententia potior præ ea, quæ* S. Theophilum, *epiſcopum Antiochenum, cum S. Theophilo, S. Lucæ æquali, confundit; verumtamen* Theophilum *Antiochenum ep. circa annum Chriſti* 100 *natum eſſe, non niſi ex conjectura Halloixius aſſerit.* F

b *Trajanus ab anno* 98 *uſque ad annum* 117 *imperio potitus eſt. Sedit S. Clemens ab anno* 91 *uſque ad* 100 *: martyrium ſubiit S. Ignatius vel anno* 107, *ùt Boſſchius aliique, vel aliquantò ſeriùs, ùt rurſum alii volunt; unde non ſeriùs anno Chriſti centeſimo natum eſſe* S. Theophilum, *ex Halloixii mente conſequitur.* Theophilum, *ortu Antiochenum fuiſſe, rurſum Halloixii conjectura eſt, probabilis tamen.*

c Tot vixiſſe annos dicendus eſſet noſter S. Theophilus, ſi eſſet ille, quem beatus Lucas affatus eſt. Faciamus enim anno Chriſti 58 (quo ipſo anno fertur Lucas Euangelium conſcripſiſſe) illum Theophilum, cui illud dedicavit, triginta ſaltem fuiſſe annorum (nec enim exiſtimandus eſt librum talem, niſi viro gravi & ætate maturo dedicâſſe) nonne ſi idem pervenit ad annum Chriſti 182 *aut* 181 (utì certum eſt perveniſſe) neceſſariò conſequitur, illum plùs centum quinquaginta annis vixiſſe?

Ita

A *Ita Halloixius in Annotatis, pluribus dein probans*, S. Theophilum *Commodi tempora attigisse, eo ferè modo, quo id factum num.* 12 *Commentarii prævii; sed vitiosum annorum* 137 *numerum, qui in librum* 3 *ad Autolycum irrepsit, non correxit; qua de re videsis num. Comm. prævii proximè citatum.*

d *Parentes ejus fuisse fortunâ honestos, ex ejus institutione studiisque liberalium artium, quibus diu videtur incubuisse, colligi potest: fuisse verò gentilium in errore versatos, ex eo, quod id de se ipso* Theophilus *fateatur in suis ad Autolycum libris.*

e Hujus eruditionis testes sunt locupletissimi tres illi ad Autolycum libri, omni doctrina humaniore pleniffimi, ùt cap. 2 Vitæ ostensum est. *Halloixius.*

f *Nimirum lib.* 1, *num.* 13. *Ceterùm eam disputationem, oretenus cum Autolyco habitam,* Theophilus *quidem scripto dein commisit; Autolycus autem, secùs ac Tillemontius tom.* 3 *Monum. Eccl. pag.* 51 *non scripto, sed tantùm voce egit cum* Theophilo; *ita enim hic lib.* 1,
B *num.* 1: Quoniam igitur me, amice, obtudisti inanibus sermonibus; & *rursum lib.* 2, *cap.* 1: Cùm ante hos dies sermonem inter nos haberemus, optime Autolyce, quærenti tibi, quisnam meus esset Deus, ac disputationi meæ aures aliquandiu præbenti, religionem meam exposui. Ita tum discessimus, ut amicissimi domum rediremus, quamvis primò duriusculè mecum egisses. *Ceterùm obiter ex his verbis illud intelliges, quàm miti ac mansueto* Theophilus *fuerit in adversarium animo.*

philosophi elogium (tametsi hoc vulgo admirandum, & illud mundo despectum) in majori precio habere, atque ùt de re perhonorifica gloriari. Tum igitur adversus ipsum, ut novæ tironem militiæ, contrariæ partes armari; tum, qui priùs amici erant, voluntarias suscipere inimicitias & odisse infestiùs; tum philosophiæ desertorem & quasi contempto ac propudioso nomine identidem Christianum appellare. A. PETRO HALLOIX.

9 Quos inter convitiatores princeps & antesignanus eminebat ille (cujus antehac facta est mentio) Autolycus, vir (ut ne sua defraudetur laude; nam bona hominum dona sunt Dei) tam eruditus, ut propè omnes calleret tam novas, quàm veteres historias; tam diligens ac sedulus, ut totas interdum noctes in bibliothecis transigeret *a*. Hic ergò *spretis ethnicorum opprobriis,*
a sibi ingratam Theophili à sua deorum secta defectionem summopere indignatus, non desistebat, quà deos suos extollendo, quà Christum crucifixum deprimendo, convitiis ac maledictis illum ultrò lacessere. Quæ tamen ipsa noster Dei-amans *b*, non ùt convitia, F,
sed ùt elogia, tanquam germanus Christi discipulus, non admittebat tantùm, sed volens & cupidus arripiebat. Hinc illi aliquando de
b diis suis cum veri Dei despicientia inaniter ac temerè nimis elocuto ita Theophilus: "Tu me, »ô amice", inquit, "tua tantùm non obruisti »vaniloquentia: cùm de diis tuis, & lapideis »& ligneis, & fusis & fictis & pictis immen»sùm gloriarêre, qui neque vident, neque »audiunt. Simulacra enim sunt & opera ma»nuum hominum *c*. Quod autem Christianum
c »identidem me appellas, & quasi pravum ge»rentem nomen criminaris; ego sanè & Chri»stianum me esse fateor & hoc amabile Deo »nomen, frugi servus illi esse sperans, luben»ter gero. Neque enim, quemadmodùm arbi»traris, odiosum est hoc Dei nomen; sed tu, »inutilis Deo cùm sis, ita de Deo sentis."

10 Sic ille in duorum nominum, unicâ tantùm litterâ differentium, annominatione alludens, non modò se Christum sequi profitetur, sed etiam eum sequendo sperare se χρηστὸν chrestum, id est, bonum ac frugi servum Deo fore; Autolycum autem ipsum, quia ἄχρηστον, id est, inutilis Deo sit, etiam de Christo malè sentire. Cùm autem ab eo poscceret idem Autolycus, ut suum ipsi Deum commonstraret, ipse vicissim ab eo expetiit, ut suum ipsi hominem, sive principem hominis partem, animam nimirum, ostenderet; tum se & Deum ipsi ostensurum; neutrum enim corporeis cerni oculis posse; verùm si mentis acie intueri Deum vellet, eam mundam puramque esse oportere, "Age", inquiebat, "præsta oculos animæ tuæ ad intuen»dum aptos, & aures cordis tui ad audien»dum idoneas, & expedita nobis res erit. »Quemadmodùm enim, qui oculis corporeis »pollent, iis res corporeas & terrenas ita cer»nunt, ut simul etiam ea, quæ inter se di»stinguuntur, uti lumen & tenebras, album & »nigrum, pulchrum & deforme, concinnum »& inconcinnum, moderatum & immodera»tum discernant; & quo modo aures sonos »ita percipiunt, ut unà distinguant, acutine »sint, an graves; asperine, an suaves; ita »prorsus se habent ea, quæ vel ad aures cor»dis, vel ad animæ oculos attinent, quan»tum *Christiano nomine gloriatur: Deum non corporis,*
F

CAPUT II.

Theophili ad Ecclesiam accessus, virtutum incrementa, studiorum profanorum ad fidei protectionem conversio.

C

Christianam amplexus fidem,

POstquam Theophilus per varios animi æstus atque jactationes, cum errore & infidelitate, quasi secum ipse, bello intestino diu multúmque decertâsset; tandem vincente (quam vinci turpissimum fuisset) fidei veritate, & discussis, quæ mentem obnubilaverant, ignorantiæ tenebris, ad Christi castra cum incredibili totius Ecclesiæ gaudio accessit. Sic enim notum erat Hominis ingenium, sic explorata eruditio, perspectaque industria, ut jam tum animis prospicerent, quantum ipse fidei munimen, & quàm forte atque invictum adversus quosvis suos hostes futurus olim esset religionis propugnaculum. Ipse autem vitæ prioris admodùm pertæsus atque induere novum gestiens, cùm exoptato & expetito æternæ salutis lavacro ritè ablutus veterem hominem exspoliâsset, jam totus Jesum Christum indutus, omnia terrena despicere, ad divina & cælestia adspirare, pluris ignominiam crucis, quàm omnes mundi laudes & honores & glorias æstimare: denique Christiani nomen, quàm

A. PETRO HALLOIX.

»tum ad Dei auditum ſpectat aut intuitum. »Ab iis enim cernitur ſolis, qui cernendi fa»cultatem & oculos animæ apertos habent. »Nam ſunt quidem omnibus oculi, ſed ali»quibus ſuffuſi & ferendo lumini ſoliis impa»res. Neque ſanè, quia cæci illud non vi»deant, idcircò quaſi ex ſe ſit inaſpectabile, »incuſandum eſt; ſed ipſimet cæci potiùs & »ſe & oculos ſuos meritò incuſent. Ita igitur »& tu, ô bone vir, à peccatis & pravis tuis »factis ſuffuſos habes animæ oculos. Atqui »oportet hominem, ſplendicantis inſtar ſpe»culi, puram gerere animam. Nam quod ru»bigo eſt in ſpeculo, hoc eſt peccatum in »homine; nec unquam poterit, qui illo fœ»datus eſt, Deum cernere."

ſed puræ mentis oculis videri docet Autolycum,

11 Hæc & plura his conſimilia Autolyco Theophilus, quæ non illi ſolùm, ſed & nobis, atque omnibus Deum quærentibus prodeſſe debeant. Ex iis enim non modò quid ethnicos ab haurienda luce veritatis prohibeat, ſed etiam quid permultos Chriſtianorum à Dei Opt. Max. & divinarum ejus perB fectionum clariori inſpectione & intelligentia remoretur, habemus evidenter cognoſcere. Ad tantum enim bonum certè obex unicus peccatum eſt: quod quidem nubis inſtar denſiſſimæ, inter clarum illum ſolem & noſtros hebetes oculos intercedens, divinæ conſpectum claritatis intercludit. Quiſquis enim alioqui ab animo ſuo peccati contagium perfectè excluſerit, is ſanè nitidiſſimi inſtar ſpeculi cæleſtium radiorum apprimè capax, totum, ſi fas eſt dicere, Deum in ſe attrahet, omneſque divini amoris ignes in aperti pectoris medullis concipiet, conceptoſque foràs prodet, & in quàm plurimos, nihil ipſe diſperdens, diſperget. Nam ſi vera requiratur cauſſa, quam ob rem tam pauci hodie inter Chriſtianos viri ſpirituales & veri cæleſtium rerum contemplatores reperiantur, en crimen, en cauſſa; nimia ſcilicet cum peccatis, tametſi etiam levibus, conſuetudo; & nimius item inanium terræ quiſquiliarum, quas omnium minimi facere deceat, amor & admiratio. Nam ſi quis divino ſublevatus auxilio & illa evaſerit & has contempſerit; næ, is C velut denſas nubes aut ſpiſſam caliginem agilitate animi ac ſubtilitate tranſgreſſus puro ac liquido perfruetur cælo, Deumque ac res divinas ſincerâ illimique mentis intelligentiâ conſequetur.

& ad veram fidem convertere

12 Verùm, ut ad inceptam diſputationem revertamur, ille, de quo ſuprà Autolycus, quemadmodùm ad fidem & cultum unius Dei, Deum ſibi oſtendi popoſcerat, ita ad reſurrectionis perſuaſionem, aliquem oſtendi depoſcebat, qui à mortuis reſurrexiſſet. Dicebat enim: "Vel unicum ſaltem mihi oſtende ad »vitam revocatum, ut illum intuens tibi cre»dam." Theophilus verò, ut hominem ſuis ipſius laqueis irretiret atque à vana reſurrectionis deorum opinione ad veram certæ ac teſtatæ reſurrectionis mortuorum fidem deduceret, "Ecquid magnum", inquit, "aut memorabile »feceris, ſi id ſolùm, quod videris, credas? »Et verò cùm Herculem, qui ſe ipſe flam»mis abſumpſit, & Æſculapium, quem miſ»ſum è cælo fulmen peruſſit, redivivos ac »ſuperſtites credas; quænam iſta dementia »eſt, iis, quæ à Deo proferuntur, nolle cre»dere? Quin & ſi quempiam à mortuis ex»citatum & viventem tibi coram exhibuero, »creditururſne etiam ſis, haud ſcio. Ceterùm »multa habemus in ipſis rerum naturis futuræ »reſurrectionis à Deo indicia." Hæc ipſa deinde indicia fuſiùs perſequitur; & ſunt illa ipſa, quæ ſibimet Theophilus eadem olim laborans incredulitate in adjumentum fidei advocaverat, & quæ ſuprà attigimus. Diſputationis porrò iſtius labor non prorſus inanis fuit. Nam Autolycus, qui initio ſatis aſper acerbuſque in colloquium venerat, & Theophili dicta pro ſtultiloquiis habuerat, tandem cùm illi de Deo & pietate & religione diſſerenti aures patientiùs accommodâſſet, adeò in lenitatem ac benevolentiam inflexus eſt, ut & pleniorem eorundem tractationem ultrò efflagitaret, & valedicens maxima amicitiæ ſigna exhiberet. Ita domos ſuas ambo, & præſenti fructu læti, & futuri exſpectatione hilares abiêre.

ſedulò ſtudet

13 Sed Theophili animum (utpote rei magnitudinem vel in unius lucro animæ perpendentis) longè majus gaudium pertentabat. E Hinc ſecum ſtatim agitare, quâ viâ in amici animum altiùs penetraret, quibuſve machinis atque artibus eum tandem pervinceret; ſedit denique accuratum Opus conſcribere, in quo & deorum generationes fabulaſque ex illis ipſis, quas tum legebat Autolycus, hiſtoriis cum omni earum vanitate velut in oculis defigeret, & totius Chriſtianæ doctrinæ fundamenta ab ipſis creati mundi initiis, producta Moyſis & aliorum prophetarum invicta auctoritate, declararet. Hoc igitur præſtitit in eo libro, quem ſecundum eidem Autolyco inſcripſit & obtulit. Ac doctrina quidem Theophili perquàm bonum ſemen erat & optima manu ſatum; Autolyci terra admodùm petroſa & ſpinis ac ſentibus obſita, ut ſemen nec humorem ſatis imbiberet, nec radicem firmam ageret. Tametſi enim, auditis & perlectis Theophili diſceptationibus, nonnihil percelleretur; tamen ex aliorum congreſſu & anxiis rerum domeſticarum curis facilè in errores ſuos revolvebatur. Theophilus autem ne ſic quidem deſpondit animum, ſed, ùt patiens in ejuſmodi rebus erat & longanimis, non luſurum ſe operam ſperavit, ſi Opus ad Dei gloriam inchoatum perurgeret. Cùm iſte igitur ſcriptores ſacros ab ipſo laudatos leviculè cavillaretur, & tanquam recentes ac nuperos rejiceret, noſter Dei-amans & vel unius ſalvandæ animæ percupidus ipſum tertio labore aggreſſus, novum Opuſculum illi miſit, in quo noſtros ſacrarum Litterarum ſcriptores cum antiquiſſimis gentilium compoſuit, & quanto illi intervallo hos vincerent, clariſſima in luce expoſuit. An illum tamen pervicerit, ut manus daret, & collum ſuavi Chriſti jugo & ſarcinæ levi ſubmitteret, quamvis bene ſperare liceat, tamen compertum non eſt; nos ad comperta tranſeamus. F

ANNOTATA.

a Theophili *Autolycum ab eruditione lib. 3 ſub initium laudantis verba ita vertit Halloixius:* Ego quidem ſummopere admiror, qui cùm in ceteris ſtudioſus ſis, & rerum omnium perſcrutator, negligentiùs tamen noſtra audias. Nam

A Nam ſi tibi facultas detur, haud pigritaris vel noctes in bibliothecis tranſigere. Quandoquidem igitur multa legiſti &c.

b Theophili *nomen eſt Latinè interpretatum.*

c *Pſalm.* 113, ℣. 4.

CAPUT III.

Theophili epiſcopatus, ſacri in eo labores, doctrinæ Catholicæ adverſus hæreſes propugnatio.

Nec minori cura factus epiſcopus

THeophilum jam grandi natu *a* & virum notæ paſſim eruditionis, tam teſtatæ apud omnes virtutis expetiit Antiochena eccleſia, defuncto Erote *b*, epiſcopum. Jam enim fidei ſuæ & ardentis in Fratres caritatis præclara ediderat experimenta; nec decebat accenſam à Deo lucernam abſcondi ſub modio, præſertim ea tempeſtate, quæ propter ingruentes tam hæreticorum, quàm gentilium perſecutiones, viros requirebat non minùs omnigenâ ſcientiâ ſeu ſacrâ, ſeu profanâ, quàm virtute & religione præſtantes. Hanc igitur provinciam propenſis omnium ordinum in ſe ſtudiis oblatam ſuſcepit Theophilus anno Domini circitèr centeſimo ſeptuageſimo *c*, M. Aurelii Antonini & L. Veri impp. Romanorum octavo, fuitque in numero Antiochenorum epiſcoporum ſextus. Nam Apoſtolorum princeps Petrus extra hunc numerum à præcipuis Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptoribus, non quaſi ſedis illius exſors, ſed ùt præcellens & latiùs dominans, eximitur. Primum ſiquidem recenſent Evodium, ſecundum Ignatium, tertium Heronem, quartum Cornelium, quintum Erotem, ſextum Theophilum; tametſi ab aliis nonnullis, qui eadem in ſerie Petrum includunt, ſeptimus dumtaxat nominetur *d*. Jam autem tantæ eccleſiæ, (quanta in toto Oriente alia erat nulla *e*) ſuſcepto gubernaculo, memorque eam à primis Apoſtolis Petro, Paullo, Barnaba *f* fundatam, deinde à fortiſſimis martyribus Evodio, Ignatio, Herone firmatam eſſe atque ordinatam; ſtatuit ſibi tantorum virorum ſectanda cominùs veſtigia, neutramque in partem à ſanctiſſimis eorum moribus factiſque, quoad ejus facere poſſet, deflectendum.

a

b

B

c

d

C

e

f

gregi ſuo invigilat,

15 Quocirca ſuper gregis ſui cuſtodia pervigil paſtor aſſiduè excubavit, hocque ſedulò curavit, utì & doctrinam à majoribus acceptam firmiter retinerent, & traditionibus Apoſtolicis mordicus adhærentes, nihil à quoquam ipſis contrarium ullatenùs admitterent. Studium porrò ſuum ita diviſit, ut, quicquid à neceſſariis Pontificii muneris curis vacui ſupereſſet temporis, id omne partim revellendis gentilium erroribus, partim commentis hæreticorum refellendis, partim denique ſacris explanandis litteris impenderet. Atque in tribus ſanè hiſce rebus, eorum quoque, qui nunc ſunt, epiſcoporum ſucciſivus labor, utpote loco ſuo & gradu digniſſimis, meritò etiamnum inſumendus foret. Quippe quibus non modò Eccleſiæ dignitas, & fratrum ſalus, & Dei honos (quæ tamen prima eſſe debent) ſed etiam proprii nominis immortalitas, & æterna ſuper hæc gloria comparentur. Quid enim par aut ſecundum habent vel uſurpatæ ſenſuum voluptates, vel requiſitæ mundi divitiæ aut honores, vel comparata iniquis ſumptibus innumera terræ jugera, vel aucta denique aut multiplicata ædificiorum hortorumque ſuperba molimina, quibus, qui applicuerunt animum, ſuam ipſi animam perdiderunt? "Quid autem prodeſt homini, »ſi mundum univerſum lucretur, animæ verò »ſuæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit »homo commutationem pro anima ſua"? Certè Theophilus nullam omninò dari poſſe aut dandam eſſe exiſtimavit, qui etiam pro aliena tantum, quantum antehac in Autolyci cauſſa viſum eſt, inſudavit. Qui, ſicut priores ejuſdem eccleſiæ epiſcopi, (quorum arctam ſemitam ſibi ingrediendam duxit) ſanctam amplexus paupertatem, omnia arbitratus eſt ſtercora, quò & multos Chriſto & Chriſtum ſibi lucrifaceret.

A. PETRO HALLOIX.

E

hæreticos

16 Quemadmodùm autem adverſus hæreticos in hac ipſa ætate immaniter graſſantes bellum ſuſceperit, Marcion & Hermogenes *g* (ut alii taceantur) ignorari non ſinunt. Nam ad illos atque ad alios itidem hujuſmodi lupos ab Eccleſiæ ovili vel arcendos, vel depellendos, vel etiam debellandos, quantum noſter laboraverit Theophilus, perquam fideliter ab Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptoribus litteris eſt proditum, "Cùm enim", inquit illorum ſcriptorum dux & princeps Euſebius, "multi ea tempeſtate hæretici ſinceram Apo»ſtolicæ doctrinæ ſementem non minùs, quàm »anteà, zizaniorum inſtar, corrumpere nite»rentur; tum, qui ubique erant eccleſiarum »paſtores, illos perinde atque ſilveſtres feras »arcebant ac propulſabant: & hoc quidem, »nunc fratres commonendo & cohortando: »nunc ipſos hoſtes cominùs & aperto marte »jactis quæſtionibus adoriendo & ſupplantando; »nunc etiam opiniones ab ipſis perperam in»vectas, exaratis contrà Commentariis, exa»ctiſſimè refutando." "Quos inter", inquit, "ſtrenuè ac fortiter contra eoſdem dimicâſſe »Theophilum, è libro contra Marcionem e»gregiè elaborato (cui cum aliis ejus libris, »quos diximus, ad hoc uſque tempus peren»navit) manifeſtum eſt." Hunc igitur Marcionem è Catholico hæreſiarcham, qui duos conſtituebat deos; alterum judicem, ferum, bellipotentem; alterum mitem, placidum & tantummodò bonum atque optimum: qui Jeſum dicebat deſtructorem legis & prophetarum, demolitorem operum Dei Creatoris: qui Euangelium Lucæ & Epiſtolas Paulli mutilabat: qui ſe Apoſtolis veraciorem prædicabat: qui ſolarum animarum (non item corporum) reſurrectionem aſſerebat, ſed earum dumtaxat, quæ ejus doctrinam recepiſſent: hunc, inquam, Marcionem, qui ſta & alia haud minùs abſurda & monſtroſa profitebatur, & tamen inter homines, ſed peccatis cæcos, invaleſcebat, Theophilus noſter dictis doctis obtrivit.

F

retundit,

17 Poſt Marcionem verò exſurrexit Hermogenes, Eccleſiæ deſertor & ad Stoicos

A. PETRO HALLOIX.

transfuga, qui perinde atque iſti æternam eſſe materiam docuit, è qua Deus creaverit omnia & ſine qua creare nihil potuerit; præterea omne malum ſuam è materia trahere originem; Domini corpus in ſole eſſe repoſitum; diabolum & dæmonas in materiam refuſum iri. Illum ergò etiam tum ſuperſtitem, talia ac tam nefaria in vulgus ſpargentem, Theophili vigilans & ſagax induſtria, libro in eum compoſito, repreſſit ac retudit. Ut autem ab iſtis laborioſarum curarum moleſtiis, quibus oppidò gravabatur, puſillum laxamenti animo ſuo daret; in vernantia ſacrarum Scripturarum prata ſecedebat, ibi meditabatur, ibi flores colligebat, ibi eorum varietatem, virtutem, fragrantiam mirabatur, ibi ab obviis & facilè occurrentibus humilioris litteræ ſenſibus ad altiora ſe & ſapidiora ſpiritalis intelligentiæ ſenſa ſuſtollebat. Inde enim exſtiterunt illæ ſuper Euangelio inſignes ejus allegoriæ & præclari ſenſus, quorum aliquem guſtum paullò pòſt lectoribus noſtris offeremus *h*.

h

B

obitque, conſequente ejus merita perenni ſanctimoniæ laude.

18 Nam cetera Viri ſanctiſſimi ſimul & ſapientiſſimi acta cum præclaris virtutum exemplis (quarum aliquæ dumtaxat ſcintillæ in ſcriptis emicant) ipſa nobis temporum multa pulchra ſuffurantium atque exedentium iniquitas abſtulit: certæ tamen ſanctimoniæ nomen auferre non potuit. Cujus illi luculentiſſimum teſtimonium pariter perhibuerunt ſui in primis Antiocheni & presbyterorum illius ævi ſacer chorus, qui ipſum in tantæ ſedis faſtigium, Petro, & Evodio, & Ignatio, & tribus aliis ordine & ſanctitate proximis ſucceſſorem extulerunt: deinde divina ejus ſcripta mirificum internæ pietatis odorem atque ardorem ſpirantia; tum verò ac potiſſimè ipſa Eccleſiæ Catholicæ (quæ illum in ſactos Divorum Faſtos retulit) religioſa ac celebris anniverſaria memoria. Nam beatum ejus natalem adſcribunt tam antiqua, quàm recentiora Martyrologia ad diem Octobris decimam tertiam *i*. Vixit porrò in eccleſiæ Antiochenæ pontificatu annos circitèr tredecim *k*, in omni autem vita ſaltem octoginta duos *l*: quorum curſu feliciter exacto, & relictis poſt ſe non paucis libris, velut totidem vivis ſui imaginibus (quorum nos recenſionem mox inſtituemus) ad æternas Beatorum ſedes emigravit.

i

k

l

C

ANNOTATA.

a *Ab anno* 98, *Trajani primo, ad annum* 180, *imp. Commodi primum, anni ſunt* 82; *unde ſublatis annis* 13, *quibus* Theophilus *Antiochenis præfuit, anno ætatis ſuæ circitèr* 69 *regere eccleſiam ſuam cœperit ex Halloixii mente: at ætas tam provecta epiſcopali oneri deponendo potiùs, quàm ſuſcipiendo aptior videtur.*

b *Antiocheno præſule, annumerato S. Petro, ſexto, ac proin cum Herone ſeu Herote, qui quartus fuit, non confundendo.*

c *Coſſ. Aproniano & Paulo, teſte Proſpero, Chriſti non* 170, *ùt Halloixius, aut anno* 173, *ùt Sixtus Senenſis, & Trithemius de Scriptoribus Eccleſiaſticis aiunt, ſed* 168. *Annus* 170 *Euſebii Chronico poſtmodùm adjectus eſt.*

d Septimus enim inter Antiochenos epiſcopos recenſetur Theophilus ab Hieronymo in Ep. ad Algaſiam quæſt. 6, neſcio an immemori, ſe in Catalogo Script. Eccl. poſuiſſe ſextum. *Ita Halloixius. At ſuî immemor Hieronymus eſſe non debuit, ut S. Petrum epiſcoporum Antiochenorum numero modò includeret, modò ob rationem, quam ipſe Halloixius affert, excluderet; in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum Euſebianum numerandi morem tenuit; alium in Epiſt. ad Algaſiam; ſic idem Hieronymus, Euſebii Chronicum interpretans, S. Ignatium martyrem epiſcopum Antiochenum* ſecundum *vocat, & tamen* tertium *in Catalogo Script. Eccl. num.* 16 *ſcribens:* Ignatius Antiochenæ eccleſiæ tertius poſt Petrum Apoſtolum epiſcopus. *Tres illi Antiocheni epiſcopi Mrl. Romano inſcripti ſunt; Evodius ad diem* VI *Maii; Ignatius ad* I *Februarii, Heron ad* XVII *Octobris. De prioribus ad dies citatos jam dudum in Opere noſtro eſt actum.*

D

e *Antiochiam S. Chryſoſtomus Hom.* 2 *ad populum Antiochenum apud Monfauconium tom.* 2, *pag.* 23 civitatem magnam & Orientalium caput *vocat.*

f Paulus autem & Barnabas demorabantur Antiochiæ, docentes & euangelizantes cum aliis pluribus Verbum Domini. *Act.* 15, *v.* 35.

g *Præcipuos utriuſque errores paucis indicatos habes num.* 24 *Comm. prævii. Plura Halloixius paulò infrà.*

h *Nos hæc recidimus, quòd* S. Theophili *non ſint. Vide Comm. præv. numm.* 27 *& tribus ſeqq.*

i Vetus Martyrologium Romanum ad decimam tertiam Octobris S. Theophili natalem ſic notat: "Antiochiæ, Theophili epiſcopi, »qui ſextus ab Apoſtolis fuit." Dicit autem: "ab Apoſtolis", quia primus eam fundavit S. Barnabas, deinde Paullus, deinde Petrus, ſed hic annis pluribus. *Halloixius.*

k *E quibus annis aliquot in epiſcopatu collegam probabiliùs habuit Maximinum,* Maximum *Halloixio dictum; quem ab ipſo* Theophilo *ſibi adjunctum autumat,* vires impares ad tantam Chriſtianorum multitudinem regendam habente, & hæreticis ab Eccleſia amoliendis occupato.

F

l *Cùm de anno, quo* Theophilus *natus fuerit, nihil certi habeamus, nihil de anno ætatis, quo mortuus fuerit, certi ſtatuere poſſumus. Annotat hoc loco Halloix,* Theophilum, *quem ſuſceptum anno octavo Aurelii & Lucii Veri epiſcopatum annis tredecim tenuiſſe fatetur, probabiliùs aliquot poſt ſuſceptum à Commodo imperium annis in vivis fuiſſe ſuperſtitem; quod ſi ita eſſet,* Theophilum *annis aliquot vitam diutiùs, quàm epiſcopatum, protraxiſſe, neceſſe eſſet, quod, ùt in Comm. præv. num.* XI *dictum, minùs videtur ſimile vero.*

A

AUCTORE C.B.

DE SS. FAUSTO, JANUARIO ET MARTIALE MM. CORDUBÆ IN HISPANIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Memoria in Faſtis Sacris, tempus martyrii incertum: opinio, quâ fratres putantur, rejecta; Acta edenda.

VEROSIMILLIMÈ ANTE AN. CCCXII. *Sancti, qui in nonnullis Faſtis Sacris* XXVIII *Septembris,*

Fortiſſimos hoſce tres Chriſtianæ fidei Athletas, qui, graviſſimis pro hac toleratis tormentis, ignis tandem ſupplicio agonem conſummantes, crudeliſſimo martyrii genere Cordubam, Hiſpaniæ Bœticæ urbem percelebrem, condecorârunt, martyrologi vix non omnes, tam antiqui, quos Claſſicos *vocamus, quàm recentiores, certatim commemorant; verùm non omnes unâ eâdemque hodiernâ die id faciunt. Ado enim, in cujus apud Roſweydum Appendice Cordubenſes iſti Martyres & hac, & iterum deinde, neſcio, quam ob cauſam,* IX *Novembris die comparent, eoſdem, Martyrologii Romani Parvi auctorem ſecutus, nec ambabus iſtis diebus, nec earumdem alterutrâ, ſed* XXVIII *Septembris ſignat, ſuique deinde hac in re ſequaces & Notkerum & nonnullos hoc longè poſteriores Uſuardinorum, quæ dicta* XXVIII *Septembris die apud Sollerium exhibentur, Auctariorum auctores ac nominatim quidem, quibus etiam Maurolycus, Galeſinius & Ferrarius jungendi, Belinum, Grevenum & Molanum eſt nactus; Uſuardus autem Cordubenſes noſtros Martyres, non* XXVIII *Septembris, ſed tertiâ decimâ Octobris die celebrat,*

C *idque ipſum etiam præſtat Mrl. Romanum hodiernum, & quidem adhibitis hunc in finem, quæ ſubdo, ſequentibus verbis:* Cordubæ in Hiſpania natalis ſanctorum martyrum Fauſti, Januarii & Martialis, qui primò equulei pœnâ cruciati, deinde ſuperciliis raſis, dentibus evulſis, auribus quoque & naribus præcisis, ignis paſſione martyrium conſummârunt.

in aliis verò XIII *Octobris die recoluntur,*

2 *Hæc ferè omnia ex Uſuardo accepta; verùm, cùm hic ſua vix non verbatim ex Adone deſcripſerit, ut quid, quæſo, ſolitum hunc ducem ea in re ſecutus, eumdem pariter ſecutus non eſt, ſanctos noſtros Martyres non hâc, ſed eâdem, quâ ille,* XXVIII *Septembris die recenſendo? Sollerius noſter in hodiernis ſuis in Uſuardum Obſervationibus propendet, ut id hunc non aliam ob cauſam feciſſe credat, quàm quòd illos forſan in Hiſpania hodie coli deprehendiſſet; verùm, etſi quidem re etiam ipſa in pleriſque regni iſtius eccleſiis, ut Martinus de Roa loco infrà citando docet, hodie colantur, quid ſi tamen is martyrologus* Fauſtum, Januarium *&* Martialem *vel uni vel pluribus Hieronymianis apographis invenerit hodie inſcriptos, hincque etiam partim, ut huc eos diſtulerit, factum eſſe, quis dixerit? Ita enimverò à veritate hunc aberraturum, aſſeverare non auſim. Hodie enim noſtri* B *iſti Cordubenſes Martyres in Hieronymianis apud Florentinium aliòſque exſtantibus apographis coluntur; etſi autem in horum pleriſque & quoad locum & quoad nomina deformati exhibeantur, in iis ipſis tamen illos tum memorari eſt certum, fierique poteſt, ut emendatiora, quàm quæ modò habemus, Hieronymiana apographa Uſuardo præluxerint. Nec, etſi ſecùs foret, quidquam inde poſſet contra nos inferri. Nihil enim impedit, quò minùs Uſuardus, Martyres,* XXVIII *Septembris die ab Adone Cordubæ annuntiatos, eoſdem eſſe cum Martyribus, quos vel ibidem, loco mendosè exarato, vel certè in Hiſpaniis Hieronymiana apographa hodie ſignant, in animum (neque verò immeritò) inducens, ex hiſce quidem fortè diem, quo illos memoraret, ex Adone verò & genuina, quibus vocati fuiſſent, nomina, & verum, quo paſſi eſſent, locum accepiſſe credatur.*

hâc etiam martyrium anno circitèr 298 *ſubiiſſe in Actis à Tamayo adductis dicuntur;*

3 *Utut ſit, hac equidem die non tantùm ab Uſuardo, ſed &, ùt jam indicavi, in Mrl. Romano hodierno* Fauſtus, Januarius & Martialis *ſignantur, cúmque huc idcircò à die* XXVIII *Septembris, quâ, ùt dictum, ab Adone aliiſque recoluntur, per deceſſores noſtros fuerint remiſſi, non potui non hodierna die in Opus noſtrum illos inferre. Verùm an hæc, quâ, ùt jam docui, in Martyrologio Romano hodierno aliiſque nonnullis Faſtis Sacris recenſentur, ea ipſa etiam eſt, quâ, fuſo pro Chriſto ſanguine, ad Superos migrârunt ſeu nati primùm in cœlis ſunt? Id nuſquam vel à ſcriptore antiquo vel in probatæ fidei documento notatum invenio. Nec quidquam, unde, non dicam, dies, ſed vel annus aut etiam dumtaxat ſeculum, quo pro fide Cordubenſes noſtri Martyres occubuerint, determinari certò queat, quis facilè, ni vehementer fallar, aſſignet. Eorum quidem, quæ Tamaius in Martyrologio Hiſpancio hodie profert, Acta ſub finem habent:* Exultantes, Fauſtus *videlicet,* Januarius *&* Martialis, tradiderunt Deo ſpiritum III Idus Octobris, anno Domini cc. XCVIII vel circitèr; *ita autem Martyres noſtros tertio æræ Chriſtianæ ſeculo & quidem tertia decima Octobris die ad cœlum, fuſo pro fide ſanguine, migrâſſe, dilucidè docent. Aſt quid tum? Ab ipſo ſui initio*

AUCTORE C. B.

tio ſequentem etiam loquuntur in modum: Fauſtus, Januarius & Martialis ex Legione Septima Gemina, urbe Hiſpaniæ oriundi, patres habuêre SS. Marcellum & Nonam, clariſſimam fœminam, qui, ab eis ab exordio infantiæ enutriti in fide Catholica, poſtmodùm pro ejus defenſione celeberrimum ſeculis ediderunt ſpecimen; *ſic autem Sanctos noſtros exſtitiſſe fratres, è SS. Marcello & Nona genitos, non minùs dilucidè tradunt, neque tamen idcircò veritati id certò conſonum eſt credendum, utì è jam nunc dicendis pateſcet.*

verùm ob hæc, quæ Sanctos exſtitiſſe fratres, auctoriate ſua, utì, quæ hic

4 *Marcellus, qui verbis poſtremò recitatis pro Sanctorum noſtrorum patre obtruditur, alius non eſt, quàm S. Marcellus centurio & martyr, die* XXX *Octobris Romano hodierno juxta ac Adonis & Uſuardi Martyrologiis inſcriptus. Hunc quidem Acta, ad diem illam à Tamaio in Martyrologio Hiſpanico producta, nobiliſſimam virginem, nomine* Nonam, *in Africa, cùm ibidem ſub ſignis Romanis militaret, duxiſſe uxorem ac ex ea Claudium, Lupercium, Victoricum, Emetherium, Celedonium, Servandum, Germanum, Aciſclum,* Fauſtum, Januarium, Martialem *& Victorium filios, qui*
B *omnes patris veſtigia ſecuti primò milites ac dein martyres ſint effecti, genuiſſe affirmant; etſi autem ſic Sanctorum noſtrorum Actis, è Tamaio ſuprà allegatis, quæ hoſce S. Marcelli centurionis ex eadem matre Nona filios ac proin fratres germanos faciunt, apertiſſimè adſtipulentur, haudquaquam tamen rem certam efficiunt. Iſta enim S. Marcelli centurionis Acta partim è commentitio Hieronymi de la Higuera Juliano, utì ipſemet, quem præferunt, titulus prodit, ſunt accepta, nec in ejuſdem S. Marcelli centurionis, quæ inter Sincera & Selecta Martyrum Acta, anno* 1689 *typis Pariſienſibus vulgata, Ruinartius pag.* 312 *& duabus ſeqq. recenſet, mentio uſquam vel matrimonii, quod Marcellus cum Nona inierit, vel filiorum duodecim ac nominatim* Fauſti, Januarii *&* Martialis, *quos ex hac genuerit, inſtituitur.*

in medium adducuntur, ſuadent,
C

5 *Adhæc cùm nihil etiam, quod tres hoſce ſanctos noſtros Martyres exſtitiſſe S. Marcelli centurionis filios, vel utcúmque inſinuet, in eorumdem Actis, Operi jam nunc laudato apud Ruinartium à pag.* 597 *inſertis, occurrat, enimverò is ſcriptor in Admonitione, hiſce præmiſſa,* Fauſtum *ejuſque Socios martyres, S. Marcelli centurionis filios ab auctoribus Hiſpanis paſſim cenſeri præfatus, meritò ſubjungit:* At cùm id neque ex eorum Actis, neque ex aliquo probatæ fidei antiquo auctore confirmari poſſit, certiora exſpectamus argumenta, ut id ipſum affirmemus. *Ita Ruinartius, & ſanè meo quidem judicio rectiſſimè; ei autem ad tertiam Martii diem deceſſores noſtri in SS. Emetherio & Celedonio MM., qui & ipſi exſtitiſſe S. Marcelli centurionis filii à nonnullis putantur, jam præiverant, in Commentario horum Actis prævio num.* 7 *ea afferentes, quibus non tantùm Marcelli filiationem revocant in dubium, verùm etiam hujus filios ſibi non videri* Fauſtum, Januarium *&* Martialem, *inſinuant. Et verò, nec Marcelli centurionis filios, nec fratres, ſed amicos dumtaxat & ſocios* Fauſtum, Januarium *&* Martialem *exſtitiſſe, indicare videntur, quæ hiſce præſes Eugenius dixiſſe in ſinceris eorumdem Actis narratur, utì hæc infrà danda conſideranti pateſcet.* Martialis *quidem ſemel* Fauſtum Fratris *nomine in iiſdem* D *Actis appellat; verùm nihil obſtat, quò minùs id more, Chriſtianis familiari, qui ſeſe, quòd ejuſdem matris Eccleſiæ ſpirituales eſſent filii, nuncupare ſolebant* Fratres, *feciſſe credatur.*

certum haud reddunt, ſubiiſſe illos anno circitèr 298 *martyrium, credendum non eſt,*

6 *Nec hic audiendus Tamaius, hodie in Martyrologio ſuo Hiſpanico Martinum de Roa, quod Cordubenſes noſtros Martyres, nec fratres, nec Marcelli centurionis filios exſtitiſſe, contendat, erroris inſimulans. Auctores enim Hiſpani, qui, ùt ait, contrarium unanimi conſenſu affirmant, recentiores omnes ſunt, nullumque pro ſeſe antiquum ſideque dignum ſeu ſcriptorem ſeu monumentum allegant. Neque verò pro ſeſe, nì vehementer fallar, ſcriptorem monumentumve hujuſmodi vel ipſi, vel quicumque primi, quod hi de fraterna Martyrum noſtrorum conjunctione aiunt, litteris mandârunt, allegare potuiſſent. Jam verò, cùm id aliaque ſuprà adducta ſic, ùt dixi, habeant, enimverò, Martyres noſtros exſtitiſſe fratres, & quidem ex eodem patre Marcello & eadem matre Nona genitos, eorumdem Acta, à Tamaio adducta, certum haud efficiunt; utì autem proinde haud hoc, ſic nec* Fauſtum, Januarium *&* Martialem *tertio æræ Chriſtianæ ſeculo ſeu anno circitèr* CCXCVIII *ſubiiſſe martyrium, indubitanter Actorum iſtorum auctoritate eſt credendum.* E

maximè cùm verba, quibus id tradunt, è genuinis Actis accepta non ſint.

7 *Hinc illos non tunc, ſed minùs definitè loquendo, veroſimillimè, cùm equidem Martyrum pars longè maxima prioribus tribus Eccleſiæ ſeculis quartoque nondum provecto pro fide occubuiſſe noſcatur, ante annum* CCCXII *martyrio ad Superos evoláſſe, ſuprà in margine indicavi. Ceterùm non eſt, cur ſcrupulo forſan quiſquam adhuc angatur ex eo, quòd Martyrum noſtrorum Acta, à Tamaio vulgata, è ſinceris & primigeniis eorumdem Actis ſint partim accepta; etſi enim id ita ſit, verba tamen num.* 3 *huc tranſcripta, tam quibus* Fauſtum, Januarium *&* Martialem *anno* CCXCVIII *ſpiritum Domino tradidiſſe, quàm quibus hoſce fratres, ex eodem patre Marcello centurione & eadem matre Nona genitos, exſtitiſſe, luculentiſſimè, ùt dictum, tradunt, non ex illis probæ notæ Actis, ſed è recentioribus dumtaxat, ac proin dubiæ in re tam antiqua fidei, ſcriptoribus monumentiſve ſunt conquiſita, utì ipſemet Tamaius, utpote alterius formæ illa, alterius verò alia, quæ in ſinceris Sanctorum noſtrorum Actis reperiri putavit, characteribus exprimens, ſatis indicat. Hæc, quæ ex antiquis monumentis fideliter, ùt Baronius teſtatur, deſcripta Marineus Siculus in ſuo de Mirabilibus Hiſpaniæ Rebus Opere, anno* 1533 *Caroli V imperatoris juſſu publici juris facto, fol.* 26 *verſo & ſeq. primus vulgavit, poſtea inde accepta in ampliſſimam Surii de Actis Sanctorum Collectionem ad* XIII *Octobris diem ſunt illata; etſi autem Additionibus, aliunde mutuatis, interpolata haud ſint, nonnihil tamen contracta videntur.* F

Hæc, de quibus hic nonnulla, Commentario huic ſubdentur.

8 *Hinc Ruinartius è quatuor Mss Codicibus, quorum unus Bibliothecæ Colbertinæ, alter S. Cornelii Compendienſis, tertius B. Mariæ Silvæ-Majoris in diœceſi Burdigalenſi ac quartus denique celebris monaſterii Clarævallenſis erat, immutanda ac utcúmque corrigenda, ſicque ad priſtinum, ùt putavit, ſtatum revocata, inter ſincera & ſelecta MM. Acta ſtudioſo lectori, utì in his pag.* 597 *& duabus ſeqq. facit,*

A *facit, exhibenda exiſtimavit. Verùm an vel ita emendata omni nævo carent?* S. Fauſti *ejuſque Sociorum Acta ipſomet perſecutionum tempore videri conſcripta, Tillemontius, & rectè quidem, in ſua, quam in illos tom.* 5 *Monumentorum Eccl. pag.* 796 *ſuppeditat, Adnotatione præfatus, hæc nihilominus, etiam prout à Ruinartio exhibentur, difficultatibus diverſis, quas mox enumerat, laborare ibidem affirmat. Verùm etſi quidem, ùt ait, hæ verendi, ne Acta vitiata ſint, præbeant locum, eorumdem tamen, ut fatetur, auctoritatem haud evertunt, nec tanti momenti, ut non facilè diſſolvi queant, Sollerio noſtro in hodiernis ſuis in Uſuardum Obſervationibus meritò ſunt viſæ. Res itaque cùm ſic habeat, ac proin nihil obſtet, quò minùs iteratis typis iſta Sanctorum noſtrorum Acta habeantur digna, ea è Ruinartii editione cum Surii ſeu Marinei Siculi & Tamaii editionibus collata Commentario huic ſubnectam, Adnotationibus ſubinde, quibus & illuſtrentur & cumprimis difficultates, quibus, ùt dictum, è Tillemontii judicio laborant, diſſolvantur, pro more noſtro adjunctis.*

B

§ II. Antiquus & latè per Hiſpaniam extenſus Sanctorum cultus, reliquiarum, cùm diu latuiſſent, ſeculo XVI inventio ac tranſlatio.

Martyres noſtri è Prudentio, à quo, ùt apparet, laudantur, Hiſpanis jam inde à ſec. IV *& V honorati fuiſſe videntur.*

C *Aurelius Prudentius lib. περὶ στεφάνων ſive* de Martyrum coronis *hymno quarto celebriores Hiſpaniæ Martyres enumerans ſic canit:*

Orbe de magno caput excitata
Obviàm Chriſto properanter ibit
Civitas quæque, pretioſa portans
dona caniſtris.
Afra Carthago tua promet oſſa,
Ore facundo Cypriane doctor;
Corduba Aciſclum dabit & Zoellum
treſque coronas.

Coronæ tres, quas, veluti pretioſa dona, in extremo judicii die Chriſto oblatura civitas Cordubenſis hic à Prudentio dicitur, veroſimillimè, ſpectato hujus ſenſu, eſſe tres ſancti noſtri Martyres Fauſtus, Januarius & Martialis, *quos Cordubæ martyrio fuiſſe coronatos, inter omnes convenit, modò paſſim ab eruditis (neque verò, ùt apparet, immeritò) putantur; cùm autem Chriſtianus is poëta, qui ſic de noſtris iſtis Cordubenſibus Martyribus loquitur, anno* 348 *ac proin ſec.* IV *natus, ſec.* V *exceſſerit è vivis, id enimverò illos Hiſpanis jam inde à duobus hiſce ſeculis ſummo in honore ac pretio fuiſſe, argumento eſt. Nec ambigendum appareat, quin jam tum, ſi non in pluribus Hiſpaniæ civitatibus, in Cordubenſi ſaltem cultu, Sanctis deferri ætate illa ſolito, fuerint gaviſi. Aſt an jam tum pariter ibidem templum ſub nominibus ſuis Deo conſecratum habuêre?*

10 *Tamaius, ſtatim atque igne combuſtos, martyrium Cordubæ anno* 298 *aut circitèr conſummáſſe, in ſuprà memoratis, quæ hodie recenſet, Actis narravit, ſubjungit:* Eorum corpora non ſic ignis conſumpſit, ut inter cineres aliquot non reperirentur oſſa ſacrata, quæ à fidelibus devotè collecta in locum urbis abſconditum repoſuêre, &, data Eccleſiæ pace, ibidem baſilicam exſtruxit ſequentium fidelium pietas. *Ita ille, nihil tamen dicens, unde vel ſeculum, ante quod Cordubæ Sanctis noſtris templum jàm ſteterit erectum, elicias; verùm Martinus de Roa, è cujus de Sanctis, ab eccleſia Cordubenſi celebratis, opere Hiſpanico Tamaius accepta à ſe, quæ dat, prolixiora Martyrum noſtrorum Acta in linguam Latinam convertit, in altero, quod de eccleſiæ Cordubenſis Martyribus Latinè conſcripſit, opuſculo, factâ primùm in hoc cap.* 1 *Cordubenſium Martyrum duos in ordines, quorum primo quidem ſub Romanorum præſidum adminiſtratione, ſecundo verò ſub Arabum ſervitute coronatos aſſignat, diſtinctione, ità deinde cap.* 2 *orditur:* primi ordinis Martyribus, hoc eſt, de beato Aciſclo & ſorore ejus: de Fauſto & Sociis: ac de beato Zoylo eccleſia Cordubenſis ante mille ipſos annos & ampliùs, & celeberrima templa habuit, ùt ex divo Eulogio conſtat, & dies feſtos egit.

AUCTORE C. B. *jamque ante ſec* VII *aut* VIII, *ſi Martinus de Roa vera memoret, eccleſiam*

E

11 *Jam verò cùm Martinus de Roa, ſeculi* XVII *initio dictum opuſculum concinnârit, è modò huc tranſcriptis hujus verbis, ſi veritati conſonent, conſectarium evadit, ut Cordubenſis eccleſia, Deo olim ſuè* SS. Fauſti *ejuſque Sociorum nominibus ſacrata, vel ipſomet ſec.* VII *vel etiam ante hoc aut certè ante octavum fuerit exſtructa. Verùm id, ſeu tum, cùm ſeculum* XVII *nondum diu eſſet inchoatum, Cordubenſem, quæ Sanctis noſtris fuerat erecta, eccleſiam ſtetiſſe jam annis ampliùs mille, è S. Eulogio, quem laudatus de Roa pro ſe citat, haud apparet omnino certum. Spectatis enim, quæ huc pertinent, S. Eulogii verbis, dubitari poteſt, an vel hujus ætate ſeu ſec.* IX, *quo ad annum quinquageſimum nonum provecto martyrium ſubiit, Cordubæ eccleſia, quæ à Sanctis noſtris eſſet vocata, exſtiterit. Exſtant illa in S. Gumeſindi presbyteri Actis, ad* XIII, *quâ hic in Martyrologio Romano hodierno recolitur, Januarii diem in Opus noſtrum è Sanctorum aut, ſi mavis, Martyrum Cordubenſium, quod S. Eulogius contexuit, quodque ſcholiis ab Ambroſio Morales ſec.* XVI *jam ſeneſcente illuſtratum tom.* 4 *Hiſpaniæ Illuſtratæ à pag.*217 *exhibetur, Memorialis lib.* 2, *cap.* 9 *jam illatis; ſequentia autem hæc ſunt:* Sanctus Gumeſindus presbyter ex oppido Toletano, olim cum utroque parente puer adhuc parvulus Cordubam veniens, votivo genitorum affectu per ſacrum clericatûs ordinem cæleſti aſcriptus militiæ, apud baſilicam Sanctorum trium, quâ Fauſtus, Januarius & Martialis martyres præſentialibus corporum ſuorum favillis quieſcunt, digna pædagogorum educatione in Dei timore clareſcit.

Cordubæ habuerint; etſi autem id è S. Eulogio, quem is pro ſe laudat,

F

12 *S. Gumeſindus anno* 852, *ùti apud nos loco mox citato vivere licet, martyrio vitam finiit; quare S. Eulogii ætate ſeu è jam dictis ſec.* IX *ad annum quinquageſimum nonum nondum provecto Cordubæ eccleſia, quæ à* SS. Fauſto, Januario & Martiale *nuncuparetur, indubiè exſtiterit, ſi per Sanctos tres, apud quorum baſilicam S. Gumeſindus, cùm puer adhuc parvulus Cordubam veniens clero ibidem fuiſſet adſcriptus, in Dei timore claruiſſe verbis jam datis à S. Eulogio traditur,* SS. Fauſtus,

haudquaquam, ùti quæ hic

AUCTORE C.B. Januarius & Martialis *martyres debeant intelligi. Verùm id ita habere, ſi ſola, quæ jam recitavi, S. Eulogii verba ſpectentur, pro certo, utì illa conſideranti pateſcet, aſſeverari non poteſt. At verò, inquies, anne ergò S. Eulogius per* Sanctos tres, *in quorum baſilica* præſentialibus, *ùt loquitur,* corporum ſuorum favillis SS. Fauſtum, Januarium & Martialem *quieſcere, modò huc tranſcriptis verbis ait, tres hoſce ſanctos noſtros Martyres re ipſa haud intellexit? Intellexit ſanè, ùt mihi equidem apparet; etſi enim id, ùt jam docui, è ſolis, quibus utitur, verbis concludi ſeu affirmari haud poſſit, poteſt tamen ex eo, quòd ſancti noſtri Martyres nec plures nec pauciores ſint, quàm tres, quódque niſi hoſce per Sanctos tres, ſub quorum nominibus Cordubæ ætate ſua ſeu ſec.* IX *fuiſſe eccleſiam Deo conſecratam Memorialis mox dicti cap.* 9 *iterumque deinde cap. ſeq. prodit, intellexiſſe dicatur, tres Sancti alii, quos intellexiſſe cum aliqua veri ſpecie dici queat, aſſignari haud poſſint.*

B *in medium* 13 *Adhæc Cordubæ S. Eulogii ætate ſeu ſec.* IX *exſtitiſſe, quæ trium ſanctorum noſtrorum Martyrum eſſet, eccleſiam, hancque* Sanctorum trium baſilicam *aut etiam ſimpliciter, prout & à S. Eulogio loco poſtremò cit. vocatur,* Sanctos tres *dumtaxat vulgò appellatam fuiſſe, ex iis etiam, quæ Hiſpaniæ Illuſt. tom. jam cit. pag.* 220 *Ambroſius Morales ſuppeditat, vero evadit ſimillimum. Abs hoc enim, ibidem, quis ſtatus Chriſtianæ religionis Cordubæ ſub Arabum imperio D. Eulogii tempore fuerit, exponente, inter Chriſtianorum templa, quæ tum ibidem fuerunt,* Sanctorum trium martyrum Fauſti, Januarii & Martialis baſilica, ubi eorumdem cineres aſſervabantur, *recenſetur ac deinde ſubjungitur.* Hujus templi mentio etiam eſt in priſcis Annalibus, quos initio liber ille Compoſtellanus habuit, de quo in Dominico Sarraceno martyre (*tom. nempe mox iterum cit. Hiſpaniæ Illuſtratæ pag.* 352) dicemus. Ibi ita legitur: "Era M. XXXIII", *id eſt, anno Chriſti* 995, "octavo Kalendas Ja»nuarii captus & lanceatus fuit comes Garſia »Fernandi à Sarracenis inter Alcocer & Lan»ga in riba de Dorio. Et quinta die mortuus C »fuit & ductus ad Cordubam & ſepultus in »Sanctos tres, & inde ductus fuit ad Caradi»gnam."

adducuntur, ſuadent, ſit certum, vero tamen apparet ſimillimum. 14 *Verùm, etſi jam allegata ac præcipuè ſuprà huc tranſcripta S. Eulogii verba vix ac ne vix quidem dubitare ſinant, quin Sancti hujus ætate ſeu ſec.* IX *eccleſia, quæ à tribus ſanctis noſtris Martyribus diceretur, Cordubæ exſtiterit, id tamen etiam ibidem vel jam à ſec.* VII *vel ante hoc aut certè ante octavum, utì è ſuprà huc tranſcriptis Martini de Roa verbis, ſi veritati forent conſona, conſequeretur, habuiſſe locum, haudquaquam inde evadit certum. Etenim tam quæ S. Eulogius loco ſuprà cit. ſcribit, quàm quæ Ambroſius Morales verbis jam nunc datis docet, veritati cerò fuerint ad amuſſim conformia, ſi ſeculo demùm nono Cordubæ eccleſia, quæ à tribus noſtris ſanctis Martyribus eſſet nuncupata, exſtiterit. Attamen cùm Mauris quidem, ſeu Arabibus, pauca, Catholicis verò Romanorum imperatoribus Gothorumque regibus in Hiſpania regnantibus, quamplurima ibidem fuerint templa exſtructa, Cordubenſem Sanctorum noſtrorum trium eccleſiam, certò haud ſeriùs, quàm ſeculo demùm nono, utì è jam dictis pronum eſt colligere, exſtructam, ante octavum etiam ſeculum, quo Mauri ſeu Arabes, Mahometi aſſeclæ, totam ferè Hiſpaniam ſubjugarunt vixque tandem omninò ſec.* XIV *pulſi inde armis deſerverunt, ſtetiſſe, jam inde forſan etiam à ſec.* IV *aut altero è ſequentibus ædificatam, vero ſaltem apparet ſimillimum.* D

Cordubæ porrò, etſi etiam in aliis Hiſpaniæ civitatibus 15 *Nec tantùm Cordubæ, ſed & alibi in Hiſpania Sanctis noſtris jam à longiſſimo etiam tempore fuiſſe templa, haudquaquam mihi apparet ab omni prorſus veritatis ſpecie alienum. Certè cultus, quo Cordubæ è modò dictis fuêre à pluribus jam ſeculis gaviſi, intra unam hanc Hiſpaniæ civitatem ſeſe haud continuit, ſed ad plures alias ſeſe diffudit. Audi, qui in ſuis in ſuprà huc tranſcripta S. Eulogii verba ſcholiis Ambroſius Morales loquatur.* De ſacris, *inquit,* his tribus Martyribus Cordubenſibus (Fauſto *videlicet,* Januario & Martiale) celeberrima eſt in omnibus Hiſpaniæ eccleſiis memoria, inſigni feſtivitate, & copioſa hiſtoria in Lectionibus matutinis repetita. Martyrologia omnia & quicumque de Sanctis ſcripſerunt, eorum inſignem habent mentionem. Sed variat alicubi feſtus dies; alibi vicesimus octavus Septembris; alibi Octobris tertius decimus ſignatur. *Ita enimverò, inſignem planè eſſe ac latiſſimè ſeſe in Hiſpania diffudiſſe Sanctorum noſtrorum cultum, luculentiſſimè laudatus ſcriptor nos docet; quod autem ad* XXVIII *Septembris &* XIII *Octobris dies, quorum priori alibi, alibi poſteriori coli eos ait, ſpectat, feſtum eorum in S. Iſidori Miſſali & in Breviario Hiſpalenſi* XXVIII *Septembris, in reliquis verò eâdem, quâ in eccleſia Cordubenſi colitur, tertiâ decimâ Octobris die celebrari, in ſua Martyrum Cordubenſium Hiſtoria fol.* 156 *verſo ſub finem Martinus de Roa affirmat.* E

ac nominatim in Toletana, in cujus Officio Muzarabico Hymno etiam, qui ex Tamaio 16 *Aſt quo ritu quave ſolennitate in ſingulis Hiſpaniæ eccleſiis ac nominatim in celeberrima Toletana id fit? Rem iſthanc ſeſe edoceri, lectorem vehementer deſiderare, operoſéque adeò hìc indagandam haud duxi; verùm, cùm ei putem futurum non ingratum, ſi Hymnus, qui Officii eccleſiaſtici, quo in Breviario Muzarabico Toletano Sancti noſtri hodie coluntur, partem conſtituit ſimulque Sanctorum noſtrorum Acta, Commentario huic, ùt jam monui, ſubdenda, compendio quodammodò complectitur, ſecum hìc in anteceſſum communicetur, lubet illum integrum, prout hodie apud Tamaium in Mrl. Hiſpanico typis excuſus exſtat, huc tranſcribere. Sic habet:* F

Gaudet caterva nobilis
Dei repleta gratiâ,
Trium ſanctorum Martyrum
Eſt præclara ſolemnitas.
Templum beata Trinitas
Perenne condidit ſibi,
Ex quo novum depromitur
Dulciſſimumque canticum.
Hi tres Viri concorditer
Ad paſſionem veniunt:
In Trinitatis nomine
Hoſtem vicêre peſſimum.

hìc integer 17 Fauſtus benignus primus eſt,
Affatur: Hujus temporis
Condigna non eſt paſſio,
Fratres, futuram ad gloriam.

Beatus

A

Beatus Januarius,
Aperta, inquit, janua
Eſt nobis, jam gaudio
Cælo* fruamur optimo.
*an cæli?
En, Martialis provehit,
Aſcenſus almis omnibus
Sanctis Dei ad gloriam
Gaudet lætus conſortio.
Tunc Martialis orſus eſt:
Propter æternam gloriam
Debemus temnere idola
Et judicis ſævitiam.
Mox præſes cœpit fremere:
Dentes, nares, auriculas,
Labra, ſed ſupercilia
Sanctis juſſit abſcindere.
Inquiunt almi Martyres:
Judex inique & peſſime,
Servos Dei cur afficis?
Cur falſos deos ſuſpicis?
18 Furore tunc tyrannus eſt
lectori exhibetur,
Accenſus, inquit: Mittite
In ignem iſtos, monita
B Qui noſtra audent temnere.
Intrant beati Martyres
Læti caminum; concinunt
Hymnum Deo & canticum
Novum piis concentibus.
Abjecta carnis ſarcina,
Mittunt in aſtra ſpiritum:
Chriſtum vident, quem diligunt,
Sancti Dei cum angelis.
Orate, Sancti, ad Deum,
Repellat celer ut mala
Et conferat nobis bona,
Pacemque donet omnibus.
Precamur, almi Martyres,
Per unum & trinum Deum,
Dirum ut jugum ocyùs,
Quod ſuſtinemus, auferat.

ornantur, cultu gaudeani, ſemper quieverunt ſacra eorum lipſana,

19 *Talis eſt, quem in eccleſiaſtico Sanctorum noſtrorum Officio hodie recitandum Breviarium Muzarabicum Toletanum proponit, hymnus ſacer. Verùm erit fortaſſis, qui modò, an hymnus ille ſit admodùm antiquus, hic petat. Et verò eſt, cur hac de re dubitetur. Etſi enim jam inde etiam à ſec.* VII *, ut hymni in divinis canerentur Officiis, poſitum fuiſſe in*
C *more, è concilii Toletani quarti, anno Chriſti* 633*, præſide S. Iſidoro, celebrati, decreto decimo tertio conſtet, hymnos tamen non paucos, qûi in eccleſiaſticis antiquiſſimorum etiam Martyrum Officiis recitari ſolent, diu dumtaxat poſt ſec.* VII *ſeu S. Iſidori ætatem compoſitos ac in uſum tum primùm receptos fuiſſe, eſt certum. Utut ſit, ſeſe equidem Sanctorum noſtrorum cultum non intra ſolam Cordubam continuiſſe, ſed & ad alias Hiſpaniæ civitates ac nominatim ad Toletanam tranſiiſſe, luculenter, quæ jam ſuprà allegavi, oſtendunt. Verùm, etſi ſic habeat, ſemper tamen ſacræ eorum reliquiæ Cordubæ in Sanctorum trium, per quos non alios, quàm* SS. Fauſtum, Januarium & Martialem, *intelligi, jam ſuprà vidimus, eccleſia manſère, nec, ùt apparet, cum aliis eccleſiis communicatæ, nedum omnes aliò fuerunt tranſlatæ. Sanè Cordubæ in dicta eccleſia ſacra illa pignora ſec.* IX*, etſi Mauris in Hiſpania jam dudum regnantibus, adhuc quieviſſe, è S. Eulogii verbis, num.* XI *huc tranſcriptis, exploratum habetur.*

20 *Nec inde pòſt, ſec.* XI *Mauris in Chriſtianos quammaximè ſævientibus totoque niſu ſacras etiam Martyrum reliquias perdere ſtudentibus, fuerunt amota; verùm, quò horum furori ſubducerentur, à Chriſtianis unà cum Zoïli & Aciſcli aliorumque adhuc aliquot ſanctorum Martyrum ſacris lipſanis arcæ lapideæ incluſa, hâcque marmore, & tempus rei geſtæ & SS. Chriſti MM.* Fauſti, Januarii, Martialis, *Zoïli & Aciſcli nomina præferente, obtectâ, in illa ipſa eccleſia ſeu baſilica fuerunt terræ, relictâ nonnullis loci, quo fuiſſent occultata, notitiâ, anno* 1041 *mandata. Ita ferè in ſua Martyrum Cordubenſium Hiſtoria ad* XXI *Novembris diem Martinus de Roa, qui annis quingentis triginta quatuor pòſt ſeu anno* 1575 *in eadem eccleſia, quæ interea, Cordubâ à Ferdinando III, ſancto Caſtellæ rege, Mauris anno* 1236 *ereptâ, abrogato abs hoc, quod priùs geſſerat,* SS. Fauſti, Januarii & Martialis *nomine,* S. Petri *fuerat vocata, ſacra iſta lipſana fuiſſe inventa, ibidem etiam docet. Id ipſum porrò etiam facit Generalium Hiſpaniæ Chronicorum lib.* 17 *Ambroſius Morales; verùm fuſiorem utriuſque narrationem, in compendium à ſe contractam, ad* XXI *Novembris diem, quâ ſacrarum iſtarum exuviarum inventio, etſi quotannis non tunc, ſed* XXVI *menſis ejuſdem die ab eccleſia Cordubenſi feſtiva ſolennitate celebrari ſolita, evenit, in Martyrologio ſuo Hiſpanico Tamaius exhibet.*

AUCTORE C. B. *cúmque arca lapidea, cui incluſa terræ anno* 1041 *fuerant mandata,*

E

21 *Verba, quibus id facit, prolixioribus, quibus Ambroſius Morales & Martinus de Roa utuntur, omiſſis, juverit hîc lectoris oculis ſubjeciſſe. Sic habent:* Die XXI menſis Novembris, anno Domini MDLXXV. infra Octavam SS. Aciſcli & Victoriæ martyrum Cordubenſium, in Pontificatu S. D. N. Gregorii XIII. Pontificis maximi, ſub imperio religioſiſſimi principis Philippi II., Hiſpaniarum regis Catholici, F. D. Bernardo de Freſneda, Ordinis Seraphici alumno, epiſcopalem Cordubenſem infulam induente; cùm ad reparationem arcûs toralis antiquæ eccleſiæ Cordubenſis, titulo S. Petri condecoratæ, quæ tempore captivitatis cathedralis exſtiterat, foveam altam ſtructores aperire curarent, in quam-
F dam lapideam arcam inciderunt eo eccleſiæ angulo, quo civium fama immemorialis ab antiquioribus ſeculis devenerat, univerſos imbuens, ibidem corpora SS. martyrum Cordubenſium aliquot condita jacere; quorum licet inquirere lipſana D. Petrus Fernandez de Cordua, marchio Priegenſis, pòſt D. Alfonſus Manrique & D. Joannes de Toledo, epiſcopi Cordubenſes, multoties conarentur, tamen difficultatibus præpediti, & ne templi fabrica corrueret, à propoſito deſcivêre. Igitur, arcâ lapideâ à foſſoribus repertâ, ſubitò totius populi vox inſonare cœpit, eam eſſe capſam, quâ ſuorum Sanctorum ſacra pignora condebantur. Ad præfati D. Bernardi de Freſneda præſulis, tunc diœceſim viſitantis, res hujuſmodi pervenit auditum; qui protinùs Cordubam repedans, arcam aperire* juſſit, ubi plu- *l. aperiri
rima oſſa & capita humanorum corporum inventa ſunt, quæ à medicis & chirurgis recognita, inibi eſſe* XVIII cadaverum oſſa & capita juramento atteſtati ſunt.

anno 1575 *fuiſſet effoſſa, ſententiaque à Cordubenſi epiſcopo de illis*

22 Tunc epiſcopus illa honorificè in capſa lignea

AUCTORE C. B.

in hac repertis lata

**l.* includi

**l.* cuſtodiri

lignea juſſit includere*, & intra armarium capellæ S. Luciæ cuſtodire*, donec ad informationem traditionis & famæ immemorialis procederet. Ita factum, & habito proceſſu, omnibus viſis ſequentem protulit ſententiam: "In civitate Cordubenſi die XIII menſis Septembris, anno à Nativitate Domini M.D. »LXXVII. reverendiſſimus dominus D. F. Bernardus de Freſneda, epiſcopus Cordubenſis, »& viſis teſtibus, ſepulchro & marmore inventis, & intellecta traditione accolarum hujus urbis, quâ conſtat, quòd in eccleſia S.Petri »ſepulta erant oſſa innumera plurimorum ſanctorum Martyrum, in eadem civitate paſſorum, & opinione & devotione concivium, »ab immemoriali tempore emanata; & viſis »hiſtoriis vetuſtis & conſultationibus doctiſſimorum hominum dixit, quòd ſuum erat judicium, oſſa prædicta, in ſepulchro inventa, fuiſſe & eſſe oſſa & reliquias eorum Martyrum, in litteris marmoris" (*hîc ſuprà num.* 20 *dicta videſis*) "contentorum, & aliorum ibidem jacentium. Ideò præcepit, ut B »debitè cuſtodiantur abſque veneratione, donec Sedes Romana aliter decernat."

à Sede Apoſtolica

23 Quâ epiſcopali ſententiâ prolatâ, proceſſus & Acta omnia Romam directa ſunt, & coram Gregorio XIII. Pont. Max. cum ſupplicationibus epiſcopi, capituli & civium Cordubenſium, qui Martyrum devotione ſuccenſi diem Inventionis celebrabant, oblata. Non ſolùm ſanctitatem & venerationem oſſium probavit, ſed etiam feſtum Inventionis decrevit, & in cæteris ad ſynodum provincialem recurreretur. Hæc habita fuit Toleti anno M. D. LXXXII. Ubi iterum de hac declaratione tractatum, tandem ſequentem ſententiam ſynodus protulit.

ac dein à concilio Toletano provinciali,

24 "In urbe Toleto die XXII menſis Januarii, anno à Nativitate Domini M. D. »LXXXIII. congregatis in unum in ſancto concilio provinciali Toletano, illuſtriſſimo domino D. Gaſpare de Quiroga, S. R. E. Cardinale, archiepiſcopo Toletano, Hiſpaniarum primate, generali inquiſitore & Caſtellæ archicancellario, & reverendiſſimis patribus D. Alvaro de Mendoza, epiſcopo Palentino, D. Antonio de Pazos, epiſcopo C »Cordubenſi, D. Franciſco Sarmiento, epiſcopo Giennenſi, D. Gomezio Zapata, epiſcopo Conchenſi, D. Alfonſo Velaſquez, »epiſcopo Oxomenſi, D. F. Lanrentio de Figueroa, epiſcopo Seguntino, D. Andrea de »Bovadilla, epiſcopo Segovienſi, D. Alfonſo »de Mendoza, abbate Valleſoletano, viſo negotio, ad hanc ſanctam ſynodum per D. N. »D. Gregorium XIII. remiſſo, & Actis proceſſûs, per Rectorem, beneficiatos & clericos eccleſiæ S. Petri Cordubenſis oblatis, »circa venerationem reliquiarum SS. Martyrum Fauſti, Januarii & Martialis & aliorum »in proceſſu contentorum.

& quidem, uti quæ hîc

25 „Viſis etiam meritis & circumſtantiis, »ſuprà dicti domini patres in concilio congregati, ſequentes ſententiam reverendiſſimi »domini D. Bernardi de Freſneda, quondam »epiſcopi Cordubenſis, in quantum oſſa prædicta, fuiſſe & eſſe reliquias SS. Martyrum »prædictorum, in literis marmoris contentorum, declaravit & venerationem omiſit, bene judicâſſe, & omiſſionem ſupplentes, eadem oſſa veneratioui exponenda eſſe fide„lium, declarârunt, ideoque collocari in lo„co ſublimi debere juſſerunt, illiſque debitum „cultum & venerationem à Chriſti fidelibus „impertiendam ſanxerunt, ſine tertii præju„dicio." *Ita ſanè ſententia, quâ, quæ in arca lapidea, Cordubæ in S. Petri eccleſia è terra anno* 1575 *effoſſa, fuerunt reperta, oſſa omnia & ſingula fuiſſe & eſſe Martyrum, Cordubæ paſſorum, Bernardus de Freſneda, Cordubenſis epiſcopus, pronuntiavit, luculentiſſimè & à ſummo Pontifice Gregorio XIII & à Toletano provinciali concilio fuit probata; neque verò immeritò, ut mihi equidem apparet.* D

adducuntur.

26 *A Chriſtianis enim, è ſingulari, quâ in Sanctos ferebantur, veneratione impium Maurorum in ſacra horum pignora furorem eludere ſtudentibus hincque* SS. Fauſti, Januarii, Martialis *nec non aliorum Martyrum Cordubenſium oſſa, arcæ lapideæ incluſa, ſub terra anno* 1041 *occultantibus, fuiſſe hiſce aliorum, quî Martyres aut Sancti non eſſent, oſſa admixta, veroſimile nullo modo eſt; omnia autem & ſingula Martyrum etiam fuiſſe, vel ex eo eſt concludendum, quòd non aliorum, quàm* F *quorum cadavera in eccleſia fuiſſent ſepulta, exſtitiſſe videantur illorumque, qui martyrio vitam haud finiiſſent, cadavera prioribus tredecim Eccleſiæ ſeculis haud ſolerent, conſuetudine iſthac præcipuè etiam in Hiſpaniis tunc obtinente, in eccleſiis ſepeliri. At verò, inquies, ſi non tantùm* Fauſtus, Januarius, Martialis, *Zoïlus & Aciſclus, ſed & omnes alii, quorum oſſa in arca lapidea, è terra in S. Petri eccleſia anno* 1575 *effoſſa, fuerunt reperta, vel Martyres vel certè Sancti exſtiterint, quid ni tam horum, quàm priorum quinque nomina tabulæ marmoreæ, quâ, ùt dictum, arca illa obtegebatur, fuerunt à Chriſtianis inſcripta?*

ſolutis etiam, quæ in contrarium

27 *Eſt ſanè, cur id mirum primo intuitu appareat; verùm Sancti, quorum oſſa in dicta arca fuêre inventa, octodecim numero, utì è Tamaii verbis, num.* 21 *huc tranſcriptis, fas eſt colligere, exſtitêre, eratque tabula iſta marmorea minor, quàm ut tot nominibus capiendis ſufficeret. Majorem quidem, cui facilè hæc omnia, nullo etiam omiſſo, inſcribi potuiſſent, reperire Chriſtiani veroſimillimè valuiſſent; verùm facilè factum eſſe poteſt, ut, Maurorum perſecutione quammaximè urgente, tabulam hujuſmodi quærendo tempus terendum, quòd inde, ne ſacras omnes, quas conſervatas volebant, reliquias amitterent, periclitaturos ſeſe conſpicerent, haud rati, tabulæ minori, quæ ad manum erant, ſola Martyrum quinque, quos præcipuè venerari ſolebant, nomina inſcripſiſſe ſacraſque aliorum, quorum memoriam ſimili ratione ſervare per temporis anguſtias haud licebat, reliquias furori ſaltem Maurorum ſubduxiſſe fuerint contenti. Ac ita quidem præcipua, quæ, quò minùs omnes & ſinguli, quorum oſſa in arca, anno* 1575 *Cordubæ è terra in S. Petri eccleſia effoſſa, fuerunt inventa, vel Martyres vel ſaltem Sancti credantur, obſtare videbatur, difficultas evaneſcit; verùm erit forſan etiam, qui modò, an vel ipſorummet ſanctorum noſtrorum martyrum* Fauſti, Januarii & Martialis *oſſa in arca illa exſtiterint, revocet in dubium ob S. Eulogii verba, num.* XI *huc tranſcripta; hiſce enim, illos ætate ſua ſeu è ſuprà dictis ſec.* IX *in Sanctorum trium, poſtea, ùt jam docui,* S. Petri *nuncupata, baſilica* præſentialibus

A libus corporum ſuorum favillis *ſeu cineribus quieviſſe, ſanctus ille ſcriptor diſertè tradit; quòd ſi autem ſeculo* IX *in corporum ſuorum favillis dumtaxat ſeu cineribus in Sanctorum trium baſilica, ita ab ipſiſmet, ut jàm ſuprà docui, appellata, Cordubæ quieverint, quis, quæſo, ſéc.* XVI *ſuperfuiſſe ibidem adhuc ex illis oſſa, hæcque, arcæ lapideæ incluſa, anno* 1575 *in eadem eccleſia, tunc* S. Petri, *nomine mutato, vocata, unà cum plurium aliorum Martyrum oſſibus fuiſſe reperta, in animum facilè inducat?*

faciunt, difficultatibus, ſuadent,

28 *Nemo ſanè, qui Eulogii tantummodò verba, ſecundùm ſe accepta, non verò ſecundùm ſenſum, quem è ſcriptorum etiam optimorum interpretatione patiuntur, conſiderárit. Verùm Eulogii verba poſteriori iſthoc modo conſideranda exiſtimo; meritóne, an immeritò, è jàm nunc dicendis ſtatues. Romani, qui defunctorum ſuorum corpora combuſere ſolebant, id totum, quod ex iis reliquum ignis fecerat,* cineres *vocabant; ex hac autem conſuetudine* cineres *vocandi hujuſmodi reliquias paulatim*
B *eſt factum, ut corporum, tam quæ ignem paſſa haud fuiſſent, quàm quæ per hunc tranſiiſſent, exuviæ* cinerum *nomine fuerint à ſcriptoribus etiam eruditiſſimis diſtinctæ. Sic corpus S. Cypriani martyris à Gregorio Nazianzeno, ſic id S. Pauli à Claudiano poëta* cinères *appellatur, etſi interim nec Paulus, nec Cyprianus, ut notum eſt, igne martyrium conſummárit; cùm autem ſacras duorum horum Sanctorum, ignem haud paſſorum, reliquias bini ſcriptores laudati ita haud ineptè vocárint, quid ni* SS. Fauſti, Januarii & Martialis, *igne occiſorum, oſſa* cineres *pariter haud ineptè appellare Eulogius potuerit?*

meritò fuiſſet approbata,

29 *Id equidem haud perſpicio; quod ſi autem ſacra iſta lipſana ſic appellare haud ineptè potuit, re etiam ipſa, cùm contrarium nullo modo queat probari, id feciſſe eſt cenſendus, ne alioquin receptiſſima Cordubæ traditio, quæ Martyrum noſtrorum oſſa in S. Petri eccleſia aſſervari ferebat, à vero dicenda ſit exſtitiſſe aliena. Jam verò, cùm ſic habeat, meritò ſanè epiſcopi Cordubenſis ſententiam, quâ oſſa, Cordubæ in arca ſuprà memorata anno*
C 1575 *inventa, fuiſſe & eſſe tum Martyrum, quorum nomina tabulæ marmoreæ, arcam obtegenti, erant inſcripta, tum aliorum aliquot, ibidem quieſcentium, declaravit, à ſummo Pontifice ſimul & ſynodo Toletana, anno è ſuprà dictis* 1583 *celebrata, approbatam fuiſſe, nemo non fatebitur, qui, quæ dixi, expenderit. Porrò, re ſic geſta, D. Antonius de Pazos, qui tunc Cordubenſis erat epiſcopus, ſynodoque hoc nomine interfuerat, nihil habuit antiquius, quàm ut SS. martyrum* Fauſti, Januarii & Martialis, *nec non aliorum, quorum oſſa in arca lapidea, ſuprà ſæpiſſimè jam memorata, fuerant inventa, honorificentiſſimè collocarentur. Audi, qui Tamaius poſt verba, quæ ſuprà ex eo jam recitavimus, narrationem ſuam proſequatur.*

ad oratorium eum in finem exſtructum ſolenni ritu fuerunt tranſlatæ.
a l. diſponi

30 Denique, *inquit*, ſynodo diſſoluta, D. Antonius de Pazos, Cordubenſis præſul, ad propriam ſedem reverſus, illicò capellam, quâ ſanctorum Martyrum lipſana eſſent collocanda diſponere* honorificè præcepit, & jaſpidis magnificum tabernaculum, ſupra cujus planiciem arca oſſium ſacrorum eſſet reponenda, conſtruere* juſſit, ita ut ex ipſis lapidibus, in fovea repertis, altare erigeretur, hocque marmoreis tabulis ornaretur. *Ita ille, mox etiam indicans, ad altaris quidem à ſe memorati dexteram lapidem, qui crucem ſibi inſculptam præferebat, ad ſiniſtram verò marmor, quod eoſdem planè, quibus marmor, arcam lapideam unà cum huic incluſis tum noſtrorum trium, tum aliorum aliquot Martyrum oſſibus in S. Petri eccleſia repertam operiens, fuerat ſignatum, characteres* SS. Fauſti, Januarii, Martialis, *Zoïli & Aciſcli nomina ſcalpro expreſſa exhibentes, ſibi inſcriptos habebat, fuiſſe collocatum. Porrò hiſce* omnibus, *ut Tamaius, narrationem ſuam hic claudens, iterum proſequitur,* perfectè abſolutis, arca reliquiarum hujuſmodi ſuper tabernaculum XX die Novembris in primis Veſperis Inventionis, anno Domini M. D. LXXXIV. tranſlata & collocata fuit, adſtantibus capitulis eccleſiaſtico & ſeculari, & magna civium & accolarum urbium & oppidorum circumſtantium turba, interveniente in hac tranſlatione ſolenni, inſignium muſicorum & chorearum multitudi- E
ne, actum honorificum auctorante cleri, populi, religionum & confraternitatum numero, & inſigniis earum; quod etiam quotannis exequitur devotè, ut Deus glorificetur in Sanctis ſuis.

AUCTORE C. B.

a l. conſtrui

ACTA,

Auctore anonymo,

E Ruinartii in ſinceris Martyrum Actis editione, cum Surii & Tamaii editionibus a collata.

CAPUT UNICUM.

F

Sancti ob intrepidam fidei confeſſionem crudeliter torti igne comburuntur.

Fidei confeſſione à Sanctis edita,

CUm Eugenius ſacrilega mente & impio ſpiritu Cordubam adventâſſet *b* & Servos Dei potiùs dinumerare ac probare, quàm perturbare videretur, & deos ſuos adorare præciperet, ei Fauſtus, Januarius & Martialis occurrerunt *c* dicentes: Quid tibi vis, Eugeni, qui Dei Servis mavis invidere quàm credere *d*? Tunc Eugenius, irâ percitus, dixit: O infelices Homines, quid vos eſſe vultis *e*? Fauſtus reſpondit: Nos Chriſtiani ſumus, Chriſtum fatentes, qui Dominus unus eſt, per quem omnia, & nos per ipſum facti ſumus. Eugenius dixit: Unde vobis eſt hæc tam deſperata ſocietas? Fauſtus *f* reſpondit: Deſperatio in nobis non eſt, niſi in

b
c
d
e
f

A. ANONYMO.

te ſolo, qui nos Deum negare fruſtrà compellis.

Fauſtus primùm in equuleo ſuſpenditur,

2 Hoc cùm dixiſſet Fauſtus, præſes magis iratus dixit: Impoſite Fauſtum in equuleo, qui tam irreverenter mihi reſpondit. Tunc Januarius Fauſto dixit, O cariſſime, tu pro nobis hæc pateris, qui meritis peccatorum noſtrorum te ſocium eſſe voluiſti *g*. Cui Fauſtus reſpondit: Societas noſtra, Januari, manſit in terra ſemper, & in perpetuum manebit in cælo. Hoc cùm audiſſet Eugenius, admiratus dixit: Quæ iſta nunc allocutio veſtra *h*, quod tam impiè voluiſtis reſpondere mihi? Januarius dixit: Nobis confeſſio Chriſti nulla eſt impietas *i*. Tunc Eugenius ad Martialem converſus dixit: Vides iſtorum animi dementiam, qui te in ſocietatem ſuam contraxerunt. Noli maleficis iſtis & impiis te credere. Cui Martialis dixit: Solus Deus immortalis eſt, qui cælum fecit & terram. Ipſe pro tuis malis operibus te puniet.

suſpenſoque pariter in hoc Martiale,

3 Quod audiens Eugenius, Et hic, inquit, ponatur in equuleo. Quod cùm fieri vidiſſet Martialis, O beata, dixit, immortalitas gloriæ Chriſti, quâ nos tibi, frater Fauſte, ſociare dignatus eſt *k*! Tunc dixit Eugenius ſatellitibus ſuis: Torquete eos, donec adorent deos noſtros; Fauſtus autem, dum torqueretur, Difficile eſt, inquit, tibi & patri tuo, qui diabolus eſt *l*, nos à paternis legibus ad mortalitatem tuam convertere. Eugenius dixit: Præceperunt *m* ſacratiſſimi imperatores, ut deos adoretis. Fauſtus dixit: Deus unus eſt, ex quo omnia & nos per ipſum. Deos enim alios non habetis, niſi quem & patrem, qui dicitur ſatanas.

nares & auriculæ Fauſto,

4 Eugenius dixit: Nunc te tormentis afficiam. Abſcindantur ei nares & auriculæ, ſupercilia radantur, denteſque mandibulæ ſuperioris evellantur *n*. Quod cùm factum eſſet, Fauſtus Deo gratias agens, magis hilaris factus eſt. Eugenius Januario dixit: Videſne, Januari, quanta tormenta paſſus fuerit Fauſtus, dum deceptus opinione ſua, pertinaciter imperio meo parêre recuſat. Januarius autem dixit: impietas iſta & pertinacia Fauſti in me maneat, & ejus vinculum caritatis non diſrumpatur.

itémque Januario præcidantur,

5 Ad cujus verba dixit Eugenius: Auferantur & huic, quæ præcepi. Dumque torqueretur Januarius, Eugenius præſes ad Martialem dixit: Vides, Martialis, propter ſociorum tuorum dementiam, quæ illis mala eveniant? Tu igitur, conſule tibi, teque disjunge ab illorum mala conſuetudine pravaque voluntate. Martialis dixit: Conſolatio mea Chriſtus eſt, quem illi gaudentes & exultantes voce præconia *o* teſtantur, ideóque confitendus & laudandus eſt Deus, Pater, & Filius & Spiritus Sanctus *p*.

jussique omnes tres comburi poſt habita

6 Tunc Eugenius, majori furore ſuccenſus, juſſit eos legitimo *q* igne comburi. Cúmque perducti fuiſſent ad locum ſuæ paſſionis, ſic uno ſpiritu plebem Chriſti alloqui cœperunt dicentes: Vos, cariſſimi mei & Chriſti fideles, nolite credere huic inimico & diabolo, cujus tempus nunc eſt; ſed agnoſcite vos ad Dei ſimilitudinem & imaginem eſſe factos. Illum igitur adorate & illum benedicite, qui auctor eſt omnium. Non, ùt iſti dicunt, adoretis opera manuum ipſorum; quoniam lignа & petræ, aurum & argentum ſunt opera manuum hominum.

ad plebem verba martyrium igne conſummant.

7 Vos itaque, contemnentes hujus injuriam, confitemini Chriſtum Jeſum *r*, & ſoli Deo ſine ceſſatione quotidie referte laudes. Et cùm ducerent eos lictores, per quorum manus fuerant cruciati, cœperunt eos igni compellere *s*, ſimulque traditi flammis exultanter tradiderunt Deo ſpiritum. In exemplum nobis iſta ſunt, ut, qui legitis, viriliter ad paſſionem animum præparetis, ut Domini Jeſu Chriſti & iſtorum paſſionem vobis in teſtimonium conferatis, ut ſit nomen Domini benedictum in ſæcula ſæculorum *t*. Amen.

ANNOTATA.

a *Harum prior à Surio è Marineo Siculo, qui* SS. Fauſti, Januarii & Martialis *martyrium ex antiquis monumentis fideliter, ùt Baronius teſtatur, deſcripſit; poſterior verò à Tamaio, partim è Surii editione, partim è recentioribus, qui huic nonnulla addidêre, ſcriptoribus Hiſpanis eſt adornata.*

b *Apud Surium pro primis hiſce Actorum verbis leguntur ſola iſthæc:* Olim cùm præſes Eugenius Cordubam veniſſet; *cùm autem quid ſibi velint, quæ mox apud Ruinartium ſubduntur, hæc alia,* Et Servos Dei potiùs dinumerare ac probare, quàm perturbare videretur, *haud ſatis, ùt Tillemontius tom.* v *Monumentorum Eccleſiaſt. pag.* 796 *in ſuis in Sanctorum noſtrorum Acta Annotationibus rectè obſervat, appareat, meritò ſanè, ſitne hic Ruinartii, an Surii editio primigenio Actorum textui conformis, dubitari poſſe videtur. Sed, quid hic de editione, à Tamaio facta, dicendum? Hæc Sanctorum noſtrorum Acta ſic orditur:* Fauſtus, Januarius & Martialis, ex Legione Septima urbe Hiſpaniæ oriundi, patres habuêre SS. Marcellum & Nonam clariſſimam fœminam, qui ab eis ab exordio infantiæ enutriti in fide Catholica, poſtmodùm pro ejus defenſione celeberrimum ſeculis ediderunt ſpecimen. Nam cùm ſancti Fratres aliquando apud nobiliſſimam urbem patriciam, quam Cordubam vocitant, demorarentur, ad eam, prout Bœticæ regionis conventum, Eugenius præſes acceſſit, qui adverſus Chriſti Aſſeclas immanem perſecutionem imperatorum excitavit decreto, quo omnes ad tribunal rapti truculentam per crudelia cruciamina experiebantur ſtragem; *cùm autem editio, tam quæ à Marinæo Siculo & ex hoc à Surio, quàm quæ à Ruinartio adornata eſt, exordio hujuſmodi, quod hic nec in Mss. quatuor diverſis, à ſeſe, quò Acta priſtino ſtatui reſtitueret, adhibitis, invenit, deſtituatur, id à Tamaio è ſcriptoribus monumentiſve dumtaxat recentioribus acceptum, Actaque proinde, prout apud eum exſtant, ab ipſo ſtatim ſui initio interpolata eſſe, indubitatum apparet.*

c *Hinc apparet, ultrò præſidi Eugenio Sanctos ſeſe obtuliſſe; id autem, quòd diſciplinæ, à Chriſtianis obſervandæ, adverſaretur, una eſt è rationibus, ob quas Tillemontius, ne Sanctorum noſtrorum Acta, etiam prout à Ruinartio vulgata exſtant, ſint corrupta, timendum putavit; aſt, etſi verè, prout etiam Paterno proconſuli dixiſſe ipſemet S. Cyprianus in Actis ſuis proconſularibus, ad* XVII *Septembris diem, quâ is Martyrologio Romano inſcribitur, apud nos*

A *nos jam datis, num.* 2 *narratur, Ecclesiæ disciplina, ne quis ultrò ad fidem confitendam præsidibus judicibusque sese offerret, Christianis vetaret, nonnulli tamen ex his, singulari Spiritûs Sancti inspiratione impulsi, subinde id feciſſe inveniuntur; cùm autem sic habeat, nihil obstat, quò minùs & Sancti nostri, simili inspiratione acti, præsidi Eugenio ultrò sese, prout hic eorum Acta indicare videntur, stitisse credantur.*

d *Ruinartius verbo* credere, *pro quo in codice suo Ms. Compendiensi verbum* cedere *legi ait, simul etiam in aliis suis codicibus Mss. subjungi,* Deus colendus est; Deus nominandus est. Infinitæ perpetuitati gratiæ agendæ sunt, *affirmat; verùm hæc, quæ à Surii etiam editione absunt, nec Actis à se editis inserenda existimavit.*

e *Omnes quatuor codices Mss., quibus, ut pristino statui restitueret Acta, usus est Ruinartius, hic, scriptore isthoc in Annotatis suis teste, addunt:* Timentes sacrificate, antequam vos tormentis subjiciam. Faustus, Januarius
B & Martialis dixerunt: Nos Christiani sumus. Deum negare nos non agnosces: *ac deinde, quæ hîc sequuntur usque ad,* Quæ ista nunc allocutio vestra, *omittunt; verùm hæc tam in Surii, quàm in Tamaii editione leguntur, videnturque, ne quid primigenio Actorum statui desit, requiri.*

f *In suo Silvæ-Majoris codice* Faustum ubique Faustinum appellari *Ruinartius hîc observat.*

g *Quæ hîc* Fausto Januarius *dixisse narratur, non indicare lætitiam & æstimationem, quâ Martyres, quæ sibi infligebantur, mala excipere solebant, Tillemontius loco suprà cit. ait; verùm adversitates, sibi obvenientes, justi etiam hodie peccatis suis utplurimùm adscribunt, & tamen abs his illas nec cum gaudio tolerari, nec veluti subsidia, ad salutem, si, ut oportet, sufferantur, conducentia, æstimari, nemo inde meritò concluserit.*

h *Isthæc præsidis verba nulli prorsus rei respondere Tillemontio loco cit. sunt visa; verùm in aliis etiam Actis, quæ ùt sincera ab omnibus habentur, nonnulla subinde redundant,*
C *neque tamen idcirco illicò æstimantur corrupta.*

i *Surius & Tamaius habent:* Nobis confessio Christi & nulla impietas est.

k *Surius & Tamaius legunt:* O beata immortalitas gloriæ Christi, quâ nos tibi, frater Fauste, sociâsti! *Verùm, etsi sic paulò à Ruinartio differant, tam in illorum tamen, quàm in hujus editione* Martialis *hîc* Faustum *appellat* fratrem, *neque tamen inde Sanctos nostros exstitisse fratres, potest concludi. Comm. prævum.* 5 *videsis.*

l *Contumeliosa hujusmodi responsa, judici data, Tillemontio displicent, partimque etiam, ut, ne Acta corrupta sint, vereatur, efficiunt; verùm in Actis aliis, quammaximè sinceris, quæ nemo suspicatur corrupta, subinde etiam, licèt rarò, responsiones haud minùs duræ, imò & imprecationes inveniuntur, ùt Ruinartius, SS. Tarachi, Probi & Andronici Acta, Operi nostro ad* XI *Octobris diem jam inserta, in exemplum allegans, observat.*

m *Verbum* præceperunt *aliaque omnia id hîc usque ad vocabulum* abscindantur *sequentia, Ruinartius, utì ipsemet fatetur, è Mss. suis supplevit; neque verò, ut apparet, ineptè, cùm in Surii & Tamaii editionibus brevitatis studio seu, ut nonnihil primigenius Actorum textus contraheretur, videantur omissa.* A. ANONYMO.

n *Post verba, quibus, ut* Fausto *nares abscinderentur, supercilia raderentur denteque mandibulæ superioris evellerentur, præcepisse Eugenius hîc refertur, Ruinartius in Mss., quibus usus est, mox addi ait,* labium inferiùs auferatur; *Ms. autem Hymnus Breviarii Muzarabici, in Commentario prævio huc transcriptus, per quatuor hosce sequentes versiculos:* Mox præses cœpit fremere: dentes, nares, auriculas, labra, sed supercilia Sanctis jussit abscindere, *Mss. à Ruinartio citt. suffragatur; verùm nulla omninò seu labri seu labrorum, quæ* Fausto *fuerint Eugenii jussu ablata, mentio vel in Surii & Tamaii editionibus vel in antiquis Adonis & Usuardi Martylogiis occurrit; hisce autem Martyrologium hodiernum sic consentit, ut tamen, dum dentes etiam* Fausto *fuisse evulsos ait, locutionem suam ad solos superiores seu mandibulæ superioris dentes, contrà ac dicta antiqua Martyrologia Suriique itidem & Tamaii nec non Ruinartii editiones faciunt, haud restringat.* E

o *Surius & Tamaius habent:* Quem ipsi magna voce testantur.

p *In Mss. sibi prælucentibus quædam hîc, quibus suadere Eugenio Christi fidem juscipere* Martialis *sit conatus, subjungi ait Ruinartius; etsi autem sic abs illis non parùm Acta, prout à Ruinartio sunt vulgata, discrepent, haud propterea tamen, ne hæc, utpote cum Surii & Tamaii editionibus ad amussim eo loco consonantia, sint corrupta, verendum apparet, contrà ac Tillemontius velle videtur.*

q *Vox hæc, quæ apud Surium deest, addita vocibus* igne comburi *significat* non simul & semel, *sed* paulatim *seu* lento igne comburi, *dicebaturque id* legitimè coqui, *utì in Eusebii Historiæ Ecclesiasticæ, à Valesio editæ, lib.* 8, *cap.* 6 *Baluzius observat.*

r *Surius legit:* Et confidentes in Christo Jesu, soli *&c.*

s *Sese, quid verbis hisce,* cœperunt eos igni compellere, *significetur, non intelligere, Tillemontius præfatus, mox subjungit:* Si fi- F
gnificent, Martyres in ignem fuisse conjectos, è S. Polycarpi aliisque Actis apparet, Romanos soluisse potiùs palo alligare Martyres tumque circum ipsos ignem accendere: *verùm quidquid de isthoc Romanorum more sit, Sancti nostri potuerunt, tam alligati quàm non alligati palo, igne compelli seu torqueri atque etiam occidi; cùm autem modum, quo id factum sit, Actorum verba, mox recitata, haudquaquam, utì ipse Tillemontius satis insinuat, determinent, non fuit, cur ob isthæc, ne Acta forsan sint corrupta, is scriptor timeret. Nec fuit pariter, cur id vereretur ex eo, quòd, cùm omnes tres sancti nostri Martyres in equuleo fuerint suspensi, id tamen de* Januario *nominatim haud narrent. Subinde enim in optimæ etiam notæ Actis nonnulla, etsi certò facta, haud narrantur, neque tamen idcircò ea corrupta, illicò quis dixerit.*

t *Quæ hîc post vocem* spiritum *sequuntur, à sese è Mss. suis suppleta, Ruinartius affirmat; verùm id, ut Acta pristino suo statui restituerentur, necessarium fuisse, haud perspicio.*

AUCTORE C. B.

DE SS. MARCELLO ET ADRIANO AC FORTE ETIAM UNO AUT DUOBUS ALIIS, MM. VEROSIMILIUS CHALCEDONE.

Ex Hieronymianis aliisque Faſtis Sacris.

VEROSIMILLIMÈ ANTE AN CCCXII. *È Sanctis, qui in hodiernis Hieronymianorum annuntiationibus, admodùm perturbatis, memorantur.*

QUot & quinam è Martyribus, quos hodie majora apud Florentinium Hieronymiana Apographa partim ſeu Cordubæ ſeu in Hiſpaniis, & partim Chalcedone ſignant, poſteriori nunc civitati attribuendi ſint, dubitari meritò poteſt, eſtque etiam, qui nullum ex illis Chalcedone paſſum, contendat. Verùm rectè ne, an ſecus, infrà diſcutiam, cùm primùm diverſas, quibus, quod dixi, laudata Hieronymiana Apographa faciunt, annuntiationes, quò commodè haſce conferre inter ſe ſtudioſus lector queat, huc tranſcripſero ac dein, quot & quoſnam è Martyribus, quos iſtæ memorant, Chalcedoni adſcribendos opiner, edixero. Quæ in Lucenſi apud dictum Florentinium leguntur, ſic habent: In Spaniis Godoba civitate Fauſti, Marciæ. In Calcidonia natalis ſanctorum Adriani, Fauſti, Januarii, Marcelli: *à binis autem hiſce annuntiationibus, in quarum prima* Godoba *pro* Corduba & Marciæ *pro* Martialis *perperam ſcribitur, binæ aliæ, quas Corbeienſe apud eumdem Florentinium complectitur, haud prorſus diſſonant, utpote hiſce conceptæ verbis:* In Hiſpaniis Corduba civitate Fauſti, Martiæ. In Calcedonia natalis ſancti Adriani, item Fauſti, Januarii, Marcelli: *verùm Antverpienſe, cujus annuntiationes, huc ſpectantes, tranſcribendæ modò ſunt, Sanctos, quos per haſce commemorat, non, ùt Lucenſe & Corbeienſe, duobus tantum, ſed tribus locis diverſis aſſignat hunc in modum:*
C In Spanis Fauſti, Marcialis, Adriæ; & in Calcedonia Marcelli; & alibi Fauſti, Januarii, Marcelli, Alexandri, Athanaſi epiſcopi; *id autem hic eſſe admodùm mendoſum, vel ex eo liquet, quòd è civitate Alexandrina, ubi rectè ab aliis* S. Athanaſius *epiſcopus ſignatur, Sanctum, nomine* Alexandrum, *perperam effingat.*

ſoli tres ſuprà dati hicque deſignati.

2 *Verùm utcúmque non modò Antverpienſe ſeu Epternacenſe, ſed & Lucenſe juxtà ac Corbeienſe Hieronymiana apographa mendoſa ac perturbata in annuntiationibus ſuis jam datis ſint, hiſce equidem* SS. Fauſtum, Januarium & Martialem, *hìc mox ſuprà in Opus noſtrum illatos ac porrò ab Uſuardo aliiſque non paucis hagiologis hodie ſignatos, commemorari, inter eruditos convenit; cùm autem ſic habeat, ac hi omnes tres ſimul, utì ex eorum Actis ſuprà hìc jam datis palàm eſt, Cordubæ paſſi ſint, perperàm ſanè Lucenſe, & Corbeienſe ſolos ibidem abſque* Januario Fauſtum & Martialem, *quem præterea* Marciam *ſeu* Martiam *haud rectè appellant, annuntiare nemo non facilè agnoſcet. Nec eſt, cur duobus hiſce Hieronymianis apographis Richenovienſe, quod inter Hieronymiana contracta à Sollerio cenſetur, quodque non ſecus ac Antverpienſe* Fauſto & Martiali, *in Hiſpania à ſe annuntiatis, tertium adjungit, præſtare exiſtimetur; per hunc enim, quem illud quidem* Andrianum, *hoc verò* Adriam *nominat, non* Januarius, *in Hiſpaniis ſeu Cordubæ paſſus, ſed alius, qui verè fuit* Adrianus *appellatus, martyrque non Cordubæ ſeu in Hiſpaniis, ſed Chalcedone occubuit, neceſſariò debet, quò veritas ſalva ſit, intelligi.*

Fauſtus, Januarius & Martialis Cordubæ, Chalcedoni verò Adrianus & Marcellus.

3 Adrianus *enim, qui non Cordubæ, ſed Chalcedone in Lucenſi & Corbeienſi Hieronymianis apographis per annuntiationes ſuprà huc tranſcriptas ſignatur, in poſteriori iſthac civitate occubuiſſe ſic indicatur, nec* SS. Fauſti, Januarii & Martialis *Cordubæ ſimul paſſorum Acta, ſuprà jam data, fuiſſe vel horum medium alio nomine vocatum* Adrianum, *vel tribus illis Martyribus quartum, qui* Adrianus *fuerit nuncupatus, adjectum, uſquam produnt. Porrò è Martyribus, vel Cordubæ ſeu in Hiſpaniis, vel Chalcedone hodie per ſuprà recitatas Hieronymianorum annuntiationes ſignatis ſolos illos Cordubæ, quos ibidem paſſos, Acta mox iterùm citata fidem faciunt, adſcribendos eſſe, apparet indubitatum; quare, cùm* Adrianum *Cordubæ ſubiiſſe martyrium, ex Actis, ùt jam ſatis indicatum, neutiquam conſtet, is non Cordubæ, ſed Chalcedoni, ubi in ſuprà huc tranſcriptis Lucenſibus & Corbeienſibus Hieronymianorum annuntiationibus locatur, debet attribui. Verùm an idem quoque de* Marcello *dicendum? Ita equidem mihi ob rationis paritatem apparet; huic autem opinioni meæ ſuffragatur etiam Notkerus, qui* Marcellum *hodie Chalcedone diſertè conſignat. Id ipſum porrò etiam faciunt Galeſinius, Ferrarius & Florarii noſtri Ms. auctor. Nec perperam id abs hiſce & à Notkero fieri, aſſeverare auſim;* Marcellus *enim, dum id fit, cùm* Martiale, *utpote nuſquam Chalcedone annuntiato, confundi haud videtur.*

quibus forſan ex hìc memoratis Marco, Fauſtoque item & Januario.

4 *At verò Galeſinius, Ferrarius & Florarii noſtri Ms. auctor* Adriano & Marcello, *Chalcedone, ùt dictum, à ſe ſignatis, tertium etiam, quem* Marcum *appellant, adjungunt, eritque forſan, qui, cùm* Fauſtus & Januarius *cum* Marcello *in ſuprà data Hieronymiani Corbeienſis annuntiatione Chalcedone ſignentur, ac præterea cum eodem Marcello in metrico Wandelberti Martyrologio hodie conjungantur, hìc in dubium, an &* Januarius & Fauſtus, *qui à* Januario & Fauſto, *Cordubæ in Hiſpania, ùt vidimus, paſſis, exſtiterint diverſi, in annuntiatione proximè laudata & à Wan-*

A *Wandelberto haud commemorentur, ac proin an non æquè ac* Marcus, *quem Galesinius, Ferrarius & Florárii noſtri Ms. auctor* Adriano & Marcelio, *Chalcedone, ùt dictum, à ſe ſignatis, addunt, jungendi hiſce non ſint, revocandum exiſtimet. Et verò dubitari ea de re meritò poſſe, vel ex eo apparet, quòd Wandelbertus, qui ad* XXVIII *Septembris diem* Fauſtum & Januarium *cum* Martiale *annuntiat, hodie pariter cum* Marcello Fauſtum & Januarium *commemoret, ſicque hoſce ab illis ipſemet diſtinguere videatur.*

qui à binis mox nominatis homonymis ſint diverſi,

5 *Aſt Hieronymiana apographa omnia librariorum, à quibus ſæpiùs fuêre tranſcripta, ojcitantia fœdum in modum corrupta ac luxata eſſe, nec rarò, vel ut iidem in hiſce Martyres repetantur, locove non ſuo aliqui ponantur vel ut qui in apographorum iſtorum uno, palæſtrâ etiam, quâ certârint, determinatâ, ſignantur, in altero vel omninò omittantur, vel nomine deformato, memorentur, vel denique ineptè repetiti, duobus etiam locis diverſis annuntientur, accidere, nemo non novit. Quid ſi ergò idem* Fauſtus, *qui in omnibus Hieronymianis apographis ſuprà citt. vel Cordubæ vel certè in Hiſpania ſignatur, ineptè deinde in Lucenſi & Corbeienſi repetitus, Chalcedoni attribuatur? Quid ſi porrò etiam* Januarius, *qui Cordubæ ſignandus fuiſſet, loco non ſuo poſitus Chalcedoni pariter in duobus hiſce poſterioribus Hieronymianis apographis fuerit adſcriptus? Facilè enimverò factum id eſſe poſſe, ac proin* Fauſtum & Januarium, *Chalcedoni in iiſdem duobus Hieronymianis apographis attributos, à* Fauſto & Januario, *Cordubæ martyrium paſſis, diverſos fortè non eſſe,* Marcellóque *adeò &* Adriano, *qui Chalcedone in iiſdem apographis annuntiantur, certò jungendos, haud opinor. Nec* Marcello & Adriano, *Chalcedone, ùt dictum, à Galeſinio, Ferrario & Florarii noſtri Ms. auctore ſignatis, rectè abs hiſce Marcum adjungi, pro certo pronuntiare auſim.*

unus aut alter jungi debet, ſunt adſcribendi,

6 *Utì enim* Martia *ſeu* Marcia *pro* Martialis *in Lucenſi & Corbeienſi Hieronymianis apographis mendosè exaratur, ita etiam potuit* Martialis *nomen in Hieronymiano apographo alio corruptè in* Marci *nomen mutari ſimulque ſub iſthac appellatione is Sanctus, quem Epternacenſe ſeu Antverpienſe Hieronymianum apographum in Hiſpaniis diſertè locat, Chalcedonem inde transferri. Erit quidem fortaſſis, qui modò id ipſum de* Marcelli *nomine dicendum contendat; verùm litteræ priores ſex, quibus* Martialis *nomen exaratur, totum* Martiæ *nomen conſtituunt, ac vel ſolum idcircò diſcrimen longè majus, quod inter* Martialis & Marcelli *nomina intercedit, duos hoſce Sanctos invicem eſſe diſtinctos, mihi ſuadet; ut, quamvis quidem horum prior Cordubæ paſſus ſit, poſterior tamen* Adriano, *Chalcedone à tribus hagiologis mox iterum laudatis ſignato, meritò jungendus queat cenſeri. Omnibus itaque ſedulò jam expenſis, è tribus hiſce Sanctis,* Fauſto, Januario & Marco, *quorum duo priores Chalcedone in Corbeienſi & Lucenſi Hieronymianis apographis hodie annuntiantur, diſtinctique adeò à* Fauſto & Januario *Cordubæ paſſis poſſunt videri, poſterior* Adriano, *Chalcedone paſſo, à Galeſinio, Ferrario & Florarii noſtri Ms. auctore adjungitur, fortè quidem aut unum aut alterum, certò autem* Adrianum & Marcellum *verè ibidem ſubiiſſe martyrium, in animum induco.*

AUCTORE C. B.

Tamaiuſque, qui contrarium cenſet, Adrianumque & Marcellum Caſtulone in Hiſpaniis collocat,

7 *At verò opinioni huic ſeje hic opponit Tamaius,* Marcellum & Adrianum, *quem* Hadriam *appellat, non Chalcedone, ſed Caſtulone in Hiſpania unà cum* Marco & Fauſtino *ſeu* Fauſto *martyrio fuiſſe affectos ac proin nullum è Martyribus, quos Hieronymiana hodie annuntiant, Chalcedone paſſum eſſe, in Martyrologio ſuo Hiſpanico hodie contendens, erroriſque Galeſinium, qui contrarium tradit, inſimulans. Aſt, validæne, quibus id impulſus facit, rationes ſint, diſpiciamus. Flavius Dexter, ait, in Chronico apud Bivarium ad annum 66, num. 7, fol. 127 ſic habet:* In Hiſpania, urbe Caſtulone, ad fluvium Tagum, illam urbem præterfluentem, in aditu Bœticæ, ſancti Martyres, pro Chriſti nomine occiſi, Marcus & Hadria. *Ita ſanè loco cit. Chronicon laudatum; verùm id nullam planè fidem mereri, totumque ferè è figmentis, ab Higuera excogitatis, conſtare, modò omnes eruditi nôrunt. Nec, quod de Marco & Hadria, Caſtulone in Hiſpania pro fide occiſis, per verba* B *modò recitata tradit, ſtabiliri è Beda, quem Tamaius etiam citat, ullo modo poteſt. Etſi enim Martyrologium, ſub Bedæ nomine typis Plantinianis vulgatum, verè hodie in Hiſpaniis Marcum & Hadriam unà cum Fauſtino conſignet, hoſce tamen ibidem Caſtulone occiſos, haud addit.* E

fruſtra pro opinione ſua Bedam Toletanumque,

8 *Adhæc Martyrologium illud verus Bedæ fœtus non eſt; ut, quamvis, quod dixi, faciat, Beda tamen id facere cenſendus non ſit. Neque verò genuinum aut ſaltem ab additamentis ex octo Mss. codicibus antiquis magis expurgatum Bedæ Martyrologium, quod Operis noſtri tom. 2 Martii præfigitur, Marci, Adriæ & Fauſtini, qui in Hiſpania pro fide necati, ac, ùt vult Tamaius, à martyribus Fauſto, Januario & Martiale, Cordubæ occiſis, ſint diverſi, mentionem hodie inſtituit. Hinc Martyrologii, Bedæ, ùt jam indicavi, ſuppoſiti, hodiernam, quâ Marcus, Hadria & Fauſtinus Hiſpaniæ attribuuntur, annuntiationem non aliunde, quàm ex Hieronymiani cujuſpiam apographi mendoſa ac corrupta, qualis eſt, quâ hodie* Fauſti, Martialis & Adriæ *Epternacenſe ſeu Antverpienſe Hieronymianum apud Florentinium apographum meminit, annuntiatione acceptam, ac,* Marcialis *nomine in* Marciæ *nomen mutato, in dictum, quod Bedæ fuit ſuppoſitum, Martyrologium intruſam eſſe, perſuaſum mihi habeo. At verò Tamaius, quò opinionem ſuam tueatur, hîc antiquum Breviarium Toletanum, Vitellinis, ùt ait, tabulis exaratum, in quo unica, quam pro* SS. Marci, Hadriæ, Fauſtini & Marcelli *Actis reponit, lectio proponitur, in ſubſidium ſuum advocat. Aſt, an ſic rem conficiat, examinemus.*

F

è quo Lectio, huc ſpectans, lectori hic exhibetur,

9 *Lectio iſta his verbis concipitur:* Cùm perſecutio adverſus Chriſticolas, quæ jam diu in partibus occiduis inceperat, tempore Neronis, immaniſſimi Romanorum principis, prolixiùs ejus publicis edictis proſequeretur, apud urbem Caſtulonem celeberrimam inventi ſunt inter alios Marcus, Hadria, Fauſtinus & Marcellus Chriſti fidem ſectantes, quos protinùs profana ſatellitum manus ad tribunal judicis perduxit. Qui eos ad idolorum

AUCTORE C. B.

lorum cultum adducere per blanditias primùm, pòst per tormentorum anguſtias curavit. Sancti Martyres in fide ſuſcepta perſeverantes, nec judicis verbis annuere, nec verberibus terreri potuerunt; ideò, judice jubente, à carnificibus ſuſcepti graviſſimos perpeſſi cruciatus, tandem, abſciſſis capitibus, martyrio coronantur. *Audi modò etiam, quid in hanc lectionem Tamaius obſervet.* En, *ait*, lectionis ſtrues, quâ brevi calculo SS. Martyrum Paſſio recenſetur; ex qua illud in primis obſervo, quòd ſancti Martyres fuerunt quatuor, non tres, ut minùs benè noſtri ſcriptores exponunt, credentes, Fauſtinum unum eumdemque eſſe ac Marcellum, quem binominem dixêre. Secundò etiam obſervo, quod paſſio iſtorum Martyrum in partibus occiduis evenit, non in Chalcedone, ut perperam ſomniavit Petrus Galeſinius, qui antiqua Mss. corruptè perlegens, ubi erat ſcriptum Caſtulonè, fortè ignorans ſitum hujus urbis repoſuit Chalcedonè, ùt notârunt Bivarius, & M. Rus-puerta ac cæteri noſtrates. *Hæc ille; neque verò omninò ineptè ita loqui foret cenſendus, ſi modò Breviarii Toletani, quam ſuppeditat, Lectione ſtari ſat tutò poſſet. Verum fieri id haud poſſe, idcircò induco in animum, quòd quæ in hac narrantur, nullius planè alterius ſat antiqui ſeu monumenti ſeu ſcriptoris teſtimonio confirmari queant.*

B

Breviarium, utpote quod ſufficientis ad rem adeò antiquam probandam antiquitatis non ſit,

10 *Tamaius quidem Breviarium Toletanum, è quo Lectio iſta accepta, vocat* antiquum; *aſt id tam eſſe antiquum, ut ad fidem rebus, primo etiam æræ Chriſtianæ ſeculo geſtis, quales ſunt, quæ in dicta ac jam data illius Lectione memorantur, faciendam ſufficiat, nec probat, nec probare ullo modo potuiſſet. Etenim Breviarii nomen eo, quo Eccleſia ipſum ſumit, ſenſu haud admodùm antiquum multóque etiam, quatenus eodem Lectiones de Sanctis pro Officio Nocturno continentur, recentius eſſe ac proin à grandi Breviariorum antiquitate pro vetuſtiſſimi alicujus facti veritate grande præjudicium formari non poſſe, Papebrochius noſter in ſua ad Exhibitionis errorum articulum* XVII, *qui* de Breviariis *inſcribitur, Reſponſione num.* 5 *præfatus, librorum omnium eccleſiaſticorum antiquiſſimum, qui ſub Breviarii titulo fuerit repertus, haud citiùs, quàm ſec.* XI *ſcriptum fuiſſe, nullaſque hunc pro Nocturno Officio ſeu de tempore ſeu de Sanctis Lectiones habuiſſe ſibi inſertas, è Mabillonii, qui librum illum Caſino Pariſios attulerat, teſtimonio docet, mox etiam num.* 6 *ea adjungens, ex quibus Lectiones de Sanctis ſec. demùm* XIV *&* XV, *cum anteà ſolummodò in choro è Legendariis aliiſve libris, eum in finem deſtinatis, prælegerentur, Breviariis fuiſſe inſcriptas, intelligitur.*

C

allegat, cúmque vetuſtiſſimis Hieronymianis, quorum nullum duos illos Sanctos Caſtulone ſignat, potiùs ſit fidendum,

11 *Jam verò, cùm ſic habeat, conſectarium fit, ut laudatum à Tamaio Breviarium Toletanum ſeculo* XV, *aut certè* XIV, *cùm Lectionem de Sanctis, ſuprà recitatam, ſibi habuerit inſcriptam, haud exſtiterit antiquius, utque proinde, cùm ex eo pro veritate rerum, quas, veluti ſec.* I *geſtas, in Lectione iſta refert, grande præjudicium, ut ad modum Papebrochii loquar, formari haud queat, incaſſum à Tamaio pro opinione ſua firmandâ allegetur. Fieri quidem poteſt, ut eadem Lectio, cùm Legendario primùm fuiſſet inſcripta, inde pòſt in laudatum Breviarium fuerit illata, ſicque hoc illa fuerit antiquior; verùm, cùm equidem nec tempus, quo, nec ſcriptor, à quò fuerit concinnata, noſcatur, tutò illi fidere qui poſſimus? Id ſanè haud perſpicio; imò verò haudquaquam illi fidendum, in animum vel idcircò induco, quòd in paleſtra, quam* SS. Marcello & Adriano, *nomine* Hadriæ *hunc diſtinguens, aſſignat, cùm vetuſtiſſimis, quibus hic potiùs ſtandum, Hieronymianis apud Florentinium apographis pugnet. Nullum enim ex his vel* Marcellum *vel* Adrianum *Caſtulone, uti illa facit, conſignat. Epternacenſe quidem* Adrianum, *quem* Adriam *nominat, in Hiſpaniis locat; verùm ea in re id, quod præterea* Marcellum *non Caſtulone, ſed Chalcedone diſertè ponit, mendoſum eſſe, duo alia Hieronymiana apud eumdem Florentinium apographa, Lucenſe nimirum & Corbeienſe, tam* Adrianum, *quàm* Marcellum *non Caſtulone, ſed Chalcedone luculentiſſimè ſignantia, ſuadent.*

D

contrà Tamaium, qui Galeſinium, veluti qui Chalcedonem pro Caſtulone præ ignorantia poſuerit, perperam etiam carpit,

12 *Diſpiciat nunc etiam ſtudioſus lector, an Galeſinius, veluti qui, cùm* Marcum, Marcellum & Hadrianum, *à ſe hodie annuntiatos, Caſtulone in Mss. antiquis, ſibi prælucentibus, ſignatos inveniſſet, civitati huic, quòd, quo loco ſita eſſet, fortè ignoraret, Chalcedonem ſubſtituerit, à Tamaio per verba ſuprà huc tranſcripta aliiſque ſcriptoribus Hiſpanis meritò carpi ſit cenſendus. Is martyrologus, non è pluribus, ſed ex unico libro Ms. jeſe, quæ de* SS. Marco, Marcello & Hadriano *memorat, hauſiſſe, in hodiernis ſuis in Martyrologium, à ſe contextum, Annotationibus indicat; hoſce autem, qui, ùt dictum, in nullis prorſus Hieronymianis apographis Caſtulone ponuntur, fuiſſe nihilominùs ibidem in libro iſto ſignatos, civitatique iſti ob rationem à Tamaio allegatam Galeſinium ſubſtituiſſe Chalcedonem, mihi ſanè ab omni veritatis ſpecie alienum, ne dicam certò falſum, apparet; contrà verò, Lectionis, à Tamaio è Breviario Toletano antiquo adductæ, vel certò Legendæ, è qua in hoc illa illata, auctorem, cùm in nonnullis quidem Hieronymianis apographis, mendosè eo ferè modo, quo hodie Epternacenſe, exaratis, in Hiſpania, in aliis verò Chalcedone* SS. Marcellum & Adrianum *ſeu* Hadriam, Fauſtum*que item ac* Marcum *annuntiatos inveniſſet, hoſque nihilominùs in Hiſpania paſſos, crederet aut certè credi vellet, Chalcedoni, quòd nullam nominis hujus in Hiſpania civitatem nôſſet, Caſtulonem, urbem olim regni illius celeberrimam, de qua Bivarius in ſuo in ſpurium Dextri Chronicon Commentario pag.* 132 *& ſeq. multa diſſerit, ſubſtituiſſe, ac quos memorat, ibidem paſſos ſcripſiſſe, veroſimillimum opinor.*

E

Adrianum & Marcellum Chalcedone verè paſſos eſſe, concluditur.

13 *Reponi quidem poteſt, hoſce è ſolis Hieronymianis apographis acceptos, conſectarium inde videri, neque tamen id, cùm in hiſce nulla planè Neronis, ſub quo Lectionis ſeu Legendæ, è qua hæc deprompta, auctor paſſos ait, mentio inſtituatur, eſſe poſſe veritati conſonum; verùm quid impedit, quò minùs hic Martyres, à ſe memoratos, quos in Hieronymianis apographis, tyranno, ſub quo paſſi eſſent, non expreſſo, ſignatos inveniebat, ſub Nerone nihilominùs, quòd plurimos alios ſub hoc in Hiſpania martyrium ſubiiſſe, vel traditione vel alia ratione impulſus, crederet, ſignâſſe credatur? Nihil ſanè ego reperio hujuſmodi; cùm autem ſic habeat,* Adrianum & Marcellum *verè à Lectionis*

A *ctionis ſuprà datæ auctore è ſolis Hieronymianis hauſtos ac, ùt in horum Lucenſi & Corbeienſi apographis indicatur, Chalcedone, non Caſtulone, ùt Tamaius vult, paſſos eſſe, in animum induco; utì autem id mihi ob jam dicta contrario veroſimilius, ita, an ſub Nerone, an ſeriùs, res acciderit, apparet admodùm incertum ob parvam fidem, quam è dictis, quod eam ſub Nerone collocat, Breviarium Toletanum, à Tamaio citatum, meretur. Hinc eos, indefinitè ob rationem, in Comm., SS. Fauſti, Januarii & Martialis Actis præv., allegatam, loquendo, veroſimillimè martyrium ante annum* CCCXII *ſubiiſſe, Notis numericis jam ſuprà in margine poſitis, indicavi.* AUCTORE C. B.

DE S. FLORENTIO MARTYRE
THESSALONICÆ.
E MARTYROLOGIIS.

VEROSIMILLIMÈ ANTE AN. CCCXII. *Sanctus, qui ob rationem hic allegatam Operi noſtro inſeritur, parùm eſt notus,*

INter Sanctos non paucos, è Græcorum Faſtis Sacris in Mrl. Romanum hodiernum illatos, numerandus etiam venit Florentius martyr, hodie in hoc annuntiatus ſequentibus verbis: Theſſalonicæ ſancti Florentii martyris, qui poſt varia tormenta igne combuſtus eſt. *Hinc factum, ut, quamvis Græci Sanctis etiam ſubinde accenſeant honore iſthoc indignos,* Florentio *tamen in Opere noſtro hic dare locum veritus non ſim, animo etiam ità partim comparatus ex eo, quòd nihil etiam aliunde occurrat, quod, ne is Sanctis annumeretur, impediat. Verùm, etſi ſic habeat, vix tamen quidquam, quo lectori ſat notus reddatur, invenio. Ab omnibus enim non tantùm Latinorum, ſed & Græcorum ſcriptoribus ſilentio præteritus, è ſolis ferè horum, quibus tamen & Galeſinius addendus, Faſtis Sacris, Menæis videlicet, nec non Baſiliano & Sirletiano Menologiis innoteſcit.*

2 *Nec ipſamet tria, quibus in hiſce id fit,* Florentii *elogia nos multa de hoc edocent; verùm, cùm equidem haud alibi, quæ ad noſtrum iſtum Sanctum ſpectant, litteris mandata inveniantur, elogia illa, ut qualiſcumque ſaltem de ſancto habeatur notitia, haud prorſus fruſtrà allegari queunt; cùm autem adeò invicem ſint conſona, ut, ſi quis, quæ in eorum uno traduntur, cognôrit, is ſimul, quæ in duobus aliis memorantur, habiturus ſit comperta, ut pauca, quæ ad* Florentium *ſpectant ac utcúmque nota ſunt, habeat perſpecta, hic unum, quod Menæa ſuppeditant, elogium unà cum verſiculo, quem pro more, in illis uſitato, id præfert, ob oculos pono, addita, quâ & hic & illud in linguam Latinam vertitur, interpretatione.* *nec ipſum, quod de eo Menæa ſuppeditant,*

C

3 *Verſiculus Græcè ſic habet:*

quodque huc Græcè

Ὦ θάρσος οἷον μάρτυρες Φλορεντίῳ,
Πρὸς τλὼ φλόγα τρέχοντος ὥσπερ πρὸς δρόσον.

Latinè autem ſonat:

O Florentii, per flammam veluti per rorem, ut martyres, currentis fiducia!

Ad elogium modò progrediamur. Id ſequentibus concipitur his Græcis verbis:

Ὁ ἅγιος μαρτυς Φλωρέντιος ὑπῆρχεν ἐκ πόλεως Θεσσαλονίκης· Χριστιανὸς ὢν καὶ ζηλωτὴς καλῶς ὕβριζε καὶ διέβαλλεν ἐπὶ πάντων τοὺς θεοὺς τῶν ἑλλήνων. ἐπεσήμιζε δὲ τοὺς Χριστιανοὺς τῇ πρὸς Χριστὸν πίστει καὶ E
παντοίως ὡδήγει πρὸς τλὼ τῶν θείων αὐτοῦ ἐντολῶν ἐργασίαν. Οὕτω δὲ ποιῶν ἐκρατήθη παρά τοῦ τῆς χώρας ἡγεμόνος καὶ ἐρωτηθεὶς, τὸ μὲν Χριστὸν παῤῥησίᾳ ὡμολόγησεν ἐνώπιον πάντων, ὄντα Θεὸν προαιώνιον καὶ ποιητλὼ δὲ παντος. Τοὺς δὲ τῶν ἑλλήνων θεοὺς ξύλα, λίθους, χρυσὸν, ἄργυρον, χαλκὸν, σίδηρον, εἴδωλα ἄψυχα καὶ ἀναίσθητα· καὶ ταῦτα εἰπὼν τύπτεται σφοδρῶς. Εἶτα κρεμᾶται ἐπὶ ξύλου καὶ ξέεται, καὶ πυρᾶς ἀναφθείσης μεγάλης, ἐμβάλλεται ἐν αὐτῇ χαίρων, καὶ προσεύχόμενος, ἐν αὐτῇ καὶ εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ ἐτελειώθη.

4 *Latinè autem vertitur hunc in modum:* Sanctus martyr Florentius Theſſalonicenſis erat, & cùm eſſet Chriſtianus bonique amore inflammatus, exploſit & execratus eſt omnes ethnicorum deos, Chriſtianoſque valde in fide confirmavit, eoſdemque exemplo ſuo ad obſervanda Dei mandata excitavit; dum autem hæc facit, à regionis præſide comprehenſus & interrogatus, audacter confeſſus eſt, Chriſtum ab omni æternitate eſſe Deum, Conditorem totius univerſi, ethnicorum verò deos eſſe truncos, lapides, aurum, argentum, æs, ferrum inanimeſque abſque ſenſu ſtatuas. Hinc F
crudeliter cæſus in equuleo ſuſpenditur, ferro laniatur, rogoque ingenti accenſo gaudens immiſſus, preces inter ac Dei laudes & gratiarum actiones conſumptus eſt. *& Latinè tranſcribitur,*

5 *Tale eſt, quod huc è Menæis tranſcribendum duxi,* Florentii *elogium; cùm autem præter locum, quo is natus, martyriique, quo occubuit, genus, nihil ferè nos edoceat, imò ne verbum quidem, è quo utcúmque vel ſeculum, quo id factum ſit, determinari queat, ſuppeditet, hinc indefinitè loqui compulſus, Sanctumque equidem veroſimillimè ante annum trecenteſimum duodecimum martyrio vitam finiiſſe, ob rationem in Commentario, SS. Fauſti, Januarii & Martialis Actis prævio, num.* 7 *allegatam exiſtimans, re etiam ipſa id ante annum iſtum veroſimillimè accidiſſe, ſuprà in margine indicavi.* *elogium multa nos præter locum natalem & genus martyrii docet.*

DE

AUCTORE J. B. F.

DE S. LUBENTIO PRESB. CONF.

CUBRINI IN DIOECESI TREVIRENSI

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Sancti memoria in Martyrologiis: cultus & officium Eccles.: Vita qualis edenda: obitûs tempus: S. Martini Trevirensis episcopi filius spiritualis haud exstitit.

POST MED. SEC. IV *Sanctus, quem martyrologi commemorant, in Cubrini*

Vicus Cubrinus, *aliis* Cuberinus, *posteris* Coverna, *forsan à* Caverna, *quia in valle inter tres montes situs, ad lævam defluentis Mosellæ, prope Confluentiam, decima tertia Octobris die* S. Lubentium *colit, qui dicti pagi incolas ad Christi fidem, ut Browerus Annalium Trevirensium lib.* 4, *pag.* 269 *refert, primus adduxit.* Lubentius, *inquit*, à D. Maximino ad Cuberinum municipium amandatus, Inferæ Mosellæ populis vicinisque Ripanis & Confluentibus, qui ad eam diem in densis errorum tenebris jacuissent, lætissimam patefacti hominibus cæli nuncium attulit. *Eodem die in Sacras Trevirenses Tabulas Sancti nostri relatum est nomen. Vetus Ms. Mrl., quo adhuc utitur ecclesia Aquisgranensis, ista solùm habet:* Lubentii presbyteri. *Maurolycus:* Lubentii conf. *Molanus in Additis ad Usuardum:* Treviris S. Lubentii presbyteri. *Index Ms. Martyrologii Hermanni Greven:* 13 Octobris Lubentius presbyter & conf. in territorio Trevirensi. *Ferrarius:* Treviris S. Lubentii presbyteri. *Castellanus verò pluribus hisce verbis Sanctum nostrum commemorat:* Cubrini propè Confluentes S. Lubentii parochi, qui à S. Maximino Trevirensi sacerdotio initiatus fuit. *Saussayus Martyrologii Gallicani part.* 2, *ipsum malè* Lupentium *nominans, sic celebrat:* Treviris sancti Lupentii presbyteri & confessoris, divinis glorificationibus præclari.

C

2 *Ad Loganæ fluvii ripam, qui ex Hassia Superiori excurrens, in Rhenum paulò supra Confluentes labitur, triginta duo ab Rheno millia passuum (ut ait Browerus; nam ejus Vita habet octo milliaria) versus Orientem in editiore rupe stat Dietkirchen ecclesia, quæ* S. Lubentii *corpus, illuc adverso amne vi divina advectum, cùm Cubrini obiisset, religiosè asservat, atque quotannis hac die, ut P. Henschenio Conrardus Esser, collegii Hademariensis S. J. superior, scribit, dicta ecclesia, quæ canonicorum collegio insignita est, Sanctum nostrum Officio ecclesiastico honorat. Eodem etiam die ecclesia Trevirensis hujus Sancti memoriam celebrat Officio novem Lectionum, quarum tres mediæ, in dictæ ecclesiæ Sanctorum Lectionario, anno* 1645 *edito, contentæ, ipsius res gestas sic breviter enarrant:* LECTIO IV. Lubentius, bonæ indolis puer, omni virtutum genere diligenter instructus, ad B. Maximinum, Trevirorum archiepiscopum, profectus est. Qui deinde eumdem ætate maturum in Cubrino suæ diœcesis ad Mosellam vico presbyterum ordinavit. Maximinus interim ad suos in Aquitaniam reversus, ibique rebus humanis exemptus, animam Creatori reddidit.

& Dietkirchen ecclesiis colitur, atque Treviris

E

harum Lectionum recitatione honoratur.

3 LECTIO V. Ejus successor in episcopatu Paulinus Lubentium, nonnullis ei ex clero populoque adjunctis, ad requirendas antecessoris sui & patris spiritualis reliquias in Aquitaniam destinavit. Quo ut pervenit Lubentius, cùm ab incolis loci, ubi sacri corporis thesaurus delitesceret, rescire non posset, assiduis insistens orationibus, angelo sibi id revelante, cognovit. Igitur S. Maximini corpore ex Aquitania asportato, protinùs cum sociis Trevirim revertitur. Exinde piis bonisque in Cubrino vacans operibus, gregemque sibi commissum verbo & exemplo sedulò instituens, tempore Constantii imperatoris Arriani evolavit in cælum. LECTIO VI. Cohonestandi simul ac funeris curandi causâ conveniunt sacerdotes vicini, quod tamen, peccatis incolarum sic exigentibus, loco moveri nullatenùs potuit. Famâ miraculi Trevirim Coloniamque delatâ, accurrunt cum clero populoque præsules, initoque consilio, sancti Viri corpus scaphæ impositum, divinæ providentiæ fluvioque Mosellæ committunt; quod, Deo ita dirigente, primò quidem ad Rheni Mosellæque confluxum usque descendit, inde Rhenum ascendens, Logenam, ubi Rhenum alluit, ingreditur; & ad aliquot milliaria Dietkirchen usque, à sui fundatore Diethero sic nuncupatum, conscendens ibidem honorificè sepelitur.

F

Vita qualis edenda.

4 *Quæ in hisce Lectionibus de Sancto nostro recensita videmus, eadem ferè at prolixiori stilo mirisque adjunctis, fabulam omninò redolentibus, exornata leguntur in ipsius Vita, ab auctore anonymo composita, quam D. Joannes Hoffman, monasterii Arnsteiniani, Ord. Præmonstratensis, quondam provisor, ex dictæ abbatiæ Passionali Sanctorum fideliter descriptam, ad R. P. Henschenium misit. Quo sæculo hanc biographus concinnaverit, nusquam edicit, nec in toto ipsius lucubrationis decursu ulla nota chronologica reperitur, ex quâ tempus, quo hæc elucubrata fuerit, erui possit. Ex hisce quidem verbis*, Prædicta Vita S. Lubentii de verbo ad verbum descripta est ex tertio volumine, inscripto Passionale Sanctorum, ex grandi scilicet libro pergameno, quem exaravit

ele-

A eleganti charactere quidam monasterii Arnsteiniani religiosus circa annum Domini 1170, *quæ ad apographi hujus calcem adjecta reperiuntur, Sancti nostri Vitam ante annum* 1170, *quo citatum Passionale, illam complectens, exaratum fuisse notatur, compositam fuisse, fit manifestum; at inde ipsam plurimis seculis post* S. Lubentii *mortem, quam seculo* IV *ad mediam sui partem elapso contigisse infrà videbimus, haud elucubratam fuisse, non fit consectarium. Utut sit, licèt fabulosis adjunctis, ut jam innui, fœdata sit, ipsiusque auctorem, qui fortè aliquot seculis post Sancti ætatem floruerit, de hujus rebus gestis satis instructum fuisse, minimè constet, atque proinde haud magnam auctoritatem sibi apud lectorem conciliatura videatur; illam tamen, quòd admodùm prolixa non sit, huic Commentario subjicere, haud inutile fore existimo, ut sic de ipsa, cùm sibi ob oculos posita fuerit, ipsemet lector suum ferre judicium & dispicere queat, an rectè, huic lucubratiunculæ haud magnam fidem tribuendam esse, censuerimus.*

B *Seculo* IV *ad mediam sui partem elapso obiit.*

5 *Restat, ut in annum, quo* S. Lubentius *æternam virtutum suarum mercedem receperit, inquiramus; atque deindè, an S. Martini, episcopi Turonensis, Sanctus noster filius spiritualis exstiterit, indagemus. Quod ad primum spectat: in edenda vita, quæ ipsius obitûs annum haud exprimit, legitur Sanctus post S. Maximini, Trevirensis episcopi, sacri corporis ex Aquitania Trevirim translationem, cui jussu S. Paulini, qui ejusdem ecclesiæ post S. Maximinum ab anno* 349 (*ut in Commentario ad ipsius Vitam in Opere nostro ad diem* 31 *Augusti videre est*) *usque ad annum* 359 *vel* 360 *sedem occupavit, ille interfuerat, in pagum Cubrinum rediisse, ibique ex hac vita migrâsse.* Sic B. Lubentius, *inquit biographus*, optato potitus thesauro, *scilicet sacris S. Maximini reliquiis*, Trevirim reversus est. Post hæc rediens ad vicum, cui pastor datus fuerat, consummato vitæ termino, Deo feliciter spiritum reddidit. *Ex quibus consectarium fit, dictam translationem ante annum* 349, *quo ex dictis S. Paulinus Trevirênsem cathedram ascendit, haud contigisse, proindeque Sanctum*

C *nostrum ante dictum annum ex hac vita non migrâsse. Suprà transcriptæ Lectiones, in* S. Lubentii *honorem recitari solitæ, ipsum, S. Maximini corpore Augustam Trevirorum relato, mortalem vitam cum immortali tempore Constantii imperatoris Arriani, qui ab anno* 353 *usque ad* 361 *toti imperio præfuit, commutâsse referunt. Verùm huic asserto laudatus Castellanus refragatur, qui Sancti mortem in Mrl. Universali anno* 369 *affigit. Quæ cùm ita sint, annum Sancto nostro in cœlis natalem determinare haud possumus; quare ipsius obitûs tempus seculo* IV, *ad mediam suî partem elapso, suprà in margine signavimus.*

6 *Modò ad secundam quæstionem pergamus,*

An Sanctus à S. Martino, ep. Turonensi,

scilicet num S. Lubentius *S. Martini, Turonensis episcopi, filius spiritualis fuerit? Id quidem Sancti Vita hisce verbis affirmat:* Beatus Lubentius à parentibus suis S Martino Turonensi episcopo est oblatus, & ab eo de sacro fonte levatus, & in filium spiritualem est adoptatus. Cujus vestigiis Puer bonæ indolis sedulus adhærens, paulò pòst ei Trevirim visitanti comes efficitur, ibique S. Maximino ejusdem civitatis episcopo ... nutrien-

dus committitur. *Iisdem ferè etiam verbis S. Maximini, antistitis Trevirensis, biographus Sanctum nostrum, ùt in Opere nostro ad diem* 29 *Maii videre est, S. Martini Turonensis filium spiritualem fuisse refert. At hoc verum esse non potest: nam Maximinus, qui* S. Lubentium *presbyterum ordinavit,* 21 *ad minus annis vitâ & episcopatu defunctus erat, antequam Martinus ad cathedram Turonensem assumeretur. Sunt, qui hujus promotionem anno* 370, *alii anno* 371 *affigunt. Tillemontius tom.* 10 *Monumentorum Eccl. pag.* 315 *illam anno* 372 *contigisse autumat. Chiffletius in Dissertatione de ratione temporum S. Martini num.* 16, *& Pagius in Baronii Annales illum sedem Turonensem anno* 375 *primùm adiisse contendunt. Quæ sententia à veritate minùs aberret, ad* XI *diem Novembris, S. Martino sacram, dispicietur. De S. Maximino egit Henschenius citato statim in Opere nostro loco, ejusque obitum innexuit anno* 349, *quo S. Paulinum ei successisse, probatum num. præced. diximus.*

F *in filium spiritualem assumptus fuerit.*

7 *Hunc tamen parachronismum, qui utriusque Sancti episcopatum, tot annis invicem disjunctum, contemporaneum facit, quidam fortè sequenti modo excusare conabuntur.* SS. Lubentii *& Maximini biographi, inquient, prolepsi usi fuerunt, nec aliud voluêre, quam Martinum, qui posteà Turonensi ecclesiæ præfuit, Sanctum nostrum in filium spiritualem assumpsisse, illumque deinde S. Maximino erudiendum tradidisse, cùm adhuc militaret sub signis Constantini Junioris vel Constantis, quibus in Gallia imperantibus, floruit Maximinus Trevirorum antistes. Fateor; sic omnis anachronismus evanescet, nec est, cur* SS. Lubentii *& Maximini biographi prolepsi certò haud usi credantur. Verùm cùm* S. Lubentius *à S. Maximino, qui anno* 349 *obiit, ad sacerdotium promotus atque in vico Cubrino parochus constitutus fuerit, nonne ipsum ante S. Maximini mortem, seu annum* 349, *annos ad minus* 25 *ac proin cùm hi ex anno* 349 *subducti ad annum* 324 *deducant, posteriori isthoc anno natum esse, consectarium evadit? Adhæc cùm anno* 324 *S. Martinus de omnium, qui hujus meminêre, historicorum consensu, nondum sacrâ Baptismi undâ regeneratus* F *esset, quam gratiam tandem anno* 337 *vel, ùt alii volunt,* 334 *obtinuerit, nonne illis, qui* S. Lubentium *exstitisse S. Martini filium spiritualem, contendunt, hunc adhuc catechumenum è sacrò fonte* S. Lubentium *levâsse atque in filium spiritualem assumpsisse, quod sacris Ecclesiæ ritibus repugnat, erit dicendum? Minimè verò, inquient isti: potuit enim S. Martinus anno* 334, *quo Baptismi gratiam receperat,* S. Lubentium, *licèt tunc temporis decem annos natum, è sacro fonte levâsse. Verùm, etsi sic habeat, cùm equidem auctores, qui,* SS. Lubentii *& Maximini biographos dicta prolepsi usos fuisse, contendunt, nullas rationes allegent, quibus, laudatos biographos certò fuisse prolepticè locutos, convincamur; cúmque hos* SS. Lubentio *& Maximino, quorum res gestas exarârunt, nec contemporaneos nec suppares fuisse, constet, sed contrà pluribus ab ipsorum ætate seculis remoti vixisse neque satis de iis, quæ narrârunt, instructi fuisse videantur, temeritatis haud insimulabimur, quòd saltem, an S. Martinus, ùt tradunt,* Lubentium *in filium spiritualem assumpserit, in dubium revocemus.*

AUCTORE J. B. F.

A. ANONYMO.

VITA

S. LUBENTII PRESBYTERI CONF.,

Auctore anonymo,

Ex 3 tomo Paſſionalis monaſterii Arnſteiniani a.

CAPUT UNICUM.

Sanctus à S. Martino, Turonenſi epiſcopo, de ſacro fonte levatur: parochus à S. Maximino Trevirenſi creatur: hujus defuncti corpus ex Aquitania Trevirim transfert: moritur & ſepelitur.

Sanctus, à S. Martino de ſacro fonte levatus, parochus creatur à S. Maximino, b

BEatus Lubentius à parentibus ſuis S. Martino, Turonenſi epiſcopo, eſt oblatus, & ab eo de ſacro fonte levatus, & in filium ſpiritualem eſt adoptatus *b*. Cujus veſtigiis bonæ indolis Puer ſedulus adhærens, paulò pòſt ei Trevirim viſitanti comes efficitur, ibique S. Maximino ejuſdem civitatis epiſcopo, miræ ſanctitatis viro, nutriendus committitur. Suſceptum itaque Puerum cùm B. epiſcopus in omnibus non mediocriter erudiiſſet, in vico Cubruno poſteà presbyterum ordinavit *c*. Beatus autem Maximinus piè memor ſuorum propinquorum Aquitaniam, patriam ſuam, reviſit, ibique, rebus humanis excedens, animam Creatori reddidit.

c

C

Hujus defuncti corpus juſſu S. Paulini ex Aquitania Trevirim

2 Succedens ergò ei in epiſcopatu Paulinus, vir beatiſſimus, hunc B. Lubentium cum multitudine clericorum & reliqui populi fultum ſuffragio ad Aquitanicas partes dirigit, corpus magiſtri inquiſiturum. Nemo tamen illorum, quod erat difficiliùs, locum ſepulturæ ejus noverat. Igitur, quieſcentibus cæteris & relevationi corporis indulgentibus, B. Lubentius orationi proſternitur, Dei miſericordiam flagitans, ut, quò membra ſancta requieſcerent, indicare dignaretur. Orante ergò S. Lubentio, ecce ſubitò puer opilio, qui propè oves paſcebat, præmiſſo S. Maximini nomine, aberrantem ovem, ſi aliorsùm, quàm ipſe vellet, abiret, minatus eſt percuſſurum.

Transfert, quo peracto, moritur.

3 At S. Lubentius, tali percepto augurio, evocato puero, curiosè cœpit inquirere, quanam in parte Sancti, cujus nomen invocaverat, requieſceret corpus. Quod cùm puer oſtendiſſet, B. Lubentius, pergens ad comites, orationi eos incumbere monuit. Quibus orantibus, ecce angelus Domini aſtans B. Lubentio ſic allocutus eſt: "Noveris, hic ſacerdotis ſanctiſſimi corpus tumulari. Age ergò", inquit, "& nunc clavem eccleſiæ à capite cuſtodis dormientis auferàs, & cupitum theſaurum, ſicut vis & ſicut ſcis, abſportes." Sic B. Lubentius, optato potitus theſauro, Trevirim reverſus eſt *d*. Poſt hæc rediens ad vicum, cui paſtor datus fuerat, conſummato vitæ termino, feliciter Deo ſpiritum reddidit.

D

d

Ipſius cadaver, quod ad eccleſiam Cubrinenſem deferri cœlitùs impeditur,

4 Poſt exceſſum verò S. Lubentii, cùm ſacerdotes vicini cum populo Cubrunenſi venerabile corpus in eadem eccleſia locare vellent, virtute Dei accidit, ut, cunctis admirantibus, immobile corpus ſtaret & nuſquam ab indigenis transferri poſſet. Cùm vehementer admirando id crebriùs attentarent & fruſtrarentur, divinæ voluntati ſanctique Viri meritis id concedentes, ne Deo rebelles ſtulto in certamine invenirentur, ſeipſos tanti Patroni exequiis indignos, locumque indignum nimis reputabant. Nec mirum; plebs quippe dura & exaſperans, dum à pio doctore monita virtutis priùs non receperat, ſed ſobriè, juſtè & caſtè viventem, gravem ſibi ſuiſque operibus contrarium invita ſuffèrebat, ad ſui contemptùs indicium corpus ſanctum obtinere non poterat. Quid tandem agitur? Luctu, ejulatu & ploratu Cubrunum refertur* famaque tanti miraculi Trevirim atque Coloniam *e* attigit. Adſunt præſulès aliique primates, cum clero & populo ſanctum corpus ſinguli ad ſua loca certatim transferre conantes; ſed quoniam humana opinio in inſcrutabili Sanctorum conſilio non habet effectum, placuit prudentioribus de hac cauſa divinæ diſpoſitionis arbitrium experiri.

E

* *l.* repletur

e

Schaphæ impoſitum Moſellæ committitur, primóque Confluentes deſcendens, inde ad Loginſtein

5 Quo definito, electis miniſtris, ſicut dignum erat, caſtis ſimplicibuſque ac probabilis vitæ hominibus, levatum & portatum eſt corpus ſacrum cum ſuo ſarcophago cum omni veneratione ad littus Moſellæ *f*, impoſitumque eſt naviculæ, quæ, carens viris & ſecundùm ſeniorum decreta ab hominibus quidem impulſa, divino autem gubernata auxilio deorsùm fluebat. Ibant interea populi ex utraque parte fluminis, ſanctum proſequentes Virum, nimirum arbitrati, eum Confluentiæ *g* remanſurum, aut naviculam Rheni *h* gurgite raptam deorsùm fore fluituram. Ea itaque habita exiſtimatione, ſuperiores nimia perculſi formidine erant plangentes & Deum obſecrantes, ut ſe in ſuo ſalutari viſitare dignaretur. Inferiores verò, ad quos omnium fluitantium levis & proclivis ſemper eſt deſcenſus, jam quaſi ſpe optata potiti, manibus plaudendo & vociferando, ultra modum exultabant. Nec mora, ubi ad Rhenum perventum eſt, prædicta cymba felici onuſta pondere, S. Spiritûs gratia velificante, Rhenum aſcendit. Quo viſo miraculo; fideles Chriſti animati ſunt, & populus Rhenenſis ex utroque occurrens littore, Deum voce exultationis glorificabat. Præteriens autem navicula Confluentiam & duos vicos Rheni, propè poſitos, mox directa in flumen, quod Logena *i* eſt dictum, & ab Oriente in Rhenum influit, ad villam Loginſtein, quæ ſuper idem flumen extenditur, applicuit.

g *h*

F

i

Applicuit, in quo pago duæ ſorores

6 Igitur miro modo de adventu tanti corporis idem vicus perſonuit, & ad littus ruit undique vulgus, novum Hoſpitem ſuſceptu-

rus. Pars locum illum Deo Sanctiſque ſuis

curæ

A curæ esse dicebat, quem divina gratia præ cæteris in Sancto suo tam insolita visitatione respexisset, pars sese imparem esse, nec ad obtequia tanti sacramenti aliorsùm destinati sufficere astruebat. Erant tunc in eodem rure sorores duæ, maritis liberisque immunes, paucis admodùm vinetis fruentes; quarum una, divino amore succensa, ad naviculam properans, portionem suam coram hæredibus suis & multa turba, quæ aderat, S. Lubentio absque omni contradictione in proprietatem tradebat. Altera verò germana, cùm similiter facere nequaquam cogi posset, tantam confestim in phrenesim agebatur, ut per totam noctem illam prò insana haberetur.

hæreditatis suæ partem in S. Lubentii

7 Manè itaque facto, cognati & amici ejus hortabantur eam, ut partem quoque sui patrimonii Deo Sanctoque ejus offerret, sororis petitionem implendo; quò per ejusdem Sancti merita, mentis sanitate recepta, cum sua germana æternæ vitæ reciperet præmia. Cúmque noctem illam solemnem & insomnem omnes duxissent, & triduum jejunium

B fieri cum omni devotione decrevissent, quatenùs sanctum Hospitem dignè recipere & obtinere possent; ecce, lux sequentis diei orta est, & carina Christi Confessoris, cælesti impellente virtute, relapsa Logenam cœpit ascendere, Quo cognito, omnis illa plebs ingemuit, nihil Deo Sanctisque ejus dignum feciss contestans, nec naviculam ejus audebat contingere, nec voluntatem impedire illius, qui ambulat super pennas ventorum, cujus via est in mari & semitæ ejus in aquis multis, & vestigia ejus non cognoscentur.

honorem consecrant;

8 Tunc demùm mulier illa priùs obstinata pœnitens, quòd pridiè malè tenax fuisset, & quòd magna parvis, æterna temporalibus non commutâsset, per gratiam Dei & merita S. Lubentii mentem recepit, & subitò prosiliens flumen transivit; sacrum namque vehiculum in altera ripa commeans ad radicem montis diverterat, quasi aliquem ibi operiturum. Illa verò appropinquans propinquis & amicis comitata, & humiliter se inclinans septies flectit genua, & tunc demum offerebat ultronea voluntate S. Lubentio, attestantibus

C fidelibus, qui aderant, suæ hæreditatis munus. Hæc sanè ibidem accidisse testatur sacer fons, illic ab eadem die usque in hodiernum diem emanans; cui etiam ab ejusdem Sancti nomine vocabulum accidit, eò quòd idem Christi Confessor ab omnibus, Dominum sitientibus, semper sit quærendus & desiderandus.

deinde Dietkirchen usque conscendit,

9 Tendens ergò prædicta navicula cum suo rectore absolutè per solitudinem ad locum, à Deo prædestinatum, acta felicibus austris flumen Logenæ ascendit, quod adhuc tum temporis undique sylvis & montuosis nemoribus obsitum feris & bestiis erat, hominum verò parvâ frequentiâ colebatur. Necdum castella tyrannorum, nec dura oppida prædonum, nec varios usus negotiatorum illa regio habebat. Porrò amnis ad cursum hujus naviculæ insolitum obstupuit; montesque & colles cum lignis sylvarum ad laudem tanti Patroni resonabant; bestiæ saltus per arva ante faciem Sancti hujus dedêre; fontes cum suis rivulis largiùs fluentes, in occursum ipsius manabant, ipsi quoque pisces ratim illam non piscatoriam esse suspicantes,

præludendo connatabant. Quid autem de avibus referam? Cùm non solùm aëreæ, verùm etiam aquaticæ, alis plaudendo, rostris garriendo, Sanctum Dei vice hominum salutarent; licèt enim bruta animantia ratione careant, habent tamen constrictivam super se Dei potentiam, cui obtemperent; ad cujus nutum etiam sequuntur insensibilia. Hinc nimirùm est, quod corvi Eliam pascebant, Danielem leones servabant, cetus Jonam reddidit. Sic omnis formarum conditio Sanctorum paret obsequio. *A. Anonymo.*

ibidemque honorificè sepelitur.

10 Est saxum in altum porrectum eminens contra Orientem super littus præscripti fluminis, octo *k* circitèr milliaria habens à Rheno, super quod oraculum, vocabulo Dietkirchen, positum fuerat, à suo videlicet authore Dietgero *l*, ut fama est, nuncupatum; hic dum olim paulò altiùs in eadem parte amnis, in viculo, Derna nuncupato, dives pecoris habitaret, & eumdem collem petrosum nemoribus obsitum, cælesti splendore sæpiùs illustrari, & angelica visitatione terribilem servorum relationibus, imò experimento cognovisset, oratorium fecit ibidem, ibique, quoad vixit, Christi gratiam implorans, feliciter requievit. Affuit interea felix dies & memorialis, quâ B. Lubentii corpus ab angelis translatum ad supradictum saxum applicuit. Et ecce, viri religiosi tam clerici, quàm laïci, aderant, qui sanctissimi Patroni prosecuti carinam fuerant; facto ergò terræ motu, idem collis undique contremuit, &, qui aderant, virtutem divinam affore contestantes, occurrunt humiles, Sanctumque Dei tollentes cum Hymnis & Psalmis glorificabant. Sic denique idem noster Patronus in præscripto oraculo humiliter depositus requievit, quousque eum Christi clementia, sicut adhuc claret, miraculis & virtutibus extulit, & divinæ gratiæ benedictionibus per omne ævum mirificavit. E

ANNOTATA.

a *Hoc monasterium Ordinis Præmonstratensis, olim cognomine* castrum, *in diœcesi Trevirensi prope Loganam fluvium, anno* 1139 *Ludovicus comes de Arnstein, ùt in Sacræ Antiquitatis Monumentis, auctore Hugone Stivagii abbate, tom.* 2, *pag.*84 *videre est, fundavit.* F

b *Vide Comm. prævii numm.* 6 *&* 7.

c S. Lubentium *forsan archidiaconum, vel officio, archidiaconis modò competenti, functum fuisse, ex sequentibus, quæ Browerus Ann. Trev. tom.* 1, *pag.* 236 *habet, verbis suspicari licet:* Fidei per Trevirorum antistites trans Rhenum propagatæ vestigia tenemus certissima, ex inspectione sacra & jurisdictione, quæ secundùm Loganam utrimque latissimè patet; cui & archidiaconus olim impositus, sede ac titulo S. Lubentii ad hunc usque diem insignis.

d *Hæc S. Maximini corporis ex Aquitania Augustam Trevirorum relatio, iisdem fabulosis adjunctis ornata, in ipsius vita, in Opere nostro ad* 29 *Maii edita, refertur; verùm illa in* S. Lubentii *Lectionibus Propriis meritò omissa vidimus.*

e *Archiepiscopalem Germaniæ civitatem, ad Rhenum sitam, ditionisque Electoris Coloniensis caput.*

A. ANONYMO.

f *Qui Galliæ Belgicæ fluvius est, originem habens in Lotharingia, in monte Vogeso paulò supra vicum,* Bussans *Gallicè dictum, in ipso Alsatiæ & comitatûs Burgundiæ limite.*

g *Percelebri huic diœcesis Trevirensis oppido, medio Moguntiam inter Coloniamque Agrippinam spatio, ab Rheni Mosellæque concursu nomen factum est.*

h *Qui fluvius notissimus est, & Germaniæ post Danubium maximus.* D

i *Vide Comment. prævii num.* 2.

k *Vide eumdem Comm. prævii numerum.*

l *In suprà transcriptis Lectionibus vocatur* Dietherus. *Laudatus Browerus suprà citato loco vocem* Dietkirchen *à Fano Mercurii, qui Germanicè* Diet *dicitur, provenire conjectat.*

DE S. ROMULO,

EPISCOPO JANUENSI CONFESSORE,

C.B. COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Sancti ætas utcúmque definita, reliquiarum translatio, cultus, Vita qualiscumque quandonam scripta.

B VEROSIMILLIMÈ POST AN. CCCL. *Sanctus, quem ordo quidem, quo sedisse creditur,*

EX *episcopis Januensibus S. Salomonem seu Salonem, ad vigesimam octavam, quâ etiam, an verè exstiterit Januensis episcopus examinavimus, Septembris diem Operi nostro, quòd tunc in Martyrologio Romano hodierno memoretur, jam insertum, exstitisse primum, cujus ad posteros dimanârit memoria, proximéque ei tres, quorum ne nomina quidem noscuntur, successisse, Ughellus in Episcoporum Januensium serie tom.* 4 *Italiæ Sacræ à Coleto auctæ col.* 837 *præfatus, mox quatuor alios, S. Valentinum videlicet, S. Felicem, S. Syrum ac tandem, de quo hic modò (SS. Valentino, Felice & Syro ad dies, quibus singuli vel coluntur vel obiisse putantur, in Opus nostrum pariter jam illatis) agendum nobis restat,* S. Romulum, *nominatim eo ipso, quo à me modò relati, ordine recenset; quòd si autem & hic admittendus & veritati, quod, ùt jam indicavi, Ughellus, priusquam de quatuor hisce sanctis Episcopis loquatur, præmittit, sit consonum, consectarium inde evadit, ut Valentinus quinto, Felix sexto, Syrus septimo ac denique* Romulus, *quod de hoc & Ecclesiæ Genuensis Tabulæ, teste Ughello, memoriæ produnt, octavo inter Januenses antistites loco sederit.*

C

2 *Hinc porrò simulque ex eo, quòd Diogenes, proximè post* Romulum *in Episcoporum Genuensium Serie ab Ughello relatus, anno* 381 *synodo Aquileiensi fuerit præsens, tuncque adeò sedisse certò noscatur, non ineptè concluseris, primò quidem Valentinum, quem Epitaphium, apud nos tom.* VII *Maii pag.* 344 *Vitæ ejus Encomio insertum, annis* 12 *& mensibus* XI *sedisse indictioneque tertia decima obiisse testatur, vel anno* 325, *quo primùm post numerandarum Indictionum singulisque annis quindecim innovandarum initium à Constantino factum indictio* XIII *cucurrit, vel, si hanc eamdem indictionem recurrentem exspectare lubet, anno* 340 *excessisse è vivis; deinde verò, cùm successor Felix, Operi nostro ad* IX *Julii diem, quâ Genuæ colitur, insertus, viginti annis, utì ejus epitaphium, ibidem relatum, fidem facit, ecclesiæ Genuensi præfuerit, ac proin, spectatis iis, quæ de Valentino dicta jam sunt, vel anno* 345 *vel anno* 360 *debeat esse vitâ functus, successores ejus SS. Syrum &* Romulum *toto illo temporis spatio, quod ab anno vel* 345 *vel* 360 *usque ad tempus, quo Diogenes, priusquam anno* 381 *concilio Aquileiensi interesset, sedere incepit, Genuensis ecclesiæ cathedram occupâsse, ac proin Sanctum nostrum verosimillimè haud admodùm diu ante annum* 381 *obiisse. Ac ita quidem Papebrochius noster, qui ad secundam Maii diem, cultui S. Valentini sacram, de Sancto isthoc jam egerat, de eo iterum post ob qualiacumque Acta, quæ desiderata eatenùs fuerant, feliciter tandem obtenta luceque publica donanda in Appendice ad eamdem Maii diem tom.* VII *Maii pag.* 542 *& seq. tractans, SS. Valentini, Felicis, Syri &* Romuli, *quorum quemque ordine suprà assignato sedem Genuensem occupâsse credebat, chronologiam, fieri id non ineptè eo modo posse ratus, utcúmque ordinare fuit ibidem in Comment., dictis Actis prævio, num.* 1 *&* 2 *conatus.*

eaque, quæ hîc præterea adducuntur, haud diu admodùm ante annum 381,

3 *Verùm postea, dum ad* XXIX *Junii diem, quâ S. Syrus & obiit & Martyrologio Romano recentiori memoriâ fuerat insertus, de Sancto isthoc tractabat, chronologiam, quam priùs utcúmque in S. Valentino stabilierat, nonnihil immutandam putavit. Cùm enim, omnibus attentiùs expensis, hinc quidem, sævissimis Arianæ hæreseos tempestatibus, quibus post Orientem etiam Occidens, jam inde ab anno* 325 *concuti cœptus, sus deque sub imperatore Ariano Constantio, in Arelatensi & Mediolanensi synodis, anno* 353 *&* 355 *in Gallia Italiaque congregatis, in exsilium abire episcopis, qui Athanasii damnationi subscribere recusabant, compulsis, est actus, SS. Felicem, Syrum ac* Romulum, *admissa, quam in S. Valentino ordinârat, chronologia, implicari, neque tamen in horum Vitis, imò & nusquam alibi, ullam Arianorum, Occidentem turbantium, cum quibus, quid negotii habuerint, mentionem fieri, animadvertisset; illinc verò in qualiscumque concilii Romani, anno* 324 *sub S. Silvestro Papa celebrati, Actione prima apud Labbeum tom.* 1 *Conciliorum col.* 1546 *inter primos, qui concilio isti interfuisse scri-*

F *alia verò, hîc pariter adducta, ante annum etiam* 342 *sedisse exigunt,*

A *ſcribuntur, Syrum nominatum inveniret, hunc-que exſtitiſſe ſanctum nominis hujus Januenſem epiſcopum conjiceret, Valentinum à quinto, quo inter Januenſes epiſcopos ſediſſe paſſim creditur, loco amovit, eumque poſt S. Syrum, S. Felici, cùm hic annis viginti epiſcopatum tenuiſſet, paulò ante annum 324 ſuffectum itemque poſt* S. Romulum, *anno circitèr 342 è vivis ſublatum, ſediſſe epiſcopumque circa hunc annum ordinatum, anno 355, quo etiam indictio tertia decima fuit in curſu, obiiſſe ſtatuit.*

verosimillimè equidem & ante annum, ubi hic allegata

4 *Ita laudatus deceſſor noſter, ſimul etiam addens, credi poſſe, Valentino anno 355 ſuffectum fuiſſe, qui, quamvis in Ariminenſi concilio cum ceteris ſeductus, oblivioni tradi ſit meritus, vitam nihilominùs uſque ad annum circitèr, quo Diogenes ſedere incepit, 380 protraxerit. Aſt cùm ſic equidem Valentinum à quinto, quo inter Januenſes epiſcopos paſſim locatur ab aliis, loco amotum tam* S. Romulo, *quàm S. Syro, poſtponat, quid ni eumdem Valentinum Diogeni etiam, qui veroſimillimè circa*

B *annum 380 ſedere demum inceperit, poſtponere obitumque ejus in annum 400, quo pariter indictio tertia decima fuit in curſu, differre poſſimus? Id equidem haud perſpicio: id autem ſi fiat, nihil impediet, quò minùs* S. Romuli *obitus ab anno 342, quo alioquin ſecundùm mox dicta foret ſignandus, in annum 352 aut 353 rejiciatur ac poſt illum abs hoc circitèr poſteriori anno alter, qui, quòd in Ariminenſi anni 359 concilio cum ceteris fuerit ſeductus, oblivioni tradi ſit meritus, proximè ante Diogenem, certò ante annum 381 epiſcopum creatum, ſediſſe ſtatuatur. Adhæc, quòd ſi etiam is oblivioni datus Januenſis epiſcopus proximè poſt Syrum, cùm hic, qui non ſecùs ac S. Felix 20 annis ſediſſe à nonnullis putatur, ab anno circitèr 322 uſque ad annum 342 epiſcopatum tenuiſſet, ad ſedem Januenſem fuiſſe promotus, cúmque eamdem uſque ad annum circitèr 361, quo Conſtantius imperator obiit, occupáſſet,* S. Romulum *nactus eſſe ſucceſſorem dicatur?*

ſuadent, 352 ſedi., & poſt annum 350 obiit, locoque, quo id accidit, ſepultus, inde pòſt, ubi, quæ penes nos

5 *Inde iterum conſectarium evadet, ut hic uſque ad annum circitèr 381 vitam protraxerit; verùm S. Syro proximè ſucceſſiſſe* S. Romulus *paſſim creditur, idque etiam in hujus Vita; Commentario huic ſubdenda, num. 2 indicari videtur; etſi autem nec communis iſta opinio, nec, uti ex infrà dicendis pateſcet, Sancti noſtri Vita fidem indubitatam mereatur, eſſe tamen videtur, cur, an verè S. Syro* S. Romulus *proximè haud ſucceſſerit, dubitari meritò queat. Verùm, etſi ſic habeat, Sanctum equidem ante annum 352 ſediſſe, nec ante ſec. IV, media ſui parte jam elapſum, obiiſſe, vero apparet è jam ſuprà dictis ſimillimum. Ad ea, quæ mortem ejus ſubſecuta ſunt, progredior. Poſtquam in villa Matutiana, in qua diœceſim ſuam viſitans commorabatur, morbo ſubitò correptus brevique ad extrema deductus vitam hanc mortalem cum immortali commutáſſet, ibidem etiam terræ fuit mandatus; inde autem pòſt, villâ iſtâ à Saracenis excisâ, à Sabbatino, Januenſi epiſcopo, Januam fuit tranſlatus. Docet hæc omnia qualiſcumque* S. Romuli *Vita, Commentario huic, ùt jam monui, ſubdenda. Hæc, quæ, ſi ea, quæ de Sancti die & loco emortuali tranſlationeque refert, exceperis, nihil ferè, quod non in quamvis epiſcopum, ſanctitate conſpicuum, quadret, memoriæ prodit, penes nos exſtat in authentico, quod Janingus noſter Romæ invenit, quodque ei, unde apud nos in Appendice ad 2 Maii diem S. Valentini Vita jam data, per omnia ſimile eſt, inſtrumento, è Genuenſis eccleſiæ cathedralis, utì id præambulo, quod apud nos tom. 7 Maii in dicta Appendice in Commentario, S. Valentini Vitæ præmiſſo, num. 4 invenies, fidem facit, codice magno pergameno Ms. excerpta ſeu tranſumpta.* AUCTORE C. B.

in inſtrumento hic memorato exſtat, ejus Vita,

6 *Ac primò quidem Vitæ textui notarialis de antiquo illius in eccleſia Genuenſi uſu, ſideque tranſumpto habendæ Marci Antonii Mulſini atteſtatio, anno, uti in hac notatur,* ſecundum Genuenſium curſum MDCVIII, *id eſt, anno noſtro* MDCVII, *data, ſubjungitur; deinde verò poſt hanc, cujus tenorem in Comment. proximè citato num. 5 reperies, ſequitur Jacobi Cunei, publici imperiali & Genuenſium auctoritatibus notarii, qui dictum tranſumptum è laudati notarii Marci Antonii Mulſini protocollis, penes ſe exſtantibus, anno* MDCXII *die* XI *Maii tranſcribi curavit, authenticum, quo* E *id ſe feciſſe, ita ſuum, quod penes nos exſtat, tranſcriptum ſeu ecgraphum in publicam probantemque formam redigens, declaravit, teſtimonium, hocque mox excipit aliud, quo idem* Papinianus Dinalius, protonotarius apoſtolicus, canonicus & illuſtriſſimi ac reverendiſſimi D. Horatii Caroli Spinulæ archiepiſcopi Genuenſis vicarius generalis, *coram quo conſtitutus Magnif. D. Antonius Maria Montebrunus, Genuenſis patricius, ſuprà memoratum, quod confici curárat, tranſumptum autenticari fecerat, mox dicti Jacobi Cunei legalitatem, ùt loquuntur, teſtatus eſt, hac ratione, ut eidem fides, publica etiam, cui Silveſter Merellus, notarius & curiæ archiepiſcopalis Genuæ cancellarius, ſubſcripſit, atteſtatione, eum in finem confecta, tam intra, quàm extra judicium adhibenda ſit, efficiens.*

per auctorem, qui nuſquam nomen ſuum prodit,

7 *Tale eſt, quod qualemcumque è jam dictis Sancti noſtri Vitam continet, quodque Romæ inventum Muſeo noſtro Janningus procuravit, inſtrumentum authenticum, eò veroſimillimè, prout ad SS. Valentinum &* Romulum *ſpectat, idcircò præſertim, ut inde cultus, quo ambo hi Sancti Genuæ gaudent, probari poſſet antiquitas, allatum; etſi autem, ut, quæ de S. Valentino, ita etiam, quæ de* S. Romulo *id complectitur, ſermonis potiùs, quàm Vitæ ſpeciem præferant, ipſemet tamen auctor anonymus, qui litteris ea mandavit, lucubratiunculam, quâ id de Sancto noſtro tractans fecit, ſtatim ab ipſomet illius initio* Vitam *appellat. Exſtat hæc etiam tom. 4 Italiæ Sacræ, à Colleto auctæ, col. 839 & duabus ſeqq. apud Ughellum, è veteri, ùt hic ibidem ait, Ms., cujus nullam dat notitiam, accepta; aſt cùm tam ibidem, quàm in tranſcripto noſtro mendis non paucis laboret, hic infrà nec prout ab Ughello eſt edita, nec prout in noſtro tranſcripto exſtat, ſed, adhibitis; quæ ſubinde in hoc, & ſubinde apud illum occurrunt, Lectionibus minùs mendoſis, lectori à me exhibebitur. Nuſquam quidem Vitæ auctor nomen ſuum prodit, nec quidquam, unde id colligas, ſuppeditat; verùm habet ſaltem, unde tempus, quo iſtam lucubrationem ſuam concinnárit, utcúmque determines.*

8 *In eâ enim num.* 12 *ſequentem loquitur*

AUCTORE C. B.

Sabbatino Januenſem eccleſiam gubernante, vel certè,

in modum : Verùm modernis temporibus, domno Sabbatino Januenſis ſedis cathedra epiſcopali ſublimato, æſtu nimio eundem epiſcopum contigit vexari, coquòd beatiſſimi corpus Romuli in villa Matutiana, omni habitatore privata ac ſacerdotali tanto tempore officio deſolata, inviſum haberetur ; *cùm enim hiſce verbis, vel ipſomet, quo Januenſis eccleſiæ cathedram Sabbatinus occupavit, tempore vel certè haud diu admodùm pòſt ſeſe ſcripſiſſe, non obſcurè prodat, hicque, utpote qui, quem admodùm apud Ughellum videre licet, anno 876 Ticinenſi ſynodo, ſequentique deinde anno Ravennenſi concilio interfuerit, haud ſeriùs certè quàm priori è duobus hiſce annis ſedere inceperit, ac porrò ejus ſucceſſor Theodulphus, nominis hujus I, anno 930, uti apud eumdem Ughellum invenies, jam ſederit, conſectarium fit, ut eo temporis ſpatio, quod ab anno 876 uſque ad annum 930 excurrit, vel certè haud multò pòſt anonymus Vitæ Sancti noſtri ſcriptor ſuam iſthanc lucubrationem adornârit.*

B

uti ex hîc adductis

9 *Verùm etſi ſic habeat, eum tamen id non labente adhuc ſec.* IX, *ſed* X *aliquamdiu jam inchoato, & fortè quidem etiam ultra annum trigeſimum provecto feciſſe, mihi ſuadent, quæ verbis jam datis proximè præmittit, ſequentia iſthæc :* Saracenorum gens, *Hiſpaniâ, ut narravit, magnam partem occupatâ, ... pro more piraticam exercens,* Arelatem urbem invaſit, provincialeſque depopulans uſque ad Fraxenetum pervenit. Quo latibulo latrocinandi invento, reſedit, vaſtavit verò in fines progrediens circumquaque in Foro-Julienſem urbem & antipolim, Nicca caſtella uſque ad Albingaunum, pedeſtrique itinere Alpes ingreſſa valles & civitates Ebroduneſemque terram Mauriennam Seutiam cis citraque deſtruxit & uſque triennium, habitatoribus interemptis, Elimanniam ad nihilum redegit. Italiam poſt hæc ingreſſa per ducentorum fermè annorum ſpatia multos Romam orationis gratiâ progredientes gens Saracenorum interfecit ; diverſis itaque potita gazis ac captivorum multitudine ad Fraxenetum repedavit, ſpoliiſque naves ac captivis repletas in Hiſpaniam delegavit, ſicque Matutiana depopulata uſque ad præſens tempus omni privatur habitatore.

C

illius verbis, cùm horum

10 *Ita enim à Saracenis, priuſquam abs his villa Matutiana, è qua deinde Sancti noſtri corpus tranſlatum, excideretur, Fraxinetum occupatum fuiſſe, tradit, idque, ut Pagius in Criticis ad annum 921, num. 3 docet, inter annum 888 & 890 evenit ; etſi autem fortè aliquantò etiam citiùs, imò & antequam ad ſedem Januenſem Sabbatinus eveheretur, caſtrum illud à Saracenis occupatum, villaque Matutiana fuerit exciſa, inde tamen fuiſſe ex hac Sancti noſtri corpus ſec.* IX *adhuc labente tranſlatum, inferri non poteſt. Fuiſſe enim villam iſtam, priuſquam inde Sancti noſtri corpus Genuam transferretur, à longo jam tempore exciſam incoliſque privatam, verbis jam nunc datis, aliiſque, quæ hiſce præmiſit ac jam data pariter ſunt, Sancti noſtri biographus luculenter inſinuat ; cùm autem ſic habeat, nec is, ſtatim atque* Romuli *corpus è Matutiana villa Genuam fuiſſet tranſlatum, ſcriptionem ſuam, quâ & tranſlationem iſthanc & ſimul qualemcumque Sancti Vitam eſt complexus, adornâſſe ullo ex capite videatur, id veroſimillimè non ſeculo* IX *adhuc labente, ſed ſec.* X *aliquot annis jam inchoato, vel, quod magis placet, eodem ſeculo ultra annum etiam trigeſimum jam provecto præſtiterit.*

D

11 *At verò, inquies, ſpectatis iis, quæ idem Sancti noſtri biographus ſcribit, neceſſarium apparet, ut non modò poſt ſeculum nonum, ſed diu etiam poſt ſeculum decimum lucubrationem ſuam adornâſſe dicatur. Poſtquam enim Fraxinetum fuiſſe à Saracenis occupatum, per verba num.* 9 *huc tranſcripta narravit, fuiſſe hoſce, poſtquam id feciſſent, ducentorum ferè annorum ſpatio per Italiam, quamplurimis, qui Romam orationis causâ pergerent, occiſis, græſſatos memoriæ prodit ; cùm autem, ut apparet, haud ſeriùs equidem, quàm anno circitèr* 870, *Saraceni Fraxinetum occupârint, ducentique ferè anni, quibus hoſce, poſtquam id feciſſent, per Italiam græſſatos tradit, ad annum circitèr* 1070 *deducant, id utique niſi vel circa vel poſt hunc annum ſcripſiſſet, litteris mandare haud potuiſſet, neceſſèque proinde eſt, ut, ſpectatis iis, quæ ſcribit, ſeriùs etiam, quàm ſec.* X *ſcripſiſſe ſtatuatur. Fateor, ſic habet, ſi verba, quibus Saraceni poſt occupatum Fraxinetum ducentis ferè annis per Italiam græſſati narrantur, adſcribenda ei ſint. Verùm hæc non abs illo profecta, ſed in ejus textum à poſterioris ævi interpolatore, & quidem hiſtoricè, ut apparet, haud ſatis perito, videntur intruſa.*

nonnulla, quibus lucubrationem iſtam ſeriùs, quàm ſec. X *adornatam eſſe, ſequereſur,*

12 *Præterquam enim quòd Saraceni, è Fraxineto, quod certè haud citiùs, quàm anno* 870, *occupârant, anno* 972 *aut ſeq., uti apud Pagium in Criticis ad priorem è duobus hiſce annis videre licet, expulſi excurſionibus ſuis inde factis Chriſtianos haud ampliùs afflixerint, ac proin non ducentis, ſed centum ferè dumtaxat annis per Italiam fuerint græſſati, per verba, quibus id ducentorum annorum ſpatio iidem Saraceni feciſſe aſſeruntur, fuiſſe abs hiſce, è Fraxineto, quod, ut apparet, haud procul à Varo fluvio, Galliam inter & Italiam fluente, ſitum erat, à ſeſe occupato, egreſſis, loca omnia, caſtrum iſthoc inter aut, ſi mavis, Foro-Julium inter & Albingaunum, hodie* Albengam, *jacentia ac proin & villam Matutianam, utpote poſtremum hunc locum inter & Varum poſitam, fœdiſſimè ſtatim vaſtata parique clade intra triennium Septimaniam (hanc enim vocem voci* Elimanniæ, *quæ apud Ughellum & in Ms. noſtro legitur, ſubſtituendam, opinor) attritam, biographus noſter narrat, ac deinde proximè poſt eadem verba, quibus, ut dictum, Saraceni ducentorum ferè annorum ſpatio per Italiam græſſati aſſeruntur, Fraxinetum hoſce eſſe reverſos refert, ſicque, ſi verba iſta illius ſint, id demùm ducentis circitèr, poſtquam inde egreſſi eſſent, annis factum eſſe, indicat.*

ab interpolatore dumtaxat ſine, ut probatur,

F

13 *Jam verò cùm id planè incredibile ſit, nec, ut conſideranti pateſcet, textus ejus, num.* 9 *huc tranſcriptus, ſi ab eo verba illa reſcindantur, quidquam ampliùs, quod à veritatis ſpecie alienum ſit, offerat, eſſe illa, quæ nec, ut ſenſus ſit perfectus, ſervari eſt neceſſe, re etiam ipſa abs hoc reſcindenda ac proin, non à biographo, ſed ab hujus interpolatore eſſe profecta, apparet vix non indubitatum Quod cùm ſic habeat, verba illa ſanè impedire haud poſſunt, quò minùs ſcriptor anonymus, qui Sancti noſtri Vitam contexuit, id certè haud ſeriùs, quàm ſec.* X *ultra annum trigeſimum provecto, feciſſe, ob jam*

profecta, apparet, ſec. X *ultra annum* 30 *provecto conſcripta, memoriæ prodit, à Sabbatino Genuam*

A *jam ſuprà allegata credatur; cùm autem ſic habeat ac proin haud procul, utì è ſuprà dictis pronum eſt colligere, à Sabbatini, Januenſis epiſcopi, ætate abfuerit, fuiſſe abs hoc, ùt refert, Sanctum noſtrum è villa Matutiana, ubi fuerat ſepultus, tranſlatum, omniaque, quæ tranſlationem iſthanc comitata refert, adjuncta habuiſſe re ipſa locum, credere tutò poſſumus, etſi interim, loco etiam, quo Sanctum vitâ functum ac ſepultum ait, manente certo, de iis ſanè, quæ, veluti hujus ætate geſta, narrat, paulò aliter, quòd abs hac longiſſimè, utì è jam dictis nemo non eruet, abfuerit, ſit cenſendum.*

quod eodem ſeculo X *aliquamdiu jam inchoato factum, fuit tranſlatus,*

14 *Porrò, cùm Sabbatinus, Januenſis epiſcopus, qui, ùt jam dictum,* S. Romulum *è villa Matutiana, ubi fuerat ſepultus, Januam tranſtulit, poſt. ſec.* IX, *cujus anno* 76 *Januenſem cathedram, ùt jam ſuprà docui, ac forſan aliquantò etiam citiùs occupârat, ſeculo* X, *annis aliquot jam inchoato, in vivis adhuc, utì ex eo, quòd ſucceſſor ejus Theodulphus ante annum* 930 *ſediſſe haud inveniatur, concludendum apparet, exſtitiſſe videatur, quæri hìc jam poteſt, ſeculone* IX *adhuc currente, an contrà* X *jam labente Sanctum noſtrum è villa Matutiana Januam tranſtulerit. Cùm id certè, ùt ex iis, quæ Sancti noſtri biographus num.* XI *& ſeq. ſcribit, palàm ſit, haud priùs acciderit, quàm cùm Matutiana villa jam diu fuiſſet vaſtata hæcque tum demùm, cùm Fraxinetum à Saracenis, quod è ſuprà dictis haud diu admodùm ante annum* 890 *evenit, fuiſſet occupatum, cladem iſtam fuerit perpeſſa, Sanctum noſtrum ſeculo* X, *& quidem non citiùs, quàm cùm id annis aliquot jam eſſet inchoatum, à Sabbatino Januam fuiſſe tranſlatum, vero apparet ſimilius. Modò etiam, an Sanctus noſter, aut, ſi mavis, ſacrum ejus corpus tribus circitèr ſeculis pòſt Januæ in S. Syri eccleſia, in qua, ùt communis, etſi fortè haud ſat certa, fert opinio, à Sabbatino fuerat depoſitum, fuerit inventum, examinemus.*

B

neque tamen ibidem, contrà ac nonnulli putârunt, ſec. XIII *fuit repertus;*

C

15 *Anno* 1283, *utì apud nos ad* XXIX *Junii diem in Commentariio, Vitæ S. Syri, Januenſis epiſcopi, prævio, num.* 1 *& ſeq. fas eſt videre, fuerunt in dicta eccleſia tres diſtincti loculi reperti, in quorum primo quidem S. Syri, in ſecundo verò S. Felicis corpus contineri, inſcriptiones, quibus erant muniti, prodebant, cúmque loculus tertius nullam haberet inſcriptionem, corpus in hoc contentum* S. Romuli eſſe, *nonnulli ſunt arbitrati; verùm, ait, & meritò quidem, ùt mihi equidem apparet, in Commentario mox cit. num.* 7 *Papebrochius noſter,* non rectè; nam, qui illud circa annum DCCCC ex villa Matutiana, primo ſepulturæ loco, Genuam tranſtulit "Sabbatinus, pontifex Januenſis, epitaphium" (*Vitam edendam num.* 13 *videſis*) "hexametris & pentametris verſibus peregit marmoreæque" (*tabulæ*) "inſcriptos, fronti arcæ, quâ beati corpus Romuli continetur, impoſuit"; tale autem nihil inventum eſt cum tertii corporis loculo. *Ita laudatus deceſſor noſter, qui etiam in eodem jam memorato Commentario num.* 2 *rationem reddit, ob quam S. Syrus, at non itidem* S. Romulus *Martyrologio Romano hodierno exſtet inſcriptus.*

16 *Verùm, etſi hunc Sanctum noſtrum honore iſto eruditiſſimi, qui Martyrologium Romanum hodiernum reformârunt, viri afficiendum haud duxerint, is tamen cultu Sanctis proprio à longiſſimo jam temporis ſpatio Genuæ fuit gaviſus, ac porrò hodieque gaudet, ùt fidem facit, quod penes nos exſtat, eccleſiæ Genuenſis Sanctorum Proprium, anno* 1640 *Genuæ excuſum, in quo, quod duplicis majoris ritu de* S. Romulo *recitandum, novem Lectionum, è quibus tres mediæ noſtro huic Sancto propriæ ac ex ejus Vita, hìc mox danda, majorem partem ſunt compoſitæ, Officium ad* XIII *Octobris diem, licèt id è typographi errore, utì ex Kalendario, quod dicto Proprio præmittitur, palàm fit, menſis illus diem non* 13, *ſed, notis numericis perperàm tranſpoſitis,* 31 *in capite præferat, proponitur. Dixi, Lectiones, quæ Sancto noſtro in dicto Officio ſunt propriæ,* majorem partem *ex ejus mox danda Vita eſſe compoſitas; præcipuè autem idcircò locutus ita ſum, quòd Sabbatinus in ſomnis divino ſpiritu, ut Sancti noſtri corpus è villa Matutiana Genuam transferret, admonitus fuiſſe in Lectionum illarum ultima dicatur, nihilque planè, quo id factum vel utcúmque indicetur, in Sancti Vita occurrat.*

AUCTORE C. B.

etſi autem nec Mrl. Romano hodierno ſit inſcriptus, à Genuenſibus tamen hodieque colitur,

D

17 *Aſt, etſi ſic habeat, haud propterea tamen, Sabbatinum non fuiſſe, ut* S. Romulum *è Matutiana Genuam transferret, divinitùs admonitum, aſſeverare auſim. Eadem enim Lectio, & à Sabbatino Sancti noſtri corpus, cùm id Januam hic tranſtuliſſet, in S. Syri eccleſia, tum adhuc cathedrali, fuiſſe ibidem depoſitum, & Matutianam villam, è qua ſacrum illud pignus delatum eò fuerat, fuiſſe pòſt à Sancti noſtri nomine* S. Romuli oppidum, *vulgò* S. Remo, *vocatum, adjungit; etſi autem nec unum, nec aliud in Sancti noſtri Vita tradatur, utrumque tamen veritati apparet conſonum. Ac poſtremum quidem, quod omninò eſt certum, diſertè etiam aſſeritur à ſcriptoribus non paucis ac nominatim à Ferrario, qui* S. Romulum *cultu, Sanctis proprio, ab eccleſia Januenſi coli cognoſcens, locum ei, Caſtellanum deinde ſuî in Sancto commemorando ſequacem etiam nactus, in ambobus ſuis, quos contexuit, Sanctorum Catalogis meritò conceſſit, in horum altero, qui Italicæ Sanctos complectitur, elogio etiam ſat prolixo id faciens, quod ex eodem eccleſiæ Genuenſis libro Ms., è quo Sancti noſtri Vita mox hìc exhibenda, acceptum eſſe, indubitatum apparet tum ex eo, quòd nulla in re abs hac diſſentiat, tum quòd is hagiologus, ſtatim atque id recitavit, eccleſiæ Genuenſis in antiquo codice Ms. monumenta pro ſe citet. Ferrario porrò & Caſtellano addi etiam poteſt Marianus de Grimaldi, qui in Sanctuario Genuenſi, Italicè à ſe conſcripto annoque* 1613 *typis Januenſibus vulgato,* Romulo *quoque locum conceſſit, ſat prolixo etiam, quod* Vitam *appellat, elogio, ex antiquis, ùt ait, eccleſiæ cathedralis S. Laurentii Breviariis accepto, pag.* 179 *& ſex ſeqq. illum exornans.*

E

meritóque adeò idcircò à Ferrario & Caſtellano itemque in Sanctuario Genuenſi celebratur.

F

A. ANONYMO.

VITA,

Auctore anonymo *a*,

Ex antiquo eccleſiæ Januenſis codice Ms. & editione Ughelliana.

CAPUT UNICUM.

Vitæ ſanctimoniâ quammaximè elucet, à Januenſibus epiſcopus eligitur, ſumma charitate & benignitate gregem gubernat, diœceſim viſitans rure moritur ac ſepelitur, indeque diu pòſt Januam transfertur.

Romulus, qui charitate potiſſimùm ac vitæ

VItam B. Romuli epiſcopi ſcripturi, chariſſimi, non noſtræ præſumptionis audaciæ obſecramus imputari, verùm ejus piæ mentis clementiæ, qui & vitâ & moribus ita claruit atque luculenti ſermonis dulcedine, quanta pietate floruerit, apparuit. Benignitas enim dilectionis illius adeò erga omnes protendebatur, ut veriſſimè de illo proferri poſſet, ſe omnimodâ charitatis magnificentiâ repleri, de qua dicitur: Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritûs gratiam, qui datus eſt nobis *b*.

b

C

ſanctimoniâ effulgens, à Januenſibus eligitur epiſcopus,

c

2 Illius ergò ſanctiſſimæ converſationis auditâ clementiâ, quâ Felicis & Syri, prædeceſſorum beatiſſimorum *c*, normam ſecutus fuerat, à Januenſi plebe, utì dilectus, adoptatur & eligitur ac pontificali infula ſublimatur. Gaudent Januenſes tanti Præſulis dignitate ſublimati, qui, Dei ſubveniente gratia, non tanto fruſtrati fuerant Patrono, cui ſe ſuaque committere prævalerent, atque cæleſtia ſe docente beatiſſimæ vitæ eruditione & collocutione ſe adepturos confiderent.

patrem potiùs quàm dominum gregi ſeſe exhibet,

3 Gaudeamus & nos, dilectiſſimi, Januenſi urbi tantum patronum beatiſſimum Romulum per plures annos præſediſſe ac divini Verbi pabula populo miniſtrâſſe. Tempore ſiquidem, quo huic mundo beatus Romulus ſuperſtes extitit, tantâ caſtitatis præfulſit prærogativâ ac charitatis efficaciâ, ut univerſis Januenſibus potiùs pater crederetur, quàm dominus, & amicus præcipuus, quamvis dominatione utens Vir præpotens & Epiſcòpus eſſet.

4 Animadverſione benignitatis illius univerſi animabantur & ad virtutum magnitudinem, animo acſi pedum acceſſu piis admonitionibus progrediebantur, ac ſic Dei gratiâ univerſaliter ad ſublimiora provehebantur. Nulli denique quovis iræ ſtimulo commoto fuerat licitum, beatiſſimo ſciente Romulo, ad ſolis protendere occaſum, quin priùs pacis oſculo frueretur, ne dæmonis præcipitio in noctis tenebras præcipitaretur. Non utique oblivioni beatiſſimus Romulus tradiderat ſermonis melliflui pietatem, quâ Dominus ſuos diſcipulos paſſionis tempore commonuerat.

diuque eximiè planè, quâ hunc ad virtutem attrahit pacique in eodem fovendæ

ac ſervandæ ſtudet, benignitate juxtè ac juſtitiâ

5 In ipſius namque diſceſſionis ſuæ articulo Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum ſuis recolebat dixiſſe diſcipulis: "Pax vobis"; atque pace attributa addidit: "Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis." Neque oblivioni tradiderat, de qua pace dictum fuerat, recordatus, quod ſequitur: "Non quomodò hic mundus dat, ego do vobis *d*" Præterea verò tanta juſtitiæ virtute præcellebat, ut nulli alii quamvis injuriam liceret facere, vel quovis modo, vi facta, comprimere; inæſtimabili etenim animi beatiſſimus Romulus vigebat charitate, præpollebat ſiquidem conſilio & induſtriâ, quâ declarabatur illius caſtimoniæ magnificentia atque juſtitiæ & miſerationis clementia. Pupillorum denique ac viduarum pater agnoſcebatur, pauperum verò & orphanorum eximius procurator.

d

E

univerſorum ſibi veneratione

6 Simplicitatis verò ac bonitatis humanitas ita beati Romuli ornaverat profapiam, ut veri in Chriſto aſſererentur Chriſticolæ, qui de illius fuerant progenie. Venerabatur ec reverenter excolebatur ab omnibus, utì patronus & amicus præcipuus, ore luculentus, ſermone conſpicuus, omnibus bonis præfulgens moribus. Coëpiſcopis autem ſummæ reverentiæ habebatur. Clerici verò patrem dilectum, laïci defenſorem, & patronum pupilli & orphani ſuſpiciebant. Mulieres verò, quæ verè viduæ erant in Chriſto, charitatem mirabantur Patris eximii. Crebra famâ ſanctitatis eximiæ omnes hortabatur provehi ad meliora, ad quos illius benigniſſima fama pervenerat.

atque amorem conciliat,

F

7 Divulgabatur enim illius benignitatis clementia in omni Januenſium & provincialium affinitate; & ad beati Romuli totius religionis affines commonitionem confluebant, ſanctitatemque admirantes & charitatem, omni dignum honorificentia præ nimia illis exhibita charitativa reverentia illum proclamabant, ſibique ſe modis omnibus committebant, quem reverebantur & diligebant. Affines enim de pia illius gaudebant admonitione, proximi lætabantur in charitativa mentis habita affectione, advenæ ſuper impenſa clementiſſima dilectione.

virtutibus plenus in villa Matutiana, quò plebis viſitandæ ergò conceſſerat, excedit è vivis,

8 Quodam verò tempore cùm ad Matutianam plebem viſitationis gratiâ frequenter adiret, ac progrediens aliquantiſper moratus illos benigniſſimè alloqueretur, contigit illum viribus corporis repentè deſtitui, denique ſui obitûs imminere diei diſpoſitione contigit. Tunc beatiſſimus Romulus epiſcopus, ſe totius carnis viam ingredi animadvertens, viribus, quibus valuit, ſpiritu ac mente ſuperna deſiderans, ſe Domino commiſit, ſicque virtutibus plenus tertio Idus Octobris ætherea regna feliciter penetravit regnaturus cum Chriſto, cujus cohæres ad gloriam migravit.

9

A. ANONYMO.

9 Sepultus eſt autem in villa Matutiana *e* in crypta beatiſſimi Syri, Januenſis epiſcopi, arca tophea juxta beatum Ormiſdam *f*, quorum orationibus plurima uſque in hodiernum diem exhibentur beneficia. Cæci illuminantur, dæmones effugantur, leproſi mundantur ceteraque alia peraguntur. Verùm peccatis exigentibus Saracenis à Maurltania egreſſis ad Hiſpanos fines, ac univerſa regione circumquaque depopulata, Roderici regis palatium, paganorum vi facta, accipitur atque ipſe rex morti traditur *g*. Eo verò occiſo, Saracenorum gens regnandi poteſtate accepta, diverſas ejuſdem provinciæ urbes accepit, quas, nemine prohibente, poſſedit.

ibidemque ſepultus, inde pòſt, Saracenis, qui magnam Hiſpaniæ partem ſubegerant,

e

f

g

10 Verùm illi (Dei diſponente gratia) gens Gallicana reſtitit *h*. Saracenorum autem gens ſuper iis, quæ ſibi proſperè acciderant, non modicum læta ſagenis *i* aſcenſis, pro more piraticam exercens Arelatem urbem invaſit *k*, provincialeſque depopulans uſque ad Fraxenetum *l* pervenit. Quo latibulo latrocinandi invento reſedit, vaſtavit verò in fines progrediens circumquaque in Forojulienſem urbem & Antipolim *m*, Nicea Caſtella *n* uſque ad Albingaunum *o*: pedeſtri itaque itinere alpes ingreſſa valles & civitates Ebrodunenſemque terram *p*, Mauriennam Seutiam *q* cis citraque deſtruxit, & uſque triennium habitatoribus interemptis Elimanniam *r* ad nihilum redegit.

ac dein vicina Fraxineto, quod priùs occupârant, loca vaſtârant,

h

i

k

l

m n

o

p q

r

11 Italiam poſt hæc ingreſſa per ducentorum ſermè annorum ſpacia, multos Romam orationis gratiâ progredientes, gens Saracenorum interfecit *s*; diverſis itaque potita gazis ac captivorum multitudine ad Fraxenetum repedavit *t*, ſpoliiſque naves ac captivis repletas in Hiſpaniam delegavit. Sicque Matutiana depopulata uſque ad præſens tempus omni privatur habitatore

villam iſtam etiàm depopulatis,

s

t

12 Verùm modernis temporibus domno Sabbatino Januenſis ſedis cathedra epiſcopali ſublimato *u*, æſtu nimio eundem epiſcopum contigit vexari, eo quod beatiſſimi corpus Romuli in villa Matutiana, omni habitatore privata ac ſacerdotali tanto tempore *x* officio deſolatâ, inviſum haberetur. Conſilio itaque accepto, tam populis utriuſque ſexûs, quàm cleri, navibus aſcenſis, in villa Matutiana, c ero & populo comitante, acceleratur, & beati Viri corpus, ſarcophago erupto, in capſa cum omni ſtudio diligenter collocatum ad naves perducitur. Sicque cum Hymnis & Laudibus, proſperis navigantes velis, in Januenſem urbem cuncti lætantes revertuntur.

à Sabbatino, Januenſi epiſcopo, Januam tranſlatus,

u

x

C

13 Pontifex itaque præfatus Sabbatinus cum diligenti cura Deo gratias retulit, & epitaphium hexametris & pentametris verſibus peregit marmorique *y* inſcriptos fronti arcæ, quâ beati corpus Romuli continetur, impoſuit. Sepultus autem in eadem crypta *z*, præſente præfato epiſcopo, & univerſis Januenſibus tam populo circumſtante, quàm clero gratuitos univerſis hymnos & laudes Deo referentibus pro tanti Pontificis reliquiis ſibi conceſſis. Referimus etiam & nos Deo gratias omnipotenti, cui nos committimus, ut illius patrocinio & precibus nobis præſentis vitæ tribuat meliora ac futura concedat optima, ipſo præſtante, cui eſt honor & gloria, virtus & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

ibidem arcæ, epitaphium, è pentametris & hexametris compoſitum, in fronte præferendi, incluſus ſepelitur.

y

z

ANNOTATA.

a *Erit forſan, qui ſuſpicetur, ſub hoc latére Obertum, Januenſem epiſcopum, qui, quemadmodùm Papebrochio noſtro veroſimile eſt viſum, S. Syri, Januenſis epiſcopi, Vitam, apud nos ad* XXIX *Julii diem jam datam, conſcripſit; verùm, etſi ſtylus, quo hæc ſcripta, minimè ſit probandus, ſtylo tamen, quo Sancti noſtri Vita adornata, multò eſt melior, utì hanc cum illa conferenti pateſcet. Adhæc Obertus ſec. demùm* XI *provecto, utì apud nos ad dictam Julii diem in Commentario S. Syri Vitæ prævio num.* 5 *fas eſt videre, eccleſiæ Januenſi præfuit; ſcriptor autem anonymus, qui* S. Romuli *Vitam contexuit, ſec.* X, *media ſui parte nondum elapſo, floruit, uti, quæ ſuprà in Commentario prævio num.* 7 *& ſeqq. allegata ſunt, ſuadent. Ex eodem quidem eccleſiæ Januenſis codice tam Sancti noſtri, quàm S. Syri, Vitæ eſt accepta; verùm ex eodem etiam codice deprompta eſt S. Valentini Vita, apud nos tom.* 7 *Maii in Appendice ad* 2 *Maii diem jam relata, neque tamen hanc ab eodem Oberto epiſcopo, à quo S. Syri Vita, ſcriptam eſſe, quis inde intulerit.*

b *Ita ferè B. Pauli ad Romanos Epiſt. cap.* 5, ℣. 5.

c *Quo tempore circitèr Felix & Syrus itemque Sanctus noſter veroſimiliùs ſederint, collige ex iis, quæ in Commentario præv. num.* 2 *& duobus ſeqq. diſſerui.*

d *Joannis* 14, ℣. 27.

e *Villa hæc, quæ à* S. Romulo, *ibidem, utì hic narratur, mortuo & ſepulto, nomen poſtea eſt nacta, modò eſt, teſte Ughello, præclarum & amplum oppidum,* S. Remo *vulgò dictum, in ora Liguſtica inter Abentimilium & Tabiam, Genuâ ſeu Januâ verſus Occaſum, ùt in Annal. Jan. Juſtinianus addit, octoginta paſſuum millibus diſtans.*

f *Etſi hic Ormiſdas* Beati *titulo condecoretur, nuſquam tamen Faſtis Sacris invenitur inſcriptus, utì ante me in ſuis in S. Syri Vitam Annotatis jam obſervavit Papebrochius noſter, qui, ni vehementer fallar, addere etiam, veritate ſalva, potuiſſet, nec cultu, Sanctis deferri ſolito, eumdem Ormiſdam uſquam gaudere.*

g *Id anno* 711, *utì apud Pagium in Criticis ad hunc annum num.* XII *videre licet, evenit.*

h *Sub Carolo Martello nempe, qui Saracenos, poſt occupatam Hiſpaniam occupare etiam Galliam tentantes, duobus magnis prœliis, quorum alterum in Aquitania apud civitatem Pictavienſem anno* 732, *alterum juxta Narbonam apud Byrram fluvium anno* 737 *fuit commiſſum, devicit, è Galliis etiam, qui poſtremæ cladi remanſerant ſuperſtites, excedere compulſis, ùt Eginhardus in Caroli Magni Vita cap.* 1, *hiſtoricique alii paſſim obvii memoriæ produnt.*

i *Vox hæc navigii ſpeciem, utì è verbis proximè ei ſubjectis liquet, hic ſignificat.*

k *Saraceni aliquamdiu ante pugnam, in Aquitania apud civitatem Pictavienſem anno* 732 *commiſſam, quâ à Carolo Martello, utì ad lit.* h *jam dixi, profligati fuerunt, Arelatum, celeberrimam Galliæ Narbonenſis urbem, invaſerant; aſt an de hac, an de alia poſteriori, quâ*

E

F

A. ANONYMO.

quâ Saraceni sec. IX *Arelatum iterum invaserint, expeditione bellica biographus noster hic loquatur, dubitari potest, quòd mox Fraxineti à Saracenis etiam occupati meminerit, hique illud haud diu ante annum* 890 *occupârint, utì in Comm. prævv. num.*10 *& seq. jam docui.*

l *Oppidum isthoc seu castrum in ora maris Mediterranei, itemque in Italiæ & Provinciæ confinio situm fuisse, est certum; nec, quin id in Italia haud procul à Varo amne jacuerit, multùm, ùt opinor, dubitabit, qui, quæ apud Muratorium Rerum Italicarum Scriptorum tom.* 10, *col.* CV *& duabus seqq. de chorographica medii ævi Tabula disseruntur, evolverit.*

m *Ambæ hæ urbes, quæ septem circitèr leucis invicem distant, in Provincia in maris Mediterranei ora sunt sitæ, ac prior quidem Gallicè* Frejus, *posterior verò* Antibes *nuncupatur.*

n *Cùm de locis in maris Mediterranei ora per Saracenos vastatis biographus noster hic loquatur,* Nicea Castella, *quæ memorat, verosimillimè steterint eo loco, quo in maris dicti* B *ora comitatus Nicienses, urbsque, à qua hic dictus, Nicæa, vulgò* Nizza, *duobus dumtaxat circitèr milliaribus à Vari fluminis ostiis distans, conspicitur, quæ, quamvis olim ad Provinciam spectârit, à longo tamen jam tempore regi Sardiniæ, ut duci Sabaudiæ subest, Italiæque, quòd ultra Varum, qui hanc à Gallia secernit, sita sit, accensetur.*

o *Urbs hæc in Liguria prope mare, ab hac dictum* Ligusticum, *est sita, Genuâque seu Januâ, ad cujus dominium spectat, Occidentem versùs quinquaginta passuum millibus distat.*

p *Regiuncula hæc est Galliæ, ab Ebredunensi seu, ùt ab aliis vocatur, Ebrodunensi urbe, sibi inclusa, sic nuncupata, quæ in Delphinatu ad radices Alpium est sita, ut à Saracenis, terrestri itinere, prout hic à biographo dicitur, Alpes ingressis, facilè adiri potuerit.*

q *Cur Maurienna à biographo* Seutia *hîc vocetur, colliges ex iis, quæ in Galliarum Notitia ad primum è duobus istis vocabulis suppeditat Valesius, qui simul, civitatem illam &* C S. Jean de Maurienne *vulgò nunc nuncupari, & olim, cùm ad episcopale fastigium esset elata, Alpium Graiarum & Penninarum provinciæ Tarantasiæque, hujus metropoli, attributam fuisse, ibidem etiam docet.*

r *De regione Subalpina, quam totam Saraceni vastârint, fieri hîc sermonem, apparet indubitatum; verùm, cùm regionem hujusmodi, quæ* Elimannia *fuerit appellata, nec apud antiquos, nec apud recentiores geographos inveniam,* Elimanniæ *nomini, quod tam in transcripto nostro, quàm in editione Ughelliana, utrobique, ni vehementer fallar, è librariorum errore, legitur,* Septimaniæ *nomen,* Elimanniæ *nomini haud prorsus dissimile, substituendum opinor, eò etiam partim impulsus, quòd Septimania & Alpibus exstiterit contermina, & tam Ebrodunensem terram, quàm Foro-Julienſem & Axipolitanam urbes, quas à Saracenis vastatas, biographus scribit, fuerit complexa, uti apud Muratorium Rerum Italicarum Scriptorum tom.* X, *col.* XCIII *& seq. de Chorographica medii ævi Tabula fas est videre.*

s *Multos jamè Christianos, orationis ergò Romam pergentes, à Saracenis, utì hic dicitur, interfectos fuisse, dilucidè nos docet Luitprandus, qui tum vivebat, quique lib. 5 Hist. cap. 7 de Fraxineto Saracenisque, id occupantibus, sermonem instituens sic scribit:* Eo loco constituti, quàm multorum Christianorum, ad beatorum Apostolorum Petri & Pauli limina transeuntium, sanguinem fuderint, ille scit solus numerum, qui eorum nomina tenet scripta in libro viventium. D

t *Si verba isthæc, quibus Saraceni, postquam Fraxinetum occupâssent, ducentis ferè annis per Italiam grassati narrantur, biographo nostro adscribenda sint, consectarium est, ut is, quemadmodùm, quæ Comment. prævii num.* XI *dixi, ostendunt, non citiùs, quàm sec.* X *jam elapso, Sancti nostri Vitam conscripserit. Ast verba illa attribuenda ei non sunt; quòd si enim, ùt debent, unà cum aliis proximè sibi præmissis & subjectis considerentur, textus ex his omnibus compositus significabit etiam, Saracenos, postquam Fraxineto, quod occupârant, vicina vastaturi loca essent egressi, eò non priùs, quàm cùm ducenti circitèr essent elapsi anni, esse reversos; cùm autem id planè,* E *incredibile appareat, verba illa in dictum textum intrusa esse ab interpolatore, qui fieri inde, ut sic res, ab omni veritatis specie aliena, ibidem narretur, non animadverterit, indubitatum apparet. Commentarium prævium num.* 12 *& seq. consule, simulque observa, futurum esse, ut, si sequentia verba,* Italiam post hæc ingressa per ducentorum fermè annorum spatia multos, Romam orationis gratiâ progredientes, gens Saracenorum interfecit, *à dicto textu rejecentur, verbis hujus reliquis significetur, Saracenos Fraxinetum, unde loca circumjacentia quamplurima populaturi erant egressi, non ducentis circitèr, sed, quod neutiquam est incredibile, tribus dumtaxat, postquam id fecissent, annis esse reversos.*

u *Sabbatino, qui ante annum* 930 *obiit, ecclesiam Genuensem gubernante vel certè haud diu admodùm post sese scripsisse, biographus noster hic indicat; quare, ne is secummetipso committatur, verba num. præcedenti exstantia, quibus Saraceni, Fraxineto, quod occupârant, egressi, ducentis ferè annis per Italiam grassati dicuntur, ipsius esse non possunt, cùm ante sec.* F *XI, majori sui parte jam elapsum, scripta esse haud queant, utì ex iis, quæ in Comm. prævv. num.* XI *edocui, intelliges.*

x *Elapso nempe à sec.* IX, *ad annum usque* XC *nondum provecto, usque ad sec.* X, *annis aliquot jam inchoatum, utì ex iis, quæ Comm. prævii num.* 12 *&* 14 *disserui, pronum est eruere.*

y *Ita Ughelliana editio, hancque, quòd transcripti nostri Lectione, jam suprà in Commentario prævio num.* 15 *è Papebrochio exhibita, in qua adjectivo* marmoreæ *substantivum* tabulæ *addendum, hîc præstet, sequendam existimavi.*

z *De crypta, quæ Genuæ exstabat, haud dubiè hîc loquitur biographus; verùm, cùm antea sermonem de crypta hujusmodi haud fecerit, ut quid, quæso, vocem hanc pronomine, quod contrarium significare videtur, hîc afficit? Id sanè haud perspicio. Enimverò, nisi solœcismi seu orationis vitia, in hac Sancti nostri Vita occurrentia, librariis, qui phrases etiam & constructiones mutare ausi sint, imputandâ majorem partem sint, fatendum certò erit, scriptorem*

A *ptorem, qui lucubrationem iſtam contexuit, ſtylo planè barbaro & ab omni Latini ſermonis puritate alieno id feciſſe. Utinam modò hîc ſaltem eccleſiam, in qua* Romulus *Genuæ à Sabbatino fuerit depoſitus, nominâſſet! Ita enim, fueritne ibidem, an non,* S. Romuli *corpus in S. Syri eccleſia, tum adhuc cathedrali, à præſule iſthoc locatum, haberetur compertum, nec ullus amplius verendi ſupereſſet locus, ne id ibidem hodieque aſſervari, idcirco dumtaxat credatur, quòd in loculo unà cum loculis, SS. Syri & Felicis corpora continentibus, in dicta S. Syri eccleſia anno* 1283 *abſque inſcriptione reperto,* S. Romuli *corpus fuiſſe contentum, à nonnullis, ratione ad hoc (Comm. prær. num.* 15 *videſis) haud ſat valida impulſis, fuerit exiſtimatum.* A. ANONYMO.

DE S. VENANTIO AB. CONF.

TURONIBUS

COMMENTARIUS PRÆVIUS. D. A. B.

§ I. Acta edenda: nomen Sancti Eccleſiæ Faſtis diverſis diebus inſcriptum; dies & annus ejus emortualis expenduntur: an Ordini Benedictino adſcribendus? B E

CIRCA SEC. V FINEM AUT SEQ. INITIUM. *Sanctus, cujus Acta à S. Gregorio Turonenſi ſcripta,*

Res à S. Venantio *geſtas non uno in loco litteris complexus eſt S. Gregorius, Turonicæ urbis epiſcopus, Francicæ Hiſtoriæ parens: enimverò fuſo ſat ſtilo Vitam ejus toto capite* 16 *libri, cui titulus:* Vita Patrum, *proſecutus, nonnulla etiam miracula à* S. Venantio *patrata cap.* 15 *libri* De Gloria Confeſſorum *intexuit. Ad calcem autem hujus ultimi capitis ſanctus Epiſcopus, ſe* Venantii *Acta conſcripſiſſe, diſertè aſſerit:* Hujus, *inquit,* Vitam deſcripſimus. *Quibus ſanè verbis librum hunc* De Gloria Confeſſorum, *qui tamen in editione à Ruinartio curatâ, locum priorem obtinet, poſt librum De Vitis Patrum compoſitum fuiſſe, haud obſcurè innuitur. Igitur, quæ de* S. Venantio *& de miraculis ab ipſo patratis habet S. Gregorius, tamquam germanus illius fœtus, videntur habenda; nec immeritò ea Operibus ejus intexuêre Ruinartius & alii, qui libros ab illo ſcriptos publici juris fecerunt.*

C

2 *Quanta autem fides Gregorio, res à* S. Venantio *peractas narranti, ſit tribuenda, vel ex hoc apparet, quod præter ſanctitatis notam, quæ Turonenſem epiſcopum orbi Chriſtiano conſpicuum exhibuit, in eadem urbe, quam ſanctiſſimis moribus & ſignis illuſtravit* Venantius, *per* 22 *annos, id eſt, ab anno* 573 *ad* 595, *ſederit epiſcopus: licèt ergò is Sancto noſtro, qui, ut ſuo loco edocebo, exeunte ſeculo* V *aut ſeq. initio mortem obiit, æqualis non fuerit, hunc tamen ab ejus diſcipulis aut ab aliis, qui Sanctum aut viderint aut illi advixerint, quæ ad ejus hiſtoriam ſpectant, edoceri aut ea ex authenticis haurire potuiſſe monumentis, veritati omninò ſimile eſt. Audi, quæ capite* 15 De Gloria Confeſſorum *habet ſanctus Antiſtes;* Inter reliqua, *inquit,* quæ ibidem geſta vel vidimus vel audivimus, mulierem quamdam, à quartano typo correptam, ſanatam adſpeximus. *Miracula proinde ſaltem hîc memorata aut ipſe viderat ſanctus biographus, aut ab aliis fide dignis accepta didicerat, quæ dein ſcripto mandavit.*

3 *Hanc* S. Venantii *Vitam, à Gregorio Turonenſi adornatam, à Ruinartio quidem, qui in ſancti Epiſcopi Operibus recudendis ſingularem adhibuit diligentiam, eaque ad Mſs. optimæ notæ fidem recenſuit, reviſam iterumque cum duobus Mſs. codicibus in Bollandiano Muſeo aſſervatis collatam, hîc novis typis dare eſt animus. Quo autem in pretio habendi ſint Mſs. illi codices, quibus in* S. Venantii *Actis edendis uſus ſum, paucis exponere, procul dubio non abs re erit. Horumce primus, ſignatus P. MS.* 5, *quantum ad præcipuam Actorum in ipſo compactorum partem attinet, ſeculo* X *exaratus meo quidem judicio apparet: alter verò, qui ad abbatiam Vallicellenſem olim pertinuit & ex Balthaſaris Moreti Bibliothecâ ad Antverpienſes hagiographos commutatione facta devenit, nitidiori charactere ſeculo* XII *ſcriptus eſt. Porrò ex his duobus codicibus,* S. Venantii *Vitam, cui caput* 15 *ex libro De Gloria Confeſſorum depromptum ſubnectitur, complectentibus, quaſdam variantes lectiones accepi, eaſdemque iis, quas ex bene multis codicibus, quos in curanda S. Gregorii Operum editione ad manum habebat, retulit Ruinartius, ſubjunxi. His præmiſſis, jam nonnulla circa Sancti noſtri hiſtoriam cultumque ei in Eccleſia exhibitum diſſerenda occurrunt.* *à Ruinartio cum cæteris S. Aniſtitis operibus recuſa & cum duobus Mſs. collata, edimus;*

F

4 Venantii *nomen apud haud paucos martyrologos & hagiologos diverſis etiam diebus inſcriptum habetur. De illo agit Uſuardus genuinus in hodiernâ ſuâ annuntiatione; his verbis conceptâ:* Turonis S. Venantii abbatis. *Eadem die illius meminêre Martyrologium Romanum hodiernum, Flori Auctarium, Florarii noſtri Mſs. auctor, Codex Hagenoyenſis, à Sollerio inter Uſuardina Auctaria hodie laudatus, haud rectè Sanctum noſtrum in S. Martini Turonenſis cœnobio depoſitum tradens, Martyrologium Mediolanenſe* II, *à Dominico Georgio ad Adonis Martyrologii calcem pag.* 720 *editum, Belinus* Amantii *nomen, ùt notat Sollerius, pro* Venantii *voce ſubſtituens, Galeſinius, Felicius, Arnoldus Wionus, Menardus in Menologio Benedictino, Sauſſaius, quibuſdam Mrtl. nunc die* XIII,

AUCTORE D. A. B.

Maurolycus, Dorgainus, Caſtellanus in ſuo Generali Sanctorum Martyrologio, Novi Martyrologii Pariſienſis ſcriptor & Hagiologium Franco-Gallicum, à Labbeo Bibliothecæ Ms. tom. 2, pdg. 704 vulgatum, in quo Turonis, etſi perperam tamquam martyr, Sanctus noſter celebratur.

nunc XI

5 *Sed & XI Octobris* S. Venantium *celebrant Hieronymiana Auctaria, de quibus ad illam diem Florentinius, Gellonenſe Martyrologium à Dacherio Spicilegii ſui tom. 13, pag. 414 cuſum, aliud ſub Bedæ nomine ampliſſimæ Monum. Collectioni tom. 6, col. 637 & ſeqq. inſertum, Autiſſiodorenſe, ibid. col. 686 editum, Turonenſe, in Anecdotorum ſuorum tom. 3, col. 1588 illatum, Fuldenſe, Labbeanum, Auguſtanum, Rabanus, Notkerus, Flori Auctarium, Florarii noſtri Ms. auctor, qui quamdam tranſlationem Turonis factam annuntiat, Uſuardini codices ab Sollerio die XI memorati, Centulenſis nempe, Victorinus, Reginæ Sueciæ, Remenſis, Editio Lubec.-Col., Grevenus, & Maurolycus, qui hac die illius etiam meminit.*

B

& tandem XXIII Octobris inſcribitur;

6 *Ejuſdem verò Sancti memoriam die 23 Octobris recolunt Rabanus, qui natale ejus annuntiat, Notkerus, Kalendarium Vaticanum, ſeculi XI initio exaratum, ſignat. 3806 & à Dominico Georgio ad Adonis Martyrologii calcem vulgatum, Calendarium Stabulenſe, à Marteneo Ampliſſimæ Collectionis tom. 6, col. 668 inſertum, Apographum Bedæ, ab eodem Georgio pag. 526 memoratum,* Palat.-Vatic. 833 ad diem 23 Octobris, *inquit,* ſed aliena manu & minùs antiqua habet: "Pariſiis, Sancti Venantii abbatis." *Ex his autem diebus, in variis martyrologorum & hagiologorum operibus ſignatis, quænam fuerit* Venantio *emortualis, definire haud facile eſt.*

verùm dies XI Octobris tamquam Sancto emortualis, licèt nonnulli martyrologi

7 *Et quidem ex Actis ejus, à S. Antiſtite ſcriptis, ſicut ex variis verbis, quibus ſuam de Sancto annuntiationem contexuerunt martyrologi, pro ea ſignanda nihil certi erui poteſt. Fortè in hac difficultate ſolvenda haud diſplicebit Caſtellani opinio, quâ in notula ad S.* Venantii *annuntiationem poſitâ, vir eruditus, 13 Octobris ſepulturæ ejus, non verò obitûs, diem fuiſſe, obſervat; ita ut proinde Sancti mors die Octobris XI obtigiſſe dicenda ſit. Nec ſanè, ut mihi videtur, immeritò; hac enim die dumtaxat, Turonenſe Mrl. ab annis 800, ſicuti habet Anecdotorum tom. 3, col. 1547 Marteneus, qui illud à col. 1590 vulgavit, deſcriptum, ejus memoriam recolit: hincque evenit, ut die Octobris undecimâ ejus feſtivitas in Breviario ad uſum eccleſiæ S. Martini Turonenſis canonicorum anno 1635 edito & in hagiographorum Muſeo aſſervato, legatur inſcripta, nec ulla de Sancto cæteris diebus mentio inſtituatur. Nihil igitur obſtat, quominùs* Venantium *die Octobris undecimâ, ſicut eccleſia Turonenſis innuere videtur, hominem exuiſſe, tamquam veroſimillimum aſſeramus.*

C

aliis diebus Sancti natale aut depoſitionem ſignârint, videtur habenda.

8 *Sed, inquies, aliis etiam diebus, quibus Sanctum ſignant plerique martyrologi, depoſitionis illius aut natalis voce indiſcriminatim utentes,* Venantium *occubuiſſe, ſaltem innuunt. Verùm quid ex his vocibus, quibus ſuam de* Venantio *annuntiationem contexuerunt Martyrologiorum ſcriptores contra Caſtellani opinionem, num. prægreſſo relatam, & Turonenſis eccleſiæ, quæ diem XI Octobris tamquam Sancto emortualem habere videtur, traditionem eruat quis, non video. Enimverò has voces* natalis, depoſitio *ab hagiologis, ut non ſolùm diem Sancti alicujus emortualem, ſed quamcumque reliquiarum ejus tranſlationem vel aliquam feſtivitatem ad ejuſdem honorem inſtitutam exprimerent, uſurpatas ſæpè fuiſſe, nemo ignorat, qui hujus Operis tomos vel perluſtraverit; hoc idem evincunt Florentinius in ſuis ad Martyrologium Hieronymianum Admonitionibus prævis pag. 44, Papebrochius in Conatu chronologico Romanorum Pontificum pag. 25 & Janingus de SS. Apoſtolis Petro & Paulo ad diem 29 Junii tom. V ejuſdem menſis pag. 409 & ſeq. diſſerens; quorum rationum momenta videat & perpendat lector Antiquitatis Eccleſiaſt. ſtudioſus. Nihil proinde aliud voluit* S. Venantii natale *die Octobris 23 celebrans Rabanus, qui jam die hujus menſis XI cum pleriſque ejus* depoſitionem *memoraverat, niſi quod aliqua Sancti die XI emortui reliquiarum facta fuerit die 23 ex Turonica civitate Pariſios aut ad alium locum illatio. Sed jam ſat ſuperque de harumce vocum ſignificatione diſceptatum eſt. Quo circitèr anno vitam mortalem cum immortali* Venantius *commutaverit, modò inquiramus.*

D

E

Annus verò illius emortualis

9 *In hoc anno definiendo non una ſedet eruditis ſententia. Catharinus enim in Opere De ſanctis diœceſis Bituricenſis Patronis pag. 2 obitum* S. Venantii *anno 480 illigat. Anno autem 560 mortem ejus affigunt Arnoldus Wionus Ligni Vitæ lib. 3, die 13 Octobris, Bouillartius, Abbatiæ S. Germani Pratenſis Hiſtoriæ ſcriptor, pag. 246 & quarumdam notularum Mss. ad Martyrologii Romani, Antverpiæ à Roſweydo anno 1613 editi, marginem poſitarum auctor. Caſtellanus verò, nullo anno determinato, ſicut & in Vitis Sanctorum Bailletus,* Venantii *hiſtoriam adornans, ſeculo V eum ad cælos migrâſſe ſtatuunt: cæteras in anno Sancto emortuali ſignando opiniones referre ſuperſedeo, Martyrologii Pariſienſis hodierni, qui in annuntiatione hodierna* Venantium *ante ſeculum VI claruiſſe aſſerit, ſententiam hîc indicare contentus. Verùm cùm in hoc opinionum conflictu, quænam præ cæteris ſit eligenda, Sancti Acta non indicent, præſto ſunt duo textus, ex Hiſtoriæ Francicæ, ab ipſo Gregorio Turonenſi contextæ, lib. 10 deprompti, quibus tempus, quo Sanctus ad cælum migravit, anno 560, ùt quidam ſcribunt, non eſſe affigendum, ſat dilucide evincitur.*

F

non anno 560.

10 *Sic habet S. Epiſcopus libri mox laudati cap. 31. num. 17:* Guntharius ex abbate monaſterii S. Venantii ordinatur *epiſcopus, Turonenſis nempe. Sed, ſi hujuſce eccleſiæ tabulas Rituali ejuſdem diœceſis anno 1785 edito præfixas, diligentiori cura, ùt mihi videtur, contextas inſpexeris, Guntharius, qui ex* S. Venantii *cœnobii abbate ad Turonenſes infulas eſt evectus, cùm per duos annos totidemque menſes ſediſſet epiſcopus, anno 555 è vivis exceſſit. Anno igitur 553* Venantius *obierat; nec proinde ſtare poteſt opinio, quâ nonnulli, num. prægreſſo citati, obitum ejus anno 560 illigandum exiſtimant. Argumento huic novam vim addent verba, ex ejuſdem libri cap. 31, num. 9 accepta, quæ hæc ſunt:* Nonus epiſcopus Turonenſis Licinius, ... abbatis officio in monaſterio, ubi

ſanctus

A sanctus Venantius abbas sepultus est, functus ad episcopatum eligitur. Hujus tempore Chlodovechus rex victor de cæde Gothorum Turonis rediit; sedit autem annos duodecim, menses duos, dies viginti quinque & sepultus est in basilica sancti Martini.

aut 508, 11 *Ast Clodovei reditus ex expeditione contra Gothos susceptа, sicuti post Cointium ad annum* 507, *num.* 10 *in notâ verbis Gregorii superiùs relatis subnexâ docet Ruinartius, ultra annum* 508 *differri nequit; hinc Licinius, qui saltem anno* 508 *ad Turonensem cathedram assumptus fuerat, monasterium à* S. Venantio *dictum jam priùs susceperat administrandum; proindeque Sanctum nostrum, qui, tum publico cultu gavisus, nomen suum monasterio dederat, à nonnullo tempore elapso ad cœlos migrâsse, certum perspicuumque est: igitur obitus ejus epocha, ùt ex textu mox recitato patescit, ante annum* 508 *quærenda est; nec tamen etiam cum Catharino & quibusdam aliis anno* 480 *annectenda videtur.*

B sed post annum 480 12 *Hæc enim ab omni veri specie aliena, imò factis historicis à sancto biographo assertis opposita mihi apparet horumce eruditorum opinio. Et quidem celeberrimum S. Martini monasterium, antequam exstructum sit cœnobium à* S. Venantio *nuncupatum, cui Silvinus &* Venantius *ipse præfuerunt, fuisse erectum, omnino certum est. Verùm illud à S. Perpetuo, qui Turonicam sedem, sicut Novi Indicis auctor scribit, anno* 461 *sortitus est, conditum fuisse, passim, sed præsertim Historiæ Francorum lib.* 10, *cap.* 31, *num.* 6 *edocet Gregorius. His præmissis, monasterii hujus erectionem sive primis S. Perpetui annis, sive sequentibus annexueris, cùm ab anno* 461 *ad annum* 480, *quem dicunt Sancto nostro emortualem,* 19 *dumtaxat anni intersint, dic, quæso, quo pacto intra breve horumce annorum spatium* S. Venantius, *qui, Gregorio teste,* juvenis *seu* in juvenili *ætate vitam monasticam sub Silvino amplexurus Turones accesserat, provectæ senectutis annos attingere, ùt revera eum attigisse mox docebo, quiverit? Propria igitur mole ruit Catharini, annum* 480 *Sancto nostro emortualem statuentis, opinio.*

C aut potiùs circa seculi v finem aut seq. initium est affigendus: 13 *Mihi magis arridet Martyrologii Parisiensis auctoris sententia, qui in nota chronica ad hodiernam Sancti annuntiationem appositâ,* Venantium *ante seculum sextum, nullo anno determinato, obiisse scribit. Intra quadraginta enim annorum spatium, quod ab primis S. Perpetui episcopi annis ad Licinii, qui ex* S. Venantii *cœnobii abbate Turonensem sedem anno circitèr* 507 *aut* 508 *obtinuit, tempus excurrit,* Venantius, *qui juvenis monasterium est ingressus, ad provectam ætatem pervenire quivit. Rectiùs adhuc meo judicio scripsisset ille martyrologus, si, ùt in notula chronica, Commentario huic præfixa, dixi, sanctum Abbatem aut labente seculo* v *aut sequentis initio diem ultimam clausisse, innuisset. Et quidem nulla omninò est ratio, cur uni potiùs, quàm ex his duabus epochis alteri,* Venantii *mortem affigam, licèt multæ occurrant, quibus adductus, eum adhuc post annum* 480 *in vivis exstitisse & ante annum* 507 *aut* 508 *obiisse, dicere ausus sim.*

14 *Nec proinde audiendi sunt Trithemius, Wionus & Menardus, qui Ordini Benedicti-*

AUCTORE D. A. B. *nequique proinde Ordini Benedictino Sanctus adscribi.*

no S. Venantium *adscribunt. Cùm enim S. Benedictus anno dumtaxat* 480, *sicuti Annalium suorum lib.* 1, *num.* 4, *pag.* 3 *docet Mabillonius, natus, in Sublacensi dein solitudine degens, ante annum* 520 *nullius omninò monasterii fundamenta jecerit, qui fieri potuit, ut Ordo Benedictinus, anno* 507 *in Italia nondum exortus, superatis Alpibus, Turones usque, ubi vitam monasticam egit* Venantius, *fœtum aliquem emiserit? His fortè rationibus ductus Mabillonius, nullum locum* Venantio *nec in Sæculis suis Benedictinis, nec in Annalium libris adscribendum existimavit. Hinc etiam emendandus venit Browerus, qui in oratione ad Venantii Fortunati Pictavienses episcopi Opera, quæ edenda curavit, præviâ pag.* 3 *sic habet:* Fortunatum, desiderium cultus adhibendi sancto Martino, ut Italiam relinqueret, vel maximè pellexit: flexit etiam præsertim in Turones, ut Venantio abbati jungi & morum similitudine & consuetudine vitæ ei sociatus, nomine item æquiparari vellet. Igitur illud conjecturæ nostræ fit, quod E in ea potissimùm urbe versatus est, eamque Galliarum in partem profectus, in qua ob pietatis & religionis præstantiam viris mirabiliter emineret, iccircò, ut virtutes ita & nomen Venantii, fuisse æmulatum. *Cùm enim, ùt notat ipse Browerus, præfationis pag.* 9 *Fortunatus post medium seculum sextum, relictâ Italiâ, ad Gallias appulerit,* Venantium *Turonensem abbatem ante annum* 508 *emortuum, nec invisere, nec ei sociari quivit. Tempus Sancto emortuale in hoc primo Commentarii* §, *quo posuimus, modo definiendum duximus; ut, illo mox determinato, quæ de nonnullis vitæ ejus epochis dicenda supersunt, eò magis innotescerent.*

§ II. Monasterium Sanctus ingreditur: an hoc cœnobium à S. Martini monasterio diversum exstiterit? Brevis illius historia. F

Juvenis adhuc Sanctus vitam monasticam, VEnantius, *quem juvenem seu in juvenili ætate constitutum, vel etiam ad nuptias aptum, Vitæ edendæ num.* 2 S. *biographus appellat, vitam monasticam sub Silvino abbate amplexus, in monasterio ad extremam usque senectutem degit. Ast quo anno vitam cœnobiticam acturus venit, quo circiter tempore in Silvini locum cooptatus est, nec ex Gregorii verbis, nec ex ullo documento patescit. Tres tamen Sancti vitæ epochas distinguere videtur biographus: primam, quâ* juvenis *adhuc in monachorum cœtum à Silvino abbate accitus est; alteram, quâ varia Christianarum virtutum in monasterio sub abbate constitutus specimina omnibus exhibuit; tertiam denique, cùm ad senectutis bonæ annos provectus fratribus suis verbo & exemplo præfuit & profuit abbas.*

16 *Hanc ultimam vitæ Sancti ætatem sic exprimit Vitæ edendæ num.* 3 *Gregorius:* Quâdam die Dominicâ ad Missarum celebranda

AUCTORE D. A. B. *quam ad extremam usque senectutem produxit,*

Solemnia invitatur; dixitque fratribus: Jam enim oculi mei caligine obteguntur, nec possum librum adspicere; presbitero igitur hæc alteri agenda mandate. *Dein num.* 4 *addit auctor:* Idem dum de basilicis Sanctorum die Dominicâ, expletâ oratione, reverteretur super bacillum sustentatus. *Quæ quidem verba certa senectutis provectæ indicia exprimunt evincuntque, Sanctum in monasterio summam ætatem attigisse. Sicque* Venantium *circa primos S. Perpetui episcopi annos, qui in annum circitèr sexagesimum primum seculi quinti incidunt, juvenem vitam monasticam professum, ad seculi hujus exitum usque, vel ad sequentis initium in cœnobio degisse, hujusce Commentarii num.* 13 *scribens, nihil à veritate alienum dixi.*

in cœnobio, quod ab illo S Martini Turonensis est diversum, professus est.

B

17 *De monasterio, in quo* S. Venantius *vitam monasticam egit vel præfuit abbas, vel in quo diem supremam obiit, & tandem sepulturam est adeptus, ita Rabanus in Martyrologio ad* 23 *Octobris diem, Arnoldus Wionus, Codicis Hagenoyensis, cujus Sollerius in Auctariis Usuardinis hodie verba recitat, scriptor & nonnulli alii locuti sunt, ùt ex eorum dictis illud monasterium idem cum celeberrimo S. Martini cœnobio, quod S. Perpetuus episcopus erexit, fuisse appareat; unde Sanctus noster nonnumquam S. Martini cœnobii monachus & abbas ab illis dicitur; quod tamen, sicuti ex Gregorii Turonensis verbis eruitur, veritati omninò exstat dissonum. Verba illius ex Vitæ edendæ num.* 1 *desumpta hîc subdo:* Erat tunc temporis monasterium basilicæ S. Martini propinquum, in quo Silvinus abbas gregem Deo devotum regulari sceptro regebat. *Ita etiam libro de Gloria Confessorum, ubi de* S. Venantio *abbate & miraculis ab ipso patratis cap.* 15 *loquitur.* Haud procul, *inquit,* à basilica S. Martini Venantius abbas requiescit; *nec ab his à S. Gregorio assertis dissonant, quæ Operum hujus sancti episcopi ab se editorum col.* 1228 *habet Ruinartius sic scribens:* Hodie subsistit S. Venantii monasterium in jurisdictione capituli S. Martini, jam dudum in collegium canonicorum conversum sub sancti Venantii titulo. *Eadem jam*

C *dixerat is auctor col.* 533. *Novam adhuc vim hæc acquirent ex iis, quæ de hodierno hujusce cœnobii statu & loco, in quo Sanctus tumulo conditus fuit, disseram. Interea monasterium hoc* S. Venantio *inscriptum, S. Martini cœnobio propinquum exstare, vel in ejus vicinia positum, seu, ùt observat Ruinartius, in S. Martini ecclesiæ* clausro *exstructum, verùm abs hoc omninò diversum fuisse, probatum manet. Quæ fuerint illius monasterii fata, quîve illi præfuerint abbates, paucis hîc edicere juvabit.*

Illius varii status

18 *Ecclesiam, à* S. Venantii *nomine nuncupatam, à primæva sui origine ad monachos spectâsse, quæ, huncce Commentarium texens adhibui, evincunt monumenta, sicut & Vitæ Sancti nostri edendæ verba, quibus passim S. biographus usus est. Verùm regulari disciplina collabente & refrigescente monachorum fervore, eam ad seculares canonicos transiisse, æquè est perspicuum. Quo autem tempore id acciderit, nullum, quod sciam, nos edocet documentum. Ast* S. Venantii *monachos, Martinianorum cœnobitarum, qui, ùt scribit Mabillonius Annalium lib.* 28, *num.* 87 *& aliis locis, seculo* D VIII *desinente aut sequentis initio ad secularium canonicorum statum defecerant, exemplo allectos, circa idem tempus monasticâ regulâ ejuratâ, vestem & mores canonicorum induisse, sat verosimile est; saltem nulla ab his temporibus disciplinæ monasticæ indicia in hac* S. Venantii *ecclesia occurrunt. Sicque in seculari statu ad nostra usque tempora, qui huic ecclesiæ deserviunt, perseverant suntque, ùt scribunt Henschenius, Acta S. Guilielmi Firmati ad diem* 24 *Aprilis illustrans tom.* 3, *pag.* 335 *&* 336, *& Turonensis diœcesis beneficiorum Catalogi, Parisiis anno* 1648 *editi, pag.* 22 *& seq. auctor, præter decanum novem canonici,* estque ecclesia parochialis.

& erga S. Martini ecclesiam obsequii

19 *Isthanc basilicæ S. Martini subjectam olim & etiamnum esse, ex Ruinartio num.* 17 *scripsimus. Subjectionis illius rationes seu causas aliquatenùs, ùt mihi videtur, probant medio seculo* XII *Philippus decanus, Rainaldus thesaurarius, totumque beati Martini Turonensis capitulum in epistolâ ad Philippum, archiepiscopum Colonien sem, Annalibus Benedictinis lib.* 28, *num.* 88 *insertâ, ubi de vitâ & quibusdam S. Martini miraculis differentes,* Multis, *inquiunt,* post hæc annis evolutis, mutationem & Ordinis & consuetudinis passa est hæc ecclesia, & pro monachis vel propter frequentantium inquietudinem, integrè non prosequentibus, canonici à principibus terræ substituti sunt, trecentis, quæ tunc temporis erant, præbendis, ad numerum centum quinquaginta (vel 200) restrictis. Et ad temperandum laborem illum fastidiosum & & intolerabilem, *nempe laudis perpetuæ, ùt Mabillonius observat,* juges illæ & interminabiles psallentium alternationes ad certas & discretas, sicut in aliis fit ecclesiis, horas distinctæ sunt. De reditibus autem & thesauris ecclesiæ ipsius pars maxima decisa est; de qua tres congregationes, quæ ad canonicorum arbitrium subservirent, constructæ & dicatæ sunt. Quæ omnia hodieque in Christi nomine constant. Ecclesiæ illæ, *ùt scribit Mabillonius,* erant sancti Venantii, hactenùs collegiata; ecclesiæ sancti Benedicti & sancti Petri, quæ tres minores abbatiæ erant.

F *causæ describuntur.*

20 *Hinc porrò unum eruere juverit, scilicet* S. Venantii *ecclesiam, sicut & duas minores abbatias, de quibus num. prægresso, à primis suæ erectionis seculis res necessarias à Martinianis monachis & dein canonicis accepisse, & ipsas iisdem bonis, quibus ditata erat S. Martini basilica, fuisse auctas, ut* ad S. Martini canonicorum arbitrium *in persolvendis divinis Officiis seu in laudibus perpetuis inservirent. Illius etiam subjectionis, quâ* S. Venantii *ecclesia erga Martinianam basilicam adstricta erat, indicium, ùt mihi videtur, exhibet S. biographus Vitæ edendæ num.* 3 *&* 4. *Verba ejus huc transcribo:* Quâdam die Dominicâ ad Missarum celebranda Solemnia invitatur, dixitque fratribus: Jam enim oculi mei caligine obteguntur, nec possum libellum adspicere: presbitero igitur hæc alteri agenda mandate. *Dein hæc habet S. Gregorius:* Idem Venantius, dum de basilicis sanctorum die Dominica, expleta oratione, reverteretur. ... Sed nec illud præteribo, quod quadam vice, dum juxta consuetudinem, ùt suprà di-


A diximus de basilicis, quas orationis gratiâ adierat, repedaret & in basilica ad Missas Dominicæ Orationis verba decantarentur &c. *Proindeque* S. Venantius, *fratrum comitante caterva, diebus Dominicis Missas decantaturus aut celebraturus, & alias orationes seu Officia divina expleturus*, juxta consuetudinem *S. Martini ecclesiam, quam sub* basilicæ *nomine Gregorius designare solet, adibat; quam illi, ut opinor, diebus Dominicis frequenter non adiissent, nisi aliquo usu seu officio ad hoc præstandum fuissent adstricti. Nunc pauca de iis, qui* S. Venantii *cœnobio præfuerunt abbates, mihi proponenda supersunt.*

Quatuor hic numerantur illius cœnobii abbates.

21 *Cùm in religiosorum S. Martini subsidium erectum fuerit cœnobium à* S. Venantio *dictum, iisdemque bonis ditatum, istud alterum monasterium erectione præcessisse, nullo modo verosimile est. Hinc meritò, sub S. Perpetui, qui celeberrimam S. Martini basilicam condidit & auxit, episcopatu istius* S. Venantii *monasterii primordia statui reponenda. Proinde Silvinum, quem S. Perpetuo advixisse autumo, primum hujus loci abbatem assumptum fuisse, haud invitus crediderim. Silvini locum* S. Venantius *excepisse à Gregorio narratur, qui, ut sæpiùs dixi, ad seculi* V *finem aut sequentis initium annos provexit. Jam ad Licinii, qui, teste episcopo Turonensi, anno circitèr* 507 *ad hujus civitatis cathedram evectus,* sedit annos 12, menses 12, dies 25, *tempora accessimus. Quin is in* S. Venantii *locum suffectus fuerit, nullum mihi est dubium. An verò post Licinium,* S. Venantii *cœnobio administrando proximè præpositus fuerit Guntharius, qui seculo sexto medio, ut Novi Episcoporum Turonensium Indicis scriptor asserit, hujus ecclesiæ pedum tenuit, non ita certum mihi apparet. Utut sit, Gunthario vitâ functo aut fortè ad episcopi cathedram evecto, nullus* S. Venantii *abbatum tabulis, sive eorum nomina temporum injuriâ deleta fuerint, sive ecclesiæ huic nullus prælatus fuerit deinceps abbas, inscriptus legitur. Longiorem ergò de iis non producam sermonem.*

B

C



AUCTORE D. A. B

§ III. De loco, ubi sepultus fuit S. Venantius: an & quo tempore ad Germanenses monachos Sancti reliquiæ fuerint translatæ? Cuvinii asservantur; dein Parisios advectæ. Hodiernus earum status: cultus eis exhibitus.

In ecclesia ab ejus nomine Turonis dicta

S*Ancti* Venantii *corpus in monasterio, ab ejus nomine in Turonica civitate nuncupato, sepultum fuisse, non uno in loco docet Gregorius Turonensis. Audi, quæ Francorum Historiæ lib.* 10, *cap.* 31, *num.* 9 *habet S. biographus:* Licinius..., abbatis officio in monasterio, ubi sanctus Venantius abbas sepultus est, functus, ad episcopatum eligitur. *Idem omninò innuit in opere, cui titulus:* De gloria Confessorum, *cap.* 15, *quod Sancti Vitæ mox edendæ subnexuimus: ac proin ex his & num.*10 *recitatis biographi verbis perinde certum est,* S. Venantii *reliquias in ecclesiâ ejus nomini dicatâ primò depositas fuisse. Sed, quæ de Sancti nostri sepulcro scribit in suis ad ejus Vitam Notis col.* 1231 *Ruinartius, silentio non sunt prætermittenda.* Hodie, *inquit,* in ecclesiâ sancti Venantii, in claustro S. Martini sitâ, visitur crypta, choro ecclesiæ subjacens, in quâ tria habentur sepulcra lapidea, è terrâ levata, unum scilicet in medio, cui altare superpositum est & creditur esse sancti Venantii; alia verò duo hinc & inde sita sunt. Sacræ ejus reliquiæ, *pergit Ruinartius,* tempore, uti conjicimus, quo Normanni omnia devastabant, inde translatæ sunt & depositæ apud Cuvinium, vicum in pago Lomacensi prope Namurcum, ubi monachi sancti Germani à Pratis initio seculi decimi, teste auctore Vitæ S. Gerardi Bronensis, in excubiis sancti Venantii abbatis erant. At eodem sæculo exeunte Cuvinio excedere coacti Germanenses Parisios redierunt, secum deferentes ejusdem beati Abbatis reliquias, quæ hodieque in sancti Germani basilicâ adservantur.

E

F

Sepulti S. Venantii reliquiæ

23 *Hæc Ruinartius: & aptè quidem, ut ex dicendis in hujus disceptationis decursu patescet. Et primò de reliquiis* S. Venantii, *apud S. Germani Parisiensis monachos asservatis, quædam inquirenda occurrunt. Enimverò ejus reliquias in ipsorum cœnobio depositas etiamnum exstare & à priscis temporibus reipsa reconditas fuisse, evincunt passim documenta, quæ in illius Historia laudat aut etiam recitat Bouillartius; hoc idem evincit capsa, in quæ religioso cultu sepultæ sunt sacræ illius exuviæ & quæ in suprà memorato cœnobio asservata conspicitur; illud monstrat ecclesiæ Parisiensis traditio, hodiernâ Martyrologii illius annuntiatione asserta; edocentque tandem S. Gerardi*

AUCTORE D. A. B.

Gerardi Bronienſis Acta circa annum 1035 *aut* 1038, *ùt obſervat Mabillonius Sæculo quinto Benedictino pag.* 148 *&* 149, *& qui ea ad diem Octobris tertiam illuſtravit, Byeus, litteris commiſſa: ita ut, quin apud Germanenſes monachos alicujus* Venantii *etiamnum exſtent & jam à longo temporum ſpatio exſtiterint reliquiæ, nullum omninò ſit dubium.*

ad Germanenſes monachos Pariſiis demorantes,

24 *Verùm in ipſo diſceptationis limine enodanda occurrit difficultas, quam in ſuis ad S. Gerardi Vitam Notis num.* 3 *ſic proponit Mabillonius:* An autem Venantius abbas, cujus reliquiis gaudemus, (*in Germanenſi enim aſcetério tum degebat vir eruditus*) ille ipſe ſit, qui ſeculo VI Turonenſe rexit monaſterium, aut qui in oppido cognomine apud Attrebates colitur, alii judicent. *Aſt Ruinartius verbis, num.* 22 *recitatis,* S. Venantio *Turonenſi reliquias illas adſcribens rem ipſam judicavit; & quidem meritò. Sancti enim Venantii martyris, ad diem Octobris decimam in Opus noſtrum jam illati, corpus integrum*

B

Petrobergæ ſeu Itisbergæ ſepultum & tertiâ Auguſti anni 1604 *è terra effoſſum, ad Pariſiacam urbem delatum fuiſſe nullo modo apparet, nec id huc deferri quivit. Secundò de Sancto illo ad diem* X *Octobris nullam mentionem inſtituunt antiqui Germanenſium uſus, qui tamen* Venantium *Turonenſem abbatem die* XIII *per duodecim Lectiones & ſub ritu duplici recolunt: tertiò denique hujus corpus in iſthac regali abbatia aſſervari perhibet Martyrologii Pariſienſis hodierna annuntiatio, quæ ſic habet:* Turonis S. Venantii abbatis, cujus Vitam ſcripſit S. Gregorius Turonenſis. Hujus reliquiæ apud S. Germanum Pratenſem honorantur. *Proindeque* S. Venantii *reliquias, in monaſterio Pratenſi à multis ſeculis reconditas, ad Sanctum illum cognominem, cujus Vitam S. Gregorius Turonenſis deſcripſit, ſpectare, ex monumentis jam memoratis aut inferiùs etiam referendis aſſertum manet. Quo autem tempore ad Germanenſium monachorum poteſtatem devenerit ſacer ille theſaurus, nunc eſt dicendum.*

C

non curante S. Germano Pariſienſi antiſtite ſeculo VI *allatæ,*

25 *In* S. Venantii *Vita, quam ad diem* 13 *Octobris contexuit, de illius tranſlatione Turonibus ad Pariſiacam civitatem factâ ſcribens, ſic loquitur Bailletus:* Ejus corpus in abbatiali S. Martini Turonenſis eccleſia ſepultum jacuit, quoad uſque Clotarii I mortui filiis regnum accipientibus, *ſeculo nempe ſexto jam adulto*, S. Germanus, Pariſiorum epiſcopus in abbatiam, ùt dicitur, ſancti Vincentii, dein S. Germani à Pratis nomine vocatam, illud intulerit. *Igitur ſi Bailletum hæc ſcribentem audias*, S. Venantii *corpus, curante S. Germano epiſcopo, circa annum* 576, *ſicuti aſſerunt Henſchenius, Acta ejus ad* 28 *Maii illuſtrans, & Novæ Galliæ Chriſt. auctores tom* 7, *col.* 201 *illi emortualem, Pariſios in* S. Venantii *baſilicam adſportatum fuiſſe, tibi erit dicendum. Sed quo nixus inſtrumento vel qua ratione adductus, hæc Bailletus aſſeruerit, haud mihi ſanè eſt perſpectum. Iſthanc Sancti noſtri ad Germanenſes tranſlationem non ſeculo ſexto, ſed ſeriùs contigiſſe, ex S. Gregorii Turonenſis epiſcopi, S. Germano Pariſienſi æqualis, verbis mox dabo probatum.*

26 *Et quidem illius tranſlationis à S. Germano, quem pluribus in locis laudibus exornat, peractæ non meminit Sancti noſtri biographus.* 2° *Sacræ illæ exuviæ procul dubiò in monaſterio, à* S. Venantii *nomine appellato, tempore, quo Gregorius Turonenſis, anno* 573 *in epiſcopum electus, ſuum de Francorum Hiſtoria librum* X *& alterum, cui titulus:* De Gloria Confeſſorum, *in quibus, ſicuti num.* 22 *dixi, nonnulla de Sancti noſtri ſepultura & reliquiis habet, ſepultæ adhuc erant.* Non enim eum ibi ſepultum eſſe aut requieſcere, *aſſeruiſſet ſanctus ſcriptor, ſi re vera ſacræ ejus reliquiæ ad Germanenſes jam tum perveniſſent. Porrò duos illos libros mox memoratos à S. Gregorio non niſi annis* 593 *aut* 594, *ac proin nonnullis jam à S. Germani Pariſienſis morte elapſis annis, litteris traditos fuiſſe, diſertè docent tom.* 3, *pag.* 379, *&* 383 *Franciæ Litterariæ ſcriptores. Igitur eas reliquias anno circitèr* 576 *fuiſſe ab iſthoc ſancto epiſcopo Pariſios in S. Vincentii baſilicam advectas, haud rectè ſcribit Bailletus. An ergò tempore Normannicæ irruptionis huc delatæ fuerint, ſicut Ruinartius, cujus verba num.* 22 *retulimus,*

E

ſcribit, nunc nobis eſt expendendum.

Normannica irruptione,

27 *Ut rem à primordio rimemur, quædam hic ſubdere juverit. Quot & quantis cladibus Galliarum provincias & civitates, eas præſertim, quæ ad Ligerim & Sequanam poſitæ erant, Normanni ab anno* 820 *ad annum circitèr* 912 *infeſtârint, nôrunt omnes, qui horumce temporum hiſtoriam vel obiter etiam perluſtraverint, ſciuntque, pleraſque Sanctorum reliquias, ne nefariâ barbarorum manu polluerentur, ad loca barbaris impervia aut eorum direptionibus minùs obnoxia delatas fuiſſe: hinc* S. Venantii *Turonenſis corpus Germanenſibus monachis, & quidem antè ſeculum nonum medium conceſſas fuiſſe, haud difficilè exiſtimaverim, hac potiſſimùm ratione adductus, quod barbarorum direptionibus cumprimis Turonica civitas obnoxia, ab annis* 840 *aut* 841 *obſidione fruſtrà cincta, annis tandem* 845, 846 *& ſequentibus, ſicut tradunt ſcriptores, quorum opera Bouquetus tom.* 6, *pag.* 138 *& tom.* 7, *pag.* 225, 226, 258 *vulgavit, ab illis occupata, igne & ferro direpta fuerit. Quid mirum, quod canonici*

F

aut monachi, qui Deo in S. Venantii *eccleſiâ inſerviebant, ſancti Abbatis reliquias aut præcipuam illarum partem, ut iiſdem proſpicerent, Germanenſibus monachis, Cuvinii tum commorantibus, recondendas commiſerint?*

utì hic dicitur.

28 *Rem autem ita habere, eò tamquam veroſimile lubentiùs dixerim, quòd nonnulli martyrologi etiam ætate ſpectabiles, nunc nullo ſignato loco, nunc Pariſiis Sanctum Venantium ad diem* 23 *Octobris annuntiaverint. Porrò dum Sanctum hac die celebrant, unum eumdemque Venantium memorandum eos ſuſcepiſſe, nemo, ùt opinor, inficiabitur. Si autem verba, quibus ſuam annuntiationem contexuit Notkerus, inſpicias, illa ad* Venantium *Turonenſem abbatem ſpectare, certum omninò evadet: ſic habet ad præfatum diem martyrologus ille:* Natalis Venantii abbatis, de quo ſcriptum eſt, quod, adhuc in terris conſtitutus, Miſſarum Solemnia in cælo conſumari agnoverit. Et cùm aliquando ad Miſſas Dominica recitaretur Oratio, audierit quendam è tumulo ſacerdoti reſpondentem: Sed libera nos à malo. *Quæ quidem verba*

ex

A *ex ipsius* S. Venantii *Actis, à Gregorio contextis, deprompta, sanctum Abbatem Turonensem designant. Et verò ii Martyrologiorum scriptores, cur Sanctum hac die recoluerint, sat est, ùt opinor, omnibus perspectum. Non enim hac die procul dubio obitum ejus annuntiandum duxerunt Rabanus & Notkerus v. g., qui illum jam cum ecclesia Turonensi die ejusdem mensis* XI *celebraverant. Quid ergò illi scriptores* Venantium *ad* 23 *Octobris recolentes celebrare voluerunt? Factam, ùt opinor, translationem, quâ sacra Sancti lipsana, Normannis per Gallias longè latéque furentibus, è primo sepulturæ loco Cuvinium, unde pòst, utì infrà ostendam, Parisios ad Pratenses S. Germani monachos devenêre, fuerunt delata. Et quidem sola est hæc celebris sancti* Venantii *reliquiarum translatio, quæ ad nos usque debitis innixa monumentis pervenerit. Nec sanè huic meæ sententiæ Rabanus & Notkerus, qui, sanctum Abbatem die* 23 *Octobris memorantes, illam vocem* natalis *&* depositio *adhibuerunt, repugnant, cùm*

B *sicut num.* 8 *observavimus, auctores martyrologi & hagiologi his verbis utentes aliam quamcumque Sancti alicujus festivitatem, aut ejus reliquiarum ad diversa loca invectionem non numquam expresserint: quod utique hac die ab Rabano & Notkero præstitum fuisse lubens dixerim. His positis, jam variis inductionibus, quibus peractæ* S. Venantii *ad Germanenses translationis tempus innotescere potest, datur locus.*

seculo nono Cuvinium pervenêre,

29 *Certum est, sancti Abbatis corpus aut haud exiguam illius partem ad Germanenses, qui Cuvinii degebant, circa annum* 928 *jam pertinuisse; illudque evincunt verba, quibus usus est S. Gerardi Bronienses biographus, & quæ num.* 30 *daturus sum. Sed anteà etiam sacrum illum thesaurum penes eos ab aliquibus saltem annis exstitisse exigunt, ùt num. prægresso dixi; quæ de illo habet in suo Mrl. Notkerus; cùm enim is scriptor opus suum, ùt asserunt post Papebrochium in sua ad Usuardi Martyrologium Præfatione num.* 67 *Sollerius & Franciæ Litterariæ scriptores tom.* 6, *pag.*136, *ante annum* 912 *ipsi emortualem litteris commi-*

C *serit, oportet, ut à primis saltem sec.* X *annis* S. Venantii *reliquiæ è Turonica civitate in Germanensium potestatem devenerint. Hoc enim ex his, quæ mox digessi, procul dubio mihi arguere licet. Quin imò pari ratione, id ante seculum* IX *medium contigisse, ex Rabani verbis, quibus* Venantium *ad diem Octobris* 23 *signat, dicere fas erit. Enimverò Rabanus, qui vitam usque ad annum* 856 *produxit, à Sollerio mox laudato & ab Franciæ Litterariæ scriptoribus tom.* 5, *pag* 154 *Martyrologium suum circa annum* 839 *aut* 845 *scripsisse dicitur; quare dum* S. Venantium, *cujus diem emortualem ad* XI *Octobris celebraverat, die etiam* 23 *hujus mensis recolit is auctor, quid, quæso, hac sua annuntiatione innuit, nisi quod hac die aliqua facta fuerit Sancti nostri translatio, illa scilicet & sola utique, non quâ, utì infrà num.* 34 *& seq. docebo, sub sec.* X *finem, cùm jam dudum Rabanus obiisset, Parisios, sed quâ, priusquam hic moreretur, Cuvinium sacræ Sancti nostri exuviæ fuerunt delatæ? Illud autem ante annum circitèr* 839 *aut* 845, *quo suum opus contexuit Rabanus, factum fuisse, haud est, cur*

*quis inficietur; his enim diebus, Turonicum pagum infestantibus, ùt num.*27 *docui, Normannis,* AUCTOR D. A. *Turonenses* S. Venantii *canonici reliquias Parisiensibus monachis Cuvinii commorantibus tum concessisse aut eò adsvortandas eis commisisse, ne à barbaris sacer ille thesaurus diriperetur, omninò mihi vero apparet consonum.*

ubi debito cum honore

30 *Is profectò ab anno* 928, *quo S. Gerardus Bronium in episcopatu Leodiensi positum pergens, Cuvinium adiit, haud ignobile ditionis Leodiensis oppidum, leucâ horariâ à Mariæburgo distans, cujus notitiam in Historia Namurcensi inter dissertationes ad calcem pag.* 89 *adjectas Marneus adornavit, in Germanensium potestatem devenerat. Res à S. Gerardi biographo narrata & ex Actis ejus à Byeo ad diem* III *Octobris illustratis & editis desumpta sic habet:* Profectus Gerardus ex Mosomensi in diœcesi Remensi cœnobio ob metum scilicet indigenarum ... prospero cursu pervenit ad municipium, in pago Lomacensi situm, quod appellatur Cuvinium. Hîc autem degebant duo monachi ex monasterio E sancti Germani, ad quem tunc pertinebat fundus ejusdem municipii, unanimiter excubantes curâ pervigil in excubiis sancti abbatis Venantii. *Proindeque, sicut ex relatis S. Gerardi biographi verbis liquet, sacræ* Venantii *reliquiæ anno* 928, *quo S. Gerardus, è S. Dionysii prope Parisios cœnobio egressus, Bronium ibi monasterium exstructurus properabat, à Germanensibus religiosis, ad hoc deputatis, asservatæ erant.*

à Germanensibus monachis

31 *Modò fortè scire nonnemo aveat, an Sancti nostri reliquiæ è Turonica civitate mox ad Cuvinense municipium allatæ fuerint, vel an Parisios primùm deportatæ, ibi aliquamdiu jacuerint, priusquam per Germanenses, quibus fuerant concessæ, in Leodiensem ditionem advectæ fuissent? De utroque silent, qui Martyrologia scripserunt & cæteri hagiologi auctores. Ast si, quas feci, de hoc conjecturas hic referre fas est, sacras Sancti exuvias non quidem ad Parisiacum agrum, quem his infaustis diebus haud semel grassationibus fœdârunt Normanni, sed ad Cuvinense oppidum mox adsportatas fuisse, vel sequenti ratione permotus dicerem, quod scilicet Rabanus & Notkerus, qui* F *seculo nono & decimo advixerunt, Sanctum nostrum ad diem* 23 *Octobris, aut ejus translationem hac die peractam recolentes, in Parisiaca civitate tum celeberrima eam non signârint; quod fecissent procul dubio, ùt opinor, si reipsa anno circitèr* 840 *huc adsportatæ, ibi sepultæ mansissent* S. Venantii *reliquiæ; verùm illi in sua annuntiatione nullo in loco eas reposuerunt, quod fortè Cuvinium, adhuc in Arduenna silvâ dumetis obsitum, tamquam ignotum locum habuerint.*

asservatæ

32 *Quid Cuvinii, ubi recondità per unum seculum & ampliùs remanserunt sacra pignora, acciderit, sequentibus verbis, ex S. Gerardi Actis num.* 24 *desumptis, nos edocet biographus:* Ex præscriptis fratribus, *qui ad* S. Venantii *corporis excubias erant*, plus solito in potandum quadam nocte dimissus nocturnas ad laudes redditur tardiusculus, potu utique evictus nimioque sopore gravatus. Cui sanctus assistens Venantius vultu severiore corripuit eum & verbis & verbere. Quid, inquiens, nunc stertis, impudens monache? Cur de-

AUCTORE D. A. B.

bitos Deo hymnos tricaris perfolvere? Quid tu ſopore deprimeris, Weremberte? (hoc quippe vocabatur nomine) ecce, frater tuus de ſomnolentiâ tuâ conqueritur Ermarus, ad vigiliarum excubias jam dudum expergefactus. Et ſi te non noſtra adeò ſollicitat reverentia, cur ſaltem tibi commiſſa almi martyris Eugenii non permovet præſentia? Num ignoras ejus merita? Numquid non fulgent inter lucida* Sanctorum agmina, ſicut ſol inter ſiderum aſtra? Surge, inquam, ſurge quantociùs, &, quod debueras maturiùs, matura ſupplere vel tardiùs. Quæ correptio eotenùs eum correxit, ut ne ad modicum quidem poſt hæc ab obſequela martyris, niſi humanitatis gratiâ uſpiam ſeceſſerit, quoad uſque ejus fidelis creditor depoſitum fidele repoſcit. Ne quis autem incredulorum hoc æſtimet forſitan fictum, hoc illius, qui pertulit, conſtat relatu relatum.

* *al.* fulgida

33 *Porrò quis fuit Werembertus ille, tam acri monitione à* S. Venantio *increpitus? an unus ex duodecim S. Gerardi, quos ſecum duxerat, ſociis, an potiùs unus ex duobus S. Germani Pariſienſis monachis, quorum curæ commiſſæ erant Cuvinii* S. Venantii *reliquiæ, inquirit Byeus Commentarii ſui, ad S. Gerardi Bronienſis Acta prævii, num.* 49. *Verba ejus hic ſubdo.* Mabillonius, *inquit*, in Annalibus Benedictinis lib. 43, num. 8 putat, è duodecim, quos Gerardus ſecum adduxit, monachis etiam exſtitiſſe Werembertum, qui, ùt biographus narrat, à S. Venantio abbate in ſomnis Cuvini fuit increpitus. Verùm hic non è duodecim Gerardi comitibus, ſed alter è duobus monachis, ad quos hi cum Gerardo ſecundùm dicenda Cuvinium diverterunt, veroſimillimè exſtitit. Id ex biographi loco proximè laudato, ſi cum antecedentibus comparetur, colligendum apparet. *Anno igitur* 928 *ad* S. Venantii *reliquias* in excubiis erant *Ermarus & Werembertus, è S. Germani Pratenſis cœnobio monachi, quos Bronium pergens S. Gerardus inviſit. Verùm quo circitèr tempore illæ ad Pariſiacam urbem, ubi religioſo cultu aſſervantur, tandem illatæ fuerint, hìc paucis dicendum.*

ſuerunt,

B

C

dein Pariſios ſec. x exeunte, uti etiam ex Mrll.

34 *Exeunte ſeculo* x *Pariſios fuiſſe delatas, Ruinartius, cujus verba num.* 22 *deſcripſimus, edocet: hujus invectionis cauſam in S. Germani monaſterii Hiſtoria pag.* 246 *indicat Bouillartius verbis ſequentibus, ex Gallico idiomate in Latinum à me tranſlatis:* Robertus Francorum regnum, mortuo patre (*anno* 996,) adeptus, Cuvinium cum quatuor pagis Moſæ adjacentibus ſorori ſuæ Hadwigi, Raginario IV Montenſi comiti deſponſatæ, *ùt ex inſtrumento, ad hujus Hiſtoriæ finem pag.* 30 *vulgato, liquet*, in dotem conceſſit. Tum Ermarus & Warembertus *aut potiùs quicumque alii, qui ad Sancti reliquias in excubiis erant,* Cuvinii degentes, Pariſios redire coacti, eas ſecum detulerunt: *& ſanè ſub ſec.* x *finem; cùm enim Robertus in patris Hugonis Capeti locum tum ſucceſſerit; hinc fortè Ruinartius & alii Sancti corpus Pariſios fuiſſe deportatum, non immeritò aſſeruerunt. Id etiam ex Calendariorum Stabulenſis & Vaticani annuntiatione die* 23 *Octobris factâ, quâ Pariſiis* Venantius *repoſitus dicitur, haud difficilè eruitur.*

35 *Et quidem cùm Calendarium Stabulenſe, ſicut in Obſervationibus ad Martyrologia ab ipſo edita, & quæ tamquam antiquiſſima habet Marteneus, ampliſſimæ Collectionis tom.* 6, *col.* 635 *&* 636 *aſſerit*, ab annis circitèr ſeptingentis *videatur deſcriptum: cumque eâdem prorſus ætate donandum eſſe, Præfationis ad Adonis Martyrologium pag.* 17 *exiſtimet Georgius, Calendarium Vaticanum, quod is ſeculi* XI *initio exaratum expreſſis verbis ſcribit; hinc rectè* Venantii *corpus Pariſios invectum & in hac civitate depoſitum annuntiant horumce duorum Calendariorum ſcriptores, qui, ùt mihi apparet, Sanctum Pariſiis hac die non recoluiſſent, ſi ſacrum ejus corpus aut Cuvinii aut in alio quolibet loco ſepultum exſtitiſſet. Proindeque quominùs ſeculo* X *deſinenti illam Sancti Cuvinio Pariſios factam tranſlationem cum Ruinartio & Bouillartio affigamus, nihil omninò impedit.*

hìc laudatis liquet, tranſlatæ ſunt.

Quâdam earum parte variis

E

36 *Dum* S. Venantii *reliquias ad Germanenſes Cuvinii commorantes monachos ſeculi* IX *initio deveniſſe dixi, non ideo tamen nullam earum partem apud Turonenſes canonicos remanſiſſe, crediderim. Contrarium enim probarent Bouillartii, qui nonnulla de hodierno earum ſtatu habet, verba, quæ ſubdo:* Anno 1651 S. Germani Pariſienſis cœnobitæ, dimidiam ex uno S. Venantii cruris oſſe partem, Villæ-Novæ à comite appellatæ, Gallis autem Ville-Neuve le Comte, *quam etiam* Fontenaium *ſeu* Fontenai le Comte *nominat Bouillartius*, in agro Pictavienſi, incolis dono dederunt. Simile quid ii ex his reliquiis eccleſiæ Luiſneſenſi in pago Turonico ſancto Venantio dicatæ, rogante ejuſdem nominis duce, anno 1654 conceſſêre. Tandem anno 1665 Turonenſes S. Venantii canonici, ut aliquid ex ſacris eorum Patroni exuviis obtinerent, ſicque ut damnum, ſibi olim ab Calvini ſectatoribus, qui reliquias ejus in eccleſia aſſervatas flammis addixerunt, illatum, reſarcirent, unum è canonicis ad S. Germani religioſos miſerunt; cujus precibus iſti annuentes, aſtragalum ſeu unum ex pedis oſſibus Turones deportandum benignè largiti ſunt

eccleſiis conceſſâ.

F

37 *Hæc Bouillartius, qui harumce largitionum, à Germanenſibus monachis factarum, tamquam inſtrumenta, acta hujus cœnobii Pariſienſis capitularia, in notâ ad marginem pag.* 246 *poſitâ appellat. Idem auctor pag.* 247 *proceſſionis cujuſdam ob furorem belli civilis per Gallias anno* 1652 *graſſantis comprimendum peractæ, in quâ Sancti capſa delata ſcribitur, meminit. Ex his à Bouillartio tranſcriptis nonnulla, quibus numeris prægreſſis diſceptata adſtrui queunt, facilè eruuntur; & primò ad* S. Venantium *Turonenſem ſpectare reliquias, in S. Germani Pariſienſis baſilica aſſervatas, quarum modicam partem obtinuerunt Turonenſes canonici.* 2° *Earum dumtaxat partem ſec.* IX *initio ad Germanenſes Cuvinii aut Pariſiis morantes, alterâ apud Turonenſes remanente, fuiſſe tranſlatam. Nec igitur inanis eſt & probationibus deſtituta, quam memorat Bailletus, Sancti noſtri Vitam adornans, Turonenſium traditio civium, qui penes ſe ſacrarum harumce exuviarum aliquid, quod deinde ſacrilegis flammis concremârunt Calvinianæ hæreſis fautores, exſtitiſſe exiſtimant.*

38 *Peculiari in honore* Venantium *ſemper habuerunt Turonenſes, qui veteri ſuo Martyrologio,*

eodem nunc, quo elapſis abhinc ſeculis Pariſienſes & Turonenſes præcipuo

rologio, *ſicut num.* 5 *docui, ad diem Octobris* XI *ejus interuerunt nomen, quod etiam Calendario ad uſum inſignis S. Martini Turonenſis baſilicæ anno* 1635 *vulgato & in Muſeo Bollandiano repoſito, eadem die inſcriptum legitur :* Venantii abbatis IX Lectiones I candelab. *Ex vario enim candelabrorum & candelarum numero, utì ex regulis generalibus pateſcit, feſti alicujus ſolemnitas hic indici ſolet. Collecta, die* S. Venantio *ſacrâ recitari ſolita, ſic eſt :* Deus, qui tibi dignè ſervientium nos imitari deſideras famulatum : da nobis charitatis tuæ flammis ardere, ut beati Venantii confeſſoris tui, qui tibi feliciter placuit, mereamur cœleſte conſortium. Per Dominum &c. *Ejuſdem Sancti nomen Germanenſes cœnobitæ in veteres eorum ujus anno* 1396, *ſicut tradit Bouillartius, elucubratos & ad hujus monaſterii Hiſtoriæ calcem pag.* 134 *cuſos, ad diem* 13 *Octobris intulerunt his verbis :* Feſtum S. Venantii abbatis XII Lectionum ſimpliciter. Plura de eodem, *inquit Gononus in ſuis ad Vitam Patrum Occidentis pag.* 112 *Notis*, in Breviario eccleſiarum Pariſienſis, Cenomanenſis & Belvacenſis, ubi trium Lectionum Officium aſſignatur.

B

cultu Venantium venerantur.

38 *Nonnullas etiam eccleſias*, S. Venantio *dicatas, exhibet Beneficiorum ad Turonenſem diœceſim ſpectantium codex, Pariſiis anno* 1648, *pagg.* 22, 36 *&* 38 *editus : enimverò præter eccleſiam, in Turonicâ urbe ab ipſius nomine dictam, exſtant in loco, Luynejenſi appellato*, S. Venantii *prioratus, cujus proviſio ad Majoris monaſterii prope Turones abbatem pertinet, ſicut & alter Mailleyenſis nuncupatus, in quo Prior cum ſocio degere debet: alias eccleſias parochiales, Sancto noſtro ſacras, hic enumerare ſuperſedeo ; quippe quod ab elapſo multorum ſeculorum ſpatio, ſat & ſufficientibus in hoc meo Commentario relatis monumentis, adſtruitur* ***cultus ſancto Abbati etiamnum exhibitus.***

C

ACTA

S. VENANTII ABBATIS,

Auctore S. Gregorio, Turonenſi epiſcopo,

Editore Ruinartio,

PROLOGUS a.

a

SOlitarium atque multiplex donum eccleſiis populiſque terrigenis cæleſtis potentia præſtat, cùm largitur jugiter ſæculo non modò *b* peccatorum ſuffragatores, verùm etiam vitæ doctores æternæ ; quod unicum cernitur, dum à Majeſtate divina tribuitur multiplex ; quia cunctis, qui expetere voluerint *c*, affluenter indulgetur juxta illud : "Petite & "accipietis *d*" & reliqua. Unde vigilanter inceſſanterque debet inveſtigare mens humana Sanctorum vitam, ut hoc provocata ſtudio, accenſa exemplo, ad ea ſemper extendatur, quæ Deo novit eſſe acceptabilia, ut ab ipſo vel mereatur erui, vel poſſit audiri. Hæc autem ab ejus Majeſtate quærebant Sancti percipere, poſcentes jugiter, ut ipſe inſinuaret cordi, ipſe perficeret in opere, ipſe loqueretur in ore, quo facilius purgata mens cogitatione, eloquio, actione, cogitaret ſancta, loqueretur juſta, operaretur honeſta. Unde factum eſt, ut, dum in his, quæ Divinitati ſunt placita famulabantur, obtinerent ſibi remitti peccati debitum, eruerentur à cœni ſordentis *e* contagio, cæleſte pro meritis invitarentur ad regnum. Ponebant etiam & præceſſorum exempla ante oculos ſuos & omnipotentem Dominum pro eorum affectibus conlaudabant ; quorum, ùt diximus, exempla ſequi meditabantur. Unde & nos in præconio devoti Deo famuli Venantii abbatis effari nitentes, Divinitati potiùs dona ſua referimus, quæ dexteram ejus manifeſtum eſt effeciſſe, quod Sanctos conſtitit operâſſe *f*, deprecantes, ut aperiat os muti ad publicanda opera Antiſtitis ſui, quia, ſicut eſſe nos recognoſcimus ſcientiâ tenues, ita novimus in conſcientia peccatores *g*.

E

b

c

d

F

e

f

g

ANNOTATA.

a *Deeſt in codice Ms.* 2° *Maj.-Monaſt.* Ruinartius. *Deeſt etiam in perantiquo Ms. noſtro, de quo Comment. prævii num.* 3.

b *In Valcel.* Non enim.

c *In Valcell. Ms.* voluerunt.

d *Johan.* 16. 24.

e *In Valcell.* catenis ſordentibus.

A. GREG. TURON.

f *Ed.* operatos esse. *Scripti.* 2. Sanctis ... operâsse. *Ita Ruinartius.*

g *In Valc. additur:* Explicit Prologus.

CAPUT UNICUM.

Vitam monasticam amplectitur S. Venantius : cœnobio præficitur abbas : multis cælestibus visionibus recreatur : multisque vivens & mortuus subvenit.

a INCIPIT VITA *a*.

Sanctus ingreditur monasterium, b

IGitur sanctus Venantius Biturigi *b* territorii incola fuit, parentibus secundùm sæculi dignitatem ingenuis atque Catholicis. Qui, dum esset juvenili ætate florens, à parentibus sponsali vinculo obligatur. Cúmque, ùt ætati huic convenit, amori se puellari præstaret affabilem, & cum poculis *c* frequentibus etiam calceamenta deferret, contigit, ut urbem Turonicam, Domino inspirante, veniret. Erat tunc temporis monasterium *d*, basilicæ sancti Martini propinquum, in quo Silvinus abbas gregem Deo devotum regulari sceptro regebat. Ad hoc Vir iste devotus accedens, virtutesque cernens beati Martini, ait intra se: Ut conjicio, meliùs est servire impollutum Christo, quàm per copulam nuptialem contagio involvi mundano. Relinquam sponsam territorii Biturigi, & annectar Catholicæ per fidem Ecclesiæ, ut, qui * credo corde, etiam opere merear effectui condonare.

c

d

* *al.* quæ

cui præficitur abbas; e

2 Hæc intra se volvens, advenit ad antè dictum abbatem, provolutusque ad pedes ejus, quid intimo corde gereret *e*, lachrymis patefecit. At ille gratias agens Deo pro fide Pueri, & addita etiam prædicatione sacerdotali, Juvenem totondit, & gregi monasteriali adscivit. Ex hoc se in humilitate fratribus exhibens, caritatem cum omnibus diligens, in tanto sanctitâtis apice evectus asseritur, ut ab omnibus tamquam parens proximus summo studio coleretur. Unde factum est, ut, decedente abbate jam dicti monasterii, ipse in loco abbatis, eligentibus fratribus substitueretur *f*.

C

f

variis visionibus g

3 Denique quadam die Dominica ad Missarum celebranda Solemnia invitatur, dixitque fratribus: Jam enim oculi mei caligine obteguntur *g*, nec possum libellum adspicere. Presbitero igitur hæc alteri agenda mandate. Dicente presbitero, ipse proximus adstitit, ventumque est, ut sanctum munus juxta morem Catholicum *h* signo crucis superposito benediceretur. At ille intuitus vidit quasi ad fenestram absidæ scalam positam & quasi descendentem per eam virum senem, clericatûs honore venerabilem, atque oblatum altario sacrificium dexterâ extensâ benedicentem. Hæc enim agebantur in basilica sancti Martini, quod nullus videre meruit, nisi ipse tantùm, reliqui verò cur non viderint *i* ignoramus. Ipse tamen deinceps fratribus retulit, nec enim est dubium, hæc fideli Famulo Dominum demonstrâsse, cui etiam dignatus est, arcanorum secreta cælestium revelare.

h

i

D

recreatus, 4 Nam idem, dum de basilicis Sanctorum die Dominica, expletâ oratione, reverteretur super bacillum sustentatus, in medio beati Confessoris atrio, erectis auribus oculisque ad cælum diutissimè attentis, stetit immobilis: deinde motus à loco cœpit dare gemitus ac suspiria longa producere Interrogatusque à suis, quid hoc esset, aut si aliquid divinum fuisset intuitus, enarret, respondit: Væ nobis inertibus & pigris; ecce, jam in cælo Missarum Sollemnia expediuntur, & nos segnes nec inchoare cœpimus hujus Mysterii Sacramentum. Verè, inquit, dico vobis, quod ego audivi voces angelorum in cælis, Sanctus, Sanctus in laude Domini proclamantes, & dicto citiùs in monasterio Missarum Sollemnia jussit expleri. Sed nec illud præteribo, quod quadam vice, dum juxta consuetudinem, ùt suprà diximus, de basilicis, quas orationis gratiâ adierat, repedaret, & in basilica ad Missas Dominicæ Orationis verba decantarentur, cùm illi dixerunt: Sed libera nos à malo; audivit è tumulo cujusdam vocem dicentem similiter: Libera nos à malo; quod non sine perfectionis merito censetur, ut hæc meruisset audire. Sed & ad Passivi *k* presbiteri tumulum veniens & qualitatem ejus meriti & quantitatem refrigerii, ipso docente, cognovit.

E

k

crurum & poplitum dolore l

5 Et licèt hæc magna sint, ad illam tamen sanitatum gratiam, quam per eum Dominus infirmis protulit, libet accedere. Non enim ambigitur, quod per eum, sicut suprà diximus, operata sit dextra Dei, cui ista, quæ memoravimus, tanta voluit revelare *l*. Puerulus enim quidam, Paulus nomine, crurum poplitumque gravi dolore vexatus Sanctum adiit, prostratusque genibus ejus, exorare cœpit, ut ei medicinam oratione sua à Domini misericordia obtineat impertiri; qui protinùs, oratione facta, cum oleo benedicto palpata membra *m* infirmi eum super lectulum suum requiescere fecit; quo paullulùm quiescente, post unius horæ curriculum surgere jubet; qui consurgens, sanus matri suæ Sancti est manibus restitutus. Faretri *n* cujusdam servus infensus domino suo, hujus sacerdotis oratorium expetivit; sed ille elatus superbiâ, absente beato Viro, servum abstrahit occiditque, sed mox à febre correptus spiritum exhalavit.

m

F

n

ac febribus vexatis subvenit. o

* *l.* pustulæ

6 Quartanarum tertianarumve vel reliquarum accessus *o* febrium, oratione facta, sæpiùs mitigavit. Venenum malæ pustulæ * impositio salutari signo, restinxit, obsessos *p* dæmonibus, invocato Trinitatis nomine, emundavit. Nam & ab ipsis dæmonibus sæpiùs impulsatus est, sed victor in certamine perstitit. Nam, surgente eo quâdam nocte de stratu suo ad reddendum officium, vidit duos arietes magnos suis foribus assistentes, quasi præstolantes adventum ejus; quo viso furibundi ad eum cum impetu valido dirigunt. At ille signum Crucis opponens, illis evanescentibus absque motu oratorium est ingressus. Alia nocte regressus oratorio invenit cellulam suam plenam dæmoniis, dixitque eis: Unde venitis? A Roma, aiunt, hesterna *q* die egressi

p

q

A greſſi ad hunc locum acceſſimus. Quibus ille: Abſcedite, inquit, deteſtabiles, & nolite accedere ad locum, in quo nomen Domini invocatur. Hæc eo dicente, ſicut fumus evanuerunt.

Mortuus energumenos

7 His & talibus virtutum magnarum gratia pollens *r*, impleto vitæ præſentis curriculo, vitam percepturus æternam emicuit *s* ſæculo, cujus beatum ſepulcrum miraculorum illuſtrium effectu plerumque redditur glorioſum. Maſcarpionis, ſervi ipſius monaſterii, mentem iniquus dæmon obſederat, qui per trium annorum curricula energumenus factus, ad ſepulcrum beati Viri debacchans, tandem ejus eſt, ùt credimus, oratione ejecto dæmone expurgatus, multos deinceps mente integrâ vivens annos. Juliani conjunx, quartanæ febris accenſu laborans, ùt ſepulcrum beati Viri attigit, compreſſo ardore ac tremore corporali, ſanata diſceſſit. Simili ſorte & Baudimundi uxor ab hac febre laborabat; ſed, ubi ad lectulum ſancti Viri proſtrata fudit orationem, mox incolumitati reſtituta convaluit.

B Multa quidem & alia de eo audivimus, ſed, ſufficere hæc ad credulitatem Catholicorum, quæ ſcripta ſunt, arbitramur *t*.

& feb ibus laborantes ſanat

3 De Venantio abbate *u*. Haud procul verò à baſilica beati Martini Venantius abbas requieſcit, vir mirificæ ſanctitatis, qui multis infirmis in corpore poſitus opem accommodavit; qui, impleto tempore à ſæculo migrans, jugiter ſe in æternum vivere, virtutibus propriis manifeſtat. Nam ſi quis typos frigoriticos incurrens, nocte unâ ad ejus tumulum deprecans vigilaverit, mox compreſſo acceſſu *x* adipiſcitur medicinam. Nam inter reliqua, quæ ibidem geſta vel vidimus vel audivimus, mulierem *y* quamdam à quartano typo correptam, ſanatam adſpeximus. Quæ diuturno tempore ab hoc detenta contagio, neque cibum, neque ſomnum capere poterat, ſed ità omni corpore ceciderat, ut vix in ea vel illud vitale ſpiraculum remaneret. Ad hujus ſepulcrum in gemitibus & oratione pernoctans, uſque ad lucis adventum perduravit immobilis; manè verò ſopori ſe collocans, cùm expergefacta fuiſſet, nihil mali

C ſentiens, ſanata diſceſſit. Hujus autem Sancti Vitam nos ſcripſimus *z*.

ANNOTATA.

a *In Valcel. additur:* S. Venantii abbatis, cujus feſtivitas eſt tertio Idus Octobris.

b *In Valcel.:* Biturici.

c *Gononus:* Et præter pocula frequentia etiam luxuriosè indueretur. *Sed noſtram laudans lectionem in Notis, ait, olim ſponſum & ſponſam ſibi invicem in ſignum mutui amoris & fidei dediſſe calceos, ita ut ſponſus ſe ipſum diſcalceans, calceamenta ſponſæ traderet, quod & hæc viciſſim ſponſo faciebat. Pocula verò hic memorata quaſdam fuiſſe catenulas aureas vel argenteas in modum poculorum fabrefactas, putat. Vide cap. 20 de S. Leobardo & Alteſſerram in cap. 42, lib. 1 Hiſt. Gregorii noſtri. Hæc Ruinartius. Antiquus codex noſter habet* populis *pro* poculis.

d *Nonnulla de antiqui hujus monaſterii Hiſtoria Commentarii noſtri prævii num. 17 diximus. Hodie ſubſiſtit hæc eccleſia ſub juriſdictione capituli S. Martini, jam dudum in collegium canonicorum converſa ſub* S. Venantii *titulo, cui, ùt Henſchenius, Vitam S. Guilielmi Firmati ad diem 24 Aprilis illuſtrans, in Annotatis obſervat, decem canonici deſerviunt, eſtque parochialis. Ruinartius. Huic Silvinus præerat abbas, quem Sanctum immeritò appellat Hiſtoriæ ſuæ Eccl. tom. 7, pag. 158 Fleurius, licèt Gregorius Turonenſis, nec ullus martyrologus hoc vocabulo umquam eum celebrárint. Ita Longuevallius Eccleſiæ Gallic. Hiſt. tom. 2, pag.* 109.

e *Valcel.* tegeret.

f *Ex verbis, quæ mox ſequuntur, fortè quis aliquid hic deſiderari ſeu quemdam patere inter verba hæc & ſequentia hiatum meritò arguet.*

g *In antiquo Ms.* teguntur.

h Nota, *inquit Ruinartius,* morem Catholicum, *id eſt, in univerſa Eccleſia receptum ſacra munera Crucis ſigno benedicendi.* E

i *Hæc phraſis in nonnullis editis & in Valc. Ms. noſtro deſideratur.*

k *Ed. & Maj-m. duo* Paſſini. *Sur. & Gon.* Baſſini. *Ità Ruinartius, & duo Mss. noſtri codices & ii à Ruinartio editi.*

l *Maj.-m. duo* tanti habuit revelare. *Ruinartius. Sic etiam Ms. vetus Bolland.*

m *Sic Mss. pro* palpatis membris. *Ed.* palpans. *Ruinartius.*

n *Ed.* Pharetri. *Genuan.* Raretri. *Ruinartius.*

o *Mss. plerique Codd.* accentus. *Bad. ut paſſim habent ſcripti* accenſus. *Ruinartius, Valcel. & antiquus Cod.* accenſus.

p *Hic in Valcel amanuenſis oſcitantiâ quædam deſiderantur, quo fit, ut ſenſus mancus appareat.*

q *In Mss. duobus Bollandianis* heſternò.

r *Uterque Maj.-m.* privilegiis pollens. *Ruinartius.*

s *Germ.* emigravit *& his verbis* redditur glorioſum *Sancti Vita terminatur. Ruinartius.* F

t *In Maj-m.* a, *ſubjungitur caput 15 libri de Gloria Confeſſorum, quod eſt de eodem* S. Venantio *& in fine hæc addit:* Hæc Gregorius Turonenſis ſedis epiſcopus de ſe loquitur. *Ita Ruinartius.*

u *Vitæ* S. Venantii, *ab S. Epiſcopo contextæ, quæ ſequuntur, ex libro Confeſſ. cap. 15 deſumpta hîc duximus addenda. In duobus noſtris Mss. poſt Sancti Vitam hæc ſubnexa leguntur:* Item pauca verba de ſancto Venantio. *Deeſt hoc caput in Clar. a & Colq. tut. Ruinartius Gregorii Turon. Oper. col.* 904.

x *Vide Annotatum ſub lit.* o.

y *Laud.* geſta vidimus mulierem. *Ruinartius.*

z *In Valcel. additur:* Explicit de ſancto Venantio.

A. GREG. RURON.

AUCTORE J. B. F.

DE SS. FYNCANA ET FINDOCHA VIRGINIBUS IN HIBERNIA

Ex Faſtis Sacris.

CIRCA AN. DXXVI VEL DCCXVI. *Sanctas haſce, licèt à quibuſdam*

DE SS. Fyncana *ſeu* Fincana & Findocha, *quarum prior die* 21 *Auguſti, altera* 31 *Maii in Scotico Camerarii Menologio, ùt in Prætermiſſis ad dictos dies in Opere noſtro indicatum eſt, annuntiantur, inter auctores, qui ipſas in ſuis Faſtis Sacris hac die*

B *commemorant, non convenit; alii enim* Fyncanam *non cum* Findocha, *ſed cum Otha annuntiant; alii* Fyncanam & Findocham *ſynonymas eſſe autumant. Ac in primis Dempſterus lib.* 6 *Hiſtoriæ Eccl. Gentis Scotorum* S. Fyncanam, *quam* Fintanam *vocat, cum S. Otha hac die ſic celebrat:* S. Fintana virgo ſub Conrano rege ſanctimonialem induta, eodem in cœnobio cum S. Otha continentiſſimè vixit, eodemque die communi etiam æde ſacra commemorationem meruit. Acta perierunt. Claruit anno DXXVI. *Deinde eodem die de* S. Findocha *hæc habet:* S. Findocha virgo magnâ ſanctitatis famâ ſub rege Conrano dicitur floruiſſe, ac neſcio, an non una ea ex S. Donevaldi filiabus ſit, ſi vera eſt quorumdam ſupputatio. Vivebat anno DXXVI. *Verùm, ſi hæc Sancta S. Donevaldi, de quo in Opere noſtro ad* 15 *Julii actum eſt, filia fuerit, non anno* 526, *ſed ſeculo* VIII *floruit, quo tempore S. Donevaldum exſtitiſſe, Hiberniæ ſcriptores referunt. Caſtellanus in Univerſali Martyrologio de S. Otha nullam mentionem facit, &*

C *Sanctas noſtras, quarum primam* Frinſecam, *alteram* Frudocham *nominat, ſequentibus verbis Gallicis, hic Latinè redditis, ſejunctim commemorat:* Athrymæ in Lagenia, Hiberniæ provincia, S. Frinſecæ virginis, cujus ibidem reliquiæ cum ſeptemdecim Sanctorum, quos inter tres Ædi vocantur, reliquiis honorantur. *Deinde:* In Scotia S. Frudochæ virginis.

2 *Ferrarius in Generali Sanctorum, qui in Martyrologio Romano deſiderantur, Catalogo* S. Fyncanam *cum S. Otha*, S. Findochæ *memoriam nuſquam celebrans, paucis hiſce verbis annuntiat:* In Scotia ſanctarum virginum Fintanæ & Othæ. *Eamdem Arturus à Monaſterio in ſuo Gynæceo annuntiationem facit; verùm in Annotatis ſequens ipſis elogium texit, in quo* Fintanam, *quam à* Findocha *haud diſtinguit, & Otham duas S. Donevaldi filias eſſe, cum Hectore Boëtio, Gonono & Leſlæo aſſerit.* Patrem, *inquit*, habuerunt S. Donevaldum, Scotum eremitam; his autem arctiſſimâ vitâ degentibus, panis hordeaceus cibus fuit & aqua potus; ſemelque dumtaxat in die exiguo reficiebantur cibo; perpetuæ ferè orationi, aut rei ruſticæ, quò tenuem vitam ſuſtentarent, deditæ, ſicque in ſolitudine Ogilvy, ſimul cum patre ſanctiſſimè vixerunt. Ipſo autem defuncto, haud tutum ratæ, ſolitudinem ſine caſtitatis cuſtode inhabitare, Ganardum Pictorum regem adeuntes, habitandi locum quærunt, ut Chriſto, cui tenera ab ætate virginitatem ſacraverant, à virorum ſemotæ conſortio, liberiùs ſervirent. Rex piis Virginum poſtulatis annuens, Abernethi ædes cum oratorio, reddituſque ex proximis

E agris ad ſumtus eiſdem liberè erogavit; illicque monaſterium ingreſſæ, poſt religioſam vitam, Deoque gratiſſimam exactam, beato fine quieverunt, & ad immenſæ quercûs radicem ſunt ſepultæ. Oſtenditur etiamnum locus Chriſtiano populo, illic religionis causâ confluenti, in multa veneratione habitus.

3 *Atque ad dicti elogii calcem* Fintanam *quandoque* Fincanam, Frinſecam & Findocham, *Otham verò* Mazotam *nominari, illaſque circa reparatæ Salutis noſtræ annum* 716 *floruiſſe refert. Verum eſt, Boëtius, dum libro Hiſtoriæ Scoticæ, S. Donevaldum cum novem filiabus ſanctiſſimè vixiſſe, ſcribit, harum duas natu majores* Mazotam & Fintanam *appellat; at non inde fit conſectarium,* Fyncanam & Findocham *unam eamdemque eſſe virginem, & Otham à Mazota, quæ in Breviario Aberdonenſi* 23 *Decembris celebranda præſcribitur, haud eſſe diverſam. Deinde, duas S. Donevaldi natu majores filias* Mazotam & Fintanam *vocatas fuiſſe, non conſtat; Boëtius & Arturus à Monaſterio id quidem ſcribunt, verùm nulla documenta, quæ nos hac de re certiores reddant,* F *afferunt. Si re ipſa hæ duæ natu majores S. Donevaldi filiæ Mazota & Fintana nominatæ fuerint, ut quid alii Scoti ſeu Hiberni ſcriptores, dum de S. Donevaldo deque ejus filiabus ſermonem habent, nullam ex ipſis nominent? Cur ipſe Dempſterus, qui, ùt ſuprà num.* 1 *vidimus, an* Findocha non ſit una ex S. Donevaldi filiabus, *dubitat, in eodem Opere, dum S. Donevaldi ipſiuſque natarum ad* 15 *Julii elogium condit, illas non nuncupet?*

tamen Breviarii Aberdonenſis auctoritate,

4 *Quæ cùm ita ſint, laudatis auctoribus haud adhæremus, ſed Breviarii Aberdonenſis auctoritate fulti, in quo* Fyncanæ & Findochæ *Officium Eccleſiaſticum in ea eccleſia olim* XIII *Octobris uſitatum fuiſſe legitur, haſce Sanctas nequaquam ſynonymas, ſed diverſas eſſe credimus.* Eodem die (XIII *Octobris*) *fert dictum Breviarium*, de ſanctis virginibus Fyncana & Findoca ſub rege Conrano anno 526 vel 716 novem Lectiones, omnia de Communi plurimarum Virginum cum hac Oratione: Author virginitatis Domine Jeſu Chriſte, noſtrorum mentis & corporis conſerva caſtitatem, & ſanctarum virginum tuarum Fin-

diverſas cultuque olim in ea eccleſia gaviſas fuiſſe credimus.

ſynonymæ dicantur,

docæ

docæ & Fyncanæ interceſſione & meritis earum ſancto conſortio jungamur in cæleſtibus. Per Dnum &c. *Cùm ex hiſce dicti Breviarii verbis, venerationem Sanctis noſtris aliquando exhibitam fuiſſe, conſtet, videmur fundamenti ſatis habere, ut iis in Opere noſtro locum concedamus; at ſufficientia documenta deſunt, ut cum Boëtio & Arturo à Monaſterio, illas S. Donevaldum patrem habuiſſe, dicamus. Quod verò ad Otham ſpectat, quam à Dempſtero, Ferrario & Arturo à Monaſterio hâc die commemoratam videmus, quamque laudatus Arturus unam eamdemque eſſe ac Mazotam contendit, res hæc 23 Decembris, quo die S. Mazota in eccleſia Aberdonenſi, ùt diximus, olim colebatur, inquiri poterit. Notatum interim velim, mihi huc uſque de ipſius cultu haud ſatis conſtare, ut ipſi in Opere noſtro locum tribuam; proinde ſi hanc à Mazota diſtinguendam eſſe, fuerit tunc probatum, inter Prætermiſſos erit reponenda.* AUCTORE J. B. F.

DE S. CONGANO AB. CONF.

IN SCOTIA

E Breviario Aberdonenſi & Martyrologiis. C. B.

B

VEROSIMILIUS SEC. VIII INITIO. *S. Comganus, in Curcnia hodie cultus, qui, quamvis cum S. Congano, ad 2 Auguſti culto,*

Um non rarò fiat, ut unus idemque Sanctus duobus diebus diverſis colatur Faſtiſque Sacris exſtet inſcriptus, enimverò, an S. Comganus *abbas, quem in Curcnia, Occidentali Mediæ regione, hac* XIII *Octobris die coli, Colganus in quarta ad S. Columbæ, abbatis Hienſis, Vitam Appendice cap. 2, num.* 13 *è Mariano Gormano & Maguiro, itemque è Tamlactenſi & Dungallenſi Martyrologiis docet, unus idemque cum S. Comgano, qui, ùt loco cit. idem Colganus ait,* 2 *Auguſti die colitur, non ſit, deceſſores noſtri olim haud immeritò ad eamdem ſecundam menſis hujus diem in Prætermiſſis, dierum, quibus ſeu unus ſeu geminus Comganus colitur, diverſitate inſuper habita, revocárunt in dubium; rei autem, quam ulteriùs diſcutiendam inde huc remiſêre, certò decidendæ ac extra omnem controverſiam ponendæ necdum quid ſat aptum, diligentiſſima licèt facta indagine, reperire quivi, nec facilè repertum iri, puto.*

C

unus idemque certò eſſe vel certò non eſſe haud videatur.

2 *Cùm enim nihil planè, quod ad Comgani, ſecunda Auguſti die culti, vitam geſtave ſpectet, noſcatur, unde, quæſo, illum cum* Comgano, *hodie culto, certò exſtitiſſe vel non exſtitiſſe eumdem, tutò ac commodè abſque errandi periculo elicere quis queat? Fuiſſe Comganum, qui* 2 *Auguſti colitur,* Celde, *id eſt,* Culdeum *ſeu* Dei-Colam *cognominatum, Colganus loco cit. prodit; verùm apud antiquos Scotos, quorum patria, utì eruditorum etiam vulgo notum eſt, erat Hibernia, vel univerſi, ùt nonnullis placet, Deo conſecrati homines, vel ſoli, quemadmodùm aliis (Cangium in mediæ & infimæ Latinitatis Gloſſario ad vocabulum* Colidei *conſule) eſt viſum, ſeu monachi, ſeu presbyteri, nondùm monachi,* Kel-de *ſeu* Culdei *fuêre nuncupati; quare, ſi primum obtinuerit locum, tam* S. Comganus, *qui hodie, quàm S. Comganus, qui ſecundâ Auguſti colitur,* Kel-de *ſeu* Culdeus *potuerit cognominari; quòd ſi autem ſoli ſeu monachi ſeu presbyteri nondum monachi dicti fuerint* Culdei, *cognomentum iſthoc Comgano, ſecundâ Auguſti culto, at non itidem* Comgano, *qui hodie colitur, adhæſiſſe, ſola Colgani, id abſque teſtimonio ſat antique indicantis, auctoritate credendum non eſt. Quare, quidquid de* Kel-de *ſeu* Culdei, *quod Comgano, ſecunda Auguſti die culto, fuerit tributum, cognomento ſit, nec inde etiam omnis, anne hic cum* Comgano, *hodie culto, unus idemque haud ſit, tollitur ambigendi locus; ut proinde deceſſores noſtri, omnibus conſideratis, meritò adhuc de re dubitare potuiſſe videantur.*

F

3 *Verùm, etſi ſic habeat, veroſimillimè tamen* S. Comganus, *hodie in Curcnia Hiberniæ regione, ùt Colganus ait, cultus, à Comgano, ſecunda Auguſti die culto, exſtiterit ob jam nunc dicenda diverſus. In Ms., qui penes nos exſtat, Sanctorum Scotiæ Catalogo ſeu potiùs Kalendario* S. Conganus *abbas, Turravienſis in Buchania, Scotiæ hodiernæ Septentrionalis provincia, patronus hodie ſignatur, habetque hodie pariter in eccleſiæ cathedralis Aberdonenſis, quod anno* 1509 *Edemburgi typis Valteri Schepman fuit excuſum, quodque in ecgrapho, manu exarato, penes nos exſtat, Breviario eccleſiaſticum novem Lectionum Officium; etſi autem inter* Congani & Comgani *nomina literulæ unius diſcrimen intercedat, hunc tamen, quem hodie in Curcnia, Hiberniæ regione, coli, Colganus loco ſuprà cit. ait, cum* Congano, *quem in cathedrali Aberdonenſi Scotiæ eccleſia hodie pariter coli olimve certè coli ſoluiſſe, mox laudatum hujus Breviarium fidem facit, unum eſſe atque eumdem, perſuaſum mihi vel ex eo habeo, quòd ambo unâ eâdemque hodiernâ die utrobique è jam dictis colantur olimve certè culti fuerint. Scio quidem, fieri poſſe, ut Sanctus, qui determinato quopiam die ac loco colitur, à nominis ejuſdem Sancto, qui eodem die alibi colitur, ſit diverſus, hincque adeò & ille conſtituant Sanctos duos, qui, quamvis homonymi eodemque die culti, invicem tamen ſint diſtincti; verùm id, quod equidem non niſi rariſſimè accidit, in* Comgano, *qui in Hibernia, &* Congano, *qui in Scotia hodiè colitur, habere reipſa locum, ac proin hunc cum illo unum eumdemque haud eſſe, credendum abſque gravi ratione non eſt; ratio autem hujuſmodi allegari hoc in caſu poſſe haud videtur.*

F

veroſimillimè tamen, quòd cum S. Congano, in cathedrali Aberdonenſi olim culto,

4 Comganus *quidem, qui à Colgano memoratur, in Hibernia,* Conganus *verò, qui eccleſiaſticum in Aberdonenſi Breviario habet Officium, in Scotia abbatem egiſſe creditur; verùm, ut plures*

unus idemque, uti hic adducta ſuadent, videatur,

AUCTORE C. B.

plures alii feciſſe leguntur, ita etiam Conganus *ex Hibernia, relicto, cui ibidem præerat, monaſterio, in Scotiam, ubi abbatem pariter egerit, ſeceſſiſſe poteſt, idque eum re etiam ipſa feciſſe, in animum induco, eò vel idcircò impulſus, quod verè ex Hibernia in Scotiam cum nonnullis aliis trajeciſſe ibidemque in Erchadia ſeu potiùs (neque enim ullam nominis hujus ſeu regionem ſeu provinciam in Scotia invenio) in Argadia ſeu Argatelia, vulgò* Argile, *Scotici regni, quæ Hiberniæ adjacet, provincia, vitam ſolitariam duxiſſe, in Aberdonenſi mox iterum laudato, in quo &* abbas *vocatur, Breviario tradatur.* Conganus *quidem, ſi plena huic in omnibus fides adhibenda ſit, in Hibernia, priuſquam inde in Scotiam trajiceret, non abbas, ſed rex exſtiterit, idque certè, quod & omninò, utì infrà docebo, commentitium appa-*
B *ret, abſque vade antiquo, quo caret, credendum non eſt; verùm, etſi ſic habeat, hinc tamen, niſi omnia etiam & ſingula, quæ in Breviario Aberdonenſi de* S. Congano *narrantur, pro fictitiis pariter, quod veroſimile haud apparet, ſint habenda, impediri nemo debet, quò minùs* Comganum, *hodie in Hibernia cultum, inde in Scotiam trajeciſſe, ac proin ob jam dicta cum* Congano, *in cathedrali Aberdonenſi eccleſia hodie pariter olim culto, unum eumdemque eſſe exiſtimet. Et ſanè eum, qui ita æſtimárit, nihil niſi quod veritatis ſpeciem apertiſſimè præ ſe ferat, opinaturum, haud gravatè, ni fallar, unuſquiſque agnoſcet, qui, quæ jam allegavi, attentè expenderit.*

à dicto Congano, 2 Auguſti culto, & à Comgano Glinnuſſenſi diverſus,

5 *Jam verò, cùm ſic habeat ac* Conganus, *in cathedrali Aberdonenſi eccleſia hodie olim cultus, è vivis demùm, utì infrà oſtendam, ſub ſec.* VIII *initium exceſſerit, conſectarium ſit, ut, qui cum hoc Scotiæ abbate unus idemque veroſimillimè è jam dictis eſt* S. Comganus *abbas, in Hibernia, ùt Colganus docet, hodie pariter cultus, tam à S. Congano, Glinnuſſenſi abbate, in Opus noſtrum ad* XXVII, *quâ colitur, Februarii diem jam illato, quàm à S. Congano, S. Columbæ, abbatis Hienſis, apud Colganum in Triade pag. 478 & ſeq. memorato nepote veroſimillimè, cùm horum quidem prior ante annum, utì à nobis de eo ad dictam Februarii diem adducta evincunt,* 569, *poſterior verò anno, ùt Colganus loco proximè cit. docet,* 663, *vel certè ſec.* VII *obierit, ſit diverſus ſeu diſtinctus; hinc autem, cùm S. Conganus, S. Columbæ, abbatis Hienſis, nepos, vel cum S. Comgano, cognomento* Culdeo, *qui* 2 *Auguſti, vel cum* S. Comgano, *monaſterii de Cluainchonnaidh abbate, qui hodie in Hibernia colitur, unus idemque, ùt loco cit. Colganus tradit, exiſtat, conſectarium ulteriùs ſit, ut horum poſterior, utpote à S. Comgano, S. Columbæ abbatis nepote, è jam dictis diverſus, à S. Comgano, cognomento* Culdeo, *qui* 2 *Auguſti colitur, diverſus pariter ſit.*

C

contráque eadem de cauſa cum Sanctis ſibi homonymis hic memoratis unus idemque exſtiterit,

6 *Porrò, utì ex eo, quòd* S. Conganus, *in cathedrali Aberdonenſi eccleſia hodie olim cultus, veroſimillimè cum* S. Comgano, *in Curcnia Hiberniæ regione hodie pariter culto, unus idemque ſit, veroſimillimè eſſe hunc & à S. Comgano, Glinnuſſenſi abbate, & à S. Comgano, S. Columbæ Hienſis abbatis nepote, diverſum ſeu diſtinctum, rectè, ùt jam docui, conſequitur, ita etiam inde eumdem, nec à Congano, ſeu, ut, nomine paululùm immutato, vocatur, Co-*
D *gano, qui ad* XX *Februarii diem, utì ad hanc in Prætermiſſis monuimus, à Camerario de Scotorum Pietate refertur, nec à Cogano, qui ad* XXIX *Septembris diem, utì ad hanc in Prætermiſſis pariter monuimus, Martyrologio Anglicano, anno* 1608 *excuſo, exſtat inſcriptus, diverſum eſſe ſeu diſtinctum, non ineptè inſuleris. Coganus enim, à Camerario memoratus, S. Kentigernæ, utì hìc ait, exſtitit frater; quare, cùm* Conganus, *in cathedrali Aberdonenſi eccleſia hodie olim cultus, in eccleſiaſtico, quo in hac honorabatur, Officio* S. Kentigernæ frater *etiam vocetur, dubitandum non eſt, quin utrobique de uno eodemque Cogano ſermo inſtituatur. Quod modò ad Coganum, à Mrl. Anglicano ad* XXIX *Septembris diem in Scotia annuntiatum, ſpectat, hic non in Hibernia, in qua, qui hodie in cathedrali Aberdonenſi eccleſia olim colebatur, natales adeptus eſt* Conganus *abbas, ſed in Scotia natus in Anglicano iſto Hagiologio diſertè traditur; verùm, cùm hujus auctor recentiori dumtaxat ævo floruerit, in re adeò antiqua fidem indubitatam ſibi neutiquam adjungit, cúmque à probatæ fidei ſcriptoribus abbas, nomine* Coganus *ſeu* Conganus, *qui cultu eccleſiaſtico in Scotia vel gaudeat vel aliquando fuerit gaviſus, nullus omninò præter* Conganum, *in cathedrali Aberdonenſi eccleſia hodie olim cultum, memorari inveniatur, veroſimillimè cum hoc ac proin, utì è jam dictis conſequitur, & cum* Comgano, *hodie, ùt Colganus loco jam ſæpiùs cit. docet, in Curcnia Hiberniæ regione culto, tam Martyrologii Anglicani, quàm Camerarii Coganus unus idemque eſt.*

omnibus Faſtis ſacris hìc citatis inſcriptus: ac porrò in Scotia etiam coli

7 *Nec dubitandum apparet, quin cum* Congano, *in cathedrali Aberdonenſi eccleſia olim culto, unus idemque pariter ſit* Conganus *abbas, hodie in Uſuardino apud Sollerium Greveni Auctario, non expreſſo, quo vel colatur vel floruerit, loco, memoratus; cùm autem ſic habeat, ex eo, quòd & hic & alii jam relati nominis ejuſdem Sancti à* S. Congano *in cathedrali Aberdonenſi eccleſia hodie olim culto, cum quo, ùt jam docui,* S. Comganus, *in Curcnia Hiberniæ regione hodie pariter cultus, unus idemque veroſimillimè eſt, diverſi non ſint, conſectarium etiam ſit, ut hic non tantùm ſuprà memoratis Tamlactenſi & Dungallenſi Marianique Gormani & Maguiri Martyrologiis,* F *ſed & mox cit. Uſuardino Auctario Camerariique item de Scotorum Pietate libro & Martyrologio Anglicano, quibus & ſuprà laudatum Sanctorum Scotiæ Kalendarium ob eamdem rationem addendum, cenſendus ſit inſcriptus. Nec tantùm proximè etiam memoratis Faſtis Sacris inſcriptus, ſed & cultu publico Turravii in Buchania, itemque in cathedrali Aberdonenſi eccleſia, imò & in toto Scotiæ hodiernæ regno gaudere aut certè gaviſus olim fuiſſe exiſtimandus etiam eſt.*

certève olim, & quidem novem Lectionum Officio, cultus fuiſſe eſt cenſendus.

8 *Multa enim, quæ modò, infelici invecta in religionem mutatione, ſunt exciſa, ſacella altariaque nomine ſuo inſignita in toto iſto ſparſim regno habuiſſe* Coganus, *Martyrologio Anglicano inſcriptus, cum quo, ùt dictum, unus idemque eſt, diſertè in hoc aſſeritur,* Conganusque, *cum quo pariter, ùt jam ſæpiùs monui, unus idemque eſt, hodie, ùt num.* 3 *jam docui, & veluti Turravienſis in Buchania patronus atque adeò veluti loco iſthoc cultus, in Sanctorum Scotiæ Catalogo ſeu Kalendario*

A *lendario mox iterum laudato memoratur, & in Aberdonenſi, quod in inſignis nominis hujus cathedralis totiuſque adèò Scoticanæ eccleſiæ uſum anno* 1509 *excuſum notatur, Breviario eccleſiaſticum novem Lectionum habet Officium, in quo ſtatim poſt titulum, quo in Tureff, eo ipſo videlicet, ni fallar, mox nominato* Turraviique *appellatione diſtincto Buchaniæ in Scotia loco præcipuè coli indicatur, ſequens de eo Oratio recitanda proponitur:* Deus, qui B. Conganum, pium paſtorem, confeſſorem pariter & abbatem, præclaris decorâſti miraculis, præſta, quæſumus, ut ejus meritis patrociniisque ſuffulti ad cæleſtia mereamur gaudia pervenire. Per Dominum &c. *Orationi huic dein Lectiones ſex de Sancti geſtis propriæ ſubduntur, ac tum ſeptima de expoſitione Euangelii* Nemo accendit lucernam, *reliquaque omnia de Communi unius Abbatis & Confeſſoris aſſignantur. Lectiones iſtas ſex* S. Congano *proprias lectori, cùm præſtantiora, è quibus hunc illius geſta edoceam, monumenta ſeu ſcripta haud ſuppetant, ſerie non interrupta,*

B *prout apud nos in Ms. dicti Breviarii exemplari exſtant, hic exhibeo, meum deinde de iis, quæ complectuntur aut tradunt, ſubnexurus judicium.*

Harum ſex Sancto propriæ,

9 *Sic habent:* Conganum, Kentigernæ matronæ germanum, B. Foëlani abbatis chariſſimum eſſe ferunt avunculum. Hîc illum ex Scotorum Hybernenſium & Lagenienſium regali genealogia deſcendiſſe & ab adoleſcentia militiæ deditum, arcu & equitum curſu exercitatum tradidit hiſtoria. Sed utriſque orbatus parentibus regnum paternum legibus & armis gubernandum, rempublicam ipſam & ejuſdem utilitatem cunctis domeſticis rebus & commodo ſingulari præferendam eſſe cenſuit & ordinavit. Catholicam fidem ſervandam & Dei ſanctam Eccleſiam decorandam, Deo decimas ſolvendas & oblationes frugum terræ ſalutiferas Eccleſiæ ſacerdotibus tradendas ſtatuit, & ſibi ſubjectis hæc & ſimilia palàm inviolabiliter ſervanda judicavit. Interea dum beatus ipſe Conganus adeò regnum, ſibi à Deo commiſſum, in pace & tranquillitate collocaret, ut omnes, qui ſuæ juriſdictioni traditi

C fuerant, ſub Dei lege vivebant, invicem nemini injuriam inferentes in tantum, quod ejus doctrinâ & lege omnes Deo magis ſerviendum quàm mundo præcligerent. Sed, quia bonorum operum inſidiator inimicus eſt, ille inveteratus in vicinos conreges ſeu regulos zizania ſeminavit, & adverſus B. Conganum dira excitavit bella, & ad ſuum regnum vi & armis depopulandum & deprædandum illorum animos commovit.

hîc exhibentur,

10 Bello autem concitato & multis ferro & ſagittis ultrò citróque peremptis, Conganus tantam innocentum ſanguinis aſperſionem videns in fugam vertitur, & per hoſtes fugatus in pede ſagittâ percuſſus eſt; ſed illorum manus divina virtute alia abſque læſione evaſit. Regno paterno & ipſius vanâ gloriâ derelictis, religionem ingreditur, & cum Kentigerna ſorore ſua, matrona Deo deditiſſima & filiis ejus Foëlano, Furiæo & Ultano, viris Deo chariſſimis, ac ſeptem clericis aliis in Scotiam navigio pervenit, & ad locum, qui Lochelch dicitur, in Erchadia Boreali, ubi acerrimam duxerat vitam, Chriſtianam ubique annuncians fidem, ſolitariam vitam ducere regio præelegit palatio, & humili indutus cucullo caſtitatis aliis relinquebat exemplum. Quare eo in loco paulò pòſt ob ſanctitatem avunculi ſui beatus ipſe Foëlanus eccleſiam in ejus honore conſtruxit, ubi in præſens usque hodie ab illius terræ incolis beatus ipſe Conganus colitur & veneratur; qui poſt longam & diuturnam hujus vitæ miſeriam ſub regula & habitu monachali ſanctè & devotè vivendo ſpiritum Deo reddidit & in Iona ſepultus eſt inſula. AUCTORE C. B.

nonnulliſque, quæ in has

11 *Tales ſunt, in quas qualiſcunque* S. Congani *abbatis Vita in Breviario Aberdonenſi hodie dividitur, Lectiones priores ſex. En modò, quod meum ſit de iis, quæ tradunt, judicium. Horum nonnulla, imò pleraque, è populari dumtaxat traditione hauſta videntur. Sanè inde, quod initio ſcribit, ſeſe hauſiſſe, ipſemet, qui Lectiones illas contexuit, auctor indicare videtur ſequentibus hiſce, quod ibidem memorat, verbis exponens:* Conganum, Kentigernæ matronæ germanum, B. Foëlani abbatis clariſſimum eſſe ferunt avunculum. *Beatus Foelanus ſeu Filanus abbas, in Opus noſtrum ad diem, quâ in Sanctorum Scotorum Menologio à Camerario, in Kalendario Scotiæ ab Adamo Regio & in Generali Sanctorum Catalogo à Ferrario memoratur,* IX *Januarii jam illatus, in Vitæ ſuæ epitome, quæ ibidem è Camerario profertur, è Kentigerna matre ſanctiſſima traxiſſe originem aſſeritur; quod ſi autem id veritati conjonet, conjectarium erit, ut ejus avunculus exſtitiſſe* Conganus, *Kentigernæ germanus, in Breviarii Aberdonenſis Lectionibus ſuprà huc tranſcriptus rectè dicatur; verùm fide integra vel utcúmque dignam eſſe dictam epitomen, nuſquam probatum invenio, nec Kentigernæ germanum exſtitiſſe* Conganum, *ſat certum apparet.* E

obſervari merentur,

12 *Id quidem etiam affirmat, dum de Sancta hac ad* VII *Januarii diem tractat, lib.* 3 *de Pietate Scotorum Camerarius; verùm, etſi, quæ hic de S. Kentigerna ſcribit, Bollandus noſter ante oculos habuerit, hanc tamen ad dictam* VII *Januarii diem inter Prætermiſſos retulit, ſeſe id facere inſinuans, quòd futurum ſperaret, ut certius quid fortaſſis de ea aliunde conſequeremur. Attamen, cùm non tantùm à Camerario & à Lectionum, quas de* Congano *Breviarium Aberdonenſe ſuppeditat, auctore, ſed & à Colgano, qui poſt editum à Bollando Januarium relatamque in hoc inter Prætermiſſos Kentigernam ſedulò, quæ ad ſanctam hanc viduam ſpectant, diſcuſſit ac vulgavit, frater ejus ſeu germanus exſtitiſſe* Conganus *dicatur, nec quemquam hactenus, qui contrarium contendat, repererim,* Conganum *re etiam ipſa fuiſſe S. Kentigernæ germanum, ſat probabile apparet, iiſque proinde, qui id ſibi perſuaſum habent, præfractè refragari nolim. Cùm verè itaque* S. Conganus *S. Kentigernæ, ùt apparet, exſtiterit germanus, oportet, ut ſimul hic à Scotorum Hibernenſium & Lagenienſium regulo ſeu rege genitus credatur. Kentigerna enim, ejus è jam dictis ſoror, è Kelleo Cuallann, Lageniæ rege, nata eſt, utì quæ Colganus, in Scotorum Hiberniæ Actis de S. Kentigerna ad* VII, *quâ hæc colitur, Januarii diem tractans, ibidem in Notis num.* 7 *ex Annalibus Dungallenſibus allegat, dant probatum. Verùm, etſi è Kelleo;* F

AUCTORE C. B. *Lageniæ rege*, Conganus *pariter, utì inde conjequitur, ſit natus, haud propterea tamen ipſe patri in regnum illud, utì in Lectionibus juprà huc tranſcriptis traditur, ſucceſſiſſe eſt credendus.*

In medium 13 *Omnes enim & ſingulos, qui à ſec.* VI *initio uſque ad ſeculum* XI, *media ſui parte jam elapſum, in Lagenia regnárunt, principes ſeu reges Colganus in Triade pag.* 598 *è diverſis horum Catalogis & Dungallenſibus Annalibus recenſet, neque tamen illos inter toto iſto temporis ſpatio, quo certè* Conganus, *ſi Lageniæ rex umquam fuiſſet, ibidem regnâſſet, rex ullus, nomine* Conganus, *occurrit; cùm autem ſic habeat, ac proin commentitium ſit* S. Congani *in Lagenia regnum, omnia pariter, quæ de illius in hoc geſtis, facta deinde ex eodem expulſione, adjunctiſque hanc comitatis à Lectionum auctore narrantur, commentitia ſint cenſenda. Nec abs hoc Furſæus & Ultanus, veluti S. Foilani, ex Kentigerna nati, fratres, veritate ſalva, potuerunt obtrudi; Foillanus enim, cujus fratres exſtitére*
B *Ultanus & Furſæus, ex eadem, ex qua hi, matre, quæ, non* Kentigerna, *ſed* Gelgehe (*Operis noſtri tom.* 2 *Januarii pag.* 45 *in Annotatis videſis*) *fuit vocata, eſt natus, utì ex ejus, Operi noſtro ad* XXXI, *quâ colitur, Octobris diem inſerendi Vita Ms., penes nos exſtante, intelligitur. Nec alia de cauſa SS. Furſæum & Ultanum S. Foillani, ex Kentigerna nati, fratres feciſſe videtur Lectionum auctor, quàm quòd S. Foillanum, Gelgehes filium, cum S. Foëlano ſeu Filano, ex Kentigerna nato, confuderit.*

Hic adductis, 14 *Aſt hunc abs illo eſſe diverſum, vel ex eo liquet, quòd prior quidem, utì, quæ ad primam Maii diem in S. Ultano & ad* XVI *Januarii in S. Furſæo jam docuimus, oſtendunt, inter Nivigellam Brabantiæ & Foſſam ſeu Foſſeam, ditionis Leodienſis oppidum, à latronibus fuerit occiſus; poſterior verò, poſt vitam ſolitariam in Scotia hodierna actam, in pago ibidem, utì ad* IX *Januarii diem Aberdonenſe, quod penes nos Ms. exſtat, quodque jam juprà plùs ſemel laudavimus, Breviarium, Camerariuſque ex hoc & Chronicis Paſtatenſibus* (*Operis noſtri tom* 1 *Januarii*
C *pag.* 594 *conſule*) *nos docet, migrârit ad Dominum. Atque hinc quidem & ex aliis jam allegatis, fidem indubitatam omnibus, quæ ſuprà datæ Breviarii Aberdonenſis de* S. Congano *Lectiones memoriæ produnt, adhibendam non eſſe, manifeſtum evadit; verùm, quid modò de loco Lochelch, quo hic in Erchadia Boreali vitam admodùm auſteram duxiſſe in iiſdem Lectionibus traditur, dicamus? Locum iſtum in nullis uſquam Scotiæ Tabulis geographicis notatum invenio; quod autem ad Erchadiam, in qua ſitus fuerit, ſpectat, errorem in nomine iſto cubare huicque nomen Argadiæ* D *ſeu Argatelicæ, vulgò* Argile, *ſubſtituendum eſſe, num.* 4 *jam monui.*

tempus, quo Conganus obierit, 15 *Modò ſupereſt, ut, cùm inſula Jona, in qua Sanctus ſepultus aſſeritur, ſatis ſuperque vel è ſolo monaſterio, à S. Columba ibidem exſtructo, ſit nota, hic dumtaxat de tempore, quo* Conganus *obierit, pauca adhuc, quò id utcúmque determinem, lectorem edoceam. Leſlæus de Rebus geſtis Scotor. lib.* 4 *in Solvathio,* 64, *ùt ſtatuit, horum rege, ſic ſub finem ſcribit:* Circa hæc tempora viguêre apud Scotos viri doctrinâ & religione inſignes, Macarius, epiſcopus vigilantiſſimus, ... Divinicus archidiaconus, Coganus & Dunſtanus abbates, quanquam non deſunt, qui hos ſanctiſſimos Viros in alia tempora rejiciunt. *Cùm Solvatium ab anno* 768 *uſque ad annum* 788 *regnáſſe, laudatus auctor ſcribat, eo circitèr temporis ſpatio, quod à priori ad poſteriorem è duobus iſtis annis excurrit,* Coganum *ſeu* Conganum *abbatem alioſque, quos per verba modò recitata memorat, floruiſſe, hiſce indicat, neque tamen, cùm loquendi, quâ utitur, methodus latitudinem aliquam patiatur, Wiono & Martyrologii Anglicani ſuprà cit. auctori, quorum alter obiiſſe, alter floruiſſe anno circiter* 760 Coganum *ſeu* Conganum *ſcribit, contrarius eſt cenſendus.*

utcúmque determinatur. 16 *Verùm, etſi ſic habeat, videtur tamen* Congani *obitus ſeculi* VIII *initio potiùs repo-* E *nendus; quod ut opiner, movent me Dungallenſes Annales, à Colgano in Sanctorum Hiberniæ Actis ſæpiſſimè laudati. In illis enim, utì hic ibidem ad* VII *Januarii diem in Notis ad S. Kentigernam num.* 7 *docet, ad annum* 713 *ſic ſcribitur:* Killeus Cuallann, filius Girthei, rex Lageniæ obiit; *ac deinde ad annum* 728: Coentigerna, filia Killei Cuallann, obiit; *cùm autem Kentigerna, quam anno* 728 *ſeu ſec.* VIII *nondum admodùm provecto obiiſſe, laudati Annales ſic tradunt, probabiliter, ùt ſuprà docui, exſtiterit* S. Congani *ſoror, hunc quoque non anno circitèr* 760 *aut* 780, *ſed ſec.* VIII *nondum pariter admodùm provecto obiiſſe, veroſimiliùs ob dictorum Annalium auctoritatem apparet. Hi quidem ſub ſec. demùm* XVII *initium fuerunt digeſti, verùm, cùm equidem à viris, Hiſtoriæ Hiberniæ tum ſacræ tum profanæ peritiſſimis, nec niſi è vetuſtioribus & probatioribus patriæ Chronicis & Annalibus, ùt Colganus in Præfatione, Sanctorum Hiberniæ, qui tribus prioribus anni menſibus coluntur, Actis præmiſſa, docet, ſint confecti, hinc ſanè illis potiùs, quàm Leſlæo aliiſque mox laudatis ſcriptoribus, qui nec diu ante idem ſec.* XVII *floruêre, nec, ùt apparet, è monumentis adeò probatis ſua accepére, fides ea in re videtur adhibenda.*

A

AUCTORE J. B. F.

DE S. LEOBONO CONF.

SALANIACI, IN LEMOVIC. GALLIÆ PROVINCIA

SYLLOGE.

Sancti cultus: Officium ecclesiasticum: tempus, quo floruerit, incertum.

SEC INCERTO. *Sanctus, cujus memoria in paucis Mrll.,*

LEmovicensis provincia inter varios Sanctos, quos suo sinu religiosè complectitur & cælo peperit, gaudet etiam sacro S. Leoboni *corpore, qui in pago, qui* Salagnacum, *aliis* Salamacum *& a recentioribus* Salaniacum *dicitur, Lemovicis tribus leucis distante, eremiticam vitam duxit, ibidem obiit, quiescit & colitur. Castellanus in Martyrologio Universali illum decimâ tertiâ Octobris sequentibus verbis Gallicis, quæ Latinè reddita sic sonant, annuntiat:* Salaniaci, in Lemovicensi provincia, S. Leoboni Solitarii. *Eodem die Andræas Saussayus in Martyrologii Gallicani parte* 2 *ipsum in Aquitania, in qua Galliæ regione Lemovicensis provincia continetur, sic commemorat:* In Aquitania sancti Leoboni confessoris & eremitæ, qui se, mulierculâ procaci ad ipsum tentandum immissâ, non algore ùt sanctus Franciscus, non spinis ùt sanctus Benedictus; sed prunis ardentibus tutatus est; indeque Salaniacum venit, ubi vitam magna sanctitate finivit.

Salaniaci & Petrocorii hac die colitur,

2 *Licèt martyrologorum nullus, si duos statim laudatos exceperis, Sancti nostri memoriam celebrent; non ideò* Leoboni *sanctitas & cultus ejus in ecclesia Lemovicensi desinit esse certus. Omne enim dubium Breviarium Lemovicense tollit, quod anno* 1625 *impressum habemus, in quo ipsius Officium novem Lectionum,*

C *quarum tres mediæ ipsi Sancto propriæ habentur, die decimâ quartâ Octobris celebrandum præscribitur. Eodem etiam ritu, at ejusdem mensis die decimâ tertiâ, quotannis ipsius memoriam in ecclesia Petrocoriensi honorari, docet nos dominus Armandus Gerard, canonicus Sarlatensis, in Nota, quam Lectionibus, in hac ecclesia de Sancto nostro recitari solitis, subjecit, quasque laudatus dominus ex veteri Breviario Petrocoriensi descriptas ad Majores nostros transmisit. Bernardus Guidonis in Miscellaneis de Sanctis Lemovicensibus apud Labbeum in Bibliotheca tom.* 1, *pag.* 634 S. Leoboni *festum Salaniaci, ubi ipsius sacrum corpus asservatur, non* XIV *Octobris, ùt in ecclesia Lemovicensi fit, sed ejusdem mensis* XIII *die, quæ ipsi, ùt ex Officio infrà recudendo patescet, anniversaria est, quotannis celebrari, sic refert:* S. Leobonus confessor, tamquam thesaurus Domini pretiosus, in Burgo castri Salamaci custoditur, cujus ope ardentium multi sanantur ad ejus tumulum.

Hic Pater insignis vim sacri destruit ignis
ac infirmorum flammas simul & vitiorum.

Signis innumeris subveniens miseris.

Hujus gesta præclara habentur ibidem. Festum ejus recolitur tertio idus Octobris.

quo etiam die in ecclesia Lemovicensi Officio, quod hic

3 *Qua ratione in ecclesia Lemovicensi eodem die, quo Salaniaci colitur, & quo æternam virtutum suarum in cælis mercedem recepit, Sanctorum honoribus non afficiatur, frustrà quæsivi. Utut sit, cùm hac die, quæ ipsi anniversaria est, Salaniaci, ubi honorificè quiescit, ipsius festum celebretur, hodie de ipso in Opere nostro agere visum est, atque Lectiones, quæ de* S. Leobono *Lemovicis recitantur, cùm ipsius res gestas, quæ, ùt Bernardus suprà cit. refert, Salaniaci asservabantur, temporum injuriâ deperditas esse, Majoribus nostris laudatus Gerard scribat, pro Actorum compendio hic recudere.* LECTIO IV. Leobonus, abjectis sæculi curis inanibus, cælestis vitæ genus in terris ducere instituens, in monte agri Lemovicensis non longè à vico, cui nomen Fursàcum est, secessum elegit. Quo in loco pervigil in orationibus, in tentationibus fortis, mente, verbis & toto corporis habitu humilis, in victu sobrius, pauper spiritu castitatem animi & corporis sedulò coluit. Ejus virtutis præclarum specimen dedit, cùm, muliere, quæ eum ad stuprum sollicitaret, in tuguriolum illius noctu ab impudentibus adolescentibus immissa, prunis ardentibus illæsus incubuit, eamque, ut idem faceret, hortatus, miraculo attonitam in fugam convertit. LE-

F CTIO V. Explorata ab iis miraculi veritate, qui procacem mulierem ad flagitium impulerant, iisdem veniam petentibus, puriſſimique Viri sanctitatem mirantibus, ex animo pepercit. Cùm tamen ibi diutiùs subsistere tutum non esse crederet, Salaniacum se contulit, ubi locum instituto suo idoneum nactus, mutato solo, non proposito, reliquum vitæ tempus vigiliis, jejuniis, rerum divinarum contemplatione aliisque perfectioris vitæ Christianæ virtutibus gnaviter impendit. Tertio Idus Octobris ad Beatorum præmia vocatus.

datur, ecclesiastico gaudet.

4 LECTIO VI. Mortui Leoboni gloriam pluribus miraculis Deus illustravit, quo in genere notissima sunt, quæ anno nongentesimo nonagesimo quarto edita esse, priscis consignatum est monumentis; eo enim tempore cùm subcutaneus igris, ignotum morbi genus, per totam ferè Aquitaneam hominum corpora, frustrà adhibitis medicorum remediis, depasceret, solemnis supplicatio Lemovicis est indicta, eóque ex universa Lemovicensi provincia Sanctorum reliquias deportandas

AUCTORE J. B. F.

tandas edixit Hilduinus episcopus. Quare ne officio deessent Salaniacenses, utique sancti Leoboni cum aliis ad Deum valeret oratio, capsam ejus loco moverunt, eâque apertâ, ossa in eâ condita vino abluerunt, ægrotis nonnullis postmodùm salutari. Sed & juvenes duo in itinere, dum sacrum corpus Lemovices efferretur, Juncheriæ ab igne illo pestilenti omninò liberati sunt. *Quæ omnia, si, quæ de publica supplicatione, in qua* S. Leoboni *corpus solemniter latum fuit, feruntur, exceperis, in Petrocorienſi Sancti nostri Officio, à laudato Gerard descripto, leguntur.*

Cultûs initium & seculum, quo Sanctus floruerit, ignoratur.

5 *Ex hisce Lectionibus, quæ* S. Leoboni *Officii ecclesiastici partem constituunt, ipsius cultum antiquum esse, satis colligitur; at tempus, quo ipsum cœlitum honoribus pagi Salaniacensis ecclesia, quæ sacro ipsius corpore gaudet, afficere inceperit, dictæ Lectiones nequaquam exprimunt. Nec Chronica, quæ Gaufredus, Prior Vosiensis, ùt apud Labbeum tom.* 2, *in quo edita sunt, pag.* 290, *videre est, anno* 1183 *scripsit, præter hæc pauca, quæ ibidem pag.* 285 *habentur:* Salaniacensis castri Burgus Leobonum continet confessorem, cujus ope ardentium multi sæpe sanantur, *ullum verbum referunt, ex quo tempus, quo Sanctus noster miraculis clarére & à mortalibus invocari inceperit, queat determinari. Quod verò ad tempus, quo* S. Leobonus *sanctissimam vitam duxerit, assignandum spectat; cùm suprà citati martyrologi, laudatique, qui de Sancto nostro scripsére, auctores de hoc altùm sileant, nec apud ipsos, nec in ipsius Officio ecclesiastico ulla nota chronologica, quâ in temporis, quo floruerit, notitiam deveniamus, reperiatur, id definire haud possumus.*

DE S. SIMPERTO, EP. CONF.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,

J. B.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Vitæ scriptores & monumenta varia, S. Simperti res illustrantia: nativitas: in fuscepto S. Benedicti Ordine pietas.

SUB INITIUM SEC IX. *Vita & Miracula sec.* XIII,

Sancti Simperti, *Augustæ Vindelicorum in Suevia episcopi, res gestas scriptores quidem numero plures, sed à Sancti ætate admodùm remoti, posterorum memoriæ commendárunt, ùt Gononus de Vitis Patrum Occidentis, Bernardus Hertfelder de Basilica SS. Udalrici & Afræ, Carolus Stengelius in Chronico Augustano Germanicè scripto, utì & Latinè in Opusculo separato, anno* 1616 *Augustæ Vindelicorum excuso; Mabillonius Actorum Ordinis S. Benedicti Sanctorum sec.* IV, *part.* 2, *pag.* 553, *ac duabus sequentibus; Raderus tom.* 3 *Bavariæ Sanctæ; Corbinianus Khamm Hierarchiæ Augustanæ part.* 1, *cap.* 6, *classe* 2, *sect.* 1, *pag.* 99 *& seqq. Aliquanto his antiquior est Sigismundus apud Pistorium part.* 1, *cap.* 9 *Chronici Augustani, quod anno* 1483 *Joanni de Giltlingen SS. Udalrici & Afræ abbati inscripsit. Ejusdem cœnobii Prior Adilbertus* S. Simperti, *à quo insigni fuerat affectus beneficio, Vitam ex voto conscripsit quinto circitèr post illius obitum seculo. Adilberti, quo antiquior* S. Simperti *Vitam nemo saltem ex professo conscripsit, ætas, quam Papebrochius tom.* 7 *Maii pag.* 548, *seculo* XIII, *licèt conjectando, rectè illigavit, ex iis, quæ de Hildebrando, SS. Udalrici & Afræ abbate, part.* 3 *Hierarchiæ Augustanæ cap.* 1, *sect.* 20, *pag.* 55 *narrat Corbinianus Khamm, apertè eruitur: ait enim Hildebrandum, anno* 1230 *in abbatem electum, anno verò* 1243 *è vivis sublatum, Adilberti Prieris, qui SS. Udalrici, Afræ &* Simperti *Vitas scripserat, testamentum fixum ratumque habuisse, atque adeò Adilbertum, Hildebrando cœnobium Udalricianum moderante, diem suum obiisse, necesse est.*

Adilbertus, monacho Udalriciano,

2 *Candidè porrò fatetur Adilbertus, pauca admodùm esse, quæ de* S. Simperto *scripta reperit, ea nimirum, ut quidam apparet, quæ de illo S. Magni Vitâ, quam ad calcem cap.* 2 *laudat, continentur: cætera verò, ùt quæ ad ejus genealogiam ac pueritiam spectant, se ex aliorum relatu ac antiqua, ad suam usque ætatem propagata, traditione hausisse. Hanc Adilberti de* S. Simperto *lucubrationem, ex codice Ms. monasterii Udalriciani, servata primigenia phrasi, transcriptam, in partem tom.* 2 *Novissimi Anecdotorum Thesauri tertiam à pag.* 355 *Pezius intulit, cui & alia monumenta adjecit illustrandis gestis à* S. Simperto *rebus idonea; quæ & nos infrà, facta eorum cum apographis, penes nos item servatis & à P. Alexandro Wiltheim Luxemburgo acceptis, collatione, recudi curavimus, quoniam his potiora nec habemus, nec spes est fore, ut aliunde nanciscamur. Servatur item in scriniis nostris* Historia S. Simperti brevior Vitæ, Inventionis & Translationis primæ, *quæ ex Adilberti lucubratione confecta, vel certè haud ea antiquior videtur, multaque de* S. Simperti *proavis complectitur fabulas, quas referre, nedum confutare nihil juverit: idem nobis judicium est de Excerptis ex arbore quadam genealogica, vera falsis permiscente, cujus, nescio, an auctor sit* **Matthæus Mareschallus de Pappenhaim**,

A penhaim, cathedralis Augustanæ canonicus, quem anno 1494 tam S. Udalrici, quàm S. Simperti genealogiam distinxisse ac explicando delineâsse scribit Corbinianus Khamm part. 3 Hierarchiæ Augustanæ cap. 1, sect. 31, pag. 102.

auctore, 3 Sed, ut ad Adilbertum ceteraque de S. Simperto monumenta, à Pezio excusa, redeat sermo, scripsit ille non modò S. Simperti Vitam, sed etiam Miracula quædam, primam corporis ejus, quæ anno 1064 contigit, inventionem ac translationem secuta, enarrat, ex multis pauca, & ex aliorum, ùt in Præfatione testatur, relatu, maximè, cùm, ùt ibidem num. 3 ait, jam diu esset, ex quo ob eorum frequentiam nulla notarentur, nulla publicarentur, nulla scriberentur. Hinc factum, ut cap. 5 de Miraculis, quæ sub translationis primæ tempus seu annum 1064 contigerunt, agens, cæcis visum, surdis auditum, claudis gressum redditum, expulsos ex humanis corporibus S. Simperti meritis dæmones non nisi generatim dicat: inde verò ad bina miracula progreditur, quæ anno 1180 illigat, & ex monasterii sui seu monumentis, seu senioribus illius alumnis discere potuit. Tum cap. 6, relatis primùm duobus miraculis, tertium quoddam ad hunc modum refert: Eodem ferè tempore quemdam à dæmone vexatum audivimus ad memoriam ejus liberatum; sed qualiter hoc evenerit, aut unde idem homo fuerit, nescimus, quia tunc temporis vix duodennis fui, nec de his perquirere curavi. Unde priora quidem bina miracula non admodùm diu ab anno 1180, reliqua verò, quæ deinceps narrat, cùm adultiorem jam ætatem attigisset, patrata fuisse colligere fas est; at verò, quod cap. 7 de puero, per lupum abrepto, ac in eumdem, unde raptus fuerat, locum absque ulla læsione relato, refert, videtur admodùm fuisse celebre; cùm inde pingi S. Simpertus cœperit unà cum lupi, puerum ore referentis, imagine. Demùm cap. 8 ea refert, ex quibus sacrosanctæ Hostiæ, anno 1194 sacrilegè per mulierem in domum suam asportatæ, ac quinquennio pòst ex candido in colorem sanguineum commutatæ, ac in ecclesiam S. Crucis canonicorum regularium S. Augustini C honorificè per Udalscalcum, episcopum Augustanum, relatæ, historia confirmetur.

aliaque, S. Simperti res illustrantia, 4 Huic Adilberti, S. Afræ Prioris, lucubrationi subnectit Pezius S. Simperti, episcopi Augustani, regularia statuta monasterii sui Morbacensis, quæ scilicet in quadam Caroli Magni tempore Franciæ synodo condita, ex ea redux S. Simpertus monachis suis Morbacensibus observanda propojuit, ac domnus Waltherus de Wiltsperg, abbas Morbacensis, unà cum capitulo ex charta pergamena legitimè ritéque transcripta cum Augustanis S. Afræ cœnobitis communicavit anno 1500, Kalendis Maii. Legi eadem possunt apud Hartzheimium tom. 1 Conciliorum Germaniæ pagg. 378 & seqq. Pauca suppeditant, quæ ad rem historicam pertineant; quare satis habebimus, si paucæ ex iis, quæ ad S. Simperti mores cognoscendos facient, inde delibaverimus, ac nonnulla de synodi celebratæ epocha suo loco dixerimus.

monumenta, 5 Statuta hæc regularia excipit apud Pezium Liber Miraculorum S. Simperti ab anno 1465 usque ad 1471 patratorum, cujus quidem anonymus Udalricianus est auctor, quem Pezius fuisse Sigismundum Maisterlein, Chronici Augustani, de quo num. 1, lubens credidisset, quòd Sigismundo temporis ratio, scriptionis stilus, &, quod prodidit, rerum domesticarum studium & pietas optimè quadrent; sed Pezium nonnihil moratur, quòd Sigismundus, se duos libellos de Miraculis S. Simperti scripsisse, testetur in Chronico Augustano cap. 9; Liber autem Miraculorum, de quo hic sermo, in tres distinctiones seu partes divisus sit. Sed morari Pezium illa Sigismundi verba debuisse non videntur; cum iis verbis sermonem dumtaxat instituat de Miraculis, S. Simperti meritis anno 1467 factis, cùm novam ecclesiæ S. Udalrici fabricam moliretur Melchior Stanham, S. Udalrici abbas, cui Liber Miraculorum, de quo impræsentiarum agimus, inscriptus est; ac porrò Sigismundus eodem cap. paulò antè dicat, de aliis quoque, ùt apparet, S. Simperti Miraculis, quæ circa tempus, quo reformari S. Udalrici monasterium est cœptum, ad tumbam S. Simperti contigerant, aliqua pauca se tradidisse; cœpta autem est cœnobii Udalriciani reformatio sub Joanne ab Hohenstein, Melchioris decessore, per Henricum & Joannem de Carniola, fratres germanos, è Mellicensi cœnobio, teste Corbiniano Khamm part. 3 Hierarchiæ Augustanæ pag. 71, Augustam Vindelicorum evocatos. Sigismundus ipse, postquam dixerat cap. 9, part. 1 Chronici August., se duobus libellis, S. Simperti, dum novum templum strueretur, miracula edidisse, mox addit: Hæc passim posita hîc in unum compegimus, & reipsa part. 2 ejusdem Chronici cap. 7, ubi de locatione primi lapidis novæ ecclesiæ agit, miracula quædam tum facta paucis memorat; ut adeò nihil hinc obstet, quò minùs ad S. Simperti tumbam facta miracula, alio item libro, in tres distinctiones seu partes diviso, explicuerit. Sed quisquis demùm fuerit, qui S. Simperti Miracula, ab anno 1465 ad 1471 facta, in litteras miserit, is equidem est, ut dictis ejus fides haberi tutò possit; cùm ex autenticis monasterii Udalriciani scriptis sua hauserit, eaque referat, quæ sua ætate sunt facta, ùt in Prologo profitetur. Ceterùm ex hoc anonymi Opusculo observare licet, in S. Udalrici monasterio moris fuisse, E ut non solùm loci plerúmque Priores recentia S. Simperti miracula, ab iis, quibus contigerant, excepta, scriptis mandari tum temporis curârint, sed diebus festis etiam è concionis pulpito auditoribus palam exponi: unde S. Simperti venerationem cultumque tum summopere auctum ac latè propagatum fuisse, necesse est; quorum alterum in Prologo, alterum in Epilogo Opusculi sui affirmat anonymus.

ab auctoribus æqualibus descripta, 6 Mox apud Pezium sequitur alterius anonymi, Udalriciani item monasterii alumni, lucubratio, quâ S. Simperti Miracula ab anno 1488 ad 1495 enarrantur: cùm verò id se præstitisse dicat hortatu tum Sigismundi, de quo paulò antè, tum Conradi Prioris, anno 1496 in abbatem Udalricianum electi, satis etiam prodit, se, quæ suâ contigerant memoriâ, & ex iisdem, ex quibus sua hauserat anonymus proximè memoratus, monasterii sui scriptis nova, quæ narrat, S. Simperti miracula misisse in litteras: quare & huic anonymo par fides habenda; sed hic anonymus non unus, ùt Pezio in Dissertatione Isagogica ad

AUCTORE J. B.

tom. 2 *Anecdotorum pag.* LXII *eſt viſum, ſed geminus, quorum prior* S. Simperti *Miracula ab anno* 1488 *uſque ad* 1493 *; alter, quæ annis* 1494 *&* 1495 *facta, ſuſceperit enarranda, ſe prodere videtur. Ita exiſtimo, quòd horum prior, miraculum, quod anno* 1493 *factum deſcripturus, primùm quidem ita loquatur:* Demùm jam in calce ſcribendorum Miraculorum haud omittam miraculum planè notatu dignum; *ac; enarrato poſtremo hoc miraculo, mox iſta ſubjiciantur :* Finiunt Miracula, quorum laude coruſcat &c. *Neque verò eſt, cur quis dicat, eumdem anonymum, qui patrata per* S. Simpertum *ab anno* 1488 *uſque ad annum* 1493 *deſcripſerat, dein ea, quæ anno* 1494 *& ſequenti facta ſunt, prioribus adjeciſſe: nam nimia utriuſque ſtili eſt diſcrepantia ; prior planè rudis, multò tolerabilior alter. Sed idemne, an diverſus hîc agnoſci anonymus debeat, parùm intereſt ; cùm & is, qui duorum poſteriorum annorum miracula ſcripſit, ſe miraculum, quod anno* 1495 *contigit, ex eorum, quibus contigit, ore accepiſſe teſtetur.*

B *hîc recudenda.*

7 *Inter monumenta, res* S. Simperti *illuſtrantia, quinto loco collocat Pezius Acta ſecundæ Inventionis* S. Simperti, *anno, non ùt codex Udalricianus erroneè ſignat,* 1489, *ſed* 1491 *factæ, die S. Andreæ Apoſtolo ſacra, ſeu* XXX *Novembris ; quando nimirum detecta pridie* S. Simperti *pignora è veteri tumba, dum novus illis ſarcophagus conficeretur, in ſacriſtiam templi Udalriciani fuêre tranſlata. Sexto loco Acta Tranſlationis ſecundæ, anno* 1492 *die* XXIII *Aprilis, cùm* S. Simperti *oſſa in novum ſarcophagum inſigni admodùm pompâ illata fuêre. Dixi, Acta* Tranſlationis ſecundæ: *licèt ipſemet, qui eam deſcribit, anonymus ſub initium Prologi eam, quæ anno* 1491 *contigit,* ſecundàm *vocet : cùm enim verèſimile haud ſit, ipſum aut primæ tranſlationis fuiſſe immemorem, aut nullam ejus habuiſſe rationem, videtur mihi ſic dicere voluiſſe* ſecundæ Inventionis, *ut tranſlationem tam anni* 1491, *quàm proximè ſubſequentis velut unam eamdemque conſiderârit, cœptam quidem anno* 1491, *cùm* S. Simperti *oſſa, dum novus conficeretur ſarcophagus, tantiſper in ſacriſtia fuêre depoſita,*

C *perfectam verò anno* 1492, *cùm novo ſarcophago incluſa in auguſtiorem tumulum relata fuerunt. Edictum denique Frederici, epiſcopi Auguſtani, quo ſolemnis ritus,* S. Simperti *reliquiis anno* 1492 *exhibitus, exactè deſcribitur, ſeriem claudit Monumentorum* S. Simperti *res illuſtrantium, quæ typis, tum quòd ad* S. Simperti *gloriam plurimùm faciant, tum quòd ab æqualibus conſcripta ſint auctoribus, & indubitata cultûs non vulgaris, Patrono ſuo ab Udalricianis monachis ceteriſque fidelibus impenſi, monumenta complectantur, denuò, exceptis, ùt diximus,* S. Simperti *ſtatutis regularibus, committenda cenſuimus.*

Sanctus, cujus nomen variè ſcribitur;

8 *Perpetuum eſt Adilberto, S. Udalrici Auguſtæ Vindelicorum Priori,* Adalberoni *etiam alicubi dicto, ut, quoties ſanctum hunc Auguſtanum Epiſcopum in ejus Vita, ſeculo primùm decimo tertio, utì dictum ſuprà eſt, à ſe conſcripta, nominat, nonniſi* Simpertum *appellet : aliis tamen* Zymbrectus, *aliis* Ximbertus, *aliis* Symbertum *dici, monet Colbinianus Khamm part.* 1 *Hierarchiæ Auguſtanæ cap.* 6, *claſſe* 2, *ſect.* 1 ; *atque hoc poſteriore modo, niſi in ortographiam peccare quis velit, ſancti hujus Epiſcopi nomen ſcribendum eſſe propterea contendit, quòd id partim ex patris, qui* Ambertus, *partim ex matris, quæ* Symphoriana *dicta fuit, acceptâ primâ ſyllabâ ex materno, reliquis verò ex paterno nomine, contractum ſit ac derivatum ; ſed hæc quidem conjectura eſt, nec ſatis, ùt apparet, fundata : incertum enim planè, ùt paulò infrà videri poteſt, num pater illi Ambertus, mater Symphoriana fuerit : dein verò ut id detur, nomen Symberti ex iſtis fuiſſe conflatum, non efficitur, quando Symberti nomen ea ætate, ac dudum etiam forſan antea, indi viris ſoluerit, utì docet Symbertus, epiſcopus Reginoburgenſis, apud Cheſnium tom.* 2, *pag.* 17, *col.* 1 *memoratus, qui* Simpertus *in Vita Caroli Magni, ab auctore incerto ſcripta, ibidem pag.* 53 *lit.* C *dicitur ; apud Hanſizium verò tom.* 1 *Conc. Germaniæ pag.* 130, *col.* 2 Sinpreth *vocatur. Quid quod ipſemet Sanctus ſe* Sindbertum *in Epiſtola Encyclica, à Mabillonio tom.*4 *Anecdotorum pag.* 323 *edita, vocet ? Quo etiam modo nomen ejus ſcriptum legitur apud Lunig tom.* 5 *Spicilegii Eccleſiaſt. Germaniæ pag.* 957 *in diplomate Adimari ; cui tamen ipſemet ſubſcribens ſeſe* Simbertum *nominat ; nec alio vocatur, quàm poſteriore hoc modo in altero donationis inſtrumento Udalrici, ibidem relato ; ſed & in diplomate Caroli Magni, à Stengelio in Notis ad Vitam* S. Simperti, *Latinè à ſe editam,* Simpertus *dicitur : unde parùm intereſt ſeu* Sindbertum, *ſeu* Simbertum, *ſeu denique* Simpertum *vel, ſi placuerit, etiam* Sympertum *vel* Symbertum *dixeris ; nos* Simpertum *paſſim ſcribemus, Adilberto duce ; non tamen ægrè laturi, ſi quis* Sympertum *ſcribere maluerit : verùm de nomine* S. Simperti *hæc dicta ſufficiant.*

è regia regum Francorum ſtirpe

9 *Quibus verò parentibus ortus fuerit, nuſquam litteris proditum ſe reperiſſe Adilbertus profitetur ; ſed ferre traditionem ait, eum ex Francorum regum ſanguine procreatum, utpote Caroli ex ſorore nepotem. Si recentiores audire ſcriptores lubet, patri* Amberto, *matri* Symphorianæ *nomen fuit ; Auſtraſiæ Moſellanæ ducem Ambertum fuiſſe nonnulli dicunt, alii Arduennæ, alii Lotharingiæ per prolepſim,*

F *cùm nondum Caroli Magni ætate id nominis in uſu fuerit. Rurſum alii avum* S. Simperti *fuiſſe aiunt Jopeterium ; Ampertum verò Lazius lib.* 3 *de Emigratione gentium ex Henrico Auſtraſiæ duce natum ſcribit, cui filius veroſimiliter fuerit Adelricus, ſecundus Arduennæ dux ; filia verò Rorynna, Nothardo Sueviæ duci nupta ; verùm hæc omnia, cùm nullo ſolido fulciantur fundamento, ut minimùm pro dubiis habenda ſunt. Mabillonius parte* 2 *Sæculi* IV *Benedictini pag.* 553 *ab ea ſententia, quæ* S. Simperto *patrem fuiſſe Ambertum, matrem verò Symphorianam fuiſſe ſtatuit, non omninò abhorret ; ſed hanc inter Pipini regis filias deſiderari ait : & ſanè notæ paſſim ſunt Pippini regis filiæ Rothaïs, Adelaïs & Giſla ; ſed ex his priores duæ juvenculæ obierunt, tertia abbatiſſa fuit ; notæ item Itisberga & Berta : ſed illa, ſi Pipino nata eſt, caſtimoniam perpetuò coluit ; hæc verò habetur în fabulis : adjiciunt his nonnulli Imezam & Adam, de quibus conſule Gamanſii in Vitam B. Godefridi Cappenbergenſis Commentarium, tomo* 1 *Januarii ad diem ejuſdem menſis decimam tertiam inſertum,*

§ VI.

A § VI. *Nulla tamen hactenùs inter tot Caroli Magni ſorores Symphoriana comparet.*

parùm ſolidè latus dicitur;

10 *Certum tamen videtur, præter Rothaïdem, Adelaïdem & Giſlam Pippino, Caroli Magni patri, aliam fuiſſe filiam, quæ matrimonium inierit, & unius ſaltem filii mater fuerit: nam Vitæ S. Maximini, epiſcopi Trevirenſis, auctor, qui ſeculo* VIII *ſcripſiſſe videtur, utì & Lupus Ferrarienſis, qui ejuſdem S. Maximini Vitam dein ſtilo ſcripſit elegantiore, ſeculo* IX *ad annum dumtaxat trigeſimum nonum, utì ipſemet cap.* 15 *apud Baluzium pag.* 290 *apertè declarat, provecto, id eſt, anno à Caroli Magni obitu quinto & vigeſimo, ſcribunt, Gumbertum puerum, ſeu, ùt loquitur Lupus, Cunibertum, Pippini regis ex filia nepotem (videſis Operis noſtri tom.* 7 *Maii pag.* 26, *col.* 2) *ad Maximini tumulum à dæmonis vexatione liberatum: ſed cùm Pippini filiæ nomen neuter exprimat, ejuſque filius Gumbertus ſeu Cunibertus, non* Simpertus *dicatur, nihil hinc certè pro Symphoriana, Pippini regis filia ac* S. Simperti *matre erui poteſt; imò verò, habita* B *ratione ætatis tam Caroli Magni, quàm* S. Simperti, *eſt, quod oppoſitum potiùs ſuadere viaeatur.* S. Simpertus, *ùt quidem probabilior ex infrà dicendis fert opinio, ſub annum* 808 *è vivis, poſtquam Auguſtanam, ùt paſſim quidem aiunt, annis triginta rexerat eccleſiam, exceſſit; inſtituto igitur ab anno* 809 *retrorſum calculo, circa annum* 779 *cæperit epiſcopum agere; fingamus porrò eum annos numeráſſe, cùm ad infulas Auguſtanas evectus eſt, triginta duos dumtaxat; ita annos* 32 *retrorſum denuò numerando, ad annum ejus natalem, Chriſti circitèr* 747 *devolvemur, eumdem ſcilicet, quo Carolus Magnus,* S. Simperti *avunculus, eſſe in vivis cœpit; quæ res etſi traditionis nati ex Symphoriana, Pippini, Francorum regis, filia,* S. Simperti *fidem non omninò ſubruat, eam tamen, dum certiora pro illa afferantur teſtimonia, utcúmque infirmat; planè verò convelleretur, ſi anonymus Vitæ* S. Simperti *ſcriptor, cujus apographum ad Henſchenium anno* 1652 *Luxemburgo Wiltheimius miſit, verè de Symphoriana ſcripſiſſet, eam anno demùm ætatis ſuæ quadrageſimo ſeptimo genuiſſe* Simpertum; *quo quidem pacto natâ fuiſſet ſub annum* 700, *quo Pippinus, ejus pater anno* 768, *ætatis ſuæ* 54 *mortuus, nondum numerabatur in vivis: verùm nulla eſt hac in re fabulatori fides.*

nec certiores oblata, eo nondum nato, matri viſio, dies, annuſque ejus natalis;

11 *Quod uſu venire in natalibus Sanctorum interdum ſolet, ut eorum ortum ac futuram ſanctimoniam prævia quædam præſagiant indicia, id quoque in* S. Simperti *ortu locum habuiſſe, idem auctor tradit; viſam nempe ſibi in ſomno Symphorianam annis non paucis, antequam uterum ferret, ac potiſſimùm, recurrente die* 11 *Aprilis, quæ poſtmodùm natalis* S. Simperto *fuit, parere puerum, formâ præſtantem, ſplendidiſſimis amictum veſtibus, & denſâ virorum mulierumque coronâ circumſeptum; quod licèt Corbinianus Khamm part* 1 *Hierarchiæ Auguſtanæ pag.* 101 *adoptârit, vereri tamen non immeritò poſſumus, ne & hoc abs anonymo iſto ſcriptore, quemadmodùm & alia multa, fuerit confictum ornandi potiùs, quod tractabat, argumenti, quàm verum dicendi ſtudio. Quod autem ſcribit de die ejus natali, nempe* 11 *Aprilis, utì nihil mihi eſt, unde id confirmem, ita nec unde refellam; inquirenti verò in annum ejus natalem nihil occurrit uſpiam, ubi pedem figam. Determinari hic utcúmque ſaltem ex probabili conjectura poſſet, ſi de anno, quo ex hac vita migravit, alicunde conſtaret: ſed mira hic eſt ſcriptorum inter ſe diſcrepantia; obiiſſe* S. Simpertum *ſub annum* 766, *ait anonymus mox laudatus; alii* 798, *alii* 828, *alii* 833, *teſte Stengelio in Annotatis ad Vitam* S. Simperti; *Stengelio nullus quidem ex prædictis annis placet: ſibi tamen ſumere non eſt auſus, ut novam iniret rationem annorum, in tanta, inquit,* confuſione & auctorum diſſenſu. *Alii rurſum, teſte Corbiniano Khamm, obiiſſe* S. Simpertum *volunt anno* 818, *alii* 827, *alii* 832.

AUCTORE J. B.

qui tamen ex anno ejus emortuali,

12 *Illud aſſerere poſſumus, Carolum Magnum* S. Simperto *fuiſſe ſuperſtitem, ac proin non audiendos, qui* Simpertum *anno* 814, *Carolo emortuali, aut hoc ſerius, vixiſſe tradunt: conficitur id ex Chronico Hildesheimenſi apud Cheſnium tom.* 3 *Script. Franc. pag.* 509, *ubi hæc leguntur:* Facta eſt porrò conturbatio non minima in monaſterio S. Bonifacii (*id eſt, Fuldenſi*) & Fratres XII ex ipſa familia perrexerunt ſimul E cum Ratgario (*tertio loci abbate*) ad judicium imperatoris Caroli. Nec tamen ita commotio illa quievit. Sed pòſt Ricolfus archiepiſcopus Mogurtiacenſis & Beontiarius epiſcopus civitatis Vangionum, & Hatto, epiſcopus Auguſtenſis (S. Simperti *in ea ſede ſucceſſor*) & Wolgarius, epiſcopus eccleſiæ Wirzaburg, cum ceteris fidelibus, quaſi ſimul ad illud placitum convenerunt juſſu imperatoris, ſanaverunt commotionem illam in monaſterio S. Bonifacii, *anno nimirum* 44 *Caroli, Chriſti* 812. *Igitur jam anno Chriſti* 812 *Hatto ſeu Hanto* S. Simperto, *veroſimillimè jam defuncto, in ſede Auguſtana ſucceſſerat; imò verò jam inde ab anno* 808: *nam in Rotulo Hiſtorico Benedicto-Burano, tom.* 7 *Monumentorum Boïcorum, anno* 1766 *Monachii edito, ſed circa medium lec.* XI *ſcripto, pag.* 6, *defuncto Waldrammo abbati, ex electione epiſcopi* Sintperti & Fratrum Congregationis S. Benedicti *ſuffectus Elylandus abbas dicitur, qui, non diu, ùt apparet, ab ſuſcepto monaſterii ſui moderamine, trium fratrum Regeri, Miloni & Aribonis monaſterii* F *bona invadentium, injuriâ compulſus, Caroli Magni imperatoris patrocinium interpellavit; miſit hic Kys ducem, & Hantonem epiſcopum (Auguſtenſem, utì diſertè additur in Chronico Benedicto-Burano ibid. pag.* 23) *qui litem dirimerent; convenêre hi Egolvingæ, & injuſtos aggreſſores injunctâ debitâ multâ coercuerunt.*

& epiſcopatûs duratione utcúmque determinatur,

13 Iſtis viris ita victis, *pergit citati Rotuli auctor,* loca divino cultui mancipata quieverunt tempore Elilandi abbatis. Poſthinc quoque multi nobiles viri dederunt prædia ſua, Elilando abbate, ad loca ſuprà dicta pro commemoratione ſuî. Ex his Merigozus diaconus dedit ad altare S. Benedicti, ſitum in pago Houſi, quidquid proprietatis habuit in villa, quæ Machtolvinga dicitur, *anno nimirum* 808, *ùt in inſtrumento donationis, à Merigozo factæ, ibidem pag.* 82 *legitur. Ex his duo infero: primum, Hantonem jam inde ab anno* 808 *ſedem Auguſtanam rexiſſe, neque ultra hunc annum vitam protraxiſſe* Simpertum; *alterum verò,* Simpertum, *cùm in electionem Elilandi hic conſenſerit, Elilandus autem mox, ùt factus eſt abbas, ad imperatoris judicium aggreſſore*

AUCTORE J. B.

greſſores ſuos provocáſſe videatur, hoc ipſo anno 808 *vel proximè præced. è vivis abeuntem, Hautoni, ſucceſſori ſuo proximo, ſedem Auguſtanam occupandam reliquiſſe: ex annis porrò* 808 *demantur anni* 30, *quot* S. Simpertum *Auguſtanæ eccleſiæ præfuiſſe, Udalricus ſcribit, prodibit annus* 778, *circa quem epiſcopi munere fungi cœperit. Ponamus denique eum tunc annum vitæ ſuæ numeráſſe trigeſimum quartum, annus ejus natalis fuerit circitèr* 744, *ſed ex probabili tantùm conjectura, utì ſuprà dicebam, utcúmque determinatus.*

aliaque nonnulla de S. Simperto adduntur.

14 *Cetèrùm Udalricus de* S. Simperti *adoleſcentia nihil habuit, quod ſpeciatim diceret; ſed tantùm, vitam illum duxiſſe planè angelicam, corporis caſtigatione templum ſeſe Spiritui Sancto exhibuiſſe, jugi ſacri altaris oblatione ſe Deo hoſtiam vivam immoláſſe, ex miraculis, quibus poſt obitum claruit, infert; de ejus in Ordinem S. Benedicti ingreſſu, & abbatiali ejus in eodem dignitate altum ſilet. At verò longè hic uberior eſt anonymus Morbacenſis* (*Morbacenſem dico, quòd* S. Simpertum *ex matricula ſui, ùt opinor, monaſterii* Abbatem noſtrum quartum *vocet*) *cujus in Ms., à Wiltheimio, utì ſuprà dixi, Luxemburgo ad Henſchenium etiam miſſo, hæc de* S. Simperti *adoleſcentia hic verba exhibeo.* Qui circa annos Domini octingentos, Leone Papa tertio & Carolo Magno præſidentibus (*imò diu antea, ùt partim ex jam dictis, partim ex dicendis poſteà efficitur*) à pueritia in loco Heremitarum S. Leodegarii in Morbach ſub regula S. Benedicti enutritus, reverà angelicam inter homines vitam duxit, & licèt regali ex ſanguine natus, humilitatis culmen non minùs tenuit. In ſacro D. Benedicti pro poſſe manſit Ordine. Præceptis ſuorum (quæ non erant contra Deum) paruit ſuperiorum, charitatem ad omnes veram habere ſtuduit, omnibus obſequioſus cum multa hilaritate fuit, vitia omnia pro virium ſuarum facultatula præcavens; ad ſingulas (ùt ita dixeris) anhelabat virtutes, in quibus noctu dieque ſtrenuè perſeverans Deum omnipotentem filiali jugiter formidabat amore. Se in Domini Jeſu Chriſti ſedulò mactabat paſſione, pro ſtatu Eccleſiæ frequenter lachrymoſos effudit ſingultus, ſciens totum in maligno mundum conſtitutum, ac pro eo Salvatorem exorari operæ pretium ratus; vivorum defunctorumque animarum Chriſti fidelium haud oblitus, &, ut brevi utar compendio, univerſis placuit, quia vita ipſius irreprehenſibilis à quocumque fuit. *Amplam Morbacenſis in Superiore Alſatia ad fluvium cognominem ſiti Notitiam habes tom.* 1 *Octobris* § xx *Commentarii prævii ad Vitam SS. Leodegarii & Gerini; hic ſolùm addo ex Grandidiero lib.* 3 *Hiſtoriæ Argentoratenſis pag.* 259 *celebre id Ordinis Benedictini cœnobium modò in nobilium Canonicorum capitulum Clementis XIII Bullâ,* 2 *Auguſti anni* 1764 *eſſe commutatum; qui Alſatiæ oppidulum,* Gebwijler *dictum ac Morbaco vicinum, quò Morbacenſes monachi ſeſe priùs receperant, incolunt.*

* * * *
* * *
* *
*

§ II. Ex monacho factus abbas Morbacenſis rem illius monaſterii temporalem ac ſpiritualem ſedulò promovet.

Fruſtrà Cointius è Morbacenſium abbatum numero expungit

H*Is cum moribus* S. Simpertus *à juventute fuiſſet, ornâſſetque regium, quo natus erat, ùt ferunt, genus, pronum erat, ut ad ætatem virilem provectus Morbacenſibus infulis, ſi quando vacarent, donaretur, quod reipſa factum anonymus mox laudatus, aliique paſſim ſcriptores tradunt; negat autem Cointius in Annalibus Eccleſiaſticis ad annum* 779, *num.* 40, *ductus potiſſimùm tum Morbacenſium Abbatum Catalogi, à Bucelino in altera parte Monaſteriologiæ imperii Germanici adducti, ſilentio, in quo poſt Morbacenſes abbates Baldobertum, Haſibertum, Amicum, nullâ factâ* Simperti *mentione, mox ſequitur Guntramus, qui anno* 814 *Morbacenſis abbas fuit; tum Annal. Nazarian., qui quidem Baldeberto, anno* 762 *defuncto, ſucceſſiſſe tradunt Haribertum, huic verò Amichonem anno* 774; *poſt quem nullum recenſent abbatem Morbacenſem, licèt ad annum* 790 *extendantur; ea nimirùm de cauſa, ùt quidem cenſet Cointius, quòd poſteriore hoc anno Amicho in vivis eſſet. Verùm hoc pacto ex Abbatum Morbacenſium ſerie etiam expungendus eſſet Romanus, qui Baldobertum anteceſſit, ac in charta Eberhardi, datâ anno Theodorici, Francorum regis, octavo, tom.* 5 *Spicilegii Eccl. Germanicæ pag.* 950 *Morbacenſis abbas dicitur. Quid porrò dicet Cointius de charta Adimari, anno* XXI *Caroli regis data, cui ibid. pag.* 957 *hoc initium eſt:* Digno Chriſti ſpeculo Sindberto de monaſterio Morbach; *hic verò finis:* In Dei nomine ego Simbertus epiſcopus atque abbas hanc precariam fieri feci. *Quid de charta Udalrici ibidem, in qua de monaſterio Morbacenſi legitur:* Ubi vir vitæ venerabilis Simpertus epiſcopus abbas præeſſe videtur. *Data eſt hæc charta anno* 22 *Caroli regis, Chriſti* 789; *taceo binas alias, alteram anno* 790, *alteram* 792, *notante pag.* 174 *Grandidiero ex Schœpflini Alſatia dipl., datas, in quibus* S. Simpertus *epiſcopus atque abbas Morbacenſis appellatur. Taceo denique Epiſtolam Encyclicam* Sindperti, *utì & ejuſdem Indiculum ad epiſcopum, à Mabillonio ſuprà citato adductum, in quibus* Epiſcopum atque Abbam de monaſterio Morbach *ſemet nominat; ex quibus abundè,* Simpertum *abbatibus Morbacenſibus adnumerandum eſſe, pateſcit.*

S. Simpertum, qui & epiſcopus Auguſtanus fuit:

16 *At, quæret aliquis, Simpertus, abbas Morbacenſis, idemne eſt, qui* Simpertus, *Auguſtanus epiſcopus? Sic enim Mabillonius in citata mox bina Monumenta annotat:* Quia verò his in epiſtolis Sindbertus EPISCOPUS & ABBAS ſimul appellatur, dubitare licet, an idem ſit ille Auguſtæ Vindelicorum epiſcopus. Etſi enim tempora conveniunt, in multis tamen cœnobiis tunc erant abbates, qui & abſque titulo epiſcopi, ùt pluribus exemplis

AUCTORE J. B.

A exemplis alibi demoſtrabimus. In veterrimo Necrologio S. Udalrici apud Auguſtam notatur "III Idus Octobris Simpertus epiſcopus" abſque Abbatis aut Sancti titulo. *Occurritur huic dubio non uno modo; nam primò non rarum ea tempeſtate erat, ut ex monaſterio Morbacenſi, qui vicinos epiſcopatus regerent, eligerentur: ita Baldebertus in Baſileenſem, Gerochus in Aureatenſem ſeu Eyſtettenſem electus eſt; unde vero non abſimile fit*, Simpertum, *ut Auguſtam Vindelicorum epiſcopus regeret, inde quoque fuiſſe evocatum. Tum verò* Simpertum, *Necrologio veterrimo S. Udalrici inſcriptum, alium non eſſe ab eo, qui eccleſiam, olim S. Afræ, dein verò etiam S. Udalrici dictam, inſtaurárit, ac corporis ſui conſervatricem eſſe voluerit; mirum porrò non eſt*, Sancti *titulum* Simperto *illic non fuiſſe adjunctum; quamquam enim pro Viro ſancto fuerit habitus, non tamen ſemper religioni ſibi duxerunt antiqui hunc titulum omittere, maximè antequam creberrimis fulgere miraculis, ac pro Sancto coli ex Pontificis Nicolai V indultu, jub medium ſeculum* XV *cœpit, &* Henricus *II, SS. Udalrici & Afræ abbas*, S. Simperti, *epiſcopi Auguſtani, depoſitionis diem, vergente ad exitum ſeculo* XII, *celebrari præcepit: ſic in Rotulo hiſtorico monaſterii Benedicto-Burani, ſeculo* XI *exarato*, ſanctus Vir *dumtaxat appellatur, qui in ejuſdem loci Chronico, medio circitèr ſeculo* XII *ſcripto*, S. Sintbertus *dicitur.*

B

factus abbas

17 *Dein ſi Simpertus, in Necrologio citato memoratus, non eſſet epiſcopus Auguſtanus, ſed vel Simpertus Morbacenſis abbas, vel Simpertus epiſcopus Ratiſponenſis, aut quivis alius, hunc non tantùm eodem tempore vixiſſe, eumdemque titulum geſſiſſe, ſed eodem etiam, quod minus eſt verosimile, ex hac vita die migraſſe, neceſſe eſſet: neque enim video, quin* III *Idus Octobris*, Simpertus, *Auguſtanus epiſcopus, obierit, à quopiam ambigi. Porrò verò ſi* Simpertus, *abbas Morbacenſis, epiſcopus fuiſſet* abſque titulo, *& abſque certa, quam regeret, diœceſi, ſed merum tantùm epiſcopi nomen ſive ipſiusmet, ſive monaſterii Morbacenſis, cui præerat, dignitati datum fuiſſet, non impediſſet hujusmodi epiſcopatûs dignitas, quominus abbatis muneri cumulatè faceret ſatis; neque tot exteris ſeje negotiis implicitum vidiſſet, ut monaſterii ſui, non ſine ejusdem detrimento, villas ſaltem interdum luſtrare nequiverit: atqui hoc ipſum partim ſaltem epiſcopatûs ſui, quibus diſtrahebatur, curis adjcribit* Simpertus *in Statutis Regularibus, quæ Morbacenſibus patefecit, ubi ita loquitur:* Decimò (*ſtatutum eſt*) ut abbates frequenter villas non circumeant, niſi causâ neceſſitatis, nec fratribus illas cuſtodiendas committant, ubi noſtræ viſitationis raritas utinam non noceat. Nam frequentationis circumitio inter villas ideo numquam fit à nobis, quia aliud impedimentum noſtræ occupationis nos fatigat, dum inter curas epiſcopatûs & Palatinas ordinationes nulla ad providendas poſſeſſiones noſtras nobis licentia ſuppetit. *Poſtremò Carolus Stengelius in Notis ad Vitam* S. Simperti *conceſſum à Carolo Magno in Morbacenſis monaſterii favorem Privilegium, num.* 21 *infrà integrè tranſcribendum, exhibet; ex quo eumdem fuiſſe Simpertum Abbatem Morbacenſem ac* Simpertum *Auguſtanum epiſcopum, manifeſtum evadit: ita enim illic de monaſterio Morbacenſi Carolus:* Ubi venerabilis vir Simpertus abbas ejuſdem & epiſcopus Auguſtenſis, cum turba plurima monachorum deſervire dignoſcitur. *Quamquam vitioſum id eſſe aliqua ex parte diploma, ex infrà dicendis fateri neceſſe ſit.*

C

Morbacenſis ſub annum 789.

18 *Anonymus ſuprà laudatus* Simpertum *abbatialibus priùs inſulis, quàm epiſcopalibus decoratum ſcribit; abbatialibus quidem, vivo etiamnum Pippino, Caroli patre; Auguſtanis autem, eccleſiam moderante Leone III, qui ad cathedram Pontificiam evectus eſt anno 795, tenuitque uſque ad annum 816. Obiit Pippinus anno 768: anno verò 772 Haribertus, anno 774 Morbacenſi cœnobio abbas præerat Amicho, uti ex Caroli Chartis tom. Spicil. Eccl. Germaniæ pag. 955 & ſeq. compertum eſt; quibus cum ſucceſſerit* Simpertus, *Pippino, anno 768 defuncto, etiamnum in vivis ſuperſtite, Morbacenſis abbas eſſe haud potuit: auctor Catalogi Abbatum Morbacenſium, tomo eodem Spicilegii mox citati pag. 940 ſucceſſiſſe illum Amichoni ſeu Emichoni ſcribit anno 789, motus verosimiliter diplomate Caroli, de quo ad calcem numeri proximè præced. agebamus, quod* Simpertum *abbatem Morbacenſem nominat, datumque legitur anno* 22 *Caroli, qui anno Chriſti 789 menſe Octobri inchoatur; à qua epocha non multum diſſentit laudatus ſuprà Grandidierus pag. 258 initium abbatiali muneri dediſſe* S. Simpertum *ſcribens circa annum 787. Erroneum porrò viaetur, quod item anonymus ille ait, perſtitiſſe in eo munere* Simpertum *uſque ad Leonis III Pontificatum: cùm ex Schœpflini Alſatia diplomatica binas Chartas pag. 258 Grandidierus citet, alteram anni 792, alteram 794, in quibus hæc eſt legere:* Ubi (*in monaſterio Morbacenſi*) domnus rex Carolus paſtor noſter præeſſe videtur: *tres item alias annorum 795, 796, 805, pag. 174, in quibus Gerohus epiſcopus & abbas Morbacenſis appellatur; ut adeò*, Simperto *ob multitudinem negotiorum, de qua conquerentem num. ſuperiore vidimus, abbatiali muneri nuncium remittente, primùm Karolus Morbacenſe monaſterium adminiſtraverit, ac dein Geroho adminiſtrandum commiſerit. Ex dictis itaque hactenus natus fuerit* S. Simpertus *circa annum 744, ut quidem conjectare fas eſſe videtur: epiſcopus Auguſtanus factus ſub annum 778, abbas Morbacenſis circa annum 789 uſque ad annum 792, mortuus denique ſub annum 809. Nunc quid rerum cùm abbas, quid, cùm epiſcopus eſſet, geſſerit, videamus.*

D

monaſterii ſui

19 *Anonymus Vitæ* S. Simperti *ſcriptor paucis ea, quæ ſanctus Præſul cœnobii ſui Morbacenſis gratiâ geſſit, deſcribens, more ſuo veris falſa permiſcet:* Unde crescentibus meritis, *inquit*, favore ipſius Caroli imperatoris, nepotis ſui (*dicere debuerat* avunculi) nec non Pipini, regis Franciæ, avi ſui ac Caroli genitoris (*priùs obiit Pippinus, quàm* Simpertus *factus ſit abbas*) qui fundârunt ipſum locum (*fundavit Eberhardus comes ſub Theodorico*, Cala *dicto*) ac omnium conniventiâ fratrum in abbatem ibidem deificè præficitur, & Dei adminiculo monaſterio & inhabitantibus præfuit & profuit, ac exemplar omnibus bonum impræſtabat, rexitque monaſterium Morbacenſe per annos plurimos (*annos*

E

F

AUCTORE J. B.

(*annos circiter quatuor ex dictis juprà*) Denique favore ſummi Pontificis Leonis III (*jedere hic demum cœpit anno 795*) imperatorumque (*quo tempore abbas fuit, nullus fuit imperator, nedum plures*) ipſum locum maximam levavit in libertatem, prout oculis noſtris donationes ibidem & privilegia vidimus. *Ita ille, mox ad* S. Simperti *in Auguſtanum epiſcopum electionem progrediens; ſed priùs id factum, quàm in Morbacenſem eligeretur abbatem, jam diximus juprà: rem tamen temporalem Morbacenſem auxiſſe* Simpertum, *ex vero dixit.*

in rebus temporalibus

20 *Exſtat enim tom.* 5 *Spicil. Ecc. Germaniæ pag.* 957, *Charta, quâ Adimarus unà cum conjuge ſua Starechilde bona quædam, adjectis aliquot conditionibus, monaſterio Morbacenſi cedit, à* S. Simperto *ſubſcripta, dataque* die Mercurii Idus Julii anno XXI regnante domno noſtro Carolo rege, *Chriſti* 789, *quo littera* D *aiem ſignabat Dominicam, atque adeò Idus Julii in diem Mercurii incidebant. Exſtat item Charta, quâ monaſterio*

B *Morbacenſi Udalricus, quæ in Matenheim poſſidebat, donat, cum hac donationis epocha:* Actum Morbach monaſterio publicè anno XXII regni domni noſtri Caroli, regis Francorum atque Longobardorum ſeu Romanorum. Notavi ſub die tertia Idus Novemb. Signum Udalrici &c. *Confecta proinde eſt eodem* 789, *quo à menſe Octobri currere Caroli Franciæ regis annus* 22 *cœperat. Binas præterea donationes monaſterio Morbacenſi,* Simperto *abbate, annis* 790 *&* 791 *factas Grandidierus indicat pag.* 258.

profectum

21 *Effecit item* S. Simpertus, *ut monaſterio Morbacenſi, quibus hactenùs gaviſum fuerat, Privilegia Caroli auctoritate confirmarentur; Caroli diploma, quo id fecit, apud Stengelium in Notis ad* S. Simperti *Vitam, Latinè abs je ſcriptam, hujuſmodi eſt:* Carolus, divinâ ordinante Providentiâ, imp. Aug. Beneficium auctoritate anteceſſorum noſtrorum indultum honorabili Baldeberto, abbati monaſterii, quod dicitur Vivarium peregrinorum, quod ſitum eſt in ducatu Aliatinenſi, ſuper fluvium Morbach conſtructum Ord S.

C Benedicti, in honore S. Leodegarii, & S Petri, principis Apoſtolorum, vel S. Mariæ Virginis: ubi venerabilis Vir Simpertus abbas ejuſdem & epiſcopus Auguſtenſis cum turma plurima monachorum deſervire dignoſcitur, integrè & fideliter detulit nobis, ut, ſicut tempore anteceſſorum noſtrorum homines ad ipſam caſam Dei ſpectantes liberos eſſe & obedientes fuiſſe, poſtulavit idem Simpertus abbas & epiſcopus, noſtra Auguſtali firmare dignaremur auctoritate.

ſedulò promovet.

22 Cujus precibus nobis ob amorem Dei & venerationem ſancti loci annuere, & hoc præceptum munificentiæ noſtræ firmitatis gratiâ fieri libuit. Per quod jubemus atque præcipimus, ut nullus quiſlibet ex judiciaria poteſtate, aut miſſi diſcurrentes, præfatos homines liberos inquietare, aut calumniam generare, aut aliquam contrarietatem facere præſumat. Sed liceat eis ſecundùm eorum conſuetudinem, quantò meliùs valuerint ad ipſum monaſterium deſervire & obedientes in omnibus eſſe. Et, ut certiùs hanc noſtram juſſionem eſſe credatis, de annulo noſtro ſubtus juſſimus ſigillari. Actum Aquiſgrani in palatio regio, anno regni noſtri XXII. *Diploma hoc à Carolo revera datum, etſi non omni ex parte, ùt mox dicam, ſincerum ſit, fuiſſe propterea reor, quòd Ludovicus Pius, anno imperii ſui tertio, Morbacenſis monaſterii privilegia pariter confirmans, non ſolum Pippini Carolique diplomata laudet, ſed ipſius etiam Caroloi diplomatis verbis utatur, cum ait apud Lunig tom.* 5 *Spicilegii jam aliquoties citati pag.* 958; Jubemus, ut, ſicut in eadem præceptione (*Pippini & Caroli*) continetur, nullus quiſlibet ex judiciaria poteſtate &c, *uſque ad verba hæc:* Actum Aquiſgrani &c. *Fateor tamen, corruptum eſſe diplomatis initium: nam neque imperatoris Auguſti titulum ab anno regni ſui* 22, *neque hanc formulam,* divinâ ordinante Providentiâ, *quâ primus uſus eſt Ludovicus Pius, (ùt docet Mabillonius De Re Diplomatica lib.* 2, *cap.* 3, *pag.* 72) *adhibuit Carolus. Stengelius annum regni Caroli* 22 *corrigendum cenſebat: at, cur hunc corrigamus, cum diplomatis non finem, ſed initium vitiatum eſſe non obſcurè videamus, cujus in reliquis ſibi conſtare videtur auctoritas.* D E

Synodo cuidam.

23 *Hæc eorum, quæ in emolumentum profectumque monaſterii ſui temporalem perfecit* S.S.mperti *induſtria, pauca veroſimillimè ſunt ex multis, quorum poſteritati notitiam temporum tum diuturnitas, tum viciſſitudo inviderit. Non minùs ſtrenuum in promovenda re ſpirituali fuiſſe non modò ſuadet omnis ejus vitæ vel à teneris unguiculis ſanctè inculpatéque inſtitutæ ratio, ſed teſtatur etiam ſpeciatim ſollicitudo illa paterna, quâ ſtatuta ſynodalia, je abbate atque epiſcopo, condita, quæ ad perficiendos magis magiſque monachorum mores excogitata, Morbacenſi ſuorum cœtui ore ſcriptoque inculcavit. At quænam illa ſynodus, ubi & quando celebrata? Quod enim ad ſtatuta ipſamet attinet, legi illa poſſunt tum apud Pezium, tum apud Hartzheimium locis num.* 4 *citatis. Nec locus, nec annus, quibus ea ſynodus habita ſit, aut in Statutis ipſis, aut in præfixo his titulo expreſſus legitur; titulus verò ita ſe habet:* Regularia decreta à S. ſynodo in Francia juſſu Caroli Magni, patricii & regis Romanorum celebrata: ad memoriam verbo & ſcripto præſentibus fratribus monaſterii Murbacenſis patefacta per Simpertum abbatem ejuſdem loci & epiſcopi Auguſtenſis*, cui ſynodo interfuit perſonaliter. *Titulus hic Statutis, quibus præfigitur, recentior videtur, & quidem non parùm; tum quia in eo Carolus, Magni agnomine decoratur, qui mos nonniſi poſt ejus mortem invaluit, tum quia id temporis appoſitus Statutis videtur; cùm ſynodi celebratæ locus aut ignotus aut ambiguus erat, alioquin minimè, ùt quidem apparet, ſilentio involvendus.* F

**Lepiſcopum Auguſtenſem*

in cujus tempus inquiritur.

24 *Statuta verò, quæ è ſynodo redux monachis ſuis Morbacenſibus obſervanda* Simpertus *propoſuit, ac partim etiam interpretatus eſt, capitula complectuntur ſeptem & viginti; quæ ſingula, etiam iiſdem ſæpe verbis expreſſa, in Actis ſynodi Aquiſgranenſis anno* 817, *imperatore Ludovico Pio celebratæ, leguntur; unde hoc anno* Simperti *Statuta Aquiſgrani condita fuiſſe, opinari non nemo poſſet; verùm, præterquam quòd hujus Aquiſgranenſis ſynodi Acta capitula complectantur octoginta, ac alio ſæpe, quàm quo à* Simperto, *recenſentur ordine (ſic v. g. capitula, quæ vigeſimum ſextum & ſeptimum*

A *ſeptimum* Simpertus *vocat, hic ſunt* 14 & 16) *aſſpoſita, obſtat huic opinioni, tum quòd ſynodus, cui* Simpertus *interfuit, Caroli regis tempore habita fuiſſe dicatur in præfixo Statutis titulo; tum verò maximè, quòd ad annum uſque* 817 *vitam haud protraxiſſe* Simpertum, *ſolidè, ut nobis apparet, probatum deuerimus ſuprà. Oportet igitur, ad ſynodum aliquam hâc antiquiorem Statuta illa referri. Sunt, qui condita opinentur in ſynodo Aquiſgranenſi anno* 802 *celebrata; & ſanè in veteri codice Metenſi, qui capitula Caroli Auguſti per annos imperii digeſta exhibet, memoratur ſynodus, habita anno ſecundo ejus imperii, ſed ſine loco; altera item anno tertio Aquiſgrani celebrata, utì videre eſt apud Labbeum tom.* 7 *Concil. col.* 1174; *ſequitur apud Labbeum capitulare epiſcoporum col.* 1178, *poſt cujus capitulum* XIX *Labbeus col.* 1180 *hæc in Ms. Palatino Bibl. Vatic. notari ait:* Hoc fuit datum ad Aquis in tertio anno imperii domni Caroli Auguſti, quando ſynodus ibi magna fuit. *Actum verò in alterutra harum ſy-*

B *nodorum de inſtauranda S. Benedicti regula etiam fuiſſe, liquet ex Annalibus Lambecianis vetuſtiſſimis, in quibus apud Collarium tom.* 1 *Analect. Vindobonenſium col.* 580 & *ſeq. hæc leguntur:* Anno DCCCII. Eo anno demoravit domnus cæſar Carolus apud Aquis palatium quietus cum Francis ſine hoſte.... Et menſe Octimbrio congregavit univerſalem ſynodum.... Similiter in ipſa ſynodo congregavit univerſos abbates & monachos, qui ibi aderant, & ipſi inter ſe conventum faciebant & legerunt regulam S. Benedicti..... juſſitque Carolus, ut, quidquid in monaſteriis ſeu monachis contra regulam S. Benedicti factum fuiſſet, hoc ipſum juxta ipſam S. Benedicti emendare feciſſent. *Adde porrò in ipſo ſtatutorum contextu* S. Simpertum *dicere:* Hæc & alia ſimilia his, quæ menti non occurrunt, in ſupradictorum cœnobitarum converſationibus comperta habemus, ad quorum exempla informandos per univerſa regni ſui cœnobia decrevit (*procul dubio Carolus*) imperiali cenſura. *Si* imperiali *cenſura, igitur poſt annum* 800, *dices, quo primùm imperator eſt ſalutatus.*

C

intereſt.

25 *Lubens quidem in hanc & ego opinionem, niſi aliunde alia obſtarent, concederem: verùm nondum imperatore Carolo, de inſtauranda S. Benedicti Regula etiam actum fuit; & titulus, Statutis præfixus, cùm ait, ſynodum, in quâ illa decreta fuêre, juſſu Caroli,* patritii & regis Romanorùm, *fuiſſe celebratam, ſatis innuit, id factum, cùm nondum Carolus eſſet* imperator. *Ceterùm ex ipſo Statutorum contextu perſpicuum eſt,* S. Simpertum, *hoc ipſo, quo hæc Statuta Morbacenſibus è ſynodo redux ſuis prælegit explicuitque tempore, Morbacenſem fuiſſe abbatem, quod vel ex verbis num* 17 *relatis abundè patefcit. Atqui jam inde ab anno* 792, *utì num.* 18 *dictum eſt, abbatis muneri renuntiaverat, eoque deinceps tum Carolus ipſe, tum Gerohus perfuncti ſunt. Neque eſt, cur movere quempiam debeat* imperialis cenſura, *quâ hæc à* S. Simperto *munita dicuntur: nam imperii nomen Francorum, aliorumque regum, etſi imperatores haud eſſent, fuiſſe regnis adſcriptum, docet Mabillonius de re diplomatica lib.* 2, *cap.* 4 & 26. *Conſule*

etiam, ſi lubet, tom. VII *Collectionis Veterum Scriptorum, à Marteneo & Durando adornatæ col.* 5 & *ſeqq., ubi & Pippinum dictum fuiſſe imperatorem, & capitulare Caroli, nondum imperatoris, ex codice ſeculi* IX *tranſcriptum invenies, in quo Carolus tamen imperatoris nomine exornatur.*

ſuorumque profectui ſpirituali impigrè incumbit.

26 *Tractatum item de monachis eſt in ſynodo, anno* 789 *Aquiſgrani celebrata, ut liquet ex capitulis* 26 *ae illis ſeorſim conditis apud Hartzheimium Conc. Germ. tom.* 1, 285. *Quid ſi igitur tum condita primùm fuerint hæc Statuta, quæ ſubinde aucta, tandem anno* 817 *ſub Ludovico Pio ad octoginta uſque excreverint? At quocumque anno condita ſint hæc Statuta, ſi tum hæc, tum illa, quæ his adjecit interpretando* Simpertus, *conſideres, præjulem videas, & vivendi ratione, & victu, quantum corporea ejus patiebâtur infirmitas, monachis parem, rerum temporalium non quidem negligentem, ſed de ſuorum in virtute litteriſque progreſſum ſollicitum inprimis, ac diſciplinæ regularis promovendæ ſtudioſiſſimum:*

E *unde non ſatis habuit, ſynodi, cui interfuerat, ſuis omni niſu inculcare Statuta; verùm etiam luſtrare per ſe voluit varia inſtituti Benedictini monaſteria; horum mores conſuetudineſque diligenter inſpicere, &, ſi quid in iis ſingulari laude atque imitatione dignum fortè animadvertebat, intimo id ſinu reconditum ad ſuos reportavit. Nec eo contentus, ſelectos è ſuis monachos quaquaverſum per Franciæ Orientalis monaſteria decrevit mittere, qui & hoſpitibus, ad quos diverterent, ſimul exemplo eſſent, horumque viciſſim moribus exculti fructus uberrimos, quos alibi collecturi erant, Morbacum quoque inveherent reduces. Plura quidem* S. Simpertus, *quo tempore abbatis Morbacenſis munere perfunctus fuit, præclarè geſſerit, ſed quæ poſterorum notitiæ ſubtraxerit invidia temporum: quapropter ad ea, quæ, cùm Auguſtæ Vindelicorum eſſet epiſcopus, præclarè geſſit, converto ſermonem.*

F

§ III. S. Simperti in epiſcopatu geſta.

Geſta Simperti ep Ratiſponenſis, diſtinguuntur à Geſtis S. Simperti

VErùm, ne Simperti, *Auguſtani epiſcopi, geſta cum iis, quæ ad Simpertum, epiſcopum Ratiſponenſem, Auguſtano æqualem, ſpectant, confundantur, juverit hæc paucis ſeorſim exhibere. Succeſſit hic in ſede Ratiſponenſi Sigirico, ſecundùm incertum, qui ſec.* IX *vixit, poëtam, à Mabillonio tom.* 4 *Analectorum pag.* 525 & *ſeqq. editum; unde Hundium emendes, qui Simpertum Gariboldi ſucceſſorem facit. Synodo interfuit Dingolfingæ in Bavaria anno* 772 *celebratæ, in cujus, quæ ſuperſunt, Actis* Simpreth *dicitur. Anno* 781 *Carolus* 12 *obſides à Thaſſilone, Bavariæ duce, in datæ fidei pignus Cariſiaci recepit* de manu Simberti epiſcopi *ſecundùm monachum Egolſm. in Vita Caroli apud Cheſnium tom.* 2 *Scrip. Hiſtoriæ Francorum pag.* 73. *Idem anno* 778 *Chremſmunſterienſem eccleſiam dedicavit, & S. Emmerammi baſilicam abſolvit anno* 783, *ex Marco Velſero Rerum Boïcarum lib.* 5 *ad annos præfictos, obiitque, eodem*

AUCTORE J. B.

auctore, anno proximè sequenti; at secundùm Annales Francorum apud Chesnium tom. cit., pag. 37 ex editione Canisii, anno 791. De hoc Hundius in Epp. Ratisponens.: Per hunc etiam Sympertum Carolus Magnus constitutiones, quas Aquisgrani, conventu habito, decreverat, in Bajoariam misit; *quod de* S. Simperto *Augustano potiùs, cujus diœcesis Bavariæ partem ex dicendis infrà complexa fuit, dicendum existimavit Stengelius in Annotatis ad ejus Vitam; nec fortassis malè: fallitur tamen, cùm Carolum Magnum, vivo Simperto, Ratisponensi episcopo, quem scilicet anno 784 obiisse credidit, Bavariâ numquam potitum scribit, nescius, Simpertum hunc ad annum 791 usque in vivis fuisse superstitem. Frisingensem ecclesiam tenuit Hatto ab anno 784 usque ad 810 ac proin utrique Simperto æqualis fuit: porrò hujusmodi Simperti episcopi, Hattoni coævi, mentio fit apud Meichelbeckium in Instrumento Ecclesiæ Frisingensis sub Hittone confecto num. 439; sed Ratisponensis, an Augustani?*

B *in episcopatu Aug. Adilberti de his ex Vita S. Magni*

28 *Adilbertus*, utì prorsus nihil de S. Simperti *Morbaci* gestis, *ita pauca admodum, quæ ille in episcopatu Augustano gesserit, habuit memoranda: ecclesiam S. Afræ, tum temporis extra civitatis Augustanæ muros sitam, S. Udalrici etiam postea dictam, abs illo inprimis instauratam scribit, simulque innuit, miseram tum fuisse sacrorum locorum per Sueviam Bavariamque faciem, decertantibus inter se post Pippini regis obitum Utilone Bavariæ & Godfrido Alemanniæ seu Sueviæ ducibus; & in his bellorum motibus S. Afræ ecclesiam flammis exustam;* quæ omnia plenius, *inquit*, in Vita S. Magni quisque scire volens legere potest. *Quam citat Adilbertus S. Magni Vitam, Operis nostri tom. mensis Septembris secundo insertam habes, ubi pag. 755 & seq. in eam, de qua hic sermo est, rem ista leguntur:* Denique post obitum gloriosi regis Pippini, filiis suis litigantibus, erectus est Utilo in ducatu Bavariorum, & Gothefrit in regimine Alamannorum. Sicque orta magna seditione & rixa inter Bavarios & Alamannos, devastantes & deprædantes seu spoliantes omnia, quæ in marchis duarum regionum (*Lycus fluvius ea tempestate Bavaris Sueviisque pro limite erat*) consistebant, minimè quivit Theodorus &c, *cujus nimirum nomine ea S. Magni Vita falsò venditata fuit.*

C

29 *Dein verò ista pag. seq.:* Igitur Carolo rege consolidato & confirmato in provincia Galliæ, restaurans & reædificans ecclesias, quæ à malis invasoribus desolatæ erant, totam Germaniam dominus ejus subjugavit imperio, interfectis principibus Germaniam possidentibus. Cúmque audisset de beato Othmaro injustè acta & ad finem obitûs perducta, nec non de cœnobio Campidonensi, imò & de civitate Augustensi, quippe de monasterio S. Afræ & cellam S. Magni penè destructam & desolatam, compunctus corde, iterum reædificare cœpit ipsas ecclesias & sublimare. Constituit autem episcopum, Simpertum, in ipsa civitate & dedit secundùm morem regium per firmitatis præceptum ad præfata loca omnia, quæ ab antecessore suo Pippino illuc tradita fuerant; insuper & addidit plurima. Suscepto ergò episcopatu, Simpertus profectus est ad Augustam Vindelicam & per annos ferè triginta rexit ipsam eccle-

D

siam, construens basilicam S. Afræ, & restaurans cœnobium S. Magni. Parochiam verò in ambarum partium Lici fluminis per auctoritatem domini Karòli, jam facti imperatoris, in utroque regno simul, Domino avente, coadunavit. *Vita hæc primùm à Theodoro monacho, laborum S. Magni socio, scripta, ac dein ab Ermenrico, qui seculo* IX *Elewangensis in diœcesi Augustana abbas fuit, emendata dicitur: neutrum tamen hic loquentem audis; sed Vitæ S. Magni, si quæ à Theodoro scripta fuit, interpolatorem, ineptum adeò (licèt jam à seculo* XI, *ùt in Commentario, ad Acta S. Magni prævio,* § 1 *Suyskenus noster ostendit, cognitum) ut tot in eo menda aeprehenderit Mabillonius, ut ea se omittere compulsum dicat Sæculo 2 Benedictino pag. 505, & omni auctoritate destitutum pronuntiet pag. 507. Nos ea, quæ ad rem nostram faciunt, hic examinatum imus.*

30 *Ex quo tempore torpère desiaia Francorum reges, Majores verò domus regiæ pro arbitratu gerere omnia, ac digladiari inter se cœperunt,* E *Britannos Armoricos, & Aquitanos in Gallia, Alamannos cum Suevis, qui in unam quasi gentem coaluerant, Boios, Saxones, Frisiosque excutiendi Francici imperii jugum desuerium cepit, quarum gentium duces non tam regibus, quàm palatii præfectis parere sibi probro ducebant. Hinc in vetustis Francorum Annalibus vtaeas bella frequentissima inter Francos gentesque præcisas gesta: quæ autem hic Pseudo-Theodorus de Pippino rege, de litigantibus ejus inter se filiis, de Gothofredo, Suevorum seu Alamannorum, & Utilone, Bojorum ducibus, primo loco ait, neque de Pippino, Caroli Martelli patre, neque de Pippino, Martelli filio, & Franciæ demùm rege accipi ex vero possunt. Nam Pippinus quidem prior præter Carolum Martellum, filios habuit Drogonem & Grimoaldum; sed quibus ipse superstes fuit: non habuit igitur Carolus, saltem fratrem, quocum de dominatu contenderet; Gothofredus autem, Alamanniæ dux, huic Pippino æqualis, anno 709 è vivis excessit secundùm Annales Nazarianos ab anno 707 usque ad 790 extensos apud Chesnium tom. 2, pag. 3. Obiit Pippinus anno 714; at Utilo Boiis* F *princeps datus post obitum Pippini hujus annis 15 circitèr.*

31 *Neque porrò de Pippino rege intelligi possunt. Obiit Carolus Martellus anno 741, relictâ Carolomanno Austrasiâ, Pippino Neustriâ; verùm hi & concordes ferè inter se, & junctis interdum viribus Francorum hostes debellavére: fratrem tamen habuére, Gripponem nomine, qui, regno exclusus, nova molitus est: hic mox Lugduni Clavati mœnibus se incluſit; sed à fratribus Carolomanno & Pippino ad deditionem compulsus in Novocastello Arduennæ custodiæ mancipatus fuit; tum quoque Hiltrudis, invitis fratribus Carolomanno & Pippino, in Bavariam profuga, Odiloni sese matrimonio junxit. Tum quoque à Francis Bojoarii, Alamanni, Saxones defecére. Anno 742 Carolomannus ad Lycum usque progressus est, Alamannos, Theodebaldo duce, rebellantes in ordinem redacturus: anno proximè insecuto unà cum Pippino in Bajoariæ Alamanniæque confinio Odilonem cecidit, cui sese socium junxerat Theodebaldus, Alamannorum dux. Pippinus anno 745 Theodebaldum ad fugam*

A gam compulit, Alamanniamque recepit; jed rurjum anno jequenti Carolomannus, quæ poſtrema ejus expeditio fuit, Alamannos, nova iterum molientes, neceſſe habuit armis aggredi. Obſervare hic juverit, nullum hactenùs comparere Gothofredum, Alamanniæ & Sueviæ ducem, quocum bellum, quod tamen pſeudo-Theodorus aſſerit, geſſerit Odilo; imò Suevos Odiloni, qui, perinde ac ipſi, in libertatem ſeſe aſſerere enitebatur, adverſus Francos, veluti hoſtes communes, belli ſocios adjutoreſque exſtitiſſe.

aberrare oſtenduntur.

32 Grippo, libertati anno 747 redditus, paulò pòſt Saxones adverſus Pippinum, totius jam Franciæ principem, concitat; at, redacta in ordinem à Pippino Saxonum gente, Bavariam (abſente, an mortuo Odilone?) repentè occupat, cui ſe ſocium Lantfridus, Alamannorum dux, adjungit anno 749: hinc nova Pippino in Bajoariam expeditio, quâ anno 749 confectâ, Grippo in Aquitaniam fugit, & Thaſſilo, Odilonis filius, Bojariæ princeps renunciatur, Odilone, utì nonnullis placet, jam defuncto; B quod ſi, ùt alii volunt, ad annum 765 in vivis fuerit, monaſteriis condendis, non gerendis bellis ab anno 749 incubuit. Itaque ex hactenùs dictis habemus, Theodebaldo Alemanniæ duci ſucceſſiſſe Lantfridum, qui anno 749 Gripponi ſe junxit; ſed nullum Gothofredum, ſub quo Suevia devaſtata, & S. Afræ eccleſia exuſta fuerit, illum inter & Odilonem exardeſcentibus bellis. Pippino denique anno 763 è vivis erepto, Francorum imperium partiti ſunt filii ejus Carolus & Carolomannus, quorum hic pacem cum Carolo fratre perpetuò coluit, obiitque anno 771, Francorum uni Carolo relicto imperio: neque igitur de Pippino rege, anno 768 defuncto, ſalvâ hiſtoriæ horum temporum veritate intelligi, nec proin combuſtæ juxta Auguſtæ Vindelicorum mœnia S. Afræ eccleſiæ epocha ex pſeudo-Theodoro, ſuſdeque vertente omnia, ſtabiliri poteſt.

Epocha probabilior combuſti S. Afræ templi,

33 Stengelius in Annotatis ad S. Simperti Vitam Sueviæ vaſtationem, ac eccleſiæ S. Afræ cladem Hunnis, à Thaſſilone in belli adverſus Carolum ſocietatem evocatis, adſcripſit. Idem ferè viſum Gaſſaro in Annalibus Auguſtenſibus, anno 787, Thaſſilonem, confœderatis ſibi Hunnis, non ſolùm Sueviam eſſe depopulatum, ſed Auguſtæ Vindelicorum ſuburbia flammis tradita, ac S. Afræ extra muros fanum funditus in cineres impio eo bello redactum ſcribens, quod licèt in vetuſtis Francorum Annalibus aſſertum non inveniam; ex temporum tamen rerumque tunc geſtarum adjunctis mihi ſit admodùm veroſimile. Conſtat etenim ex prædictis Annalibus Thaſſilonem anno 787 Romam, ubi tunc Carolus agebat, legatos miſiſſe, qui à Pontifice Adriano peterent, ut Carolum inter ac Thaſſilonem pacis eſſe ſequeſter vellet: Thaſſilo autem ſub idem tempus per Sueviam, cui tunc Gothofredus aliquis, Carolo fidus, præfuerit, igne ferroque, Liutperga conjuge, Francici nominis hoſte implacabili, inſtigante, ſæviiſſe, eâdemque clade periiſſe S. Afræ eccleſia videtur. Similia incendia, ferventibus bellorum tumultibus, invitis etiam ducibus, fiunt: quare neceſſe eſſe non video, ut ſcelus id Hunnorum ferocitati adſcribatur; maximè cùm nec anno 787, nec ſequenti in Suevia verſati videantur. Cùm enim anno 787 Thaſſilonem veluti indagine cinctum dedere ſeſe compulit Carolus, omninò imparatum, & Hunnorum auxiliis adhuc deſtitutum invenit. Brevi quidem pòſt ſeſe in Bavariam, cui ad Orientem contermini erant, Hunni ſeu Avares intulerunt; ſed à Boiis Franciſque maturè proſperéque repulſi per Sueviam ſeſe diffundere ſunt prohibiti. Thaſſilonem autem Hunnos poſt ſui deditionem in Bavariam evocâſſe diſertè tradit Eginhardus in Annalibus ad annum 788 hunc in modum: Objiciebant ei (Thaſſiloni) quod, poſtquam filium ſuum obſidem regi dederat (anno 787) ..... ut bellum contra Francos ſuſciperet, Hunnorum gentem concitaret. Quod verum fuiſſe, rerum in eodem anno geſtarum probavit eventus. AUCTORE J. B.

per S. Simperum inſtaurati,

34 Fit itaque ex dictis veroſimile, quod de S. Afræ eccleſia Bojis Sueviſque ducibus, armis inter ſe decertantibus, exuſta ſcribit auctor Appendicis ad S. Magni, abbatis Fueſſenſis, Vitam; ſi tamen Odiloni-Bajoariæ duci, ſubſtituatur Thaſſilo filius: fit item veroſimile eâdem clade, quâ S. Afræ eccleſia, Fueſſenſe monaſterium fuiſſe involutum: ſitum quippe illud eſt in diœceſi Auguſtana, quà ex Juliis E Alpibus in Sueviam ſeſe Lycus amnis effundit in ipſius Sueviæ Bavariæque confinio. Tam S. Afræ templum, quàm Fueſſenſe cœnobium, exauctorato Thaſſilone, ceſſantibuſque bellorum motibus, S. Simperti curâ atque ope inſtauratum idem auctor, contradicente, quod ſciam, nemine, tradit; emendandus tamen in eo rurſus, quòd S. Simpertum, non ante annum 788, quo ſibi, amoto Thaſſilone, Bavariam ſubjecit Carolus, Auguſtanam cathedram adiiſſe, ſcribat, quod cum Simperti triginta annorum regimine ac tempore emortuali, ſuprà indicato, conciliari haud poteſt. Cathedrale item Auguſtæ Vindelicorum templum, à ſe inſtauratum, anno 807 pridie feſti S. Michaëlis honori Deiparæ Virginis conſecravit; ita Corbinianus Khamm in Simperto: præivit ei Gaſſarus in Chronico Auguſtano his verbis ad annum 803: Primus ſummum templum in civitate hac conſecrando, qui mos ſub Paulo I, Romanenſe Papa, vix ante dimidium ſæculum ſuperſtitione nequaquam minima inoleverat, primùm magnæ Matri Mariæ Virgini in profeſto S. Michaëlis archangeli addixit. Sed ignoſcendum homini F eſt, aut ignoranti, aut ignorare ſe ſimulanti, in Eccleſia Catholica ædes ſacras inde à remotiſſimis religionis Chriſtianæ ſeculis, licèt non eodem ſemper ritu, non tam ſanctis, qui noſtri apud Deum tantùm ſunt interceſſores, quàm quidem ipſi Deo ejuſque, velut ſupremi ac unici Numinis, cultui conſecrari ſoluiſſe. Superſtitionis crimen ob eamdem cauſam jam olim Chriſtianis objectum fuit; verùm id ita jam olim diluit S. Auguſtinus lib. 22 de Civ. Dei cap. 10: Nos autem Martyribus non templa, ſicut diis, ſed memorias, ſicut hominibus mortuis, quorum apud Deum vivunt ſpiritus, fabricamus: nec ibi erigimus altaria, in quibus ſacrificemus Martyribus, ſed uni Deo & noſtro ſacrificium immolamus. Sed S. Simperti res geſtas proſequamur.

uni & inſtauravit

35 Adilbertus, poſt citatum pſeudo-Theodorum, pauca de Auguſtani epiſcopatûs, quâ tunc erat, opum tenuitate præfatus, ita pergit: Parochiam (epiſcopatum) in utraque parte Lemannici fluvii, qui Lycus dicitur, quà tunc primùm eadem eccleſia augmentata eſt, auctoritate domni Papæ Leonis III, nec non & conſenſu

AUCTORE J. B.

consensu & confirmatione domni Caroli, jam facti imperatoris, annuente Deo, in utroque ducatu, Noricorum videlicet & Alemannorum coadunavit. *Imperatoris dignitate auctus est Carolus anno* 800, *Leonis quinto; ac proin inter annum* 800 *& annum* Simperto *emortualem id contigisse necesse est: quod autem universim de Bavariæ partis ad Augustanam diœcesim accessione Adilbertus ait, recentiores enucleatiùs exponunt, dum* Simpertum *non modò Augustanum, sed etiam Neoburgensem fuisse episcopum scribunt: est autem Neoburgum (quo de hic sermo est) Bavariæ oppidum, ad Danubium situm, Augustâ Vindelicorum milliaribus ferè septem dissitum: ac certum est eo loci sedem episcopalem sec.* VIII *exstitisse, ex Actis Synodi, anno* 772 *Dingolvingæ in Bavaria celebratæ, in quibus inter episcopos & abbates, qui de fundendo pro se invicem à superstitibus certo precum numero pactum iniêre, primo inter episcopos loco* Manno Nuvenpurgensis civitatis episcopus *recensetur: verum alia hic expendenda veniunt, quæ non*
B *adeò perspicua sunt.*

Neoburgensis

36 *Corbinianus Khamm parte* I *Hierarchiæ Augustanæ pag.* 68 *de Mannone, qui seculo* VII *Augustanus episcopus ordine quartus fuerit, agens, ait:* Ceterùm improbo labore indagavi originem episcopatûs Neoburgensis; sed irrito conatu. *Tum Mss. monasterii sui Annales, sed non admodùm antiquos citans, in quibus episcopatum Neoburgensem ab Augustano numquam re fuisse diversum, sed solùm nomine, quòd Augustani præsules turbulentis istis temporibus, relictâ Augustâ, sedem Neoburgi fixerint, contenditur, Mannonem, episcopum Augustanum, quem seculo* VII *primùm adscripserat, ad Synodi Dingolvingandæ tempora transfert, in qua* Neoburgensis *eâ solùm de causa dictus fuerit, quòd illic habitationem fixerat. Nova sunt hæc, novamque in Epp. August. Catalogis, aliunde satis superque intricatis, confusionem pariunt. Quod autem ad Neoburgensis episcopatûs originem spectat, primùm hoc dico, non exstitisse illum paulò ante annum* 738, *quo S. Bonifacius tres episcopatus, Salisburgensem, Frisingensem &*
C *Ratisponensem in Bavaria instituit. Colligo id ex Gregorii III ad S. Bonifacium litteris, quibus hunc Pontifex ob id factum laudans ait inter cætera:* Igitur quia indicâsti, perrexisse te ad gentem Bajoariorum & invenisse eos extra ordinem ecclesiasticum viventes, dum episcopos non habebant in provincia, nisi unum, nomine Vivilum (*Pataviensem*) quem paulò antè ordinavimus. *Nullus igitur tum temporis præter Pataviensem erat in Bavaria episcopus, ac proin nec Neoburgensis. Instituit dein Bonifacius in eadem Bavaria Eistettensem episcopatum, cui S. Willibaldum præfecit. Quid si igitur sub idem tempus Neoburgi ad alteram Danubii ripam episcopalis sedes fuerit constituta?*

episcopatus,

37 *Certè id ab istius ætatis, quâ plures instituti sunt in Germania episcopatus, more non abhorret, ac reipsa, Zacharia Pontifice, qui ab anno* 741 *ad* 752 *Ecclesiam rexit, id factum legitur in Ms., nescio quo, veteri, cujus apud Lazium de Migratione gentium lib.* 7 *de Boiis pag.* 232 *hæc verba sunt:* Iste Zacharias, rogante Carolo rege (*lege* Carolomanno; *nam eodem anno* 740, *moriente Carolo, nondum Zacharias Pontifex renuntiatus* D *fuerat*) duos episcopos ordinavit, Wicconem in Novam civitatem (*Neoburgum*) & Rozilonem in Augustam. Deinde dominus Pipinus rex jussit Bonifacium, episcopum Moguntinum, cui secundus (*imò III*) Gregorius vicem suam per Galliam & Germaniam commiserat, & Bilibaldum (*Eistettensem episcopum*) unà cum cæteris sapientibus viris, ex præcepto domini Apostolici per omne regnum res ecclesiasticas ordinare. Proinde beatus Bonifacius episcopus eodem itinere venit in Bajoariam, & sedens in civitate Nova ordinavit exinde episcopales sedes per totam Boiariam, atque ob merita sua deposuit Wicconem episcopum, & consensu atque præcepto domini Pipini regis & Odilonis ducis ordinavit illic Mammonem, eoque mortuo, ordinatus est illic Hildegart episcopus. *Si de hujus Ms. ætate juxtà ac fide constaret, de episcopatuum Augustani & Neoburgensis diversitate dubitari non posset; cum eodem tempore alteri Wicconem, alteri Rozilonem episcopum præfectum dicat: at sicut ætas ejus haud ja-* F *tis fortè antiqua est, ita nec ejus fides satis firma. Episcopum enim Augustanum, qui Rozilo dictus fuerit, sub hoc saltem nomine, nusquam alibi repertum iri putem: quod autem ad Wicconem attinet, hunc fortasse eumdem crediderit, ac Wigonem, in Gregorii III ad Bavariæ & Alamanniæ episcopos apud Othlonum litteris memoratum; at hunc Augustanum potiùs fuisse credunt alii, quòd ea tempestate Augustanæ sedi præfuisse autument, qui Witherpus dictus fuerit; vocabulum verò* Wigo, seu Wicco *ex Witherpo contractum sit, quemadmodum ex Ehrenfrido Ezo, ex Chunrado Cuno, ex Lantfriao Lanzo &c; verùm de Witherpo infrà sermo redibit.*

quem etiam

38 *Mannonem, qui secundo hîc inter Neoburgenses episcopos loco memoratur, ex Synodo Dingolvingiana suprà laudata Neoburgensem sedem obtinuisse indubitatum est; tantumdem verò de Hildegardo, quem Mannoni laudati Ms. auctor subjungit, dicere non ausim; cùm nec hujus alibi ubiam vestigium repererim, nec eâ Ms. auctor accuratione sit usus, quin per-* F *sonas temporaque vel in hoc ipso, de quo agimus, textu confuderit: ita Zachariam Papam rogatu Caroli (Martelli) Wicconi & Roziloni episcopalem tribuisse dignitatem ait, cùm tamen Carolus anno* 741 *mense Octobri obierit, Zacharias verò eodem quidem anno, sed ad mensem Decembrem jam provecto, Sedi Romanæ præsidere cœperit. Rursus Ms. auctor, Bonifacium, Neoburgi commorantem, ordinasse ait Pippini jussu episcopales sedes per totam Bajoariam, amotoque è sede Neoburgensi Wiccone, substituisse Mannonem: atqui jam inde à Gregorii III & Carolo adhuc superstite, utì liquet ex Gregorii ad Bonifacium ea de re litteris, tres in Bavaria episcopatus Frisingensem, Ratisponensem & Salisburgensem, instituerat, quartum verò seu Pataviensem Bonifacius confirmaverat: Pontificiæ litteræ, quibus ea episcopatuum institutio approbatur, exstant apud Othlonum in Vita S. Bonifacii, scriptæque sunt anno imperii Leonis* XXIII, *Indictione* VIII, *ac proin haud seriùs anno* 740; *quî igitur id factum scribit jussu Pippini? Sanè conciliari rectè ista non videntur posse, nisi Za-*

A *Zachariæ Gregorius, Pippino verò Carolus pater ſubſtituatur, cujus tranſcripti huc textus initio meminit Ms. auctor.*

adminiſtrâſſe 39 *Sed, utut hæc ſeſe habeant, equidem ex vero Adilbertus videtur dixiſſe, eam Bavariæ partem, quam Lycus amnis à Suevia ſecernit, epiſcopali* S. Simperti *curæ fuiſſe commiſſam: hinc enim epiſcopus Neoburgenſis appellatus videtur in diplomate Leonis III, quo Arnonem, Salisburgenſem epiſcopum, anno* 798 *ad archiepiſcopalem dignitatem evexit: recitat id Hundius de Metrop. Salisb. pag.* 4 *ex exemplaribus Salisburgenſibus, in quibus diplomatis inſcriptio his concipitur verbis:* Dilectiſſimis nobis Alim eccleſiæ Sabionenſis, qui nunc Brixinenſis: ſeu Attoni eccleſiæ Friſingiæ, ac ſimul eccleſiæ Reginenſis, nec non Walthero eccleſiæ Patavienſis, & Symberto eccleſiæ Niwenburgenſis, provinciæ Bajoariorum epiſcopis, Leo ſervus ſervorum Dei. *Manifeſta quidem eſt hujus inſcriptionis depravatio; nam dudum pòſt jub Albuino, ùt citatus Hundius pag.* 442 *ſcribit, Sabionenſis*

B *ſedes Brixinam tranſlata fuit, ac proin dicere non potuit Leo de Alimo,* qui nunc Brixinenſis. *Manifeſtum pariter eſt Attonem, Friſingenſi ſimul & Ratiſponenſi non præfuiſſe; verùm anno* 798 *Ratiſponæ præfuit Adalwinus: ùt igitur priores voces,* qui nunc Brixinenſis, *inepti interpolatoris ſunt; ita & hæ,* ac ſimul, *ubi ſcribi oportuiſſet,* Adalwino, *deſcribentis imperitiæ adſcribendæ videntur: nam autographum Leonis diploma non vidit Hundius, ùt in margine adnotatur. De* Simperto *Ratiſponenſi epiſcopo non loqui Leonem, ex anno hujus emortuali, Chriſti, ùt vidimus ſuprà num.* 27, 791 *compertum eſt: reſtat ergò, cùm nullus alius Simpertus, Leone III Pontifice, in Germania epiſcopus fuiſſe noſcatur, ut de* S. Simperto *Auguſtano loqui cenſendus ſit, quem* Neoburgenſem, *non verò* Auguſtanum *epiſcopum appellarit, non quòd Auguſtanus, cùm edidit hoc diploma Leo, non eſſet, ſed quòd id non ad Alamanniæ, ſed ad ſolos Bavariæ epiſcopos dirigeret, inter quos* S. Simpertum *eo nomine, quod Bavariæ partem adminiſtrârit, numerandum cenſuerit. Non*

C *opinor porrò, Leonem, qui procul dubio ſuo in diplomate* Simperti, *utì & reliquorum, ſedem expreſſit, mentionem feciſſe ſedis Auguſtanæ, tum ob rationem jam datam, tum quòd alioquin interpolator diplomatis, utì Attonem Friſingenſem ac ſimul Ratiſponenſem, licèt perperam, appellavit, ita &* Simpertum *Auguſtanum ac ſimul Neoburgenſem appellaturus fuiſſe videatur.*

S. Simpertus, 40 *Alterum de adminiſtrata per* S. Simpertum *ea Bavariæ parte, quæ ad dexteram Lyci fluminis ripam jacet, teſtimonium petitur ex Rotulo hiſtorico cœnobii Benedicto-Burani, in eadem Bavariæ parte Libuſam (Loyſa) inter & Ijaram in Monachienſi Tetrarchia ſiti, tom.* 7 *Monumentorum Boicorum, anno* 1766 *Monachii edito: ætatem auctoris inde colliges, quòd ſub Rotuli finem dicat,* Poſthinc (*poſt recuperatam ab abbate Gotahelmo monaſterii libertatem priſtinam*) nullus hominum mortalium uſus fuit concupiſcere iſtud cœnobium. *Gothelmo abbate, anno* 1062 *è vivis erepto, ùt ſcribit Meichelbeckius, ſucceſſit Megingozus, ſed poſt annos duos & menſes aliquot abbatialis regiminis injuriosè per Ellenhardum, intruſo in ejus locum Ratmundo, gradu motus eſt; quam Monaſterii Benedicto-Burani* AUCTORE J. B. *clademcùm ignoraverit Ms. Rotuli auctor, paulò poſt annum* 1062 *è vivis abierit, vel certè Opus ſuum abſolverit. Jam verò, quid is in rem noſtram adferat, videamus. Ita tom. Monumentorum Boicorum ſuprà citato pag.* 6 *ſcribit:* Per XXXIX annos rexit (*Walarammus, ſecundus Benedicto-Buranus abbas*) hunc locum locaque ſupradicta, & die Vigiliæ depoſitionis S. Scolaſticæ virginis, ſororis S Benedicti, migravit ex hac luce, id eſt, V Id. Febr., & ab epiſcopo Auguſtenſi ſancto viro Sintberto adpoſitus eſt juxta fratrem ſuum beatum Lantfridum ipſa die depoſitionis S. Scolaſticæ. *Neque Waldrammum ſepeliit tantùm, ſed ejus auctoritate atque conſenſu, quod non dubium epiſcopalis poteſtatis juriſque eſt argumentum, illi ſucceſſor eſt datus. Ita enim pergit Rotuli auctor:* Atque electione epiſcopi Sintperti & fratrum Congregationis S. Benedicti ordinatus eſt in locum ejus venerandus vir Elylandus abbas, id eſt, IV Id. Februarii; *ex quibus quidem, quod de adminiſtrata* E. *per* S. Simpertum *Bavariæ parte Adilbertus dixit, confirmatur.*

non tamen primus 41 *Verùm an tunc primùm, quod pariter Adilbertus aſſerit, Auguſtana diœceſis, ea Bavariæ parte, quæ ultra Lycum ſita eſt, eſt aucta? Dubitandi ratio ex eodem Rotuli Benedicto-Burani auctore petitur, qui pag.* 2 *de Wicterpo, Auguſtano epiſcopo ait, primum quidem, ejus maximè conſilio factum, ut S. Bonifacius adiretur, rogareturque, ut monaſterii Benedicto-Burani eccleſiam dedicaret; quod anno* 742 *Meichelbeckius in Chronico Benedicto-Burano; hujus verò editor Hardenfeldius anno* 740 *factum tradit. Dein idem dicti Rotuli auctor meminit eccleſiæ in loco Staphalaſtagna (ſeu ad lacum Staffelſee) in pago Houſi, ſeu in diſtrictu comitum Andecenſium conditæ* cum conſenſu Thaſſilonis ducis (*imò Odilonis; nondum enim, cùm condita ea eccleſia fuit, Thaſſilo natus fuerat, aut certè adhuc infans erat*) ac Wicterpi Auguſtanæ civitatis epiſcopi. *Demùm ab eodem Wicterpo Lantfridum, abbatem Benedicto-Buranum primum, poſt annos regiminis quinque & viginti ſepulturæ traditum* F *ait; quæ omnia, tum verò maximè id, quod ſecundo loco memoratum eſt, Wicterpum etiam trans Lycum epiſcopum egiſſe oſtendunt.*

ex Epp. Auguſtanis 42 *Erit fortaſſe, qui dicat: S. Magnus, Fueſſenſis ſeu Faucenſis abbas ex dictis tom.* 2 *Septembris in Commentario ad illius Vitam prævio* § IV *circa medium ſeculum ſeptimum probabiliùs obiit: Magno autem Wicterpus, Auguſtanus epiſcopus æqualis fuit ex ſcriptore ſeu interpolatore Vitæ mox dicti abbatis, quo teſte, S. Magnus, Campidono relicto, ad Fauces profectus, Eptatici Wicterpum Auguſtanum epiſcopum invenit, benignumque habuit hoſpitem: quam porrò ſcripſit ille S. Magni Vitam, jam inde à ſeculo* XI *habita pro antiqua fuit, utì laudati mox Commentarii* § I *Suyskenus obſervat: quare, utì Rotuli Benedicto-Burani auctore, qui ſec.* XI *adulto ſcripſit, antiquitate, ita etiam auctoritate S. Magni Vitæ ſcriptor potior cenſeri debet. Fateor equidem hunc Rotuli auctore ætate potiorem, ſed non accuratione ſcribendi. Quid de illius auctoritate cenſuerit Mabillonius, jam dictum eſt ſuprà; multùmque vereor, ne interpolator ille ſeu pſeudo-*

AUCTORE J. B.

do-Theodorus Wicconem seu (quod idem, ut suprà post Meichelbeckium & Eckhartum dixi, valet) Wicterpum, episcopum item seculo VII *Augustanum, cum Wicterpo, qui eamdem seculo* VIII *ecclesiam rexit, solitâ suâ confuderit imperitiâ. Quid quod secum ipse pugnet, dum hinc ea scribit, ex quibus S. Magnum seculo* VII *(vide laudatum Suyskeni Comment. § 4) obiisse conjequitur; illinc verò eumdem Pippino regi, Carolomanni fratri æqualem facit; atque ad hunc modum auctori Rotuli Benedicto-Burani non modò non adversatur, sed idem, ac ille, de Wicterpi Augustani episcopi ætate, tradit. Facit verò ita cap. 6, num. 54 ita scribens:* Profectus est suprad.ctus episcopus Wichterpus ad gloriosum regem Pippinum *(Carolomanni fratrem, ut alibi paulò pòst addit)* qui tunc temporis Germaniam totamque Galliam regebat &c. *His itaque perpensis, meo quidem judicio, nihil est, cur pseudo-Theodorus, licèt ætate aliquantò antiquior, hac in re auctori Rotuli Benedicto-Burani, domestica è domesticis monumentis referenti, præferendus videatur.*

B

ultra Lycum episcopum egisse videtur;

43 *At alio tenetur scrupulo Meichelbeckius, vereturque, ne Rotuli Benedictino-Burani scriptor hic cespitârit: interfuerit nimirum fortasse dedicationi ecclesiæ Benedicto-Buranæ Wicterpus episcopus, sed is, de quo in Annalibus Francorum Majaciacensibus, ab anno 726 usque ad annum 796 extensis apud Labbeum tom. 2 Bibl. Mss. pag. 736 hæc leguntur:* Anno DCCLVI, anno v regnante Pippino rege, obiit Wicterpus, episcopus & abba S. Martini *(Majaciacensis in diœcesi Bituricensi.)* Fuit autem Baugorius, genere Heiloiuingus: senex & plus quàm octogenarius, usque ad id tempus sedebat, propria manu scribens libros: *idem, ut apparet, qui in libelli cujusdam, ad amicum popularem seu Bavarum umbilico scripsit:* Scripsi ego ipse Wicterpus, quamquam peccator, episcopus jam senex, puto nonagenarius, aut supra, dolentibus membris & caligantibus oculis..... Tertio anno regnante Pipino, filio Caroli, rege Francorum, mense Junio, in diebus decem scripsi hunc libellum, hoc est, anno DCCLIV a Nativitate Christi, VII Indict. *Sed hic omninò alius est à Wicterpo Rotuli Benedicto-Burani: dicitur quidem episcopus, sed quales in clausulis erant, quibus nulla, quam regerent, diœcesis fuit; nec sensu alio, quàm quo de Andegario in eodem Chronico ad annum 790 legitur:* Andegarius, episcopus monasterii S. Martini, obiit XV Kalendas Februarii. *Dicitur abbas, quod nusquam de suo Wicterpo Rotuli auctor dicit: dicitur obiisse anno 756: at Wicterpus, de quo Rotuli auctor, dicitur Lantfridum post annos ab anno 740 aut 742 viginti quinque aut plures sepelisse: quare verosimile non est, hoc de Wicterpo quidquam Rotuli auctori venisse in mentem. Sedisse verò istis annis Augustæ Marcomannum, nec Meichelbeckius, nec, quem citat, Gassarus probatum dedit. Fit itaque ex cit. Rotulo admodum verosimile, epp. Augustanos etiam ultra Lycum, ante* S. Simpertum *munus suum exercuisse. Verùm id tantum fortasse sibi voluit Adilbertus, demùm sub* S. Simperto *factum, ut ea Bavariæ pars solemnibus Leonis III & Caroli Magni litteris diœcesi Augustanæ primùm fuerit adjuncta seu confirmata.*

quo pacto omnis Adilbertum inter & Rotuli Benedicto-Burani erit sublata dissensio. Factum item esse potuit, ut Bavariæ portio, Lyco quidem amni contigua, sed à Danubio remotior, ante Simperti *episcopatum, Augustanis præsulibus pareuerit; altera verò portio, quæ Danubio Neoburgoque propinquior est,* S. Simperto *præsule, diœcesi Augustanæ primùm accesserit. Ceterum non omnis Neoburgensis diœcesis Augustanæ adjuncta fuit:* Nam quæ ex nostra parte *(Eichstettensium)* Danubii sita sunt, *inquit Gretserus in calce Appendicis ad episcopos Eichstettenses,* Eychstadiano episcopatui cessisse videntur, quæ divisio etiamnum durat; nam ipsum Neoburgum, & quæ nobis trans Danubium sunt, ad Augustanum episcopatum spectant; reliqua ad Eychstadianum, nisi quod juxta Ingolstadium pagus, trans Danubium, cui à Salvatore nomen est, cum aliquot adjunctis, sub diœcesi Eystettensi censetur

D

cetera ejus ità episcopatus gesta.

44 S. Simpertus, *si Corbiniano Khamm credimus, pluribus synodis, Moguntinæ, Ratisponensi, Francofurtensi, Aquisgranensi* I, *Theodovillensi, Wormatiensi, & Aquisgranensi* II *interfuit; conciliorum patribus, Carolo Magno & Ludovico Pio in religionis negotiis plurimum consiliis suis profuit, decreta synodalia promulgavit, observarique curavit, juventuti instituendæ scholas aperuit ad S. Afræ &c, quæ partim vera, partim recidenda sunt. Cum ex variis, quas à variis statui, laudatus auctor ait, episcopatûs* S. Simperti *epochis, temporis oriatne ea prima sit, quæ episcopatûs ejus initium anno 779 illigat, satis inaicat, memoratas abs se hic synodos post illum annum fuisse habitas: inde verò ducto initio, invento apud Hartzheimium in Indice Chronologico Conciliorum Germaniæ tom. 2 initio synodum Wormatiensem, alteram quidem celebratam anno 786, alteram anno 803; Aquisgranensem* I *anno 789, secundam anno 797; Ratisponensem anno 798, alteram anno 803; Francofurtensem anno 794; Moguntinam anno 800; & item alteram anno 813, Theodovillensem denique anno 805; quibus quidem omnibus (sed Moguntinam anni 813 excipe) habita ratione temporis, quo Augustæ sedit, interesse* Simpertus *potuit: interfueritne re ipsa, uti nec planè negare, ita nec asserere ausim. Decretorum à* Simperto *promulgatorum, & sollicitudinis ejus, ut sanctè observarentur, specimen habes suprà, ubi de Statutis synodalibus, Morbacensibus cœnobitis ab ipso promulgatis, sermo fuit: quod autem de scholis, per ipsum Augustæ Vindelicorum erudiendæ juventuti institutis, Corbinianus Khamm dixit, nititur verosimiliter Epistolâ Caroli Magni anno 788 datâ ad Baugulfum, abbatem Fuldensem, quæ* pro scholis per singula episcopia & monasteria instituendis *est. Frequenter denique ipsum in aula Caroli Magni versatum, ac gravioris momenti negotiis, licèt invitum, fuisse irretitum, ex iis, quæ ex Statutis synodalibus num.* 17 *retulimus, perspicuum est: at idem ipsi, in aula Ludovici frequentissimè versanti, obtigisse, recidendum est; cum ex dictis suprà num.* 12 *Ludovici imperatoris tempora* S. Simpertus *non attigerit.*

E

F

§ IV.

A

§ IV. S. Simperti obitus, ſepultura, miracula quædam, tranſlatio prima, cœptus auctuſque ejuſdem cultus ſacer.

Sub init. ſec IX *vivis erep.as*

HAud equidem dubito, *quin plura, æternâ poſteritatis memoriâ digna, in epiſcopatu ſuo geſſerit* S. Simpertus, *ſed quæ nobis temporum viciſſitudo injuriaque eripuit: per annos triginta Auguſtanæ eccleſiæ præfuiſſe Adilbertus aliique paſſim tradunt; quod etſi ſat certis antiquiſque monumentis evinci haud poſſit, à communi traditione temerè hîc mihi recedendum non putavi. Annum verò, circa quem obierit (nempe* 808 *aut ſeq.) quatenùs licuit, jam determinatum habes ex dictis juprà. Adilbertus ad laborum ſuorum in cœlis mercedem evocatum ait Leone III Eccleſiam, Carolo Magno Occidentis imperium moderante, quod temporis ſpatium ab anno* 795 *uſque ad* 814 *excurrit; diem verò emortualem ei ſtatuit* XIII *Octobris, quo notatur in vetuſtiſſimo S. Udalrici Necrologio (quamvis abſque* Sancti *titulo, teſte Mabillonio tom.* 4 *Analectorum pag.* 328*) ideò fortaſſis omiſſo, quòd Necrologium priùs ſcriptum fuerit, quàm* S. Simpertus *pro Sancto à Pontifice declaratus, cultumque ſpecialem & publicum, qua de re infrà dicetur, fuerit conjecutus. Hinc, ùt apparet, non alio, quàm* Epiſcopi *titulo à biographo S. Udalrici mox citando decoratus fuit ſeculo* IX. *Colitur equidem eo die* S. Simpertus, *neque inveni, qui ea in re Adilberto contradiceret.*

ſepultuſque in S. Afræ

46 *Erat id temporis epiſcopis Auguſtanis in more poſitum, ut in eccleſia S. Afræ juxta Auguſtam deponi exuvias ſuas vellent: præterea fuerat eadem eccleſia* S. Simperti *curis è cineribus excitata, ùt dictum eſt ſuprà: pronum ergò erat, ut ibidem ſe ſepultum* S.

C Simpertus *vellet; quod è votis ejus factum, teſte Adilberto; nimirum* in choro juxta gradus, *ùt ex S. Udalrici biographo, infra latiùs citando, colligere fas eſt. Jacuêre illic* S. Simperti *exuviæ ab obitu ejus annis centum ſexaginta & eo ampliùs, ùt Adilbertus ſcribit, a nec iteratò S. Afræ eccleſia incendio periit, Hungaris S. Udalrici tempore univerſam Bavariam devaſtantibus ac Auguſtam obſidentibus. Verùm non conſtat ſibi Adilberti calculus; contigit enim ea Hungarorum in Alamanniam excurſio, ùt mox oſtendam, anno* 955*: hinc autem annos* 160 *retrorſum ſi numeres, ad annum ſaltem* 795 *revolveris, Leonis III quidem primum, ſed ante ſuſceptas à Carolo Magno imperii habenas quantum; cùm tamen obiiſſe* S. Simpertum, imperiale ſceptrum adhuc regente Karolo Magno, *Adilbertus dicat. Addit porrò Adilbertus, pulſis Hungaris, S. Afræ eccleſiam ſine tecto, ſepulcrumque* S. Simperti *imbribus manſiſſe expoſitum: ſed monitum fuiſſe in ſomnis à Deo Udalricum, ut* S. Simperti *tumulum congruo tecto operiendum curaret: jacebant in eo templo aliorum quoque Sanctorum corpora; ſed ea adverſus aëris injurias erant utcúmque*

munita: quapropter ſolius S. Simperti *mentio Udalrico divinitùs facta videtur; forſan quòd hic minùs, quàm par eſſet, coleretur, aut impedire Deus voluerit, ne perpetuæ Servi ſui merita oblivioni traderentur. Exin cœptum eſſe* S. Simpertum *velut Sanctum à fidelibus invocari, Stengelius in ejus Vita affirmat.*

AUCTORE J. B.

prodigiis inclarſcere incipit ſec. X.

47 *Verùm ne res hæc, ùt ab auctore parùm idoneo aſſerta, minùs habeatur credibilis, ſcriptoris Vitæ S. Udalrici, Sancto huic non æqualis modò, ſed etiam familiaris, hanc in rem verba lectori ſiſtere juverit:* Eccleſiam autem, *inquit tom.* 2 *Julii, pag.* 111, *num.* 50, ſanctæ Afræ, quæ à paganis fuerat cremata, adhuc reædificata non erat, ſed tugurium gloſſibus (*ſcandulis*) tectum altaria ab imbribus & intemperiebus defendebat: ſepulchrum Simperti epiſcopi, in choro juxta gradus ſitum, adhuc ſine tecto remanebat, de cujus operimento in viſione admonitus, lignis more operculi arte conjunctis tegebat. *Idem auctor annum obſeſſæ ab Hungaris Auguſtæ crematæque ab iisdem S. Afræ eccleſiæ diſertè exprimit* DCCCCLV; *Sigebertus tamen* 957, *Marianus* 956 *notat; aliis pleriſque id ad annum* 955 *referentibus. Addit porrò, quod & Adilbertus facit, reparatâ jam, ſed tumultuario tantùm opere, S. Afræ eccleſiâ, non multò pòſt S. Udalricum iteratò monitum divinitùs fuiſſe, ut eam ſplendidiore opere inſtauraret:* Hac revelatione (*ſecundâ*) perdoctus (*inquit*) quid ſibi eſſet faciendum, muros ex maxima parte ab ignibus depoſitos (*an* depaſtos?) cum magna feſtinatione reædificare fecit, & priori altitudini menſuram unius cubiti ſuperpoſuit; cryptaque congruenti occidentalem partem eccleſiæ decoravit, ſuper ædificia in ſua præſentia cautè menſurata, ſummo ſtudio incidere & adducere præcepit, & non tardavit, donec imbricibus eam ex toto cooperuit, & interiùs ædem eccleſiæ laquearibus veſtivit, & lucidâ picturâ decoravit, & ornamenta eccleſiæ, quæ propter barbaros in civitatem fuerunt deportata & in matrici eccleſiâ (*cathedrali, à* S. Simperto *anno* 807 *inſtaurata & S. Mariæ dicata, ùt ſcribit in* Simperto *Corbinianus Khamm*) ſervata reſtitui fecit.

F

tranſlatis primùm ſec. XI *ejus reliquiis.*

48 *Stetit S. Afræ eccleſia, per S. Udalricum inſtaurata, uſque ad ſeculum* XI, *quo ad annum duodecimum provecto, ſub Brunone epiſcopo Auguſtano canonicis, qui hactenùs eam adminiſtrârant, ſubſtituti ſunt Ordinis Benedictini alumni, primuſque ejus loci abbas conſtitutus eſt Reginbaldus. Sub idem verò tempus ſepultus illic S. Udalricus tot tantiſque inclarejcere prodigiis cœpit, ut eccleſiæ, quæ S. Afræ hactenùs dicta fuerat, etiam S. Udalrici nomen acceſſerit; quo nomine in diplomate Henrici II imperatoris, anno* 1023 *dati part.* 3 *Hierarchiæ Aug. pag.* XI *appellatam invenio. Eodem item ſeculo, Adalberone abbate, propagato civitatis Auguſtanæ pomerio, SS. Afræ & Udalrici monaſterium ſinu mœnium receptum. Ita Bernardus Hertfelder, ejuſdem monaſterii Prior, de Baſilica SS. Afiæ & Udalrici part.* 1, *partim cap.* 3, *partim.* 4. *Anno verò ejuſdem ſeculi* 64 (*perperàm apud Pezium, utì & in utraque Ms.* S. Simperti *Vita, à Wiltheimio & Gamanſio noſtris deceſſoribus miſſa, legitur annus* 1004) *rurſus collapſum SS. Afræ & Udalrici templum ab Embricone,*

AUCTORE J. B. *Auguſtano epiſcopo, reſtitutum fuit, qua occaſione inventæ non* S. Simperti *modò, ſed etiam SS. Wicterpi, Nitgarii & Adalberonis, Auguſtanorum pariter præſulum, reliquiæ tranſlatæ fuerunt* ad Auſtralem partem baſilicæ ſub quodam fornice in eum, ubi nunc (*circa medium ſeculum* XIII, *quo ſcribebat Adilbertus*) venerantur à populo locum. *Atque hæc prima corporis* S. Simperti *tranſlatio fuit, quam ſecuta ſunt miracula, quæ deinceps Adilbertus narrat; ſed ea tantùm, quæ temporibus ſuis ſunt propiora. Horum primum, quod, combuſto iterum SS. Afræ & Udalrici tum templo, tum cœnobio, ſeculo* XII *contigit, anno* 1180 *contigiſſe perperam legitur; cùm anno* 1183, VI *Kalendas Julii in novam illam calamitatem cœnobium ſuum inciaiſſe ſcribant Hertfeldius, Stengelius & Corbinianus Khamm.*

creſcunt miracula

49 *Quæ autem prodigia* S. Simperti *meritis ac interceſſione oſtendere Deum voluiſſe Adilbertus narrat, ſummatim hæc ſunt; abactus pedum tumor, tumba* S. Simperti, *etſi dio expoſita, ab imbribus tamen intacta, dolor capitis &* B *angina ſublata, ejectus ex humano corpore dæmon, reſtituta veſano mentis ſanitas, illæſus à lupi dentibus infans, redditus brachii uſus, vinculum ferreum ſponte ruptum, paralyſis depulſa, viſus cæcæ feminæ reſtitutus, brachium, arefactum manuſque contracta ad uſum vigoremque priſtinum revocata. Creſcente verò prodigiorum numero, crevit pariter fidelium ad* S. Simperti *tumulum concurſus, piarum oblationum copia, & ſacer ſancti Epiſcopi cultus: ſacrum* SS. Simperto *& Adalberoni diem ſpeciali cultu coli voluit Udalſcalcus, Auguſtanus ab anno* 1184 *epiſcopus: eorumdem item depoſitionis diem celebrari juſſit Henricus III, in abbatem SS. Afræ & Udalrici eodem anno electus, teſte Corbiniano Khamm part.* 1 *Hierarchiæ Aug. pagg.* 228, *& part.* 3, *pag.* 48. *Quamvis autem apud Pezium nulla deinceps narrentur* S. Simperti *miracula, quæ ante annum* 1465 *facta ſunt, dubium tamen non eſt, quin ſeculis* XIII *&* XIV *iis magis magiſque inclaruerit, uti ex mox dicendis abundè pateſcet.*

C *ejuſque cultum Udalricianis indulget Nicolaus V.*

50 *Nam, ut ſcribit Corbinianus Khamm part.* 1 *Hierarchiæ Aug. pag.* 281, *anno* 1450 *Petrus à Schaumberg, epiſcopus Auguſtanus & S. R. E. Cardinalis,* S. Simperti *miraculorum frequentiâ motus, cæleſtem hunc Virum, miraculis fulgentem, Nicolao V ſummo Pontifici propoſuit, atque inſtar aliorum Sanctorum à cunctis fidelibus coli, in memorato autem monaſterio (SS. Afræ & Udalrici) divino etiam* Officio celebrari poſſe ab eodem Pontifice (*vivæ vocis oraculo*) impetravit; *poſtquam nimirum, uti Sigiſmundus ſcribit, Pontifici Legenda ac Hiſtoria metrica cum certis proſis oblata perſpectaque fuerat. Neque ſolùm* S. Simperti *cultum Udalricianis aſcetis indulſit, ſed eos inſigni hoc elogio, teſte eodem Sigiſmundo, ornatos voluit:* Nos, dum in minoribus eſſemus, locum & Fratres ipſius vidimus, judicamuſque eſſe Viros bonos, nec ſuſpicamur deceptionem aliquam. Quare, ut ejuſdem beati Simperti obitum cum ſolenni Officio peragant, volumus, donec legatus has ad partes tranſmiſſus fuerit à Sede: tunc fiant facienda. *Error tamen in Sigiſmundi verbis cubat; neque enim Felix V (Amedeus, Sabaudiæ dux & antipapa)* S. Simperti *cultum, uti apud illum legitur, indulſit, ſed Nicolaus V, Eugenii II (cui conſtanter adhæſit Petrus à Schaumberg, teſte Corbiniano Khamm part.* 3, *pag.* 77) *ſucceſſor. Sic enim legitur in teſtimonio publico, quod de hoc Nicolai V indulto, dedit laudatus Auguſtanus præſul anno* 1468 *ſextâ Februarii, cujus part.* 1 *Hier. Auguſtanæ pag.* 77 *hoc fragmentum exhibetur:* Ut abbas & conventus monaſterii SS. Udalrici & Afræ Auguſtenſis Officium divinum tam diurnum, quam nocturnum, cum Hiſtoria & Legenda in codicibus ac libris veteribus de B. Symberto repertis debita cum reverentia canendo & legendo perſolvere poſſent & deberent, ipſeque B. Symbertus per eos & alios Chriſti fideles de cetero tamquam Sanctus ſine alicujus peccati labe & trangreſſionis nota revereri & venerari poſſit, eadem authoritate ſimili vivæ vocis oraculo conceſſit & indulſit. D

aliique Pontifices augent,

51 *Pontificis munificentiam æmulatus Petrus ep, ut* S. Simperti *cultum & ipſe promoveret, hæc teſtimonio mox relato ſubnexuit:* Omnibus utriuſque ſexus fidelibus contritis & confeſſis, qui in die S. Symberti capellam ſeu altare ejuſdem S. Symberti, in prædicto monaſterio SS. Udalrici & Afræ ſitam vel ſitum, devotè viſitaverint, & pro conſervatione ejuſdem capellæ ſive altaris, calicum, librorum, ac aliorum ornamentorum, pro divino cultu inibi neceſſariorum, quotieſcumque manus porrexerint adjutrices, centum dies de injunctis illis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus, præſentibus, in perpetuum duraturis. *Conceſſum hactenus monaſterio Udalriciano* S. Simperti *Officium recitandi indultum Gregorius XV anno* 1622 *ad diœceſim Auguſtanam extendit, ac ſub ritu duplici ejus Officium recitari juſſit, Joannis Merck, abbatis Udalriciani, curâ,* quod poſtmodùm, *inquit Corbinianus ſæpè laudatus part.* 3 *Hier. Auguſtanæ pag.* 131, ad feſtum II claſſis fuit elevatum. *Clemens verò XI, curis Wilibaldi Popp, abbatis Udalriciani, anno* 1713, *die* VIII *Octobris, citato mox Corbiniano pag.* 195 *teſte, indulgentias plenarias omnibus fidelibus die* XIII *Octobris,* S. Simperto *ſacra, in S. Udalrici templo lucrandas conceſſit.* E F

promoveni abbates Udalriciani

52 *Symbolam quoque ſuam ad promovendum* S. Simperti *cultum abbates Udalriciani, Henricus epiſcopus Auguſtanus, Maximilianus cæſar, & civitas Auguſtana contulerunt. Joannes Melchior de Stanham, Udalricianus ab anno* 1459 *ad annum* 1474 *abbas, poſt Nicolai V indultum, de quo ſuprà,* Antiphonam, Verſiculum & collectam de S. Symperto, epiſcopo Auguſtano, inter ſuffragia ſeu commemorationes communes, in Veſperis & Laudibus perſolvendas, ordinavit, *inquit Corbinianus part.* 3, *pag.* 80. *Idem de Conrado abbate:* Inſuper ſacellum S. Joannis Baptiſtæ & Euangeliſtæ ſupra S. Symperti ſepulchrum cum miræ artis fornice conſtruens, ipſum ſepulchrum clathro, ære ductili artificiosè fabricato, cinxit, *anno* 1496. *Sacellum* S. Simperti, *eodem teſte pag.* 130, *exornavit Joannes Merck, de quo num. ſuperiore. Addit pag.* 196 *de Wilibaldo Popp, de quo item num. ſuperiore:* Anno 1714 pro veteri ſtatua inaurata S. Symberti, aliam ex lapide Pario ſubſtituens, ipſum ejus ſepulchrum lapide Porphyretico ſumptuosè exornavit. Occaſione ejus ſtructuræ conſpiciebatur

A tur ciſta ferrea, duobus pedibus, & novem pollicibus longa, atque novem pollicibus lata, binis vinculis ſeu laminis ferreis in longitudine & tribus in latitudine conſtricta. Supra hujatem ciſtam hæc legebantur verba: "S. »Simpertus epiſcopus Auguſtenſis." *De Frederico de Zolleren, epiſcopo Auguſtano, & Joanne Giltlingen, S. Udalrici abbate, infrà dicetur.*

Henricus ep., Maximilianus cæſar, & civitas Aug.

53 *De Henrico verò, Auguſtano epiſcopo, part.* 1, *pag* 393 *ita Corbinianus:* Anno 1624 feſtum S. Symberti, epiſcopi Auguſtani & diœceſis tutelaris ſecundarii, jam ante centum annos (*imò ferè ducentos ex num.* 50) in monaſterio SS Udalrici & Afræ Officio canonico celebratum per totum diœcesanum territorium ſub ritu duplici die XIII Octobris peragendum promulgavit. Ad S Udalricum ſolennitatem octiduanam induſit; *quam deinceps ſpeciatim deſcribit, ac videre loco citato poterit, ſi qui pompæ illius cognoſcendæ ſit cupidus. Maximilianus cæſar* S. Simperto, *partâ de Bohemis victoriâ, militare tropæum conjecravit; quod olim ad ejus tumbam pependit, hac inſcriptione:* MDIIII pridie Idus Septembris. Imp. cæſ. Maximiliano. P. F. aug. victore. auxiliariis. ducibus. alberto. baioario. erchione brunwicen. e marchionibuque brandenburgenſibus. friderico patre. caſimiro & georgio filiis hoſtes bohemi. in. campis. Noricorum. non longè à ratisbona. danubiana. urbe. percuſſi. cæſi. profligati. & cum aliis ſarcinis. impedimentiſque. ſigna. hæc. quæ. vides. recoepta. ob. partam. victoriam. divo. Simperto. dedicata. ſunt. *Ita Stengelius in Notis ad Vitam* S Simperti. *Civitas verò Auguſtana anno* 1628 *gravi peſtilentia, anno autem* 1646 *gravi obſidione fuit afflicta: ceſſare cœpit illa, inſtituta ſupplicatione die Octobris* XIII S. Simperto *ſacra; hæc verò eodem die ſoluta fuit*, ob quæ, *inquit Corbinianus part.* 3 *pag.* 132, aliaque innumera indigenis & alienigenis præſtita beneficia in totius diœceſis Auguſtanæ Patronum ſecundarium eſt aſſumptus. *Addi his poteſt Udalricus Zürcher, canonicus Auguſtanus, cujus, ùt ſæpè laudatus ſcriptor part.* 1 *Hierarchiæ Auguſtanæ pag.* 645, S Simperto *in eccleſia cathedrali altare pietas erexit anno* 1658. *Verùm hæc de initio cultûs ſacri*, S. Simperto *impenſi, ejuſque progreſſu dicta ſint ſatis, atque interruptum tranſlationum reliquiarum ejus filum repetamus.*

B

C

§ V. Reliquæ S. Simperti reliquiarum tranſlationes,, Officia propria, apud martyrologos memoria.

S. Simperti reliquiæ iterum anno 1491 *& ſeq. tranſferuntur.*

PRimam ſacri S. Simperti *corporis tranſlationem, quâ id è templi Udalriciani choro, ubi primùm fuerat tumulatum, in quodam fornice ad Auſtralem ejuſdem partem reconditum fuit; anno* 1064, *cùm combuſtum è cineribus templum excitâſſet Embrico, præſul Auguſtanus, factam, jam vidimus ſuprà. Conflagravit*

iterum anno 1183 *Udalricianum unà cum templo cœnobium (ut num.* 48 *dictum) irruentiumque trabium ponaere confractum quidem ſepulcrum* S. Simperti, *ſed corpus ejus loco motum haud fuit; eaque occaſione cùm obambulans fortè mulier per foramen* S. Simperti *reliquias tetigiſſet, pedem retraxit tumore percuſſum, quo tamen malo, invocata ejuſdem Sancti ope, liberata, continuò valetudini priſtinæ eſt reſtituta: tum item, ut ſuprà num.* 49 *paucis innui, vel ipſi imbres* S. Simperti *tumbam, etſi dio expoſita, nec pavimento altiùs elevata foret, attingere non ſunt auſi. Anno item* 1333 *idem monaſterium igne correptum legi: nulla autem, ùt apparet, tum facta mutatio, quæ quidem ad* S. Simperti *tumbam aut reliquias ſpectet. At anno* 1474, *novam templi fabricam, ab anno* 1467 *per Melchiorem abbatem cœptam, ſucceſſor ejus Henricus Fries feſtiva SS. Apoſtolorum Petri & Pauli luce ventorum vi disjectam vidit, eò graviore jactura, quòd* S. Simperti *lipſana ruderibus obruta deperditaque latuerint, donec anno* 1491 *ab ejus ſucceſſore, Joanne de Giltlingen, feliciter fuêre detecta, inventaque in tumulo ante altare ejus nomini conſecratum, ſed, ùt diximus, ſoli altitudinem non exceaente. Excepta è veteri ſarcophago ac in novum tranſlata Joannes abbas in ſacriſtiam religioſa pompâ & inſpectante Maximiliano, tum Romano rege, die S. Andreæ ſacra ſeu pridie Calendas Decembris deduci juſſit, ibidemque ſervata, dum anno inſequente feria* II *Paſchatis in priorem quidem locum, ſed in altiorem tumbam relata (excepto capite aliiſque paucis) pompâ prorſus inſigni fuêre, quam in Monumentis* S. Simperti *Vitæ infrà ſubjiciendis latè deſcriptam invenies.*

AUCTORE J. B.

E

è quibus ne quid hac occaſione diſtrahatur, cavet epiſcopus Auguſtanus.

55 *Enituit ea occaſione Friderici de Zolleren, epiſcopi Auguſtani, in* S. Simpertum *pietas, ut qui non tantùm eorum, quæ tunc acta ſunt, pars magna eſſe voluerit, ſed etiam edicto caverit, ne quid* S Simperti *reliquiarum perditum iret aut furacibus manibus in prædam cederet: edictum ex parte* 3 *Hier. Aug. pag.* 93 *& ſeq. huc tranſcribo:* Fridericus, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ epiſcopus Auguſtenſis. Univerſis & ſingulis eccleſiarum parochialium plebanis, viceplebanis, ceteriſque clericis, notariis & tabellionibus publicis, per diœceſim & civitatem noſtram ubilibet conſtitutis, ſalutem in Domino. Cùm itaque, ſicut ordinavimus, reliquias S. Symberti, confeſſoris ep. & prædeceſſoris noſtri, in monaſterio SS. Udalrici & Afræ Auguſtenſi Ordinis S. Benedicti reconditas, de veteri tumba in novum ſarcophagum tranſferri*, ut majori reverentia & honore venerentur & habeantur. Volentes itaque, ut nihil de reliquiis hujuſmodi alienetur: idcircò vobis omnibus & ſingulis ſupradictis, & cuilibet veſtrûm in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus, quatenùs venerabili ac religioſis nobis in Chriſto ſincerè dilectis, abbati & fratribus dicti monaſterii conjunctim & diviſim: ac omnibus & ſingulis aliis Chriſti fidelibus, clericis & laicis authoritate noſtra inhibeatis, quibus & nos ſub pœnis & cenſuris, in forma ſcriptis, inhibemus per præſentes, ne de reliquiis hujuſmodi alienent, recipiant, ſeu alienari & recipi, neque alicui perſonæ cujuſcunque dignitatis, ſtatûs vel conditionis exiſtat, aliquid

F

**ſupple* · ſtatutum ſit *aut quid ſimile.*

AUCTORE J. B.

quid de dictis reliquiis publicè, vel occultè, dent, tradant, seu dari aut tradi permittant, sub excommunicationis pœna, quam omnes & singulos præsentis nostræ inhibitionis violatores ipso facto incurrere volumus. Per præsentes volentes eosdem excommunicatos, & quemlibet eorum sic ligatos manere, quousque à nobis absolutionis beneficium meruerint obtinere. Inhibemus etiam omnibus & singulis confessoribus sub dicta pœna, ne excommunicatos, aut aliquem eorum in foro pœnitentiali à peccatis eorum, & dicto excessu, præterquam in mortis articulo, absolvant, donec dictis abbati & conventui reliquias hujusmodi restituant realiter cum effectu. In cujus rei testimonium præsentes litteras appensione sigilli nostri jussimus communiri. Datum ex castro Dillingen die Veneris septimâ mensis Octobris anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo. *Cetera̅m nescio, qua de causa Stengelius in Vita* S. Simperti *& Corbinianus Khamm Hier. Aug. part.* 3, *pag.* 103 *solemnem hanc anni* 1492 *translationem Feriæ* III *Paschatis illigârint: qua quidem die peracta infrà legitur in Instrumento ea de re confecto; sed cùm feria Paschatis cum die* XXIII *Aprilis ibidem connectatur, eoque anno Pascha inciderit in diem* XXII *ejusdem mensis, manifestum est, aut in assignandâ feriâ tertiâ Paschatis, aut in die* XXIII *Aprilis errorem illic esse commissum: ego, retento die* XXIII *Aprilis, feriæ* III *Paschatis secundam subst̃itui, secutus ea in re fidem Instrumenti, à Frederico, episcopo Augustano, editi & hic in calce Monumentorum infrà exhibiti, in quo hi characteres Chronici, optimè sibi mutuo cohærentes, occurrunt:* Datum & actum Augustæ in monasterio ac locis supradictis sub anno Nativitatis Domini MCCCCLCII, Indict. X, die verò Lunæ, vicesimâ tertiâ mensis Aprilis, quæ erat feria II Paschæ &c.

Translatio ultima facta anno 1579.

56 Præter duas memoratas translationes (*nempe præcipuas, quarum prior anno* 1064, *posterior anno* 1492 *ex dictis contigit*) ossa S. Symberti, *inquit Corbinianus Kamm part.* 1 *Hierarchiæ Aug., quæ anno* 1709 *prodiit, pag.* 104, sacra solenni pompa anno MDLXXIX tertiò & ultimò sub abbate Köplino sunt translata ad sacellum laterale antè relatum; cùm antiquitùs extra dictum sacellum prælatis ferreis clathris circumdatum requiescerent. *Præmiserat autem eadem pag. de illo sacello notitiam hanc:* Hic ipse locus (*in quo anno* 1492 *reposita sunt* S Simperti *ossa*) isthac ætate sacellum S. Symberti appellatur, positum sub concamerato arcu dividente sacellum superius S. Joannis Baptistæ & Euangelistæ (à Conrado abbate ad privatum abbatum oratorium anno 1496 deputatum) à sacello inferiore S. Symberti. In isto inferiore sacello hodiedum extat altare, à Rmo D.D. Michaële episcopo Adramytteno, Augustano suffraganeo, consecratum die III Octobris anno MDLXXXII. Atque ex cornu Epistolæ visitur Mau oleum D. Symberti ob frequentia miracula, ùt memini, famosissimi. *Tumbæ ejus iconem exhibet Hartfeldius de Basilica SS. Udalrici & Afræ paginis* 56 *&* 57 *interfertam; busti pag.* 90, *quod nescio, an* S Simperti *statuam argenteam auro oblitam exhibeat, an illius, quod Conradi Mörlin concionibus deberi ait Corbinianus Khamm part.* 3, *pag.* 97; *qui parte* 1, *pag.* 454 *etiam in templo cathedrali hujusmodi ex argento statuam, cujus basi insignes* (S. Simperti, *ùt reor*) *reliquiæ inclusæ sunt, anno* 1682 *pro exornanda ara principe confectam scribit. Capitis* S. Simperti, *seorsim à ceteris ejus reliquiis servati, citatus Hartfeldius pag.* 92 *ære incisum exhibet, quod Mariæ Fuccarinæ ex illustri Swarzenbergiorum stirpe pia munificentia mitrâ pretiosâ exornavit. Quotannis denique in cathedrali templo pridie S. Michaëlis unà cum aliis Sanctorum reliquiis partem* S Simperti *laudatus Corbinianus part.* 1, *pag.* 488 *venerationi publicæ exponi ait. Facilè igitur, quàm insigni cultu in diœcesi præsertim Augustana* S. Simpertus *gaudeat, ex hactenùs dictis lector intelliget.*

Officia propria in S. Simperti honorem recitata.

57 *Quod verò ad monasterium SS. Udalrici & Afræ speciatim attinet, triplex in supellectile nostra litteraria Officium de* S. Simperto, *illic celebari solitum, ex Proprio Sanctorum monasterii transcriptum, reperio: primum ex his, die* S. Simperti *sacro, seu* XIII *Octobris recitandum, duplex est, continetque Lectiones quatuor Sancto proprias, quibus vita ejus paucis exponitur, tum miraculum pueri faucibus lupi erepti, &* S. Simpertus *à Nicolao V Sanctorum albo adscriptus refertur. Et hoc quidem Pauli V auctoritate approbatum fuisse, subjungitur. Alterum, in Lectiones item quatuor divisum, ritu duplici in festo Inventionis die prima Decembris recitandum notatur: Lectione* 1 *mentio fit destructæ per Hungaros, S. Udalrico Augustano præsule, ecclesiæ S. Afræ; secundâ muniti ab eodem S. præsule adversus aëris injurias* S. Simperti *tumuli: tertiâ & quartâ secundæ Inventionis reliquiarum* S Simperti, *Joannis de Giltlingen abbatis Udalriciani tempore factæ. Tertium denique, pariter duplex; de tribus* S. Simperti *suprà memoratis translationibus, quatuor item Lectionibus agit: recitandum verò notatur feriâ quartâ post Dominicam in Albis. Locum quoque habet* S. Simpertus *in Officiis propriis diœcesis Augustanæ, anno* 1638 *Dilingæ excusis, ubi, præter Lectiones tres proprias, hæc etiam Oratio legitur:* Deus, qui beati Symberti, confessoris tui atque pontificis, glorioſa merita virtutibus & miraculis evidenter declarâsti; da nobis ejus patrocinio salutem mentis & corporis; ut ipsius exempla sequentes, à malis omnibus liberati, ad te feliciter pervenire mereamur. Per Dominum nostrum.

ejusdemque apud martyrologos mentio.

58 *Cùm autem* S. Simpertus *seculo demùm* XV *Sanctorum numero Pontificis auctoritate adscriptus fuerit, frustrà in Martyrologiis, paulò antiquioribus, ejus mentionem quæras: Sollerius in Auctariis Usuardinis ad diem* XIII *Octobris ex Molano hoc ejus transcripsit elogium:* Simperti episcopi duodecimi ecclesiæ Augustensis, circa annum DCCLXVI; cujus corpus requiescit in cœnobio sanctorum Udalrici & Afræ. Per cujus merita, inter varia miracula, muliercula quædam pauper recuperavit officium brachii unius ac manûs, quo per aliquot annos caruerat. Quæ pro sanitate recepta laudes exsolvit, & brachium cereum ad indicium sanitatis suæ ibi reliquit. *Ad* XIII *Octobris diem* S. Simpertum *referunt etiam Walasserus in Martyrologio Germanico, auctor Martyrologii Basileënsis, Dorgainus in Kalendario Benedictino, Ferrarius in Catalogo Sanctorum, Mrl. Rom. non inscriptorum, Castellanus*

A *ſtellanus in Martyrologio Univerſali, Arnoldus Wion Ligni Vitæ part. 2, pag. 338; ſed Grevenus & Bucelinus in Menologio Benedictino ad diem Octobris duodecimum, quamvis perperam.*

ADILBERTI,

PRIORIS UDALRICIANI,

LIBER

DE VITA ET MIRACULIS

S. SIMPERTI.

INCIPIT VITA

S. SIMPERTI,

AUGUSTENSIS EPISCOPI.

B *Incipit Præfatio in Vitam ſancti Simperti epiſcopi.*

Adilbertus, Prior monaſterii S. Udalrici,

QUia utile & neceſſarium eſt, ut in exordio & capite cujuſque libri Præfatio ponatur, per quam futuri Operis materia, intentio ſcribentis, utilitas legentis ſive qualitas indicetur; unde circa principium hujus libri hac de cauſa auctor neceſſariò debet præponi, ut lectores ſciant, cujus dictis fidem adhibere debeat. Ego itaque Adilbertus *a*, Prior Auguſtenſis cœnobii Ordinis divi Benedicti, quondam parvulorum pædagogus, vovi & propoſui (quæ tandem in ſenectute complevi) coadunare & conſcribere, videlicet aliqua virtutum inſignia confeſſoris Chriſti Simperti *b*, Auguſtenſis epiſcopi, ad hoc inductus & illectus gratiæ ſuæ beneficio, mihi apud ſepulchrum illius collato in quadam incommoditate corporis, in qua laboravi tunc temporis.

C *beneficio à S. Simperto affectus,*

2 Quia verò penè omnia ejus geſta per incuriam & negligentiam tunc viventium non ſunt ſcripta, pauca tamen, quæ de eo ſcripta reperi, aut indagando cognovi, hìc in unum coadunando deſcripſi. Ceſſant enim interdum à Sanctis fieri miracula tam pro ſervitutis divinæ negligentia, quàm etiam pro incorrigibili inhabitantium malitia. Ceſſant & idcircò, quia, cùm aliquando per interceſſionem Sanctorum eveniunt, non ſolùm laudes vel grates Deo debitæ ejuſque Sanctis minimè referuntur, ſed nec memoriæ commendantur. Sed cur ego præcipuè aliqua requirendo de ſanctitate illius ſum ſolicitus, quam in memetipſo miſericorditer ſum expertus? Quis umquam debilium credulus ad tumulum ejus devenit, & non ſanitatem meruit?

hujus Vitam ac nonnulla Miracula deſcribenda ſuſcipit.

3 Ex frequentia itaque & uſu illorum jam diu nulla notantur, nulla publicantur, nulla ſcribuntur, quia, ſi quis ea hactenus ſcribere voluiſſet, jam dudum ingens volumen compleſſet. Pauca tamen, quæ de eo à veracibus viris ſunt relata mihi, hìc conſcripſi, ne omnimodis ſanctitatem illius tacuiſſe viderer. Ex paucis ſiquidem velut ex multis abundans Dei donum poteſt comprehendi, quia ſanctitas non tantùm in ſignorum occaſione commendatur, quam *c* etiam in executione præceptorum Dei & vitæ converſationis puritate. Explicit Præfatio. A. ADILBERTO. *c*

ANNOTATA.

a *Vixit ſeculo* XIII *ex numero* I. *poſt obitum* S. Simperti *quinto.*

b *Ms., à P. Alexandro Wiltheimio ad deceſſores noſtros miſſum, paſſim habet* Sympertus. *Sed* i *ſimplex adhibetur in altero Ms., ex codice monaſterii S. Udalrici tranſcriptum, & à P. Gamans ad nos olim miſſum.*

c *Ms. à P. Wiltheimio miſſum habet:* quantùm.

§ I. *S. Simperti ortus, mores, geſta in epiſcopatu & ſepultura in S. Afræ* a. *a*

BEatus igitur Simpertus, omnium virtutum gratiâ à Deo decoratus, quibus poll.re epiſcopum debere deſcribit Apoſtolus, à glorioſo Francorum rege & Romanorum imperatore domno Karolo, immò *b* divinitùs ad hoc prædeſtinatus, duodecimo ordinis loco à beato Dionyſio *c* Auguſtenſi eccleſiæ in pontificem eſt prælatus *d*: qui numerus duodecimus multis ſacratus nominibus, & tam ex Novi, quàm Veteris Teſtamenti ſcriptis inſignitus vocabulis ordinationi ſuæ per meritum vitæ non incongruè poteſt aptari, quæ ad eruditionem legentium vel audientium partim conquiſita hìc volumus recitari. CAP. I. *S. Simpertus, ep. Auguſtanus XII,* *b* *c* *d* F

5 Sunt enim duodecim ſigna, duodecim menſes, duodecim horæ diei, duodecim fontes in Elim *e*, duodecim exploratores *f*, duodecim principes plebis Iſraël *g*, duodecim lapides in rationali *h*, duodecim lapides altaris *i*, duodecim lapides de Jordane ſublati *k*, duodecim panes propoſitionum *l*, duodecim boves ſub æneo mari *m*, duodecim ſtellæ in corona ſponſæ *n*, duodecim fundamenta *o*, duodecim portæ civitatis *p*, duodecim fructus ligni paradiſi, duodecim millia in valle Salinarum *q*, duodecim millia ſignati *r*, duodecim Patriarchæ, duodecim Prophetæ, duodecim Apoſtoli, duodecim Sedes. Per cujus numeri vocabula & proprietates pater iſte Simpertus, ſuique ſimiles ſancti Prædicatores, figuraliter exprimuntur: quia in domo Dei, hoc eſt, in ſancta Eccleſia, per virtutum ſuarum operationes, quaſi ſigna menſium fulſerunt in firmamento, & veluti ſtellæ in corona ſponſæ, aut in rationali lapidum gemmæ, contra pericula mundi extiterunt fortes, ut terræ promiſſæ exploratores; conſtantes, ùt plebis *ad quem numerum è Sacra Scriptura variè alludit auctor,* *e* *f* *g* *h* *i* *k* *l* *m* *n* *o* *p* *q* *r*

A. ADILBERTO.

bis Iſraël duces, ſive duodecim millium propugnatores in valle Salinarum. Doctore quoque erant virtutum & juſtitiæ ac præceptorum Dei, ùt Patriarchæ, Prophetæ & Apoſtoli.

Caroli Magni ex ſorore nepos,

s

t

6 De ejus itaque Simperti parentum origine *s* ſuaque nativitate & infantia vel etiam pueritia, quia litteris nuſquam aliquid declaratum eſt, etiam nos quidquam ſcribere non præſumimus *t*. Id tamen de eo referimus, quod ex veridica ſeniorum noſtrorum relatione, ex antiqua ad nos deducta traditione audivimus, eum ex ſorore nepotem domni Karoli regis & imperatoris fuiſſe, & ex regia ſtirpe genealogiam duxiſſe. Ejus namque imitanda & laudanda opera, quæ geſſit, qualiter vixerit & docuerit, quomodò ſubditis præeſſe & prodeſſe ſtuduerit, ex vitioſo ſcriptorum neglectu in oblivionem poſteris, ùt prædiximus, penè ſunt tradita.

CAP. II. *angelicis moribus effulgens, fit epus Auguſtanus,*

u

x

7 Eum *u* itaque angelicam vitam inter homines duxiſſe, & corporis caſtigatione ſe templum Spiritui Sancto exhibuiſſe, & jugi ſacri altaris oblatione ſe Deo hoſtiam vivam immolâſſe, poſt tranſitum ejus crebris ſignorum atteſtationibus probatur. Conſtituto igitur eo à domno Karolo ad pontificatûs dignitatem *x* præcepit, & ùt Dominus quondam Jeremiæ in principio ſuæ prophetiæ, conſtruere & reædificare cuncta, quæ ibi deſtructa & exuſta reperiſſet. Quod ut poſſibiliùs perficere valeret, per regiam auctoritatem dedit ad eadem loca cuncta, quæ à domno Pippino, patre ſuo & prædeceſſore in regno, devotionis cauſâ illuc fuerant contradita. Ipſe quoque iiſdem donis non modica addidit dona, imitatus Hiram, regem Tyri, qui ſuperaddidit dona ſua donis David, tranſmittens Salomoni ad ædificationem templi ligna cedrina & abiegna ad voluntatem ejus.

S. Afræ templum & Fueſſenſe monaſterium inſtaurat,

C

y

z

8 Vir autem Domni Simpertus, ſicut ex mandato domni Caroli regis perceperat, veluti Judas Machabæus, mortuo Antiocho, recepta civitate & templo, diruta & exuſta reædificavit, & altare novum de ignitis lapidibus fecit: ſic ipſe cœpit ſumma cum diligentia reædificare eccleſiam beatæ Afræ & cœnobium S. Magni in Faucibus, quæ ſacra loca & alia per plura ex tyrannica ſeditione, orta inter Utilonem, ducem Noricorum, & Godfridum, ducem Alemannorum, poſt obitum pii regis Pipini concremata ac deſtructa erant *y*. Quæ omnia pleniùs in Vita beati Magni, quiſque ſcire volens, legere poteſt *z*: unde & nos hîc repetere propter faſtigium nolumus.

CAP. III. *Auguſtanam diœceſim propagat*

aa

bb

9 Ipſe autem Auguſtenſis epiſcopatus, cujus regimen & curam ſuſceperat, non adeò rebus temporalibus ſecundum ſæculi faſtum, ùt nunc, tunc temporis pollebat, ſed adhuc, ùt in primitiva Eccleſia, juxta præceptum Domini voluntariæ paupertati ſubjacebat, nec quiſquam in clero aliquid proprii poſſidebat, ſed erant illis omnia communia: quam vir Domini Simpertus omnimodis, prout facultas ſibi expetebat, ſecundùm timorem Domini ſublimare & ditare ſtudebat. Parochiam quoque in utraque parte Lemannici fluvii, qui Lycus dicitur, quâ tunc primùm *aa* eadem eccleſia augmentata eſt, auctoritate domni Papæ Leonis tertii *bb*, nec non & conſenſu & confirmatione domni Karoli, jam facti imperatoris, annuente Deo, in utroque ducatu, Noricorum videlicet & Alemannorum, coadunavit.

D

ac poſt annos regiminis 30

10 Rexit autem S Simpertus Auguſtenſem eccleſiam annis triginta ſecundùm formam inſtitutionis, quam beatus Paulus Apoſtolus, Timotheo ſcribens, ſic indixit: "Exemplum »eſto fidelium in verbo, in converſatione, in »charitate, in fide, in caſtitate. Attende le»ctioni, exhortationi, doctrinæ. Noli negli»gere gratiam, quæ in te eſt, quæ data eſt »tibi in impoſitione manuum presbyterii. Hæc »meditare, in his eſto, ut profectus tuus ma»nifeſtus ſit omnibus; hoc enim faciens, & »teipſum ſalvum facies, & eos, qui te au»diunt *cc*." Quam formam vir Domini Simpertus plenariè executus ſuis verbis divinæ prædicationis intimabat, exemplis virtutum in ſemet oſtendendo confirmabat.

cc

obit, ſepelitur que in S. Afræ.

11 Bono itaque certamine cum vitiis & concupiſcentiis certato, curſuque temporis ſui in ſanctitate & juſtitia conſummato, cùm jam fide recta ſervata, de reliquo reponenda eſſet ſibi corona juſtitiæ; quam repromiſit Deus diligentibus ſe, præſidente ſanctæ Romanæ eccleſiæ Papa Leone tertio, imperiali verò ſceptro adhuc regente Karolo Magno, trigeſimo ordinationis anno, corporis incommoditate cum ægritudine præventus, inter divina orationum colloquia quarto Idus Octobris ſpiritum cælo reddidit, ad ætheriaſque manſiones angelicis deportatus officiis, ſine fine poſſeſſurus intravit, lucemque hujus ſæculi ſuperna habitatione commutavit *dd*. Cujus ſacrum corpus cum funeribus *ee* exequiis in eccleſiam S Afræ, quam ipſe concrematam ac deſtructam reædificaverat, eſt delatum & honorificè, ùt condecens erat, in choro juxta gradus eſt humatum, quo in loco diverſis incommoditatibus corporis laborantes, vota ſua voventes & peragentes integerrimæ ſanitati ſunt reſtituti.

E

dd

ee

CAP. IV. *Ejus ſepulchrum, dio expoſitum, S. Udalricus*

F

12 Evolutis itaque poſt tranſitum ejus centum ſexaginta & eò ampliùs annorum curriculis, cùm beatus Udalricus, cujus nomen ex virtutum ejus fama celebre per totam Germaniam habebatur, Auguſtenſi præeſſet eccleſiæ, effera gens Hunnorum è finibus ſuis egreſſa, ripam Lyci fluminis tranſiens eccleſiam beatæ Afræ ſecundariè exuſſit *ff*, totamque Alemanniam deprædando vaſtavit. Cùm ergò aliquo tempore ſine tecti operimento eadem eccleſia remaneret, & ſepulchrum beati Simperti in choro juxta gradus ſitum pluviarum imbribus, & nivium algoribus pateret, quadam nocte, dum vir Dei Udalricus laſſis artubus aliquantulum ſopori & requiei indulſiſſet, divinitùs in viſione admonetur, ut tumulum ſancti Simperti congruo procuraret tecto. Cui admonitioni vir Dei incunctanter obtemperabat, lignſque firmioribus illud more operculi arcæ conjunctis ab imbribus protegebat.

ff

tegere in viſione jubetur.

13 Hinc liquidò cunctis patere poterit, quanti meriti hic vir beatus in conſpectu divinæ Majeſtatis in hoc ſæculo degens fuerit, cujus cineribus talis honor deferri *gg* jubetur divinitùs; tamquam injuſtum foret, tam ſancta membra pluviarum inundationi patere, cùm multi Martyres & Confeſſores ſub divo videantur requieſcere & horam reſurrectionis expectare. In hoc quoque ejus ſanctitatis indicium

gg

A dicium comprobari poteſt, quod primitùs vir Dei Udalricus de injuria tumuli ejus divinitus deſcribatur admoneri, cum in eadem baſilica multa Sanctorum corpora, & præcipuè gloriosæ Chriſti martyris Afræ ejuſdem loci matronæ, nec non puellarum ejus, videantur incunctanter conſervata à populo venerari, quæ etiam baſilica poſtmodùm non diſſimili revelationis admonitu ab eo jubetur reædificari.

ANNOTATA.

a *Adilberti lucubrationem partitus eſt in varia capita Pezius, iiſque ſingulos præfixit titulos. Capitum numerum dabunt numeri majores in margine poſiti; titulorum verò ſubſtantiam notæ numeris ſingulis item in margine more noſtro adjcriptæ.*

b *Ms. Wiltneimii minùs rectè habet:* primò.

c *De quo actum apud nos eſt ad diem 26 Februarii.*

B d *Sed priuſquam Carolus dignitate imperatoria auctus fuerit ex num. 3 Commentarii prævii.*

e *Exodi cap. 15, ℣. 27.:* Venerunt autem in Elim filii Iraël, ubi erant duodecim fontes aquarum.

f *Singulorum nomina expreſſa habes Numer. cap. 13, ℣. 5.*

g *Numeror. cap. 1, ℣. 44.*

h *Videſis lib. Exodi cap. 39, ℣. 8 & ſeqq.*

i *Vide lib. 3 Reg. cap. 18, ℣. 30 & ſeq.*

k *Vide lib. Joſue cap. 4.*

l *Vide lib. Levit. cap. 24, ℣. 5.*

m *Vide lib. 3 Reg. ℣. 44.*

n *Apocal. cap. 12, ℣. 1.*

o *Apocal. cap. 21, ℣. 14.*

p *Ibid. ℣. 12.*

q 1 *Paralip. cap. 18, ℣. 12 & ſeq. legitur:* Abiſai verò, filius Sarviæ, percuſſit Edom in valle Salinarum decem & octo millia, & conſtituit in Edom præſidium, ut ſerviret Idumæa David.

r *Apocal. 7, ℣ 5 & ſeqq.*

C s *Pater illi, ut ferunt, fuit Ambertus, mater Simphoriana, Pippini filia, & Caroli Magni ſoror.*

t *De ejus juventute nonnulla habes § 1, num. 14 Comm. prævii. Sequenti verò, quæ ex monacho factus abbas Morbacenſis geſſit. Ceterùm in Ms. Wiltheimii perperam pro* ſcribere non præſumimus *legitur* ſcribere præſumimus.

u *Ms. Wiltheimii habet* ſic; *Gamanſii* hic.

x *Annum, quo epiſcopatum adierit, utcúmque determinatum habes § 1 Comm. prævii num. 13.*

y *Probabilem combuſti S. Afræ templi epocham dedimus num. 33 Comment. prævii.*

z *Laudati ab Adilberto ſcriptoris de* S. Simperto, *Utilone & Godfrido verba diſcuſſa ſunt § 3, num. 29 & ſeqq. Comm. prævii.*

aa Simpertus *quidem ultra Lycum, Norici Alamanniæque terminum, curam epiſcopalem extendit ex num. 40; ſed non epiſcoporum Auguſtanorum primus ex num. 41 Comment. prævii.*

bb *Sedit ab anno 795 uſque ad ann. 816.*

cc *Ita ferè Paulus 1 ad Tim. cap. 4, ℣. 12 & ſeqq.* A. ADILBERTO.

dd *Sub annum 808 ſeu 809 ex dictis in Comm. præv. num. 13.*

ee *Lege:* funebribus.

ff *Anno 955, ſecundùm anonymum S. Udalrici biographum apud Velſerum cap. 12, in quem annum conſentiunt plerique ſcriptores.*

gg *Ms. tam Wiltheimii quàm Gamanſii* deferre.

§ II. *Beneficia quædam mortalibus S. Simperti' interceſſione collata.*

QUaliter verò corpus ejus ſit tranſpoſitum in eum, ubi nunc veneratur, locum, paucis verbis inſinuemus. Anno itaque primo ordinationis Embriconis, Auguſtenſis epiſcopi, qui eſt ab Incarnatione Domini milleſimus quartus *a*, relictis ab anteceſſore ſuo *b* quinquaginta talentis argenti, eccleſia S. Affræ, ùt hodie cernitur, à fundamentis conſtruitur, & multa Sanctorum corpora reperiuntur. Perfectâ itaque templi ſtructurâ, corporis ejus reliquiæ cum aliis ſanctorum Confeſſorum Wicterpi & Nicgarii & Adilberonis *c*, ad auſtralem partem baſilicæ ſub quodam fornice in eum, ubi nunc venerantur à populo, locum decenti honore ſunt retumulatæ, ubi, præſtante *d* gratiâ Chriſti, meritis Confeſſoris ſui cæcis viſus, ſurdis auditus, claudis greſſus redditur, & dæmoniaca violentia ab obſeſſis corporibus excluditur. Diverſis quoque incommoditatibus corporis laborantes, frequenter in viſione nocturna admoniti, perſæpè etiam ſpe confidentiæ adducti, ac votis inibi peractis, priſtinæ ſanitati integerrimè ſunt reſtituti. De quibus ejus inſignibus ad eruditionem incredulorum, ad confirmationem credentium dignum fore cenſemus aliqua hic inſerere. CAP. V. *Sec. XI ejus reliquiis primùm tranſlatis,* E *a b c d*

15 Anno itaque Incarnationis Domini milleſimo centeſimo octogeſimo ex improviſu quorumdam infelicium flamma exurgente, ædificia cuncta baſilicæ & cœnobii ſancti Udalrici & beatæ Affræ ex permiſſione divina in favillas cinerum ſunt redacta, ad cujus infortunii miſeriam conſiderandam, & donis charitatis ſublevandam, non modica turba ex vicinis civitatibus, oppidis & villis advenit. Accidit autem die quadam, dum mulier quædam prope tumulum beati Simperti deambularet, ùt ex improviſo in illud per foramen quoddam, quod ex nimietate flammarum ignis ibi fortè patebat, delapſa hæſiſſet, & aliquantulum de ipſius ſancti Patris reliquiis contigiſſet, unde expergefacta, dum pedem inlapſum retraxit, eum ſubitò intumuiſſe conſpexit. Quæ mox reatum ſuum voce lamentabili confeſſa, in Sanctum Dei ſe peccâſſe, eſt conqueſta. Quid pòſt ageret, ignorabat: ſpem tamen ſuam in Sancto Dei ponebat, & prece cum fletibus ad eum profuſa, ab eo priſtinæ ſanitati ſic eſt reſtituta. *ejus interceſſione ſanatur mulieri pes tumidus,*

16 Hoc quoque non ſilendum, ſed relatione fore dignum reor, quod non ſine parva * admiratione ſeniorum noſtrorum atteſtatione * magna

circa

A. ADILBERTO. *intacta ab imbribus ejus tumba ſervatur,*

circa tumulum ejus divinâ providentiâ geſtum cognovimus. Poſt exuſtionem ergò baſilicæ aliquot dierum ſpatiis imbrium inundatione eadem baſilica aquis pluviarum adeò eſt repleta, ut ligna, quæ ab ignium flammis relicta fuerant, circumquaque per eccleſiam ſupernatare viderentur, nec alicubi per ſiccum introcundi cuiquam facultas daretur. Tumba verò confeſſoris Chriſti Simperti, quæ nullo modò diſtabat è pavimento, ſed adæquata erat ſolo, ſic omni ex parte in circuitu ejus ab illa inundatione intacta & ſicca permanſit, ac ſi firmioribus tectis in ſuperficie operta fuiſſet: quod ſanctitatis ejus indicium eſt

e æquiparandum revelationi præcriptæ, quæ *e* beato Udalrico cælitùs indictum, deſcribitur fuiſſe, ut tumulum ejus defenderet ab imbrium effuſione. Ex quibus etiam nobis nôſſe datur, quanta dilectione ejus ſpiritus in conſpectu divinæ Majeſtatis habeatur, cujus corpus in terra humatum ſic aſſiduè cælitùs procuratur.

B CAP. VI. *puniturliberaturque mulier, quæ cereos ad ejus tumulum accenſos aliò tranſtulerat,*

17 Quædam mulier honeſtæ vitæ, cum ſanctimoniali quadam, quæ in infirmitate ſua votum fecerat, ad ſepulchrum ſancti Simperti veniens, cereos, qui illic oblati erant, tranſportavit, & alibi in eodem monaſterio accenſos ad memoriam Sanctorum collocavit. Inde domum rediens horribili cœpit dolore fatigari, ita ut penè totam noctem clamando tranſiret. Modicum interim ſoporata, videtur ſibi eſſe in eccleſia Udalrici & ſanctæ Affræ, & oſſa beati Simperti quaſi neglecta & diſperſa in pavimento jacêre. Et, dum ſtaret ſuper his attonita, audit vocem quaſi de oſſibus procedentem: quia mihi oblata tranſportâſti & alibi collocâſti, meritò torqueris: & niſi de his ſatisfacias Deo & mihi, non liberaberis. Præterea dic Henrico Priori, ut meliorem reverentiam oſſibus meis ſtatuat exhiberi, quia ego & ſanctus Udalricus in conſpectu Domini pro iſto loco jugiter peces effundimus. Mulier expergefacta à ſomno & ad ſepulchrum tendens beati Simperti cum oblationibus, oratione facta, ſanitati eſt reſtituta.

C *alter gutturis malo, alter dæmone liberatur,*

18 Vir quidam de oppido Mendichingen *f* morbo ſwynanciæ ſubitò prægravatus, tumore exteriùs ac interiùs urgente, ita cœpit nocte quadam provocari *g*, ut à multis eſſet deſperatus. Dum interim ſomno raptus, videt beatum Udalricum prope ſtantem infulatu *h*, & ejus ora & guttur molliter tractantem & dicentem: Vade ad ſepulchrum beati Simperti, & illic tuas defer oblationes, ac pro ſanitate corporis tui Deo & ipſi gratias age. Mirabile dictu! Mox ùt ille evigilavit, rupto tumore intrinſecus, tantum ſaniei & cruoris evomuit, ut intuentibus ſtuporem faceret pariter & admirationem, & homo liberatus eſt. Veniens ergò ad memoriam beati Simperti gratias egit Deo, qui in Sanctis ſuis ſemper eſt mirabilis. In hoc miraculo notandum eſt, quàm ſancta & ſalutaria ſint præcepta Apoſtolica, quæ etiam Sancti poſt hanc vitam videntur adimplere, de quibus hoc: "Honore invicem prævenientes." videtur hic ſanctus Udalricus complêſſe, dum per ſe deſcribitur artus ægri contrectâſſe, ipſumque ſanitatem recepiſſe, ac de hoc beato Simperto præcepit gratias referre, non dubium, quin fides ejuſdem ægroti hæc obtinenda propoſuiſſet à beato Simperto. Eodem ferè tempore quendam à dæmone vexatum audivimus ad memoriam ejus liberatum: ſed qualiter hoc evenerit, aut unde idem homo fuerit, nescimus, qui tunc temporis vix duodennis fui. D

19 Fuit quoque in oppido Nuwenburg, *inſanus* provinciæ Bavariæ *k*, vir quidam divitis hujus ſæculi admodùm prædítus. Hic filium ſuum adoleſcentem, nomine Chunradum, jumenta equorum quadam nocte circa tempus meſſis hordeaceæ depaſcendi cauſâ juſſit *l* minare. Qui, obtemperans juſſionibus patris, in dotem frugum triticeæ meſſis cujuſdam eccleſiæ S Sephani Protomartyris ſicut ejuſdem catellitum vulgi moris eſt, fraudulenter equos induxit, cujus temeritatis mox pœnas exſolvit. Nam circa mediam noctem quodam terrítu expergefactus, in vecaniam mentis repentè eſt raptus. Qui, ùt domum delatus eſt, pater cœpit ab eo percontari, unde ſic cœpiſſet mente alienari. Ille autem ad interrogata non reſpondit; ſed tantùm verba blaſphemiæ & geſtus ſuæ protulit vetaniæ. In tantam quoque amentiam devenit, ut ſemiuſta vel ambuſta manibus ligna â foco arriperet, & ex æde ſecum commorantes propelleret. Quid plura? Ad loca Sanctorum circumquaque ſanitatis gratiâ à propinquis cum muneribus deducitur; ſed minimè ſanitatis dono potitur. Tandem à quodam fratre converſo, nomine Adilberone, propinquo ſuo, delatus Auguſtam, & in monaſterium ſancti Udalrici ſoſpitatis gratiâ eſt præſentatus. Peracto autem ad reliquias corporis beati Udalrici cum muneribus voto, non eſt potitus ibi ſanitatis dono. Dehinc ad tumulum beati Simperti ſimili modo cum oblatione defertur, ut vel ibi ſoſpitatem conſequeretur. E

k *l*

ſanæ menti,

20 Expletiſque rite votis, ùt ſe ab oratione à tumulo erexit, extenta cervice more dementium cum furibundo viſu caput gyrando circumferre cœpit. Quod ut frater jam dictus conſpexit, elevatis oculis ac manibus in cælum ſuſpirare cœpit. Cui ille demens: Quid ſic, inquit, ex imo cordis ingemuiſti? Qui reſpondens ait: Nobis meritò eſt dolendum & gemendum, qui tantum ſenſûs tui conſpicimus defectum. At ille demiſſo vultu: Ne doleas gemendo, inquit, de cetero: quia me per merita ſancti Simperti curatum ſentio. Tunc omnes ſimul adſtantes manus utraſque ad cælum levantes Deum omnipotentem laudabant, qui non derelinquit ſperantes in ſe, qui per merita ſancti Confeſſoris hunc ſui priſtinæ reſtituit ſanitati. Ille verò, unde venerat, reductus, in brevi viribus totius corporis eſt integerrimè reſtitutus. Poſtea pro ſatisfactione peccatorum ſuorum Jeroſolymitanam expeditionem profectus, in terra peregrinationis feliciter eſt defunctus & ſepultus F

CAP. VII. *puer à lupo raptus matrè incolumis,* *m*

21 In ſuperiore regione *m* fuit quædam fœmina, magnæ devotionis operibus intenta, quæ, ſanctitate ſancti Simperti cognita, frequenter Auguſtam devenit ad tumulum ejus orandi cauſâ. Huic quoque parvulus infans erat, quem materno affectu nutriebat, qui die quadam à domo aliquantulùm digreſſus, à lupo ibi deambulante eſt raptus, & in ſylvam deportatus. Mater verò miſera, ubi ſe orbatam prole ſua vidit, voce lamentabili pectus tundendo pugnis ibat, quidve ageret, neſciebat.

A neſciebat. Spem tamen ſuam in Deo & patrocinio ſancti Simperti ponebat, talique modo orabat: O ſancte Simperte! ne deſpicias me miſeram, ſed in gratiam tuam prolem meam habeto commendatam: interventu tuo divinam clementiam credo pro peccatis meis poſſe placari, & à te mihi dilectam prolem meam confido illæſam repræſentari. His ſimilibus peroratis, damna ſuæ conquerebatur calamitatis. Exactis ergò aliquantis horarum ſpatiis, illa crudeliſſima bellua, &, ut ita dixerim, quodammodò generi humano inimica, cum prædicto infantulo, quem ad ingluviem ſuæ voracitatis reprimendam rapuerat, accurrit, & in eodem, quo hunc ſuſtulit, loco illæſum deponit, ſylvarumque latibula non ſine trepidatione reviſit. Quem mater ſumma exultatione ſuſceptum Auguſtam deambulando ulnis ſecum deferebat, cunctiſque, qualiter hunc per merita ſancti Simperti redivivum à lupo recepiſſet, intimavit, votiſque cum gratiarum actionibus Deo ac beato Simperto ad tumulum ejus exactis, ad declarandam hujus miraculi magnitudinem factum ex
B cera lupum portantem in ore puerum inibi ſuſpendit, qui deinceps tempore multo ad confirmationem hujus facti ante cunctorum advenientium obtutus ibi pependit.

pauperculæ uſus brachii manuſque, n

22 Ex oppido quodam Noricorum, Mamendorf dicto *n*, fuit quædam pauper muliercula, quæ inter alios corporis defectus officio brachii unius ac manûs per aliquos annos caruerat. Hæc Auguſtam cum quibuſdam aliis comprovincialibus ſuis aggreſſa, tumulum Chriſti confeſſoris Simperti ſoſpitatis adiit cauſâ. Ubi ad gratiam ſuî cum gemitibus prece effuſa, non eſt ab eo illic ſanitatem conſecuta.
o Attamen confidentiæ ſuæ *o*, quam in Deo & meritis ſancti Simperti poſuerat, non relicta, domum ſine ſanitate eſt reverſa. Quò dum pervenit, his ſimilibus miſeriam ſuam deflendo orare cœpit: O ſancte Simperte, qui multis in eccleſia tua in neceſſitatibus ſuis petentibus
p larga oſtendiſti *p*, cur non mihi eâdem pietatis gratiâ ſubveniſti, miſertus meæ paupertatis, quâ multis affligor annis? His ſimilibus voce
C lachrimabili expletis, compago illa artuum brachii & manûs, quæ ex longinquitate incurvata aruerat, meritis ſancti Simperti ita repentè reſolvi cœperat, ut deinceps non ſine admiratione multorum, quibus calamitas ſua fuerat nota, ad cujuſvis operis officium eis uteretur. Voti itaque ſui cum ſoſpitate compos effecta, Auguſtam eſt lætabunda reverſa, tumulumque ſancti Simperti adiit, & Deo ac Confeſſori ſuo pro ſanitate recepta laudes exſolvit, & brachium cereum ad indicium ſanitatis ſuæ ibi reliquit. Hujus miraculi factum multis illic commanentibus ab ea eſt patefactum, quod & nos, ſicut ex veridica relatione cujuſdam æditui noſtri, cui providentia ejuſdem ſepulchri erat commiſſa,
adſtantis ibi ſimul adſtante cognovimus, huic paginæ ad notitiam poſterorum inſeruimus.

CAP. VIII. *loquela muto reſtituitur,*

23 Mutus quidam ſerviens erat cujuſdam cultoris prædii unius in villa, Chennenhauſen *q* dicta, ſacriſtam eccleſiæ ſancti Udalrici & beatæ Afræ attingentis, qui pro abſolutione ſcelerum ſuorum & reſtitutione loquelæ duobus circulis obligaverat ſe ferreis,
q cum qua ſatisfactione, habitu ſuſcepto pere-

grini, iter aggreſſus ſancti Ægidii, cujus interceſſione & meritis coartatione unius circuli meruit liberari. Dehinc diverſa regionum loca deambulando circuivit, ac Sanctorum patrocinia requiſivit. Sicque famâ compertâ de ſacroſancto Corporis Domini myſterio & permutatione in Auguſta facta *r*, cum frequentia *r* populari eandem civitatem eſt aggreſſus, omnipotentis Dei miſericordiam quæſiturus. Sed ipſe, qui conſtrictas mutorum reſerat linguas, & infantium linguas facit diſertas, privatum diu per gratiam ſuam ditavit loquendi uſu.

A. ADALBERTO.

vinculumque rumpitur,

24 Dehinc orandi cauſâ baſilicam beati Udalrici adiit & Sanctorum illic quieſcentium patrocinia quæſivit. Ad tumulum quoque ſancti Simperti frequenter veniens oraturus ejuſque auxilium non fruſtrà implorabat. Nam die quodam cùm ſe, genu flexo ſuper tumbam ejus, in orationem declinâſſet, gravi illo, quo adhuc coartabatur, circulo ferri meruit abſolvi. Ad cujus confractionis ſonitum frater ille converſus (de quo ſuprà mentionem fecimus) cominus aſſiſtens aliquantulum ex- F
pergefactus mirari cœpit, quidnam clangoris auribus inſonuerit: adproprianſque illi ait: Quidnam hîc eſt ferri, cujus confractionis ſonitum aure percepi? Ille verò gratiam à Sancto Dei ſibi collatam diſſimulare volens, nihil, inquit. Frater itaque, extracto brachio illius, ùt locum circuli vidit, ſic illum increpando dixit: Quid, miſer, agere voluiſti? Cur donum Dei celare voluiſti? Ne occultando diſſimules, quod ad laudem Dei propalari decet, & ad corroborationem fidelium in publico commemorari debet. Grates refer Deo ac beato Simperto, ob cujus meritum tibi eſt collatum hoc beneficium, & noveris te per ſuffragia ejus ab his flagitiorum criminibus abſolutum, pro quibus te ſic iſtis ferreis circulis voluiſti eſſe conſtrictum *s*. Qui re- *s*
ferens Deo & ſancto ejus Confeſſori gratiarum actiones, ibi idem ferrum reliquit ſuſpenſum ad hujus facti indicium, ut cunctis advenientibus liquidò pateret, quanto patrocinio anguſtiatis hic Vir ſanctus apud Omnipotentem ſubvenire valeret.

vigor priſtinus

F
25 Per idem tempus adductus eſt in carro Auguſtam paralyticus quidam, qui multis annis nulla arte medecinali â ſui incommoditate corporis poterat liberari. Hic in eccleſiam ſanctæ Crucis cùm fuiſſet delatus, ac per triduum in ea vigiliis & obſecrationibus Dei clementiam pro ſoſpitate eſſet precatus, non illic, quod petebat, aſſecutus. Dehinc, qui eum adduxerant, ſpiritu conſilii inſtructi, eum in eccleſiam ſancti Udalrici & beatæ Affræ ad Sanctorum ibi quieſcentium patrocinia imploranda decreverunt adduci. Qui fores ejuſdem eccleſiæ dum fuiſſent ingreſſi, ab eo, quem ægrotum in geſtatorio deferebant, ſunt prænoniti: Primùm deferte me ad hoc ſepulchrum, quod oppoſitum obtutibus cervicis *t* populari frequentiâ obſi- *t*
tum. Stabant itaque ad tumulum beati Simperti utriuſque ſexus advenientium perplures, indicia ſignorum illic dependentia conſiderantes & clementiam Dei laudantes.

paralytico,

26 Cúmque eum coram tumulo depoſuiſſent, & per aliquot horæ ſpatium juvamen Chriſti Confeſſoris implorâſſent, cœpit repentè quidam

A. ADILBERTO. dam ſanitatis vigor per omnes artus ægroti morosè reptando diffundi, ita ut procul dubio ei daretur intelligi, quod per merita S. Simperti ab incommoditate corporis ſui meruiſſet liberari, dixitque comitibus ſuis: Confido, chariſſimi, omnipotentem Deum per interventum Confeſſoris ſui paupertatem meam ad ſalvationem meì reſpexiſſe, quia ſentio, artus meos aliquantulum vigoris recepiſſe; removete itaque iſta infelicitatis meæ indicia, meque in jam diu deſiderata ſinite vobiſcum in nomine Chriſti, quoquo modo potero, reptare terrâ. Qui mox eum inter manus & brachia tollentes, circumquaque illum per ejuſdem baſilicæ orationum loca ducebant gaudentes, ejuſque priſtinæ ſanitati per ſancti Simperti merita plurimùm applaudentes. Sicque factum eſt, ut, qui multo tempore per alios in geſtatorio ferebatur, integerrimæ reſtitutus ſanitati, per ſe deambulando eoſdem, quocúmque licuiſſet, abſolutè ſequeretur.

B CAP. IX. *cæcæ* 27 Alio quoque tempore ex oppido, Mazenſielerem dicto, quidam orationis cauſâ diverterunt. Hi ſecum eàdem devotionis intentione mulierem per quadriennium oculorum viſu divina permiſſione orbatam adducebant, quam ſimul ſecum circumquaque orationum loca deambulando pro reſtauratione luminis, baculo regente greſſum, ferebant. Ad tumbam itaque Chriſti confeſſoris Sintperti dum pervenerunt, eam illic orantem, ejuſque patrocinium invocantem reliquerunt. Poſt biduum verò, unde venerant, dum redire propoſuiſſent, ac eandem mulierculam, quam adduxerant, ſe comitari præcepiſſent; illa omnimodis renuit, quia ſpem ſalutis ſuæ in Sancto Dei poſuit. Tandem increpatione verborum coacta, non voluntariè illos eſt ſecuta. Factumque eſt, dum contra manſionem ſuam tenderent, & mens illius in compunctione poſita in Sancto Dei hæreret, Deus, qui corda humilium reſpicit, de alto proſpectans, deprecationem ejus exaudivit, & cæcitatis ejus miſeriam per ſuffragia ſancti Confeſſoris taliter amovit.

C *viſus,* 28 Cùm itaque eos, cum quibus venerat, invita ſequeretur, ac baculo, quem manu geſtabat, veſtigia perſcrutaretur, ſubitò incaleſcentibus oculis poſt confricationem palpebrarum cœperunt aliquantulùm protractam, recedente caligine, illuſtrari lumine, adeò ut ſine conductu alicujus incederet, & circumquaque poſita clarè videret. Illa itaque, ubi ſe voluntatis ſuæ compotem per merita ſancti Sintperti vidit effectam, & ab opprobrio cæcitatis dono Dei ſalvatam, dixit comitibus ſuis: Procedite, quia domum ad præſens non comitabor vos; ſed Auguſtam revertar ſancto Sintperto pro ſanitate mihi collata gratiarum actiones redditura. Cujus dictis illi aſſenſum non præbebant, ſed eam, quia villæ prope erant, ad quam tendebant, ſecum progredi compellebant. Ita verò, quia voluntati eorum reniti non poterat, conſentiens cum illis villam intrabat. Jamque adveſperaſcente, dum laſſata membra ſopori collocâſſet, nullam corpori ſuo poterat accommodare quietem. Manè autem facto, Auguſtam rediit, & Chriſti Confeſſori pro vitu recepto grates exſolvit, ipſiuſque eccleſiæ cuſtodibus intimavit, qualiter per meritum ſancti Sintperti in reditu lumen diu perditum recepit. Ad tumulum itaque ejus per triduum in oratione excubiis celebratis, cum gaudio domum eſt reverſa. D

ac mulieri, brachii ariditate manifſque ſcabie percuſſæ, ſanitas redditur.

29 Fuit etiam in civitate Auguſta quidam, qui âcus pelliſicibus faciebat, nobis benè notus, qui in obſequio ſuo quandam ſtultam habebat fœminam. Hæc quodam Sabbato, veſpertinali tempore tranſacto, ùt moris eſt infrunitarum mulierum, ad diem Dominicam vel alium feſtivum pexis & ornatis capillis, lota & illita facie, operibus diabolicæ deceptionis cœpit inſiſtere. Moxque ultio & correptio divina ſuper eam devenit, & arefacto brachio dextro & incurvata manu, contortis in volam digitis, iniquitatis ſuæ vindictam recepit. In tantam etiam repentè converſa fuit ipſa manus ſcabiem, ut intuentibus horribilem præberet ſtuporem. Per aliquos ergò dies hoc flagello caſtigata, & vitâ priſtinâ in meliùs commutatâ, jejuniis & orationibus intenta reatum confitendo inſtabat. Quodam itaque Dominico die, qui anniverſariam diem beati Sintperti antecedebat, veſpertino tempore ad ſepulchrum ejus veniebat, & ſolotenùs ſe proſternebat, manumque & brachium ſuper illud poſuit, preceſque cum lachrymis ad Dei Famulum profudit, & ſanitatem priſtinam per merita ejus ab omnipotente Deo promeruit. E F

ANNOTATA.

a *Immò* 1064, *ùt habet Ms. tam Wiltheimii, quàm Gamanſii.*

b *Henrico II.*

c *Relati ſunt in Opus noſtrum S. Wiccerpus quidem ad* XVIII *Aprilis; SS. verò Adalbero & Nitgarius ad diem* IX *Octobris.*

d *Perperam in Ms. Wiltheimii* perſtante.

e *Lege:* quâ, *ùti legitur in Mss. Wiltheimii & Gamanſii.*

f *Ita legitur apud Wilth. & Gam. Stengelius de Miraculis* S. Simperti *Auguſtæ Vindelicorum anno* 1620 *Germanicè editis locum hunc vocat* Pagum Menchingen.

g *Utrumque Ms. cit. habet* præfocari.

h *Lege:* infulatum *ex iiſdem Mss.*

i *Ad Rom.* 12, ℣. 10.

k *Ad Danubium in confiniis diœceſium Auguſtanæ, Eichſtettenſis & Ratiſponenſis.*

l *Ms. Gam. addit* foras.

m *Germanis* Oberland, *ſeu, ùt reor, Suevia Superiore.*

n *Ita etiam Ms. tam Wiltheimii, quàm Gamanſii. Pezius in margine ſignat* Amendorf. *Videtur legi apud Stengelium lib.* 2 *de* S. Simperto *cap.* 3 Mamendorf.

o *Lege* confidentiâ ſuâ.

p *Ms. Gamanſii* ô S. Simperte, qui multis miſericordiam tuam in ſuis neceſſitatibus petentibus largè oſtendiſti.

q *Stengelius ad litt.* n *citatus habet* Zemetshauſen.

r *Anno* 1194 *ex num.* 3 *Comm. præv.*

s *Hinc diſcimus pœnitentiæ genus, quo graviorum criminum rei, ſacerdotum juſſu ferreis conſtricti vinculis, Sanctorum tumbas, dum ea ſolverentur, circuibant, licèt à Carolo Magno improbatum, ſec. adhuc* XV, *ſi non ſacerdotum juſſu, ſaltem à rudibus ſponte fuiſſe ſuſceptum.*

t *Legendum:* cernitis.

A

LIBER MIRACULORUM S. SIMPERTI

Ab anno MCCCCLXV *usque ad annum* MCCCCLXXI.

In nomine Jesu ac ejus præsulis Simperti incipit Prologus in Miracula ejusdem sancti Simperti episcopi.

B

Summatim tantùm auctor se quædam S. Simperti miracula traditurum ait.

NOn mihi nunc per eloquentiæ prata ducendus est calamus, nec laborandum, ut tibi, optime pater *a*, ostendam variorum pulchritudinem colorum, sed simplici, &, ut ita dicam, tumultuario stilo sanctissimi patroni Simperti summaricè sunt narranda miracula, ut lector videlicet & rem habeat & fastidio non gravetur. Nam cùm tot quotidie fiant, ut nedum scriptoris proprii officium, sed etiam notarii requirant: frustrà laborem absumerem in texendo uno, ubi mox adest aliud æquè urgens. Omittam igitur aliquando nomina personarum, locorum, cæteraque circumstantias, & quasi raptim carpens intentionem facti, eum, qui de aliis informari cupit, ad longiorem Annotationem, quæ apud vos est, tranmittens. Nam Priores loci sibi id officii semper assumpserunt, ut Simperti tui tumbam curæ haberent. Sic Adalbero *b* Historiam & Legendam compilando cum annexis miraculis, sic Hainricus ejus apud Sedem Apostolicam solicitator per dominum Cardinalem *c* venerationem procuravit, sic tu nunc quoque religiosè ac devotè facis. Taceo de antecessore tuo *d*, qui maximam spem in sancto Simperto repositam habuit, dum pro fabricæ inceptione laboraret; vetera igitur pro nunc omittens sua facta, qualiter videlicet in monasterio Morbacensi, cui primus S. Pirminius *e* præfuit *f*, ipse quartus abbas laudabiliter vixerit ac ex pòst gubernavit, qualiter Augustæ prælatus fuerit, tantùm ea, ut quidem pauca narrabimus facta, quæ nostra ætate sunt gesta, & hoc Christi in nomine incipimus à Gratiæ anno MCCCCLXV *g*.

C

a

b

c

d

e f

g

ANNOTATA.

a *Melchiorem, abbatem Udalricianum ab anno* 1459 *usque ad* 1474, *indicat hic anonymus.*

b *Sive Adilbertus, Lucubrationis præcedentis auctor.*

c *De Schaumberg, episcopum Augustanum*

d *Joanne ab Hohenstein.*

e *Colitur* III *Novembris.*

f *Minus rectè Ms. Wilth.* expertus.

g *Idem malè habet* MCCCCLXIX.

Ex A. ANONYMO MON. S. UDALR.

DISTINCTIO I.

Pueri hernia, tumor gutturis, dolor pectoris, phtisis.

PRimum Miraculum. Puer pridie natus sua primordia rupturæ defectu, quem carbunculum vocant medici, erga testes deformat. Physici cum suo Avicenna, chirurgi cum suis crudelibus instrumentis nec spem, nec auxilium conferre se negant. Deficiente humano ad st divinum, per sancti Simperti videlicet subsidium. Mater enim solicita eundem pulsat precibus, votoque preces cumulat, ad tumbam ... *a* quartum meniem invalescente morbo, puerum portabat salvumque recepit. 2um Miraculum. Tumor mulieris guttur usque ad suffocationem per dies quatuordecim perstrinxerat, qui & famelicum reddebat stomachum & strictum anhelitum. Extremis jam appropinquans votum sancto emisit cum prece Simperto, in momentoque sanatur. 3um Miraculum. Gravabatur quædam bonæ famæ mulier stomachi doloribus, & quasi id parum esset, pungebatur erga pectoralia gravissimè. Invocabat sanctum Simpertum, sanitatique restituitur, dum sacris adducitur reliquiis. 4um Miraculum. Parvus necdum annum attigerat & miserabile infelicitatis humanæ factus jam spectaculum, thisiaca cum spasmatica, vehementissimo dolore per multorum dierum spatia miserabiliter torquebatur, adeò ut nedum matri, sed & ceteris fieret dirum cernere. Sanctum Simpertum cum quadam fiducia gemebunda invocat mater, eumque ad tumbam ejus transmisit. Receptum sanitatem accepisse lætata est.

a

E

tussis, dolor dentium, syncope, pectus oppressum, pleuresis, lippientes oculi.

3 Quintum. Tussi cum præcordia honestæ matronæ per sex annos fatigantur, quod mortis solet esse præludium, cunctis gravis reddita ob sonitum, glebam flexo poplite sancti Simperti terit, vota exaggerat, sospitaque* recedit. Nec minùs vicina ejus, dum hæc percipiens, & dolore dentium in tertium mensem torqueretur, propositum sequitur, sanaque domum repedat. Sextum. Intercisionem vitalium, quam Syncopen Græci appellant, virgo dum per quatuor annos patitur, cunctis de facie pallida, corpore attenuata facta jam spectaculum, votum cumulat, preces cum lachrimis fundit, & vigorosa à sancti Simperti tumba revertitur. Sodalis ejus attracta exemplo, quæ in infirmitate gravi circa pectoralia fatigabatur, similiter humi prosternitur ægra, sed per Sancti merita levatur sana. Septimum. Pleuresis latus mulieris invaserat simul destitutione virium in pedibus. Dum præsentes de funere clam tractant, ipsa salutis spem à sancto Simperto corde postulat, mutatoque ejus miserabili statu se, ut votum persolvat, ecclesiæ præsentare festinat. Concivis, quæ lippientes jam oculos per triennium, horridos cæteris, sibi inutiles portaverat, exemplo tracta fidem pectore hausit: & similiter orat & impetrat.

* sospes

F

4 Octavum. Mulier fœtum jam ad solem secur-

A. ANONYMO MON. S. UDALR.

fus *b* naturæ ſuffragaretur, proceſſurum portat, dum ultra menſem vitam an habeat, hæſitat, & ob hoc periclitaretur, votum ſanctiſſimo Udalrico & ejus anteceſſori Simperto, utì hîc patronis & in patria concivibus emittit, vita jam quaſi abortivo partuſque matri datur. Altera puerum ſurdum & monſtrum penè naturæ offert ſancto Simperto, & ſanum reportat. Et ut ſimplicis oviculæ *c* factum enarrem, & *d* vaccam habuit & pueros. Hæc tota ſpes, omnes divitiæ ejus, vermem voraverat in gramine. Intumeſcit animal miſerum, lamentatur vidua pro ſe ſuiſque pueris lac defuturum, orphanorum & viduarum patronum invocat ſanctum Simpertum. Vermis de animali per os egreditur, mulieri lamentanti ſpes cum effectu arriſit. Nonum. Cæcutiens mulier per decem jam annos & tantum jubar quoddam ocellis hauriens, nimis rebus & corpore miſera, dum non conſiderat Iſaac ſe habere conſortem, nec feneſcentis Jacob advertit cæcitatem, ſuis imputat plagam peccatis. Dum ea ad ſancti deplangit Simperti tumbam ſpe veniæ, totum ſentit ſuum hominem ſalvum. Altera dum periclitatur in partu, & fœtus, ùt cunctis videbatur, tandem egreditur abortivus, & per duarum horarum ſpatia ſine indicio vitæ permanet. Tandem oblatione ceræ & tritici promiſſa, non ſolùm ſimplicem vocem plangentis, ùt cuncti, ſed etiam tubalem emittit.

periculosè parturiens, ſurditas, tumor vaccæ, cæca ferè mulier, fœtus morituriens,
b
c
d

B

hydropica, clinica, brachio ſaucia, paralytica,
e

5 Decimum. Ex villa propinqua paupercula in puerperio hydropiſim contraxerat . . . *e* quieſcerent, quæ à matre ſua ad civitatem deducta, ut medicorum opem quæreret, dum hoſpitam ſuam ea de re alloquitur, audivit hæc verba: Eſt in eccleſia noſtra ſancti Udalrici medicus animarum & corporum, qui facto & verbis cunctis ſuffragatur, ſanctus videlicet Simpertus: hunc adite & ei preces porrigite. Sequuntur conſilium mater & filia, & ad tumbam quàm devotiſſimè orant. En, ſubitò filia matrem advocans ait: Sentio quoddam in me inteſtinum, mater, ruptum. Unde, ut ad hoſpitium eamus, propera. Quò venientes, filia ſe ſanam reperit, cibum ſumpſit, reverſa pòſt ad tumbam cum teſtibus

C

gratias egit. Undecimum. Alia pedibus ambobus clauda penè jam per biennium, tandem totaliter lecto decumbens ad ſpatium ſex menſium paupertate ac infirmitate gravata, ſuſpirabundè ſanctum Simpertum invocat, & feſtum ejus ſe ſempèr celebraturam & tumbam viſitaturam ſpondet, inſuper cenſum annualem in ſignum proprietatis porrecturam. Sentit auxilium, baculo innixa locum viſitat, pòſt in brevi ſanitati totaliter reſtituitur. Vicina ejus brachium habens ſaucium jam per triennium, votum emittit & gaudium cumulat. Dum tertia jam per decem ſeptimanas deſtituta officio membrorum paralytica jacet, non inferiori fide opem poſtulat ac impetrat.

vertigo, auris fluxus, ſtruma S. Simperti intercessione ſanantur.

6 Duodecimum. Vicina quædam hîc per triginta annos oculos lippos habens, deficiente acie, volens per gradus in penu quodam deſcendere, labitur, teſtaque capitis lapidibus illiſa, vertiginem contraxit cum diſpendio ſenſuum. Tandem ad ſanctum Simpertum converſa cum precibus ſpopondit oblationem, &, ùt fit, mens immota manet, lachrimæ volvuntur inanes. Sanitati reſtituta, oblita eſt medici ſui: ſed mox infirmitas gravior rediit, &, dum tardat votum reddere, facta ſunt noviſſima ejus pejora prioribus. Duplicat igitur vota & firmat propoſitum. Habebat autem adoleſcentem filium, qui horribilem fluxum per aurem unam patiebatur in capite. Confabulabantur igitur ſimul de multis miraculis, quæ quotidie fiebant ac promulgabantur publicè populo, & paulatim ſpem & devotionem elevabant in Sanctum. Spondent jam in proxima ejus feſtivitate, quæ appropinquabat, oblationem & preces porrecturos & ejus laudem coram cunctis mortalibus propalaturos. Adeſt mox ſancti Simperti pietas, ſanat, & educit ex ſuis cubiculis infirmos, ſtant ante ſacram tumbam, remque, ùt geſta erat, fratribus & aliis narrant, factaque oblatione læti ad propria ſua redeunt. Strumoſum naſum habens per multos annos & alia lepræ incurrebat ſuſpicionem. Sanctum his provocata adiit, mox tumore ſedato, curatam ſe lætatur.

D

Laus ſexûs muliebris.

7 Concluſio præcedentium. Videtur mihi quidam in aurem garrire, quòd tot jam miracula de mulieribus recitaverim. Amen dico tibi, ſi Barach ire voluiſſet ad prælium *f*, Delbora devictis hoſtibus non triumphâſſet. Jeremias carcere clauditur, & ad prophetiſſam nuntii mittuntur. Sacerdotes & phariſæi crucifigunt Filium Dei, & mulieres plorant. Magdalena conſidit, dum Apoſtoli dubitant. Defecerant Saræ muliebria, & præcipitur Abraham, ut ei obediat. Rebecca pergit ad interrogandum, & condigna haurit oracula *g*. Maria, ſoror Moyſi, victorias Domino canit. Rachel Effratæ nomen noſtræ dedit *h*. Filiæ Salphaad hæreditatem inter Fratres Dei accipiunt. Ruth, Eſter, Judith ſacris voluminibus nomina indiderunt. Anna prophetiſſa generat levitam prophetam, judicem ſacro crine venerabilem. Thecuites mulier David ſanctiſſimum interrogatione, ænigmate & exemplo concludit. Quid dicam de regina Saba? Eliſabeth utero prophetat & voce. Anna, filia Phanuëlis, in templo templum efficitur Dei. Sequuntur mulieres Salvatorem, & ei, qui de quinque panibus turbam ſatiat, miniſtrant. Cum Samaritana loquitur ad puteum, & ejus converſione ſaturatur. Sed hæc, ne tu glorieris in nomine tuo, nec mulieres pœniteat ſexûs, dicta ſint. Nunc de Smi Simperti meritis, qualiter viris etiam adjutorio exſtiterint, perſtringamus.

E

f

g

h

F

ANNOTATA.

a *Lacunam ex Ms. Wiltheimii ſic ſupple:* ad tumbam ejus poſt quartum menſem &c *vel ex Ms. Gamanſii:* poſt quaſi quartum menſem.

b *Legendum videtur*, ſi curſus, *ùt habetur in Ms. Gamanſii.*

c *Lege* aniculæ *ex Ms. Gam. non* oviculæ *aut* aviculæ.

d *Lege* ea.

e *Supple ex utroque Ms.* ita ut vitalia jam penè &c.

f *Nempe* abſque Debbora. *Vide lib. Jud. cap.* 5, ℣. 8 & 9.

g *Ms. utrumque habet:* audit oracula.

h *Reſpicit illud Gen. cap.* 35, ℣. 19 *& binis ſeqq.:* Mortua eſt ergò Rachel, & ſepulta eſt in via, quæ ducit ad Ephratam, hæc eſt,

A est, Bethlehem. Erexitque Jacob titulum super sepulchrum ejus: hic est titulus monumenti Rachel, usque in præsentem diem.

DISTINCTIO II.

Morbus comitialis, malum grave,

MIraculum primum. Epilentesi, quæ etiam comitialis morbus seu Herculeus dicitur (nam Hercules ejus tædio affectus se combussit) quidam mihi etiam notus invaditur *a*, præcepsque non semel, sed repetitis vicibus pulsatur. Uxor graviſſimo mœrore consternata, dum mariti miseriam deplorâsset, vidit in somnis se constitutam juxta tumbam sancti Simperti cum imagine cerea & candela ad sacra Missarum apta, ex locelloque Sancti procedere hanc vocem: Vade, vir tuus restituetur sanitati. Evigilans mox viro retulit, Sanctum invocat, spondet oblationem, &, quia pauperculus erat, ostiatim à vicinis

B stipem mendicat, votum solvit. Restituuntur et vires sensuum, quos morbi gravitas tulerat, & ultra pestis illa validissima ab eo aufugit. Convicaneus ejus puerulum simili morbo præventum habens exemplo trahitur, nec minori patrocinio liberatur. Pauper quidam etiam, textoris servus, qui nuper advenerat, frequenter & pronuntiare miracula, & visitare sepulchrum solitus, in valetudinem gravem incidit. Sanctum verò nominare nesciens cùm implorabat, ut advenæ misereretur, Pater pauperum mox eum de stratu levat ac sanum dimittit.

hernia, brachii dolor, membrorum contractio, manûs tumor, capitis gutturisque dolor, oculorum caligo,

9 Secundum. Pauper quidam ex Baioariorum finibus ruptură admodùm rară prœventus, debilitate ex hoc nimia laborabat, angustabaturque, si aliquando pro necessitate corporis sibi esset laborandum usque ad virium defectum. Sanctum Simpertum (cujus laus volitabat per ora cunctorum) invocat & oblationem ad ejus tumbam laturum spondet. Mox intestinis suum in locum reversis, caro retarcitur. Hæc dum audiuntur, alter per decem annos brachii unius tortus passionibus

C acutis & eumdem Sanctum inclamat, nec caret auxilio. Tertium. Vicinus quidam hujus sanctissimi loci habuit filium octennem. Is contractus & claudis pedibus per tres menses, cunctis medicis desperantibus, amicorum fide huc ad sanctum Simpertum delatus, medicum verum, & qui nescit longa molimina, expertus est. Alter inflatam manum ex venenifero tractu squalidamque gerens, sanctæ Dignæ *b* mausoleum & S. Simperti tumbam adiit, sanitatemque pro fatigatione & fide recepit. Quartum. Honestus admodùm vir ex

b

c Lechausen *c* villa gravi dolore capitis longo tempore torquebatur, & (mira dicturus sum) Tantali pœnas ab inferis emersisse putares. Inflato subitò gutture, abundantiâ cibi & potûs labra fruebantur, stomachus marcebat inediâ, vigor unde & cæteris membris undecima jam die negabatur. Pulsatus homo famâ sancti Simperti votum cum oblatione ceræ promittit. Mox sanitate tam capitis, quàm gutturis perceptâ, Priorem loci contestatur penes tumbam stantem, ne silentio beneficium tegat. Et quasi hoc parum esset, mox alium, qui cæcutientibus oculis victum quærere vix laboribus suis valebat, sanitati restituit, qui duos oculos cereos attulerat, & duarum Missarum Officia procuraverat.

A. ANNO NYMO MON. S. UDALR.

dolor spinæ dorsi, mors a fœtu abortivo,

10 Quintum. Cunctis in monasterio notus, vicinus quidam ex illorum numero, qui miseris animalibus loris injectis currus ducunt, quos etiam vectores seu aurigas vocitant, invaditur subitò dolore magno in spina dorsi, lectoque decubuit supinus. Quem notus sibi visitat, consimilia se passum esse affirmat, & sancti Simperti præsulis meritis sanatum post oblationem ad tumbam. Provocatur hoc exemplo æger, & quem cruciabat dolor, simulque angustiabat equorum, qui eum, ut quemdam apud gentiles canes sui comedebant: oculos erigit, preces fundit, votum cum modio tritici ad tumbam spondet, levatur, & suis laboribus aptus restituitur. Ne domum ejus egrediamur, & redeundum sit, uxor ejus periclitatur eodem anno in partu. Tandem puerum enixa mortuum, cùm jam projiciendum penè esset abortivum, voto emisso, cereæ videlicet imaginis cum modio tritici, puero anima donata mox à cunctis circumstantibus E cernitur. Sextum. Dum solemniter festum sancti perageretur Simperti, tot homines supervenerunt, narrantes sancti Confessoris erga se pietatem, ut Prior loci cum aliis duobus fratribus occuparentur in Annotatione Miraculorum. Nam, ut idem mihi retulit, quod ea die vix spatium ad necessarium cibum capiendum habuerit.

cruris dolor,

11 Advenit quidam ex parochia sancti Georgii dicens, se per viginti annos cruciatum torsionibus unius cruris, cunctis medicis desperatis *d*, suam uxorem hesterno post Vesperas audisse sermonem de sancti Simperti meritis simul & miraculorum promulgationem, suasisse, ut & ipse ex spe bona ad Sanctum confugiat: ego, inquam, verti me ad verba levia dicens: Mulieres naturà leves, ad credendum proclives. Tandem cum lecto recubuissem, dolor vehementior solitus *e* adest, per totam noctem, ut timebam, me cruciaturus. Vexatus ergò intellexi tandem, quæ uxor dixerat. Lachrimis perfusus, ad sancti Simperti pietatem conversus, cunctis diebus vitæ meæ Orationem Dominicam ob ejus honorem bina vice me diuturnum *f* promisi, festumque ejus semper celebraturum. Et ecce inveteratus dolor subitò recessit, & coram vobis hic adsto sanus, grates Deo, laudem Sancto referens. Et quia vix fide dignus erat, Prior jussit memoriæ tradere, & cùm hoc à me nunc fieret, legens ita se habere affirmavit, seque ex ejus manu oblationem ceræ percepisse.

d

e

F

f

dysenteria, tussis acris, vulnus pedis,

12 Septimum. Convicaneus noster quidam gravi dissenteria per triennium laborabat. Res misera & horribilis, dum vix ingesta alvo, rursus indigesta cum acerbissimo essent dolore in secessu emittenda. Audiens hæc miracula devotissimè ad tumbam venit, orat & oblationem pro posse spondet, domum revertitur. Et tamquam si periculosum esset, ut subitò staret fluxus, optimus medicus noster Simpertus paulatim morbum sanat, & in paucis diebus convalescit. Homo pistrinæ artis nobis pro sua devotione valde gratus masculum habens, qui in Lycum fluvium ceciderat, & vix extractus, dum propter infrigidationem præcordialium tussi acriter laboraret, desperantibus

A. ANONYMO MON. S. UDALR.

rantibus aliis jam de vita ejùs, pater conſcius ſibi familiarium actionum (nam omni die tumbam Sancti viſitare conſueverat) magnam fiduciam habuit; ſancto Simperto invocato, filio mox ſanitatem impetravit. Octavum. Sed nec ſacerdotibus gemma ſacerdotum deeſt. Plebanus quidam ex villa Lankwaid, dum in ſancti patroni noſtri Simperti feſto ligna ad focum aptat, ſecuri nodum pedis ex improviſo tam periculosè dividit, ut multi vitam, cæteri ſpem ſanitatis denegarent. Adſtabant ſibi ſui ſubditi compatientes Paſtori, ac inter alia dum deſperatio jam humani auxilii læderet, recitant ſancti Simperti miracula, neſcientes hunc fore ejus feſtivitatis diem. Presbyter rem conſiderat alta mente, votum ad altare ejus facit, & ſe ibi Miſſam in honore ejus celebraturum ſpondet. Mox fluxus ſanguinis ſtetit, dolor ceſſat ac in brevi vulnus cicatrice tegitur, monaſterium adiit, votoque ſoluto, fratribus ſanus rem recitat, laus unde Deo ſolvitur.

mortis ex lapſu periculum, inceſſus claudus, B

13 Nonum. Juvenis quidam, dum, ùt mos eſt huic ætati gaudere equis, caballum incircumſpectè regit, ac ſe lætatur inſidere ſonipedi, ab eo excuſſus ac vehementiſſimè terræ illiſus proſternitur, ita ut ſine ſenſu, voce & anhelitu omninò judicaretur mortuus. Accurrunt vicini, & tandem ſuperveniunt propinqui, clamor in cælum levatur. Quibus mens altior fuit, eum cum voto & cera ſancto offerendum ſpondent Simperto. Mox vita redit, ſanus aſſurgit & fidejuſſores ſuos voto ſoluto liberat. Decimum. Cui meritò flectitur omne genu, Jeſus cuidam honeſto apud ſæculum viro dolorem immiſit in junctura circa genu, ut non jam pes ſuum officium valeret exequi. Et ne fortuitum putares, duravit ea infirmitas per decem & octo annos, & non ſolùm reddidit pedem gravem ad portandum, ſed etiam dolore vehementi tædioſum. Audit homo Sancti merita, locum adiit, orat, offert, ſeque totum Simperto committit præſuli. Excipit Sanctus claudum, &, ne cadat, in ambos pedes erigit ſanum.

putredo manûs, C

14 Undecimum. Medici, quos Græci vocant chirurgicos, crudeles putantur & miſeri. An non miſeria alienis dolere vulneribus & mortuas carnes inclementi ſecare ferro, non horrere curantem, quod horret ipſe, qui patitur? Ex his quidam de oppido Landſperg *g*, dum putridam curat patientis manum, videt prævalere contra cauteria carnem. Deſperat, veretur diſpendium famæ ac rerum ob hoc incurrere. Juxta ergò Scripturam, quod ante medicinam facere debuit, divinum videlicet invocare auxilium, tandem pòſt facit, Auguſtam venit, ſanctum Simpertum voce ac prece pulſat, ut, quod in ſe non videt poſſibile, jubeat auxilium Dei implere. Domum poſt preces revertitur in fide nihil hæſitans & ſe plùs profeciſſe precibus apud Sanctum videt, quàm arte. Rurſus revertitur, miſericordiam Dei apud tumbam collaudans.

g

anguſtia cordis, mortiſque periculum S. Simperti intercèſſione depulſa.

15 Duodecimum. Suadet nobis divina Scriptura dicens: "Ad aliquem Sanctorum con»vertere." Cujus conſilio inductus quidam parochiæ noſtræ civis, dum gravi anguſtiaretur in cauſa, & videret periculum, quod humana ratione non poſſet ſubterfugere, ad ſanctum Simpertum confugit & vovit ſe cunctis Dominicæ Paſſioni *h* ob ejus venerationem quinquies Dominicam Orationem perſoluturum, liberaturque mox ab anguſtia. Proceſſu temporis Alpium, quæ muri vice Italiam ambiunt, pro quibuſdam ſuis cauſis partes adiit, & in latrones incidit, qui eum etiam à via interrupta petrarum ducentes bonis ſpoliant, manibus pedibuſque cùm funibus ad arborem fortiter ligatum dimittunt. Qui totis viribus ſe, ſi poſſet, enodare tentat; ſed fruſtrà. Tandem viribus deficientibus laſſus Deum orat, & ecce ſubitò videtur ſibi, quod Virum ſtaturâ & veſtibus venerabilem præſulem ante ſe videat dicentem: Jacta ſpem tuam in Domino, & ego preces tuas, adjunctis meis, ſibi offeram, teque liberabo. Intellexit homo, patronum ſuum adeſſe ſibi ſanctum Simpertum, clamat & petit, ut ſibi vel ſemel adhuc ſanctum locum ſepulturæ ejus aſpicere liceat. Funes è manibus ſolvuntur, & pedes ipſe extricat, &, receptis ligaturis, ad tumbam venit, &, ibidem votis ſolutis, ante oculos hominum ſuſpendit. D *h* F

Cur teſtium nomina non apponat auctor.

16 Concluſio præcedentium. Teſtes idcircò ad miracula non nominatim appono, quia viventes eos apud te, optime pater *i*, inveniunt, tum etiam, quia tibi fratribuſque omnia nota ſunt, utpote pridie geſta, tum etiam, quia futuris nil ad fidem confert. Si enim mentiri me, quod profeſſionem meam non decet, utique judicare voluerint, & teſtium nomina conficta judicare poſſunt. Duodecim itaque inciſionum capitula de mulieribus priùs, nunc duodecim de viris habes, & in antiqua etiam Legenda duodecim *k*, ut ſenarius per ſe ductus ad perfectiſſimum numerum faciat: ſupereſt, ut uni quoque, qui heſterna legit ſcripta, & concluſionem ejus laudaverat, ejuſdem Doctoris cujus ſunt verba, & hodie aliquid adjiciam. *i* *k*

Muliebris ſexus reprehenſio.

17 Samſon Leone fortior, ſaxo durior, & qui unus & nudus mille eſt perſecutus, in Dalilæ molleſcit amplexibus. David ſecundùm cor Domini electus, poſtquam deambulans ſuper tectum domûs ſuæ, Bethſabeæ captus eſt viſione, adulterio junxit homicidium. Salomon, per quem cecinit ipſa Sapientia, qui diſputavit de cedro Libani uſque ad hyſopum, qui egreditur de pariete, receſſit à Domino, quia amator mulierum fuit. Et ne aliquis de ſanguinis propinquitate confideret, in illicitum Thamar ſororis Ammon frater exarſit incendium. O ſuperi, quot hodie ſidera ſuperbus ponit thronum ſuum *l*! Quot petras excavat, ut habitet coluber in foraminibus ipſarum! Iſtiuſmodi ſexus reprehenſibilem facit monachum, janua diaboli, via iniquitatis, ſcorpionis aculeus nocivumque genus eſt fæminarum, flammigero igne percutit fæmina conſcientiam pariter converſantis, exuritque fundamenta montium. Si cum viris fæminæ habitent, viſcarium non deerit diabolo. Ferreas mentes libido domat. Benignus es? Gaudeo. Pudicus es? Falſum eſt. Si pudicitiam quæris, fæminam, quam videris bene converſantem, mente diligas, non corporali frequentes acceſſu. Memento ſemper, quòd paradiſi colonum de paradiſo fæmina ejecerit. Hæc præter ordinem rei: nunc ad communem F *l*

munem omnium patronum ſanctum Simpertum ſtilum vertamus, & mixtim de utroque ſexu deinceps dicamus.

A

ANNOTATA.

a *Ex hoc aliiſque quæ in decurſu occurrent, dictis ætatem auctoris facilè lector colliget.*

b *Colitur hæc ſancta Martyr Auguſtæ Vindelicorum* XII *Auguſti.*

c *Pagus eſt non procul Auguſta Vindelicorum diſſitus ad dexteram Lyci fluminis ripam.*

d *Supple :* habuiſſe.

e *Ms. Wilth.* ſolitò.

f *Lege ſecundum utrumque Ms. :* dicturum.

g *Bavariæ oppidum eſt, decimo circitèr ab Auguſta Vindelicorum Meridiem versùs milliari.*

h *An* cunctis diebus Dominicæ Paſſionis ?

i *Melchiorem, abbatem Udalricianum, intelligit auctor.*

k *Quæ ſuprà habes in lucubratione Adilberti, Prioris Udalriciani.*

B 1 *Ms. Gamanſii :* O quot ſuper hodie ſidera ſuperbus thronum ſuum ponit.

DISTINCTIO III.

Claudam, urinæ detentione, aliiſque morbis,

• *ſtranguriâ*

MIraculum primum. Nil poſſidens miſera villana præter miſerias, tribulationem & anguſtias, dum filiam claudam pede uno ulceroſo & fluente quotidie adſpicit, & parvulum ſtranguineâ* laborantem : ſed, dum omne humanum ceſſat ſuffragium, adeſt miſerorum patronus ſanctus Simpertus, nec munera penſat, & ambobus ſubvenit. Nam, dum pro filia de Sancto annuatim ſpondet denarium repræſentaturam ad tumbam, levatur. Pro parvulo dum oblationem ceræ facit, & ipſe ſanatur. In conſimili omninò caſu ex Meringen mulier parvulum ejulantem ac plorantem propter urinæ detentionem adducit : ſanus reportatur. Claudus quoque ex Noricorum provincia bigâ impoſitus, dum equorum miniſterio advehitur, in via ſanatus pedibus

C locum viſitat. Secundum. Hydropicus de Ginz-

a burg *a* adoleſcens, turgentibus membris, anhelitum vix jam ducens, dum jam extremum traheret ſpiritum, à circumſtantibus ſancto commendatur Simperto cum voto. Mox, ſpiritu reſumpto, levatur, ingenti per genitalia humore profluente. Ruptură circa pudibunda mi.er puſio hic Auguſtæ percuſſus, dum parentes ſpondent, ſe trina vice ad tumbam puerum allaturos cum orationibus & oblatione, ſanatur. Supervenerunt & tunc duæ mulieres, quælibet parvulum adducens, & quidem ex diverſis locis, affirmantes, ſe gravibus infirmitatibus ſimul & quemlibet parvulum liberatos.

calculi, alienatione mentis laborantes, terrâ ſuffocatum,

19 Tertium Veſica pueri cujuſdam duobus calculis ſive lapidibus obtruſa, dum ob tenellam ætatem periculum eſſet ſcindendi, ſancto Simperto invocato, ambo per urinam citò projiciuntur. Quidam etiam bonæ famæ Auguſtenſis, adducens ſuæ calamitatis teſtes, retulit, ſe in pueritia læſum in capite, unde ſemper gravi debilitate ſenſuum laborabat. Cùm autem eccleſia ædificaretur, & ſanctus Simpertus coruſcaret in miraculis, promiſit ſancto Udalrico ac ſancto Simperto, ſe laboraturum in propria perſona per eptimanam in opere fabricæ. Quarta die, dum ſollicitus operi inſtaret, invaſit eum acriter ſua infirmitas, adeò ut, ſenſu perdito, aliena loqueretur. Reductus domum mox ſenſit caput inſolita titillatione pulſari. Et ecce, os quoddam miræ magnitudinis ex ſuperiori parte in fauces cecidit, quod extrahens ſe ſanum ſenſit. Quartum. Quidam ruſticus, vocatus Wilham Fiſtl, de Schwabchingen cum ſua familia in foſſam limi extra villam egreſſus, pro domo ſua cœperunt limum fodere. Aliis igitur domum in vehiculo ferentibus, remanſit unus ſedecim annorum, nomine Joannes, qui dum fodiendo incautiùs locum excavaret, terra ſubſecuta eundem totaliter obruit. Et reverſus deinde ruſticus terram delapſam vidit, famulum quæſivit, & vix tandem unam manum erectam & extra terram protenſam vidit. Acclamavit divinam pietatem per ſancti Simperti merita, & cum ſex aliis perſonis & cereis eum ad tumbam ejus præſentaturum pollicetur, terram removet, ſuffocatum extrahit, & manum ori applicat. Nec erat vox, nec ſpiritus. Rurſus Sanctum invocat, & oſcitare cœpit juvenis, & ipſe invocans ſanctum Simpertum reſtitutus vitæ juxta votum octava abhinc die hic comparet, votoque ſatisfacit, humiliter ſupplicans, ut fratres mirabilia talia non celarent.

A. ANONYMO MON. S. UDALR.

E

dolentes pedibus, mentis

b

20 Quintum. In parochia ſancti Georii *b* quidam honeſtus vir dolore pedum ſic affligebatur, ut nec ſe vertere in lecto poſſet, niſi manus portarent in aliud latus. Nocte quadam audivit vocem corripientis : Cur, miſer, tædio deſperationeque ſepultus hic jaces ? Surge, ſanctoque Simperto votum cum precibus porrige, & ejus miſericordiam *c* experieris. Evigilans ſuſpirando admonitioni ſatisfecit ; ad ſepulchrum dum mane vellet ſe facere portari, ſanum ſe reperit. Mulier conſimillima *d* infirmitate circumvallata, dum conſideraret, ſe de ſubſtantia viri ſui non debere ſine ejus conſenſu alienationem facere, virum advocat, & conſenſu impetrato, ceræ libras *e* tres ad tumbam vovet, moxque ſanam ipſam illam præſentat *f*. Sextum. Maniam medici vocant paſſiones cerebri, quam quidam incurrens per quindecim annos graviſſimè laborabat, ita ut cunctis oneroſus ea faceret, quæ non eſſent ſani hominis, ipſe non ſanus juraret Oreſtes. Amicis ſanctum Simpertum invocantibus, ei ſubvenitur : ad tumbam adductus ſenſibus redditur. Conſimili dum quidam inciperet paſſione laborare, puſillanimitati jam uſque ad deſperationem deditus, vix animo conſiſteret, votum Sancto faciens, ab invaſione liberatur, ac à periculo tantæ infirmitatis præſervatur. Quidam etiam veſaniâ capitis laborans, dum triduo ſic perſiſteret, ut quidam eum obſeſſum à dæmone judicarent, voto pro eo facto, adducitur, & ſanus revertitur.

c

d

e

f

impotes, aqueum, oculis dolentes, ecticum, herniosos,

21 Septimum. Ruptum & inane mulier quædam habens cerebrum, dum gravi laboraret inſania, altero jam menſe completo, gravis facta hominibus, &, dum deficeret eis, utpote villanis, locus, quo miſeram includerent, tandem, conſilio inito communi, ſancto eam Simperto attentè committunt, & de ſubſtantiola pauperculæ tres libras ceræ ſpondent

A. ANONYMO MON. S. UDALR.

dent. Reſtituitur itaque ſenſibus, & per ſe votum factum pro ſe exequitur. Alter dum tanto ſpatio temporis lumen oculorum amiſiſſet, oblationem ſpopondit notabilem, moxque gratiam Dei meritis Sancti ſenſit, ſanuſque ad locum ſepulchri venit. Octavum. Advenerunt etiam ſimul multæ perſonæ, literam credentialem deſuper ſecum habentes à viro notabili & fide digno, ferentes ſinguli cereum unius libræ in manibus ſuis, qui fatebantur, ſe in ſancti Simperti nomine à dolore oculorum cum ejus invocatione priſtinæ ſanitati

g reſtitutos. Adoleſcens etiam quidam hectica *g* præventus, dum ſingulis momentis viribus decreſceret, &, ut ita dicam, moreretur, voto emiſſo, ad ſepulchrumque deductus anus repedavit ad propria. Nonum Quidam vir honeſtæ famæ & vitæ ſideque dignus ſuis litte-

h ris *h* miſſis cum oblatione fratribus ſignificavit, quòd ruptis inteſtinis circa verenda per annos viginti & ultra impediebatur & torquebatur doloribus. Percipiens, tot quotidie ſanctum Simpertum coruscare miraculis, cùm

B nulla ei omninò ſpes eſſet in homine, converſus toto corde ad Deum petiit, ut, quod, ejus peccatis exigentibus, divina juſtitia intuliſſet, meritis ſancti Simperti removeret,

i voto etiam adjecto ſiliginis videlicet *i* modicum cum cæteris oblationibus. Moxque miſericordiam, quam ſperando quæſierat, utiliter invenit. Nam, non obſtante tantæ infirmitatis periculoſa longitudine, ſanus evaſit. Juvenis etiam de villa Holzhaim conſimili ruptura læſus à matre paupercula adducitur, & æquè ſanitati reſtituitur.

torſionibus agitatam, uſu pedum deſtitutam,

22 Decimum Mulier quædam iſtius civitatis incola, parochiana ſancti Udalrici, torſionibus & quotidianis punctionibus per ſeptem annos quotidie fatigata nullo potuit medicorum ſuffragio curari. Dum omni feſto die tot per ferias facta audiret publicari miracula devotè ad Dominum converſa, ſpem ſuam in ſancto Simperto poſuit, optimæ ſuæ tunicæ oblationem ſpopondit cum obligatione ad certas quotidie orationes. Mox ſanitati reſtituitur: nec tamen citò miraculum manifeſtat, ſed per menſem & ultra differens, tandem id publicè pronuntiare fecit. Undecimum.

C Paupercula quædam vidua, multùm Deo devota in parochia iſta, incidit in caminum dupliciter accenſum, videlicet paupertate & infirmitate. Nam per tres annos uſum pedum amiſit, & per ſex menſes paralytica facta, dum tantis doloribus miſeriiſque affligitur, ad Deum, qui pater pauperum, conſolator viduarum eſt, converſa, inter ſe ſuaque peccata ſancti Simperti merita prætendens, lachrymas fudit, quæ aſcenderunt de genis ejus uſque ad deducentem eas. Acceſſit Sancti patrocinium, ſe elevat de grabato, ſineque adminiculo alicujus hominis vel ſuſtentaculi ſepulchrum viſitat, laudes Deo ac Sancto perſolvit.

calculo herniâque affli-ctos ſanat.

23 Duodecimum. In calce unum adjicimus, in quo præcipuè ſanctus Simpertus clariùs quotidie ſua merita perhibetur oſtendere, videlicet circa rupturas & lapides veſicæ. Quidam parochianus hujus eccleſiæ adoleſcentem filium habuit tredecim annorum, qui graviſſimo clamore turbabat nedum parentes, ſed etiam vicinos, ſiquando, natura urgente, urina eſſet emittenda. Miſeri parentes quotidiano affligebantur dolore in filio, dum præſtare auxilium non valerent. Tandem crudelis adducitur chirurgicus, qui juxta morem, ligato juvene, incidit juvenem, & lapidem tam miræ magnitudinis, ut penè ovo gallinæ æquipararetur, cunctis ſtupentibus egeri. Quo viſo, non appoſuit ultra quærere. Juvenis eodem ſero incidit infirmitatem tam gravem, ut deſperarent de vita omnes. Mater verò ſingulari ſpe ſanctum Simpertum invocat lachrymis & precibus. Juvenis, reſumpto ſpiritu, aliqualiter ſecretum petiit naturæ receſſum. Mox de eo per receſſum alius veſicæ lapis longior priori, qui apertâ veſicâ exciſus fuerat, & penè tantæ craſſitudinis egreditur. Res mira, &, ſi non eſſet omnipotens Deus lex naturæ, ſupra naturam! Puer ſanatur, lapides pro ſigno ad ſepulchrum tabulæ affixi ſuſpenduntur. Quæcumque facit Deus, & ejus præſul Simpertus facit, & majora, ſi noſtra exigunt merita facturus eſt. Puer etiam alius emiſit per urinam duos lapides, mox ùt Sanctus fuit invocatus. Alius ruptus mox reintegratur, ùt oblatio fuit promiſſa. Ceſſandum eſt, & ſilentio potiùs lectori inſinuabimus ea, quæ reſtant, quàm calamo.

D

F

Auctoris epilogus.

24 Concluſio totius Hanc, venerabilis pater *k*, brevem lucubrationem celeri ſtilo lecto decumbens dictavi, volens deſiderio tuo & fratrum ſatisfacere, ſed non potui. Ecce enim affers ciſtam plenam cartulis, ex quibus Verbi Dei declamator populo miracula ſancti publicavit Simperti, de quibus major erit difficultas eligendi, videlicet *l* quæ dicenda, quàm electa ſtilo qualiter commendentur. Alteri ergò etiam locum tribuens, quod potui, hoc feci, &, ùt nôſti ſtatum mentis meæ, pro me aliis ſatisfacias, ut, qui non ignoſcit ingenio, ignoſcat tempori, quia dies mali ſunt & amaritudine pleni. Vale ergò cum omnibus fratribus felix in Domino, & pro me peccatore orare ne ceſſes. Perpetrata ſunt hæc miracula inter alia excerpta ab anno Domini MCCCCLXV uſque ad LXXI ſub dominis Pio *m* & Paulo *n* Apoſtolicis, Friderico imperatore, domino Petro *o* & Joanne *p* epiſcopis eccleſiæ Auguſtenſis, & venerabili abbate Melchior *q* hujus monaſterii & Priore Conrado *r*. MCCCCLXXI.

k

l

m

n

o *p*

q *r*

F

ANNOTATA.

a *Sueviæ oppido ad fluvium Guntz haud procul à Danubio.*

b *Ms. Gamanſii:* Georgii.

c *Ms. utrumque habet:* manum.

d *Eadem Miss. habent:* conſimili maxima.

e *Malè in Ms. Wiltheimii legitur:* rubras.

f *Idem Ms. rurſus malè:* namque ſanam illam ipſam putat.

g *Corruptè in utroque Ms. legitur:* ethica.

h *Ms. Wilth. minùs rectè* liberis.

i *Minùs rectè item habet:* fideliter.

k *Abbatis hujus Udalriciani nomen exprimitur paulò pòſt, nempe* Melchior.

l *Vide mox dicta ad lit.* i.

m *At Pius hujus nominis II obiit anno* 1464 *menſe Auguſto.*

n *Hujus nominis item II, & Pii ſucceſſore. Obiit anno* 1471 *menſe Julio.*

o *Nempe à Schaumberg. Obiit anno* 1469.

A p *Hujus nominis II, & Petri ſucceſſore proximo.*

q *Nempe* de Stanham: *Udalricianas inſulas geſſit ab anno* 1459 *uſque ad* 1474.

r *Alio à Conrado Mörlin, qui anno* 1496 *ex Priore in abbatem Udalricianum electus eſt, anno Profeſſionis ſuæ* 24, *teſte Corbiniano Khamm parte* 3 *Hierar. Auguſt. pag.* 105.

LIBRI MIRACULORUM S. SIMPERTI

Ab anno MCCCCLXXXVIII *ad* MCCCCXCV *patratorum*

B

PARS I.

Auctoris præfatio.

SI miracla voles Simperti noſcere ſancti,
Qui præſul clarus Rhetica in urbe fuit.
Scilicet Auguſtæ geſtando corpore curas
Pro grege commiſſo nocte dieque vigil:
Iſta legas, quæ, quamvis ſimplicibus modò verbis,
Eſt animi motus commemorare mei,
Cum quibus omnipotens Genitor virtute ſuperna
Conſuevit Sanctum mirificare ſuum.
Attamen ut nihil intexam de ſtamine falſi,
a Voce ſoluta eadem nova *a* referre tibi.
Nolo tamen, credas, me nunc deſcribere cuncta,
Talis quando labor poſſe meum ſuperat.
Imò ſupervacuum poſuiſſe foret, quod in Afræ
Sanctæ cœnobio bibliotheca docet.
**forte* his Hîc* ita libatis craſſâ tenuique minervâ,
b Sigiſmunde *b*, volo moriger eſſe tibi.
C Multo nempe tuis ſatagam molimine votis
Implendis valeat qualiter eſſe locus.
Tametſi tremat ingenii exiguiſſima virtus,
Quæ nullo (ceu nôſti) micat eloquio.
Unde minùs propriè ſiquando loquar, veniam des,
Frater; ſed ſcripta primitùs aure nota.
Nam tua virtus, quin mihi permanifeſta fides hunc
Sponte laborem me faxit obire gravem.
Fert animus etiam Conrado parere Priori
c Morlin *c*, qui mihi devinctus amore fuit:
Cujus honor meritus, & fama perennis in horas
Creſcit, & is nec delebile nomen habet.
Propterea, quamvis valde ſim viribus impar,
Quælibet attento, patre jubente meo.
Nam quia veſtra niſi, frater, nunc juſſa faceſſam,
Nominor impoſtor veridicuſque parum.
Hinc Opus aggredior rogitans, incepta ſecundes
Pneuma, Deus, mihi Sanctum tribuendo tuum.

1 Circa Domini annum milleſimum quadringenteſimum octogeſimum octavum quinto Idus Julias Paulus, piſtor pagi Dietingen *d*, ſuis duobus filiis (quorum major natu, Joannes nomine, undecimum attigerat annum; alter, cui nomen Paulus, nonum vix attigit annum) mandavit proxima è ſilvecula deducere ligna, qui patris paruerunt juſſis. Caſu biga ſuper Joannem grandiorem natu cadens, eum afflixit cruenter. Quod ipſius frater, Paulus videlicet, ſpectans, nec tamen adjumento huic eſſe valens perdoluit, horribiliterque clamitando cum luctu lares patris rapido petens* curſu rem geſtam illic certè genitori, qui lanificio vacabat, obnuntiaturus. Quo audito, valde obſtupuit, ita ut præ dolore neſciret prorſus, quid factu opus foret. Sed paulò pòſt in ſe reverſus ſanctorum antiſtitum Udalrici & Simperti patrocinia cordetenùs magis, quàm verbotenus flagitare occepit, ipſis magnopere proprium commendans natum, qui vel eorum meritis hunc ſuperſtitem videre commereretur, ſeſe pollicens eundem ad ſanctorum Udalrici & Simperti tumbas argentea cum oblatione, quamprimum valeret, ſiſtere velle.

2 Poſtea pervenit ad bigam, ubi filius oppreſſus ſemivivus jacebat, ac ratus eum jam mortuum, quoniam corporis nigredo ſpeciem mortui hominis præ ſe ferebat. Quem humi jacentem levans, humeris ſuis impoſuit, domumque repedabat. Porrò circa undecimam diei horam uſque ad veſperem quiſpiam in ipſo non quivit elicere vitæ ſignum. Veſperi autem interventu beatiſſimorum confeſſorum Udalrici Simpertique cœpit reſpirare, ac viribus pedetentim forteſcere. Sanguinis nempe non parùm duobus exibat è vulneribus. Demùm (Deo ſuorum ob interceſſionem Sanctorum robur præſtante) penitùs convaluit. Eapropter ejus genitor cum oblatione ſpoponſa*, ac illo, qui convaluerat, ad præfatorum ſarcophagos epiſcoporum Auguſtam pergens, miraculum cunctis ad Dei gloriam & ſuorum narravit Sanctorum, domino Sigiſmundo Lang, ibidem tum temporis ſacriſtando *e*, filium unà cum cicatricibus patefecit ingenti cum gratiarum relatione.

3 Petrus Sartor, in Pacis Monte ſeu Fridberg *f* incola, puerum nondum anniculum, ingentes propter calculum dolores perpetientem, habuit, quem conjux ſua, videlicet mater pueri, ad ſancti Simperti mauſoleum cerea cum oblatione votivum facit, magno flagitans conatu, quatenùs Pater ſanctus infantulo, veluti cæteris, dignaretur in iſtis periculis fore adminiculo. Unde factum eſt, ut noctu (quod mirum profectò fuerit auditu) lapilli duo per urinæ fiſtulam ſine quavis pueri læſione ſancti Pontificis interventu exirent: & alter lapillorum erat in quantitate unius piſæ, quem poſthac mulier oſtendit patri cuſtodi ac præſentavit magna cum gratiarum actione. Eadem tempeſtate cùm quædam perſona continuas tredecim hebdomadas & integro anno capitis dolore laborâſſet, *g* ſe divi Simperti diem quotannis feſtivaturam, ac unum cruciferum ad gazophylacium ejus poſituram. Extemplò ſanctiſſimi Patris opitulantiâ fuit ſanata. Puerulus quidam in uno digitorum uſque eò ſuſceperat læſionem, quò pa-

A. ANONYMO MON. S. UDALR. CAP. I.

Curru
d

**legè:* petiit

E

oppreſſus.

**ſponſa ſeu promiſſa*

e

F

calculo, & capitis dolore, ex digito,
f

g

A. ANONYMO MON. S. UDALR.

parentes sui omnimodam vererentur digitelli absciſſionem. At poſtquam ipſum cereo cum digitulo & aliquibus oratiunculis * ad ſancti Simperti venerunt ſepulchrum, ſanitatem extemplò percepit omnimodam.

ſupple devoverunt, &

4 Mulier quædam molucrum, hoc eſt, ventris dolorem patiens, propter ingenteſque dolores duas circitèr hebdomadas vel parumper plus quieſcere neutiquam valuit: quæ tamen, poſteaquam beato ceream devoverat Simperto candelam, ventris habentem latitudinem, quàm mox profluvium ventris perinde diſſolvitur, atque ſi laxandi ventris gratiâ pillulas percepiſſet, ſicque ſana effecta eſt. Quidam & corporis & animæ diſcrimen incidens, nec illud à ſe humanitùs eximi ſpes ſibi ulla fuit: quem tamen Deus (quia abſque divino adminiculo nîl uſuvenit) ob ſancti Simperti merita paucos intra dies, quàm fecit eidem Sancto votum, ab hujuſmodi periculo gratioſè liberavit. Joannes Zeberlein de Kauffpeiren *h*, viginti quatuor ſeptimanis *i* oculis captus, id eſt, oculorum uſu privatus, ſe cum aliquibus orationibus & xeniis cauſâ recuperandi viſûs ad ſanctum devovit Simpertum, qui * meritis ejuſdem Sancti ſanitas eſt ſibi collata, unde coram pluribus patri ſacriſtæ viris narravit fide dignis. Margareta Widemennin, Auguſtenſis urbis indigena, corporis debilitate ultra annum gravata, groſſum unum, ſuis laboribus primò acquirendum, ſancto ſe ſpopondit Simperto ſacrificaturam. Quare tali fuit exonerata morbo, nulli dubium, quin meritis ejuſdem Sancti.

ventre, corporis animæque periculo, cæcitate, debilitate,

h

i

B

* *an* cum?

5 Joannes Sibnacht de Silva ſurditatem incurrebat. Sancti Simperti (cui votum duobus cum nummis fecerat) interceſſione prorſus ſit exſors ſurditatis. Eliſabeth Sweickerin quadam in ruptura plùs quàm ſedecim annos laboraverat. Beati patris precatu Simperti medetur, poſtquam libram ceræ, quam promiſerat Sancto, exſolvit. Ex apoplexia quidam Auguſtenſis dextri pedis officium amiſſum poſt votum peractum beato Simperto indeptus eſt. Anna ſimiliter Seigerin de Mittelſtetten, quæ annos tredecim *k* corporis languore fuerat gravata, poſt votum meritis beati Simperti ſit incolumis. Ottilia quoque Widemennin, Auguſtenſis urbis indigena, beato Simperto ſuis opitulante precibus, ibi ſe tris, id eſt, tres roſarios ſecundùm ipſius tumbam geniculatim ſpopondit oraturam, in ruptura, quam duodecim *l* circitèr annos nequaquam ingentes citra cruciatus pertulerat, ſanata fuit.

ſurditate, herniâ, pedibus, corporis languore, herniâ,

k

C

l

CAP. II.

6 Joannes molendinarius, in pago Inningen *m* demorans, qui omninò expectabatur moriturus propter totius corporis exuberantiam, quâ in mortem viginti hebdomadibus infirmabatur, ſimiliter poſt votum beato Simperto emiſſum incolumitati reſtituitur. Agneta Beirin de Auguſta Vindelica mirum in modum corporis conflictata morbo, quæ etiam eccleſiaſticis præmuniebatur Sacramentis, ab omnipotenti Deo, qui omnibus dat eſſe & vivere, ſanatur, beato Simperto, cui propriam tunicam devoverat, ſuppetias ferente, id eſt, auxilia. Balthaſar Miller Zimmerman, quando primùm ſeſe cum oblatione & oratione ad Viri Dei, ſcilicet Simperti, vovit ſepulchrum, de graviuſcula corporis invaletudine, quam quatuor circitèr annos toleraverat, liberatus eſt. Per eandem tempeſtatem Margarethæ Probſtin de Klain-Oettingen *n* per ſemeſtrem oculi doluerunt in tantum, ut viſum penè amitteret, tribus potiſſimùm hebdomadibus, in quibus omninò capta fuit oculis ſeu privata viſu. Eapropter, ut iſtiuſmodi à ſe cæcitatem ſanctis deprecaretur precatibus, divinum Simpertum adiit rogaturâ, pollicens annuatim, dum viveret, quartam ſiliginis metretæ partem ſub ejus ſacrificaturam honore, ſicque voti compos effecta fuit.

tumore corporis, lethali, gravique morbo, cæcitate laborantes,

m

n

7 Item aliud inſuper miraculum conſtat eſſe factum per divum Simpertum, in Sixto videlicet Haſs de Wertingen, qui totaliter loquelam ex apoplexia quatuor circitèr annos amiſerat. Verùm enimverò conjunx ſua, poſtquam quotannis duobus cum nummis ipſum beato Confeſſori devovit, è veſtigio fandi copiam divinitùs accepit. Mater-familias quædam, Auguſtenſis oppidi inhabitatrix, ubique terrarum famoſiſſimi, fuit, beato Simperto ſuppeditante, ex perquàm ſeu valde magnis & corporis & animæ turbis, quibus circumdata erat, liberata, poſtquam eidem Sancto fecit votum. Item Joannes Meitting de Oſtendorf ſurdaſter effectus, poſtquam quartale ceræ ac lumen per caput ſancto devovit Simperto, mirabili quodam modo auditum recepit priſtinum. Nam in auribus ejus, neſcio, quid frangitur, & ſic ſubitò, favente Deo, aures ejus apertæ ſunt. Mulieri cuidam erat infantulus eò uſque infirmus, ut emori propediem arbitraretur. Verùm illa, ſumptâ fiduciâ, votum Deo & ſancto Simperto faciens, ut, ſi meritis ejus puer ſanaretur, ceream ſe imaginem inſtar ipſius infantuli ad tumbam velle Sancti offerre*, mox incolumitate potitur infantulus.

n

E

mutus, corpore animoque afflicta, ſurdaſter, puer morti proximus,

*l. ad tumbam Sancti offerret, omiſſa voce ſe

8 Quidam pauperculus multos per annos defectum haud parvum in uno pedum habens ſanctiſſimi patris Simperti obnixiùs implorabat auxilium, ſe juxta ipſius ſepulchrum recipiendo & duo roſaria glorioſiſſimæ Virgini Mariæ oraturum, nec non unam oblaturum candelam *. Hinc contigit (quando ex animo dantis cenſetur munus magnum) ut pedis, beato Pontifice ſuppetias ferente, omnimodam perciperet ſanitatem. Honeſtiſſima quædam matrona, miſerabiliter debilitate corporis prægravata, ſancto ſe Simperto multa cum inſtantia commendans, inſuper promittens ceream candelam juxta corporis ſui latitudinem ejus ad tumbam ſe exhibituram, ac* ſtatim ſui voti efficitur compos. Quidam puerulus perquàm ſeu valdè calculoſus extitit, quem parentes ſancto Simperto unà cum denario votivum quotannis conſtituêre. Quod ùt actum eſt, Deo propter ſui ſancti merita Simperti propitiante, illicò ab eadem liberatur calculoſitatis infirmitate. Mater-familias quædam pleureſim habens, votum ſancto dum emiſit Simperto, medelam ipſius meritis è veſtigio indepta fuit.

mala affectus pede, corpore debilis, calculoſus, pleureſim patiens,

ſupple ſpondendo

F

*abundus

9 Item quædam alia perſona honeſta capitis dolorem pertulit vehementer ita dumtaxat, ut ſe maniam ſeu mentis alienationem propediem ſeu citò timeret incurſuram. Quocirca beati patris Simperti ſubſidium cœpit flagitare inſtantiùs, vovens, ſe quotannis ſeu ſingulis annis, dum viveret, ſua de ſubſtantia juſtè parta ſive acquiſita quidpiam ſub ejus honore ſimul cum lumine oblaturam. Quid ampliùs? Mira res & à Deo facta! Omnis capitis

capite dolens, urinam non retinens, hernioſus,

A capitis dolor abſceſſit, nec ultra fatigat hominem, quem ſancti Simperti oratio à tanto cruciatu fecit immunem. Puella quædam nondum nubilis per quatuor annorum ſpatium nequiens retinere lotium ſeu urinam, ad ſanctum fecit vota Simpertum. Illicò à tanta fuit exempta turpitudine. Puerulus quidam ruptus venit ad ſepulchrum ſancti cum oblatione Simperti. Redditur incolumis, Deo propter ſui ſancti Confeſſoris meritum propitiante.

ex immodico menſtruorum fluxu de vita periclitans, corpore infirmus, capite dolentes,

10 Matrona quædam, Auguſtenſis urbis incola, undecim circitèr annos tantopere ac tam jugiter menſes, id eſt, menſtrua patiebatur, ut nullâ ferè horâ ipſam talis relinqueret fluxus; quin ſæpenumero propter ipſum ad mortem uſque periclitaretur. Poſtremùm verò, cum humanis foret deſtituta auxiliis, ſanctum pergit invocare Simpertum, ſpondens, ſe, dum ſanaretur, ipſius ſancti Patris tumbam indies, quoad ſuperſtes eſſet, ſemel acceſſuram, ſpecialemque iſtic orationem dicturam. Nec ſpe ſua fruſtratur, quia fluxus iſtiuſmodi meritis propulſatur ſui Confeſſoris,

B nec eam poſtea aliquomodo, niſi fæminarum ſolito more moleſtavit. Quidam virorum corporis infirmitate ad mortem gravatus, & voto

o emiſſo cum lumine per corpus *o*, ad beati Simperti tumbam obtinuit ſoſpitatem optatam. Quædam honeſta perſona, perquàm caput dolens, lumen unum per capitulum menſum

p *p* ſancto vovens Simperto recuperavit ſanitatem priſtinam. Adoleſcens quidam capitis magnos tamdiu dolores ſuſtinuit, donec ſancto Simperto unum lumen per caput vovit, &, ſoluto voto, poſthac tali levatus eſt dolore.

puer cibos digerere nequiens, corpore dolens, pleureſim patiens, gutture tumidus,

q 11 Quædam matrona puerulum habens, nullum in XV hebdomadibus cibum digerere valentem: quæ infirmitas meritis divi Simperti propulſatur, quando ſibi devotatus fuit. Pergraviter quidam puer totius corporis conflictatus doloribus, ad beati patris Simperti ſarcophagum tribus cum orationibus *q* ac totidem roſariis beatæ Virginis ibidem dicendis devotatus, ejuſdem Sancti precatu ſanitati reſtituitur. Quædam magnæ honeſtatis virgo,

C pleureſim patiens, ſe promiſit cum orationibus & lumine, ſui corporis longitudinem complectente, ſancti Simperti ſepulchrum viſitaturam, omnimodè fidens à Deo mederi ejus interventu, ſicut & factum eſt. Nam magno cum mentis tripudio adiit ædituum noſtrum referens, quomodò meritis beati Pontificis illorum exors facta fuiſſet cruciatuum. Guttur cujuſdam adoleſcentis in tantum intumuit, ut nil aliud, quàm mors ipſius, à parentibus in horas præſtolabatur. Verùm, poſteaquam tertiò ſe cum lumine, ter latitudinem colli proprii complectente, iterum ad tumbam Viri Dei, ſcilicet Simperti, ſpopondit, reſtitutus fuit ſanitati.

CAP. III. *graviſſimis doloribus queſſata, phreneticus,*

12 Honeſta pariter perſona graviſſimis doloribus aliquamdiu quatiebatur. Eapropter ſe pluries ſancto commendavit Simperto, ſupplicans ſibi inſtanter, auxilio foret ac medelam à Superis impetraret. Quare factum eſt, ut meritis ejus, quem invocârat, dolores iſtiuſmodi prorſus ab ea fuerint eliminati, propitiante Deo glorioſo, qui ad melius cuncta dirigendo diſponit. Quidam adoleſcens phreneſim incidens, quem majores ſui cum

cera & candela, ejus corporis longitudinem complectente, ad ſanctum voverunt Simpertum, cujus & opitulatu ſoſpitatem nactus eſt. Sed quia id publicare ad gloriam Dei & ſancti patris Simperti per presbyterum in cancellis neglexerant, in priſtinam recidivavit infirmitatem. Quare parentes majori quàm anteà perculſi ſunt dolore, præcipuè cùm demirarentur, ſive ignorarent, quid facto opus eſſet, tametſi ſive quamvis jam dudum conceptam fiduciam ſuper Viri Dei adjuvamine non uſquequaque exuerent, quin magis ac magis rogitarent, quatenùs puer veluti antehac ſuis medicaretur interceſſionibus, ſpondentes, ſe in antea nullam commiſſuros negligentiam, imò acturos enixè, ut tale in cancellis publicaretur miraculum. Quare demùm pro ſecundo, divo confeſſore Simperto ſuppetias ſeu auxilium ferente, percepit ſanitatem.

A. ANONYMO MON. S. UDALR.

morbo lethali, capitis vertigine, gutture tumido laborantes, gibboſus, dorſi dolorem patiens,

18 Adeò quædam perſona fuit gravata morbo ingenti, ut ſibi nil aliud præter mortem imminere videretur. Attamen nihilominùs pro ſanitate recuperanda votum emiſit, ſepulchrum divi Simperti quibuſdam cum oratiunculis accederet, ac unum ibidem nummum offerret, ſicque, Altiſſimo favente, validitatem indepta eſt bonam. Optimæ quidam converſationis adoleſcentulus per plures annos vertigine capitis graviter moleſtatus. Unde, poſtquam in honore divi patris Simperti ſe ſpecialem quotidie dicturum orationem promiſit, gratioſè liberatus fuit. Guttur cujuſdam perſonæ in tantum fuit tumefactum, ut quaſi mortis eſſet conſtituta in articulo. Voto autem per eam facto unâ cum oblatione nec non oratione beato ſcilicet patri Simperto, ab iſtiuſmodi ſe liberatam gaudebat diſcrimine. Quidam puer tres circitèr annos ſeu per tres annos gibbum admodùm deformem habuit, qui tamen meritis beati Simperti ab eo ſublatus eſt, quoniam id à parentibus inſtantiſſimè poſtulatum fuit: cujus etiam cauſâ ad Sancti promiſerunt ipſum puerulum unà per corpus *r* cum lumine capellam

r ſiſtere velle, dum expers fieret iſtiuſmodi deformitatis, ſicut poſtea contigit: nam priſtinam accepit ſanitatem. Quædam perſona,

F dorſi cruciatu graviter conflictata, ſancti Simperti ſpopondit ſe unà cum cereo lumine mauſoleum inviſere velle, unde ejuſdem opitulatione commeruit ſanatum iri.

calculoſus, cæcutiens, cæcus, vermibus cruciatus, herniоſus, capite laborans, phreneticus,

s t 14 Eodem tempore Petrus Weiſs de Meringen *s* infantem calculoſum, nondum ſemeſtrem, habuit, cujus per tumbam *t* meritis ſancti Simperti octo lapilluli quantitatis piſarum exivere (nam lapillos cuſtodi præſentavit) ac eos ſervatum iri valde rogitans, ac publicè monſtrari cum maxima gratiarum actionum relatione. Virgo quædam, longo cæcutiens tempore, ſancti patris Simperti orationibus viſum obtinuit clarum, voto priùs emiſſo, quod apud ejus ſepulchrum beatæ Virgini Mariæ unum oraret roſarium. In Finningen rureſtri Petrus Prunner cæcus fuit annis tribus in uno oculorum, cui tandem, ut beato Simperto fecit votum, lumen ejuſdem ocelli reſtitutum eſt. Puer cujuſdam matrisfamilias tam vehementer vermes habebat, ut mortis quaſi periculum incurreret. Poſtquam autem ad ſancti Simperti tumbam uno cum

A. ANONYMO MON. S. UDALR.

lumine cereo ſecundum corpuſculi latitudinem fuit devotatus, ſtatim expectatam ſanitatem ſuſcepit. Udalricus, piſcator Auguſtenſis, ruptus yiginti annis fuit. Idcircò quàm maximè ſancti Simperti ſupplex petiit juvamen, ſeque cum media ceræ libra ad mauſoleum ejus devovit. Hinc Deus, cui nihil eſt difficile, rupturam iſtiuſmodi ab eo meritis ſancti Simperti uſquequaque ſuſtulit. Dolor magnus caput cujuſdam mulieris invaſerat, qui tamen meritis depellitur ſancti Simperti, voto poſtquam ſe ſtrinxit ejus ſepulchrum viſitaturam, iſthicque juxta capitis latitudinem cereum accenſuram. Stephanus Werenhofer de Lantſperga *u* puerum habuit phreneticum, quem cerea cum effigie inſtar pueruli plaſmata ſanctum ad Simpertum vovit, cujus & meritis ſanitatem percepit.

u

mentis impos, hernioſ, brachio dolens,

15 Barbara Mayrin de Limershauſen ſimiliter interceſſione divi Simperti, cui fecerat votum, mederi à Deo meruit in ruptura, quam viginti quinque annos habuerat. Eadem tempeſtate Udalricus Tockler de Graben *x* per ſemiannum ita morbo fuit affectus, ut è lecto & ſurgere propriis non poſſet viribus, & ad cerebri tantam veniret exinanitionem, ut tum ſenſûs, tum rationis ſieret expers, adeoque nullum agnoſceret hominem. De quo conjunx ejus quamplurimùm doluit, propemodùm mariti ſolatio deſolata: per aliquot dies lachrymas effudit abundè. Poſtremùm, auditâ miraculorum famâ, quæ ſiebant ad beati Simperti ſepulchrum, illuc & ipſum maritum recuperandæ ſanitatis gratiâ lineis exutum ac diſcalceatum vovit. Quid plura dixerimus? Nam Deus, à quo dependet & cælum & terra, mirabilis in Sanctis ſuis exiſtens, interventu, ùt piè creditur, divi Simperti intra quindecim dies tantùm roboris viginti horis præfato dedit Udalrico, quò illa, quæ uxor voverat, ipſemet perſolveret, ac quæque, ceu dicta ſunt, cuſtodi referre poſſet. Habebat quædam perſona in uno brachiorum uſque adeò crebras & magnas puncturas, ut quieſcere nullo potuerit tempore. Hæc ſancti antiſtitis Simperti implorabat juvamen, dejurioque figens ſe, dum ſanaretur, brachium cereum ſub ipſius laturam honore: quo peracto, quivis dolor opitulatu beati Simperti propulſatus eſt.

B

x

C

CAP. IV.
collo tumens, toto corpore dolens, hernioſus, paralytica, morbo caduco obnoxius;

16 Martino Stinger de Viſchach eatenùs collum tumuit, ut nec comedendi gratiâ hiſcere per aliquot tempus potuerit. Demùm verò, dum voto ſe aſtrinxit beato patri Simperto, integram adeptus eſt ſanitatem. Perſona quædam ingentes toto in corpore cruciatus perpetens ſe ad ſanctiſſimum Simperti mauſoleum certis devotavit cum devotis oratiunculis & ſanata eſt. Udalricus Eberlin ex Berckan *y* puerum habens nondum bimulum exiſtentem, qui admodùm ruptus erat, poſteaquam verò cum quartali ceræ ad ſanctum devotatur Simpertum, è veſtigio diſcrimen ruptionis elapſum eſt. Quædam honeſta mulier, cui nomen Magdalena Riederin de Purgen *z*, per ſeptennium exiſtens paralytica, votum emittens, ſe, quamprimùm ire poſſet, ad divi Simperti honorem mediam ceræ libram ſacraturam, ſanitatis compos efficitur, & decima quarta die *aa* poſt votum ipſamet Viri Dei tumbam accedens, quæ voverat, mancipavit effectui, gaudens ſana domum repedavit. Præterea Chriſtofori Franck filiolus, gravi utique morbo laborans, videlicet Herculeo ſive caduco, meritis ſanctiſſimi patris Simperti ſit ſanus, dum ad baſilicam ejuſdem Sancti unà cum libatione devotatur.

y

z

aa

D

paralytica, hernioſus, inſans in articulo mortis poſitus,

17 Quædam mulier, nomine Barbara Schulerin, ex villa Puttenbach orta, per anni curriculum ſeptem minùs hebdomadibus valde gravi quaſſata morbo, præcipuè tamen tribus menſibus, in quibus totaliter clinica ſive paralytica exſtitit. Interceſſione beati Patris, jam dudum Epiſcopi Auguſtenſis urbis, ſanitatem indipiſcitur, quando Sancti ſeſe promiſerat inviſere tumbam, atque illic libram ceræ, nec non quædam alia velle ad honorem Dei ac divi Confeſſoris libatum ire. Quidam, nomine Magnus, telarum orditor de Geſſerhauſen, ultra triennium ruptus, ſumptâ fiduciâ percipiendæ ſanitatis per merita ſancti Simperti, ſemet ad ejus tumbam cum libra ceræ votivum reddidit. Nec id fruſtra fecit, quandoquidem uſquequaque divi Præſulis interceſſione ruptura diſtollitur ab eo. Honeſta quædam perſona in Auguſta Retiæ, eccleſiæ ſancti Mauritii parochiana, puerulum ſolito more cùm balnearet, ſubitò liveſcebat puer haud aliter, quàm mortuus foret. Quapropter nimis anguſtata neſciens prorſus, unde talis nigredo puero adveniſſet, ſanctum obnixè invocans Simpertum, infantulum, quem quibuſdam cum muneribus ei devoverat, ſupplici ter commendans. Sicque puer poſt pauxillum temporis ſpatium reſpiravit, livorque paulatim priſtinum in candorem vertitur, ac medium circitèr annum poſtea ſuperſtes fuit.

E

gravi morbo detentus, hernioſa, puer ambuſtus,

18 Mauritius, inſtitor de Mindelhaym *bb*, admodùm quàm gravi menſibus decubuit tribus tali infirmitate, quam nec ulla quiverit levare medicina, quamquam ſæpiùs fruſtra phyſicorum adhibuiſſet operam. Quocirca (neceſſe quidem erat, ad aliquem ut ſe, juxta quod in Job dicitur *cc*, converteret Sanctorum) divi Simperti inſtantiſſimè flagitavit juvamen: votum faciens paulò mox convaluit. Nec illud certè puto prætereundum, quod mulier quædam duodecim prope annos rupturam perpetens, poſtquam annulum, quem habebat, argenteum ſe ſpopondit ſub honore præfati Confeſſoris oblatum ire, Cunctipotentis gratiâ, qui cuncta reſtaurat verbo, ſanitatem percepit. Alio ſimiliter tempore divi Simperti declarata eſt ſanctitas. Nam Petrus ſartor de Kirchdorff puerum non adhuc bimatulum ſeu duorum annorum exiſtentem habuit, qui ſe bullienti jure ſive offâ, quod ſuper ſe fuderat, eatenus læſit, ut nullam dies noctesque valuerit habere quietudinem. Unde conſternatus animo præfatus Petrus obnixè ſanctum Simpertum, de cujus nunc miraculis audierat, rogitavit, pro puero ſuppeditare dignaretur, pollicens ipſum ſimul cum aliquo ponduſculo ceræ ad ejus tumulum, ſi mederetur, ſiſtendum eſſe. Miſericordia igitur divina Sancti ſui precatu condeſcendens, puerulum à combuſtionis dolore prorſus reddidit liberum.

bb

cc

F

brachio dolens, pede manuque debilis, dorſi doloribus cruciata, mu-

19 Fuit nuper fœmina, cui nomen Agnes Warhapperin, pagum Pergen habitans, quæ in uno brachiorum doloribus, quos ex quodam ſuſceperat caſu, cruciabatur magnis. Sed mox eam ipſam defecêre dolores, ut beatiſſi-

mo

tus, morti proxima,

mo Simperto ſe oblaturam pollicebatur ferreum brachium, & ſic tandem meliùs habuit. Quidam Auguſtenſis apoplexiâ dextri pedis & manûs officium amiſit: poſt votum factum beato Simperto ſanus efficitur. Quædam fœminarum graviſſimas dorſi perpetens punctiones. Sed, cùm ſe ad ſancti Simperti tumbam cerea cum imagine puerulum præ ſe ferente votivam conſtituiſſet, omnimodam adepta eſt ſanitatem. Auguſtenſis quidam Joannes Zolrer, auriga exiſtens cum una dierum ſua cum quadriga mercibus referta Nurnbergam *dd* verſus contenderet, onuſtum ſuper ipſum cecidit plauſtrum, ac uſque adeò quælibet ipſius membra comminuit, quò per triduum mutus omninò exſtiterit. Ad ſanctum verò Simpertum ubi cum libra ceræ votatus fuit, loquelam recepit. Margaretha Stellin de Iglingen, non longè ab oppido Landſperg diſtante, cordis cruciatibus viginti circitèr annos laborabat adeò magnis, ut ferè poſt menſem vel ſex ſeptimanas eccleſiaſticis præmuniretur Sacramentis (nam præ nimio dolore nonnumquam contingebat, quòd in inſtanti putaretur ſpiritum efflatum ire) quæ tamen etiam ſancti juvamine Simperti non caruit, dum ipſius ad tumbam ſe cum lumine per corpus *ee* vovit, eò quòd tranſlationem ejus nec non miracula, quæ Deus mediante ipſo dignatus eſt operari, certo audiviſſet relatu.

dd

B

ee

calculoſus, mortis in periculo verſans, vertigine laborans, tribulatione oppreſſa beneficum ſibi S. Simpertum experiuntur.

2o Puer ſeptennis balneatoris, cui nomen Michaël, in Magershauſen calculoſus in tantum extitit, ut ſæpenumero mortis ſubjaceret periculo. Patre autem ſe cum quinque perſonis pueri cauſâ ad ſancti Simperti tumbam vovente, mox immodicus ſive magnus lapillus per ejus egreditur fiſtulam, quem poſtea cuſtodi porrexit, puellumque, mediante ſancti patris Simperti interventu, ſanatum oſtendit. Puella quædam nimia corporis infirmitate agitabatur eatenùs, ut haud quidquam cibi deguſtare potens eſſet. Quare de ejus vita propemodùm deſperabatur. Verùm ea ſancto ſeſe devovit Simperto: bonam illicò valetudinem indepta. Auguſtenſis quidam, Joannes Purger vocitatus, per biennium aprimè capitis morbo, quem vertiginem indigitare ſolemus, laborans, voto facto beato confeſſori Simperto unà cum crucifero (pauper nempe fuit) uſquequaque dolor tollitur ab eo. Virgo quædam per ſemeſtrem ſanè quàm magnis in periculis ac tribulationibus extitit; ita ut nullo poſſet ſe remedio ex his evolvere turbis. Unde fiducialiter ſe ſancto commendavit Simperto (qui certè fidelis ceu propatulum eſt, in periculis extitit aſſertor ſive liberator) cujus etiam opitulamine liberata eſt.

C

ANNOTATA.

a *Sic etiam habent Mss. noſtra.*

b *Indicat auctor Sigiſmundum Maiſterlain, Chronici Auguſtani ſcriptorem.*

c *Dein ex Priore factus eſt abbas S. Udalrici.*

d *Ultra Danubium ſiti, 5 circitèr milliaribus Germanicis diſtans Donawerdâ Ulmam verſus.*

e *Ms. Gam. rectè:* ſacriſtano.

f *Bavariæ oppido, Auguſtâ Vindelicorum haud procul diſſito.*

g *Supple ex Ms. Wilth.* vovit.

h *Oppido Sueviæ ad fluvium Wertach.*

i *Ms. Wilth.* duabus ſeptimanis. *Gam.* 25

k *Ms. Wilth.* annos ſex.

l *Idem:* ſex circitèr annos.

m *Sueviæ ſcilicet, non procul Auguſtâ Vindelicorum.*

n *In ducatu Bavariæ ad lacum Ammerſee.*

o *Id eſt, ùt opinor,* cum candela corporis ſui longitudinem adæquante.

p *An cum cereo ejuſdem, cujus erat ejus caput, ſpiſſitudinis?*

q *Utrumque Ms. habet:* cum itionibus.

r *Videſis, quæ ad lit.* o *paulò antè ſunt dicta.*

s *Bavariæ pagus eſt, duobus circitèr milliaribus & dimidio Auguſtâ diſtans.*

t *Lege:* tubum.

u *Bavariæ oppido ad Lycum fluvium.*

x *Vico prope Landſpergam. Vide lit.* u *hîc. Ms. Wilth. habet* Braben.

y *Haud procul Auguſtâ ad fluvium Wertach locum invenio, cui nomen* Bercha.

z *Vico prope Landſpergam. Vide ſuprà lit.* u.

aa *Ms. Wilth. habet:* primo die,

bb *Sueviæ oppido haud procul ab ortu fluvii cognominis.*

cc *Lib. Job cap.* 5, ℣. 1.

dd *Amplam & liberam Germaniæ urbem in Franconia.*

ee *Vide lit.* o.

A. ANONYMO MON. S. UDALR.

E

LIBRI MIRACULORUM S. SIMPERTI

Ab anno MCCCCLXXXVIII *ad* MCCCCXCV *patratorum*

PARS II.

F

CAP. V. *Luſcus, dolore denium*

EOdem tempore Benedictus Roskopff ex Rain *a* viſûs indipiſcendi gratiâ (luſcus ſiquidem in uno oculorum fuit) cum quartali ceræ ſancto votum faciens Simperto, continuò Auguſtam verſus iter arripuit. Verùm in via (ut magis forſan ſua probaretur conſtantia) tantos ventum eb validum tolerabat labores, [ut] aliquantiſper, domumne repedaret, an proſequeretur iter, anceps eſſet. Parva nimirum ſpes ſibi erat perveniendi ad limina. Poſtea verò in ſe reverſus, Deique ac confeſſoris Simperti, cujus in honore viam ingreſſus fuerat, fretus auxilio, proficiſcitur ultra. Nec fides ejus, nec tanti laboris fatigatio mercede juſta fruſtratur. Sanctus enim Simpertus voti compotem ſuum faciens *b* famulum: quoniam oculi acies perdita ſuis meritis, quando haud multùm longè progreſſus fuit, reſtituta eſt. Huic *c* veluti duobus è fratribus, in divi Udalrici monaſterio profeſſis, die ſequenti, poſtquam factum erat, in præſentiarum cujuſdam viri perquàm honeſti, conſanguinitate ſibi devincti, ipſemet magno cum

a

b

c

A. ANONYMO MON. S. UDALR.

gaudio ad Dei gloriam enarravit, confeſſoriſque ſui Simperti. Quædam perſona dolore dentium in tantum affligebatur, ut nullam prorſus quietudinem habere poſſet. Invocato autem ſancto Simperto ab ea, ſpopondit, ſe quotannis ipſius profeſtum jejunaturam & candelam & dentes cereos ad ejus mauſoleum oblaturam. È veſtigio reſtituta eſt ſanitati.

capitis, brachii laborantes, oculis captus, luſca, membris debilis, gravi morbo affecti ſanati:

22 Cuidam ſimiliter virili perſonæ caput dolebat valde: qui tamen dolor beati Simperti meritis depellitur, quàm citò huic juxta capitis latitudinem unum lumen devovit. Nec ſilendum reor, quòd paucos ante dies quædam perſona ſe ad quemdam hujus monaſterii veriloquum contulit, maximos ſe dolores in uno brachiorum habuiſſe aſſeverans. Sed is *d* ſuum beato Simperto polluxerat *e* annulum, ſanitatem omnimodam quamprimùm nactam fuiſſe. Cùm igitur votum, quemadmodùm par fuit, perſolvere vellet, alia ſupervenit perſona rogitans ſibi annulum vendi, pecuniamque eandem beato Simperto offerri. Hâc eâdem itaque petitioni conſentiente, ſtatutoque die, quâ pecuniam perciperet, cûm concladium ſeu annulum dare vellet, mirum dictu! ipſum reperit fractum eſſe. Fuit nuper Joannes Gremenbach *f* in Memingen *g*, quindecim ſeptimanis oculis captus, qui poſtmodùm, ſancto ſuppetias ferente Simperto, cui votum emiſerat, illuminatum iri commeruit. Anna Frein, de Engelried oriunda, uno oculorum per biennium luſca fuit, quæ tandem beatiſſimi patris Simperti opitulantiâ viſum recepit, facto priùs voto, quòd ipſius Sancti quotannis, id eſt, ſingulis annis, inviſeret tumbam. Thomas Cerdo de Tonhauſen *h* omnibus in membris ſanè quàm magnam per quadriennium ſuſtinens debilitatem, mediante *i* divo Simperto, poſt votum factum, meritis, vires eorundem recepit. Fuit nuper magnæ honeſtatis perſona, quæ duos ſe cereos ſecundum corporis & capitis ſui latitudinem ſanitatis impetrandæ gratiâ (decem ſiquidem circitèr hebdomadas graviter vexata fuerat infirmitate) ad ſancti Simperti ſepulchrum ſpopondit daturam, ſicque, ſuffragantibus beati Patris orationibus, quamprimùm fuit potita corporis ſanitate.

d *e* B *f* *g* *h* *i* C

reſtinctum

23 Contingit, quando Deus etiam nobis in tribulatione exiſtentibus, nec ſupplicantibus ſuorum propter Sanctorum merita ſubvenire dignatur, ceu ſanè quàm liquidò lector quiſque ſtudioſus ex ſequentibus dignoſcere poterit. In loco enim quodam, Hailbach nominato, vir, cui nomen Joannes Eberlin, degebat. Huic dormienti per ſomnium beatus eſt viſus aſtitiſſe Simpertus: Age verò, dicens, me invocato; tum (propria quippe domus ſibi flammis exuri videbatur) ab incendio liberabere. Porrò viſionem expergefactus flocci pendebat, potiſſimùm quia necdum quidpiam ſuper divi Patris acceperat ſanctitate.

incendium,

24 Contigit autem non longo poſt tempore (in ſancta utpote vigilia Paſchæ) cùm intempeſta nox eſſet, domunculam, ubi furnus erat, flagrare, quibus ex flammis etiam ſtabulum cœpit exuri. Neglecta nimirum ſolent incendia ſumere vires. Tum ubi experrectus talia videns, quid factu foret opus, omninò ignoravit, maximè quia magno ab hominibus ſegregatus fuit diſcrimine. Domus enim ipſius ſeorſum in campo ſituabatur. Demùm verò ſibi, quam dudum dormiens habuerat, viſio in mentem veniens *k* lachrymabundus beati Patris flagitavit adjumenta. Heu! heu; clamitans, deſtituor auxiliis, nec ab igne poſſeſſiunculam quivero tutare meam. Mi patrum ſanctiſſime! quemadmodùm noctu præcepiſti mihi, præſtes auxilia. Supplex igitur tuum depoſco ſubſidium, quævis tuæ recommendans fidei. Faxis proinde tuo nunc oramine hæc graſſari ceſſet flamma, ulteriùs ne progredi auſit, ne per hanc omnis mea peſſumeat ſubſtantiola; Mirum dictu! Vix in hunc modum finierat verba, ignis quælibet dimiſit ædificia, idque factum eſſe divi Simperti meritis, nemo fuerit, qui dubitet.

D *k*

paralyticæ, herniosis, mutilo,

25 Agnes Stretlin de Dingna, quæ tribus annis paralyſi decumbebat, ſancti Simperti opitulatu fuit reſtituta valetudini, poſtquam ſe lumen per corpus & unum cruciferum in ejus honorem vovit offerre velle. Joannes ſutor de Sutershoffen *l* triennem *m* habens filium. Is caſu, neſcio quo, ... *n* exiſtens hebdomadarum in genitalibus rupturam ſuſcepit. Qua de cauſa ipſum media cum libra ceræ ad ſancti Confeſſoris devovit tumbam, ſicque ejus meritis, propitiante Deo, à quo omnis medela, ſoſpitatem indeptus eſt. Quædam perſona maximè ultra rationem majorem in modum rupta, ſpondens ſe juxta ſepulchrum ſancti Simperti Dominicam Orationem cum totidem Salutationibus Angelicis ſeptuagies ſepties oraturam, nec non cereum illic oblaturam, pergratiosè ab eadem liberatur ruptura. Cuidam Auguſtenſi, nomine Laurentio Winter, filiolus erat, qui matris ex utero digitellorum carebat articulis. Quocirca motus pater, haud ſecùs quin nihilo eadem puero membra fuerunt, quàm mancus ſi extitiſſet, ipſum ad beatam Virginem in crypta, quæ in cœmeterio juxta monaſterium ſancti Udalrici ſituatur, & ad ſanctum Simpertum devovit, ipſorum pueri cauſâ magnopere flagitando ſuppetias ſeu auxilia, quæ poſtea fuerùnt ſecutæ; quia digitorum & articulorum ac manuum officia precatu beatæ Virginis & divi antiſtitis Simperti uſquequaque & ex toto ſortitus eſt.

E *l* *m* *n* F

CAP. VI.
gravi morbo afflictis,

26 Honeſta quædam mater-familias multo jam tempore gravi afflicta morbo, ita ut phyſicorum eam medicari valeret nullus, cùm tamen multum ſtudii operæque in quærendis remediis poſuiſſet, cum cordis intenſo affectu ſancto ſe Simperto recommendavit, votum emittens de quibuſdam implendis ad honorem Sancti, ut ſanitatem indipiſceretur. Unde factum eſt, quò beati Confeſſoris interventu talis morbus ab ea tolleretur. Puerulus quidam eatenùs gravi afficiebatur infirmitate, quò vel parentes de ipſius vita deſperarent, quamquam nihilominùs beatum obnixè rogitarent Simpertum, quatenùs puero dexteram daret ſeu auxilium præberet, ſpondentes ſeſe ceream effigiem inſtar pueri ſub ejus honore oblaturos. Quid plura? Vix votum emiſerant, extemplò ſeu continuò puer meliùs cœpit habere, ac tandem, Deo ſuffragante ob ſancti Simperti merita, omnimodò convaleſcit.

A *è digito laboranti, corpore infirmo, in tribulatione versanti,*

27 Digitus cuidam mulieri ex Haimhoffen adeoúsque exuberavit, quò instar manûs quantitatem complecteretur. Huic memoriæ succurrit beati Simperti sanctitas & miraculorum gratia, quæ dicebatur de illo; sumptâ fiduciâ recuperandæ sanitatis, sepulchrum ejus adiit, ac inter orandum digitulum putulentum* seu sanie plenum super altare Confessoris posuit, qui parvum post intervallum medius crepuit, sanieſque plurima ex illo mirificè fluitans voti compotem fecit mulierem. Sixtus Hegeling in Fischach puerum habuit, qui præ magna corporis infirmitate neutiquam stare vel aliquorsum transire valuit, ceu ejus loci parochianis quibuslibet constat. Unde parentes ejus audientes miracula, quæ divina Misericordia per sanctum Simpertum patravit, ipsum puellum Sancti commendaverunt fidei, votivumque hunc constituentes obnixè postulârunt, sospitatem filiolo impetraret. Sequenti proinde luce surgebat è lecto, transiens, ubilibet locorum cupiebat. Simperti verò id meritis accidisse, nullus est, qui deneget. Persona quædam valdè honesta (prædestinati etiam aliquando, testante Scriptura, fornace Babylonica pròbantur acriùs) ingentibus tribulata tentationibus, per interventionem beati Simperti fuit ab eisdem liberata, postquam votum cum duabus Missis & annulo suo Antistiti fecit sanctissimo, scilicet Simperto.

**forte* purulentum

B

fluxum capitis passo, è pede, latere, partu,

28 Accidit eadem tempestate Petrum Has in Hirblingen habere puerum, qui duos circitèr annos fluxu capitis admodùm discriminoso fatigatus fuerat. Sed tandem quibusdam cum oblationibus ad viri Dei Simperti devotatus sepulchrum, ad statim incolumitatem percepit. Quædam matronarum malum habens pedem aliquarum candelam librarum ad beati Simperti tumbam vovit: deinde illicò sanitatem accepit. Sympertus sartor ex Hymelstetten per quadriennium uno in latere graviſſimos pertulit dolores, ut ipsum sæpenumero ex talibus propemodùm miors sequeretur. Qui tandem sanitatis potiundæ gratiâ quartale unius libræ de cera recepit seſe ad viri Dei tumbam Simperti oblaturum: sicque divi interventu Simperti sospitati fuit restitutus. Honestissima quædam mulierum, ùt puerum enixa fuerat, magnam incidit corporis infirmitatem, quæ tamen miraculosè propulsabatur ab ea meritis glorioſæ Mariæ Virginis, nec non beati pontificis Simperti, quorum narraverat patrocinium, dejurioque se adstrinxerat, duos beatæ Virginis Rosarios in prædicta* animarum crypta se dicturam, unam insuper candelam per ventrem sua cum oblatione ad divi Simperti capellam sacrificaturam.

C

**num. 25*

calculo, adversitate,

29 Meritis sancti Simperti puer annorum tredecim, calculosus existens, sanatus, priùs tamen per genitricem suam facto voto, singulis, quoad viveret, annis duarum unciarum cereum sub honore beatissimi Patris offerret. Istiusmodi nempe voto emisso, complusculi per virgam ipsius exivêre lapilli. Id autem precatu divi Confessoris fore factum, reor subdubitare hominem saltem sanæ mentis neminem. Contigit, quamdam personam duris agitari adversitatibus (sæpe quidem numero Deus quosdam remordet adversis, ne longa felicitate luxurient) quæ postremùm divi Simperti opitulamine, cui se commendaverat, erepta fuit ab iisdem adversitatibus. Michaël tabernarius in Maningerin annis quatuordecim, quia calculosus, ingentes perferens dolores, miracula, quæ Deus suum per Sanctum, scilicet Simpertum, operabatur, vero accipiens relatu, sanitatis percipiendæ gratiâ se monumentum ipsius spopondit invisurum, & in quantum posset, propriis de rebus ibidem oblationem peracturum. Quibus magna cum fiducia & sancti Patris invocatione pollicens *o*, magnæ quantitatis lapillus per tubum viri exivit, quem postea, dum promissa effectui manciparet, custodi consignavit.

A. ANONYMO MON. S. UDALR.

o

immodicè menstruorum fluxu, amentiâ,

30 Quædam familiaris in urbe Vindelica, quam etiam fortuna malefida compluribus aliis in rebus spernere solebat, menses sive menstrua citra consuetum morem quàm graviusculè patiebatur: quo fiebat, pauperiem toleraret immodicam, seu maximam. Etenim ancillari nequibat, quemadmodùm par fuisset, cùm tamen aliunde non haberet, quibus vitam degeret. Hæc itaque divi Simperti audiens miracula, cœpit ipsius maximopere rogitare juvamina, pollicens, sub honore ejus duo se daturam numismata, viduam zelans Euangelicam, quæ duo æra minuta obtulit. Inde, quoniam Deus non donum, sed bonam pensitat voluntatem, beato intercedente Confessore, numquam passa fuit tam graviter menstrua, ùt priùs. Petro sacerdoti de Engelsperg, qui ex quàm maxima, quâ sex laboraverat hebdomadibus, infirmitate factus fuerat menceps *p*, tertiò divus apparuit Simpertus, adstruens, ipsum sanitati restituendum, cùm suum ad mausoleum faceret votum. Ex hoc itaque motus homo, præsertim quia jam ter hujusmodi visionem habuisset, dejurio decrevit, se cum aliquantulo ceræ tumbam glorioſi Confessoris invisurum. Quod votum, compos animi posteaquam fiebat interventu beati patris Simperti, complevit.

E

F

CAP. VII. *calculo laborantibus,*

31 Sexto Calendarum Novembrium die anno Domini DCCCCXCI quædam in primis ac præcipuè magnæ honestatis mater-familias ex Gundelfingen seſe unà cum filiolo suo, tertium decimum agente annum, ad sanctissimi patris Simperti, jam olim episcopi Augustensis, sepulchrum conferens, quæ suum perhibuit filium per aliquot calculosum exstitisse annos, atque per quendam, ùt putabatur, chyrurgicum incidendo, quemadmodùm tali morbo laborantibus mederi solet, hunc fuisse sanatum; sed haud longo pòst tempore in eandem recidivâsse infirmitatem: quapropter & se maritumque suum super hoc admodùm fuisse coangustiatos, nescientes, quid facto opus foret. Dehinc sibi (ceu matres facere consueverunt) dies noctesque cogitanti, quonam modo mederetur filio, ad mentem veniebat, se lineis exuram vestibus debere vovere peregrinaturam *q* eodem cum nato ad præfati Pontificis tumbam. Quo scilicet voto emisso, mox per ipsius tubum, id est, urinæ fistulam, decem non parvæ quantitatis serupi exivêre.

q

animo anxio, in mortis discrimine positæ, r

32 Bernardus, sutor ex Oberbalbach, per quatuordecim hebdodmadas in tantum & anxietatibus & curis, nescio, quibus apud semetipsum excruciabatur, quò dies noctesque quiescere non valuit. Unde haud ab re seu ratione

A. ANONYMO MON. S. UDALR.

ratione ſuſpicabatur ſe faſcinatum, præcipuè cum cauſam tantarum neſciret anxietatum. Hinc quoniam hominum ſibi conſpicabatur deeſſe auxilium, vovit, ſe Montem-Sanctum *r* ob honorem glorioſæ Virginis Mariæ inviſurum, & divi Simperti acceſſurum tumbam, iſtiſque mediam ceræ libram oblaturum, quatenùs vel eorum ſaltem patrocinio ab iſtiuſmodi eximeretur moleſtiis, ſicut poſtea contigit. Nam breviter prorſus fuit liberatus ab iiſdem vexationibus. Pridie Calendas Decembris, ſive in die S. Andreæ apoſtoli anno Domini MCCCCXCI cùm divi Simperti, Auguſtenſis jam olim epiſcopi, corpus ſecundariè fuit inventum, ſanè miraculum notatu dignum accidit. Mulier enim quædam, nomine Agnes Peuterleini de Waltpach, prædictæ intererat inventioni, quæ clanculò terræ aliquantulum, ubi ſancti Confeſſoris requieverat corpus, rapiebat, ſuis confidens oculis, qui tum perdolebant, ſibi reſtitui ſanitatem, dum hoſce terrâ deliniret illâ. Verùm longè aliter, quàm æſtimaverat, uſuvenit aut contigit : quandoquidem non poſt talem ſurreptionem tres horæ fuerant elapſæ, cùm terra iſtiuſmodi convertebatur in lapides, tametſi ſeu quamvis nec ſi mulier pœnitentiam de furto, quamvis etiam pio, egit : quia tales ſecum aſportavit domum. Quò pervento, graviſſimum incidens morbum ac tantiſper in hujuſmodi ad mortem periclitabatur, ſex ſcilicet hebdomadas, donec & ſublata promiſit ſe reportaturam, & ceram in ſatisfactionem vel potiùs in Sancti, quem læſerat (ceu creditur) placationem ad ejus oblaturam tumbam. Poſthac indies corporis robur magìs ac magìs reſtituitur, uſquequo ſanitatem omnimodam percepit.

r

B

puero ægro, graves cruciatus patienti, febricitanti, cæco,

33 Puer quarumdam perſonarum corporeîs agitabatur morbis, & uſque adeò gravioribus, ut parentibus ipſis ſuper vita ejus ſpes eſſet nulla. Sed memoriæ eorum ſuccurrebat ſubitò & ſanctitas beati Simperti & miraculorum gratia, quæ paſſim & ubique de illo dicebantur. Sumptâ fiduciâ, puerum cum quibuſdam donationibus Sancto devinciunt & obligant, vitamque ejus fideliter petunt. Unde

C

factum eſt, quòd haud longò pòſt tempore ſanctiſſimi Patris interventu priſtinam recuperârit ſanitatem. Quædam perſona, poſtquam* gravibus circumdata cruciatibus divi Simperti meritis ab eis liberatur, quando ſe uno cum roſario beatæ Virginis ad ipſius ſe devovit tumbam. Adam Gietter de Thonhauſen *s*, cùm febriret, ſeu febrem pateretur eatenùs, ut animam propemodùm exhalaret, ſancti Simperti maximopere flagitavit juvamen, ſpondens navare operam, *t* una Miſſa ſub honore divi Antiſtitis diceretur, & quia oblationem poſſe tenùs tumbam ad ipſius offerret. Hinc continuò, cùm invocaverat patrocinia, ſalvus evaſit. Conrado Zenhart ex Deſingen, qui per triennium cæcus fuerat, beati confeſſoris Simperti, cui votum emiſerat, interventione viſus ſibi plenè reſtitutus eſt.

**abundat*

s

t

gibboſo, capitis fluxui obnoxio, ex pede dorſoque, corporis debilitate, infirmitate gra-

34 Quædam mulier gibboſum habens puellum, quem ſancto commendavit Simperto : cujus patrocinio pauculos poſt dies fuit exemptus à tali prælibata corporis deformitate. Capitis fluxus item meritis divi Simperti à quodam depellitur puerulo, poſtquam parens ejus annulum ſuum in honorem Viri Dei ſe vovit oblaturum. Quædam mulier de Zuſmerhauſen *u* in die S. Thomæ Apoſtoli venit divi ad monaſterium Udalrici, quæ doloribus dorſi ac pedum uſque eò per ſedecim hebdomadas ſe perhibuit fuiſſe afflictam, ut neutiquam & nullo modo aliquò meare quiverit, donec ea ad ſancti Simperti ſepulchrum ſe tranſituram decreverit ac xeniolum in ejuſdem Sancti honore ſe oblaturam ſponderit, ſubitò priſtinam ſe indeptam fuiſſe ſanitatem. Item puellus Petri Kugel de Geſſerhauſen meritis beati Simperti ſortitur ſanitatem (cùm tamen biennio debilitate corporis laboraviſſet) ubi ad ſarcophagum ſancti Patris cum lumine ac uno numiſmate votatus fuit. Margaretha de Aix ſimiliter patris Simperti interventu medetur ab infirmitate perquàm magna, poſtquam ſe tumbam ejuſdem Sancti cum quadam oblatione propoſuit acceſſuram.

vi malè ſe habentibus, u

anxietatibus, capitis doloribus agitatis, gibboſo, cæcutienti, hernioſo,

35 Joannes Kunig per trimeſtrem corporis & animi maximis circumdabatur anxietatibus, neque, ſaltem humanitùs, faciliter talibus eximi potuit. Quocirca ſancto ſe Simperto vovit, ſe quotannis unum oblaturum denarium, obnixè ſupplicans, ut ſuam dignaretur miſereri ærumnam, & eam ipſam ſanctis orationibus eliminatum ire, quod & ſecutum eſt. Nam brevi poſtea utriuſque hominis tranquillitatem plenam beati Patris interventu ſortitus eſt. Ingentes quædam perſona capitis dolores per notabile tempus perpeſſa ſancti Simperti meritis ſanitatem indipiſcitur, voto antea emiſſo, quod duas (quoniam non attendit Deus pretium muneris, ſed devotionem offerentis) ſub ipſius Sancti honore aures libraret cereas. Puerulus Erhardi Steirer precatu ſancti Simperti à gibboſitate, quam per quinquennium habuit, eximitur, ſtatim poſtquam cum oblatione Sancto fuit devotatus. Cuidam perſonæ oculi diu cæcultabantur *x* & adeò graviter, ut etiam Hoſtiam ſacram, dum à ſacerdote in ara elevaretur, neutiquam contemplari poſſet. Quæ tandem, poſtquam ſancto Simperto duos vovit oculos, è veſtigio lumen ſat competens oculorum meruit obtentum iri. Joannes Ziegler de Herberſthofen *y* item à Deo, qui cuncta ſolo verbo reſtaurat, quadam in ruptura ſancti Simperti meritis ſanatur, poſteaquam eidem Confeſſori mediam ſe libram ceræ daturum pollicitus eſt.

x

y

F

cordis dolore affectæ, ſurdaſtro,

z

36 Perſona quædam de Zuſmerhauſen *z* ad beatiſſimi antiſtitis Simperti ſarcophagum ſe contulit, quæ cordis dolore per menſem, ùt adſtruebat, quàm graviſſimè fuit affecta. Verùm ubi ſeſe promiſerit, parumque ceræ (parvos equidem parva decent) ad Sancti ſepulchrum oblaturam, priſtinæ mox fuiſſe ſanitati reſtitutam. Joannes currifex de Pibraco tres circitèr annos ſurdaſter exiſtens. Cui, poſtquam pileum ſuum ſiligine fartum divo pollicebatur Simperto, auditus eſt reſtitutus. Verùm [quia] in perſolvendo non fidelem ſe geſſit, nempe capellum haudquaquam ſemel, quod voverat, plenum obtulit, juſto Dei judicio iterum obſurdeſcebat, quatenùs experiretur Superis infidelem, non ſolùm ſtultam ſeu temeram *aa* diſplicere promiſſionem. Unde homo mirandum in modum conculcatus factæ fraudis pœnitens adhuc ſiligine plenius pileum beato devovit Antiſtiti.

CAP. VIII.

aa

Quod

A Quod ubi mancipavit effectui, mediantibus precatibus, quem invocaverat, impetravit auditum. Quædam perſona perhoneſta graves tantiſper dolores ſuſtulit cordis, donec vovit, ſe navaturam, quòd una in honore S. Simperti legeretur Miſſa, & ſuum in gazophylacium eleëmoſynam poneret, quin & quindecies Orationem Dominicam cum totidem Angelicis Salutationibus ſuam circa tumbam oraret. His omnibus nempe promiſſis, hujuſmodi cordis dolores mox ab ea eliminantur.

puero infirmo, aſtmate laboranti, nocturnis phantaſmatibus vexato, morbo diuturno affecto,

37 Sanitas item cuidam puerulo divi antiſtitis Simperti precatu reſtituitur, poſteaquam uno cum lumine ac denario nec non beatæ Virginis roſario ejus ad ſepulchrum fuit devotatus. Quædam perſona quatuor circitèr annos crebras propter punctiones circa cor anhelitûs (quia orthopnoica, id eſt, ſuſpirioſa fuit) quàm maximas habens difficultates, patrocinio ſancti antiſtitis Simperti reſtituitur ſanitati, poſtquam ſe decies quotidie ſub ejus honore cum totidem Ave Maria Dominicam promiſit dicturam Orationem.

B Andreas, cognomento Hierzog de Purtenbach, triennem habuit filiolum, qui præ terroribus inter ſomniandum ſaltem ad tempuſculum dormire non potuit. Unde ipſum ad ſancti Simperti tumbam unà cum libra ceræ pro liberatione ejus duxit eſſe ſiſtendum: quo ſuis ab hujuſmodi nocturnis phantaſmatibus puer beati Confeſſoris interventu liberatur. Item eadem tempeſtate fuit mulier quædam Agathes Tagwerckerin ingenti plùs quàm quinque annis morbo prædita, cui nullus (tametſi complures habuerit phyſicos ea propter conſultos) mederi potuit, ideò forſan, ceu piè creditur, [ut] hominibus clareſceret, quanti ſanctus Simpertus apud Deum eſſet meriti, cujus poſtea interventu (nam fecerat ei votum conſequendæ ſanitatis gratiâ) corporis firmitudinem accepit.

in itinere periclitanti, ex pede, gutture, obſtructis faucibus,

C 38 Præterea ſub idem tempus in Vigilia Nativitatis Domini quidam virorum volens, neſcio, quorſum proficiſci. Porrò quia viæ neſcius per ſex ferè horulas cœpit ultrò citróque ſeu huc atque illuc per campum palare & vagari, nec ullo quivit modo (quia nix terram operuerat) regiam invenire viam. Idcircò ſe vix citra periculum, ſive abſque diſcrimine, ad hominum poſſe pervenire confortium omnimodè deſperavit. Verùm enimverò ſimulatque cum tribus roſariis orandis, totidemque luminibus ſe divi confeſſoris Simperti ſpoponderat ſepulchrum acceſſurum, per merita ejuſdem Patris iſtiuſmodi exoneratur diſcrimine ac viâ debitâ pervenit, quò tendebat. Quædam perſona pedem aliquandiu malum habens: & poſtquam ſe ſancto Simperto conſtituit votivam, pediſculi omnimodam indepta eſt ſanitatem. Etiam alia perſona graviuſculos in jugulo aliquandiu dolores

bb perpetens *bb*, ſumptâ fiduciâ recuperandæ ſanitatis, quadrantem ceræ ſancto devovit Simperto, cujus & meritis gratioſè ab iſtiuſmodi fuit liberata periculo. Nam *cc* etiam cuidam puellæ officulum inter comedendum ad

cc guttur venerat, idque integrum per diem, tametſi plurifaria quæritaret remedia, haudquaquam extrahere quivit. Quocirca vel quamobrem, quoniam quovis alio fuit deſtituta auxilio, ſancti patris Simperti cœpit flagitare auxilium. Tunc paulò mox, id eſt, ſatim cum parvo intervallo mirum dictu! ipſius meritis omnem citra dolorem officulum è gurgulio tranſivit.

A. Anonymo mon. S. Udalr. incolumitas reſtituta.

39 Demùm jam in calce ſcribendorum Miraculorum haud omittam miraculum planè notatu dignum. Monaſterium ſancti Martini Prenzenhauſen, Ordinis divi Benedicti Auguſtenſis eccleſiæ œconomum, quem Latinè diſpenſatorem ritè dixerimus, & nonnulli magiſtrum curiæ indigetant ſeu vocant, domûs ſuæ, quam tunc in ſuburbio Gundelfingen *dd* poſſederat, habens, cui nomen Thomas Franck, qui per quatuor circitèr ſeptimanas adeò gravibus omnium viſcerum ſtimulabatur doloribus, ut deſperatus propemodum ab omnibus fuerit. Nequibat enim vel cibi vel potûs pitiſſare quippiam. Omnia ſiquidem ſtomachabatur cibaria. Quo fiebat, ſibi aſſiſtentes nihil præter mortis horam in eo præſtolarentur. Subitò autem (nec dubium, quin divinitùs, quia ſine divino Numine nihil ſalutis inſpiratur homini) huic in mentem veniebant miracula, quibus confeſſor ſanctus certè Simpertus in Auguſta pollebat Vindelica. Qua de re intimo ex corde flagitare Sanctum orſus eſt, quatenùs & ſibi maxima in corporis debilitate conſtituto dignaretur ſuppeditare ſeu auxiliari, pollicens, dum convaleſceret, ipſius mauſolæum pariter cum conjuge ſua inviſurum, ac illic oblationem argenteam ſacrificaturum. Quid plura? Nondum infirmus plenè votum emiſerat, meritis ſæpe dicti patris Simperti ſuffragantibus, per Dei gratiam, à quo omnis medela, viribus forteſcere cœpit, ac priſtinæ tandem fuit reſtitutus valetudini. Fecit autem Deus, ſuis in Sanctis exiſtens mirabilis, hoc miraculum per beati confeſſoris ſui Simperti merita anno MCCCCXCIII.

dd

E

F

Finiunt Miracula, quorum laude coruſcat &c.

ANNOTATA.

a *Bavariæ oppido, quà Lycus in Danubium ſe exonerat, ſito.*

b *An* fecit?

c *Legendum fortè:* reſtituta eſt huic, veluti &c.

d *Lege:* ubi *ex Ms. Wilth.*

e Promiſerat *vel* pollicita fuerat.

f *Ms. Wilh. habet:* Dremenbach.

g *Oppido Sueviæ ad Ilaram fluvium in Auguſtanæ & Conſtantienſis diœceſium confinio.*

h *Sueviæ pago ad fluvium Mindel non procul à Danubio.*

i *Lege:* mediantibus.

k *Lege:* viſione in mentem veniente.

l *Ms. Gamanſii:* Eigarzhoffen. *Wilth.:* Sigershoffen.

m *Ms. Wilth.:* biennem.

n *Supple ex Ms. Wilth.* ſex; *vel* duodecim *ex Ms. Gamanſii.*

o Promiſſis.

p Mentis impos.

q *Ita Ms. Wilth. Alia:* peregraturam.

r *Seu Andacenſe in Bavaria Superiori monaſterium, in quod Ordo Benedictinus, ab anno* 1132 *invectus, anno* 1455 *poſtliminio reductus fuit.* Mons-Sanctus *dicitur à ſervatis illic Sanctorum reliquiis.*

s *Videſis lit.* h *ſuprà.*

A. ANONYMO MON. S. UDALR.

t *Supple :* ut *vel* quod, *quam conjunctionem auctor frequenter omittit.*

u *Sueviæ pago prope Auguſtam Vindelicorum.*

x Cæcutiebant.

y *Pagum* Habertshoven *invenio alterum ad Lycum fluvium inter Auguſtam & Danubium; alterum item ad Lycum Landſpergam inter & Fueſſen.*

z *Vide hîc lit.* u.

aa *Lege :* temerariam.

bb *Lege :* perpetiens.

cc *Deeſt in Ms. Gamanſii.*

dd *Situm id oppidum eſt inter Ulmam & Donawerdam, ubi in Danubium ſeſe exonerat fluvius Brentz, à quo monaſterium, paulò antè memoratum,* Prenzenhauſen *ſeu* Brentzenhauſen *dictum videtur.*

LIBRI

B # MIRACULORUM

S. SIMPERTI

Ab anno MCCCCLXXXVIII *uſ-*
ad annum MCCCCXCV a

PARS III.

CAP. IX. *Tumor pedis,* *b*

VIr quidam diſcretus & ætate ac moribus fidem dictorum præferens, Joannes Gros dictus, de oppido Weringen *b* nuncupato, per viginti circitèr annos pedis unius inflatione adeò gravatus, ut ad opera, per quæ ſibi victûs neceſſaria acquirenda erant, plerúmque prorſus invalidus redderetur, votis hîc ſancto Pontifici cum oblatione emiſſis, meliùs mox dum habere inceperat, atque morbo dietim recedente, ſui Benefactoris oblitus, dum per eum vota reddere, atque ad
C ſepulchrum Viri ſancti ſe præſentare differret, morbo redeunte, priores dolores cum pœnitudine dilati voti gemere cœpit, & lamentabiliter Sancto unam libram ceræ offerens, veniam poſtulans. Quid autem huic viro poſt hoc contigerit, & utrumne poſtea priora beneficia ſanitatis per interceſſionem Confeſſoris Divinitas in eum iterum contulerit, mihi non conſtat.

brachii & calculi dolor, *c*

41 Quædam honeſta mulier, Anna Wagnerin dicta, de villa Fiſchach *c*, mirabilia de ſancto patrono noſtro retulit Simperto. Hæc enim per duos integros annos brachium dextrum adeò per vehementiſſimos dolores ſibi inutile redditum ait, ut non ſolùm ad ullos labores inutile ſibi fuiſſe, ſed & ex vehementia doloris plerúmque in furiam ſe penè verſam adſtruebat *d*. Ego porrò ex clara ejus narratione maleficiis eam adactam fuiſſe exiſtimo *e*. Hæc igitur dum vi doloris in diverſum cogitabunda, utrùm de cætero poſſet convalere, ſi ſancto Simperto ſe devoveret, imaginaretur; nec tamen votum voveret deliberata, ſubitò ignotum ſanitatis vigorem brachio infundi, morbumque ſenſim recedere advertit, quæ nil certiùs, quàm à ſancto pontifice Simperto hoc ſibi donum ſanitatis collatum *f*, quod animo revolverat votum, mox opere cum oblatione complevit, venienſque in die S. Auguſtini anno MCCCCXCIV ad ſepulchrum octavam partem libræ ceræ laude cum eximia afferens. Puellus triennis, dum, lapillo urinæ vetante meatum, nimiis doloribus ad extrema penè veniſſet, parens ejus, colonus villæ, dictæ Arloſried, provinciæ dictæ Reibſchenaw, dictus Michaël Gleich, dum, filio miſertus, ſancto Simperto cum oblatione votum voviſſet, mox ſequenti nocte, puero dormiente, lapillis abſque dolore decedentibus, integram recepit ſanitatem.

grave brachii vulnus, hernia, partûs difficultas,

44 Addidit præterea beatus pontifex Simpertus ſuam magnificare gratiam cum viro prædicto. Nam filia ejus, puella duodennis, dum, ùt ſolet, foris domum cum pueris luderet, fortuito equi ibidem decurrentis impulſu in terram colliſa atque altero brachiolo graviter læſa, grandi parentes percuſſit mœrore. Qui dum inter anguſtias deprehenſi E patrocinium ſancti Antiſtitis, de cujus fama plura audierunt, cum voto & oblatione expleviſſent, mox ejus beneficium in ſanitate filiæ magnificè ſunt experti, quod humiliter ac devotè petierunt. Michaël Stoſſer, eccleſiæ noſtræ parochianus, dum ſubitò rupturam paſſus, inteſtinis defluentibus, ad omnem laborem inutilis redderetur, calamitatem ſuam graviter ingemiſceret, tandem meritis ſancti pontificis Simperti adjutus (nam voto ſupplici emiſſo, omnî ſcilicet die vitæ ſuæ ſpecialem depromere orationem, nec non ſingulis Dominicis oblationem offerre, extemplò deinde curatus) non fruſtrà ſe tanti Patroni opem implorâſſe gaviſus eſt. Quædam honeſta mulier Anna Huberin de Mindelshaim *g* in partu anxia [cùm] periclitaretur, voto & ipſa cum oblatione pepli, quo caput ornare conſueverat, atque ceræ partem *h* à partu præproperè liberata, ſalvatori ſuo ac almo pontifici Simperto gratias ingentes reddidit.

guturis obſtructio, oris tumor, calculi, ventris & capitis dolores,

45 Bartholomæus de Czuſenalthaim, dum puerum ſuum tenellum quiddam in deglutiendo adeò propemodùm ſuffocatum, ut facies ejus jam ad inſtar carbonum denigraretur, ſancto Pontifici pro ope devoviſſet ſe aliquid oblaturum, mox præter exiſtimationem liberatum incolumem cum eximia gratiarum actione & lætitia ſuſcepit. Inflatum dum habuit os Appollonia Kezin de Haſſelbach *i* mulier perquàm honeſta atque eò uſque turgentibus per colla venis, per quatuor hebdomadas tumidum, ut jam nihil certiùs, quàm, defluente ad præcordia ſanie, mortem inferre exiſtimares, facto voto Præſuli cum ceræ oblatione, ſanitatem recepit integram magno cum jubilo cordis. Leonardus Küng de oppido Echingen *k*, dum quatuor annorum filium diris per tres continuos dies clamoribus ex dolore calculi cunctos inquietantem ſancto Simperto cum oblatione ceræ devovet, lapillo ultrò progrediente, præter ſpem ſubitò quietum atque ab omni dolore liberatum puerulum amplectitur. Anna Prunaweini de villa Lechauſen *l* per quatuor continuos annos ventris & præcipuè fæminarum continuis graviſſimiſque doloribus defatigata, ita ut plerúmque ad omne opus redde-

redderetur inutilis, dum se sancto devovisset Simperto, sanata est profecto*. Civis quidam hujus civitatis, vir inter præcipuos non mediocris, & se per quatuor continuas septimanas & capitis doloribus & ventris vehementissimis torsionibus vexatum, dum B. Mariæ Virgini in crypta Mortuorum ac sancto Præsuli vovisset votum, misericorditer ac integrè se sanatum retulit.

*an profecta?

46 Mulier quædam honesta, vidua pauper de Radaw *m* castro, in die Assumptionis B. Mariæ puellum unum cum munere octavæ partis talenti ceræ sancto Simperto obtulit. Hic dum ante paucos dies phreneſi terribiliter adeò agitaretur, ut vitam jam eum vel modicam habere diffiderent omnes, votis cum supplici prece sancto Pontifici à matre ipsius, quam ampliùs pueri arctabant discrimina, oblatis, mox puer à phreneſi liberatur. Intumuerat præterea testiculus pueri unus vehementer, qui liberatus à phreneſi, & ab hoc dolore eum posse liberari matri spes erat in sanctum Simpertum plurima, devovit Sancto, solvit spoponsa *n*, & integram à Deo meritis sancti Simperti obtinuit sanitatem. Quidam, Andreas nomine, ex prioribus hujus civitatis dolore capitis ventrisque per quatuor septimanas defatigatus, dum se B. Virgini in crypta Mortuorum ac sancto Simperto cum oblatione devovisset, morbo abeunte, statim se sensit sanatum. Anna Prumillerin de Meringen *o*, in puerperio molestissimâ infirmitate adeò gravata, ut tribus continuis diebus clamoribus cunctis secum manentibus requiem omnem negaret, dum sancto Simperto cum oblatione devovetur, dolore sedato, sibi aliisque quietem concessit.

phreneſis & testiculi tumor, ventris & capitis dolor, puerperii molestia, m

n

o

47 Anno MCCCCXCV vir quidam inter primos hujus civitatis cives haud infimus asserebat, quia, cùm jam ante paucos dies ad thermas perrexisset unà cum uxore sua, seu ad balneum naturale, & jam mediâ viâ occulto Dei judicio comitantem uxorem alienationem mentis omnimodam incurrisse [cerneret] quis inde dolor pudorque virum hunc tenuerit honestum, dicat, qui potest! Anxius itaque & omni humano nudatus auxilio, Deo Sanctisque ejus supplices dedit preces. Denique inter omnes alios Sanctos, quos precibus votisque interpellabat, sancto Simperto peculiariter causam commisit uxoris. Mira res! Nullâ intercedente temporis morâ, uxor ad mentem reversa, paucos intra dies omninò convalescens, Deo Sanctisque ejus, ac præcipuè beato Simperto, cum voti solutione debitas pro beneficio tanto retulit gratiarum actiones. Margaretha porrò, Diettrichin dicta, vulnere periculosissimè passa *p*, ut anhelitu jam prope intercepto, vitam etiam se amissuram trepidaret, dum cum voto ad sancti Præsulis auxilium confugit, mox periculo omni abeunte, frustrà se id nequaquam feciſſe sensit.

CAP. X. *delirium, vulnus periculosum,*

C

p

48 Quidam colonus de oppido Inningen *q* referens, quia, cùm dimidio prope anno elapso filium pestilentiâ mortaliter percussum, sancto Simperto cum media libra ceræ pro vita impetranda devovisset, atque statim puero sanato, votum reddere distulisset, apparuisse sibi in somnis visibiliter sanctos Udalricum & Simpertum, & sancto Simperto quidem, quasi indignabundo pro voti dilatione atque comminante, abire disponendo *r*, sanctum autem Udalricum perstitisse, atque ut votum statim redderet, ne indignationem & vindictam sancti Simperti incurreret, persuadentem. Elisabeth Rymlin de oppido Bobingen tantis capitis doloribus per septem defatigata hebdomadas, ut, vi doloris auditûs usu perdito, rationis quoque officium jamjam se amissuram timeret, dum se inter angustias apprehensa sancto Simperto cum oblatione & sacri sepulchri ejus visitatione devovet, sana in paucis illicò diebus effecta votum cum gaudio reddens, benefactoris sui Simperti laudes extulit.

pestis, surditas, q

A. Anonymo mon. S. Udalr. r

49 Bernardus Stolz de Betmiis, servus strenui militis domini Georgii Gumpergers, dum quadam adversitate adeò mente gravatus atque conturbatus esset, ut tribus continuis horis absque sensu omni atque loquela velut moriturus jacuisset, cum per anxiam nimirum atque contristatam suam uxorem sancto Simperto cum cerea imagine atque visitatione ejus sepulchri devovetur, statim sensu loquelaque receptis, patroni sui Simperti ipse gaudens circa ejus sepulchrum cum uxore pariter comitante retulit. Inflata erat facies mulieris cujusdam ex parochia nostra, Dietpurgis nomine, vehementer, adeóque in pejus proficiens intumuit, ut communem fatum cum vita eam amissuram, nemo hæsitaret. Denique tanta ejus faciem deformitas obduxerat, ut aspicientibus non hominis, sed larvæ species appareret. Cùm igitur ad extremam jam defunctionem deveniſſet, sancti Confessoris, miserorum consolatoris Simperti recordata, vovit, ut cum oblatione octavæ partis talenti ceræ . . . *s*. Quo facto, mox mirum in modum sub unius horæ spatio inflatio in putredinem versa, sanie per buccam copiosissimè defluente, mulier sanitati pristinæ eximio gaudio restituitur. Vir quidam honestus, Joannes Balneatoris dictus, de villa Ostendorf prope Kaffbeirn *t* integro anno vehementissimis absque interpolatione ventris doloribus agitatus ad cunctos penè labores invalidus, dum se sancto Simperto devovet atque cum oblatione ejus sepulchrum nudis pedibus visitare promittit, mox sequenti die, morbo ex integro recedente, ad diu insuetos labores impiger progreditur.

perturbatio mentis, faciei tumor, ventris dolor,

E

s

t

50 Mira dicturus sum. Accessit ad tumbam sancti Simperti quædam mulier, Narcissin dicta de villa Puchel, gaudio ipso ac gratiarum actione. Narrabat quippe, quia duæ filiæ (una quidem duodecim erat annorum, altera verò minorennis) dum per dimidium anni curriculi absque omni auditûs usu surdæ mansissent, voto per anxiam ipsam matrem cum oblatione ac sepulchri visitatione emisso, auditu in paucis diebus redeunte, tinnulas gratiosè receperint aures. Vir quidam agricola de oppido Graben *u*, Bartholomæus nomine . . . *x* sensimque per dies dolor invalescebat, ut nil jam certiùs quàm mortem vel vitam ipsam amissurum æstimares. Verùm cùm, ùt miseri solent, querulas ingeminaret voces, aucta sibi potiùs calamitas (æstimo, ut major in eum sancti patris Simperti gratiæ enitescceret) nempe dum uxor ejus Margaretha cum filia Anna lachrymosis vigiliis ejus

surditas, capitis dolores, u

u

x

A. ANONYMO MON. S. UDALR.

lamentabantur miſeriam, & ipſæ haud minori capitis dolore pervaſæ, & quæ priùs viri, nunc ſuam deflebat miſeriam. Verùm [cùm] de humano deſperantes præſidio, ad almi Præſulis patrocinium ſpem erigentes ſupplici prece cum voto oblationis ac ſui ſepulchri viſitationis, ejus opem implorâſſent, Sancta Trinitas, unus Deus, per ſuum ſervum Simpertum tres ipſos homines unico dolore laborantes (curavit.) Et ne fortuitò id contigiſſe videretur, ſubitò ſanas ſe fore ſenſerunt, votum factum ad tumbam redimentes cum oblationibus certis cum maximo gaudio, Dei opera magnifica narraverunt nobis, anno MCCCCXCV *y*.

y

51 Miranda demùm ſuccedunt miris. Puer quidam alterius dimidii anni, cujus nomen erat Alexander, nomen patris Jeorius *z* Bader, matris verò ejus Anna, aviæ autem Eliſabeth de oppido Graben ſito prope Lantſpergam. Omnes votum fecerunt ex parte pueruli Alexandri ad tumbam ſancti Præſulis unà cum oblationibus tam argenti, quàm & ceræ. Nam idem puellus per ſeptemdecim hebdomadas phreneſi moleſtabatur, & hac in tantùm vexatus eſt infirmitate, ut hominibus ſtupor eſſet, tantis repulſibus animam è corpore haud excuti. Nam in tantum torquebatur, ut ſpumam pariter cum ſanguine ex ore evomeret, oculi verò inverſi alteram ſui partem protenderent. Quid plura? Voverunt parentes abſque effectu ad multorum ſuffragia Sanctorum.

phreneſis, *z*

B

52 Tandem quorundam perſuaſu & animo ſedit eorum, ut in nomine aliquorum trium Sanctorum ejuſdem ponderis & longitudinis cereos accendentes, cujus nominis citiùs comburetur cereus, ipſe Sanctus pueruli patronus fieret, crederetur inhæſitanter etiam eundem ab omni liberaturum infirmitate. Miranda res! Cerei tres pariter accenſi mirabili inæqualitate ardere cœperunt. Nam poſtquam reliqui duo ad mediam ſui partem deſcendiſſent, tertius, qui nomine ſancti Simperti accenſus fuerat, flammis voracibus ex integro abſumptus eſt. Acceſſit hinc parentibus major in ſancti Dei Simperti *aa* fiducialis amor, ac inſtantiùs ejus patrocinium cum pueri oblationis *bb* voto cerei invocare cœperunt. Et ecce propemodùm dimidiam horam, acerbior ſolitò morbus invadens puellum, & adeò torquere cœpit, ut nil jam, quàm animam exituram, parentes ſperarent. Hac igitur ultima vexatione morbus puero valedicens diſceſſit, nec ultra rediit, & præſentatum à parentibus puerum ad ſancti Simperti mauſoleum, vidi puellum ſanum, ſpecioſum, ridentem atque gaudioſum, nec minùs parentes in omni jubilo gaudebant cordis, ac demùm gratiarum actiones coram multis hominibus, qui ſimul aderant, Deo Sanctiſque ejus & præcipuè glorioſiſſimo præſuli Simperto referentes. Unde benedictus Deus, qui eſt mirabilis in Sanctis ſuis. MCCCCXCV.

S. Simperto intercedente, ſublata.

aa

C

bb

ANNOTATA.

a *Videntur illa ab alio auctore deſcripta tum ob verba proximè præcedentia, tum ob ſtili, quo deſcripta ſunt, quæ ſequuntur, Miracula. varietatem.*

b *In Suevia ad fluvium Wertach ſito.*

c *In Suevia prope fluvium Eiſnach.*

d Adſtrueret.

e *Itaque rebus, quas narrat, ſcriptor interfuit, ſaltem partim.*

f *Supple:* exiſtimans *aut quid hujuſmodi.*

g *Sueviæ oppido haud procul à cognominis fluminis ortu.*

h *Locus hic in aliis pariter Mss. noſtris luxatus eſt; quem ſic utcúmque reſtituas:* Poſtquam ſeipſam cum oblatione pepli, quo caput ornare conſueverat, atque ceræ partem vovit, à partu præproperè liberata &c.

i *In Suevia non procul Kircheimio ad rivi in fluvium Mindel ſe devolventis ortum.*

k *Hujuſmodi locum in mappis Blaevianis reperio prope Donawerdam: alterum*, Elching *dictum, non procul Ulmâ in diœceſis Auguſtanæ finibus.*

l *Prope Auguſtam Vindelicorum.*

m *Prope Auguſtam Vindelicorum.*

n Sponſa *ſeu* promiſſa.

o *Bavariæ pago, duobus aut tribus circitèr milliaribus Auguſtâ diſſito.*

p *Alibi:* preſſa.

q *Sueviæ vicus eſt haud procul Auguſtâ.*

r *Alibi lego:* Et ſanctum Simpertum quidem, quaſi indignabundum pro voti dilatione, atque comminando abire diſpoſuiſſe.

s *Supplendum fortè:* ad ejus ſepulchrum accederet.

t *Oppidum Sueviæ ad fluvium Wertach.*

u *Prope Lantſpergam.*

x *Quod hìc deſiderari videtur ex Mss. noſtris ſupplere non licuit: ex ſequentibus tamen ſcriptoris verbis, Bartholomæum ingenti capitis dolore fuiſſe affectum, colligere pronum eſt.*

y *Mss. noſtra habent:* Acta ſunt hæc anno MCCCCXCV.

z Georgius *legitur in Ms. Wiltheimii.*

aa *Lege:* in ſanctum Dei Simpertum, *ut unum è Mss. noſtris habet.*

bb Oblatione *ex eodem Ms.*

D

F



ANO-

A

ANONYMI SANCT-UDALRICANI

ACTA

SECUNDÆ INVENTIONIS ET TRANSLATIONIS

S. SIMPERTI

EPISCOPI AUGUSTANI.

Incipit Præfatio ac Prologus de ſecundaria corporis S. patroni noſtri epiſcopi Auguſtenſis Simperti Inventione a, *quæ facta eſt in iſto ſacro loco anno Incarnationis Majoris numeri milleſimo quadringenteſimo octogeſimo nono* b *die S. Andreæ apoſtoli.*

B

a

b

Auctor S. Spiritûs gratiam, ad omnia neceſſariam, invocat.

AD Individuæ Trinitatis gloriam & laudem de beati præſulis Auguſtenſis Simperti ſecundaria inventione tractare c Sancti Spiritûs gratiam, qui etiam in rebus mininis implorandus eſt, invocamus, ut, qui eum d in contemptu ſæculi & in ſui ipſius abnegatione prævenit & ſecutus eſt, ipſe nos quoque in hac retractatione prævenire dignetur ac ſubſequi, & efficiat idoneos tantæ magnificæ inventionis relatores. Nihil enim dignum Deo dicitur ſine eo, neque etiam ipſe ſine ſe invocatur, cujus nimirum dona ſunt, ſi quis mereatur Omnipotentis opera demonſtrare & denuntiare, & ipſum Deum in Sanctis ſuis magnificare. Et primùm quidem Dei dilectum exemplar vobis ac ſpeculum proponamus, & formam in eo apoſtolicam, & vitam in terris veneremur angelicam, atque, in quantum poſſibile eſt, boni æmulatores id ipſum imitemur. Cùm enim magnum ſit & valde bonum, Sanctorum merita prædicare & extollere virtutes ipſas, atque imitando ambire, acquirere revera optimum eſt & præcellens: utcúmque tamen & cælitùs datur, & divinitùs inſpiratur, ejuſque adminiſtratio eſt gratis. Qui gratiarum diſtributor dat ex eis, quibus vult, & dividit ſingulis, prout vult. Nunc igitur, quæ ad communem ædificationem pertinent quæque devotis auditorum animis prodeſſe ad imitationem poſſunt, de ſecundaria tanti Patroni noſtri corporis Inventione tanquam glorioſi Principis aggrediamur. Cætera, quæ mundi fuerunt geſta, videlicet ad ſæcularem dignitatem ſpectantia, quamvis relatu digna in memoria æterna, nos tamen omni ſilentio præterire decrevimus, geſtis tantùm ſpiritualibus ex parte recitandis calamum applicantes. Et jam nunc ad ea, quæ religio boni viri & ſanctitas expoſtulat, manus laborare incipiat, ac ſtilum de ipſius ſecundaria corporis inventione vertamus, quod etiam de ſanctis magniſque viris plerúmque requiritur, pro virium noſtrarum facultate prænotabimus.

A ANONYMO MON. S. UDALR.

Finit Prologus.

ANNOTATA.

a *Prima contigit anno* 1064 *ex Adilberto.*

b *Lege:* 1491, *uti habet hujus Tranſlationis claujula.*

c *Lege:* tractaturi.

d *S. nempe* Simpertum.

C

Incipit Proceſſus de ſancti Simperti reliquiis nuper ſecundariè inventis.

E

Decreta ex communi conſilio ſepulchri S. Simperti viſitatione,

UNiverſis, in mari hujus mundi pro fidei Catholicæ mercimoniis navigantibus, cujuſcúnque ſtatûs, gradûs, dignitatis, conditionis aut eminentiæ extiterint, nos Joannes, divinâ patientiâ monaſterii ſanctorum Udalrici & Affræ in Auguſta Rhetiæ divi Ordinis Benedicti abbas, utinam benè meritus, in præſenti Scripto ſingulis patefacimus ubilibet etiam conſtitutis, quòd ſanctus Simpertus, epiſcopus Auguſtenſis duodecimus, à Leone Papa hujus nominis tertio, & imperatore Carolo Magno, pientiſſimi Pipini regis Franciæ filio, in præſulatûs dignitate hujus civitatis eſt ſublimatus anno Domini 735 *a*. Qui cùm laudabiliter Auguſtenſem rexiſſet eccleſiam annis triginta, defunctus eſt, & in eccleſia ſanctæ Affræ martyris ſuis certis cum anteceſſoribus ac ſanctis pontificibus Auguſtenſibus honorificè ſepultus, ubi uſque hodie eorundem monſtrantur ſepulchra, ac omni decenti proſequuntur honore ab omnibus Chriſti fidelibus. Sed omnibus ſemotis ambiguis, ut nos ac ſucceſſores noſtri de ſancti Simperti, patroni hujus loci, corpore & reliquiis efficeremur magis certiores, & ut præfati Epiſcopi veneratio augmentaretur & creſceret dietim, nos prælibatus abbas unà cum Patribus ac Fratribus hujus monaſterii profeſſoribus devotione maxima permoti, tractare cœpimus de ejuſdem Præſulis honore, laude, dignitate, nec non de ſecundaria reliquiarum ipſius Inventione, in ſimul concludentes, freti auctoritate ſuperiorum ac ordinaria, de ipſius ſepulchri apertione fienda, unanimes in domo Domini omnes conſenſum dedimus, & nacta temporis opportunitate proceſſus talis fuit, ut ſequitur.

a

geſtaque ſunt.

2 Divinâ favente Clementiâ, dies inveniendarum ſancti Simperti præfigitur reliquiarum. Unde ad taliuſmodi negotium expediendum domnus reverendus abbas, Joannes de Giltlingen, quatuor de conventu deſignavit Fratres fide dignos: & cùm illud laborioſum nimis foret opus, idem domnus prælatus eiſ-

A. ANONYMO MON. S. UDALR.

dem addidit adminiculum, videlicet quatuor honeſtos viros hujus imperialis civitatis concives, utpote fabricæ noſtræ magiſtrum, nomine Burchardum, Georgium Seld aurifabrum, & duos cœmentarios, ſcilicet Sifridum & Conradum, cognomento Bierſchenk. Hi octo præfati tam ſpirituales, quàm etiam ſæculares, petitâ à domno abbate licentiâ ac gratioſè obtentâ (priùs tamen juxta vires valde ad hoc erant diſpoſiti tum peccatorum attritione & contritione, tum eorundem confeſſione, nec non cum ſatisfaciendi humili propoſito) poſt ſe clauſis eccleſiæ noſtræ firmiſſimis ſeris propagulis atque peſſulis, de ſero circa horam ſeptimam crepuſculi *b* obedientiæ opus maximum humeris ac cervicibus eorundem impoſitum, cum indicibili gaudio atque ſpe firma ſunt aggreſſi. Et intrantes eccleſiam, ſolotenùs illicò proſtrati, Deum verum, qui omnia concedere poteſt ſalubria, adoraturi: & ſic, præmiſſis devotarum orationum præludiis (ùt decuit) poſt hoc humiliter iſtum adiëre ſanctiſſimum locum, ubi reliquiæ noſtri ſancti quieſcebant Simperti. Illic forti manu fodere cæperunt, & ſingulis explicitis priùs à domno prælato reverendo exhortationibus ac imperatis, circa decimam ſeu undecimam vel paulò plùs inter laborandum lapidem reperiëre quemdam, qui ſuperpoſitus erat ſancti Simperti ſarcophago, in quo corpus almi pontificis ſancti Simperti per multos quievit annos, qui nunc in capitulo noſtro ſub altari poſitus & locatus, ab omnibus videri poterit. Quo invento, ipſum lapidem minimè depoſuerunt ſeu movere præſumpſerunt.

b

B

Sancti reliquiæ per ſepulcri rimam ab abbate

3 Qui ardore cælitùs inflammati laborantes, diligentiùs cum linceis, ut ita dixerim, ocellis lapidem inſpexerunt, & in una ipſius lapidis parte rimulam invenerunt ſive fracturam parvam, & iterum ſe ad orationes dederunt humo proſtrati conſuetas, ac lumine priùs per foramen impoſito, magno ſuffuſi gaudio tunc genibus flexis devotione maxima omnes per lapidem introſpexerunt. Quid plura? Gaudium enimverò additur gaudio, cùm omnes liberè abſque humo in medio lapidei ſarcophagi jacentia in patulo conſpexëre oſſa ſanctiſſima patroni noſtri Simperti. Quibus viſis ac tripudio cordium haud modicè refecti de tantis mirificis exhilarati ſunt reliquiis. Gaudioſa perculſi erant formidine ignorantes, plùs quid facto opus eſſet. Tamen fortificati, & viribus factitandi reaſſumptis, dominum prælatum in nocte per medios advocantes *c* nuntios, quid actum fuerit, declaraturi de elaboratis. Porrò dominus abbas ex inproviſu excitatus, & propemodùm è ſomno experrectus, feſtinato greſſu veniens attonitus, priùs tamen maximo cum ſuſpiramine peccata propria ad dies vitæ ſuæ perpetrata deteſtans ac confeſſione & contritione purgatus unà cum propoſito ſe emendandi. Deinde cum cæteris octo iſtis divinis intereſſentibus negotiis ad cordialem dedit ſe orationem, acceſſurus ad ipſius ſancti Simperti tumbam. Quò perveniente *d* ad informationem cæterorum per lapidis fracturam etiam & ipſe introſpexit.

C

c

d

ceteriſque monachis conſpiciuntur:

4 Qui, cùm oſſa ſancti Simperti patroni noſtri fidiſſimi intuitus fuiſſet, globatim in ſarcophago medio ordinatiſſimè locata, in amariſſimas prorumpens lachrymas, licèt maximo tripudio aſperſas, quid tam diceret aut quorſum ſe verteret, prorſus ignorabat. Tamen ſecum exiſtentium fretus conſilio, ſtatim totam vocari fecit congregationem ad Dei dona contemplandum noſtri ſancti Simperti oſſa ſacerrima. Qui omnes, ùt veri obedientes mandatis, ad ſtatim ſuorum paruerunt ſuperiorum, ac regulariter congregati, ſub intervallo unanimes poſt ſinaxim matutinalem magna cum formidoloſitate, majori cum reverentia & maxima cum devotione noſtri deſiderârunt patroni videlicet Simperti inviſere mauſoleum ſeu tumbam, & à domino prælato permiſſi ſunt, ut juxta ſepulchrum per quandam lapidis introſpicerent rimam. Et ædificatoria loquar: cùm præſentes de gremio monaſterii ſacra intuiti fuiſſent ſancti Simperti corporis pignora, & reliquias conſpexêre, licèt maximo cum gaudio reſperſas, emiſerunt lachrymas, cogitantes intra ſe atque cordialiter clamitantes: O Deus omnipotens! nos miſeri peccatores, hujus regii monaſterii alumni, tuæ diviniſſimæ regratiamur majeſtati pro eo munere, quo nos indignos vernaculos tuos ad hoc diviniſſimum vocari dignatus es arduum opus, ut ante obitum noſtrum ac carnis noſtræ tributum corporalibus oſſa noſtri Patroni cerneremus obtutibus. Et ſic omnes ſpirituali refocillati gaudio, omnes ſimul in cordium jubilo laudabant Deum Pſalmis, Hymnis, Orationibus atque ſpeculativis contemplationibus pro inventione ſanctarum Simperti corporis reliquiarum.

D

E

dein pridie Cal. Decemb.

5 Demùm his itaque ſingulis peractis, mandato domini abbatis præfati ſepulchrum ſancti Præſulis à cæmentariis clauditur firmiſſimè, & terrâ ſuperpoſitâ tumbæ, oſſa ſancti Patris noſtri permanſerunt infracta, illæſa ac integra, & nunc poſtremùm, completis eâ reverentiâ ac devotione omnibus, quibus decet, Patres de conventu venerabili ibant ad chorum ſanctiſſimæ martyris Affræ pro Laudibus matutinalis Officii inchoandis. Sed patres devoti de congregatione, qui laboribus inſudârunt, ad dilectas repedabant cellulas: Laïci verò ſalvo cum conductu ad proprios ibant lares. Acta ſunt hæc prælibata anno à Chriſti Salvatoris noſtri Incarnatione 1491 pridie Calendas Decembris. Item notatu dignum eſt, anno Domini 1491 à decimo Calendarum Aprilis uſque ad feſtum ſancti Andreæ ejuſdem anni (hoc erat pridie Calendarum Decembris) opus iſtud de ſancto Simperto magnificum propemodùm permanſit imperfectum ac inattentatum. Ratio, ut eò meliùs omnia ad taliuſmodi ſolemnitatem ſpectantia per dominum abbatem poſſent commodoſiùs in tempore ſemota dilatione diſponi, ſicut & ſeriosè factum fuit. Nam cunctis per patrem ſacriſtam neceſſariis die præfixa ſubordinatis, ad ſancti Simperti tumbam actus iſte divinus tali modo, ut ſequitur, eſt inceptus.

F

convocata universa civitate.

6 Primò & antecedenter negotium iſtud de ſancto Simperto in die ſancti Andreæ fuit inceptum, ſed priùs ubilibet hìc Auguſtæ in ambone publicatum, ut Chriſti fideles ſe poſſent meliùs cum devotione ad intereſſendum prælibatis diſponere. Quare præfata die primo pro Tertiis decantandis noſter fiebat pulſus magna cum campana, & ad longum iſte fuit protractus pulſus, tum ut eò faciliùs à dominis venerandis de capitulo majoris eccleſiæ, & aliorum ſpiritualium locorum poſſent

ſe

A ſe domi in divinis eò liberiùs explicare laudibus, & tunc maturis pedetentim eorum greſſibus ad prædictum venire monaſterium: tum etiam pulſus protrahebatur tunc præfatus propter adventum hujus civitatis magiſtrorum civium ac totius communitatis, ut ſic devota mente quilibet devotè ac morosè ad ſurſum veniendum abſque legitima præpeditione poſſet venire ad iſtiuſmodi ſpectacula divina, noſtro ævo nobis inſueta, incognita inuſitataque. Et politiâ hujus imperialis civitatis circa portas turreſque & ubique ſagaciſſimè diſpoſitâ, ſuperiores tam ſpiritualium quàm & ſæcularium perſonarum, unà cum omni (ut ita dixerim) populo ad intereſſendum Dei mirabilibus venerunt, ac humo cordibus proſtrati magno cum devotionis fervore ab exordio auſcultantes uſque in calcem divinarum exitum rerum, ut ſic de viſis atque auditis ſuis in ævum poſteris acta poſſent relinquere ſcriptis veridicis, ſicut abſque ambiguo factum fuit &c.

B

De proceſſione in præfata die habita.

à ſepulchro,

7 Singulis jam jam ad proceſſionem habendam per patrem cuſtodem copiosè ſubordinatis, idem ſacriſta ſingulis patribus ac fratribus monaſterii noſtri ac aliorum cœnobiorum in proceſſione dicta euntibus, cereas accenſas inter eoſdem diſtribuit candelas, nec non certis aliis laïcis hujus civitatis honeſtioribus ultra quinquaginta, qui ſuis candelis per cuſtodes ſibi datis circumdabant atque protegebant in ipſo ſolenni actu ſancti Simperti reliquias uſque poſt Miſſæ Officium. Ac ſic inchoata fuit proceſſio. Nam, cantore principali incipiente Reſponſorium: "Sint lumbi »veſtri præcincti & lucernæ ardentes in ma»nibus &c", & cùm fuiſſet perventum illic, ſtatio devota eſt habita. Unde finito Reſponſorio: "Sint lumbi &c" cum Verſu ac "Glo»ria Patri &c" nec non cum ſuis repetitionibus, tunc dominus abbas incepit Verſiculum: "Benedicamus Patrem & Filium cum Sancto »Spiritu" cum Collecta: "Omnipotens ſem»piterne Deus, dirige actus noſtros in bene»placito dilecti Filii tui &c." Depòſt per cantorem principalem incepta eſt Antiphona: "Confirma hoc, Deus, &c" cum Verſiculo: "Benedicamus Patrem & Filium &c" unà cum Collecta: "Actiones noſtras quæſumus, »Domine, aſpirando præveni &c

C

promulgato priùs Aug. ep. de illis non auferendis edicto,

8 His devotiſſimè peractis, dominus reverendus abbas ſæpè dictus cæpit inſtrumentum ad hoc opus aptiſſimum ſcilicet cæmentariorum foſſorium ferreum, faciens tres diſtinctos ictus: "In nomine Patris † & Filii † & Spi»ritûs † Sancti. Amen." Deinde porrexit magiſtro fabricæ eccleſiæ Burckhardo foſſorium tribuens ei ac vernaculis ſuis facultatem realiter fodiendi. Et inter fodiendum ab omnibus ibidem congregatis maximum fuit ſervatum ſilentium, cum orationibus interim effuſis ſpecialiter ad Deum, quatenùs iſtud noſtris temporibus inauditum divinum negotium bonum ſortiretur finem. Depòſt fuit mandatum reverendiſſimi noſtri antiſtitis Auguſtenſis publicatum Friderici de Hochzolern *e* per fratrem de conventu fratrem Chonradum, domicellorum hujus civitatis proſapiæ haud minimum, videlicet de reliquiis ſancti Simperti patroni noſtri, temerario nil omninò ſurripiendi auſu nec tollendi, nec vim loco ac patribus ibidem nigri Ordinis divi Benedicti congregatis quomodolibet inferendi, & hoc ſub excommunicationis lata ſententia pœnarum infligendarum. *A. Anonymo mon. S. Udalr. e*

magno comitatu

9 Deinde poſtquam perventum ad ſancti Simperti ſarcophagum fuerat, ſublato lapide ſuprà poſito, incepit pater Prior tunc temporis glorioſiſſimum in jubilo cordis Hymnum Te Deum laudamus cum totius chori proſecutione virili (ut decuit) vocum conſonantia, gaudioſis cum lachrymis, nec non cum formali omnium noſtrarum campanarum compulſu. Quo audito, in tota civitate ſubordinatus fuit omnium eccleſiarum pulſus in honorem & jubilum noſtri patroni ſancti Simperti. Deinde, finito Hymno, dominus abbas incepit verſiculum iſtum: "Glorioſus Deus »&c" cum Collecta de ſancto Simperto, ſcili- E cet: "Deus, qui nobis beati Simperti &c." His expletis, dominus abbas noſter intravit mauſoleum ſancti Simperti unà cum domino prælato Cæſarienſi, domino ſcilicet Georgio ac domino decano de Hochrechberg domino Udalrico, nec non cum certis aliis fide dignis, & ibidem congruis orationibus ac reverentiis factis ad ſericos panniculos dominus abbas hujus loci cepit ſancti patroni noſtri caput videlicet Simperti exiens de ſepulchro ſubſequentibus aliis magna cum devotione, & cuidam patri de conventu tunc temporis prædicſtæ Chonrado Morlin injunxit in virtute ſanctæ obedientiæ, ut aſcenderet ambonem & ſancti Simperti caput cunctis utriuſque ſexûs hominibus ibidem intereſſentibus in propatulo oſtenderet. Qui declamator Verbi Dei in hoc paruit ſui ſuperioris præceptis omni revèra, quâ decuit, humilitate, devotione ac reverentiâ locum aſcendens eminentiorem, quodammodò conſternatus ac tremebundus caput ſancti Simperti populo oſtenſurus, ac omni ſerio promulganda expedivit. O quantus jubilus cordium ibidem manifeſtatus F eſt omnium intereſſentium! Ego tamen teſtor Deum: vidi tunc plurimorum hominum lachrymas ex tripudio cordium effuſas, & tali die tantus hominum concurſus fuit ad nos, propter videre reliquias ſancti Simperti, ut vix ſtat creditu. Et poſt oſtenſionem capitis ſancti Patroni noſtri populo dominus abbas noſter tunc temporis cum præfatis cæteris prælatis iterum in dictam intravit ſancti Simperti foveam colligendarum ſanctarum reliquiarum cauſâ, ornando cuncta ſacri corporis membra, imponentes ligneo ſarcophago per cuſtodem priùs ad hoc diviniſſimum opus ſubordinato, donec cupreum fieri juſſit ſarcophagum &c; ſic & fecit &c.

in eccleſiam.

10 Et inſtructa proceſſione, cantor chori principalis incepit tubali voce Antiphonam: "Eja Præſul alme Dei, mundum replens glo»riâ &c."& caput Sancti portabatur in proceſſione per egregium dominum doctorem ac nobilem dominum Udalricum de Hochrechperg cathedralis Auguſtenſis eccleſiæ decanum prædigniſſimum, & cæteræ totius corporis partes reliquiarum ſancti Simperti portabantur

A. ANONYMO MON. S. UDALR.

bantur in ſarcophago pulcherrimis tapetiis compto per venerabiles dominos nobiles de capitulo majoris eccleſiæ beatæ Virginis canonicos bene meritos, videlicet per dominum Ludovicum de Zilhart, per dominum Georgium de Sthanberg, per dominum Conradum de Harſther & per dominum Chriſtophorum de Knöringen, qui maximâ accenti devotione ac humilitate unà cum domino decano prælibato finita proceſſione per eccleſiam noſtram poſuêre totum corpus ſancti Simperti ſuper altare ſancti Udalrici, & ad ſtatim inceptum eſt Officium Miſſæ de ſancto Simperto, ſcilicet: "Statuit ei &c", quod ſolemniter fuit percantatum per reverendum dominum abbatem noſtrum tunc temporis, ut puta Joannem de Giltlingen nobilem, manentibus ibidem domino Vicario in ſpiritualibus Auguſtenſis eccleſiæ, ſcilicet domino Heinrico de Liechtenau, unà cum dominis de capitulo præfatis, & domino honorando Cæſarienſis monaſterii prælato digniſſimo, ſcilicet domino Georgio, nec non plures alii utriuſque ſtatûs domini usque in calcem Officii in maximo Spiritûs fervore manſerunt.

B

inde verò in ſacriſtiam deferuntur.

11 Demùm Officio de ſancto Simperto patrono noſtro ſolemniſſimè, ùt decuit, in jubilo cordis devotiſſimè ſic percantato, & finitis gratiarum actionibus Deo ab omni populo congruis, ſinguli tranſiêre ad propria alimenta ſumpturi. Sed reliquiæ omnes manebant ſuper altare ſancti Udalrici præfatum uſque poſt Completorium illius diei benè cuſtoditæ per duos devotos patres de conventu, quibus per dominum abbatem aſſociati ſunt certi noſtri monaſterii vernaculi armati pro reliquiarum cuſtodia præfatarum, & peracto Completorio, iterum facta eſt proceſſio. Nam dominus prælatus noſter ſæpe dictus, indutus ornamentis, cum patribus de conventu ac fratribus ſingulis proceſſionaliter venit ad chorum ſancti Udalrici, finito Completorio, præcedentibus faculis ac luminibus accenſis, maximo cum ſerio & devotione, reliquias ſancti Simperti recipientes de altari ſancti Udalrici portaturi ad ſacriſtiam reliquiarum cum ſolemni de ſancto Simperto Reſponſorio, ùt puta: "Sancte Dei Simperte, »virtutum gratiâ plene, ſpes miſerorum, decus eccleſiarum, intende preces populi ſupplicantis, ut impetres veniam pro delictis. »℣. Ecce, quia ſupra pauca fidelis extitiſti, »upra multa conſtitutus in gaudium Dei tui »introiſti: intende", adjicientes: "Gloria Pa»tri &c" ſuis unà cum repetitionibus, ſcilicet: "Intende." Quibus finitis, dominus abbas in præſentia totius conventûs ſarcophagum reliquiarum ſancti Simperti ſuo ſigillo munivit & clauſit, ne fortè furtim aliquid ſubtrahi poſſet, ſicut deſuper in mandatis idem dominus abbas habuit à reverendiſſimo noſtro Auguſtenſi uſque ad lotionem ex optimo vino. Ubi ſua paternitas in aliquorum præſentia ſigillum ſuum removens ad lotionem ſanctarum reliquiarum, ac diligentiùs poſtmodùm ad ſarcophagum recolligens clauſit, atque ſuo munivit ſigillo. Et, factis reverentiis ſolitis, tam dominus abbas, quàm & conventus exierunt de ſacriſtia ad quietem, videlicet ſuarum habitationum, illic in Chriſto Jeſu pauſaturi uſque ad excitationem matutinalis Officii. Hæc acta ſunt die ſancti Andreæ Apoſtoli anno Domini 1491.

C

D

ANNOTATA.

a *Manifeſtus eſt hic error, cùm neque ad annum illum Carolus, neque, qui ante hunc mortuus fuit*, Simpertus, *vitam protraxerit ex dictis in Commen. prævio.*

b Veſpertini.

c *Lege:* advocant.

d *Lege:* perveniens.

e *Dedimus illud num.* 55 *Comm. prævii.*

ANONYMI SANCT-UDALRICANI

HISTORIA

TRANSLATIONIS TERTIÆ S. SIMPERTI.

E

Incipit Prologus in Tranſlationem ſecundam a S. Simperti, Auguſtenſis Epiſc. patroni noſtri glorioſiſſimi, quæ fuit facta anni 1492 III b *Feria Paſchatis.*

a

b

S. Simperti Tranſlationem a

SCripturus ſecundam Tranſlationem beati Simperti, epiſcopi Auguſtenſis, grandi quidem affectu, ſed impari facultate materiam ſacram aggredior duo hæc finaliter intendens, ut virtutum & meritorum ejus auctor Deus in illo glorificetur, & de lucerna in domo Domini ſublimiter accenſa pietatis ac devotionis lucem fideles accipiant: Chriſti enim bonus odor eſt in ipſo, & in univerſa Eccleſia tanquam paranymphus & amicus ſponſi fragrans & ipſe unguentis optimis, unguento contritionis ac devotionis & in Deum ac proximum pretioſæ pietatis. Unguentum enim contriti cordis & humilitati tanquam pauper ſpiritu pedibus Domini ſuppliciter exhibuit aperiens os ſuum in oratione, & pro delictis ſuis jugiter interpellans: unde & Chriſtus purgavit peccata ipſius, & exaltavit in æternum cornu ipſius. Unguentum autem devotionis, in quo recordatio divinorum beneficiorum intelligitur, in obſequium divini cultus tanquam in caput Redemptoris tam piè ac copiosè effudit, ut expreſsè de illo dictum videatur: "Et domus impleta eſt ex odore »unguenti. Non ſolùm enim in ſua perſona tanquam ſacerdos & pontifex exhibitionem cœleſtium Sacramentorum obtulit Domino Sacrificium juſtitiæ, oblationes & holocauſta accedens per ſemetipſum ad Deum, ſed etiam in diverſis locis tam vicinis, quàm & remotis grandi ſumptu & labore Chriſto multas fundavit

F

davit & reſtauravit eccleſias, in quibus miſerationes Domini jugiter recolantur, & ſpiritualibus diſciplinis ac divinis ſacrificiis mors Domini annuntietur, donec veniat. Unguentum autem pietatis, quod de latiſſimo ſinu charitatis ex omni ſpe miſericordiæ tanquam ex aromatibus & omni pulvere pigmentario univerſo Chriſti corpori præparatur, quis abundiùs membris Chriſti exhibuit?

ob egregia ejus merita deſcribit auctor.

2 Taceo infinitas (ut ita dixerim) ejus expenſas & miſerationes, quas fecit in eccleſiis Domini coram Deo immortales: pertranſeo eleëmoſinas illius, quas in locis definitis, in hoſpitalibus & manſionibus pauperum diligentiſſimâ curâ inſtituit. Redemptiones captivorum, quas non ſolùm in ſua diœceſi, ſed etiam in aliena loca extra epiſcopatum ſuum Auguſtenſem mittendo erogavit, & immenſam pecuniam, quam de manu ejus in cœleſtes theſauros manus pauperum quotidie deportaverunt, quis enumerare ſufficiat? Profectò miſerationes ſuper omnia opera ejus. Hæc idcircò brevi epilogo præmiſi, ut, quantus ſit
B iſte patronus noſter Simpertus, de quo in proceſſu dicendorum ſermo de tranſlatione habendus eſt, in capite libelli videatur, & de tanto Pontifice ac novo hujus loci mirifico Patrono non ſolùm noſtra ſpecialiter, ſed etiam omnis generaliter Eccleſia glorificetur: qui, feneſcente jam ſæculo & ad occaſum vergente, ſecundùm incrementa & conſummationem perfectionis apparuit "quaſi ſtella in »medio nebulæ, & quaſi luna plena in diebus »ſuis lucens, & quaſi ſol refulgens", ſic ſanctus Simpertus refulſit in templo Dei, Romani imperii ac ſacerdotii firmamentum, gemma ſacerdotum, prædicator veritatis & doctor gentium, Martha frequens & fervens in obſequio Domini Jeſu, pater, miniſter ac ſuſceptor peregrinorum, captivorum & omnium membrorum Chriſti. Scripta ſunt hæc in libro hoc, quæ religioſi ac monaſticæ vitæ viri probatiſſimi ab ipſo geſta anteceſſores noſtri, ſemoto omni ambiguo, ac fide digni legerunt, nec non ab anteceſſoribus ſuis experti ſunt, & nobis poſteris ſuis fideliter ſcriptis reliquerunt, ut ſic (ùt profertur) in teſtimonio veC ritatis nihil privati amoris & gratiæ inferatur, ſed opera ejus, quæ in Deo facta ſunt, ſumma ſinceritate & veritate in honorem Dei & utilitatem Eccleſiæ proferantur.

Explicit Prologus Tranſlationis ac Vitæ ſancti Simperti & epiſcopi Auguſtenſis duodecimi.

Anno 1492 *S. Simperti reliquiæ decenter compoſitæ,*

3 Relaturus jamjam modicum de ſecunda corporis ſancti Simperti tranſlatione, & antequam incipiam de eadem quidpiam loqui, velim unumquemque hanc materiam lecturum, viſurum, nec non auditurum, non ignorare in præſentiarum, quòd â tempore ſecundæ Inventionis corporis ſancti Simperti, ſcilicet à feſto ſancti Andreæ Apoſtoli anni 1491 uſque ad gaudioſa Paſchatis feſta Tranſlationis ejuſdem, ùt puta tertiâ feriâ anni immediatè ſubſequentis, ſcilicet 1492, à domino prælato tunc temporis loci præfati, & à Congregatione totali reliquiæ ſancti Simperti in maxima ſunt habitæ veneratione, ac maximo timore atque tremore in ſacriſtia cuſtoditæ. Etiam illicò poſt hoc dominus abbas cæteros patres ſacræ religionis zelatores hujus loci ſubſtituit fide digniſſimos, qui maxima cum devotione totius corporis reliquias in optimo laverunt vino, & finito meri pretioſi mundamine corporis ſancti Simperti patroni noſtri, ex mandato domini prælati ac conventus adſcitus & vocatus ad hoc eſt ordinarius noſter phyſicus tunc exiſtens, vocabulo doctor Bartholomæus de Weilhaim, ad intereſſendum offium ſancti Simperti lineamentali compoſitioni, ſicut & idem præceptis noſtris atque rogatis libens paruit. Namque optimè qualificatus, utpote de ſuis attritus ac contritus peccatis devota ac integra confeſſione facta eorundem, nec non bono ſatisfaciendi propoſito pro illis, licentiâ à recipiendis dominis acceptâ, videlicet Ordinario epiſcopatûs, nec non atque etiam à domino hujus monaſterii prælato benè merito, tunc temporis domino Joanne de Giltlingen nobilis proſapiæ, totum ſancti Patroni noſtri corpus lineamentaliter maxima cum induſtria & labore compoſuit, & ordinatiſſimè compegit omnium noſtrûm in præſentia, nec non aliorum plurimorum patrum de diverſis Ordinibus & Obſervantiis, qui etiam his intererant ſacri corporis compoſitionibus indicibili cum devotione tempore ordinandorum, ſcilicet angariæ *c*, qui tunc temporis hoſpitalitatis cauſâ ſuam nobiſcum traxerunt moram. Hæc cernentes mira, gaviſi ſunt tripudio magno in Domino Jeſu, ad propria abeuntes loca Deo laudes dederunt permaximas & ſancto Simperto, viſa domi relaturi ac audita &c.

A. ANONYMO MON. S. UDALR.

E

c

expeditis omnibus ad tranſlationem neceſſariis,

4 Etiam notum ſit per præſentes omnibus ſubſequentibus nobis, quòd omnia oſſa totius ſancti Simperti corporis ibidem erant integro numero ducenta decem & novem, & triginta & duo dentes ex integrali numero, demptis duobus pro videri meo (ut non mentiar) dentibus. His itaque peractis ac diligentiùs inſpectis, reliquiæ ſancti Simperti decenter ad ſarcophagum cum mundiſſimis & pretioſis pannis ſunt recluſæ, & per dominum abbatem noſtra in præſentia ſuo ſigillo iterum munitur, ùt priùs in ſacriſtia poſt inventionem factum fuit, ſicuti per dominum epiſcopum noſtrum dominus abbas & nos deſuper habuimus mandatum. Quare, expletis iſtis F narratis, ad ſtatim reliquiæ ſancti Simperti per devotos de conventu patres ac fratres iterum omni honore proſequendo (ùt decuit) candelis & faculis præeuntibus, portatæ ſunt de aula domini abbatis in ſacriſtiam. Et tunc de illis ſacris negotiis nil plùs in antea actum eſt à quoquam uſque ad prælibata Paſchatis feſta Tranſlationis ſecundæ ſiendæ. Sed interim per dominum abbatem loci ac ſuos omnia præparabantur neceſſaria ad iſtam tranſlationem futuram fiendam atque depoſitionem juxta omnium virium facultatulam ſuarum, præſtolantes deinceps regiæ majeſtatis adventum, nec non aliorum plurimorum imperii principum tam ſpiritualium, quàm & ſæcularium ad hoc diviniſſimum opus peragendum adventandorum, qui & negotio iſti interfuerunt devotiſſimè unà cum utriuſque ſexûs populo, ſicut latiùs, Deo dante, pateſacturus ſum in ſubſequentibus immediatè.

feriâ III *Paſchatis ad ſepulchrum inſigni honore referuntur.*

5 Anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſecundo, Indictione decima, viceſima tertia die menſis Aprilis, & fuit ter-

A. ANONYMO MON. S. UDALR.

tia feria Paſchæ, Innocentio Papa Octavo naviculam Petri regente, ſceptro imperiali Friderico Tertio tenente, ac Maximiliano ejuſdem Friderici filio Romanorum rege cunctis imperante, ſub reverendo patre & domino domino Friderico Secundo, epiſcopo Auguſtenſi, ac huic cœnobio domino Joanne de Giltlingen abbate præſidente, ſancti Simperti oſſa de humo levata in hunc ſarcophagum ac ſepulturam hanc cum ſolemnitate decenti recondita ſunt, ac, ût cernitur, recluſa, præſentibus invictiſſimo rege Romanorum ſuprà dicto, ac epiſcopo & abbate prædictis, aſſiſtentibus ac adjuvantibus eis reverendis patribus & dominis, domino Udalrico epiſcopo Adrimitano, ejuſdem epiſcopi prædicti ſuffraganeo ac vicario in ſpiritualibus generali, domino Bartholomæo abbate monaſterii Sanctæ Crucis in Werdea, domino Georgio monaſterii Cæſarienſis abbate, domino Georgio abbate Sancti Michaëlis in Fultenbach, domino Udalrico de Hochenrechberg decano majoris eccleſiæ cum reverendis dominis
B ſui capituli ac toto clero civitatis Auguſtenſis, adjunctis eiſdem principibus, comitibus, baronibus, militibus, nobilibuſque multis cum magiſtris civitatis & populo multo. Iſta de ſecunda ſancti Simperti tranſlatione ac depoſitione noviſſima ſuperficietenùs & ſuccinctè ſint dicta ac compendioſiſſimè, ſed de modo ac forma omnium actorum in iſta
d tranſlatione, Deo duce, ampliori ſtilo egent, ut ſtatim in ſequentibus pateſiet *d*. Nam noſtro in ævo talis ſolemnitas apud nos non eſt celebrata alicujus Sancti reliquiarum inventarum, iterum in eundem locum licèt aliquantulum altiùs depoſitarum, ſicut jam actum eſt &c.

ANNOTATA.

a Secundam, *inquit auctor, nempe* tranſlationem, *eò quòd eam, quæ anno* 1491 *eſt facta, habeat pro* Inventione ſecunda.

b *At Fredericus, epiſcopus Auguſtanus, in confecto de hac Tranſlatione inſtrumento factam ait* die Lunæ, viceſimâ tertiâ Aprilis, quæ
C erat feria II Paſchæ. *Incidit Paſchatis Dominica anno* 1492 *in* 22 *Aprilis, ac proin dies vigeſima tertia ejuſdem menſis in feriam* II, *non* III. *Hunc anonymi locum ſecuti videntur Stengelius & Corbinianus Khamm, num.* 55 *Commentarii prævii laudati.*

c *Seu Quatuor-temporum quadrageſimalium.*

d *Videtur his verbis auctor de hac Tranſlatione plura polliceri; verùm, quæ ea ſint, ignoro. Suſpicor tamen hic eadem, quæ in proximè ſubdendo epiſcopi Auguſtani de ea diploma continentur, indicari.*

D

FRIDERICUS, DEI ET Apoſtolicæ Sedis gratiâ epiſcopus Auguſtenſis, univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus præſentibus & futuris ſalutem in Domino ſempiternam, cum notitia ſubſcriptorum a.

a

Fridericus ep. Aug.

GLorioſus Deus in Sanctis ſuis & in Majeſtate mirabilis, cujus ineffabilis altitudo prudentiæ nullis incluſa limitibus, nullis etiam terminis comprehenſa recti cenſurâ judicii cœleſtia pariter & terrena diſponit, etſi cunctos ejus miniſtros magnificet, altis decoret honoribus & cœleſtis efficiat beatitudinis E poſſeſſores: illos tamen, ut dignis digna rependat, potioribus attollit inſignis dignitatum, & præmiorum uberiori retributione proſequitur, quos digniores agnoſcit & commendat ingentior excellentia meritorum. Præterea, ſi quiſque multùm laborat ducem invenire, qui eum alicui mortali adducat, quantò magis duces generis humani, qui pro nobis hominibus ad Deum interpellant, ſunt honorandi, quorum reliquias dominator Chriſtus fontes nobis præbuit ſalutares, multiformia beneficia irrigantes? Illos enim honorando in eis honoramus & mirabilem prædicamus, qui ipſos ſanctificavit.

S. Simperti reliquias, data ad id Udalricianis à ſe facultate,

2 Hinc eſt, quòd, cùm aliàs quondam bonæ memoriæ dominus Petrus Cardinalis & epiſcopus Auguſtenſis prædeceſſor noſter à quondam felicis recordationis domino Nicolao Papa Quinto indultum impetrâſſet & obtinuiſſet, quatenùs divinum diurnum atque nocturnum Officium de ſancto Simperto epiſcopo, qui in monaſterio ſanctorum Udalrici & Affræ Ordinis ſancti Benedicti Auguſtenſi requievit tumulatus, per abbatem & conventum ejuſdem monaſterii poſſent inibi peragi, F ipſeque ſanctus Simpertus à Chriſti fidelibus de cætero pro Sancto nominari, revereri & venerari, ſerie litterarum præfati quondam domini Petri Cardinalis deſuper confectarum *b*. Nos cupientes reliquias ejuſdem ſancti Simperti pro majori veneratione in lucem produci, ne lucerna accenſa in abſconſo aut ſub modio teneatur. Quocirca venerabili nobis in Chriſto dilecto Joanni de Giltlingen abbati dicti monaſterii conceſſimus facultatem, cujus prætextu ipſe, coaſſumptis pluribus prælatis & egregiis perſonis tumulum ſancti Simperti, qui ante capellam ad altare ſub vocabulo ſuo conſecratum, in eccleſia dicti monaſterii ſituabatur, cum ſolemni proceſſione in conſpectu multitudinis populi publicè accedens, reliquias ſuas in ſarcophago ibidem contentas effodit, & ex eodem recepit, novo ſarcophago ad hoc conſtruendo, imponendas, prout hæc in litteris inde confectis limpidiùs clarent.

3 Verùm, facto in eodem loco pro ipſis reliquiis imponendis & inibi conſervandis novo.

coram se & Maximiliano Rom. rege aliisque,

vo mausoleo sive sarcophago super terram elevato, nos Fridericus, episcopus volentes, more vigilis pastoris, quòd dictæ sancti Simperti reliquiæ devotiùs venerentur, quò Dominus noster Jesus Christus ipsius interceſſionibus vota dirigat fidelium, & ad gratiam exauditionis perducat, easdem reliquias debitis honore & reverentiâ suscipientes, caput videlicet ejusdem sancti Simperti, adstante nobis & auxiliante sereniſſimo & invictiſſimo principe & domino, domino Maximiliano *c*, divinâ favente Clementiâ Romanorum rege primo semper augusto, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c, archiduce Austriæ, duce Burgundiæ, Brittanniæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgiæ, Lucenburgiæ & Geldriæ, comite Flandriæ, Tyrolis, Artheſii, Burgundiæ, Palatino Hanoniæ, Hollandiæ, Zellandiæ, Namurci, Zutphaniæ & Mechliæ*, sacrique Imperii marchione ac domino Frisiæ & Salinarum per nos, reliquas verò reliquias hujusmodi in quodam sanctuario per certos, quos nobis duximus in hoc actu adjungendos, videlicet reverendum in Christo patrem & dominum, dominum Udalricum, dictâ gratiâ episcopum Adrimitanum, suffraganeum nostrum, & præfatum Joannem, dicti sanctorum Udalrici & Affræ Augustensis, venerabileſque in Christo nobis dilectos Bartholomæum sanctæ Crucis in Werd, Georgium in Fuldenbach præfati sancti Benedicti, & Georgium in Roggenburg Præmonstratensem, nostræ diœceſis monasteriorum Ordinum abbates, adstantibus eis & cooperantibus illustribus & generosis principibus & dominis Christophoro & Wolffgango comitibus Palatinis Rheni, Superioris & Inferioris Bavariæ ducibus, Rudolpho principe in Anhalt, & Eberhardo Juniore comite de Wirtenberg, in proceſſione circumcirca septa ipsius monasterii sanctorum Udalrici & Affræ cum clero & populo ad hoc congregatis & vocatis laudabiliter habita, usque ad novum mausoleum seu sarcophagum prædictum solemniter bajulatum, & bajulatas publicè Jesum proclamari & commendari fecimus.

c

B

**lege* Mechliniæ

C

4 Et servatis solemnitatibus singulis in his servari solitis, capite ipsius sancti Simperti, ut in monasterio sanctorum Udalrici & Affræ prædicto apud thesaurum aliorum reliquiarum Sanctorum inibi consistentium honorificè habeatur, per nos ordinato, atque una de costis ejusdem sancti Simperti sigillo dicti altaris sub vocabulo suo per nos consecrati inclusa, nec non quadam ex eisdem reliquiis sancti Simperti particula unius pollicis ferè longitudinis & spissitudinis præfato domino Maximiliano regi id petenti tradita, & quadam alia minori earundem reliquiarum particula pro nobis reservata & recepta: cæteras verò omnes & singulas sancti Simperti reliquias ad novum sarcophagum supradictum posuimus, perpetuò inibi conservandas, eundem sarcophagum cum summa diligentia claudi jubendo & faciendo, assistentibus etiam nobis in præmissis venerabilibus & honorabilibus nobis sincerè dilectis Laurentio Velma sancti Georgii, Vito Fakler sanctæ Crucis, monasteriorum Ordinis sancti Augustini Canonicorum Regularium Præpositis, Jacobo Cönzelman decano sancti Mauritii Augustensis, Heinrici de Liechtenau nostro in spiritualibus vicario, Conrado Harscher scholastico, Ludovico de Zullnhart, Burckhardo de Freiberg, Andrea in der Klingen, Christophoro Knöringen, Georgio Schwabsberg, Wolfgango de Züllnhart, & Conrado Frölich officiali, nostræ ecclesiæ majoris canonicis, Joanne de Salinis decretorum doctore, Sedis Apostolicæ protonotario, nec non religiosis Fratribus sæpè dicti monasterii sanctorum Udalrici & Affræ, videlicet Wilhelmo Ranger Priore, Joanne Stenglin Subpriore, Matthia Umhofer, Thoma Rieger, Wilhelmo Wittwer, Petro Conrado & Leonardo Wagner, Conrado Mörlin, Joanne Peurlin, Simone Weinhart, Balthasare Kramer, Joanne Griesher, Sigismundo Zymermann, Leonardo Weinlin, Heinrico Hayden, Sigismundo Lang, Stephano Thegen, Andrea Burg, Leonardo Gregg, Udalrico Flechsenhar, professis. Simone Ridler, Erasino Hueber, novitiis. Bernardo & Laurentio conversis.

excepto capite aliisque paucis,

A. Anonymo mon. S. Udalr.

5 In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum præsentes nostras litteras sive præsens publicum instrumentum exinde fieri & præfati sereniſſimi domini regis Romanorum id mandantis, nostrique sigillorum unà cum subscriptionibus notariorum infrascriptorum jussimus & fecimus appensione communiri. Datum & actum Augustæ in monasterio ac locis suprà dictis sub anno à Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo secundo, Indictione decima, die Lunæ, viceſimâ tertiâ mensis Aprilis, quæ erat feria secunda Paschæ, Pontificatûs sanctiſſimi in Christo patris & domini nostri Innocentii, divinâ Providentiâ Papæ Octavi, anno octavo, regnantibus glorioſiſſimo & invictiſſimo principe & domino domino Friderico, dictâ favente Clementiâ, imperatore Tertio, & præfato sereniſſimo domino Maximiliano rege Romanorum ejus nato semper augustis, præsentibus ibidem generosis strenuis, nobilibus, spectabilibus & egregiis ac providis viris dominis magistro Francisco de Ponte, oratore & cancellario regis Angliæ, Francisco Wolffgango de Hohenzollern, Christophoro de Sunnenberg, Nicolao & Joanne regni Croatiæ de Frankenham comitibus, Christophoro de Limburg, sacri Romani Imperii Pincerna, Martino & Erhardo de Bolhain, Georgio von Stain in Gosſen, Sigismundo de Rorbach, Georgio de Kastelwart, Leonardo de Fronberg vom Hag, Michaële de Eizingen, Georgio de Kalten baronibus, Wilhelmo de Pappenham, Magno & Leonardo juniore de Hohenreichen sacri Imperii Marscalcis, Philippo Loit ex Burgundia, magistro curiæ dicti domini regis Romanorum, Caspare Meck camerario ejusdem domini regis, Ernesto de Welden, Diepoldo vom Stain, Jacobo de Landau militibus, Wolfhardo de Knöringen, Paulo & Andrea de Giltlingen, Georgio Marschalco de Biberbach, Dietmaro de Liechtenau, Heinrico de Paulsweil, Petro de Frödenberg, Ulrico de Weichs, Georgio Buchbech, Georgio de Aw, Georgio de Lizelstain, Jacobo Geblin vom Pfird ex Sunco, Georgio de Lilberg ex Styria, Georgio de Liechtenstain, Wilhelmo Guſs armigeris nobilibus, Wilhelmo Vorchtel, secretario nostro & magistro,

in novum sarcophagum translatas fuisse testatur.

F

A. ANONYMO MON. S. UDALR.

giſtro, Jacobo Pflanzenman curiæ noſtræ Auguſtenſis procuratore, dictorumque Joannis abbate & conventûs ſyndico, atque Sigiſmundo Goſſenprot, Joanne Langenmantel, Hilpoldo Ridler, Ludovico Hoſer magiſtris civium, Georgio Ott, præfecto civitatis Auguſtenſis, Bartholomæo Ridler canonico Tridentino Decretorum, Conrado Peytinger & Sebaſtiano Illſung legum doctoribus, Georgio Herwart, Leonardo & Jacobo Rechlinger, Luca Dain, Georgio Canzelman, Georgio Ridler, & Joanne Hemerlin civibus Auguſtenſibus, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis.

ac ſuo id pariter teſtimonio

6 Et ego Jacobus Wirſing, clericus Auguſtenſis diœceſis, canonicus eccleſiæ ſancti Mauritii Auguſtenſis, publicus ſacra imperiali auctoritate notarius, quia prædictis proceſſioni, reliquiarum bajulationi, proclamationi, commendationi, in ſarcophagum novum depoſitioni & requiſitioni, omnibuſque aliis & ſingulis præmiſſis, dum ſic, ùt præmittitur, coram ſereniſſimo principe & domino domino Maximiliano Romanorum rege, & B per reverendum in Chriſto patrem dominum Fridericum epiſcopum Auguſtenſem prædictis fierent & agerentur, unà cum notariis infra & teſtibus ſuprà ſcriptis præſens interfui, eaque ſic fieri vidi & audivi, ideóque hoc præſens publicum inſtrumentum manu alterius fideliter conſcriptum exinde confeci, ſubſcripſi, publicavi & in hanc publicam formam redegi, ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis unà cum nominatorum regis & epiſcopi ſigillorum appenſione ſignavi & munivi rogatus & requiſitus in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum.

ſubſcripti hic

7 Et ego Joannes Fiicher de Dinckelſpuhel, clericus diœceſis & canonicus S. Mauritii ſcribaque juratus curiæ Auguſtenſis, publicus imperiali auctoritate notarius, quia prædictis proceſſioni, reliquiarum bajulationi, proclamationi, commendationi, & in novum ſarcophagum poſitioni, omnibuſque aliis & ſingulis præmiſſis, dum ſic, ùt præmittitur, coram ſereniſſimo principe & D. D. Maximiliano Romanorum rege per rev. in Chriſto C patrem & D. D. Fridericum epiſcopum Auguſtenſem prædictis fierent & agerentur, unà cum notariis ſub & teſtibus ſuprà ſcriptis præſens interfui, eaque ſic fieri vidi & audivi. Ideoque hoc præſens inſtrumentum manu alterius fideliter ſcriptum exinde confeci, ſubſcripſi, publicavi & in hanc publicam formam redegi, ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis unà cum prælibatorum dominorum regis & epiſcopi ſigillorum appenſione ſignavi, in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum rogatus & requiſitus.

notarii publici

8 Et ego Petrus Mor de Aichach, clericus Auguſtenſis diœceſis, publicus apoſtolicâ & imperiali auctoritatibus notarius, curiæque Auguſtenſis cauſarum ſcriba juratus, quia prædictis proceſſioni, reliquiarum bajulationi, proclamationi, commendationi, & in novum ſarcophagum poſitioni, omnibuſque aliis & ſingulis præmiſſis, dum ſic, ùt præmittitur, coram ſereniſſimo principe & D. D. Maximiliano Romanorum rege, per rev. in Chriſto patrem & D. D. Fridericum epiſcop. Auguſt. prædictum fierent & agerentur, unà cum notariis publicis ſub & teſtibus ſuprà ſcriptis præſens & perſonaliter interfui, eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi & audivi. Ideóque hoc præſens inſtrumentum manu alterius fideliter ſcriptum exinde confeci, ſignoque ac nomine & cognomine meis ſolitis & unà cum prælibatorum dominorum regis & epiſcopi ſigillorum appenſione in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum rogatus & requiſitus ſignavi & communivi. D

confirmant.

9 Et ego Joannes Bayr de Haydenhaim, clericus Auguſtenſis diœceſis, artium liberalium magiſter & decretorum licentiatus, publicus imperiali auctoritate notarius, quia prædictis proceſſioni, reliquiarum bajulationi, proclamationi, commendationi & in novum ſarcophagum poſitioni omnibuſque aliis & ſingulis præmiſſis, dum ſic, ùt præmittitur, coram ſereniſſimo principe & domino domino Maximiliano Romanorum rege per reverendum in Chriſto patrem & dominum dominum Fridericum epiſcopum Auguſtenſem prædictis fierent & agerentur, unà cum notariis & teſtibus ſuprà ſcriptis præſens interfui, eaque E ſic fieri vidi & audivi. Ideóque hoc præſens inſtrumentum, manu alterius fideliter ſcriptum, exinde confeci, ſubſcripſi, publicavi, & in hanc publicam formam redegi, ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis unà cum præfatorum dominorum regis & epiſcopi ſigillorum appenſione ſignavi, in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum rogatus & requiſitus.

Ad mandatum Domini regis proprium. Con. Stürzel, juris doctor, regius cancellarius ſubſcripſit.

ANNOTATA.

a *Harum litterarum apographo, apud nos ſervato, hæc præfixa leguntur:* Teſtimonialis Littera Friderici, epiſcopi Auguſtenſis, de tranſlatione S. Simperti cum regiæ Majeſtatis ſigilli appenſione. Viſum & admiſſum per regiam Majeſtatem.

b *Datæ ſunt hæ litteræ anno* 1468, *die* 6 *Januarii, in quibus ita loquitur Petrus:* Notum igitur facimus univerſis, & in verbo veritatis teſtamur, quod nobis aliàs de anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo, in anno jubilæo, coram quondam beatæ memoriæ ſanctiſſimo in Chriſto Patre & Domino noſtro, Domino Nicolao Papa quinto, in Urbe Roma perſonaliter conſtitutis, Sanctitati ſuæ Hiſtoriam & Legendam de beato Simperto confeſſore, in ſancta Auguſtenſi eccleſia epiſcopo & prædeceſſore noſtro, nobis ex vetuſtiſſimis codicibus monaſterii noſtri ſanctorum Udalrici & Affræ Auguſtenſis, Ordinis S. Benedicti, traditas exhibuimus, oſtendimus & aſſignavimus, ac eandem Sanctitatem ſuam, de miraculis & vita, quæ per ipſum beatum Simpertum quotidie in dicto monaſterio noſtro, in quo reliquiæ beati Simperti cubant, fierent, quodque in honorem ejus & reverentiam altare ibidem ædificatum & conſecratum eſſet, & ejus crebreſcentibus miraculis, quibus coruſcare non ceſſant, publicè longo tempore ultra memoriam hominum per Chriſti fideles ejuſdem capellæ limina frequentarentur, & ibidem crebriùs fidelium vota, preces & ſuffragia effunderentur & ſolverentur. F

A rentur, aliquatenùs informavimus. Unde prædicta Hiſtoria & Legenda, quæ in ipſo monaſterio per abbatem & conventum de Beato frequentatur, per præfatum ſanctiſſimum Dominum noſtrum Papam viſis, & quantum opus fuerit, de ſingulis informatus. Idem ſanctiſſimus Dominus noſter Nicolaus Papa quintus, ut in æterna memoria eſſet juſtus, ac nomen ejus requireretur à generatione in generatione & ne recederet memoria ejus, vivæ vocis oraculo & auctoritate Apoſtolica conceſſit & indulſit, ut abbas & conventus dicti monaſterii noſtri ſanctorum Udalrici & Affræ Auguſtenſis Officium divinum tam diurnum, quàm nocturnum cum Hiſtoria & Legenda per nos Sanctitati ſuæ oſtenſis & in codicibus & libris veteribus de ſancto Simperto repertis, debita cum reverentia cantando perſolvere poſſent & deberent, ipſeque beatus Simpertus per eos & alios Chriſti fideles de cætero tanquam Sanctus ſine alicujus peccati labe & tranſgreſſionis nota revereri & venerari poſſit, & valeat eadem auctoritate ſimili vivæ vocis oraculo conceſſit & indulſit. A. ANONYMO MON. S. UDALR.

c *Hinc patet, verba illa:* Inſpectante Maximiliano, *num.* 54 *Comment. prævii lineâ* 36 *poſita, ad lineam* 42 *ſeu antepenultimam transferenda eſſe, & iſtic ita legendum:* pompa prorſus inſigni & inſpectante Maximiliano &c.

DE S. GERALDO, COMITE AURILIACENSI CONFESSORE,

B AURILIACI IN ALVERNIA E

COMMENTARIUS PRÆVIUS. D. A. B

§ I. Cur S. Geraldum Auriliaci conſignemus; à quo & quando Vita ejus litteris fuerit mandata.

CIRCA AN. DCCCCIX. *S. Geraldi, quem Auriliaci, expoſito loci hujus ſitu, hîc ſignamus,*

AUriliacum *vel, ùt ab aliis ſcribitur,* Aureliacum *ſeu* Aureliacus, Aurelhacum, Orlacus, *aut etiam, prout, appellatione à nomine, quo locus is Gallicè dicitur* Aurillac, *non ineptè, ùt apparet, deducta, in Geographia à Baudrando, idcircò interim carpente hunc Martiniero, nuncupatur,* Aurilliacum, *urbs eſt Alverniæ ſeu Arverniæ Superioris præclara, olim in Claromontenſi, hodie in S. Flori diœceſi ad fluviolum Jordanam ſita. In iſta, tum nondum admodùm frequenti, quæ, quemadmodùm è Baudrando mox laudato Tabuliſque Geographicis*
C *docemur, Occidentem versùs Floriopoli novem, Orientem Æſtivum versùs Cadurco quindecim & Meridiem versùs Claromonte viginti quatuor leucas diſtat, Galliarum civitate & quidem in ſuo, quod huic, ùt ex Vita mox memoranda apparet, vel adjacebat vel includebatur, prædio cognomini monaſterium exſtruxit loci comes* Geraldus, *quem hic ſuprà in eadem urbe ſeu oppido, quòd poſt vitam ſanctiſſimè actam fuerit etiam ibidem, utì infrà ſumus dicturi, cultum eccleſiaſticum pòſt adeptus, conſignandum exiſtimavimus, etſi nec in dicto oppido, nec in prædio caſtrove cognomini, ſed Cezernaci aut, utì apud Caſtellanum legitur, Cedinaci in Cadurcis, qui locus Gallicè* Cezeinac *ſeu* Cezenac *vocatur, diem extremum clauſerit, utì è ſancti iſtius Viri Vita intelligitur.*

Vitam ſeu Geſta S. Odo, Cluniacenſis abbas, litteris, uti hic

2 *Hæc, quam Marrierus Cluniacenſis monachus & Andreas Quercetanus, Notis etiam eamdem illuſtrans, in Bibliotheca Cluniacenſi primò vulgárunt recuſamque ad* XIII *Octobris diem exhibet poſtrema Surii editio, præfert Epiſtolam, Aymoni abbati inſcriptam, in qua Opuſculi, in quatur libros diviſi, auctor ſeſe* Odonem *nominat; verùm cùm nihil vel in Epiſtola illa vel in Operis ſeu Præfatione ſeu contextu, unde, quis ille Odo fuerit, dignoſci queat, reperiatur, pluréſque hiſce temporibus, ſeu medio ſeculo* X, *hujus nominis abbates, quos variis cœnobiis, S. Maxentii videlicet, Maſcianenſi, Dolenſi, S. Michaëlis ad Moſam & Cluniacenſi, Annal. Benedictin. ad annos* 940 *num.* 1, 942 *num.* 38, 952 *num.* 56, 963 *num.* 72 *prælatos fuiſſe probat Mabillonius, exſtiterint, nonnemo forſan, fueritne ab Odone Cluniacenſi, an ab alio nominis ejuſdem abbate Vita iſta conſcripta, revocabit in dubium; neque verò, ùt apparet, immeritò: aſt etſi ſic habeat, quò minùs tamen ea de re dubitandum arbitremur, impediunt, è quibus Lucubratio illa prodiit, Mss. antiqua; omnia enim Odonem, cujus nomen præferunt,* Cluniacenſem abbatem *diſertè appellant. Impediunt & auctores tum ſynchroni & ſuppares, tum qui ſeculis ſubſequentibus ſcripſerunt; omnes enim Magno Odoni, egregio tum in Galliis, tum in cæteris Europæ partibus monaſticæ diſciplinæ inſtauratori,* S. Geraldi *Vitam, cujus auctor ſeſe* Odonem *nominat, unanimi conſenſu attribuunt.* F

oſtenditur, eſt complexus;

3 *Hoſce inter primo loco occurrunt Ademarus Chabannenſis & chronologus Auriliacenſis, quorum prior, ùt Labbeus in Scriptorum à ſeſe tom.* 2 *Biblioth. Ms. vulgatorum Syllabo affirmat, circa annum* 1031 *florebat; alter autem ſub abbate Auriliacenſi Petro de Roca, id eſt, anno* 1129, *vixiſſe ex iis, quæ ipſemet apud Mabillonium Veterum Analectorum editionis antiquioris tom.* 2, *pag.* 244 *ſub Chronici ſui finem ſuppeditat, intelligitur. Ademari apud Labbeum tom. cit., pag.* 166 *verba hæc ſunt:* Turpio (*epiſcopus Lemovicenſis*) Odonem abbatem

AUCTORE D. A. B.

batem Cluniacenſis cœnobii ſummè excoluit: qui Odo reverentiſſimus, Turpione rogitante, Vitam S. Geraldi edidit, & librum De Contemptu mundi perutilem compoſuit. *Apud eumdem Labbeum tom. Biblioth. Mss. eodem pag. 272 Chronicon Abbatum Lemovicenſium S. Martialis ſic habet:* Hic (*Aymo abbas*) amicitiam habuit cum ſancto Odone Cluniacenſi abbate, cui juſſit edere Vitam S. Geraldi. Hic Turpionem epiſcopum Lemovicenſem fratrem ſuum ſummo amore excoluit & tertio poſt obitum ejus anno idem S. Turpio epiſcopus obiit VIII Kalendas Auguſti. *Ademari verbis, quæ hijce Chronici Lemovicenſis verbis firmantur, chronologi Auriliacenſis verba nunc addo. Sequentia hæc ſunt:* Oddo, venerabilis abbas tertius Auriliacenſis & Cluniacenſis, rogatus à Turpione Lemovicenſi epiſcopo & ab Aimone Tutelenſi abbate, deſcripſit Vitam beati Geraldi. *Nec ab Ademaro & chronographo Auriliacenſi diſſentiunt Petrus venerabilis, circa medium ſeculum* XII *Cluniacenſi cœnobio prælatus, Vincentius Bellovacenſis, ſeculi* XIII

B *ſcriptor, & Trithemius, quorum verba Quercetanus Biblioth. Cluniac. col. 59 & ſeq. vulgavit. Chronologus Cluniacenſis, cujus Opus ibidem editum eſt à col. 1627 & ſeqq.* Sanctus Oddo, abbas ſecundus Cluniacenſis, *inquit*, ſcripſit Vitam beati Geraldi, quæ apud nos eſt. *Fuiſſe itaque à B. Odone, Cluniacenſis cœnobii abbate*, S. Geraldi *Vitam in litteras conjectam, ſcriptores illi omnes luculentiſſimè tradunt, adeò ut, quin is verè Sancti noſtri Vitam ſcripto ſit complexus, dubitandum non ſit.*

Lucubratioque, quâ id fecit, à Vita, per Marierum vulgata, diverſa non eſt:

4 Geraldi *porrò Vitam, quam Odonem, Cluniacenſem abbatem, ſcripſiſſe è jam dictis palam eſt, eſſe illam ipſam, quam Marrierus & Quercetanus vulgârunt, vel ex eo liquet, quòd Vitam, quam Odoni Cluniacenſi ſcriptores laudati attribuunt, litteris illam hunc, à Turpione epiſcopo & Aimone abbate rogatum, commendâſſe, Ademarus & chronologus Auriliacenſis verbis jam recitatis affirment, quódque Odo ipſemet, qui Vitam à Marriero & Quercetano vulgatam ſcripſit, id ſeſe à Turpione & Aymone abbate multa vi precum adactum feciſſe, in Epiſtola dedicatoria & in Præfatione*

C *luculenter prodat. Accedit, quòd, quæ Petrus venerabilis lib. 2 Miraculorum cap. 25 è* S. Geraldi *Vita, ab Odone Cluniacenſi ſcripta, excerpſit, ſequentia iſthæc verba:* Somniorum viſiones non ſemper ſunt inanes *in Vita à Marriero & Quercetano vulgata lib. 1, num. 6 legantur; ut janè genuinus & verus B. Odonis abbatis Cluniacenſis fœtus ſit Vita* S. Geraldi, *quam in Bibliotheca Cluniacenſi edidit Marrierus & Notis illuſtravit Andreas Quercetanus.*

eam autem non poſt annum 942,

5 *Verùm quo circitèr tempore Odo Cluniacenſis litteris eam mandârit, hîc definiendum. Flodoardus in Chronico ad annum 942 ſic ſcribit:* Domnus Odo venerabilis abbas, multorum reſtaurator monaſteriorum ſanctæque regulæ reparator, Turonis obiit & ſepultus eſt apud ſanctum Julianum. *Hiſce autem chronologi illius tranſcriptis verbis aſſentitur anonymus chronologus Dolenſis apud Labbeum tom 1 Bibliothecæ pag* 315, *ad eumdem annum* 942 *Odonis obitum ſignans.* Hinc corrigendi, *inquit Mabillonius Annal. Bened. lib.* 44, *num.* 39, cùm veteres nonnulli, tum recentiores, qui tempus ejus obitûs & locum ſepulturæ aliter notant. *Et meritò quidem; cùm enim Joannes, Odonis biographus, aliique, quibus tutò fidi* D *queat, nuſquam annum, quo ſanctus is abbas obierit, exprimant, Flodoardo certè auctori ſynchrono, Dolenſique chronologo, annum* 942 *aſſignantibus, fides indubitata videtur adhibenda. Jam verò, cùm ſic habeat, ac* S. Geraldus *anno circitèr* 909, *utì infrà ſumus dicturi, vitam cum morte commutârit, conjectarium eſt, ut certè triginta quatuor poſt Sancti obitum nondum elapſis annis Vita ejus, à Marriero & Quercetano ſub Odonis Cluniacenſis abbatis nomine vulgata, fuerit abs hoc in litteras conjecta. Ac eam quidem, quam ab Odone poſt annum* 942 *ſcriptam eſſe non poſſe, è jam dictis etiam conſequitur, litteris tamen non fuiſſe ab eodem ante annum* 923 *mandatam, è jam dicendis patefcet.*

ſed anno circitèr,

6 S. Geraldi *res geſtas, non niſi Aimonis abbatis ſeu ſuaſione ſeu precibus adactum ſe litteris commendâſſe, in Epiſtola Operi præfixa & in Præfatione Sancti noſtri biographus prodit, his verbis Aymonem alloquens:* Affectu recolendo pro ſuis meritis domno Aymoni abbati conſervus fratrum Odo perpetuam ſalutem in E Chriſto. Libellum, venerabilis pater, quem de converſatione & miraculis beati hominis Geraldi, me, qualitercúmque poſſim, dictare tam imperiosè nuper ſuaſeras, jam, licèt tremens, aggredior. *Haud abſimilia in Præfatione habet:* Siquidem, *inquit*, & domnus Turpio epiſcopus & dilectiſſimus ac venerabilis abbas Aymo cum aliis quàm pluribus multa vi precum me coëgerunt, ut hæc aggrederer. *Aimoni abbati hoc Opus ab Odone nuncupatur. Aimo igitur tunc aliquod monaſterium abbatis munere moderandum ſuſceperat, & quidem eum Tutelenſi cœnobio fuiſſe tum præpoſitum, è chronologi Auriliacenſis verbis num.* 3 *recitatis apparet, idque etiam concludi poſſe videtur è ſequentibus hijce, quæ ſubdo, Odonis in Præfatione verbis:* Cùm cauſa inſiſteret, ut Tutelenſis cœnobii fraternitatem inviſeremus, ad ſepulchrum ipſius (S. Geraldi *nempe*) intendere libuit. Tunc accitis quatuor his, quos ipſe nutriverat..., ſed & aliis quàm pluribus, de moribus & qualitate vitæ ejus hactenùs diſquiſivimus... Comperto autem quàm religiosè vixerit, & quòd hunc Deus in ſua F gratia pluribus indiciis eſſe monſtraverit, jam de ejus ſanctitate dubitare nequivimus. *Tutelam ergò S. Odo advenerat, cùm in mores & qualitatem vitæ* S. Geraldi *inquiſiturus Auriliacum petiit; aſt Odoni Tutelâ Auriliacum proficiſcenti ſocium adfuiſſe Aimonem abbatem, indicant verba, quibus ſic Aimonem compellat in Epiſtola dedicatoria:* Nonnulla, de quibus tu fortè cauſaberis, prætereo; ſola illa, quæ mihi ſunt vulgata, cùm & tu coràm adeſſes, certis authoribus contexens. *Odonem, Tutelam advenientem, hoſpitio receperat Aimo abbas & poſtquam eum ad Hiſtoriam* S. Geraldi *conſcribendam adegiſſet, ipſi Aureliacum petenti adfuit itinerìs & faciendæ inquiſitionis ſocius. Ut quid, quæſo, Aymo Tutelæ degiſſet, niſi jam tunc Tutelenſibus fratribus, quos Odo inviſerat, abbas fuiſſet præpoſitus? Ac eum quidem exſtitiſſe Tutelenſem abbatem evincunt Auriliacenſis chronologus & varia inſtrumenta in Appendice Hiſtoriæ Tutelenſis à Baluzio congeſta.*

uti ex variis

7 *Quo autem circitèr tempore Aymo Tutelenſe cœnobium regendum acceperit, docet nos Re-*

A *Rodulfi Francorum regis, quod in Appendice Hiſt. Tutel. col* 325 *& ſeq. exhibetur, præceptum, ſequentibus his verbis initio conceptum:* Notum ſit omnibus, quod ego, Rodulfus Francorum rex, de ſtatu religionis redintegrando ſollicitus, Tutelen ſe cœnobium in regulari propoſito, ùt olim fuerat, reparare decrevi; .... precibus autem viri Ademari, ... ſuggerente etiam Ebalo comite, cuidam religioſiſſimo abbati Aimoni locum eundem ad reſtaurandum regulare propoſitum commendaveram atque cœnobio ſancti Savini ſubjectum feceram. *Hinc Aimonem ad cœnobium Tutelenſe non niſi vocante Rodulfo, Francorum rege, acceſſiſſe patet, ut* ibi *ſcilicet* regulare propoſitum inſtauraret. *Cùm autem Rodulfus anno dumtaxat* 923 *menſe Julio à Francis in regem aſſumptus fuerit, eam ob cauſam nec Aymo Tutelenſi cœnobio prælatus eſſe, nec Odoni Auriliacum petenti, ut in ſancti Confeſſoris vitam & mores inquireret, jocius adeſſe, nec ſibi dicatam Hiſtoriam, quam S. Odo* nuper *ejus ſuaſione contexuerat, accipere potuit ante annum* 923, *quo*

B *Rodulfus Francorum rex renuntiatus eſt. Ac id quidem tamquam certum & indubitatum habendum reor.*

8 *Nunc conjecturis paululùm indulgentes,* in medium *tempus, quo B. Odo Hiſtoriæ* S. Geraldi *contexendæ manum admoverit, propiùs determinemus. Odonem*, S. Geraldi *biographum, ſub anni* 926 *finem aut certè non ſeriùs, quàm ſub anni* 927 *initium, factum eſſe Cluniacenſem abbatem, dilucidè probant, quæ Mabillonius Annalium Bened. lib.* 42, *num.* 88 *in medium adducit. Adhæc eumdem Odonem, priuſquam Cluniacenſe monaſterium moderandum acceperit, exſtitiſſe Tutelenſem abbatem, validè monſtrant, quæ ſubdo. Bernardus Guidonis, Lodovenſis epiſcopus, in libro De diœceſis Lemovicenſis Sanctis, Biblioth. Lab. tom.* 1, *pag.* 636 *& ſeq. edito, ſic ſcribit:* Sanctus Odo, ſecundus abbas Cluniacenſis, qui priùs fuit abbas Tutelenſis, Lemovicenſis diœceſis. *Nec ab hoc ſcriptore antiquum, quod in Notis ad* S. Geraldi *Vitam col.* 29 *à Quercetano laudatur, Martyrologium Lemovicenſe, utpote ſequentia iſthæc ibidem tranſcripta verba:* Odo, ſecundus

C abbas Cluniacenſis, primò fuit abbas Tutelenſis, Lemovicenſis diœceſis, *ſubminiſtrans, abludit; ut ſanè & hoc & Bernardus Guidonis, Odonem non priùs, quàm cùm Tutelenſis fuiſſet creatus abbas, Cluniacenſem evaſiſſe abbatem, luculentiſſimè tradant.*

9 *Verùm cùm ad id perſuadendum & Martyrologii illius, cujus ignoratur ætas, &* hic adductis *Bernardi Guidonis, qui ante ſec.* XIV *haud floruit, auctoritas videri queat haud ſufficiens, lubet aliud, quo ad rem credendam lector inducatur, adjungere. Rodulfus Francorum rex in præcepto, ſuperiùs à nobis laudato & in monaſterii Tutelenſis favorem conceſſo, ſic loquitur:* Poſt diceſſum fideliſſimi & amantiſſimi noſtri domni Odonis, *qui prædicto Aimoni, cui, ùt ex eodem præcepto liquet, Tutelenſe cœnobium, ut in eo regulare propoſitum* inſtauraret, idem rex commendaverat, ſucceſſit, & poſt Adacium, quem iſdem venerabilis Odo ſibi ad vicem ſuam ſupplendam ordinari petiit, licentiam habeant (*Tutelenſes nempe monachi*) ſecundùm regulam ſancti Benedicti, quemcúnque ſan ori conſilio maluerint ex ſeipſis eligendi. *Odo itaque, utì hinc intelligitur, & Aimoni abbati in Tutelenſem abbatiam ſucceſſit &, cum* AUCTORE D. A. B. *in hanc ſucceſſiſſet, Adacium ad vicem ſuam ſupplendam ordinari ſeu coabbatem ſibi conſtitui poſtulavit; aſt quandonam hæc facta? Baluzius in dicta Hiſtoriæ Tutel. Appendice col.* 35 *& ſeq. affert Chartam, è qua, Adacium anno* 928 *jam exſtitiſſe Tutelenſem abbatem, conſtat, ut proinde is, ſi non citiùs, certè hoc ipſo anno ad Odonis vicem in abbatia Tutelenſi ſupplendam fuerit ordinatus ſeu coabbas Tutelenſis conſtitutus; fuiſſe autem jam inde ab anno* 927 *ad dignitatem hanc promotum, veroſimile vel ex eo apparet, quòd, quemadmodùm quæ Mabillonius loco proximè citato adducit, evincunt, ſub anni hujus initium tria monaſteria diverſa, Cluniacenſe videlicet, Miſcianenſe ac Dolenſe, moderanda Odo acceperit, quódque veroſimiliter tunc, cùm ſeſe & tribus hiſce cœnobiis ſimul & Tutelenſi gubernandis imparem conſpiceret, Adacium ſibi pro Tutelenſi adminiſtrando adjutorem ſeu coabbatem adjungi poſtulárit.*

10 *Jam verò, cùm Odo aliquamdiu, priuſ-* rationibus monſtratur. *quam id faceret, Aimoni in abbatiam Tute-* E. *lenſem ſucceſſiſſet, conjectarium fit, ut huic, ſi non citiùs, ſaltem non ſeriùs, quàm anno* 926, *fuerit præfectus; utque proinde Martyrologio Lemovicenſi & Bernardo Guidonis, Odonem non priùs, quàm cùm Tutelenſis exſtitiſſet abbas, evaſiſſe Cluniacenſem abbatem, dijertè per verba ſuperiùs tranſcripta aſſerentibus videatur haud immeritò aſſentiendum. Porrò, ut ad id, ob quod hæc de Odonis apud Tutelenſes præfecturæ tempore diſſerui, jam veniam, Odo, cùm ex cauſa quadam, ùt ipſe in ſua ad* S. Geraldi *Vitam Præfatione innuit, Tutelam ad monachos, ibidem exiſtentes, inviſendos acceſſiſſet, ac proin, utì hinc conſequi videtur, tunc, cùm nondum Tutelæ abbatis fungeretur officio, ſeu ibidem veluti abbas degeret, Auriliacum ſeu ad* S. Geraldi *ſepulchrum, quò in ejus mores vitæque qualitatem inquireret, acceſſit: cùm Odo autem, ſi non citiùs, veroſimiliter, ùt dictum eſt, haud ſeriùs, quàm anno* 926 *Tutelenſis factus ſit abbas, conjectarium eſt, ut ante hunc annum Auriliacum in mores & vitam* S. Geraldi *inquiſiturus acceſſerit & anno* 926 F *aut uno ex tribus præcedentibus, priuſquam ad Cluniacenſe monaſterium aut ad alia moderanda evocaretur, hortationi, ùt ipſe ait,* nuper *ab Aimone factæ, obſecutus, Operi conſcribendo manum admoverit, idque, inter annum* 923 *&* 926 *abſolutum, Aimoni abbati, utì è jam dictis apparet, inſcripſerit.*

11 *Verùm totum hoc ratiocinium, paucis* 926 contextam. *verbis contractum, ſic propono: S. Odo, nec cùm Aimonis precibus adductus, in* S. Geraldi *mores & vitam inquiſiturus, Auriliacum venit, nec cùm brevi, poſtquam ad illius Hiſtoriam contexendam ab Aimone abbate excitatus fuiſſet, Operi manum admovit idque jam perfectum iſti inſcripſit abbati, ullo erat, ùt videtur, ſeu Tutelenſis ſeu Cluniacenſis abbatis titulo inſignitus. Porrò cùm, teſte Mabillonio, Cluniacenſe cœnobium non niſi anno* 927 *moderandum ſuſceperit, cúmque, ùt ſcribit Bernardus Guidonis & ſicut innuunt varia inſtrumenta mox in medium adducta, priùs fuerit Tutelenſi cœnobio prælatus, eum* S. Geraldi *Hiſtoriam circa annum* 926 *aut uno ex binis annis præcedentibus contexuiſſe, conjectarium evadit. Nec diu eumdem, poſtquam ad* S. Geraldi *Vitam*

AUCTORE D. A. B.

tam ſcribendam ab Aimone fuiſſet excitatus admoviſſe Operi manum, indicant iſthæc, quibus hunc in Epiſtola dedicatoria compellat, ſequentia verba: Libellum, quem de converſatione & miraculis beati hominis Geraldi me, qualitercúmque poſſim, dictare tam imperiosè NUPER ſuaſeras, jam licèt tremens aggredior.

Aimoni Tutelenſi, poſteà S. Martialis Lemovicenſis abbati, inſcriptam,

12 *Quòd ſi nihilominùs tunc Odo exſtitiſſet Tutelenſis abbas, haud propterea tamen Baluzio Aimonem abbatem, cui* S. Geraldi *Vita inſcribitur, eſſe eo in caſu haud poſſe Tutelenſem nominis illius abbatem, in Hiſtoria Tutelenſi pag.* 74 *contendenti fuerit aſſentiendum. Aimo enim, dum Odo monaſterii Tutelenſis abbas aut, ſi mavis, coabbas, quod ante annum* 929 *fuerit è dictis certò factum, conſtitutus, aliquamdiu adhuc Tutelenſis abbatis & nomen & officium retinuit, utì fidem faciunt Chartæ tres in Hiſtoriæ Tutelenſis Appendice coll.* 327, 339 *& tribus ſeqq. à Baluzio adductæ; in hiſce enim, quarum una anno* 930, *duæ reliquæ anno* 931 *fuerunt datæ, Aimo adhuc veluti abbas Tutelenſis comparet. Hinc*

B *porrò etiam conſequitur, ut, etiamſi Odo, dum* S. Geraldi *Vitam ſcriberet, exſtitiſſet Tutelenſis abbas, neceſſe tamen, contrà ac Baluzius exiſtimavit, neutiquam foret, ut hæc Aimoni, S. Martialis abbati, qui ab Aimone Tutelenſi abbate fuerit diverſus, crederetur inſcripta. Et verò cùm Aimo, cui Odo* S. Geraldi *Vitam, à ſeſe, illo rogante, concinnatam, inſcripſit, monaſterii Tutelenſis regimen anno* 923 *haud penitùs, utì è jam dictis patet, abdicárit, ut quid, quæſo, eum, indubiè cum Aimone, Tutelenſi abbate, cujus rogatu* S Geraldi *Vitam ſcripſiſſe Odonem, Auriliacenſis chronologus apud Mabillonium Veterum Analect., anno* 1676 *editorum, tom.* 2, *pag.* 237 *ait, unum atque eumdem, ab Aimone Lemovicenſi S. Martialis abbate, cujus juſſu* S. Geraldi *Vitam edidiſſe Odonem, Ademarus Chabannenſis apud Labbeum Biblioth. tom.* 2, *pag.* 272 *ſcribit, diverſum eſſe, exiſtimemus? Odo, non duorum, ſed unius dumtaxat abbatis, nomine* Aimonis, *cujus impulſu ſeſe contexuiſſe* S. Geraldi *Vitam ait, mentionem inſtituit, nec quidquam obſtat, quominùs Aimo,*

C *qui anno* 925, *imò verò & anno, utì è dictis conſtat,* 931 *Tutelenſis abbas adhuc exſtitit, Lemovicenſis deinde S. Martialis abbas circa annum, ùt chronicas ab Ademaro apud Labbeum aſſignatas Notas computanti pateſcet,* 936 *evaſiſſe credatur.*

ſidèque integra, quam

13 *Utut ſit, Odo equidem* S. Geraldi *Vitam vel anno* 926 *vel altero è proximè prægreſſis, ſive interim tum exſtiterit ſive non exſtiterit Tutelenſis abbas, veroſimiliter, utì è jam ſuprà dictis nemo non eruet, conſcripſit, cúmque adeò id nondum octodecim poſt* S. Geraldi *obitum, qui è dicendis anno circitèr* 909 *evenit, elapſis annis præſtiterit, ea ſanè ob tempus, quo ſcripta eſt, maximam ſibi auctoritatem adjungit. Nec minori in pretio ob diligentiam, quâ, quas complectitur, res examinatæ fuére, meretur haberi. Audi, quî hìc opportunè ad inſtitutum noſtrum ipſemet Odo in ſua in Lucubrationem illam Præfatione loquatur:* Sed cùm cauſa inſiſteret, ut Tutelenſis cœnobii fraternitatem inviſeremus, ad ſepulchrum ipſius Geraldi intendere libuit. Tunc verò, accitis quatuor ex his, quos ipſe nutriverat, Hugone videlicet monacho, Hildeberto ſacerdote, Witardo quoque & alio Hildeberto, nobilibus laïcis, ſed & aliis quàm D pluribus, de moribus & qualitate vitæ ejus hactenùs diſquiſivimus: nunc ſimul, nunc ſeorsim, quid ſinguli dicerent, vel ſi in dicendo ſibi concordarent, certatim inſpeximus, tacitè expendentes, ſi talis Vita ejus eſſet, cui fortè miracula conveniſſent. Comperto autem, quàm religiosè vixerit, & quod hunc Deus in ſua gratia pluribus indiciis eſſe monſtraverit, jam de ejus ſanctitate dubitare nequivimus. *Cùm itaque Odo, utì ex his ejus verbis fas eſt colligere,* S. Geraldi *Vitæ conſcribendæ non priùs, quàm cùm optima atque accurata rerum, ad hanc ſpectantium, notitiâ eſſet inſtructus, manum admoverit, nec quin id ſumma fide præſtiterit, dubitare ſinat notiſſima Viri ſanctitas, eſt ſanè ob jam dicta, cur iis, quæ in Lucubratione illa de* S. Geraldo *narrat, fides certa atque indubitata, niſi quid obſtet, adhibeatur.*

an alia de S. Geraldo, quæ hìc memorantur, ſcripta

14 *Is porrò Odonis fœtus, Sirmondi manu deſcriptus, ad Muſeum Bollandianum pervenit, ſed Vitæ, à Marriero & Quercetano vulgatæ, ita ſimilis, ut ne minima quidem ſive in verbis, ſive in librorum ac capitum diſtributione diſcrepantia inveniatur. Alia inſuper ex codicibus Miſſ. Compendienſi & Conchenſi nactus eſt breviora* S. Geraldi *Acta Mabillonius;* Quæ, *inquit Sæc.* v *Benedict. part.* 1, *pag.*6, cùm nihil ab Odonis fetu diverſum habeant, illa etiam omittere ſatiùs duximus, quàm ſcriptionibus inutilibus tomum hunc onerare. *Mabillonius nec duo illa ultima Vitæ* S. Geraldi *ab Odone ſcriptæ capita, quæ in Bibliotheca Cluniacenſi deſiderantur, ex Codice Miſſ. Ciſtercienſi per bonæ memoriæ Johannem Lannoyum Ciſtercienſem monachum tranſmiſſa, nec ſermonem eis adnexum excudi curavit. An de iſto ſermone Dominicus à Jeſu Carmelita Diſcalceatus, & poſt hunc D. Compaing, in diœceſi Toloſana Savenenſis paſtor, in Hiſtoria* S. Geraldi, *Gallicè ſcripta & typis Aureliacenſibus anno* 1717 *vulgata, loqui voluerint, haud ſcio? Aſt ad propoſitum noſtrum multùm fortè feciſſet ille, de quo in ſuo de Arverniæ Sanctis Opere, anno ſeculi proximè elapſi quinquageſimo ſecundo typis vulgato, pag.* 595 *Brancheus meminit, Miſſ. de* S. Geraldi *Miraculis liber, Aureliaci olim ſervatus, cujus & mentionem à* F *Vitæ* S. Geraldi, *Rithmis Latinis contextæ, auctore inſtitui & ſeſe illorum nonnulla in Opus ſuum intuliſſe, loco mox citato Brancheus affirmat.*

mereantur, dubitamus, certò dignam Comm. huic ſubjiciemus.

15 *Verùm cùm nec Miſſ. iſte de* S. Geraldi *Miraculis liber, nec Rithmica, in qua hujus mentionem fieri, loco cit. ait Brancheus,* S. Geraldi *Vita ad manum nobis ſit, quo in pretio ambæ iſtæ lucubrationes habendæ & an prelo dignæ ſint, determinare haud poſſumus, dubitamuſque, an tales ſint, ut à lectore deſiderari multùm queant; quod autem ad duo capita ſermonemque hiſce annexum, quæ Mabillonius excudenda haud curavit, jam ſpectat, hæc, cùm idcircò, quòd aut nihil aut parùm ad* S. Geraldi *Vitam illuſtrandam conferrent, à ſeſe non eſſe excuſa Mabillonius inſinuare videatur, non magìs ſanè, quàm breviora, quorum idem Mabillonius loco ſuprà cit. meminit,* S. Geraldi *Acta lectori ſunt expetenda typiſque adeò cum hoc, etſi etiam ad manum forent, haud eſſent communicanda. Idem, cùm* S. Geraldi *Vita, à S. Odone [illegible]nſi abbate concinnata ac à Marriero & Quercetano in Bi-*

A *Bibliothecam Cluniacenſem illata, dilucidè, quæ ad* S. Geraldum *ſpectant, exponat, fidem certam atque indubitatam, utì è ſuprà dictis palàm eſt, mereatur, lectorique exhiberi ſit vel idcircò quàm maximè digna, eam, in capita & numeros pro more noſtro diviſam, Commentario huic ſubjiciemus, Annotationibus etiam, quibus illuſtretur, ubi ſubinde id argumenti ratio exiget, adjectis.*

§ II. Quo circitèr tempore & quàm nobili loco natus ſit Sanctus.

Sanctus, quem anno Abbonis, Lemovicenſis abbatis, quinto natum, Ademarus verbis

B *ANno quinto, quo Abbo albas Lemovicenſe S. Martialis monaſterium rexit, natum eſſe* S. Geraldum, *Ademarus, hic ſuprà num.* 3 *laudatus, ſeculi* XI, *nondum admodùm diu inchoati, utì ex ibidem dictis intelliges, ſcriptor, in Opuſculo, quod* Commemoratio Abbatum Lemovicenſium Baſilicæ S. Martialis Apoſtoli *inſcribitur, quodque in Bibliotheca Mss. Labbeana tom.* 2 *à pag.* 271 *excuſum exſtat, memoriæ prodit. Quare, ut, quo circitèr Chriſti anno natus ſit Sanctus noſter, evadat compertum, tempus, quo quintus iſte Abbonis annus cucurrerit, determinandum dumtaxat eſt. Id itaque hic faciamus. Textus, quo, quod modò dixi, Ademarus memoriæ prodit, ſequentibus his verbis concipitur:* Anno DCCCXLVIII ab Incarnatione Domini Indictione XI, pridie Kalendas Aprilis... mutatus eſt canonicalis habitus in monaſticum in baſilica Salvatoris mundi & Martialis ejus apoſtoli Lemovicâ civitate. Hoc Ainardus abbas ipſius loci... egit & tam ipſe quàm omnes canonici ſemetipſos in eodem loco monachos fecerunt & noluerunt ex ſemetipſis abbatem conſtituere, ſed regularem abbatem ſancti Savini, nomine Dodonem, ſibi abbatem elegerunt.....

hic recitatis ſcribit, natales anno 855 *vel* 856,

C 17 Primus itaque abbas hujus loci ex monacho fuit idem Dodo & præfuit tribus annis. Secundus abbas Abbo præfuit annis XI, cujus anno quinto Carolus Calvus (*imò verò, utì ex infrà citando annaliſtæ Bertiniani textu pronum eſt intelligere*, Carolus Junior *ſeu* Caroli Calvi filius) in regem Lemovicas unctus eſt à Radulfo Bituricenſi archiepiſcopo & Stodilo Lemovicenſi epiſcopo & aliis Franciæ & Aquitaniæ & Italiæ & Burgundiæ multis archiepiſcopis & epiſcopis. Hoc anno cœnobium Bello-locum à Rodulfo archiepiſcopo fundatum & conſecratum, & S. Geraldus Aureliacenſis natus eſt. Obiit Abbo XIV Kalend. Junii. *Quòd ſi anni tres, quibus Dodonem, annique itidem undecim, quibus Abbonem, ſucceſſorem hujus proximum, Lemovicenſi S. Martialis monaſterio præfuiſſe, Ademarus his verbis tradit, completi exſtiterint, conſectarium erit, ut Dodoni in ſacri iſtius aſceterii regimen, cui hunc fuiſſe ſub Aprilis initium anno* 848 *admotum, ex iiſdem verbis nemo non ſtatuet, ſub Aprilem anni* 851 *fuerit Abbo ſuffectus, utque adeò annus quintus, quo hic dictum monaſterium moderatus eſt, abs anni* 855 *Aprili uſque ad anni* 856 *Aprilem fuerit in curſu; jam verò, cùm ſic annus Abbonis quintus partim cum anno* 855 *& partim cum anno* 856 *concurrat, conjectarium ulteriùs fit, ut* S. Geraldus, *quem, ùt dixi, anno quinto Abbonis natum, Ademarus, quo hic ſtandum, ſcribit, natales primùm vel anno, ùt Sæc.* V *Benedictini part.* 1, *pag.* 6, *& Annalium Benedictinorum tom.* 3, *pag.* 293 *Mabillonio placet,* 855, *vel anno, ùt in ſuis in Sancti Vitam Adnotationibus Quercetanus ſtatuit,* 856 *fuerit adeptus.*

vel certe, uti ex iis, quæ hîc

18 *Ac horum quidem annorum alterutro natum eſſe* Geraldum, *erit omninò, ùt conſideranti pateſcet, indubitatum ac certum, ſi verè anni, quibus Dodonem proximumque hujus ſucceſſorem Abbonem Lemovicenſi S. Martialis monaſterio præfuiſſe, Ademarus ſcribit, completi exſtiterint. Verùm annos iſtos non ſecùs ac ſæpe aliàs quantùm ad annos, quibus quid duráſſe auctores antiqui ſcribunt, fieri debere nemo non novit, accipiendos pro incompletis dumtaxat eſſe, vel ex eo liquet, quòd Abbo, ut Lemovicenſe Chronicon, in Labbeana Mss. Bibliotheca tom.* 2 *à pag.* 332 *excuſum, fidem facit, anno* 861 *die* X *Martii, vel, ùt verbis, ſuprà huc tranſcriptis, Ademarus ſtatuit,* XIX *Maii, exceſſerit è vivis, nec ab Aprili anni* 851, *quo Abbo Dodoni, ſi anni tres, quibus hunc Lemovicenſi S. Martialis monaſterio præfuiſſe, Ademarus ſcribit, completi exſtiterint, ſuffectus è jam dictis fuerit, uſque ad anni* 861 *diem* XIX *Maii, nedum Martii* X, *anni undecim, ſed tantùm ferè decem excurrerint. Adhæc Ademarus (ſcriptoris hujus verba num.* 17 *recitata videſis) Caroli Junioris, qui Caroli Calvi filius erat, in regem Aquitaniæ unctionem, menſe Octobri anni* 855, *ad mediam ſui partem, utì apud Cheſneum Scriptor. Franciæ tom.* 3, *pag.* 208 *annaliſta Bertinianus ad annum iſtum docet, jam provecto, peractam, cum Abbonis anno quinto conjungit.*

E

adducuntur, conſequitur, anno 854, *ultra* XV *Octobris jam provecto,*

F 19 *Quare neceſſe eſt, ut hic dicto anno* 855, *menſe Octobri medio ſeu* XV *hujus die adhuc exſtiterit in curſu; cùm autem tunc, ſi ante anni* 850 *Octobrem medium ſeu diem menſis hujus* XV *moderari dictum monaſterium incepiſſet Abbo, annus hujus non quintus, ſed ſextus, ut computanti fiet perſpicuum, fuiſſet in curſu, neceſſe eſt, ut monaſterio iſti Abbo non citiùs, quàm anno* 850, *ultra diem Octobris* XV *jam provecto, præeſſe inceperit, cumque, ùt jam docui, anno* 861 *vel Martii die* X, *vel Maii* XIX *obierit, nec ab anno* 850, *ultra Octobris* XV *provecto, uſque ad anni* 861 *vel Martii* X *vel Maii* XIX *diem anni completi undecim, ſed decem dumtaxat unà cum aliquot menſibus excurrerint, conſectarium eſt, ut anni undecim, quibus Abbonem Lemovicenſi S. Martialis monaſterio præfuiſſe, Ademarus ſcribit, accipiendi pro incompletis dumtaxat ſint; jam verò, cùm ſic habeat, Abboque, utì è jam dictis pronum eſt colligere, Lemovicenſe monaſterium vel anno* 850, *ultra* XV *Octobris diem jam provecto, vel non citiùs etiam quàm anno* 851, *paulò ſcilicet, ne alioquin annis tantummodò decem, contrà ac Ademarus ſtatuit, ſacro iſti aſceterio præfuiſſe ſit dicendus, dumtaxat inchoato, moderari haud dubiè inceperit, conſectarium ulteriùs fit, ut regiminis ejus annus quintus vel ab anno* 854, *ultra* XV *Octobris diem jam provecto, uſque ad annum* 855, *ultra* XV *Octobris diem pariter provectum, vel abs anni*

AUCTORE D. A. B.

855 *initio uſque ad anni* 856 *initium excurrerit, utque proinde* S. Geraldus, *qui, quemadmodùm ſuprà ex Ademaro jam docui, anno Abbonis quinto eſt natus, natales, ſi non anno, ùt veroſimillimùm apparet,* 855 *vel ſequenti, certè anno* 854, *ultra* XV *Octobris diem jam provecto, ſit nactus.*

nobiliſſimo è genere eſt nactus;

20 *Modò à natali Sancti tempore ad nobilem ejus proſapiam ſermonem convertamus. Odo Vitæ edendæ num.* 5 *ſequentem loquitur in modum:* Geraldus, patre Geraldo, matre verò Aldetrude progenitus, carnis nobilitate tam excellenter illuſtris, ut inter Gallicanas familias ejus proſapia tam rebus, quàm probitate morum, generoſior videretur. Fertur enim, quod parentes illius modeſtiam atque religionem veluti quadam hæreditaria dote ſibi tenuerint; cujus rei duo teſtes ex eadem ſtirpe emergentes exiſtunt ad hoc adſtruendum ſatis idonei, ſanctus videlicet Cæſarius, Arelatenſis epiſcopus, & beatus Aredius abbas. *Ita hactenus Sancti noſtri laudatus biographus, nobiliſſimos eſſe hunc natales nactum, luculentiſſimè ſanè tradens, nec, an verbis, quibus* B *id facit, adhibenda omni modo fides ſit, revocandum eſt in dubium. Præterquam enim quòd in eorum, quæ ad Sanctum noſtrum ſpectant, ſcriptione Odo certè ſumma auctoritate polleat, ejus de clariſſimo* Geraldi *ſtemmate aſſertionem firmant, quæ de illo habet S. Genulphi, in Opus noſtrum ad* XVII *Januarii diem jam illati, Miraculorum ſcriptor, qui, quo hæc complexus eſt, Opus poſt annum, ùt Franciæ Hiſtoriæ litterariæ ſcriptores tom.* 6, *pag.* 520 *docent,* 990 *aut ſeculo undecimo contexuit. Ejus, quæ huc ſpectant, quæque in Opere illo num.* 20 *leguntur, verba ſequentia hæc ſunt:* Sanctus quoque Geraldus, vir magnæ ſanctitatis & præclaræ nobilitatis, ipſis temporibus (*ſec.* IX *nempe labentibus*) claruit, qui Aureliacum monaſterium conſtruxit. *Adhæc, nobiliſſimo è genere natum eſſe* Geraldum, *inter omnes, qui rem examinârunt, ſcriptores recentiores convenit.*

etſi autem Odoni, Geraldum etiam ex eadem, è qua Cæſarius & Aredius fuére,

21 *Verùm an ex eadem quoque ſtirpe, è qua S. Cæſarius, Arelatenſis epiſcopus, & S. Aredius, Attanenſis abbas, fuerunt, certò eſt ſatus? Id ſanè, ùt mihi equidem apparet, proximè huc tranſcriptis verbis Odo etiam tradit; etſi enim, dum hiſce de Sancti noſtri parentibus, qui modeſtiam juxtà ac religionem* veluti quadam hæreditaria dote *ſibi tenuerint, ſermonem inſtituit, poſſediſſe reipſa illos* veluti quadam hæreditaria dote *binas haſce virtutes, haud affirmet, ſed tantùm, utì vel è ſolo, quo utitur, verbo* fertur *fit perſpicuum, lectorem, quidnam, eò ſpectans, vulgi fama ferat, edoceat, ſecùs tamen, dum rei iſtius, modeſtiam ſcilicet & religionem,* veluti quadam hæreditaria dote, *ſibi tenuiſſe* S. Geraldi *parentes, teſtes duos,* ex eadem, *è qua hi erant,* ſtirpe emergentes, *exiſtere, mox ſubjungit, res habet, utì vel ex eo apparet, quòd alioquin vel* ût aiunt *vel aliam ſimilem loquendi formulam inter voces* ex eadem ſtirpe *& vocabulum* emergentes *interpoſiturus fuiſſe videatur. Et verò,* Geraldum *ex eadem, è qua Cæſarius & Aredius fuerunt, ſtirpe ab Odone proximè huc tranſcriptis verbis aſſeverari, Mabillonius etiam & Quercetanus exiſtimârunt. Ac prior quidem Sæc.* V *Benedictini part.* 1, *pag.* 6, *poſterior verò in ſuis in Sancti noſtri Vitam, ab Odone conſcriptam, Adnotationibus non obſcurè id prodit. Verùm hic ſimul, an Odo à veritate ea in re haud aberrarit, dubitâſſe videtur.* D

ſtirpe ortum aſſerendi, credendum appareat,

22 *Recitatis enim col.* 29 *Cypriani, S. Cæſarii diſcipuli, qui Vitam ejus ad diem* XXVII *Auguſti Operi noſtro injertam compoſuit, verbis, nonnullisque deinde de Cæſario adhuc obſervatis, ſubjungit:* Sed, qualiter ex ejus (*Cæſarii*) ſtirpe S. Geraldus, Aureliacenſis comes, emergere potuerit, utì notat S. Odo, mihi certè nondum liquet; *ac tranſcripto paulò pòſt Kariſſimæ cujuſdam nobilis matronæ præcepto, quo B. Aredii generationem à Childeberto Francorum rege deducit, ſequentem loquitur in modum:* Sed nec inde quis poteſt diſcere, S Geraldum, comitem Aureliacenſem, iſto ſuprà nominato Aredio nobiliſſimo procreatum fuiſſe, ſicut hic ſanctus Odo noſter aſſerit. *Ita Quercetanus; verùm cùm laudatum Kariſſimæ præceptum longiſſimo tempore ante* S. Geraldi *ætatem fuerit conſcriptum, quid mirum, in eo planè nihil, quod* Geraldum *ex eadem, è qua Cæſarius & Aredius fuêre,* F *ſtirpe ortum eſſe, oſtendat, inveniri? Adhæc, etſi nec documenta alia vel ipſamet* Geraldi *ætate vel haud diu pòſt ſcripta, quibus Cæſarii, Aredii & Geraldi ex eadem ſtirpe origo probari queat, reperiantur, Odoni tamen, qui hanc aſſerit, quique documenta authentica, modò deperdita, quibus aſſertionem ſuam firmare poſſet, veroſimillimè habuerit ad manum, credendum vel ex eo apparet, quòd, ùt ſuprà jam monui, ſumma is ſcriptor auctoritate polleat in iis, quæ de Sancto noſtro memoriæ prodit in Vita, quâ, quæ ad hunc ſpectat, accuratione quàm maximâ eſt complexus.*

inde tamen, ab Odone è regum ſanguine deduci

23 *Aſt, etſi ſic habeat, inde tamen, Sancti genus ex alto regum ſanguine ab Odone deduci, concludendum indubitanter non eſt. Mabillonius quidem, utpote Sæc.* V *Benedict. part.* 1, *pag.* 6 *ſequentibus his uſus verbis,* Geraldi genus ex alto regum ſanguine per Cæſarium Arelatenſem epiſcopum & Aredium abbatem deducit Odo Cluniacenſis; alii per Mathildem, filiam Pippini, Aquitaniæ regis; quam Mathildem Geraldi aviam fuiſſe putant, *contrarium exiſtimârit; verùm, ut ex eo, quòd ex eadem, è qua SS. Cæſarius & Aredius* F *fuére, ſtirpe ortum eſſe* Geraldum, *Odo affirmet, nobile ejus genus ex alto regum ſanguine ab eodem Odone deduci, poſſit concludi, neceſſum eſt, ut Cæſarius & Aredius è regia ſtirpe ſint orti; Cæſarium autem è regia ſtirpe ortum eſſe, nec Cyprianus in Vita ejus, in Opus noſtrum ad* XXVII *Auguſti diem jam illata, edicit, nec quidquam, unde id ediſcatur, alibi memoriæ proditum invenio; quod autem ad Aredium ſpectat, Vitæ illius ſcriptor æqualis, cujus lucubratio in Opere noſtro ad diem Auguſti* XXV *excuſa exſtat, de illuſtri ejus origine num.* 1 *ſcribens hæc habet:* Aredius..., ex urbe Lemovica oriundus, tantæ nobilitatis inter proceres militiæ Chriſtianæ futurus, ſecundum ſæculum quoque nobiliſſimâ, videlicet regiâ, quodque ſublimiùs bene Chriſtianâ prodiit parentelâ. *Quibus certè Aredius ex regum proſapia ortus diſertè innuitur; hac autem in re aſſentiendum Aredii biographo indubitanter ſi ſit, erit ſanè, cur &* Geraldus, *quem ex eadem, è qua Aredius fuit, ſtirpe natum, Odo è jam dictis tradit, regio è ſanguine procreatus credatur.*

AUCTORE D. A. B.

Sancti genus, inferri indubitanter haud poteſt,

24 *Verùm S. Gregorius, Turonenſis epiſcopus, qui de Aredio & miraculis ab ipſo patratis haud ſemel ſermonem habuit, quique cum illo ſingulari amicitiâ junctus fuit, de inclytis ejus natalibus loquens, hæc dumtaxat Hiſtoriæ Franc. lib.* X, *cap.* 29 *ſcribit :* Aredius Lemovicæ urbis incola fuit, non mediocribus regionis ſuæ ortus parentibus, ſed valdè ingenuis ; *ſi autem ad regiam domum ſanguine Aredius pertinuiſſet, hoc procul dubio dixiſſet ſanctus epiſcopus, qui, ùt ex ejus ſcriptis pateſcit, Aredii gloriæ propagandæ ſollicitus ubique videtur. Fortè itaque Aredii proſapiam, non quod revera Aredius ex regibus duxiſſet originem, ſed dumtaxat, ùt nonnumquam aliàs etiam fit, ob inſignem illius natalium ſplendorem* regiam *appellârit biographus ; cùm autem ſic habeat, nec deceſſores noſtri, etſi etiam & ſuprà laudatum Kariſſimæ, nobilis matronæ, præceptum, & nonnulla alia, in quibus regia origo Aredio tribuitur, monumenta antiqua præ oculis habuerint, Aredium è regia ſtirpe ortum, vel in Commentario, Vitæ ejus præmiſſo,*

B *vel alibi pronuntiare ad diem ſuprà laudatam auſi ſint, eſt ſanè, cur id, maximè cùm nec ullum è monumentis illis magno in pretio videatur certò habendum, exiſtimetur admodùm dubium, utque proinde, etſi Odo, eadem ex ſtirpe & Aredium & Sanctum noſtrum emerſiſſe, affirmet, inde tamen, Sancti noſtri genus ex alto regum ſanguine ab Odone deduci, inferri indubitanter haud poſſit.*

nec inde per Mathildem à Brancheo rectè deduci

25 *Neque verò id inde, utì è jam dictis conſequitur, ope Aredii, qui ex eadem, è qua* Geraldus, *ſtirpe ortus ſit, deduci abſque magno errandi periculo poſſe videtur. Modò, an idem* S. Geraldi *genus ex alto regum ſanguine per Mathildem, Pipini Aquitaniæ regis filiam, quæ* S. Geraldi *avia exſtiterit, à Brancheo in Opere, cui titulus :* Vitæ Sanctorum Arverniæ, *rectè deducatur, diſpiciamus. Scriptoris iſtius verba, quæ huc ſpectant quæque ex idiomate Gallico in Latinum hic converto, ſequentia hæc ſunt :* Ludovici Pii filius, Pippinus nomine, Aquitaniæ rex, Geraldo, Albonis filio, Mathildem filiam matrimonio jungendam conceſſit; ex quibus natus eſt Auri-

C liacenſis comes, qui ex uxore Adeltrude ſanctum Geraldum habuit. *Ita ille ; verùm etſi quidem ita Sancti genus à regum ſanguine per Mathildem, Pippini Aquitaniæ regis filiam, apertiſſimè deducat, id tamen rectè à ſe fieri, nulla ſcriptoris antiqui auctoritate dat probatum. Aliquem tamen Geraldum, cum Pippini Aquitaniæ regis filia matrimonio conjunctum, quem Lemovicenſem comitem & Pippini carum nominat cujuſdam auctor fragmenti, à Bouqueto inter Rerum Gallicarum Scriptores tom. 7, pag.* 480 *editi, exſtitiſſe, haud diffiteor : ſed, an is fuerit* S. Geraldi *noſtri avus aut etiam illi ſanguine conjunctus, me latet, nec illud edocet ullus alius hujus ætatis ſcriptor ; ideo vagis dumtaxat ducti conjecturis illud aſſeruerunt pater Dominicus à Jeſu Carmelita, quem laudat Brancheus, & Brancheus ipſe.*

probatur, miſſiſque recentiorum de Sancti proſapia aſſeris,

26 *An Branchei & recentiorum auctoritate fortè permotus Bouquetus tom.* 8 *Scriptorum Rerum Francicarum Geraldum Lemovicenſem, ibidem pag.* 235 *in Chronico Ademari Cabannenſis memoratum, in Notis, Chronico iſti pag.* 232 *ſubjectis, & in Indice Onomaſtico appel-*

laverit S. Geraldi patrem, *edicendo non ſum ; ſed, illum in errorem lapſum fuiſſe, mihi induco in animum. Quem enim* Geraldi *noſtri* patrem *ibidem nominat Bouquetus, ipſe eſt, qui cum filio ſuo Widone ab Helia Petragoricenſi comite, commiſſo prælio, poſt annum* 940 *victus fuit. Aſt,* S. Geraldi, *anno circitèr* 855, *utì è ſuprà dictis liquet, nati annoque circitèr* 909, *utì ex infrà dicendis intelliges, è vivis ſublati, patrem ante ſeculum* X *obiiſſe, nemo non colliget ex iis, quæ S. Odo Vitæ edendæ num.* 9 & 10 *ſcribit. Mitto, quæ de Sancti proſapia ſcripſerunt Hiſt. Occit. auctores tom.* 1, *pag.* 727 & *ſeq. Cùm enim eorum dicta nullis omninò documentis, ſed ſolis innixa ſint conjecturis, nil certi ex his erui poteſt. Sufficit nobis,* S. Geraldum *inter Gallicanas familias inſignem natalium ſplendorem fuiſſe adeptum ; quæ verò de ejus proſapia à recentioribus dicuntur, cùm nulla nobis, quibus firmentur, occurrant documenta, nec vel à B. Odone, vel ab aliis æqualibus aut ſupparibus auctoribus commemorentur, iis prætermiſſis, nonnulla modò de Sancti propinquis ſeu ſanguinis vinculo cum eo con-*

E *junctis allegâſſe præſtiterit.*

nonnulli natalium ſplendore

27 *Sancti ſororem, quam chronologus Auriliacenſis, cujus Opus ſuis Analectis poſter. Edit. à pag.* 349 *Mabillonius inſeruit,* Vicernam *appellat, S. Odo Vitæ edendæ num.* 78 *nominat* Avigernam. *Duos hæc filios habuit, Rainaldum ſcilicet & Benedictum, qui fortè jam ante* S. Geraldum *obierat, cùm hic Teſtamenti Tabulas conficiens, illius non meminerit; eum tamen filium habuiſſe nomine* Athonem, *qui, ex Amelia uxore nulla prole ſuſcepta, Lezatenſe cœnobium amplis ditatum bonis conſtruxit, ſuſpicantur Novæ Hiſtoriæ Occitaniæ ſcriptores tom.* 2, *pag.* 590. *Athonis exemplum imitata Amelia cœnobii alterius, ſancti Petri de Curte nempe, Toloſanæ diœceſis prope Verdunum oppidum, teſte Mabillonio Annalium Benedictinorum ad annum* 940, *num.* 13 *fundamenta jecit. Ex Avigerna autem aut ex ejus filiis nata, ùt apparet, adhuc fuit filia, quam principi Malamortenſi nuptam ſuadet Gaufridus Prior Voſienſis, cujus Opus, in tom.* 2 *Bibliothecæ Mss. à pag.* 280 *illatum, anno, ùt in Syllabo, ſuæ iſti Bibliothecæ præfixo,* F *obſervat Labbeus,* 1183 *fuit contextum.*

illuſtres, qui cum S. Geraldo

28 *Sic enim habet cap.* 3 *ille ſcriptor :* Eo tempore (*ſcilicet Roberti, Francorum regis*) Guido de Turribus, qui cognominatus eſt Niger, inter principes Lemovicini climatis probitatis titulo clarebat. Erat illi uxor non diſpar natalibus, Engaleias nomine, filia principis Malamortenſis Caſtri, quæ ſancti Geraldi Aureliacenſis ex nepte proneptis exſtitiſſe narratur. *Dein cap.* 6, *pag.* 281 *progeniem Guidonis de Turribus ſequentem texit in modum Gaufredus :* Guido, qui Petragorici auxilio comitis oppidum de Pompedour contra vicecomitem de Segur conſtruxit, ſuper caſtrum de las Tour, de Tenaffon & de Altefort, exceptis eccleſiis vel municipiis diverſorum locorum, principatum habuiſſe narratur.....

Hic Guido Lemovicas in bello Kal. Auguſti occubuiſſe & juxta portam monaſterii auſtralem tumulatus exſtitiſſe refertur. Engaleias verò uxor illius Arnaco monacha effecta in ſenectute bona obiit VI Kal. Septembris. Hæc foris limen oſtii, quo de clauſtro itur ad mo-

AUCTORE D. A. B.

nasterium, sepeliri rogavit, ut fidelium ingredientium orationibus Deo spiritus illius devotiùs commendaretur. Horum filiam unicam Aolaars accepit Ademarus lo Contors de Laron filius Rogerii, de qua genuit Guidonem: postea obiit 2 Idus Julii juxta matrem sepulta, quia fragilis multum fuit... Guido de Agne sorore, principis castri de Chambon S. Valeriæ, genuit Guidonem, Geraldum & Gulferium, & Arnaco tumulatur. Guido Hierosolimis obiit & filius ejus Oliverius, apud Ayent castri Exandonensis occisus 8 Kalend. Decembris, Arnaco honorificè tumulatur. Geraldus de Humberga, filia Sequini militis sui, genuit Guidonem & Seguinum. Guido de Matilde, matre Bosonis de Torena, quæ Arnaco condita est, genuit Guidonem & Gulferium. Horum pater Hierosolimis obiit, cùm rex Ludovicus illic perrexit. Guido de Helisabeth, filia Guidonis Flamene senioris, genuit Gulferium. Gulferius, filius Mathildis de Alpaide, filia Gaucelini de Petra-Bufferia, quæ Arnaco tumulata in capitulo cum reliquis est, genuit

B Guidonem & Radulfum clericum (*hic Guido ad Petragoricensem cathedram anno* 1209 *ab Incarnatione Domini fuit evectus; cujus loco* Rudulfum *seu* Ramnulfum *legendum, Dionysius Sammarthanus in Serie Episcoporum Petrocorensium tom.* 2 *Gall. Christ. col.* 1472 *opinatur.*)

sanguinis vinculo

29 Seguinus, filius Humbergæ de Brunicenda, filia Aimerici de Axia, genuit Geraldum & Seguinum. Seguinus de Aimelina, filia Betranni de Born, genuit Geraldum & Ranulfum. Superior ille, magnusque Gulpherius, de quo mentio in Historia Hierosolimitani belli, frater Guidonis & Geraldi, de Agne filia Ramnulfi vicecomitis de Albusson, per quam habuit medietatem castri de Gimel, genuit Gulferium, qui Lemovicæ vulneratus, obiit in monasterio S. Martialis III Non. Martii, & Oliverium, ac Guidonem, qui Hierosolimis obiit, quando Ludovicus rex perrexit. Oliverius de Almode filia Archambaldi Barbati vicecomitis de Comborn, quæ Arnaco IV Kal. Septem. condita jacet, genuit plures: tantum Agnes, quam Constantinus de Born habuit, & Gulferius superstites fuêre. Constantinus de Born de Agne filia Oliverii genuit Gulferium, quem Guido,

C vicomes Lemovicensis, destruxit.

conjuncti videntur, è scriptoribus antiquioribus recensentur.

30 *Hæc Gaufredus, Prior Vosiensis. Ad* S. Geraldi *stirpem haud dubiè spectabat Joannes, qui Auriliacensis monasterii paulò post* Geraldi *mortem administrationem obtinuerat, quemque illius propinquum fuisse tradunt Auriliacensis chronologus & quædam Raimundi & Bernardi, Auriliacensis & Tutelensis monasteriorum abbatum, litteræ, quibus inter monachos utriusque ecclesiæ de nonnullis prædiis, quæ litis materiam præbebant, circa annum* 984 *initur concordia. Has litteras Historiæ Tutelensis Eccl. pag.* 379 *Baluzius edidit. Cur autem Adalgarium, primum Auriliacensem abbatem,* S. Geraldi *consanguineum Sammarthani Galliæ Christ. tom.* 3, *pag.* 117, *& Baluzius mox citatus pag.* 71 *appellaverint, compertum haud habeo. Illud enim nec S. Odo, nec Auriliacensis auctor edicit. Baluzio fortè hæc scribendi ansam dederint cujusdam in Historiæ Tutelensis Appendice pag.* 343 *& seqq. occurrentia verba, quibus Amalgerius, cognomine* Pallo, *Romam* cum beato Geraldo consanguineo suo *frequentissimè perrexisse dicitur. B. Robertum, Casæ-Dei abbatem, aliqua sanguinis propinquitate cum* S. Geraldo *junctum credi asserit, qui ejus Vitam, huic Operi ad* 24 *Aprilis insertam, composuit sec.* XI, *Marbodus, Andegavensis archidiaconus ac dein episcopus Redonensis. Hæc sunt ejus verba:* Robertus, genere Arvernus, conditione liber, natus est de parentibus Christianis, matre Raingarde, patre Geraldo, qui, ùt creditur, à beati Geraldi Auriliacensis stirpe priscam duxit originem. *Sed hæc de Sancti nostri propinquis aut sanguine cum eo junctis dicta sufficiant.* D

§ III. Turbatis apud Francos rebus, cui regi S. Geraldus adhæserit. In Ramnulfi, Aquitaniæ ducis, mortis tempus inquiritur: illo mortuo, ad Wilhelmum Sanctus confugit: de Ademaro & quibusdam aliis, qui Sancto molesti fuerunt. E

Sanctus, mi-serrimo in Francia

QUasdam res, *à Sancto gestas aut ad ejus historiam spectantes, à Vitæ edendæ num.* 39 *ad* 46 *ita narrat S. Odo, ut, nisi ad certam temporis epocham reducantur, haud facilè intelligi queant. Igitur, ut debito istæ temporis ordine componantur, & sic narrationi, à Sancti biographo contextæ, lux accedat, efficere hocce* § *conabor. Sed, quæ de Francicæ monarchiæ statu exeunte sæculo* IX *habet sanctus abbas Vitæ edendæ num.* 39, *priùs propono.* Geraldus, *inquit*, frequenter à quibusdam provinciarum lacessitus est. Nam rei publicæ statu jam nimis turbato, regales vassos insolentia marchionum sibi subjugaverat. Jam itaque multarum causarum experimentis probatum fuerat, quod, ùt scriptum est, Omnipotens erat contra hostes Geraldi..... Wilelmus planè dux Aquitanorum, cùm tandem vehementer invaluisset, non minis quidem, sed precibus agebat, ut Geraldus, à regia militia discedens, sese eidem commendaret, sed ille, favore comitis nuper usurpato, nequaquam consentit. Nepotem tamen suum, nomine Rainaldum, eidem cum ingenti militum numero commendavit. F

existente rerum, qui hic

32 *Hæc S. Odo; quibus, ùt apparet, Odonis regni initia designare voluit; tanta enim fuit tum in Galliis rerum perturbatio, ut, Carolo ab Germanis anno* 887 *& seq. rejecto & è vivis sublato, reges undique acclamantibus regni proceribus emerserint. Vix per sex annos, id est, ab anno* 888 *ad* 894 *aliqua pace potita est Aquitania. Enimverò etsi Aquitaniam intra regni, ad Oddonem nuper electum spectantis, limites reposuerint tum Abbo &, quisquis ille fuerit auctor, qui versus ejus de Parisiacæ civitatis obsidione Notis illustravit,*

A *vit, tum Hugo Floriacenſis, cujus Opus Bouquetus tom. 9, pag. 321 edidit; licèt, inquam, illi ſcriptores Aquitaniam ad Oddonis regnum pertinuiſſe innuerint, haud pauca tamen occurrunt monumenta, tum à Baluzio in Appendice ad Regum Francorum Capitularia col. 1522, tum à Mabillonio vel tom. 3 Annal. Bened. pag. 272, vel in Appendice ad Marcam Hiſpanicam col. 819 & ſeqq. vulgata aut in Notis ad Oddonis regis diplomata præviis à Bouqueto tom. 9, pag. 440 laudata, quibus Oddonem ab omnibus Aquitanis tamquam regem ſtatim regni ſui initio non fuiſſe habitum, & magnos tum excitatos fuiſſe in Aquitania motus evincitur.*

paucis deſcribitur, 33 *Illud etiam haud obſcurè indicant* 1° *Abbonis verſus ex libro* 2, *pag.* 452 & 453 *deſumpti, qui ſic habent:*

Præterea aſtutos petiit Odo præceps Aquitanos:
Mox ſibi ſubjectis, Francorum regna revisit.

B 2° *Hermanni Contracti verba, ab Bouqueto tom.* 8, *pag.* 245 *illuſtrata, quibus Ramnulfus, regio nomine uſurpato, Aquitaniam Septimaniamque ſibi vindicâſſe aſſeritur. Nec anno* 889 *ſopita erant apud Aquitanos diſſidiorum civilium ſemina: cùm non niſi aliquam hujus regionis* partem *ſibi ſubdidiſſe Oddonem aſſerat annaliſta Vedaſtinus, cujus Opus è Bibliothecæ Sithienſis ſchedis, ſeculo* x *ſcriptis, ab abbate Leboeuf erutum, Bouquetus tom.* 8 *à pag.* 79 *edidit. Sic enim ad annum* 889 *ſcribit auctor, Odonis regis æqualis:* Poſt Nativitatem Domini cum paucis Francis Aquitaniam perrexit Odo, ut eos ſibi ſociaret. Quo audito, Ramnulfus dux maximæ partis Aquitaniæ cum ſibi faventibus venit ad eum, adducens ſecum Karolum puerum, filium Hludowici Balbi regis, & juravit illi, quæ digna fuerunt..... Aquitanos itaque rex EX PARTE receptos feſtinavit propter Nortmannos redire in Franciam. *Igitur aliqua Aquitaniæ pars hoc anno* 889 *Odonem tamquam regem non habuit.*

ſtatu, cuipiam regi, 34 *His præmiſſis, quid per iſthæc procelloſa tempora egerit* S. Geraldus, *juverit inquirere. Enimverò, eum alicui regi tum ſubditum permanſiſſe, verbis num.* 31 *recitatis docet S. Oddo, qui horumce temporum motus paucis deſcribit, dum Willelmum non minis, ſed precibus, ut à regia militia diſcederet, apud* Geraldum *egiſſe narrat. Proindeque Willelmus, necdum regio ſervitio adſtrictus, fortè ex his erat, qui, ùt obſervant Mabillonius & Bouquetus, ſuperiùs laudati, regem exſpectabant, & ſic annos, à Caroli Craſſi morte computatos, cartis publicis inſcribebant. Igitur hæc primi Odonis regis annis affigenda eſſe, verosimillimum mihi apparet.*

C *Odoni ſcilicet,* 35 *Aſt quin Odo fuerit ille, cui obſequium* Geraldus *exhibuiſſe dicitur, nullum ferè eſt dubium. Ramnulfum enim regium nomen uſurpâſſe, etſi Hermannus Contractus ad annum* 888 *aſſerat, eum tamen, cùm anno inſequenti fidem juraturus ad Odonis aulam ſecundum Annales Vedaſtinos acceſſerit, parvo admodùm temporis ſpatio in Aquitaniæ partibus regem egiſſe, opinor. Porrò alius præter Odonem ab Aquitanis tamquam rex agnitus fuiſſe, haud videtur; eum enim in maxima Aquitaniæ parte tamquam regem habitum fuiſſe, haud pauca teſtantur monumenta, quorum num.* 32 *meminimus; hoc idem edicit Vedaſtinus annaliſta, cujus verba num.* 33 *tranſcripta ſunt. Hinc, eum ipſum exſtitiſſe, cui obſequium præſtitit* Geraldus, *vero apparet ſimillimum. Sed & Sanctum in ipſius aula aliquamdiu degiſſe, docet Ademarus in Chronico, in Labbæana Bibliotheca tom.* 2 *à pag.* 151 *excuſo. Hujus verba pag.* 163 *ſic habent:* Ramnulfus quoque Pictavienſis & Ademarus filius Emenonis inimici erant pro urbe Pictavis, quam Ademarus nitebatur ſibi vindicare pro patre ſuo Emenone. Hic verò Ramnulfus ex conjuge legitima cùm non haberet prolem, ſuſcepit ex concubina filium, Eblum nomine, ſummamque habuit amicitiam cum propinquo amico ſuo Willelmo comite Arvernis, & cum Roſo principe Rodomi pactum firmavit propter metum Ademari. Hac de cauſa à rege Odone potiùs timore, quàm amore honorabatur, dumque regalem aulam aſſiduaretur, veneno necatus, in extremis ſancto Geraldo ibidem præſenti parvulum filium ſuum Eblum commiſit tutandum..... Ademarus autem..., à rege Odone magno honore in palatium habitus, poſt mortem Ramnulfi provectus eſt Pictavis comes; regreſſuſque à palatio ſanctus Geraldus clàm ſubductum filium Ramnulfi à Pictavis Willelmo duci Aquitaniæ comiti Arvernis credidit nutriendum, cui conſanguineus erat. *Iiſdem ferè verbis ſcribit chronologus S. Maxentii ſeu Malleacenſis ibid. pag.* 201; & *Richardus Pictavienſis, cujus Chronicon tom.* 9 *Bouquetianæ collectionis à pag.* 21 *excuſum exſtat. Ex quibus verbis patefcit* 1°, S. Geraldum *Odoni regi his diebus paruiſſe:* 2°, *Willelmum ante Ramnulfi mortem aut Odoni adverſatum eſſe aut ab ejus imperio defeciſſe, cùm Ramnulfus ideo ab Odone tamquam ſuſpectus,* quòd cum Villelmo propinquo amicitiâ junctius erat, *habitus fuerit; hinc jam ex Ademari & aliorum chronologorum narratione perſpecta ſunt, quæ de obſequio regi à Sancto præſtito, ſanctus Oddo jàm obſcurè innuerat. Proindeque, ut Ramnulfi necem, in Odonis aula veneno ipſi inflictam, ad certum & determinatum annum ſignemus, quanti in illuſtrandis* S. Geraldi *Actis interſit, nemo non videt.*

uſque ad Ramnulfi necem, 36 *Ramnulfi necis Ademarus & Richardus Pictavienſis ita meminêre, ut nulli certo anno illam affigant. Verùm alii, qui de illâ pariter mentionem inſtituerunt, non ad eumdem omnes annum reponendam eſſe exiſtimârunt. Malleacenſis enim chronologus anno* 890, *Vedaſtinus anno* 892, *alii verò nonnulli, inter quos & Bouquetus tom.* 9, *pag.* 8, *anno* 893 *eam accidiſſe ſcripſerunt. Verùm quænam ex his epochis tamquam certa habenda ſit, examinemus. Et primò levem admodùm fidem meréri videtur Malleacenſe Chronicon,* in quo, *ut Bouqueti verbis ex tom.* 9, *pag.* 8 *deſumptis utar,* res omnes, nullo ſervato temporum ordine, narrantur. *Præterea, Ramnulfo mortuo, graviores motus in Aquitania, ex variis ſcriptoribus, ſicuti infrà dicenda aperient, excitatos fuiſſe, diſcimus. Porrò vix aliqui apud Aquitanos annis* 890 & 891 *tumultus occurrunt, hinc annis inſequentibus illius mors affigenda videtur. An ergò eam cum Bouqueto ad annum* 893 *ſignabimus? Sed quo monumento fretus id aſſeruerit, ſanè nobis non liquet.*

AUCTORE D. A. B.

E

F

AUCTORE D. A. B.

liquet. Enimverò Metenſis annaliſta, qui Eboli mortem ad illum annum ſtatuit, nihil omninò hic de Ramnulfi morte habet: inſuper quominùs anno 893 *illius necem affigamus, graviores momenti rationes, quas in hujus* § *decurſu adducturi ſumus, impediunt. Igitur, cum Vedaſtino monacho ad annum* 892 *Ramnulfi necem, in Odonis aula patratam, ſignandam eſſe duximus. Enimverò*, hoc habet ſingulare horumce Annalium ſcriptor, *inquit Bouquetus, quòd, poſt annum* 877, multa referat, quæ ad noſtram hiſtoriam illuſtrandam maximè conducunt & quæ fruſtra apud alios quæras. *De iis Annalibus idem ſentit abbas Lebœuf in eruditiſſima ſua Diſceptatione Academiæ regiæ inſcriptionum tom.* 24 *inſerta, ubi multa de ſcriptoris ætate & Operis ejus utilitate & præſtantia diſſerit vir eruditus. Annaliſtæ verba, quæ ad rem faciunt, huc tranſcribo.*

anno 892, B

37 Franci, *inquit*, qui dudum Odoni regi infeſti fuerant, ſociatis ſibi aliis, ut poſſent implere, quæ volebant (*Carolum ſcilicet, Ludovici Balbi filium, ad ſolium paternum promovere*) ſuaſerunt regi, ut, relictâ Franciâ, Hiemandi gratiâ peteret Aquitaniam ..... Et quia Ramnulfus obierat, & quia Ebulus & Gozbertus ab illo deſciverant, eos aut ſibi reſociaret, aut de regno ſuo pelleret, aut vitâ privaret. Ille credulus factus, conſilio adquievit eorum, neſcius, quæ ſibi parabant. At ubi fines attigit Aquitaniæ, Ebulus ejus adventum præſciens, in fugam verſus interfectus eſt juxta quoddam caſtellum (*Laudunenſe ſcilicet*) lapide. Frater quoque ejus Gozbertus poſthæc obſeſſus atque in brevi vitam finivit. *Igitur poſt obſeſſum Laudunenſe caſtrum menſe Julio, ùt ſcribit annaliſta Metenſis laudatus, Valtgario capite damnato, antequam ad motus Aquitaniæ compeſcendos Odo greſſus dirigeret, ac proin anno* 892 *ante diem* x *Octobris, quæ tam quam Ebolo emortualis, teſte Mabillonio Annal. Bened. tom.* 3, *pag.* 283, *in Necrologio Pratenſi inſcribitur, Ramnulfus (Odonem enim in Aquitaniam exeunte menſe Septembri non appuliſſe, probat diploma, quo Odo res quaſdam abbati Arrematenſi firmat, Conedæ in villa parochiæ Autiſſiodorenſis ad Ligerim poſita conceſſum & à Bouqueto Collectionis ſuæ tom.* 9, *pag.* 459 *& ſeq. inſertum) in aula Oddonis, qui tunc extra Aquitaniæ limites, ùt certò ex Vedaſtini codicis verbis apparet, commorabatur, veneno fuit exſtinctus, nec illius mors ad annum inſequentem ullo modo differri poſſe videtur.*

C

non 893, *ut hîc*

38 *Et verò illud haud difficile eruitur ex verſibus* 532 *& ſeqq., quibus Abbo lib.* 2 *de Obſidione urbis Pariſiacæ Ademarum, nunc contra Odonis in Aquitania inimicos furentem, nunc contra Odonem ipſum, qui Ademaro ſpreto, comitatum Pictavienſem, quem vivens Ramnulfus habuerat, Roberto fratri conceſſit, dimicantem canit. Porrò, illum comitatum uſque ad mortem ipſi inflictam Ramnulfum tenuiſſe, omnes ſcriptores aſſerunt. Et licèt hunc comitatum Ramnulfo ereptum ſibi vindicare voluiſſe Ademarum, nonnulli nos edoceant, tamen eum honorem iſthunc non priùs, quàm cùm, patrata Ramnulfi nece, Roberto fuiſſet conceſſus, uſurpâſſe æquè certum apparet. Aſt, ſi narrationis ordinem, ab Abbone ſervatum, attendas, Ademarum Pictavienſem comitatum, priuſquam Caroli Simplicis in regem electio, quæ ineunte anno* 893 *à Franciæ proceribus facta eſt, ad Odonis cognitionem perveniret, occupâſſe, indubitatum apparet. Quæ autem fuerit inter Odonem & Aquitaniæ principes compoſitio, quâ ſancitâ, rex contra Carolum* meſſivo *tempore ex Aquitania in Franciam movit, licèt nullus nos edoceat ſcriptor, ex iis tamen, quæ occurrunt, monumentis illam conjicere, haud difficile eſt. Ex charta quadam, cujus in Galliæ Chriſtianæ auctæ tom.* 2, *col.* 433 *Sammarthanus meminit, Villelmus, ab Oddone Adalgario S. Juliani Brivatenſis abbati ſuffectus, Aquitaniæ ducatum obtinuiſſe videtur: ſaltem abs hoc tempore Villelmum illum occupâſſe cernimus; Ademarus verò Pictavienſem comitatum, Roberto vi & armis ereptum, pace ſancita, retinuit. Sicque honoribus Ramnulfi inter utrumque diſtributis, Aquitania Odoni uſque ad annum* 898, *quo hic mortem obiit, ſubjecta remanſit, nec aliquod apud Aquitanos ſubortum fuiſſe, vel leve etiam diſſidium invenio. Sic proinde Ramnulfi nece, ad annum* 892 *cum Vedaſtino ſignatâ, facta hiſtorica inter ſe componi facilè queunt: quod fieri nequit, ſi illam cum nonnullis recentioribus anno inſequenti reponendam duxeris.*

D

E

contra Vaiſſetium, refutatis,

39 *Huic tamen anno Vaiſſetius eam affixit, his potiſſimùm ductus rationibus, quas ſummatim ex Hiſtoriæ Occitaniæ tom.* 1, *pag.* 726 *excerptas hic ſubdo.* 1° *Ramnulfus, inquit, ſi Reginonem & Metenſem annaliſtam audias, cùm Odo menſe Julio anni* 892 *contra rebelles Aquitanos movit, nondum veneno enectus fuerat.* 2° *Vix hic obierat, cùm Eblus ejus filius clàm Pictavis à* S. Geraldo *ſubductus ad Willelmum in Arverniam tranſiit. Aſt Eblus die* 15 *Octobris anni* 893 *in Odonis aula Pictavis erat, ùt liquet ex ejuſdem regis diplomate, hac die confecto, quo Odo quaſdam res, in Turonenſi agro poſitas, Eblo juniori aſſerit.* 3° *denique annò* 893 *in vivis adhuc erat Ramnulfus, qui, hoc anno rebus cum Odone compoſitis ſeu pace cum illo ſancitâ, in ejus aula degens, utpote regi ſuſpectus, veneno tandem exſtinctus interiit.*

F

quæ affert, argumentis,

40 *Verùm nec Regino, nec annaliſta Metenſis ullo in loco Ramnulfi mortem ad annum* 893 *ſignârunt, qui tamen, ut, quod res eſt, dicam, Eboli Senioris obitum ad hunc annum non ſat rectè reponendum duxêre. In vivis adhuc menſe Julio anni* 892 *Ramnulfum exſtitiſſe, haud equidem diffiteor, ſed eum, priuſquam Odo ad primos rebellionis motus, in Aquitania excitatos, ſedandos eò pergeret, obiiſſe, tamquam veroſimillimum habeo. Illud enim expreſſis verbis innuit Vedaſtinus annaliſta, cujus verba num.* 37 *recitavimus, quique in enarrandis rebus ab Odone geſtis haud modicam meretur fidem: nec dubium mihi eſt, quin Vaiſſetius ejus hac de re ſententiam ſuiſſet ſecutus, ſi in ſcribenda Occitaniæ Hiſtoria Vedaſtinos annales ad manum habuiſſet. Igitur ſecundùm Vedaſtinum ſcriptorem Ramnulfum, priuſquam contra rebelles Aquitanos Odo moveret, ſeu non multò pòſt obſeſſum & captum Laudunenſe caſtrum enectum fuiſſe, eſt dicendum. Nec multum me movent, quæ ex diplomate,* Idibus Octobris anno VI *regni Odonis conceſſo, quod poſt Beſlium Bouquetus*

tom

A *tom. 9, pag. 462 recudit, eruere conatur Vaiſſetius. Enimvero hoc diplomate non quidem Pictavis, ſicuti ſcribit ille auctor, ſed apud S. Dyoniſium dato, res quaſdam in agro Turonenſi poſitas Ebolo aſſerit Odo; ſed quid obſtat, quominùs*, rebus apud Aquitanos meſſivo tempore compoſitis, *eas Ebolo largitus fuerit rex, qui Villelmo, rebellium Aquitanorum olim præcipuo, S. Juliani Brivatenſis abbatiam, utì probat Dionyſius Sammarthanus chartâ, menſe Auguſto anni* 893 *confectâ, dederat?*

probatur, reponendam, eſt obſecutus;

41 *Perperàm tertio loco Reginonem & Metenſem annaliſtam laudans aſſerit Vaiſſetius, anno* 893 *in vivis adhuc exſtitiſſe Ramnulfum, qui poſt electum in regem Carolum Simplicem res cum Odone compoſuerit. Ad hunc quippe annum de Ramnulfo noſtro nihil habent illi ſcriptores, qui nullo in loco mortis ejus meminêre: eos proinde perperàm interpretatus fuerit in ſignanda mortis illius epocha vir eruditus. Quid autem de charta Eboli, quâ res nonnullas S. Martino Turonenſi anno regis Odonis tertio, die* x *Octobris anni* 892 *offert,*

B *ſit ſentiendum, dicere haud difficile eſt. Mendum enim aliquod in notas illius cartæ chronicas irrepſiſſe, ſive illa ad annum Chriſti* 891, *ſive potiùs, ùt mihi videtur, ad annum* 893 *reponenda ſit, certum omninò eſt. Si poſteriori huic anno eam affigendam exiſtimes, nihil hinc contra nos eruere poterit Vaiſſetius; cùm enim die* x *Octobris ejuſdem anni* 893 *Odo ab omnibus Aquitanis & à Villelmo ipſo tamquam rex agnitus fuerit: Ebolus certè ejus annum ſextum chartæ à ſe confectæ potuit adſcribere. Igitur totam hanc de Ramnulfi morte ſignanda diſceptationem hac brevi obſervatione concludo: ſi illius necem ad annum* 893 *poſt diem Octobris decimam quintam cum Vaiſſetio remittendam exiſtimes, cùm violenta illius mors tamquam belli apud Aquitanos ſignum fuerit, hinc à menſe illo ad menſes ſequentes & per annum* 894 *bellum exarſiſſe, jure merito inferre licebit, quod certè neque verum, neque vero eſt ſimile. Perpenſis igitur variis à Vaiſſetio propoſitis rationibus, iiſque cum ſeculi* x *monumentis collatis, annaliſta Vedaſtino, qui Ramnulfi necem circa menſem Auguſti anni* 892 *accidiſſe innuit, ſtandum eſſe opinor.*

C

aſt dein Willelmo armorum ſocius factus

42 *Signata ad hunc annum & quidem circa Auguſtum Ramnulfi morte, quot annis* S. Geraldus *Odoni obſequium præſtiterit aut illi tamquam regi fuerit addictus, facilè intelligitur. Hinc etiam, quandonam ad Willelmum, qui Odonis imperium agnoſcere renuerat, Sanctus noſter, qui priùs* à regis militia diſcedere noluerat, *confugerit* Villelmique hoſtes per longum tempus, *ùt à S. Odone dicitur, perſecutus ſit, pronum eſt eruere. Quò minùs enim* Geraldus *ſub Auguſtum anni hujus* 892, *quo excitatos in Arvernia motus, patrata Ramnulfi nece conſpicimus, ad Willelmum confugiſſe credatur, nihil omninò impedire, unuſquiſque, qui, quæ jam dixi, conſiderârit, facilè admittet. Nec hæc, quin Sanctus cum Villelmo ad pacem uſque circa æſtivum anni inſequentis tempus in armis ſteterit, dubitare me ſinunt, etſi interim hujus belli Aquitanici initio, quæ de moleſtiis, ab Ademaro & aliis Sancto noſtro inflictis, habet S. Odo, non minùs affigenda opiner.*

AUCTORE D. A. B.

ab Ademaro hujuſque aſſeclis multas

43 *Enimverò ea de cauſa* Geraldum, *quòd hic* in amicitia Villelmi devictus fuerat, *Ademarus perſecutus à S. Oddone dicitur; hanc igitur perſecutionem ad æſtivum tempus anni* 893, *quo Ademarus Emenonis filius (non ille, qui Divionenſi caſtro præerat, de quo Mabillonius Annalium Benedict. tom.* 3, *pagg.* 314, 315, 435 & 436, *quidquid ſcribat abbas Lebœuf in juis ad Annales Vedaſtinos Notis, quas Academiæ regiæ Inſcriptionum tom.* 24 *inſeruit) Villelmo, armorum ſocius; ab Vedaſtino annaliſta traditur, non differendam eſſe, exiſtimo; proindeque hoſtile illud, quod Sanctum inter & Ademarum erat, diſſidium priùs obtigiſſe apparet, cùm nempe Odonis partibus adſtrictus Ademarus illius hoſtes armis undique inſequebatur. Ademarum in Aquitanos contra Odonem rebellantes furentem Abbo lib.* 2 *de Obſidione Pariſiorum verſibus* 432 & *ſeqq., quos hic ſubjicio, canit*

Appetit ergò furens illos vaſtans populanſque
Arva modo & vulgus; quamvis concludere niſus
Urbes adverſus . . . . . E
Conſul Ademarus, regi copulatus eidem
Progenie, cujus memini.

Paſſus eſt moleſtias;

44 *Hæc ad annum* 892 *reponit Bouquetus tom.* 9, *pag.* 24: *& rectè quidem; cùm enim illa, antequam Carolus Simplex à Francorum proceribus exeunte hoc anno rex acclamatus fuiſſet, patrata eſſe, innuat Abbo ſcriptor ſynchronus, ſub belli hujus Aquitanici initium reponendæ ſunt moleſtiæ, quas Ademarus & alii ei adhærentes Sancto intulerunt; & quidem circa menſem Octobrem, quo in Aquitaniam rebellantes debellaturus Odo ſe contulit, ſeu potius, ùt opinor, poſtquam Odo, diſtributis inter Robertum fratrem ſuum & Hugonem Bituricenſem comitem Villelmi & Ramnulfi honoribus, Ademarus, qui comitatum Pictavienſem à longo tempore ambiebat, animo exaſperatus, junctis, ùt veroſimile eſt, cum Villelmo armis, comitatum Pictavienſem, Roberto conceſſum, vi occupavit, Villelmuſque, Hugone ſuperato, Avernenſem comitatum, invito Odone, retinuit. Quod quidem ante Caroli Simplicis in regem electionem & certè ante pacem, æſtivo tempore anni* 893 *inter Aquitanos & Odonem initam, Vedaſtini annaliſtæ & Abbonis verbis innixus accidiſſe autumo.*

F

quas Chriſtiano animo pertulit Vir ſanctus;

45 *Quæ de variis, à Godefredo Torennenſi comite aut ab Adalelmo, Ademari fratre, in res ad Sanctum ſpectantes aut in Auriliacenſe oppidum peractis, graſſationibus num.* 44 & *ſeqq. habet S. Odo, pari ratione æſtivo tempori anni* 892 *affigenda autumo; nec ſane ad alios Odonis regni annos, quibus omnes apud Aquitanos ſedati fuerunt motus excitati, remitti queunt. Quâ autem animi conſtantiâ hæc omnia adverſa perpeſſus fuerit* Geraldus, *quâ caritate quove Chriſtiano animo erga inimicos egerit, paſſim, ubi de iis ſermonem inſtituit, nos edocet S. Odo: ideoque de iis omnibus loqui neceſſe haud eſt.*

ſæpe etiam, dum in ſecu o adhuc verſaretur, S. Martialis tumulum viſitare ſolitus.

46 *His ſubjungere liceat nonnulla ex Gaufredi, Prioris Voſienſis, Chronico Bibliothecæ Labbeanæ tom.* 2 *à pag.* 279 *inſerto, depromta, & quæ ad Sancti noſtri hiſtoriam aliquatenus conferunt.* Dum enim, *inquit pag.* 289 *Gaufredus, ſeculi* XII *ſcriptor,* converſaretur

idem

AUCTORE D. A. B.

idem vir Dei Geraldus in ſæculo, tumulum S. apoſtoli Martialis honorifice crebrò viſitavit, ex cujus dono poſſeſſiones quaſdam & ipſius annulum canonici ſancti Stephani hactenùs habere noſcuntur. Qua de cauſa, dum tranſiret per publicam ſtratam juxta Podium, cognomento de Groſſas, injuriam perpeſſus eſt à quibuſdam militibus, quos cognominabant Ragimbertos, maledixit eis, ac deinceps progenies illorum patitur detrimentum. Hæc fama per ſucceſſiones Voſienſibus patet, qui hoc improperant militibus ejuſdem villæ, qui de ipſorum ſtirpe proceſſiſſe feruntur. *Cùm de hoc facto nihil tradat S. Oddo, fides ſit penes auctorem. Fortè hæc factis his, de quibus Odo Vitæ edendæ num.* 23; *Sanctum tamen haud rarò S. Martialis tumulum adiiſſe, aſſerit S. abbas Vitæ edendæ num.* 72.

§ IV. Monaſterium Auriliacenſe exſtruit S. Geraldus, variiſque id prædiis ditat. Quo anno iſtud fecerit, & qui fuerint primi cœnobii illius abbates.

B

Monaſterium Auriliacenſe, à S. Geraldo exſtructum,

C

INſigne exſtabat olim intra Arverniæ montes, Auriliaci nempe, monaſterium, quod deinde in canonicorum collegium tranſiit, quodque quondam ad Claromontanam, nunc ad S. Flori diœceſim pertinens, à S. Geraldo *fuit exſtructum, ùt probant* 1° *S. Genulfi Vitæ, à Bollando ad* 17 *Januarii pag.* 102 *editæ, ſcriptor, cujus verba hæc ſunt:* Sanctus Geraldus, vir magnæ ſanctitatis ac præclaræ nobilitatis ipſis temporibus (*Villelmi Pii ſcilicet*) claruit, qui Aureliacum monaſterium conſtruxit. 2° *Fragmenti Hiſt. Franc., inter Script. Rerum Gall. tom.* 7, *pag.* 224 *vulgati, auctor, qui ait:* Sanctus Geraldus Aureliacum fundavit monaſterium. 3° *Ademarus Cabanenſis in Chronico Abbatum S. Martialis pag.* 272, *tom.* 2 *Bibl. Mss. Labbeanæ edito, ubi ſic legitur:* Anno VI Fulberti abbatis S. Geraldus obiit tertio Idus Octobris, ſepultus in monaſterio Petri apoſtoli, quod ipſe ædificaverat. *Idem aſſerunt chronologus Malleacenſis, ejuſdem Bibliothecæ pag.* 201, *& S. Odo in Vita Sancti noſtri mox edenda num.* 54. *Hujus verba huc tranſcribo:* Poſtquam... divino cultui ſeſe mancipavit (S. Geraldus *nempe*) per omnia, ut ſua quoque Domino conſecraret, Romam profectus eſt, & Aureliacum inſigne prædium B. Petro Apoſtolorum principi, facto ſolemniter teſtamento, delegavit, cum tantis videlicet appendiciis, quæ monachis, quos ibidem congregare diſpoſuerat, ad omne ſtipendium ſufficere poſſent.... Cenſum quoque delegavit, qui ad urnam beati Petri annuatim redderetur.

quod, quò honori & ſtabilitati ejus proſpiciatur, privilegiis duobus,

48 *Igitur* S. Geraldum *non ſolùm hujus monaſterii prima fundamenta jeciſſe, ſed variis etiam bonis ſeu prædiis id cumuláſſe, dilucidè hic teſtatur ſanctus abbas. Verùm, ut hæc prædia, monachis conceſſa, ipſis aſſerta permanerent,* vir Geraldus (*inquit Auriliacenſis chronologus Mabillonii Analect. pag.* 237, *tom.* 2 *edit. anni* 1676) mittit ad Carolum, regem Franciæ, propter privilegia & honorem cœnobii, ut nulli ſubjiceretur, niſi S. Petro ad cenſum duodecim ſolidorum perſolvendorum quolibet anno; in reliquis eſſet in poteſtate & auctoritate fundatoris & Viernæ ſeu Avigernæ, ſororis ejus & monachorum illic Deo famulantium. *Cui ſupplicanti annuit rex Carolus diplomate, à Mabillonio pag.* 8 *Sæc. Bened.* V, *part.* 1 *edito, quod hîc unà cum alio Ludovici regis, idem Caroli diploma confirmantis, recuſum, lectoris oculis juverit ſubjeciſſe.*

D

quorum tam primum;

49 *Horum diplomatum primum ſequentibus his verbis concipitur:* In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Karolus, divinâ propitiante Clementiâ, rex. Si erga loca Sanctorum, divinis cultibus mancipata, beneficia opportuna largimur, præmium apud Deum nobis æternæ remunerationis non diffidimus rependi. Idcircò notum eſſe volumus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus & noſtris, tam præſentibus, quàm futuris, quia quidam illuſter vir ac dilectus comes Geraldus præſentiæ meæ ſublimitatis, ſuos dirigens legatos atque monachos, humillimis precibus per eos noſtram deprecatus eſt celſitudinem, ut ſuum monaſterium, quod eſt in pago Arvernico ſitum, cognomento Aureliacus, in honore ſanctorum principis Petri & beati Clementis fundatum, ubi præeſt abbas Adalgarius unà cum norma monachorum, ibidem Deo famulantium, & res eidem monaſterio, quas idem abbas & monachi, & ipſe, rector & fundator ejuſdem loci Geraldus tenuit, hoc eſt, eccleſia ſancti Petri in Exitenſi, & Glinico, & Curtiniaco, cum eccleſia ſancti Cyrici, cum manſis & ſervis, de qua ipſi monachi poteſtati ſancti Petri Pictenſis perſolvant v ſolidos annis ſingulis, & Magrino in Condacenſe, & vineas per loca à Deum timentibus ibidem traditas, ſive manſa vel omnia ad jam dictum locum pertinentia, tam in rebus, quam in mancipiis, ſub immunitatis noſtræ tuitione ſuſcipere dignaremur.

E

à Carolo Simplice,

50 Cujus petitionem rectam eſſe cognoſcentes, animæque noſtræ ſalutem nihilominùs perpendentes, libenter ei aſſenſum præbuimus, & hanc noſtram auctoritatem erga prædictum monaſterium vel rectores illius ſub pleniſſima immunitatis noſtræ defenſione fieri decrevimus, per quam præcipimus atque jubemus, ut ipſe abbas & monachi ibi degentes ſine ullius judicis poteſtate, niſi ipſius Geraldi & ſororis ſuæ* ſub noſtro mundeburdo ſecuri permaneant: & nullus judex publicus, vel quiſlibet ex judiciaria poteſtate, in eccleſias, aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones præfati cœnobii, quas moderno tempore in quibuſlibet pagis & territoriis infra ditionem regni noſtri juſtè & legaliter poſſident, vel quæ deinceps in jure ſancti loci divina Pietas augeri voluerit, ad cauſas audiendas vel freda exigenda, aut manſionaticos vel paratas faciendа, aut fidejuſſores tollendos, ſeu homines ipſius monaſterii tam ingenuos, quàm alios ſuper terram ipſius commanentes diſtringendos, nec ullas redhibitiones aut illicitas occaſiones requirendas, noſtris futuriſque temporibus ingredi audeat, vel ea, quæ ſuprà memorata ſunt, penitùs exigere præſumat: ſed liceat præfato abbati ejuſque ſucceſſoribus ac

F

*Avigernæ

mo-

A monachis res ſuprà dicti monaſterii ſub noſtræ immunitatis tuitione quieto ordine poſſidere, quatenùs ipſis ſervis Dei, ibidem Domino famulantibus, pro nobis ac regni noſtri ſtatu omnipotentis Dei miſericordiam exorare delectet jugis precibus. Ut autem hujus immunitatis atque confirmationis noſtræ auctoritas majorem in Dei nomine obtineat vigorem, manu propria ſubter firmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſigillari juſſimus. Signum Karoli, glorioſiſſimi regis. Heriveus notarius, ad vicem Folconis archiepiſcopi, recognovit & ſubſcripſit. Willermus comes ambaſiavit. Datum IIII Nonas Julii, Indictione II, anno VII regnante Karolo ſereniſſimo rege. Actum apud Liturnum in Dei nomine feliciter, amen.

quàm ſecundum, à Ludovico VII conceſſum, hic exhibetur,

51 *Tale eſt, quod monaſterio Auriliacenſi Franciæ rex Carolus Simplex conceſſit, privilegium ſeu diploma. En modò etiam, quod eidem, ut hoc confirmaret, Ludovicus, VII videlicet, Franciæ ejuſdem rex, impertiit. Id ſic habet:* In nomine Sanctæ & Individuæ
B Trinitatis, amen. Hludovicus, divinâ propitiante Clementiâ, Francorum rex. Si erga loca Sanctorum, divinis cultibus mancipata, beneficia opportuna largimur, præmium nobis apud Deum æternæ remunerationis non diffidimus rependi. Idcircò notum eſſe volumus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus univerſis, tam præſentibus, quàm futuris, quòd, cùm eſſemus in Arvernia in obſidione apud Nonedam* caſtellum, allatum eſt nobis in præſentia noſtri privilegium Karoli, prædeceſſoris noſtri, quod multa veneratione & auctoritate dignum æſtimavimus, & ad inſtantiam precum Petri, abbatis de Aureliaco, conſilio familiarium noſtrorum inhærentes, quicquid in privilegio illo continebatur, & eccleſiæ de Aureliaco teſtimonio privilegii prædicti indultum fuerat in feudis & poſſeſſionibus univerſis, & omnibus, quæ ad jus eccleſiæ ipſius pertinet, ſive in his, quæ ipſa eccleſia juſtè & rationabiliter adipiſci poterit, confirmavimus & impreſſione noſtri nominis muniri fecimus. Addimus etiam & omninò inhibemus, ne aliquis in regno noſtro aliquod ædificium,
C quod in damno eſſe poſſit aliquo modo eccleſiæ præfatæ, aliqua occaſione facere, vel ipſius jura aut poſſeſſiones auferre præſumat; ſed liceat prænominato abbati ejuſque ſucceſſoribus & monachis poſſeſſiones ipſius monaſterii modis quibuſcumque poterit meliorare; & ſub noſtræ immunitatis tuitione quieto ordine poſſidere: quatinùs ipſis ſervis, ibidem Deo famulantibus, pro nobis ac regni noſtri ſtatu omnipotentis Dei miſericordiam jugibus precibus exorare delectet. Quod ut ratum in poſterum habeatur, anuli noſtri impreſſione confirmari præcepimus. Actum publicè apud Nonedam anno ab Incarnatione Domini MCLXIX, aſtantibus in palatio noſtro, quorum nomina & ſigna ſubſcripta ſunt. S. Comitis noſtri Theobaldi Dapiferi noſtri ſecretarii. Signum Matthæi Camerarii. S. Guidonis Buticularii.. S. Radulfi Conſtabularii. Data P. B. per manum Hugonis Cancellarii & Epiſcopi Sueſſionenſis.

* Nonnette le beau

52 *Ita ſanè, quæ monaſterio Auriliacenſi à* S. Geraldo *per teſtamentum, Odonis verbis, hic jam ſuprà num.* 47 *datis, memoratum, fuerant collata, firmiſſimè ei duobus modò huc tranſcriptis diplomatibus ſeu privilegiis fuerunt aſſerta. Verùm primarium iſtud, quò, quemadmodùm jam nunc citata Odonis verba fidem faciunt,* cenſus *etiam* ad urnam beati Petri annuatim reddendus, delegatus fuit, *fundationis monaſterii Auriliacenſis inſtrumentum temporum injuriâ veroſimillimè jam periit. Certè id, diligentiſſima licèt facta indagine, nec in ſupellectili noſtra litteraria Ms., nec in ampliſſimis, quæ improbo eruditorum nonnullorum labore & ſtudio prodiêre in lucem, ſcriptorum documentorumque antiquorum collectionibus invenire uſquam quivi. In Notis quidem in* S. Geraldi *Vitam, ad Bibliothecæ Cluniacenſis calcem à pag.* 30 *adjectis, quoddam recenſetur* Geraldi *teſtamentum; verùm id tam è principio & fine, quo conſtat, quàm ex eo, quod, contrà ac teſtamentum, ab Odone laudatum, feciſſe; hujus verba; num.* 47 *recitata, produnt, nullam omninò cenſûs; ad beati Petri urnam quotannis pendendi; mentionem inſtituat, eſſe haud poſſe primum, quo facta fuit monaſterii Auriliacenſis fundatio,* S. Geraldi E
teſtamentum, Andreas Quercetanus, à quo illud in dictas Notas illatum, contendit; ei autem etiam Sæc. V Bened. part. 1, *pag.* 7 *Mabillonius ob rationes, quas ibidem allegat, aſſentitur, neque verò, ut mihi equidem apparet, immeritò. Aſt, etſi ſic habeat, nihil tamen obſtat, quò minùs pro ſecundario quodammodò, quo fundatum à Sancto monaſterium iſtud fuit, inſtrumento habeatur.*

quod integrum

53 *Per hoc enim,* XVII *regni Caroli Simplicis anno, quo in fine notatur, confectum,* Geraldus *prædiis ſeu alterius cujuſvis generis bonis, quæ, priuſquam idem Carolus Simplex anno regni ſui ſeptimo diploma, ſuprà huc tranſcriptum, impertiretur, eidem Auriliacenſi monaſterio contulerat, prædia alia adjecit, ſicque hujus à ſe per primum ſuum teſtamentum factam ac porrò à Carolo Simplice per diploma iſtud approbatam fundationem magis firmam ac ſtabilem effecit. Quare, cùm ſit equidem, cur iſtud, pro ſecundario quodammodo, ut dixi, inſtrumento fundationis monaſterii Auriliacenſis habendum, à nonnullis expetatur, juverit & illud, quo in hoc ſeſe Sanctus ſub juæ etiam,* F
uti ex infrà dicendis pateſcet, vitæ finem exhibuit munificum, lectoris oculis, non ſecùs ac duo jam ſuprà huc tranſcripta diplomata, hìc ſubjeciſſe. Sic habet: Mundi termino appropinquante, ruinis crebreſcentibus, jam certa ſigna manifeſtantur, quia his advenientibus verè mundus arguetur. Et, ſi aliquid de rebus noſtris locis Sanctorum conferimus, retributorem nobis eſſe Dominum, confidimus, qui dicit: "Date eleëmoſynam." Ob hoc igitur ego Geraldus, conſiderans caſum fragilitatis humanæ & pertimeſcens ultimum trementem diem judicii, propterea cedo ad loca Sanctorum & eorum ſervientium, & in ſubſtantia pauperum & parentibus meis atque fidelibus: hoc eſt, in primis ad locum* pro Deo & S. Petri condonatum habeo, qui vocatur Aurelhacus monaſterium, hoc eſt, quod à die præſenti ipſi monachi poſſident, & medietatem de ipſa curte, & ipſum caſtellum cum baccalaria dominicaria & duos manſos in Grandemonte & in Fabricas manſo, ubi ſtabilis viſus fuit manere Rainal-

* *adde* quem

AUCTORE D. A. B.

donatum, novis etiam fuit Geraldi teſtamento,

AUCTORE D. A. B.

dus, teneat, dum vivit; poſt obitum illius Ordini Aurelhaco remaneat.

hic pariter

54 Mediam curtem æqualiter dividant Rainaldus & monachi, & poſt obitum illius omnia ad Aurelhacum ſuccedant. De Catucerias curte medietatem Rainaldo nepoti meo dono, dum vivit, poſtea ad Aurelhacum remaneat. Villam meam ad illos Ermos monachi habeant. Villa mea Fraxininas monachi medietatem & Rainaldus medietatem, poſt obitum illius ad Aurelhacum remaneat. Curtogillo Rainaldus habeat, dum vivit, poſtea ad Aurelhacum remaneat. Claurgo eccleſiam monachi poſſideant. Curte mea Roacina Rainaldus, dum vivit, teneat, poſt obitum illius ad Aurelhacum remaneat. De hoc, quod in Goliaco viſus ſum habere, monachi medietatem, Rainaldus medietatem, dum vivit, poſt obitum illius ad Aurelhacum remaneat. Boreſia dono Amalfredo, filio Galamon, dum vivit, poſt obitum illius ad Aurelhacum remaneat. Similiter Marconi monſo, quem Adoaldo emi, dum vivit, teneat,

B poſt illius obitum ad Aurelhacum remaneat. Quantumcumque ad ipſas cauſas ſuprà nominatas aſpicit aut aſpicere videtur quæſitum vel adinquirendum, cum ipſis mancipiis ibidem manentibus & eorum conſanguineis, de foris his cauſis jam dictis degentibus & cum omnibus pertinentiis & appenditiis & adjacentiis eorum & ad integrum Domino & ſancti Petri & ſancti Clementis & eorum ſervientibus dono ad jure proprium habendi & uſufructuarium recipiendi: ea ratione, dum vivo, poſſideam & poſt obitum noſtrum Rainaldus nepos meus habeat poteſtatem de hoc ſuprà nominato monaſterio ad abbates mittendi, tollendi ſint, cauſas monachorum inquirendi ante reges & comites & eorum vicarios, ſive in diverſis plagis monachorum & eorum familiis tuitione tenendi.

exhiberur, poſſeſſionibus auctum,

55 Et acceſſio iſta à me facta, omnique tempore firma ac ſtabilis permaneat cum omni firmitate & manibus hominum roborata ſtipulatione quoque annexa: facta ceſſione iſta in menſe Septembrio ſub die Jovis, anno XVII, quod Carolus rex ſumpſit imperium; & ſignatum Geraldus, qui donatione iſta ſcribere

C vel affirmare rogavit. Signatum Fataldi, ſignatum Vigoni, ſignatum Vicarni, ſignatum Blandino, ſignatum Tugiranni. *Ad teſtamentum hoc indubiè in Sancti noſtri Vita per ſequentia iſthæc* Locum (*Auriliacum ſcilicet*) ſicut olim decreverat, monachorum ditioni delegavit... ſpatio, quo ſupervixit, ſummopere procuravit, ut omnes, ad ſe pertinentes, in pace dimitteret..... Prædia vel mancipia, quæ B. Petro non delegaverat, inter quoſdam propinquos ac milites vel certè ſervitoribus dimiſit. Nonnullis tamen eo tenore, quo, poſtquam obiſſent, ad Aureliacum accepta rediſſent *Odonis num.* 89 *verba reſpicitur, utì quiſque haud difficulter agnoſcet, qui* Geraldum, *quod feciſſe morti proximus his aſſeritur, teſtamento illo etiam feciſſe, id evolvendo didicerit. Verùm, etſi ſic habeat, haud tamen vel in mox recitato Odonis textu vel in proximè huc tranſcripto* Geraldi *teſtamento, quo, ùt jam docui, novis quidem poſſeſſionibus auctum, ſed primò fundatum haud fuit Auriliacenſe monaſterium, quidquam invenio, unde vel utcúmque, quo circitèr tempore factum id ſit, determinari queat.* D

anno circitèr, uti huc adducta

56 *Quare, ut iſthoc, quod hìc maximè modò deſideratur, evadat compertum, aliò recurrendum jam eſt. Suprà huc tranſcriptum, quo Carolus Simplex monaſterii Auriliacenſis fundationem ratam habuit, diploma à principe iſto haud priùs, quàm cùm illud jam annis aliquot, quatuor v. g. aut quinque, fuiſſet fundatum, fuit conceſſum, uti fas eſt colligere ex eo, quòd, teſte ipſomet, quo de hìc loquimur, diplomate, jam tum, cùm id daretur, in ſacro iſto aſceterio monachi abbaſque Adalgarius, hiſce præpoſitus, exſtiterint. Ut igitur, quo circitèr tempore fundatum iſthoc fuerit, neceſſe dumtaxat eſt, ut, quo Chriſti anno diploma illud, quod* IV Nonas Julii, Indictione II, anno ſeptimo regnante Karolo ſereniſſimo rege, ... apud Liturnum datum notatur, *à principe iſthoc fuerit conceſſum, determinemus, idque proinde hìc modò ſumus facturi. Tres epochas Carolum in ſuis diplomatibus adhibuiſſe, paſſim eſt notum.* Prima, *inquiunt Rerum Gallicarum Scriptorum tom.* 9, *pag.* 466 *& ſeq. Benedictini horum editores*, repetitur à die 27 Januarii anni 893, quo rex coronatus eſt: ſecunda à die tertia Januarii anni 898, quo Odoni regi ſucceſſit: tertiam Mabillonius & Pagius deducunt à die 21 Januarii anni 912, quo Carolus, mortuo Ludovico Germaniæ rege, largiorem indeptus eſt hæreditatem; *trium autem harum epocharum prima in Caroli diplomatibus nonnumquam omiſſa, in nonnullis ſola, in pleriſque cum ſecunda & tertia legitur, ſed in nullis omninò ſecunda ſeu quæ ab annis Caroli in ſucceſſione Odonis calculum ducit, abſque prima, ùt varia Caroli diplomata, inter Scriptores Rer. Gallicarum tom.* 9, *pag.* 468 *& ſeqq. excuſa, legentibus pateſcet, ſignatur.* E

ſuadent, 894 *fuit fundatum,*

57 *Quæ cùm ita ſint, primam è tribus jam dictis epochis adhibuiſſe ſeu regni ſui annos ab anno* 893 *Carolum in diplomate, Auriliacenſibus conceſſo, computâſſe, idque proinde anno* 899 *datum fuiſſe, in animum induco, eò etiam partim impulſus, primò quidem, quòd iſthoc anno indictio* II, *quâ diploma illud notatum etiam eſt, fuerit revera in curſu,* 2° *autem, quòd alia etiam nonnulla diplomata apud Scriptores Rerum Gallicarum tom.* 9 *à pag.* 476 *ad* 484 *relata, quæ & ipſa anno Caroli ſeptimo, Indictione ſecunda & apud Liturnum ſeu Turnum data notantur, ad eumdem annum* 899 *è communi eruditorum conſenſu ſint reponenda; ac tertiò denique, quòd Fulco, Remenſis archiepiſcopus, nomen ſuum tamquam Caroli regis cancellarius diplomati, Auriliacenſibus abs hoc conceſſo, adſcripſerit, neque tamen, ſi in hoc vel ſecundam vel tertiam è duabus ſuprà memoratis epochis ſecutus Carolus fuiſſet, facere id potuiſſet, cùm eo in caſu diploma illud, non anno* 899, *ſed, ùt computanti pateſcet, vel anno* 904 *vel* 919 *datum fuiſſe oporteret, Fulcoque jam vivere ante utrumque hunc annum deſiiſſet, utì inter omnes convenit. Jam verò, cùm indubiè, uti è jam dictis conſequitur, diploma, quo Carolus Simplex monaſterii Auriliacenſis fundationem ratam habuit, anno* 899 *fuerit conceſſum, hocque, priuſquam illud daretur, annis quatuor aut quinque, ùt ſuprà docui, jam ſtetiſſet, conſectarium* F

A *sectarium est, ut annò circitèr* 894 *fuerit fundatum. Nec tantùm sacrum istud asceterium Sanctus noster solidè tunc fundavit, verùm etiam deinde, ut in hoc religiosè vitæ institutum sanctissimè etiam post obitum suum observaretur, sedulò curavit; neque verò omninò incassum, ùti fas erit colligere ex iis, quæ hic infrà allegabo, cùm nonnulla de primis, qui monasterium illud rexerunt, abbatibus præmisero.*

idque, cujus aliquot tam qui ante Geraldi obium,

58 *Adalgirum proto-pastorem seu primum monasterii Auriliacensis abbatem vocat chronologus Auriliacensis, sui monasterii Historiam contexens.* Ille, *ùt conjicit Mabillonius Annalium Benedictinorum tom.* 3, *pag.* 293, erat unus ex nobilibus adolescentibus, quos in monasterio Vabrensi, ubi vigebat disciplina regularis, institui B. Geraldus curaverat. Ejus nomen S. Odo tacuit, quòd ille dissolutè vixerit, nec tamen ab officio pastorali eum removit B. Geraldus, quia neminem habebat, teste S. Odone, quem loco illius subrogare posset. *Missus est Adalgirus ad Carolum regem, cui* S. Geraldus *propter illius sanctitatem*

B *& nobilitatem non solùm carus, sed etiam familiarissimus erat, inquit chronologus, ut ab eo principe impetraret privilegium, à nobis suprà excusum, quo monasterio, quæ huic fuerant collata, prædia & immunitates assererentur. Eum paulò ante* S. Geraldum, *qui annum* 909, *ùt mox dicemus, ad cœlos migravit, occubuisse, tradit Auriliacensis historicus. Adalgiri locum accepit Joannes, qui,* ex præclara, *inquit chronographus Auriliacensis,* S. Geraldi stirpe ortus, *in litteris Raimundi Auriliacensis & Bernardi Tutelensis abbatum, à Baluzio in Notis ad Reginonem pag.* 635, *& in Historia Ecclesiæ Tutelensis pag.* 625 *& seqq. vulgatis,* S. Geraldi *propinquus & utrique ecclesiæ prælatus dicitur. Si hujusce chronologi verba diligenter inspicias, nullum, cùm* S. Geraldus *è vivis excesserit, apud Auriliacenses tum abbatem exstitisse, argues. Adalgiro enim* paulò ante Amicum Dei *sublato, Joannes non nisi post ejus depositionem Auriliacensis cœnobii clavum assumpsit.*

quàm qui postea floruerunt,

59 *Joannem usque ad annum* 923 *aut circitèr, quo Rodulfus à Francis in regem electus est, vitam produxisse aut Tutelensi ecclesiæ*

C *præfuisse, vel ex eo liquet, quòd hujus principis diplomate Aimo Tutelense monasterium, ut in eo regulare institutum instauraret, commendatum habuerit. Igitur Joannes aut ex vivis jam tum excesserat aut spontanea dimissione ecclesiæ Tutelensis prælaturam abjecerat. Eum vitam cum morte jam commutásse, cùm S. Odo, Aimonis & Turpionis precibus adductus, ad* S. Geraldi *Vitam litteris commendandam Tutelâ profectus, ad Auriliacense oppidum pervenit, verosimile vel idcircò crediderim, quod Odo, in* S. Geraldi *mores & vitam inquirens, nullam omninò Joannis Auriliacensis prælati, qui, teste Auriliacensi chronologo, nobilitate & industriâ præpollens & Romano Pontifici imprimis carus erat, rationem (neque enim illius, dum se id fecisse narrat, mentionem instituit) habuisse videatur; futurum autem fuisse quis credat, ut, si tum adhuc Joannes exstitisset in vivis, Odo tamen virum hunc, qui* Geraldo, *cum quo sanguine erat conjunctus, familiarissimè, ùt dubitandum non apparet, usus, eum Christianissimam vitam agentem piéque morien-*

tem viderat, qui miracula sive ante sive post AUCTORE
mortem ab eodem patrata conspexerat aut au- D. A. B.
dierat, de iis omnibus differentem testantemque non audivisset, sed, eo prætermisso, alios monachos accitos & familiares, quos Vir Dei nutriverat, interrogare maluisset? Joannis itaque loco ad cœnobium Tutelense moderandum Aimo accesserat, cùm S. Odo, qui Joanni apud Auriliacenses abbas successit, nondum abbatis dignitate insignitus, ad Auriliacenses monachos, tum patre orbatos, in vitam & mores S. Geraldi, *ùt ex ipsius Actis conjicere est, inquisiturus advenit. Teste autem Auriliacensi chronologo, anno* 928, *quo Romæ Leo VI per menses aliquot sedit, huic cœnobio S. Odo præfuit; imò, eum ad hoc regendum assumptum fuisse tempore eodem, quo Tutelense monasterium gubernandum habuit, mihi sanè vero apparet simillimum.*

abbates

60 *Sed Auriliaci certè adhuc abbas degebat anno circitèr* 930, *quo juxta Aimoinum lib.* 1 *de Miraculis S. Benedicti cap.* 4 *Floriacense cœnobium, ut in eo lapsam disciplinam restauraret, ingressus est. Variorum licèt monasterio-* E *rum regimine distractus S. Odo, rerum tamen Auriliacensium præcipuam curam non abjecit, quam, usque dum obiit, eum servásse, ex mox dicendis probabile fiet. Arnulfus in coabbatem à S. Odone electus, inter hujus monasterii abbates non numeratur à chronologo Auriliacensi, qui, statim atque de Odone fuit locutus, de Adraldo sermonem instituens, Geraldo de Sancto-Sereno quintum adscribit locum, ad quem tamen non nisi sextus spectaret, si quartus Arnulfo ab auctore fuisset concessus. Abbatum tamen Auriliacensium tabulis eum inscribunt utriusque Galliæ Christ. editores, & Mabillonius Annal. Bened. tom.* 3, *pag.* 433; *quippe qui sive in erectione, sive in restauratione monasteriorum Tomeriensis & S. Theotfredi, ut abbas Auriliacensis comparet. Verùm Arnulfo tamquam Odonis legato aut illius vices gerenti, anno* 936, *qui fuit Ludovici Transmarini primus, B. Marcellini, Ebredunensis episcopi, & aliorum Sanctorum ad ecclesiam cœnobii Cantoligensis nuperrimè erecti, sacra pignora transferendi, negotium commissum est, cujus translationis instrumentum exstat ad calcem tom.* 3 *Annal. Bened. pag.* 707. *Unde, Arnulfum* F *S. Odonis vices apud Auriliacenses egisse, non ineptè argueris.*

hic recensentur

61 *Adraldus monachus Conchensis, ex pago Ruthenico, abbas Auriliacensis creatus,* S. Geraldi *prophetiam, de qua in Vita ejus brevi edenda num.* 78, *complevit,* & cùm basilica esset angusta, *inquit chronologus,* propter affluentem populum, de novo fundatam ecclesiam ampliavit, & constructit aliud monasterium ad Cadenacum. *Inceptam hanc basilicam ad tectum perduxit Geraldus de Sancto-Sereno, Adraldi successor,* absolutamque dedicari curavit anno 992, Indictione XV, non verò V, *ùt notavit Mabillonius Annal. Bened. tom.* 3, *pag.* 569, Johanne Papa XIII adhuc Romæ sedente, *restauravitque S. Clementis ecclesiam, quam* S. Geraldi *pater erexerat. Ad initium regni Ludovici V pervenisse Geraldum, scribit Gerbertus Epistolâ* 71, *nomine, quàm genere illustrior, qui primò Aureliaci monachus, dein Bobiensis abbas, postea Ravennensis & Remensis episcopus, tandem in summum Pontifi-*

AUCTORE D. A. B.

cem ſub nomine Silveſtri *electus eſt. Is, Geraldum tamquam cariſſimum veneratus, Raimundum abbatem, Geraldi ſucceſſorem, magiſtrum habuit. Quanti autem illum fecerit Gerbertus, probant variæ ejus epiſtolæ, maximè illa, quæ num.* 91 *edita eſt.*

ſecedenùm XVI *ad ſtatum ſecularem tranſivit.*

62 *Adraldus II magnum pondus auri & argenti, quod mater ipſi commiſerat, in baſilicæ ornamentum conſumpſit : inter cætera imaginem* S. Geraldi *ex auro puro fabricavit, altareque argenteum decoravit pluribus gemmis. Illius abbatis tempore Leo, abbas de Fundo & Cajetæ epiſcopus, qui Romano concilio anno* 1059 *& eccleſiæ Montis-Caſſini dedicatibni anno* 1071 *vel* 1072 *interfuit, Auriliacum ſecedens, annuentibus abbate & monachis, ſub crypta quadam ſe recluſit piéque ibidem vitam terminavit. Obiit ipſe Adraldus* XVIII *Calendas Novembris, ùt ſcribit chronologus Auriliacenſis, cujus à me in adornanda hac brevi abbatum notitia jam adhibitis aſſertis ſequentia adhuc, quæ ſuppeditat, verba adjungo.* Fuit, *inquit,*

B illa ætate (*id eſt,* X & XI *ſeculis*) abbatia Auriliacenſis inter cæteras florentiſſima ob pietatemque monachi præſtabant. Et tum, *ùt inquiunt Sammarthani Veteris Galliæ Chriſtianæ editores tomo* 3 *ad verbum Aureliacum,* tanta ipſius fama erat, ut inter reliquas Septimaniæ præcelleret..... Præterea hanc domum à primis ſeculis inſignem commendabat plæclara ſcientiarum academia, ex qua viri doctrinâ præſtantes diverſis temporibus prodiêre. Verùm ſeculo quinto decimo medio, *inquit Mabillonius Sæc.* V *Bened. part.* 1, *pag.* 10, inclinare cœpit apud Auriliacenſes monaſtica diſciplina, & anno 1561 ſub abbate Martino de Balma, bullis à Pio IV datis, hoc monaſterium ad ſecularem ſtatum tranſivit & etiamnum perſeverat.

§ V. Quo tempore S. Geraldus obierit & an in monaſterio Auriliacenſi vel ſepultus, vel vitam monaſticam fuerit profeſſus?

C

Sanctus, cujus obitus ad unum eumdemque annum ab omnibus haud refertur.

DE *anno, quo* S. Geraldus *vitam mortalem cum immortali commutaverit, inter ſe diſſident eruditi. Brancheus in libro de Sanctis Arverniæ pag.* 544 *ad annum* 919 *ſancti Viri obitum repoſuit ; diem verò & annum ejus mortis è pervetuſto codice, ad eccleſiam Auriliacenſem pertinente, ſe eruiſſe, affirmat pater Dominicus à Jeſu, quem laudat D. paſtor Savennenſis in oratione,* S. Geraldi *Hiſtoriæ Gallicæ præfixa pag.* 36, *in qua hæc leguntur :* Migravit autem beatus Geraldus menſe octavo, tertio Idus ejuſdem, anno ab Incarnatione Domini DCCCCXVIII, Romanæ Eccleſiæ præſidente Joanne Papa Nono, imperante Berengario, regnante in Francia Carolo Minore. *Idem ferè, ſed diverſis verbis, habet cantus quidam rithmicus, quem* Sequentiam *ſeu* Proſam *vocant, in honore* S. Geraldi *cantari ſolitus & in dicto codice etiam aſſervatus, cujus verba hic ſubdo :* Octobris tertio Idus, Geraldus, aureum ſidus, ſanctum fecit tranſitum, anno Chriſti nongenteno, octavo quoque & deno Deo dedit ſpiritum. Joanne Nono regente Papatum, & imperante domno Berengario, Carolo rege Minore, magno jugiter honore Sanctorum rotario. *Ita ut ex duplici illo documento,* Geraldum *die* 13 *Octobris anni* 918 *diem clauſiſſe extremum, crediderint ſcriptores, quos mox appellavimus. Ad annum verò* 917 *ejus mortem collocat Chronicon quoddam Lemovicenſe, in ſuis ad Bibliothecam Clun. Notis pag.* 37 *à Quercetano laudatum, in quo hæc leguntur :* Anno Domini DCCCCXVII ſanctus Geraldus vitâ & miraculis celebris obiit. *Qui Ademari Cabanenſis calculo firmius adhærent, non ad annum* 907, *ùt nonnulli autumârunt, ſed circa annum* 905 *ſignare debent beati Viri obitum. Cùm enim ſextus Fulberti, nominis hujus ſecundi abbatis S. Martialis, annus, ad quem is ſcriptor Sancti noſtri mortem refert, partim non in* 907, *ſed in annum Chriſti* 905 *incidat, oportet, ut circa hunc, qui è dicti ſcriptoris verbis calculum ducunt,* Geraldi *obitum conſignent.*

D

E

nec ante annum 909, *nec poſt annum,*

64 *Aſt an verè Sanctus anno* 905 *& non potiùs alio poſteriori obiiſſe eſt credendus ? Id, ùt jam indicavi, inter eruditos controvertitur. Nec controverſiæ huic dirimendæ ſufficiunt, quæ ſcribit S. Odo,* S. Geraldi *morientis hiſtoriam num.* 90 *Vitæ ejus edendæ his verbis contexens ;* Intrante verò jam ſuæ migrationis tempore, morabatur ſanctus Geraldus apud Cezerniacum quandam ſui juris eccleſiam..... diſſolutionem igitur ſui jam inſtare cognoſcens Amblardum epiſcopum jubet evocari, ut ejus tranſitum ſuis orationibus muniret..... Sextâ namque feriâ, diluceſcente die, ingraveſcere ſe ſentiens ... ſubjunxit illud verbum, quod ei ſemper familiariſſimum fuit : Subvenite, Servi Dei ... tum verò Dominicum Corpus, quod exſpectabat, ſua ſponte ſuſcepit & ita felix illa anima ad cælos migravit. *Quibus partim & aliis Odonis verbis Sæc.* V *Bened. part.* 1, *pag.* 9 *relatis addit de* Geraldi *obitu Mabillonius :* Neque ante annum 909 ſtatui, neque poſt annum 912 rejici poteſt : primum vetant teſtamenti tabulæ, ab eodem Geraldo menſe Septembri anni 909 conditæ ; alterum mors Adelardi ſeu Amblardi, epiſcopi Claromontenſis, qui Geraldo morienti adfuit, atque menſe Septembri anni 912 Arnoldum habuit ſucceſſorem. *Equidem* S. Geraldi *obitum ante annum* 909 *reponi non poſſe, ſive annus* XVII *Caroli Junioris, illius teſtamento inſcriptus ad annum* 909 *ſignandus dicatur, ſive annus ille à morte Odonis ductus ad annum* 914 *reponendus ſit, cum Mabillonio opinor. At cùm, Adelardum epiſcopum, qui* S. Geraldo *in extremis adfuit, ante menſem Septembrem anni* 912, *ſicuti Mabillonius verbis mox recitatis ſcripſit, obiiſſe non ita ſit certum, enimverò, quominùs beati Confeſſoris mors poſt annum* 912 *rejici queat, tempus, quo Adelardus obiit, non impedit ; ſed, ut* Geraldi *mors certiori argumento ſignetur, de anno, quo Adelardus epiſcopus, qui Sancto morienti adfuit, occubuit, nonnullæ hic difficultates ſolvendæ nobis occurrunt.*

F

etſi interim hoc poſtremum nec ratio, quam Mabillonius adducit,

65 S. Geraldi *mortem poſt annum* 912 *reponi non poſſe, ea adductus ratione Mabillonius exiſtimavit, quòd menſe Septembri anni vigeſimi Caroli regis Adelardus Claromontenſis epiſcopus jam tum ſucceſſorem habuerit Arnoldum,*

A *dum, qui ſuo nomine chartam, ab Ebolo pro fundatione monaſterii Dolenſis conceſſam & menſe prædicto anni vigeſimi Caroli regis confectam, ſignavit. Sed ſi hanc ad annum* 912 *reponendam loco citato putârit vir eruditus, cur, quæſo, tom.* 3 *Annalium pag.* 357 *eamdem anno* 917 *illigavit, huic etiam anno Dolenſis monaſterii fundationem innectens? Mabillonii ſententiam procul dubio ſecuti ſunt Scriptorum Rerum Gallicarum editores tom.* 9, *pag.* 713, *qui ibidem hanc Eboli chartam anno* 917 *pariter illigârunt, huicque proinde & nos cum viris illis eruditis documentum iſtud affigimus. Et verò hiſce Caroli Simplicis temporibus apud Aquitanos & Burgundiones perſonæ tum publicæ, tum privatæ, à morte Odonis, quæ ineunte anno* 898 *accidit, calculum ducentes, annos regni Caroli regis numerabant, ùt in Appendice ad Marcam Hiſpanicam col.* 835 *& ſeqq., itemque Scriptt. Rerum Gallic. tom.* 9, *pagg.* 495, 499 *&* 507, *& in Annalibus Bened. tom.* 3, *pagg.* 358 *&* 360 *videre eſt. Nec Ebolus in charta mox relata di-*

B *verſum calculum inſtituit; & quidem ad hoc credendum eò magìs adducor, quòd revera ad annum* 917 *monaſterii ſui initia reponat chronologus Dolenſis, cujus Opus edidit Labbeus tom.* 1 *Bibl. Mss. pag.* 315. *Hujus auctoris verba huc tranſcribo:* Anno DCCCCXVII, *inquit*, fundatus eſt locus Dolenſis monaſterii ab Ebone Seniore, primo domino Dolenſi; *cujus dedicatio anno* 920 *inſcripta ibidem legitur. Idem tradit Ademarus Chabanenſis, tom.* 2 *ejuſdem Bibliothecæ pag.* 164 *ſcribens:* Eo tempore (*anno nempe* 917) Ebo Bituricus cœpit ædificare cœnobium Dolenſe in honore Dei Matris.

nec inſcriptio hic allegata

66 *Hinc ruit totum Mabillonii argumentum, cúmque proinde non ſit, cur ob id jam inde ab anno* 912 *Adelardum Arnoldo ſedem ceſſiſſe, dicamus, enimverò tempus mortis Adelardi, qui ſancto Viro morienti adfuit, impedire non debet, quominùs hic, qui, quemadmodùm ex infrà dicendis intelliges, decima tertia Octobris die in feriam ſextam incidente obiit, anno* 915, *quo reipſa dies decima tertia Octobris in feriam ſextam incidit, obiiſſe ſtatuatur. Verùm nullo pacto poſt annum* 915, *nec proinde ad*

C *annum* 917, *ùt voluit chronologus Lemovicenſis, nec ad annos* 918 *&* 919, *ùt ſcripſerunt Brancheus, Dominicus à Jeſu & paſtor Savanenſis, ſancti Viri mors rejici poteſt; quippe menſe Septembri anni* 917 *Adelardus Arnoldo locum ceſſerat, ùt ex Eboli charta certiſſimum fit, nec dies* XIII *Octobris, ſancti Confeſſoris emortualis, his annis in feriam ſextam incidit, quæ, ut aptè ſignetur ſancti Viri obitus, ab eruditis negligenda non ſunt. Sed diſſerentibus nobis ad manum venit quædam capſæ, ſanctorum martyrum Agricoli & Vitalis reliquias olim complexæ, inſcriptio, à Dionyſio Sammarthano Galliæ Chriſtianæ tom.* 2, *col.* 254 *inſerta, quæ ſi, ùt aſſerit vir eruditus, ad Carolum Simplicem ſpectet, conſectarium erit, ut Adelardi epiſcopi Claromontenſis mors anno* 910 *vel* 911 *ſit innectenda, utque proinde Sancti noſtri obitus ultra annum* 912 *haud poſſit differri. Aſt, priuſquam ad hoc reſpondeam, en inſcriptionis verba:* In nomine Dei ſummi & in honore ſanctorum martyrum Agricoli & Vitalis Ar-

eleemoſyna verne civitatis hanc capſam ex Elimonia * Carolo rege anno decimo octavo regni ſui, nec non Hicterio comite vel reliquis Chriſti a-

nis, qui hunc vel gemmas congregaverunt pro animas eorum, Haddebertus epiſcopus fieri rogavit, & vos, domini epiſcopi, ſucceſſores veſtri cum clero veſtro in mercide, orate pro nobis, Deodiggus fecit. *Cùm annus decimus octavus regni Caroli in inſcriptione modò data ſignetur, erit ſanè, cur hæc, ſi per Carolum, quem memorat, Carolus Simplex debeat intelligi, ad annum Chriſti* 910 *vel* 911 *referatur, utque proinde Adelardus, è vivis jam tum ſublatus, Haddeberto, in inſcriptione nominato, locum in ſede Alvernenſi ſeu Claromontenſi annorum illorum alterutro atque adeò ante annum* 912 *ceſſiſſe dicatur.* AUCTORIS D. A. B.

67 *Verùm per Carolum, in inſcriptione iſta memoratum, non Carolus Simplex, ſed Carolus Magnus debet intelligi; primò enim hujuſce principis diebus, id eſt, circa annum* 764, *ùt ipſe fatetur laudatus Sammarthanus, apud Arvernos ſedebat Haddebertus.* 2° *Carolus Magnus ad annum* 773 *Arvernis comitem præfecerat quemdam Hicterium, de quo auctor Vitæ Ludovici Pii, tom.* 6 *Rerum Gallicarum pag.* 88 *excuſæ. Hunc comitem tamquam* E *Caroli hominem ligium memorat doctiſſimus Savaro ſub annum* 778 *in Originibus Claromontanæ civitatis pag.* 35: *Carolo Magno proinde imperante, ſeculo* IX *& medio elapſo, Arvernis Haddebertus præerat, & rebus adminiſtrandis hoc tempore præfectus erat Hicterius comes; quæ quidem ad rem noſtram propugnandam non parum faciunt. Quid igitur vetat, quominùs ad hoc tempus hanc inſcriptionem ſanctorum martyrum Agricoli & Vitalis capſæ inſculptam fuiſſe, aſſeramus? Sed ex altera inſcriptione, ab eodem Sammarthano tranſcripta, res adhuc magìs eluceſcet. Hujus documenti verba ſequentia hæc ſunt:* Hic reliquie de caput S. Agricoli & ſancti Vitalis... Haddebertus epiſcopus in Bononia, jubente Carolo rege, recipit; feſto eorum IV Kal. Decemb. *Hinc liquet, Haddebertum ex Bononienſi ditionis Pontificiæ civitate illas ſanctorum Martyrum exuvias*, Carolo rege jubente, *accepiſſe. Quis autem, civitati huic Carolum Magnum imperâſſe, neſciat, cùm, ipſo largiente, ſummo Pontifici hæc civitas ceſſerit, quæ numquam utique ſub Caroli Simplicis ditione exſtitit? Inſcriptio ergò num.* 66 *recitata, quæ* Caroli *nomine notatur, non ad Carolum Simplicem, ſed ad Carolum Magnum ſpectat, eſtque adeò anno Chriſti* 785, *qui poſterioris hujus principis eſt decimus octavus, illiganda; cùm autem ſic habeat, ac proin non ſit, cur Haddebertus quiſpiam anno* 910 *aut ſeq. ſedem Claromontenſem occupâſſe ob inſcriptionem illam cum Sammarthano dicatur, non eſt etiam, cur jam tum Adelardus, cui proximè Haddebertus ſucceſſiſſet, è vivis exceſſiſſe atque adeò Sancti noſtri, cui morienti Adelardus adſtitit, tempus emortuale ultra horum annorum alterutrum aut etiam ultra annum* 912 *differri haud poſſe ob eamdem inſcriptionem credatur.* *evictum det,*

F

68 *Aſt an re etiam ipſa ultra annum* 912 *Sancti noſtri mors poteſt differri? Fieri id non poſſe, ſed, hanc anne* 909 *veroſimiliùs accidiſſe, mihi equidem ob jam nunc dicenda in animum induco. Per Odonis verba, jam hic ſuprà num.* 55 *recitata, ad Sancti noſtri, ùt ibidem docui, teſtamentum, anno regni Caroli Simplicis ſeptimo decimo conditum, reſpicitur;* *912, ſed anno, ùt veroſimiliùs*

AUCTORE D. A. B.

ut, quæ Geraldus *feciſſe verbis illis narratur, teſtamento iſthoc feciſſe ſit cenſendus : cùm iſta autem Sanctum, paulò dumtaxat, priuſquam moreretur, feciſſe, non obſcurè prodant, quæ Odo mox dicto num.* 89 *proximèque antè & pòſt ſcribit, conſectarium eſt, ut teſtamentum iſtud Sanctus paulò dumtaxat ante obitum ſuum condiderit, utque proinde haud diu, poſtquam id feciſſet, diem extremum clauſerit. Verùm quo Chriſti anno fuit teſtamentum conditum? Decimus ſeptimus regni Caroli Simplicis annus, cujus menſe Septembri factum notatur, vel ab anno* 893, *quo Carolus Remis fuit inunctus, vel certè (neque enim à tertia Caroli epocha ſeu anno* 912, *ne alioquin poſt annum* 915, *quod fieri non poſſe, num.* 66 *jam docui, reponendus ſit Sancti obitus, inchoari calculus poteſt) ab anno* 898, *quo in Aquitania poſt mortem Odonis regnare incepit, eſt numerandus ; ſi ab anno* 893 *calculum incipias, anno* 909, *ſi autem ab anno* 898 *numerare velis, anno* 914 *conditum fuiſſe teſtamentum erit dicendum, ùt computanti pateſcet ; cùm autem ſic*

B *habeat, conſectarium è jam dictis eſt, ut Sanctus noſter menſe Septembri ſeu anni* 909 *ſeu anni* 914 *adhuc currente vel certè haud diu pòſt diem extremum clauſerit.*

apparet, 909 *diem extremum clauſit ;*

69 *Ac id quidem ſat certum apparet ; verùm cùm Sanctus, ùt Odo diſertè tradit, feriâ ſextâ, & quidem non decimâ, ùt Petrus de Natalibus aliique nonnulli recentiores hunc ſecuti volunt, ſed, quemadmodùm Ademarus ſcribit communiſque eccleſiarum Alverniæ fert traditio, tertiâ decimâ Octobris die vitam cum morte commutârit, ac proin haud alio anno, quàm quo decima tertia Octobris dies in feriam ſextam incidit, obiiſſe ſit dicendus, conſectarium eſt, ut anno equidem* 914, *utpote quo tertia decima Octobris dies in feriam ſextam non inciderit, vitâ functus haud ſit ; quare cùm anno, qui hunc proximè excepit,* 915 *tertia decima Octobris dies in feriam ſextam inciderit, conſectarium ulteriùs è jam dictis ſit, ut vel poſteriori iſthoc anno, vel anno* 909, *quo pariter tertia decima Octobris dies in feriam ſextam incidit, obiiſſe ſit credendus ; id autem po-*

C *ſteriori iſthoc anno accidiſſe, veroſimiliùs opinor, quòd inter anni quidem* 914 *Septembrem, quo è dictis teſtamentum,* XVII *regni Caroli Simplicis anno notatum, conditum eſſe poteſt, & anni* 915 *tertiam decimam Octobris diem unius ampliùs anni temporis ſpatium, inter anni verò* 909 *Septembrem, quo pariter è jam dictis teſtamentum illud conditum eſſe poteſt, & anni ejuſdem* 909 *tertiam decimam Octobris diem paucarum dumtaxat hebdomadarum tempus interceſſerit, Sanctuſque, ùt ſuprà docui, haud diu, poſtquam dictum teſtamentum condidiſſet, diem extremum clauſerit. Utut ſit, cùm id equidem è jam dictis indubiè vel anno* 915, *vel* 909, *veroſimiliúſque duorum horum annorum poſteriori acciderit, hinc circa hunc obiiſſe* Geraldum, *hic ſuprà in margine indicavi. A tempore, quo* S. Geraldus *obiit, ad locum, quo fuerit ſepultus, ſermonem jam convertamus.*

eſſe autem in Auriliacenſi, utì hic adducta probant, monaſterio fuerit ſepultus,

70 S. Geraldi, *qui Cezerniaci feriâ ſextâ è vivis exceſſerat, corpus Dominicâ ſequenti Auriliacum, quo tumulo ibidem conderetur, delatum eſt. Sed audiendus Odo, num.* 96 *Vitæ edendæ hæc narrans :* Sui autem, quàm plurimis comitantibus turbis, corpus illud ſanctum ad Aureliacum, ſicut ipſe juſſerat, detulerunt, & in ariſtonem lapidem, ad ſiniſtram ſcilicet D
baſilicæ ipſius, collocaverunt juxta aram ſancti Petri, ita ut ſepulchrum ejus habeatur in dextro & ipſum nihilominus in dextrorium : *& num.* 98 *hæc addit :* Dominicâ igitur poſt tranſitum ejus inſecuta, multis, ùt diximus, comitantibus turbis, ad Aureliacum delatus eſt. *Idem aſſerunt chronologus Lemovicenſis, à Quercetano in Notis ad Bibliothecam Cluniacenſem pag.* 37 *citatus, & Ademarus in Chronico Abbatum S. Martialis Lemovicenſis, ſuperiùs à nobis num.* 61 *& ſeq. hujus Commentarii laudato ; quibus relatis, ſacras* S. Geraldi *exuvias in eccleſia Auriliacenſi Dominicâ die, ejus obitum inſecutâ, terræ juxta aram S. Petri mandatas fuiſſe, dilucidè probatur.*

haud fuit tamen in hoc, utì hic

71 *Fuiſſe itaque* S. Geraldum *in monaſterio Auriliacenſi ſepultum, certum eſt atque indubitatum ; aſt an ibidem antea vitam monaſticam fuerat profeſſus ? Primus, à quo id, ùt ego quidem novi, aſſeratur, eſt Petrus de Natalibus, qui in ſuo Sanctorum Catalogo lib.* 9, *cap.* 45 *ſanctum Virum monaſtico ſtatui adſcripſit his verbis :* Geraldus, relicto ſeculo, mona- E
ſterium in proprio ſolo in Aureliaco conſtruxit, quod de ſuis facultatibus largè dotavit, in quo ſe monachum fecit, & multâ vitæ ſanctitate & abſtinentiâ claruit &c. *Equilinum in ſua annuntiatione ad diem* x *Octobris ſecuti ſunt Maurolycus, Felicius, Dorgainus, Wionus, & Ferrarius in Generali ſuo Sanctorum Catalogo ; verùm hiſce omnibus hagiologis pro reſponſo ſint, quæ Odo, Sancto noſtro æqualis, in Actis edendis num.* 53 *tradit his verbis :* Gausbertum, venerabilem & laude dignum planè epiſcopum, cum aliis quibuſdam honeſtis viris evocavit Geraldus, &, qua mentis cogitatione incitaretur, familiariter indicavit. Etenim domnus iſte Gausbertus Viro Dei cariſſimus erat, & pro communi ſanctitate mutuum ſibi invicem contubernium præſtabant. Exponit itaque, præſentis vitæ ſibi ineſſe faſtidium & religionis habitum deſiderare, Romam proficiſci velle & prædia ſua beato Petro, Apoſtolorum Principi, jure teſtamentario delegare. Cúmque de hoc diu tractatum eſſet, vir Domini Gausbertus, altiori conſilio cauſam inſpiciens, tandem ſuaſit, in ſeculari habitu ſeſe ſpecie tenùs pro communi ſalute provincialium retineret : res verò, ſicut vellet, beato Petro dicaret. At ille, ne ſuæ diffinitioni pertinaciùs inhærens inobedienter egiſſe videretur, aſſenſus eſt. F

allegata evictum dant,

72 *Et num.* 66 *addit :* Noverant autem ſui, quod religionis habitum toto niſu cupiebat. Sed, cùm eſſet providus, conſiderans, quia profeſſores ſublimis propoſiti, dum ſeculi amore corrumpuntur, graviùs ab alto ruunt, ſatiùs æſtimavit ſic ſtare, quàm abſque probitatis cooperatoribus rem tam arduam attentare. Si igitur votum illius inſpicias, monaſticæ profeſſionis fidem Chriſto per devotionem ſervavit. Et laus valdè eminens eſt in habitu ſeculari religionis propoſito deſervire, ſicut econtra nimis ignominioſum eſt, ſub ejuſdem religionis indumento ſæculum quæſiſſe. Cùm ergò Vir iſte non haberet fratres, ùt præfati ſumus, cum quibus benè & jocunditer habitaret in unum, vitæ hujus incolatum tædiosè ferebat. Et, ſicut olim Noë, cùm foris non inveniſſet, ubi requieſceret, ad arcam & ad ipſum Noë redibat. Sic iſte Vir

inter-

AUCTORE D. A. B.

§ VI. Quibuſnam Faſtis ſacris Sanctus exſtet inſcriptus & quî Auriliaci primùm aliiſque deinde locis cultum ſit adeptus.

Sanctus, qui in Mrl. antiquo hic memorato hodie celebratur,

CUm Sanctus noſter ſeculo demùm X, *ùt jam vidimus, vitam hanc mortalem cum immortali commutárit, fruſtra ejus nomen apud Uſuardum alioſque, qui ſeculo* IX *aut citiùs floruêre, martyrologos,* claſſicorum *appellatione diſtingui ſolitos, requiras. Verum* S. Geraldum *paſſim celebrárunt, qui à ſeculo* XI *aut* XII *floruerunt, hagiologi; hiſque omnibus forſan præiverit vetuſtiſſimi, quod ab annis ſexcentis (ſi modò titulus ei apud Sauſſaium in Martyrologio Gallicano pag.* 1247 *præfixus veritati conſonet) fuerit conſcriptum, Martyrologii S. Sabini ſeu Savini de Levitania in montibus Pyrenæis in agro Tarbienſi auctor anonymus. Hic hodie in antiquo iſto, quod totum apud Sauſſayum à pag. citata exſtat, monumento ſic habet:* Die XIII Octobris in pago Averni * monaſterio, qui vocatur Aureliacus, depoſitio S. Geraldi confeſſoris, qui licèt in laïcali habitu Chriſtianæ religioni viriliter inhærens, quemadmodùm Domino charus extiterit, per miracula monſtratur, quæ vivens geſſit, & multipliciùs poſt mortem operatur. Nam ab infantia virgo fuit.

E.

*Arverni

Vitam monaſticum umquam profeſſus.

73 *Meritò igitur Menardus in ſuo Martyrologio Benedictino pag.* 34 *& Bucelinus in ſuo Menologio ad* XIII *Octobris*, S. Geraldum *fuiſſe quidem monaſtici Inſtituti cupidiſſimum, nihilominùs tamen numquam fuiſſe monachum, aſſeruerunt: quorum opinioni cum Mabillonio Sæc.* V *Bened. part.* 1, *pag.* 6 *libenter aſſentimur. Nec eſt, cur hic Severtium, qui libro de Epiſcopis Matiſconenſibus* S. Geraldum *Auriliacenſem non ſolùm Cluniacenſem monachum, ſed & Matiſconenſem epiſcopum exſtitiſſe, exiſtimat, novis rationum momentis refellamus. Quantum enim hic auctor hallucinatus fuerit, haud difficulter, qui Sancti noſtri Vitam, ab Odone ſcriptam, legerit, deprehendet. Hinc liquet, emendandos eſſe codices eccleſiarum Nemauſenſis & Mimatenſis, Officia Sanctorum peculiarium quædam continentes, in quorum primo* S. Geraldus, *armorum ſimul & licentiæ militaris pertæſus, in monaſterio, Aureliaci à ſe exſtructo, monaſticum habitum induiſſe narratur. Liquet & emendandum pariter librum eccleſiaſticum, Lugduni anno* 1619 *auctoritate illuſtriſſimi D. D. Caroli de Rouſſeau, Mimatenſis epiſcopi, editum, in quo Sancti noſtri Legenda quædam, ex Hiſtoria* S. Geraldi *Auriliacenſis & S. Geraldi Silvæ-Majoris abbatis Vita in unum conflata, exſurgit. An autem in Breviaria harumce eccleſiarum noſtris temporibus excuſa idem error irrepſerit, omninò me latet. Hujus originem quaſi digito, prælucentibus mihi viris eruditiſſimis Papebrochio & Mabillonio,* § *ſeq. indicabo.*

neque tamen certò, quòd cum Geraldo Sylvæ-Majoris abbate,

75 *His ipſis ferè verbis hodie etiam* S. Geraldum *celebrat, quod apud Sollerium exſtat, Uſuardinum, ex Aquicinctino, qui, quemadmodùm is in ſua ad Uſuardum Præfatione num.* 224 *conjicit, ſec.* XIII *poſterior non eſt, codice acceptum, Auctarium. Huic etiam, quæ idem Sollerius allegat, Uſuardina alia è Bruxellenſi, Caſtri-Caroli, & Remenſi codicibus accepta Auctaria addi queunt; etſi enim in hiſce, contrà ac in Aquicinctino Auctario fit, nullo omninò* Geraldus *exornetur elogio, ita tamen annuntiatur, ut facilè dignoſci & à Geraldo Sylvæ-Majoris abbate diſcerni queat; quod autem ad alia Uſuardina Auctaria, quæ apud Sollerium etiam exſtant, ac vel ex Victorino, Reginæ Sueciæ, Vaticano & Lugdunenſi codicibus vel ex editione Lubeco-Colonienſi alteráve, per Belinum curatâ, ſunt deprompta, jam ſpectat, ea ego Faſtis ſacris, Sanctum noſtrum certò celebrantibus, haud accenſeo; rationem autem, ob quam id non faciam, è jam nunc dicendis intelliges. B. Geraldus, Sylvæ-Majoris abbas, de quo in Opere noſtro ad diem* V *Aprilis jam actum, feſto annuo* XIII *Octobris die, non ſecùs ac Sanctus noſter, recolitur, ùt Papebrochius ad mox dictum Aprilis diem docet.*

F

hodie etiam, ut Papebrochius

76 *Verba, quibus id ibidem facit, ſequentia hæc ſunt:* Archiepiſcopus Rothomagenſis & epiſcopus Catalaunenſis, quibus Cæleſtinus III Papa anno 1197 in Bulla canonizationis mandaverat, ut ipſum S. Geraldum (*Sylvæ-Majoris abbatem*) feſtivitate ſolemni conſtituta die ſingulis annis excolerent; hi, nullo ad diem mortis habito reſpectu, ... annuè recolendum præſcripsêre, ſcilicet XIII Octobris; ad quem diem

AUCTORE D. A. B.

diem mox GERALDI confeſſoris nomen adſcribi cœpit Uſuardi Martyrologiis & in Ms. quidem S. Germani de Pratis ipſo die ſanctorum confeſſorum Geraldi & Leoboni. Duplici verò Colonienſi excuſo & Florario Ms. Solus Geraldus cum titulo Confeſſoris ponitur..... Præcipuum autem ipſius die XIII Octobris cultum arguit, quod tali & non alio die inveniatur in Faſtis antiquioribus variiſque monaſticis Kalendariis Mss., quibus unicus tantùm Sanctus, idque Officio eccleſiaſtico colendus, inſcribi quolibet die ſolet: & in Martyrologio Ms. Benedictinorum Martinienſium Tornaci ante alios omnes primo loco ponatur "III. Idus Octobris Natale S. »Geraldi confeſſoris." Simili phraſi videtur inſcriptus Martyrologio Rubeæ-vallis, quod in Natalibus Sanctorum Belgii allegans Molanus, "In Aquitania", inquit, "natalis S. Ge»raldi abbatis & confeſſoris, viri miræ ſancti»tatis": ac, ne dubites, in titulo appellat: Abbatem Silvæ-Majoris. Molanum Ferrarius in Catalogo aliique tranſcripſerunt. *Ita laudatus deceſſor noſter, nec ei Mabillonius Sæc.* VI *Benedictino part.* 2, *pag.* 875 *adverſatur; etſi enim Papebrochio, qui* exiſtimavit Cæleſtinum pontificem, archiepiſcopo Rothomagenſi & epiſcopo Catalaunenſi in mandatis dediſſe, ut feſtum B. Geraldi (*abbatis ſcilicet Sylvæ-Majoris*) conſtituerent, *non aſſentiatur; hunc tamen aliquo feſtivo honore hac die donatum variiſque hinc Martyrologiis inſcriptum fuiſſe, ipſemet eadem Sæc. ejuſdem Bened. part.* 2, *pag.* 873 *ſcribit.*

B

& Mabillonius docent, antiquitùs honorato, interdum confundatur,

77 *En etiam, quibus id facit, verba.* Meritò, *inquit*, Geraldi nomen Hugo Menardus in Martyrologio Benedictino die v Aprilis conſignavit... Qui verò ejus memoriam ad alios dies revocârunt, hunc beatum Virum cum aliis Sanctis cognominibus confudiſſe videntur, quod potiſſimùm contigiſſe non dubitamus die XIII Octobris, quod hac die ſancti Geraldi Auriliacenſis apud Arvernos proinde in Aquitania comitis celeberrimi in vetuſtis Monumentis memoria fiat. Hinc Molanus hac ipſa die in Sanctorum Belgii Natalibus, laudato Rubeæ-vallis Martyrologio, ubi ſancti Geraldi confeſſoris memoria habetur, Geraldi noſtri laudes ex veteri Poëta & ex Liſiardo proſequitur. Ferrarius verò in Catalogo generali Sanctorum eadem die Geraldum noſtrum cum Geraldo Auriliacenſi atque alium ejuſdem nominis abbatem Lemovicenſem laudat; at Bucelinus, licèt noſtrum Geraldum jam die v Aprilis conſignâſſet, ejus tamen memoriam iterum repetit XIII Octobris. *Cùm itaque, ùt Papebrochius & Mabillonius verbis jam datis docent, tam Geraldus, Sylvæ-Majoris abbas, quàm Sanctus noſter hodie honoratus antiquitùs fuerit, hinc factum, ut hodie etiam non tantùm hunc, ſed & Geraldum, Sylvæ-Majoris abbatem, martyrologi diſertè celebrent, vel alterum cum altero confundant, vel ſic certè de Geraldo, quem celebrant, loquantur, ut vix ac ne vix quidem, de quonam loquantur, intelligas.*

C

Faſtis omnibus, in quibus Geraldi nomen exſtat, cenſendus eſt inſcriptus, indubiè tamen à nonnullis recentioribus memoratur,

78 *Jam verò, cùm non magis diſtinctè de Geraldo, quem celebrant, Uſuardina Auctaria, num.* 75 *poſtremùm laudata, inſtituant ſermonem, hinc eſt, cur ea Faſtis ſacris, Sanctum noſtrum hodie commemorantibus, accenſenda haud duxerim; etſi autem iiſdem nec antiquum abbatiæ S. Laurentii Bituricenſis Martyrologium, Biblioth. Labbeanæ tom* 2 *à pag.* 697 *inſertum, annumerandum eamdem ob cauſam videatur, aliter tamen de Uſuardinorum, quæ num.* 75 *priori loco citavi, Auctariorum auctoribus, utì etiam de Dorgaino, Wiono, Menardo, Maurolyco, Caſtellano aliiſque nonnullis martyrologis recentioribus eſt pronuntiandum; hi enim Geraldum, quem memorant, ita annuntiant, ut vel ſolo, quo eum ſignant, loco vel certè adjunctis aliis, ſibi eſſe de Sancto noſtro ſermonem, non obſcurè prodant, etſi interim eorum nonnulli non ad* XIII, *ſed ad* X *Octobris diem Sancti noſtri nomen ſignent. Verùm, etſi janè ſic* Geraldus *Auriliacenſis, quem Martyrologio Romano hodierno à Baronio non inſcriptum, Bailletus miratur, in Faſtis ſacris commemoretur, idque non parùm ad ejus gloriam conducat, hinc tamen,* Geraldum *cultu eccleſiaſtico gaviſum fuiſſe jam tum, cùm Faſti illi ſcriberentur, inferri non poteſt. Etſi enim Servorum Dei in Faſtis ſacris antiquis, quos* claſſicos *vocamus, inſcriptio pro cultu eccleſiaſtico ſoleat haberi, res tamen quantùm ad Faſtos, recentiori ævo contextos, ſecùs habet, utì* D

E

paſſim eſt notum. Aſt etſi ſic habeat, cultu tamen eccleſiaſtico non tantùm Auriliaci, ſed & pluribus aliis locis fuiſſe olim gaviſum ac porrò hodieque gaudere S. Geraldum, *è jam nunc dicendis patejcet.*

cultum eccleſiaſticum non quidem ſtatim a que quod hic narratur, evenit,

79 *Eum poſt mortem Auriliacum delatum ibidemque in eccleſia S. Petri terræ mandatum fuiſſe, ex Odonis teſtimonio variorumque chronologorum verbis num.* 70 *probavimus; variis autem cùm ibidem coruſcâſſet miraculis, à biographo narratis,* Septimo, *inquit hic num.* 103, poſtquam migraverat, anno ſarcophagus, qui uſque medium cooperculi terra contuſa calcibus fuerat contectus, ſenſim eminere ſuper eamdem terram cœpit; *quod cùm Mabillonius Sæc.* V *Benedictino part.* 1, *pag.* 10 *conſideràſſet,* Id probatæ ſanctitatis, *ait,* indicium habebant veteres, ut in S. Droctovei abbatis Actis ſeculo 1° obſervavimus. Hinc factum, ut publicus Geraldo cultus, qui hodieque ei exhibetur, decretus ſit. *At, qui Sancti Hiſtoriam, ab Odone contextam, evolverit, ita certe non arguet; imò eum non tantùm non jam inde à ſeptimo poſt obitum anno, ſed nec tunc, cùm ejus Vitam ſcriberet Odo, fuiſſe de terra levatum, non obſcurè is prodit, verbis proximè recitatis Vitæ edendæ num.* 103 *hæc ſubjungens:* Nec tamen terra, quæ erat in gyro, aut elevari aut deprimi viſa eſt. Incolæ tamen necdum hoc animadvertebant. Cùm interea quidam clericus de Lemovicenſi pago veniens interrogabat monachos, utrum ſarcofagus domni Geraldi ſurſum emerſiſſet. Et ſubjunxit, quod admonitus per ſomnium fuerit, ut ad ejus tumulum veniret, quoniam ejus ſarcofagus jam apparere cœpiſſet. Tum verò monachi cum ipſo pergentes ad tumulum & linteum deſuper evellentes, ita repererunt, ùt clericus dormiens viderat. Et tunc quidem aliquantulum eminebat. Jam verò non parùm altior videtur. Quiſquis autem hoc dignoſcit, virtutem aliquam eſſe divinam ignorare nequit. *Cùm ergo Odo, poſtquam ſarcophagum,* S. Geraldi *corpus continentem, ſeptimo poſt obitum ejus anno aliquantulum ſuper terram eminuiſſe edixit, mox etiam,* jam verò non parùm altior *ſeu non parùm ſuper terram magis eminere* videtur *adjungat, ita ſanè tunc, cùm*

F

cùm iſta ſcriberet, corpus illud de terra ſeu tumulo levatum nondum fuiſſe, dilucidè, uti nemo non fatebitur, inſinuat. Nec ſtatim etiam tunc Sancto, cùm ſarcophagus ejus corpus continens ſuper terram eminere cœpit, publicus cultus, ùt Mabillonius loco proximè citato indicare videtur, fuit decretus, niſi quis, cultum publicum Viro Dei, cùm clericus, de quo Biographus, in ſomnis admonitus, ad ejus tumulum advenit, exhiberi cœpiſſe aſſerat, quod valde incertum crediderim. Quandonam ergo Sanctus de terra levatus & publicus ei cultus Auriliaci fuerit decretus, determinare, præſertim ex Odonis verbis, eſt oppidò difficile.

ſed jam inde ab anno, uti hìc addicta ſuadent,

80 *Sancti Biographus, cui* Geraldi *ſanctitas cognita erat, quique eam quàm maximè venerabatur, ubique in Hiſtoria, quam circa annum* 926 *contexuit,* Sancti *titulo eum condecorat, eademque honorifica appellatione in charta cujuſdam Amelgerii militis ſub Aimone abbate Tutelenſi, id eſt circa annum* 930, *data & in eccleſiæ Tutelenſis Hiſtoriæ Appendice col.* 443 *& ſeq. excuſa, inſignitus apparet. Nec deſunt multa alia ſeculi* x *inſtrumenta, quibus ille* Sancti *vocabulo affectus inſcribitur; ſed cùm ex illo titulo, qui in chartis laudatis aut laudandis* Geraldo *attribuitur, fuiſſe hunc jam tum, cùm litteris mandatæ fuerunt, de terra levatum & publico cultu donatum, concludi non poſſit, opportunè nobis tres occurrunt chartæ, è quibus circa medium ſeculum decimum* S. Geraldi *nomen monaſterio ſeu eccleſiæ Auriliacenſi inditum fuiſſe intelligitur. Primâ, quæ tamquam Raimundi, Gothiæ marchionis, teſtamentum habetur, inter Hiſtoriæ Occitaniæ inſtrumenta, col.* 107 *& ſeq. tom.* 2 *excuſa reperitur, Raimundus vult, ut allodium Malavalle,* quod de illos monachos & de ipſo abbate ùt acquiſivi S. Petri & Sancti Geraldi ad ipſo cœnobio remaneat. *Secundâ Stephanus, qui eccleſiæ Claromontenſi circa medium ſeculum decimum præfuit, legat* S. Geraldo de Aureliaco villam, quæ vocatur Altgrin, *quam ceſſionem ad annum* 951 *repoſuit Mabillonius Annalium tom.* 8 *pag.* 513.

936 *vel*

81 *Tertiâ denique, ex Monumentis Hiſtoriæ Occitaniæ à Catello editis & à Mabillonio pag.* 423 *tomi mox citati laudatis Raymundus primarchio & dux Aquitanorum, de quo jam ad annum ſecundum Ludovici regis, volens exſtruere apud Tomerias in pago Narbonenſi cœnobium,* in quo monachi ſecundùm regulam Sancti Benedicti converſarentur, ex Aureliaco B. Geraldi cœnobio quoſdam fratres ſub manu venerandi abbatis Arnulfi accerſiverit, ex quibus ibidem à pluribus epiſcopis abbas Otgarius ordinatus eſt. *Cum igitur* S. Geraldi *nomen monaſterio ſeu eccleſiæ Auriliacenſi ab anno* 936 *& ſequentibus inditum fuerit, enimverò id eum tunc publico cultu donatum ibidem fuiſſe, certiſſimum eſt indicium. Sed & eum illo cultu gaviſum fuiſſe, antequam S. Odo eccleſiæ iſtius pedum acciperet, ſeu antequam ad illius Hiſtoriam ſeſe accingeret, vel potiùs dum Joannes,* S. Geraldo *ſanguine junctus, huic monaſterio adhuc prælatus erat, mihi ſuadet charta quædam Raimundi Auriliacenſis & Bernardi Tutelenſis abbatum, in Appendice Actorum eccleſiæ Tutelenſis col.* 379 *& ſeq. à Baluzio edita, quam hìc idcircò juverit recudere.*

82 *Sic habet:* Notum ſit omnibus mona-

adhuc

ſteriorum fratribus, videlicet Aureliacenſis & Tutelenſis, tam præſentibus quàm futuris, quia invicem habuerunt querimonias Raimundus Aureliacenſis abbas & Bernardus Tutelenſis abbas. Joannes abbas qui propinquus B. Geraldi dignoſcitur fuiſſe, ſimul utraſque eccleſias tenuit & quaſdam poſſeſſiones, ſui juris quæ ſibi à parentibus contigerant, Eccleſiæ B. Martini Tutelenſis monaſterii dedit, ſcilicet, presbyterale miniſterium Eccleſiæ Sancti Amantii de Faurcio & tres manſos in eadem curte, manſum Geraldi & manſum Frudini & manſum Rotgerii & quindecim debitales porcos in eadem curte, freda regalia, quæ Joannes habebat annuatim de manu regis Francorum in Tutelenſi caſtro. Dedit & alios quinque manſos in parrechia de Argentado. Has res ſuperiùs nominatas dedit Eccleſiæ Beati Martini & monachis ibidem Deo famulantibus Johannes abbas hac quidem conditione ut uno quoque anno in Feſtivitate Beati Geraldi tres liberas piperis aut pigmenti Tutelenſes fratres, Aureliacenſibus perſolverent. Eo quidem vivente, ut patres noſtri ſoliti ſunt referre, reddebatur abſque ulla contradictione. Poſt mortem verò ipſius orta eſt ſæpiſſimè lis. Tandem facta eſt pax hoc modo. Ego Raimundus Aureliacenſis abbas, cum conſilio fratrum meorum hoc Tutelenſibus fratribus grave fore cognoſcens rogatu illorum atque humili prece, Bernardo abbati fratri noſtro & filio, noſtræque congregationis monacho, ſuiſque ſucceſſoribus omne annuale cenſum remitto.

citiùs

83 *Raimundus & Bernardus Auriliacenſi & Tutelenſi Eccleſiis, ut innuit Dyoniſius Sammarthanus in Gallia chriſtiana auctâ tom.* 2. *col.* 441. 663. *poſt medium decimum ſeculum præfuerunt; Joannes verò ſecundus Auriliacenſis abbas, hoc cœnobium poſt B. Geraldi mortem, ut numer.* 59 *innuimus, ad annum circiter* 924. *aut* 925. *rexit. Ex hoc inſtrumento mox à nobis tranſcripto conſtat, ſub Joannis regimine, antequam S. Odo qui Turpionis Epiſcopi Lemovicenſis & Aimonis Tutelenſis abbatis precibus adductus, S. Geraldi Hiſtoriam contexendam ſuſceperat, in illius mores & vitam inquiſiturus Auriliacum advenerat, Virum Dei ſingulis annis Auriliaci feſtivo die colì conſueviſſe, ſeu feſtivitatem aliquam in ejus honorem à ſuis Auriliacenſibus inſtitutam eſſe, qua die pigmentum aliquod fratribus, ſeu ut in Gloſſario interpretatur Cangius,* potionem aliquam ex melle, vino, diverſiſque ſpeciebus confectam, *cum pipere, quod tunc ob raritatem inter pretioſa aromata annumerabatur, Tutelenſes dare conſueverant, ut inde Auriliacenſes lautiùs reficere ſeſe poſſent.*

obtinuit,

84 *Neque dicas, feſtivitatem illam fortè fuiſſe ex iis* quæ, *ùt notat Mabillonius ſeculo* VI. *Benedictino parte II. pag.* 875. 876., hodiè in pleriſque ordinis noſtri monaſteriis ex antiquo patrum *noſtrorum inſtituto fieri ſolent, in quibus primorum* abbatum *& fundatorum anniverſaria ſolemniſſimè, ſingulis annis* celebrantur. *Et quidem B. Geraldi feſtivitatem ab illa, de qua Mabillonius, longè diverſam eſſe ex ipſismet cartæ mox tranſcriptæ verbis, quibus aliquem diem feſtum Geraldo, Beati titulo inſignito, inſtitutum fuiſſe aſſeritur, opinor; præterea ſi veram & Eccleſiaſticam feſ-*

tivitatem ex cartæ verbis inſtitutam, aut ſi ex his publicum Geraldo cultum decretum fuiſſe non arguas, dic, quæſo, ſi non ſub Odone, ſub quonam alio ex Eccleſiæ Auriliacenſi prælatis, publico cultu S. Geraldus veneratus fuerit, cum & ſub Odonis & aliorum, qui ad cœnobium Auriliacenſe poſt illum moderandum acceſſerunt, regimine cultus ille jam tùm inſtitutus appareat? Quo autem anno ſacrum ejus corpus è tumulo levatum, fideliumque venerationi expoſitum fuerit, dicere haud queo; igitur eum ſub Joanne abbate, publicum illum cultum adeptum fuiſſe, hic probaſſe ſufficiat.

hodieque Auriliaci obtinet,

85 *Geraldi corpus poſtquam de terra fuerat levatum, Auriliaci uſque ad annum* 1567, *quo ſacrum illud pignus, quapiam dumtaxat hujus parte, quam anno* 1679 *Hercules de Mauſieri ducis Mulinenſis Procurator, thecæ argenteæ incluſit, exceptâ, exuſſere hæretici, ut ſcribit Brancheus pag.* 594 *& ſeq., honorificentiſſimè fuit ſervatum. Ibi quoque S. Geraldus eccleſiaſtico, qui Auriliaci hodièque perſeverat, cultu fuit gaviſus, hincque is ad alia loca, in quorum nonnullis eccleſiæ etiam ſub Geraldi nomine exſtant exſtructæ, ac ſacræ ejus Reliquiæ religioſè aſſervantur, eſt extenſus. Juverit hìc ſub lectoris oculis Collectam, Hymnos, quaſdamque Antiphonas ex Vita S. Geraldi à Paſtore Savenenſi excerptas quibus Sancti memoriam colunt Auriliacenſes, Litaniis in ejus honorem contextis ſilentio prætermiſſis, huc tranſcribere.*

ANTIPHONA.

DUm Cœlos ingrederetur Beatus Geraldus Auriliaci Comes, audita eſt vox dicentium : Beatus qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus, facere mala & non fecit.

ORATIO.

OMnipotens & miſericors Deus, cujus ſingulari gratiâ Beatus Comes Geraldus confeſſor tuus in ſummâ vitæ licentiâ, legis tuæ præcepta non eſt tranſgreſſus : da nobis famulis tuis, ita tuis inhærere mandatis, ut & mala nulla facere & juſtitiam omnem implere valeamus : Per Dominum &c.

IN DIEM S. GERALDI.

AD VESPERAS HYMNUS.

uti hæc tranſcripta in ejus honorem.

86 LÆtus affulget populo fideli
Nunc dies : Sacris feriamus unà
Cantibus Cœlum; ſuperique nobis
Plaudite cives.
Gratus à cunis Domino Geraldus,
Callidas pravi fugit hoſtis artes
Sæculi nuſquam puerum doloſi
Faſcinat aura.
Stirpe regali genitus, beatam
Pauperum ſortem generoſus ambit.
Hos alit gaudens, recreatque nonâ
Parte bonorum.
Membra, ſubtractis dapibus, magiſtræ
Subjicit menti; removet profanos
A cibis luſus; vitio ſit hoſtis
Impiger omni.
Lumen hic cæco, pedibusque robur
Debili reddit, ſimul & ſalutem
Febre languenti, quibus ipſe palmas
Abluit undis.
Erigit templum Domino ſuperbum;
Utque tutelam ſocíet decori
Orbe Sanctorum pretioſa toto
Pignora quærit.
Laus Patri ſummo, genitæque Proli,
Morte quæ lapſum reparavit orbem,
Flamini ſit par utriuſque divo
Gloria ſemper. Amen.

AD MATUTINUM HYMNUS.

Ut Dei laudes moduletur ultrò
Noctibus, caſtum mediis Geraldus
Deſerit lectum, precibuſque turbat
Tempora ſomni.
Cum dapes ferri ſibi delicatas
Expetunt multi procerum, choræis
Aut vacant noctu, juvat hunc ſupremo
Numine paſci.
Hunc ſuos ſacris juvat Angelorum
Vocibus ſemper ſociare cantus.
Vota fraganti potiora thure
Mittit olympo.
Attrahit mirum pius inde rorem,
Quo ſibi pectus cupit irrigari :
Quo, vel exili maculâ carere
Sedulus ardet.
Sic regit dulci populum volentem
Lege : ſic hoſtes ſine cæde vincit.
Caſta ſic Chriſto ſtudet exhiberi
Virgo Geraldus.
Verte nunc, Princeps, ſuperâ faventem
È domo vultum : miſeriſque dextram
Tende ſuccurrens famulis; & arce
Dæmonis artes.
Teque nos æquo pede fac ſequamur :
Cordibus fac nos Domino canamus;
Et preces altam, Venerande, noſtras
Offer ad aram.
Laus Patri ſummo, genitæque Proli,
Morte quæ lapſum reparavit orbem;
Flamini ſit par utriuſque divo
Gloria ſemper. Amen.

AD LAUDES HYMNUS.

recitari ſolent :

87 Vix diem gallus cecinit propinquam,
Currit ad Templum celer; & ſalutis
Victimam noſtræ videt immolari
Manè Geraldus.
Per dies, morbis etiam retentus,
Litteras verſat meditando ſacras,
Cuncta regalis recinit diſertè
Cantica vatis.
Gloriæ ſolùm cupidus futuræ,
Conterit forti pede res caducas;
Semper & recto ſequitur vocantem
Tramite Chriſtum.
Proximam ſe mors ubi præbet ægro;
Lætus auguſtum Domini repentè
Flagitat corpus; recipitque magno
Tactus amore.
Ac terens ſigno Crucis ipſe frontem,
Clamat : ô Sancti modò ſubvenite !
Dixit; & cœli volat ad ſupremas
Protinus ædes.
Sancte ! jam pleno bibis ore fontem,
Quo vigent coetus ſuperûm beati :
Ah ! petas omnes ſimul hunc bibamus
Omne per ævum.
Laus Patri ſummo, genitæque Proli,
Morte quæ lapſum reparavit orbem;
Flamini ſit par utriuſque divo
Gloria ſemper. Amen.

cultum ſacrum, quo ad illic

88 *Cœptum Auriliaci Sancti cultum ad alia Galliæ loca dein extenjum fuiſſe, ut pateat,*

Sanctus colitur, fuiſſe etiam ad alias eccleſias extenſum, ex harum Breviariis,

AUCTORE D. A. B.

ad eccleſiaſticos ritualeſque harum libros dumtaxat eſt recurrendum. Pater Dominicus à Jeſu, Brancheus & D. Peyronetus in ſuo Sanctorum Catalogo Breviaria complura, Claromontanum ſcilicet, Anicienſe, Cluniacenſe, Caſæ-Dei, Brivatenſe, Piperacenſe, Narbonenſe, Rutenenſe, Lemovicenſe, Vivarienſe, Mimatenſe, Nemauſenſe & Toloſanum anno 1552 *editum, quæ Sancti noſtri nomen ad* XIII *Octobris habent adſcriptum & feſtum vario ritu celebrant, recenſent. His addi queunt Breviarium Pariſienſe & varii ad diverſarum eccleſiarum, Lexovienſis ſcilicet, Sarlatenſis, Biterrenſis & S. Albini Andegavenſis, uſum recitandi divini Officii ordines, in quibus omnibus, ut hodiè* S. Geraldus *colatur, præſcribitur. Verùm, cùm S. Geraldum, Sylvæ-Majoris abbatem, die* XIII *Octobris feſtivo honore donatum pariter fuiſſe, edocuerimus, cúmque ad manum non ſint varii aliarum eccleſiarum libri, in quibus hodie de* S. Geraldo *Officium excuſum legitur, hinc, an de Comite Auriliacenſi, an de Sylvæ-Majoris abbate in libris illis agatur, definire non*

B *poſſum. In Breviario Mimatenſi ſeu in codice, Officia Sanctorum huic eccleſiæ peculiarium continente ac reverendiſſimi D. D. de Rouſſeau epiſcopi auctoritate vulgato, legenda ita eſt ex* S Geraldi *Auriliacenſis & S. Geraldi Sylvæ-Majoris abbatis Actis conflata, ut ad utrumque pertineat, nec niſi ægrè, quis eorum potiori cultu hac die colatur, diſcerni queat. Apud Sarlatenſes autem & Anicienſes, quorum Breviaria apud nos exſtant, de* S Geraldo *comite totum feſtum habetur. Nemauſenſes ejuſdem memoriam colunt, ùt ex Legenda ipſius pateſcit, quâ tamen immeritò, ùt diximus, vitam monaſticam eum profeſſum fuiſſe, expreſſis verbis dicunt. Collectam, quâ Sancti noſtri interceſſione divinam miſericordiam implorant, typis excuſam hic ſubjicio:* Deus, qui fine teſtimonio bonitatis tuæ nullum tempus relinquis, B. Geraldo ſupplicante, precamur, ut, qui hunc tibi placuiſſe, noſtris diebus per ſigna teſtaris, honorem, quem illi in tuo nomine ſupplices exhibemus, nobis in bonum operari digneris. Per.

C *nomine Geraldi, quo inſignitæ fuerunt,*

89 *Nec tantùm è libris eccleſiaſticis, ſed & ex eccleſiis, vel in Sancti honorem in Gallia erectis nomineque inſignitis, vel ſacra ejus lipſana, ſecum communicata, maximo in honore habentibus, fuiſſe ad illas Sancti noſtri cultum extenſum, fit perſpicuum. Eccleſiarum iſtarum unam in Lemovicenſi civitate exſtructam & anno* 1087 *penitùs deſtructam fuiſſe tradit Gaufredus Prior Voſienſis in Chronico pag.* 279 *& ſeqq. Biblioth. Ms. Labbean. excuſo. Hujus auctoris verba hæc ſunt:* His diebus (*anno circitèr* 1087) Guillermus comes prælüs multis laceſſivit Lemovicenſes, pro qua oppreſſione eccleſia S Geraldi penitùs deſtructa narratur. *Medio autem ſeculo duodecimo, quo Albertus S. Martialis monaſterio præerat, teſte eodem Gaufredo pag.* 308, Hoſpitale S. Geraldi Lemovicæ inchoatum eſt. Eccleſia quondam ibi fuit de eodem Confeſſore; quapropter locus ille adhuc ita vocatur. *Fuiſſe autem de Auriliacenſi Confeſſore locutum Gaufredum, probat ejuſdem Operis jam ſuprà hoc in Commentario recitatum capitulum, in quo ſe de illo Geraldo, qui tumulum S. Martialis crebrò viſitavit, ſermonem feciſſe prodit. Porrò*

S. Geraldum *Auriliacenſem S. Martialis ſepulchrum alacri devotione ſæpè luſtráſſe, Odo in ejuſdem Vita num.* 64 *dilucidè docet. Præterea eccleſiam hanc ad S. Geraldum Sylvæ-Majoris abbatem non pertinuiſſe, vel ex eo liquet, quòd ante annum* 1087 *jam tunc exſtructa ſcribatur, quo S. Geraldus abbas necdum inter Sanctos fuerat relatus, imò nec hominem exuerat, cùm, teſtibus Papebrochio ad* V *Aprilis & Mabillonio Sæculo* VI *Benedictino part.* 2, *pag.* 866 *& ſeqq., anno demùm* 1095 *vitam mortalem cum immortali commutaverit; quæ cùm ita ſint, eccleſiæ huic Lemovicenſi ante annum* 1087 *nec nomen dare potuit, nec de illa, quæ Prior Voſienſis refert, queunt intelligi. Duo inſuper apud Lemovicenſes erecti ſunt prioratus, de* S. Geraldi *nomine dicti, quorum unus in ipſomet civitatis ſuburbio ad abbatem Stirpenſem pertinet, & ab anno* 1227 *exſtructus fuiſſe aſſeritur à Brancheo Hiſt. Sanctorum Arverniæ pag.* 594; *alter verò in archipresbyteratu de Brivaſaco, cujus, ùt innuit Beneficiorum diœceſis S. Flori Codex Pariſiis anno* 1648 *vulgatus, ad abbatem Auriliacenſem pertinet collatio. Sunt* E *& juxta eumdem Brancheum duæ aliæ* S. Geraldi *eccleſiæ, prioratûs nomine inſignitæ, apud Tolojates & Tutelenſes poſitæ.*

ſummaque, quâ ſacras ejus exuvias

90 *Verùm hiſce aliiſque omiſſis, ad alias, ad quas etiam Sancti cultum fuiſſe extenſum, ſumma potiſſimùm, quâ ſacras ejus, ſecum communicatas, exuvias ſervavére, veneratio ac religio probat, jam venio. S. Stephani Lemovicenſis canonici ſeculo duodecimo ſeneſcente, ùt ſcribit Prior Voſienſis capite* 20, *pag.* 289 *Bibliothecæ Mss. Labbean., penes ſeſe annulum ſancti* Geraldi *exiſtere gloriabantur. Nec minori in pretio apud Aquitanos & nonnullos alios populos erant Sancti noſtri exuviæ. Ex his ut acciperet Maria, Monſpelienſis domina & regina Arragoniæ, ineunte ſeculo decimo tertio, Auriliacum duos presbyteros miſit, qui unam maxillæ partem & os tibiæ dono accepta, ingenti omnium plauſu, ab epiſcopo Geronnenſi & à regina, excepti, in eccleſiam,* S. Geraldo *dicatam, intulerunt. Jam ab anno* 1227 *aliqua ejus brachii parte ditatam fuiſſe prioratûs Lemovicenſis eccleſiam, aſſerit* F *Brancheus.* Anno 1415, *ùt ſcribit idem auctor, cujus verba è Gallico Latinè verſa hic ſubdo,* Siſtaricenſis epiſcopus omnibus fidelibus, eccleſiam ſancti Confeſſoris die 13 Octobris, quâ ejus feſtum celebratur, adeuntibus, propter nonnullas hujus Sancti reliquias, in hac eccleſia Caſtelmaurechienſi religiosè aſſervatas, indulgentias conceſſit.

proſecutæ ſunt, veneratione probatur.

91 *His omnibus, quæ ſcribit Bollandus, ad* 1 *Februarii diem Acta SS. MM. Agrippani ep. & Urſicini pag,* 204 *illuſtrans, adjungere liceat.* Anno Domini, *inquit,* 1522, die verò ſexta Aprilis, Antonius de Chabanis, Anicienſis antiſtes, per ſuffraganeum ſuum Stephanum de Preſſuris ex Ordine Minorum Troadenſem epiſcopum, aperiri capſam ac viſitari S. Agrippani reliquias curavit. Is ergò, Sacris ad illius aram ſolemniter peractis, habitaque ad populum elegante de ejus virtutibus oratione, è monumento lâpideo, quod in eodem majore altari aptiſſimè clauſum exſtabat, thecam ligneam profert ... in eodem lapideo conditorio altera reperta eſt lignea arcula, in qua reliquiæ aliquæ erant S. Saturnini, S. Ger-

AUCTORE D. A. B.

Gertrudis, S. Tuſci, S. Geraldi Auriliacenſis apud Arvernos, S. Martini, S. Magdalenæ & aliorum..... *Atque hæc de ſacris* Geraldi *reliquiis dicta ſint. Plura circa haſce, cultum & hiſtoriam* S. Geraldi, *litteris ad DD. decanum & Auriliacenſis eccleſiæ canonicos ineunte anno* 1785 *à me datis, quibus ſancti Confeſſoris Acta, Gloria ejus poſthuma, Auriliacenſis denique urbis Hiſtoria illuſtrari potuiſſent, me accepturum fore ſperabam, ſed cùm nihil ab eorum humanitate & urbanitate ad me pervenerit, Branchei aliorumque ſcriptorum, quorum opera apud nos excuſa exſtant, verbis & fide ſtare debui, & reverà in hoc Commentario concinnando ſteti.*

VITA,

Auctore S. Odone abbate,

B

E Quercetani Bibliotheca Cluniacenſi.

DEDICATIO.

a b

AFfectu recolendo pro ſuis meritis domno Aymoni *a* abbati conſervus fratrum *b* Odo perpetuam ſalutem in Chriſto. Libellum, venerabilis pater, quem de converſatione & miraculis beati hominis Geraldi, me, qualitercúmque poſſim, dictare tam imperiosè nuper ſuaſeras, jam, licèt tremens, aggredior. Nam, etſi faciendo præſumptionem quaſi meis viribus excedens, timeo; & non faciendo contumaciam, quaſi inobediens, pertimeſco. De obedientia verò & bonitate Chriſti confiſus, aggrediens te quæſo, ut ejuſdem Chriſti clementiam implores, quatinùs pro amore ipſius famuli ſui Geraldi relationem ſic modificare

C

dignetur, ut homini, quem glorificare diſpoſuit, non ſit ex toto indigna, nec mihi tranſgreſſionis cauſa. Ad quam videlicet tranſgreſſionem evadendam nonnulla, de quibus tu fortè cauſaberis, prætereo; ſola illa, quæ mihi ſunt vulgata, cùm & tu coràm adeſſes, certis authoribus contexens. Vale.

ANNOTATA.

a *Aymo ſeu Aimonus, utì eum appellat Turpio epiſcopus Lemovicenſis, cujus frater fuit, in inſtrumento reſtaurationis monaſterii S. Auguſtini, eccleſiis Tutelenſi & S. Martialis Lemovicenſi, ſicut ex pluribus monumentis dignoſcitur, præfuit. Multa de illo in Commentario prævio num.* 6 *habuimus. Eum obiiſſe Nonis Maii tertio poſt obitum Turpionis anno, expreſſis verbis aſſerit Ademarus Cabanenſis in Opere chronologico abbatum S. Martialis Lemovicenſis Bibl. Labb. Mss. pag.* 271 *& ſeqq. tom.* 2 *excuſo. Igitur, quo anno certè obierit Aimo, mox ex iis, quæ de Turpionis morte dicuntur, pateſcet.*

b *Cum hoc humilitatis titulo tam epiſcopi & abbates, quàm presbyteri & monachi, ùt probat Cangius in Gloſſario, appellari deſideraverint, è titulo iſto, quem hic Odo ſibi attribuit, nondum eum tunc* abbatis *nomine decoratum fuiſſe, perperàm quis arguet.*

D

PRÆFATIO.

Auctor, ſeſe in Sancti vitam & mores diligenter inquiſiviſſe,

PLerique dubitare ſolent, utrum vera ſint, quæ de beato Geraldo referuntur. Inter quos nonnulli penitùs non verum, ſed phantaſticum putant. Alii quoque, velut excuſationes in peccatis quærentes, indiſcretè hunc extollunt, dicentes videlicet, quia Geraldus potens & dives fuit & cum deliciis vixit, & utique ſanctus eſt. Qui nimirum ſuam voluptuoſam vitam ejus nituntur exemplo excuſare. His ergò nobis viſum eſt aliquantulum, prout poſſumus, reſpondendum. Nam & nos dudum, auditâ miraculorum famâ, nihilominûs de his dubitabamus: ob hoc maximè, quòd in quibuſdam locis, neſcio, per quos rumores ſolent vulgares conventus noviter fieri, paulatimque velut res vana ceſſari. Sed cùm cauſa inſiſteret, ut Tutelenſis *a* cœnobii fraternitatem inviſeremus, ad ſepulchrum ipſius intendere libuit. Tunc verò, accitis quatuor ex

E

a

his, quos ipſe nutrierat, Hugone videlicet monacho, Hildeberto ſacerdote, Witardo quoque & alio Hildeberto, nobilibus laïcis, ſed & aliis quàm pluribus, de moribus & qualitate vitæ ejus hactenùs diſquiſivimus: nunc ſimul, nunc ſemotim, quid ſinguli dicerent, vel ſi in dicendo ſibi concordarent, certatim inſpeximus, tacitè expendentes, ſi talis Vita ejus eſſet, cui fortè miracula conveniſſent. Comperto autem, quàm religiosè vixerit, & quod hunc Deus in ſua gratia pluribus indiciis eſſe monſtraverit, jam de ejus ſanctitate dubitare nequivimus. Magis miramur, quod in hac noſtra ætate, cùm charitas penè tota refrigeſcit, inſtante Antichriſti tempore, Sanctorum miracula ceſſare debeant.

eumque potentibus in exemplum datum à ſe credi, præfatus,

3 Sed nimirum ſuis promiſſionis eſt memor, quia per Hieremiam dicit: "Non deſi»nam benefacere populo meo *b*." De hoc autem ejus benefacto teſtatur Apoſtolus dicens, quia Deus in nullo ſeculo ſine teſtimonio ſemetipſum relinquens, benefaciens corda hominum lætitiâ implet. Si ergò divinæ benignitati ejus placet, ut, qui fecit cum patribus mirabilia, noſtris quoque glorificetur temporibus, increduli nequaquam eſſe debemus. Quod autem & in iſto tempore, & per modernum hominem hæc divina diſpenſatio gerit, hoc nimirum eſſe videtur, quia jam cuncta Sanctorum retrò facta vel dicta quaſi mortuus à corde receſſerunt. Et cùm Vir iſte Domini, ſicut in diebus Noë repertus eſt, qui ſecundùm legem vixerit, hunc ipſum Deus ad teſtimonium intuentibus ingerit, ut videntes, quod juſtè & piè vixerit, ad ejus imitationem, tamquam de proximo reſplendentem, acies cordis evigilet. Nec obſervantia mandatorum Dei gravis aut impoſſibilis æſtimetur, quoniam quidem hæc à laïco & potente homine obſervata videtur. Nihil autem mentis ignaviam deteriùs nutrit, quàm hoc, quod boni vel mali operis retributio, quæ poſt hanc vitam reſtat, in præſenti non recogitatur.

b

Quo

A Quo contrà monet nos Scriptura, ut in omnibus operibus noſtris memoremus noviſſima noſtra. Deus igitur Famulum ſuum, quem in cælis remunerat, etiam in terris coram ſuis contemptoribus exaltat, ut per hoc, quod foris agitur, interiùs Dei contemptores videant, quia vanus non eſt, qui ſervit Deo, ſed, ſicut ipſe teſtatur, qui glorificant eum, glorificabit eos, &, qui contemnunt eum, eruit ignobiles. Quoniam verò hunc Dei Hominem in exemplo potentibus datum credimus, viderint ipſi, qualiter eum, ſicut è vicino, & de ſuo ordine ſibi prælatum imitentur, ne fortè ſicut regina Auſtri Judæos, ſic iſte in judicio condemnet eos.

ſeſe in lucubratione, quâ Geraldi geſta complexurus eſt, ſubinde illos, ut hæc imitentur, hortaturum, declarat.

4 Nos autem, de ejus actibus occaſionem ſumentes, aliquid ad eoſdem potentes commonendos, ubi ſe oportunitas præbuerit, ſicut rogâſtis, annectimus. Siquidem & domnus Turpio epiſcopus *c* & dilectiſſimus ac venerabilis abbas Aymo cum aliis quàmpluribus multa vi precum me coëgerunt, ut hæc aggrederer. Cùm quidem veram inertiæ prætendiſſem excuſationem, malle ſe dixerint, ut

c

B hæc agreſti potiùs ſtilo proderentur. At ego perpendens, quod humili quoque homini pompoſa relatio minùs congruat, fidem verò dictis teſtium adhibui. Qui ſigna quidem, quæ vulgus magni pendet, non multa retulerunt, ſed diſciplinatum vivendi modum, & opera miſericordiæ, quæ Deo magis placent, non pauca. Nam Rex in judicio multis, qui prophetaverunt, & multis, qui digna fecerunt, dicet: "Neſcio vos *d*." Qui verò juſtitiam operantur, in qua Geraldus quammaximè excrevit, audituri ſunt: "Venite, benedicti Patris mei *e*." Et revera qualia ſunt geſtà, per quæ Job, David & Tobias & alii quamplures beatificantur, non iſta, quæ Geraldus egiſſe comprobatur? His ergò ita conſideratis, credere mihi perſuaſum eſt, quod Geraldus Sanctorum conſortio dignus ſit, per quem etiam cæleſtis Remunerator miracula dignetur operari. Sed hanc apologeticam Præfationem texentes, diu loquuti, jam ad initium loquendi in Chriſti nomine veniamus.

d

e

C

ANNOTATA.

a *Tutelenſe oppidum, Gallicè* Tulles, *inferioris pagi Lemovicenſis caput. Situm eſt ad confluentes Curretiæ & Solanæ, æquali ferè intervallo à Briva & Uſerca diſtans; ejus origo ad celebrem abbatiam, quam ſeptimo ſeculo conditam fuiſſe exiſtimat vir eruditus Baluzius, referenda eſt: cœnobium hoc à Normannis deſtructum, variis donis & prædiis ab Ademaro Scalarum vicecomite ditatum, in ſedem epiſcopalem detractam è Lemovicenſi erexit Joannes XXII anno* 1318.

b *Jeremiæ* 32, ℣. 40.

c *Turpio, quem Turpium vel Turpinum nonnulli nominant, teſte Dionyſio Sammarthano auctæ Galliæ Chriſt. tom.* 2, *col.* 508, *apud Lemovicenſes ab anno* 905 *ſedit epiſcopus. Turpionis obitum anno* 934 *affixit Mabillonius Annalium tom.* 3, *pag.* 421 *&* 422 *ea ductus ratione, quòd ſcilicet hoc anno teſtamentum pro reſtaurando S. Auguſtini Lemovicenſis cœnobio condiderit.* Sed quis, *inquit Sammarthanus mox laudatus col.* 556, Mabillonium præmonuit, teſtamentum hoc non ſeriùs factum, & quòd neceſſario ad annum 934 reponendum ſit, cùm nullas & certas temporis notas præ ſe ferat, nec aliquas nos affigere audeamus. Vix enim fas eſſe putamus, abſque certo monumento recedere ab Ademari ſententia Turpionis & Aimonis ex nepte pronepotis auctoriſque penè coætanei. *Igitur ad annum* 944 *cum chronologo Lemovicenſi, cujus Opus pag.* 333 *Biblioth. Labbeanæ tom.* 1 *vulgatum exſtat, hujus epiſcopi mortem ſignamus. Cùm autem tertio poſt obitum Aimonis, abbatis S. Martialis, anno diem clauſiſſe extremum Turpionem, ſcribat Ademarus, hinc Aimonem anno circitèr* 942 *Nonis Maii hominem exuiſſe arguas. Eum adhuc in vivis menſe Februarii exſtitiſſe, evincit ſocietas precum, quam hoc menſe cum Floriacenſibus & Sollemniacenſibus, teſte Mabillonio tom.* 3 *Annalium pag.* 459, *Aimo iniit: ſaltem ante hunc annum Aimonis abbatis reponi obitus non poteſt.*

A.S. ODONE AB.

d *Matth.* 25, 12.

e *Matth.* 25, 32.

E

LIBER I.

CAPUT I.

S. Geraldi patria, parentes & educatio: ſingularis humilitas, Dei amor & erga proximum pietas.

Illuſtri e proſapia ortus Geraldus,

VIr igitur Domini Geraldus ea parte Galliarum, quæ ab antiquis Celtica *a* vocatur, oriundus fuit, territorio videlicet, quod eſt Arvernenſi atque Caturcenſi *b* necnon etiam Albienſi *c* conterminum, oppido vel villa *d* Aureliaco, patre Geraldo, matre verò Adaltrude progenitus, carnis nobilitate tam excellenter illuſtris, ut inter Gallicanas familias ejus proſapia tam rebus, quàm probitate morum, generoſior videretur *e*. Fertur enim, quòd parentes illius modeſtiam atque religionem veluti quâdam hæreditaria dote ſibi tenuerint; cujus rei duo teſtes ex eadem ſtirpe emergentes exiſtunt ad hoc adſtruendum ſatis idonei, ſanctus videlicet Cæſarius, Arelatenſis epiſcopus, & beatus Aredius abbas *f*. Et quia Dominus in generatione juſta, generatio verò Geraldi quærentium eſt Dominum; conſequens eſt, ut generatio rectorum benedicatur. Sanè quantùm locupletes iidem fuerint, vel prædia mancipiis referta teſtantur, quæ circumquáque diffuſa eidem Geraldo jure ſucceſſionis obvenerunt. Sed decus mentis, quod ex parentibus hauſerat, in ipſo multipliciter auctum refulſit. Quâdam enim gratiâ genitores ejus clariores ſunt, qui Prolem tam felicem gignere meruerunt.

c d

F

e

f

viſioneque intervenientè, à matre conceptus,

6 Pater quippe ipſius in ipſo conjugio ſeſe caſtificari tantopere ſtudebat, ut, ſemoto frequenter à conjuge thoro, ſolus accubitaret, velut ad tempus juxta Apoſtolum orationi

A. S. ODONE AB.

vacans. Quadam verò nocte monitus in ſomnis perhibetur, quatinùs uxorem cognoſceret, quia filium generaturus eſſet. Aiunt enim, quòd ei miſſum ſit, ut illum nomine ſuo Geraldum vocaret. Dictum quoque, quoniam futurus magni meriti foret. Excitus autem congratulabatur viſioni. Dehinc iterum ſoporatus videbatur illi, ut de pollice pedis ejus dextri quædam virgula naſceretur, quæ paulatim in magnam arborem ſuccreſcebat, ac ſubinde frondibus diffuſis univerſim* ſpatiabatur. Tum ille, quaſi operarios vocans, jubebat furcarum vel perticarum amminicula ſubponi, &, cùm illa vehementer grandeſceret, nullum tamen pondus in pollice ſentiebat. Siquidem ſomniorum viſiones non temper ſunt inanes *g*. Etſi ſomno fides adhibenda eſt, videtur hæc viſio rerum effectui convenire futurarum. Cognovit itaque uxorem, quæ juxta condictum viſionis puerum concepit. Sed fortaſſe de hoc quaſi de ſomnio dubitari poteſt. Aliud tum virtutis indicium evidenter ſequutum eſt.

*an quaquaverſum?

g

B

trino in hujus utero vagitu magnum quid de ſe præſagit,

7 Genitrix ejus, cùm eſſet vicina partui, nono videlicet die priuſquam naſceretur, contigit, ut cum ſuo viro vigilanti vigilans ipſa jaceret, & dum, neſcio quid, viciſſim ſermocinarentur, infans emiſit vocem, quam ambo audierunt. Cúmque attoniti, quidnam eſſet, obſtupeſcerent, neque ignorare poterant, quod illa vox in alvo matris ſonuerit, vocat pater cubiculariam, &, quonam ille vagitus increpuerit, adhibito lumine jubet diſquiri. Cùm illa nullum omninò infantem adeſſe, qui vocem illam ediderit, ſimiliter attonita proteſtaretur, infans iterum ſecundò ſonuit; & poſt modicum intervallum ſonuit etiam tertiò, videlicet ſicut recèns natus vagire ſolet. Ter igitur in ventre matris auditus eſt, quod profectò tam mirum eſt, quàm & contra naturæ modum conſtat accidiſſe. Et quia non caſu, ſed, diſponente rerum ordinatore Deo, factum eſt, fortè vox illa jam præſagabat*, quòd in hujus mortalitatis clauſura vitales actus erat habiturus. Nam, ſicut partus, in alvo matris degens, vivit quidem, ſed nullum ſenſum habet, ſic omne genus humanum in hac vita poſt reatum primi hominis velut inter anguſtias uteri clauſum tenetur, ubi, licèt per fidem in ſpe gloriæ filiorum Dei vivat, tamen nihil ſpirituale*, ſicut eſt videre, neque efficaciam ſenſuum, qualem primus homo ante peccatum habuit vel Sancti poſt hanc vitam accipiunt, nullatenùs niſi languidè & ægrè exercet. Geraldus igitur in matris utero benè ſonuit, quoniam ultra communem aliorum vigorem in fide ſanctæ Trinitatis exercens, felicem famam, quâ erat orbem repleturus, per illam voculam ſignificavit.

*præſagiebat

C

*ſenſuale

puer adhuc nihil puerile præ ſe fert, h

8 Natus verò *h* & ablactatus, cùm ad illam ætatulam perveniſſet, in qua ſolet in parvulos morum qualitas explorari, quædam placens indoles in eo ſubrutilabat, per quam diligenter inſpicientes, Virum hunc virtutis futurum eſſe, conjiciebat*. Nam in prima ætate, ùt ſæpè videmus, incitamentis corruptæ naturæ ſolent parvuli iraſci, & invidere, & velle ulciſci vel alia hujuſmodi adtentare. At in puero Geraldo dulcedo quædam animi cum verecundia, quæ multum honeſtat adoleſcentiam, ipſos infantiles actus decorabat. Qui divina providente gratia ſtudiis literarum applicatus eſt, ea tantum parentum voluntate, ut decurſo pſalterio mox ſecularibus exercitiis, ſicut nobilibus pueris mos eſt, erudiretur, ſcilicet ut moloſſos ageret, arciſta *i* fieret, cappos & accipitres competenti jactu emittere conſueceret. Sed, ne inani ſtudio dedìtus tempus ad diſcendum litteras congruum in vacuo tranſiret, divino nutu diſpoſitum eſt, ut diutiùs ægrotaret. Tali equidem infirmitatis languore, ut à ſeculari exercitio retraheretur, ſed ad diſcendi ſtudium non impediretur. Siquidem minutis jugiter puſtulis ita replebatur, ut per longum tempus protractæ jam non putarentur poſſe ſanari. Qua de cauſa genitor ejus cum matre decernit, ut litterarum ſtudiis artiùs* applicaretur. Quo videlicet, ſi uſibus ſeculi minùs eſſet aptus, ad eccleſiaſticum officium redderetur accommodus. Hac igitur occaſione factum eſt, ut non modò cantum diſceret, quin etiam & grammaticam prælibaret. Quod ei poſtea multum profuit, cùm acies ingenii, per illud exercitium elimata, ad omne, quod vellet, acutior redderetur. Inerat autem illi vivax mentis ſagacitas & ad diſcendum, quæ vellet, ſatis prompta.

*conjiciebant

D

i

*an arctiùs?

E

dumque deinde adoleſcens nobilium exercitiis inſtruitur, ſacras Scripturas non negligit.

k

9 Tranſmiſſâ pueritiâ, cùm jam adoleſceret, membrorum robur nocivum corporis conſumpſit humorem. Tam velox autem factus eſt, ut equorum terga facili ſaltu tranſvolaret. Et quia viribus corporis fortiter agiliſcebat *k*, armatam militiam aſſueſcere querebatur. Sed jam dulce ſcripturarum Adoleſcentis animum ſubarraverat, ad cujus ſtudium affectuoſiùs anhelabat. Ob hoc, licèt militaribus emineret officiis, delectatione tamen litterarum illectus, in illis voluntaria pigritia lentulus, in hujus ſedulitate erat aſſuetus. Credo, jam ſentiſcebat, quia juxta Scripturæ teſtimonium "Melior eſt ſapientia quàm vires", & nihil eſt locupletius illa. Et quoniam facile videtur ab his, qui diligunt eam, mentem ejuſdem Adoleſcentis præoccupabat, ut ei ſe prior oſtenderet, ut eſſet dulcis alloquutio cogitationis ejus. Nullo igitur impedimento Geraldus poterat occupari, quin ad amorem diſcendi recurreret. Unde factum eſt, ut propemodùm pleniter Scripturarum ſeriem diſceret, atque multos clericorum quantumlibet ſciolos in ejus cognitione præiret.

F

Potentiâ poſt parentum obitum acquiſitâ non intumeſcens

10 Decedentibus autem parentibus, cùm ejus dominio poteſtas omnis deveniret, non, ùt ſolent adoleſcentes, qui in matura dominatione ſuperbiunt, Geraldus intumuit, nec incœptam cordis modeſtiam immutavit. Dominandi poteſtas grandeſcebat, ſed mens humilis nequaquam inſoleſcebat. Pro diſponendis verò atque tuendis rebus, quas, ùt diximus, hæreditario jure ſibi vindicaverat, occupari cogebatur, & ab illa cordis dulcedine, quam aliquatenùs jam præguſtaverat, ad amaritudines terreni negotii foras exire. Hoc ſui cordis ſecretum deſerere ægrè ferebat, mox tamen, ùt poſſibile erat, ad illud recurrebat. Sed, dum ab alto contemplationis quaſi ruere per terrenam occupationem videretur, ſicut ibici *l* mos eſt, ut ruens in ſuis cornibus ſe recipiat, ne moriatur, ita ad amorem divinum vel Scripturæ ſanctæ meditationem recurrens, internæ mortis ruinam evadebat; illo nimirum Davidico ſpiritu jam,

l

ùt

ut reor afflatus, quo ille fervens non dabat somnum oculis; donec actionibus diurnis exoccupatus, locum Domino in seipso inveniret, in quo sub lingua sua secretim exultans, quàm dulcis est Dominus degustaret. Fortè juxta illud Job rivos *m* olei huic petra Christus fundebat, ne aquæ multæ possent extinguere in eo lucernam caritatis. Et ad istam cordis refectionem defixus quidem inhiabat, sed domesticis tamen, & familiaribus exigebatur, ut otia contereret, & aliorum sese utilitatibus impenderet.

pupillos viduasque,

11 Mordaces igitur curas propter querimonias reclamantium invitus admittebat. Causabantur enim sui querelosa voce dicentes, Cur potens vir ab infimis personis, quæ res suas populabantur, violentias pateretur; addentes, quia dum explorarent, quòd ille se nollet ulcisci, quicquid illius juris esset, mordaciùs devastarent: Sanctius & honestius esse, ut jus armatæ militiæ recognosceret, in hostes ferrum stringeret, violentorum audaciam frenaret: Satius esse temerarios vi bellica premi, quàm pagenses & inermes ab eisdem injustè opprimi. Quod Geraldus audiens, non assultu, sed ratione cohortatus, ad miserandum & subveniendum flectebatur. Totumque se divinæ dispositioni ac misericordiæ committens, tractabat qualiter pupillos & viduas juxta Apostolicum præceptum visitaret, ut se ab hoc seculo immaculatum custodiret.

sic exigente violentorum insolentia,

12 Igitur ad insolentiam violentorum reprimendam se jam exercebat, id in primis certatim observans, ut hostibus pacem, facillimamque reconciliationem promitteret. Quod utique studebat, ut vel in bono malum vinceret, vel si illi diffiderent, jam ante Dei oculos suæ parti justitia plenius faviset. Et aliquando quidem mulcebat eos, & in pacem reducebat. Cùm verò inexplebilis malitia quorumdam pacificum hominem irrideret; jam tunc cordis acrimoniam exerens, conterebat molas iniqui, ut de dentibus eorum, juxta illud Job, *n* auferret prædam. Non tamen, ut plerisque moris est, ulciscendi libidine percitus, aut vulgaris amore laudis illectus, sed pauperum dilectione, qui seipsos tueri nequibant infervens. Agebat autem hoc, ne fortè, si inerti patientia torpuisset, præceptum de cura pauperum neglexisse videretur. Jubet enim eripi pauperem, & de manu peccatoris egenum liberari. Jure igitur non dabat cornu peccatori. Aliquotiens autem, cùm inevitabilis ei præliandi necessitas incumberet, suis imperiosa voce præcepit, mucronibus gladiorum retroactis, hastas inantea dirigentes pugnarent. Ridiculum hoc hostibus foret, nisi Geraldus vi divina roboratus, mox eisdem hostibus intolerabilis esset. Quod etiam suis valde videbatur ineptum; ni experimento probassent, quòd Geraldus, quem pietas in ipso præliandi articulo vincebat, invincibilis semper esset. Cum ergo viderent, quòd novo præliandi genere mixta pietate triumpharet, irrisionem vertebant in admirationem. Etiam victoriæ securi, servabant alacres quod jubebat. Non enim auditum est aliquando quòd vel eum, vel milites ejus, qui sub illius fidelitate pugnaverunt, eventus victoriæ fefelliset. Sed & hoc certum constat, quòd nec ipse quemlibet umquam vulneraverit, nec prorsus ab aliquo vulneratus est. Christus namque erat, ut scriptum est, *o* in latere ejus, qui cordis ejus oculum inspiciens, pervidebat quòd pro ejus amore tam beneficus erat, ut non hostes ipsos vellet appetere, sed solam in eis audaciam dementare. *p* Nemo sane moveatur, quòd homo justus usum præliandi, qui incongruus religioni videtur, aliquando habuerit. Quisquis ille est, si justa lance causam discreverit, ne in hac quidem parte gloriam Geraldi probabit obfuscandam. Nonnulli namque patrum cùm & sanctissimi & patientissimi fuerint; justitiæ tamen causa exigente viriliter in adversariis arma corripiebat: ut Abraham qui pro eruendo nepote *q* ingentem hostium multitudinem fudit. Et Rex David, qui etiam contra filium *r* legiones direxerit.

o

p

q

r

bonumque commune tuetur.

13. Geraldus non aliena pervadendo, sed sua, quin potius suorum jura tuendo confligebat. Non nescius Rinocerotem, id est, quemlibet potentem, loro religatum, ut glebas vallium, id est, humilium oppressores confringat. Neque ut ait Apostolus, " Judex sine »causa gladium portat; vindex enim Dei est: "*s* Licuit igitur laico homini in ordine pugnatorum posito gladium portare; ut inerme vulgus velut innocuum pecus à lupis, ut scriptum est, vespertinis defensaret. Et quos Ecclesiastica censura subigere nequit, aut bellico jure, aut vi judiciaria compesceret. Non igitur obscurat ejus gloriam, quod pro causa Dei pugnavit, pro quo pugnat orbis terrarum contra insensatos; quin potiùs ad laudem ejus proficit, quod semper sine fraude vel insidiarum interventu palàm vicerit, & tamen ita protectus à Deo sit, ut gladium suum, sicut suprà diximus, numquam humano sanguine cruentaverit. Porro autem, qui exemplo ejus adversus inimicos arma sumpserit, ejus quoque exemplo non propriam commoditatem, sed communem quærat. Videas namque nonnullos qui pro amore laudis aut lucri, sese periculis audenter objiciunt, mala mundi pro mundo libenter sustinent: cujus dum amaritudines occurrunt, ejus gaudia, ut ita dixerim, quærentes perdunt. Sed istorum alia res est. Opus vero Geraldi lucidum est, quoniam de simplicitate cordis metitur.

s

ANNOTATA.

a *Celtica Gallia, juxta Livium Hist. Lib.* v. *Cap.* 34. *est pars Galliæ tertia, cujus penes Bituriges summa imperii fuit: ad ipsos autem spectabunt Arverni in quorum pago superiori Auriliacum.*

b *Vel* Cadurcensi. *Gallicè* Le Querci, *cujus caput Cadurcum urbs Episcopalis ad Lotium fluvium.*

c *Albigensis pagus vulgo* l'Albigeois *ad urbem Albigam nunc sedem Archiepiscopi, spectat.*

d *Hic oppidum & villa indifferenter usurpantur. Notandum tamen illam vocem oppidum pro parte superiori alicujus urbis vel loci, seu quæ prope castrum exstat frequentiùs usurpari, ut ex num.* 46 *Vitæ S. Geraldi intelligi potest.*

e *De illustri B. Geraldi prosapia disseruimus Commentarii prævii* §. 2. *numm.* 21 *& sequentibus, ubi quid de egregio illius stemmate sit statuendum, videbit lector.*

f *Fusiùs de SS. Cæsarii & Aredii stirpe*

Commentarii

Commentarii prævii §. 11. elocuti ſumus, Quercetani rationes refellentes.

g *Hunc locum laudat Venerab. Petrus Cluniac. Abbas, lib. 2. Miraculor. cap. 25. Hæc Quercetanus in notis ad Bibl. Cluniac.*

h *Quo anno S. Geraldus natus ſit, certo calculo ſignari non poteſt, ut §. 2. diximus. Hinc ruit Quercetani opinio qua vir eruditus anno 856 S. Virum natales adeptum fuiſſe aſſerit. Quintus enim Abbonis S. Martialis cœnobii abbatis annus per aliquos menſes annorum 854. 855. & 856. uſque ad 19. Maii currere potuit, utì fuſiùs diximus.*

i *Sagittandi peritus.*

k *Seu agilitate creſcebat.*

l *Seu* capra ſilveſtris, Rupicapra.

m Petra fundebat mihi rivos olei. *Job. cap. 29. ℣. 6.*

n Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. *Ibidem ℣. 17.*

o *Videtur auctor reſpire Davidicum illud Pſalm. 90 ℣. 7.* Cadent à latere tuo mille & decem millia à dexteris tuis : ad te autem non appropinquabit.

p Reprimere.

q *Lot, ex fratre ſuo Aran.*

r Abſalom.

s Non enim ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt : vindex in iram ei, qui malum agit. *Ad Rom. 13 ℣. 4.*

CAPUT II.

Sancti caſtitas impugnata, oratio, ſobrietas, modeſtia, in pauperes afflictoſque benignitas.

Sanctus in caſtitate vacillans,

EXploraverat antiquus deceptor mores adoleſcentis, & neſcio quid divinum in eo commentatus, in invidiam exardeſcebat, & ob id quantis poterat tentationum fraudibus hunc obruere ſatagebat. Sed ille jam dicerat ad gremium divinæ pietatis orando confugere, & illius commenta per Chriſti gratiam refutare. Hoſtis autem inexplebiliter invidus, cum experimento probaſſet, quod in eo per delectationem carnis regnare nequiviſſet, bellorum, ut ſuprà diximus, turbines ei per improbos concitabat, ut arcem pietatis per illos in corde ejus oppugnaret, ad quam per ſeipſum inrumpere nequaquam valebat. Contra caſtitatem verò, ut ad ejus juveniora redeamus, quam iſdem virgunculus *a* certatim diligebat, verſutiſſimus hoſtis acerrimè ſuccendebatur. Novum namque & inuſitatum illi erat, quod aliquis juvenculus naufragium pudoris tutus evaſiſſet. Libidinem igitur, quæ ad decipiendum genus hominum, vel maxima, vel prima eſt ejus virtus, inſtanter illi ſuggerebat. Quam cum ille penitus refutaret, torquebatur hoſtis; quòd nec ad fores quidem cordis illius hanc intromittere poſſet. Veternoſam ob hoc repetit fraudem, & ad inſtrumentum deceptionis, quo vel Adam vel poſteri ejus maximè decipi ſolent, ad mulierem dico, recurrit. Quamdam enim juvenculam ejus oculis, ut fertur, ingeſſit. Qui dum in ea colorem nitidulæ cutis incautus attenderet, mox in delectatione illius mollescere cœpit. O ſi protinus intellectu conſpexiſſet quid ſub cute latebat! Quia nimirum nihil carnis pulcrum eſt, niſi fucus pellis. Avertit ille oculos, ſed ſpecies per ipſos cordi impreſſa remanſit. Itaque angebatur, illiciebatur, & cœco igni adurebatur. Tandem victus mittit ad matrem puellæ, qui ſe nunciat nocte venturum. Sequutus ille nuncium, violenter ad interitum animæ feſtinabat. Interim verò, ſicut ſolent captivi inter vincula, priſtinæ libertatis gementes memorari, ſuſpirat Geraldus, & conſuetam divinæ dilectionis dulcedinem recolebat. Et, licet ægro affectu, rogabat Deum, ne ſe illa tentatio penitus abſorberet. Venitur ad conditum, intrat hoſpitium puella, quia frigus erat, ſtetit in facie juxta focum : Geraldum verò jam divina gratia reſpexerat. Cui tam deformis eadem puella mox viſa eſt, ut non crederet eam eſſe quam viderat, donec pater ejus ipſam eſſe aſſereret. At ille intelligens id non ſine divino nutu fieri, quod eadem juvencula non eamdem venuſtatem in ejus oculis haberet, mox ad Chriſti miſericordiam ſe recollegit; & profundè ſuſpirans concitus equum aſcendit, & nil cunctatus, gratias agens Deo, raptim abire properavit.

licèt mox reſipiſcens,

15 Nimius algor frigoris tum fortè ingruerat, cui ſe tota nocte torreri permiſit, ut ſcilicet parvæ delectationis teporem glacialis aſperitas puniret. Jubet autem protinus patri, ut hanc nuptui traderet. Quam & libertate donavit, & quoddam prædiolum jure teſtamentario conceſſit. Fortaſſis autem fragilitatem ſuam ſuſpectus, ejus accelerari nuptias fecit. Quapropter eleëmoſynæ cauſâ, & dote libertatis donavit, ne illius matrimonium tardaretur. Verùm tu Cedrus Paradiſi futurus, quomodo ſic agitari potuiſti ? Certè ut diſceres qualis ex teipſo eſſes. Nam & ille tuus patronus, Apoſtolorum videlicet Princeps, cui poſtea & teipſum, & omnia tua commiſiſti, non ſe ſatis cognoſceret, niſi tentationis articulus obrepſiſſet. Nunc verò tu expertus qualis homo per ſe, qualis per Dei gratiam ſit, compati ſupplicum tuorum fragilitati ne dedigneris. Noverimus autem quia non eſt inconſuetum Sanctis tentari. Inſertis enim corruptæ naturæ vitiis naſcuntur, ſcilicet ut ſicubi certent, certantes vincant, vincentes coronentur. Intereſt autem quis delectationem vitii recipiens ſuccumbat, aut quis eidem repugnans vincat, ac delectatione virtutum potiùs mentem occupans, venenum pravæ delectationis, quod ad horam fortè inſumpſerit, antidoto piæ ſupplicationis à ſe repellat. At adoleſcens hic periculi experimento diſcretior, ſicut aliquis in lubrico poſt impactionem pedis, cautiùs incedebat, ſatis cavens ut cordi ejus nihil oculi nunciarent, unde mors ad ejus animam per feneſtras eorum ſubintraret.

aliquamdiu cæcitate punitur :

16 Cæterum dulcis Dominus ac rectus, qui ſervum ſuum Geraldum à ſtupro, pietatis dulcedine ſervavit : punire eum pro concupiſcentia, rectitudinis cenſurâ non omiſit. Elapſo quippe non multorum dierum tempore,

per

A per unum & eo ampliùs annum glaucomate *b* cæcitatis reum ſuum contrivit, ut oculi, qui illicita viderant, nec licita quidem ad tempus videre poſſent. Cùm quidem nec * macula in palpebris, nec in prunulis ejus perpera* quælibet appareret. Noverant familiares cæcitatem, & hanc extraneis perſpicaces pupillæ ſummo ſtudio diſſimulabant. Ille verò ſub manu ferientis Domini ſeſe humilians, tanquam ad ejus flagella paratus tacebat. Medicinam ſanè corpoream nec refutabat, neque urgenter quærebat, præſtolans patienter, quando vel qualiter Dominus ſuus, expleta feriendi voluntate, verbera ſubmovere voluiſſet. Noverat enim, quod omnis filius flagellatur. Internus verò arbiter etiam minimas in electis ſuis maculas nunc purgat, ne ſit in eis, quod poſtmodùm oculos ejus offendat. Et ob id flagellum hoc eidem intulit, quo mens juvenilis & de præterito purgaretur, & in futuro defæcatior ſervaretur. Cùm ergò Deus explêſſet in eo voluntatem ſuam, flagellum dimovit & lucem ejus oculis reparavit.

pſalterium quotidie recitat :

17 Jam verò ille quaſi excoctis per afflictionem ſenſibus vitam ſatis honeſtam ducebat, & medioximum *c* diſcretionis callem in B neutra parte pronior agebat. Scilicet ut ſeculari negotio ſua munia non fraudaret, nec à religionis cultu terrena ſe occupatione tricaret, honeſtiores viros ſibi familiariùs adjungebat, & clericos melioris famæ, cum quibus domi vel foris divinum officium aut ſimul aut viritim exercebat. Venerat Dominica dies, & ille neceſſe habebat ad quoddam placitum *d* ex condictu *e* venire, quò ſcilicet nobiles quidam viri conventuri erant. Quos ne tardiùs veniens demorari videretur, manicare *f* ſtuduit, & priuſquam illuceſceret, proficiſci. Cavebat quippe in hoc turgidum faſtum, ne ſe cuiquam tardum aut difficilem præſtaret; ùt moris eſt nunc quibuſdam, qui velut de thalamo procedentes, priùs ebrietati ſe mancipant, quàm amicis præſtent, contra illud Scripturæ dicentis: "Væ terræ, » cujus principes manè comedunt." *g* Atqui Geraldus non ita. Valdè enim indignè ducebat, ut, qui multis prælatus erat & dominus, vitiorum dominationi fieret ſervus. Je- C junus ibat ad placitum *h*, ne merſa ſobrietate rationis judicio caruiſſet. Inquirebat autem, quid Chriſti, quid pacis, quod commune bonum præferret. Poſt nocturnas autem Laudes, ſi quolibet proficiſcendum erat, Miſſarum ſubſequebatur ſolemnitas : ita divinæ clementiæ ſe ſuoſque committens abibat. Prædicta ſanè Dominica, quoniam neceſſe fuerat ante auroram proficiſcere*, Miſſam præterierat, quam ſcilicet expleto placito cùm ſperaret audire, nuſquam poſſibile fuit. Mœſtus igitur admodùm diſcurrebat, quærens, ubi aliqua ſpes reperiendi fuiſſet. Cùm verò nequicquam, advocat clericos, qui fortè tunc aderant, & cum his omnes pſalmiſtanos *i* milites, dicens : Mea propriè culpa eſt, quod hæc ſancta dies in vanum nobis tranſiet; ſed eſt, quod ad laudem Dei faciamus, ne diem ſanctam inaniter expendiſſe videamur. Dixerat hæc, & pſalterium à capite, nil mortale ſo-

* proficiſci

i

nans, cum eiſdem percucurrit. Ex hoc jam ſibi conſuetudinem ſtatuit, ut pſalterium penè quotidie recitaret. Quo videlicet decurſo, velut ſpiritaliter epulatus, gaudere videbatur, ùt ſolet aliquis ambitione exſatiata lætari. A.S. ODONE AB.

18 Manuprecium videtur, ſi de corporis ejus habitudine quædam proferamus. Nam, licèt caro non profit, licèt fallax gratia ſit pulchritudo, tamen quia libidinis atque ſuperbiæ fomes eſſe quibuſdam ſolet, laudandum eſt in hoc Viro, quod & venuſtus fuit, & ſe nec libidinis cœno fœdavit. Geraldus igitur ſtaturæ mediocris & totus, ùt dicitur, euphormis, id eſt, benè formatus. Et cùm unumquodque membrum ſua pulchritudo compſiſſet, collum tamen ita candidulum & quaſi ad normam videndi decuſatum habebat, ut vix aliud tam gratioſum vidiſſe te putares. Elegantiam ſanè corporis venuſtas animi decorabat. Unde in frontiſpicio ejus cordis habitudo ſubrutilabat. Hoc & Scriptura teſtatur dicens, quod riſus dentium & occurſus faciei qualitatem interioris hominis demonſtrant. Guſtaverat jam, quoniam dulcis eſt Dominus, & Sponſi cœleſtis quoniam ſuavis amplexus : & iccircò pulchram animæ ſpeciem non patiebatur in oculis ejuſdem Sponſi E delectatione carnis illecebrari. Solebant ſui collum ejus lætantes deoſculari, nec tamen indignabatur illis, quoniam ſuperbia, quæ ſemper intrectabilis eſt, ſedem ſibi vindicare non poterat. Erat præterea corporis pernicitate multum velox, & virium robore validus. Quod iccircò fit commemorandum, ùt appareat, quoniam laudabilis eſt, qui materiam ſuperbiendi habens, ſeſe in humilitate depreſſerit. E contrà, quoniam vituperabiles, qui parum vel nil horum habentes intumeſcunt. Poſtquam verò mentalibus ſe ſtudiis pleniùs applicavit, illa corporis agilitas prorſus emarcuit. Tum præterea gratiſſimus erat alloquio communi, & in tractandis ac diſponendis rebus acumine conſilii profundus. Et quanquam ſcurrilitatis verba caveret, ſeria tamen ita proferebat, ut etiam ſuis in hoc placeret. Nec in proferendis minis erat nimis dicax, nec in reſervandis injuriis tenax. Sed neque ad beneficia quælibet danda facilis, neque ad hæc *, quæ dederat, auferenda mutabilis. Quod verò affirmativè diceret, hoc indubitanter explebat, niſi fortè F peccatum eſſe dignoſceret.

corporis ejus dotes,

* nec ab his

19 Studebat autem ita ſobrietati, ut non ſolùm ſe, ſed etiam ſuos à temulentia cuſtodiret. Nam convivæ ejus neque voraces erant, neque bibaces. Neque enim vel hoſpites umquam ad bibendum cogebat, neque numeroſiùs, quàm omnes cæteri convivæ, potum hauribat. Itaque ſic temperabat convivium, ut ab eo nec temulenti ſurgerent, nec ſubtriſtes. Et cùm hoſpites, ad quorum humanitatem ſe totum impendebat, reficere nonnumquam manè feciſſet; ipſe tamen non ante horam diei tertiam, vel in jejunio ante nonam reficiebat. Illud Scripturæ præceptum obſervabat beatus Princeps, qui in tempore ſuo comedit ad reficiendum, & non ad luxuriam. Quid enim ille convenientiùs obſerva-

ſobrietas,

A.S. ODONE AB.

ret, quàm ebrietatem; quæ præter hoc, quod mors animæ eſt, & à regno Dei, teſte Apoſtolo, ſicut homicidium excludit; etiam corpori multùm noxia probatur. Inde enim virium debilitas, inde membrorum tremor, inde ſenſuum enervitas, inde ſenectus intempeſtiva conqueritur. Viſus, loquela, vultus dehoneſtatus & omne religionis decus depravatur. Nemo quippe valet ſimùl vino & Spiritu Sancto repleri. Et nullo pacto Jeruſalem ab igne fornicationis valet tueri, ſi principem coquorum Nabuzardan *k* ab ejus obſidione noluerit arcere.

k

munificentia in pauperes,

20 Semper ſedilia pauperibus coram ſe parabantur, & aliquotiens menſæ apponebantur eis, ut per ſeipſum videret, quid vel quantum ad refectionem eis daretur. Nec certus recipiendi numerus tenebatur, ſed cùm fortè plures adeſſent, quorum perſonæ dumtaxat aptæ ad recipiendum viderentur, plures ad eum introducebantur. Nullus verò umquam ab oſtio ſine datu eleëmoſynæ excludebatur. Miniſtri procurabant, ut ad manum ſemper haberet fercula, quæ ipſe eis daret. Potus quoque afferebatur, quem inſpectum ac præguſtatum tranſmittebat, ut ipſi primò biberent; quibus & ſui panis medietatem dabat. In his utique Chriſtum ſe ſuſcipere credens, & ipſum reverenter in his honorans, hunc ad ſe per ipſos intromittebat, cujus refrigerium eſt, juxta prophetam, reficere laſſum. Quam ſuſceptionem mercedis malè ſibimet illi imminuunt, qui licèt foras eleëmoſynam tranſmittant, pauperes tamen ad ſe non introducunt. Nam Chriſtum, qui dicit: " Hoſpes eram, & collegiſtis me", *l* ita à ſuis domibus excludere videntur. Ut autem Phariſæorum juſtitiam, juxta præceptum Domini, præiret; nonam partem de redditibus agrorum reponi ſeorſum faciebat. Inde in quibuſdam ſuis domibus pauperes alebantur: hinc eis indumenta vel calciamenta præbebantur. Obviantibus ſibi nummos, quos ad hoc ipſe ferebat, aut per ſe aut credulum miniſtrum jam jugiter miniſtrabat. Aliquotiens cùm pro aliquo homine nummi erogarentur, ipſe cum indigentibus accipiebat, gaudens & exoptans pauperibus aſſimilari. Quos tamen ſtatim dabat, multam divini officii functionem pro accepto munuſculo recompenſans,

B

l

pia convivandi ratio,

C

21 Refectionis tempore ingens illi reverentia ſervabatur. Non ibi loquacitas aut ſcurrilitas prævalebat, ſed vel neceſſarii vel honeſti ſermones, vel certè divini eloquii dicebantur. Per omne enim tempus ſemel in die prandebat, niſi fortè æſtivis diebus, cùm profius *m* aliquid aut crudum cœnaret. Ad ejus menſam primò diutiùs legebatur; ſed ut ſecularibus condeſcenderet, lectionem interdùm ſuſpendens, quærebat à clericis,, quid in ea diceretur: ab ipſis tamen, quos poſſe noverat, reſpondere. Siquidem nobiles clericos nutriebat, quibus & morum honeſtas, & eruditio ſenſûs certatim adhibebatur. Pubeſcentibus enim auſteriorem ſe præbebat dicens, quòd illius ætatis tempus valdè ſit periculoſum, quando quilibet adoleſcens maternæ vocis ſimilitudinem vel faciei deponens, paternam incipit aſſumere vocem, vel vultum; & qui ſe tunc ſervare ſtuderet, facilè dehinc carnis incentiva ſuperaret. Cùm ergò illi, quos de lectione requirebat, illum rogarent, ut ipſe potiùs loqueretur, tandem ſolebat proferre, quod ei non pompoſa diſſertio, ſed docta ſimplicitas miniſtrabat. Interim verò cùm è veſtigio non deeſſent, qui facetias quaſdam, ùt adſolet, aut jocularitates moverent, non eas mordaci indignatione, ſed quaſi itidem jocando compeſcebat. Numquam tamen vanitatem coram ſe protrahi ſinebat. Noverat enim, quod omnibus in commune Chriſtianis jubeatur, ut unuſquiſque cum ſilentio ſuum panem manducet. In refectionis autem fine lectionem ſemper lector iterabat. Ita Geraldus vel de Deo loquens, vel Deo ſibi per lectionem loquente, maximum refectionis tempus expendebat. Viderint illi hoc ejus exemplum, qui contra redargutionem Prophetæ, citharam & lyram ludendo habent in conviviis ſuis. Gaudent luſibus & exultant ad vocem organi. Opus Domini non reſpiciunt, quoniam inter voces perſtrepentium nec ſaltem clamorem pauperis audiunt. Quid enim? Verum eſt, quod Chriſtus Veritas dixit, quòd ſcilicet "ex » abundantia cordis os loquitur *n* ". Iſti, qui ſemper de ſecularibus & vel parûm vel rarò de Deo loquuntur, palam eſt, quid ampliùs ament vel quid in cordibus eorum abundet.

D

n

jejunia,

E

22 Qui utinam, ſicut Geraldus, noviſſima proviſerent, &, ſive manducarent, ſive biberent, omnia juxta præceptum Apoſtoli ad laudem Dei facerent. Tribus feriis in hebdomada & in omni tempore, quod abſtinentiæ dicatum eſt, à carnibus abſtinebat. Si tamen in eiſdem feriis feſtivitas annualis eveniſſet, abſtinentiam ità ſolvebat, ut in qualibet abſoluta feria ad vicem illius, quam ſolverat, itidem abſtineret; cùm & unum pauperem extra ſolitos obtentù illius feſtivitatis reficeret. Sin verò jejunium die Dominica eveniſſet, nequaquam illud ſolvebat *o*, nec ſub hac occaſione præteribat, ſed præcedenti Sabbato ſolennitatem jejunii perſolvebat. Sin verò talis eſus ſancto Homini videretur incongruus, noverit ille, quem hoc fortè movet, quod omnia munda ſint mundis, id eſt, ſine concupiſcentiæ vitio comedentibus. Et qui non qualitatem cibi, ſed neceſſitatem, vel appetitum, quo ſumitur, internus judex attendit. Quod Helias propheta & Eſau ſuo probant exemplo. Licuit igitur homini laïco, præſertim tam juſto licitis uti: quod non licet eis, quibus id ſua profeſſio contradicit. Nam illa paradiſi arbor non iccircò mortem intulit, quòd mala eſſet, ſed quòd ſuper interdictum fuit præſumpta.

o

F

modeſtia veſtitûs,

23 Porrò veſtibus laneis aut lineis non iſto modo, quo nunc à filiis Belial præſumptum & excogitatum eſt, qui utique ſine jugo ſunt, ſed antiquo more ſemper uſus eſt, ita duntaxat contextis, ut nec affectatâ pompâ redolerent, nec plebeia ruſticitate notarentur. Sericinis verò vel precioſis, nec obtentu quidem cujuſlibet feſtivitatis, nec alicujus præſentia marchionis plùs ſolito ſe comere ſtuduit. Reminiculum *p* illud, quo ſolet enſis renibus aſtringi, per viginti annos, ſi tandiu durare poſſet, non mutare

p

aut

A aut renovare curabat. Quid dicam de balteo vel ambitiosis cinctoriis aut fibulâ, de equorum phaleris, quandoquidem ille non solùm portare aurum, sed nec habere quidem pateretur. Non enim putavit aurum robur suum, neque in multitudine divitiarum, sed in Deo gloriatus est. Ut religionis solent etiam professores, qui ad excolendum corporis cultum inverecundo & infatigabili studio sollicitantur: id toto nisu affectantes, ut reverentiam, quam sibi moribus tollunt, vestis preciosæ saltem obtentu ab intuentibus emendicent. Quibus utique expediret, ut ad cultum animæ, quæ jugiter pulchrescere poterat, potiùs vacarent.

in oppressos benignitas,

24 Erat autem pauperibus & injuriam passis liber ad eum semper accessus, nec ad causam suam ei commendandam deferre munusculum aliquod indigebant. Plus quippe oculis ejus unusquisque suam necessitatem pleniùs allegabat, quantò illum artiùs indigentem vidisset. Jam verò benignitas ejus non solùm vicinis, sed etiam longinquis regionibus, resonabat. Et quia noverant omnes, quàm beneficus erga omnes esset, multi per eum suas necessitates expediebant. Nec dedignabantur * aut per se, aut per suos pauperum negotiis interesse, &, ùt potis erat, suffragium præbere. Sæpe enim cùm inter discordes dura grassari bella cognovisset, die, quâ ventilanda erat causa, faciebat pro eis Missas celebrari. Et quibus non occurrebat humanitùs subvenire, divinum illis imprecabatur auxilium. Neque hoc patiebatur, ut quilibet senior beneficia à suo vasso *q* pro qualibet animi commotione posset auferre: sed deductâ ad medium causâ, partim prece, partim imperio commotionem exasperati animi reprimebat. Rectitudinis ejus vigorem hâc unâ re tantùm putares acclivem. Quotiens pauper apud potentiorem fortè obnoxius teneretur, instabat, ut imbecilliorem ita sustentaret, quatinùs fortiorem sine læsione fregisset. Cæterùm veraciter justitiam esuriens, hanc non solùm in suis, sed etiam in extraneis lædi non patiebatur.

* dedignabatur

B

q

amor justitiæ,

25 Justitiæ sitis, ut esuries, ordinatim in eo flagrabat. Non enim aut simplicitas, aut benignitas asperitatem zeli deserebat, aut asperitas zeli simplicitatis benignitatem. Nimirum, ùt de Job dicitur, quod simplex erat & rectus, & iste vir quamvis pauperibus multum consuleret, tamen ad puniendum reos non usquequaque dormitavit: videlicet non ignorans, quibusdam divinitus esse datum, ut crimen, quod impunitum remanere non potest, temporali supplicio luant. Unde C & rex David moriens Joab & Semei jubet puniri. Quandam silvam latrones occupaverant, qui rapinas & cædes transeuntibus atque vicinis inferebant. Quod Geraldus audiens, ad capiendum eos protinùs direxit. Ac tum fortè rusticanus quidam ad eos metu cogente venerat. Milites verò, qui eos comprehenderunt, timentes, ne fortè domnus Geraldus aut eos dimisisset, aut cur eos impunitos sibi ostenderent, inculpâsset, oculos omnium protinùs avulserunt. Qua occasione factum est, ut ille rusticanus unà cæcaretur. Qui dehinc in Tolosanum *r* pagum recessit. Longo pòst tempore cùm de eo domnus Geraldus audisset, quia latronum socius non fuerit, valdè contristatus est, requirens vel si viveret, vel quò isset. Comperto autem, quod ad Tolosanam provinciam discessisset, centum solidos, ùt aiunt, ei transmisit, jubens portitori, ut ejus vice veniam ab eo postularet.

A.S.Odone ab.

in afflictos,

26 Itidem quàm clementer consolaretur afflictos, aut quantùm sæpè misereretur obnoxiis, hoc liqueat exemplo. Quendam presbyterum ita vicini sui crescente litigio contriverant, ut ejus oculos eruerent. Quem scilicet senior verbis multum consolatus est, suadens illi patientiam. Sed ne verborum consolatio exilis videretur, quandam sui juris ecclesiam, facte sollenniter testamento, eidem contradidit. Aliquantulum tempus fluxerat, & unus ex his, qui presbytero vim intulerant, ab officialibus comprehensus est & in carcere clausus. Quod & seniori tanquam inde gavisuro protinùs nunciatum est. Qui statim quasi desiderio puniendi festinans tetendit ad carceris locum. Aliæ verò causæ emerserant, quas necesse erat in crastinum expediri. Sub hac ergò occasione jubet reum usque tunc demorari. Serò autem, cùm officiales *s* ad sua discessissent, præcepit clàm custodi, quatinùs eum cibo ac potu reficeret. Et quia discalc atus erat, datis calciamentis, aufugere permisisset. In crastinum verò mallensibus *t* undique ad seniorem confluentibus jubet reum adduci. Quidam verò, quos custos carceris pro se ipso paraverat, trementes indicant reum aufugisse. At ille E volens factum celare, quasi minabatur custodi. Sed mox itidem, Benè, inquit, actum est, quoniam presbyter jam eis noxam indulserat.

s

t

reosque misericordia.

27 Item duo vinculati, quos apud eum reatus ingens obnoxiaverat, eidem fuerant præsentati. Instabant verò accusatores, ut suspendio eos juberet protinùs interire. Ille verò dissimulabat, quoniam eos palam liberare nolebat. Sic enim in quolibet pietatis opere se modificabat, ut ipsa ejus pietas non nimia videri posset. Respiciens ergò accusatores, Si, inquit, ùt dicitis, mori debent, priùs juxta vulgarem sententiam reficiamus eos. Tunc cibum & potum jussit eis afferri & ad comedendum disligari. Cúmque refecti fuissent, dedit eis cultellum suum dicens; Ite, & vos ipsi afferte vimen, quo suspendi debeatis. Non longè autem erat silva, quæ stirpibus densata succreverat. Quam illi intrantes, & quasi vimen quærentes, paulatim remotiora penetrantes, subitò disparuerunt & ita mortis articulum evaserunt. Hi verò, qui aderant, assensum ejus intelligentes, eos perscrutari F inter fruteta non audebant. Quantum verò ex æqualitate personarum conjici potest, personas illas reorum, qui se in malum destinaverat, aut damnis coërcebat, aut charactere adustionis inurebat. Illas autem personas, quæ non per consuetam malitiam, sed qualibet, malum aliquod perpetrâssent, indemnes dimittebat. Numquam tamen auditum est, ut se præsente quilibet aut morte punitus sit aut truncatus membris.

r

AS ODONE AB.

ANNOTATA.

a *Virgunculus ſeu parvus admodùm puer: ſicut enim* virguncula *vacatur parva filia, ita S. Odo juvenem* virgunculum *nominavit.*

b Glaucoma, *quod dicitur vitium humoris, qui* criſtallinus *appellatur, in colorem glaucum mutans oculum.*

c Medioxìmum, *id eſt, medioxumum vel medium.*

d Placitum *ſeu judicium aut conventum judicii cauſâ. Synodus Turon.* 3, *Can.* 35: Pro quolibet placito vel judiciis à qualibet perſona munera exigere: *& lib.* 3, *capitul.* CLXXXIII Unuſquiſque comitum placitum ſuum habeat & juſtitias faciat. *Unde & placitare apud Goffredum Vindocin. Epiſt.* XXIV, *lib.* II, *quod ſynod. Arelat.* 4, *cap.* XVI cauſationes diſceptationeſque exercere *dixit, noſtri* plaid & plaider. *Hæc Quercetanus in ſuis ad Vitam* S. Geraldi *Notis col.* 30.

e Ex conditu, *quod de mandato intelligitur. Vel igitur mandatum acceperat* S. Geraldus, *vel ipſe mandatum dederat, ut ad placitum venirent nobiles, qui ſervitio placiti adſtricti erant, id eſt, qui comitem, ducem aut ſeniorem ſuum ad placitum venientem comitari debebant. Die Dominica ad placitum venerat* S. Geraldus *neceſſitate fortè impulſus: nam ne diebus Dominicis placita celebrarentur, legibus cautum erat. Vide concilium Aquiſgranenſe anno* 789 *habitum, concil. Germaniæ tom.* 1, *pag.* 283, 411 *&c. Apud Gallos ſeculo* XIII *exeunte hic mos jam exoleverat; Carpentarius enim in ſuo Gloſſario verbo* Dominica: Hac die ſedebant magiſtri Requeſtarum pro cauſis & requeſtis ſeneſcalliarum & earum partium, quæ reguntur jure ſcripto, audiendis & expediendis.

f Manni equi *apud Horatium & alios veteres:* Hinc mannicare, equo vehi, equitem agere, equitare. *Hæc Quercetanus mox laudatus. Verùm Cangio minùs placet hujus vocis interpretatio.* Manicare *enim à* manica *venit, id eſt, à manè, unde manicationes aut* matutinæ *acceleraciones. Igitur manicare idem ac manè ſurgere, quod quidem Odonis verbis & ſenſui magìs convenit.*

g *Eccleſiaſtis* 10, 16.

h Rectum *enim & honeſtum videtur, ut judices jejuni cauſas audiant & diſcernant. Concil. Aquiſgran. tit.* 62.

i *Eoſdem, qui pſalmiſtæ ſeu pſalmorum cantores. Cangius in Gloſſ. ad hanc vocem.*

k *Sic fortè per ironiam vocatus eſt Nabuzardan, qui unus è principibus Nabuchodonozor Babylonis regis, capta Hieroſolymorum civitate circa annum* 3414, *Babylonem tranſtulit* æs omne, ollas quoque æreas & trullas, & tridentes & ſcyphos, & mortariola & omnia vaſa ærea. *lib.* 4 *Reg.* 23, 14.

l *Matth.* 25, 35.

m *Hoc verbum ſtellulâ Quercetanus annotavit. Neſcio, an in hoc mendum aliquod cubet. In Sancti Hiſtoria, quam Gallicè edidit D. de Compaing, hac voce Auctaria intelligenda eſſe duxit.*, Proficies, proficium, *quod ſectum eſt ſeu in partes varias diviſum.*

n *Matth.* 12, 24.

o *Hanc conſuetudinem adeò religioſam, Dominicæ jejunium in diem præcedentem tranſponendi, à ſingularitatis notâ defendit hìc S. Odo: nec dubium, quin ejus obſervantia à* Geraldo *aliiſque ſanctis Viris invecta inſtitutioni, quæ hodieque viget, occaſionem dederit. Hæc Mabillonius Sæc.* V *Bened. pag.* 7.

p *Seu cingulum, quo ad renes gladius cingitur.*

q *Qui aliqua prædia aut alia hujuſmodi à domino ſuo, ùt loquitur S. Odo, acceperat.*

r *Cujus Toloſa urbs, archiepiſcopalis ſedes, caput.*

s *Servi aut judicis miniſtri, qui ei ad nutum obtemperabant.*

t *Qui ad* mallum *venerant, & ſic à mallo dicti. Mallus ſeu placitum majus, ubi majores cauſæ à comitibus & ſènioribus terminari ſolitæ. Edictum Cariſiacenſe Caroli Calvi ann.* 864: Et ipſe ſic mallum ſuum teneat, ut barigildi ejus & advocati, qui in aliis comitatibus rationes habent, ad ſuum mallum occurrere poſſint. *Inde* admallare, *ante judicem venire litigandi causâ. Marculfus lib.* 1 *Formul. cap.* 21: Eò quòd propter ſimplicitatem ſuam cauſas ſuas minimè poſſit proſequi vel admallare. *Et mallenſes in judicium vocati pro negotiis proſequendis ac diſceptandis. Ita Quercetanus in Notis col.* 30.

CAPUT III.

Alii item S. Geraldi actus, quibus grande ejus erga proximum ſtudium demonſtratur.

Mulieri ruſticæ ſolvendis operis pecuniam ſuppeditat,

SAnè de pluribus geſtis ejus pauca quædam & ſingula commemorans, quæ ad oſtendendum quoſdam pietatis actus, nobis videlicet compertos, ſufficere poſſunt. Ob hoc etiam & minima quælibet inſerimus, per quæ grande ejus valeat ſtudium demonſtrari, ùt eſt videlicet illud. Dum per aggerem publicum aliquando graderetur, in agello viæ contiguo quædam ruſticana mulier aratrum ducebat. Quam requirit, cur opus virile mulier agere præſumpſiſſet. Reſpondit, virum ſuum diutiùs jam languere, tempus ſationis præterire, ſe ſolam eſſe, nullumque, qui ſibi ſubveniat, habere. Cùm quidem ille calamitatem ejus miſeratus, tantos ei nummos dari jubet, quanti dies ſationis ſupereſſe videbantur, quatinùs per ſingulos dies agricolam ſibi conduceret, & ipſa dehinc à virili opere ceſſaret. Omne fucatum, ùt ait Ambroſius, refugit natura & auctor Deus, quod contra illam eſt, abhorret. Hæc ergò res per ſe quidem exigua eſt, ſed affectus recti hominis naturæ legibus conveniens eam grandeſcere facit.

damna rebus alienis

29 Cùm itidem aliàs viam carperet, haud eminus cicer quidam ruſticanus metebat. Cùm juvenes, qui ſeniorem præibant, inde ſumen-

tes

tes manditarent, hæc ille conſpicatus emiſit equum, & ad hominem concitus venit quærens, ſi cicer pueri abſtuliſſent. At ille, Ego, inquit, Domine, gratis dedi. Et ſenior, Benè, inquit, faciat tibi Deus.

à ſuis illata reſarcire ſatagit,

30 Talè eſt, quod alia vice, cùm miniſtri ejus convivium ſub umbra ceraſorum pararent, ramuſculos baccis jam maturis dependentes, quos, antequam ille veniret, iidem miniſtri confregerant, à reclamante ruſticano argenti pretio comparavit. Fortè dicet aliquis, quòd hæc relatu indigna ſunt. Sed nos timorati hominis mentem per hæc exigua demonſtramus, ut ex obliquo intelligatur, quoniam, qui modica non ſpernebat, paulatim decidere in majora non poterat. An non affectus viduæ per duo minuta comprobatus à Domino eſt?

A

facilem ſe ſuis præbet,

31 Erga ipſos verò, qui juris ejus erant, tam beneficus tamque erat pacificus, ut mirum conſiderantibus eſſet. Nam frequenter improperabant & quod mollis eſſet, & timidus, qui ſe lædi ab infimis perſonis, tanquam impotens, permiſiſſet. Nec facillimè tamen, ſicut domini ſolent iraſci, contra improperantes vel leviter indignabatur. Aliquando enim non paucos ex ruricolis obvios habuit, qui, derelictis coloniis ſuis, *a* in aliam provinciam tranſmigrabant. Quos cùm recognoviſſet, &, quonam cum ſua ſupellectile tenderent, inquiſiſſet, reſponderunt, quòd injuriati fuiſſent ab eo, cùm ipſe beneficiaverat eos. Milites verò, qui obambulabant, Principi ſuadebant, ut eos verberari juberet, & ad domunculas, unde diſceſſerant, redire compelleret. Sed ille noluit. Quippe qui noverat, ſuum & illorum Dominum eſſe unum in cælis, & qui magis conſueverat juxta Apoſtolum remittere minas,

a

B

qui potentiæ ſuæ manum non levare ſuper pupillum ſoleret. Ergò permiſit eos abire, quò ſibi commodiùs putarent, & dedit licentiam converſandi. Hoc verò, quod non ſine mea verecundia quendam nuper garrientem audivi, ſcilicet quod debitum wadii *b* nequaquam debitori relaxare ſolitus erat, omninò falſum eſt, ſicut illi teſtantur, qui ſæpè viderunt, quòd non ſolùm augmentum wadii, ſed etiam capitale *c* debitum relaxabat.

b

c

oblata munera in pios uſus convertit,

32 Siquidem ſui pagenſes *d* vel clerici, qui illum ſicut patrem affectuosè diligebant, frequenter ei tortulas ceræ deferebant, quas ille veluti grandia munera multas gratias referens accipiebat. Nec tamen ex eadem cera quicquam ad ſuum uſum ardere permittebat, ſed coram altari vel ſanctis pignoribus, quæ perinde ſecum deferri faciebat, totam in luminaribus ſuccendi præcipiebat. Cubiculari verò, cùm fortè cera aliunde ad ejus obſequium præparata deeſſet, betulinas *e* cortices vel abiegnas tædas ante eum & in miniſteriis ſuis præparabant. Sed cùm ille tanto ſtudio

d

e

C

cavebat, ne muneribus, quæ ſibi gratis dabantur, privati uterentur, quomodò conſequens eſſet, ut exactiones wadiorum ſine indulgentia exegiſſet? Quin potiùs, quæ ſibi jure debebantur, frequenter ultrò debitoribus relaxabat. Minas quoque juxta Apoſtoli præceptum ſervis remittebat. Nam & frau-

dem interdum patiebatur, & rapinam bonorum ſuorum, ùt dicit idem Apoſtolus, ſuſcipiebat.

furem deprehenſum re furtiva donat,

33 Sed ut hoc exemplo comprobetur, fur aliquando tentorium ejus noctu ingreſſus eſt. Cùm quidem cereus de more coram lecto illius arderet, ac tum fortè ſenior vigilabat. Solebat enim in ſtratu ſuo dilectione Chriſti atque dulcedine paſci per ſtudium orationis. At verò fur ille curioſo viſu cuncta percurrens explorabat, ſi quid fortè videret, quod aſportare valeret. Pulvillum fortè reſpicit, quod ſericam tecam habebat. Tetendit manum & ipſum ſibi trahebat. Tum ſenior, Quis, inquit, es tu? Extimuit latro & ſtupidus hæſitabat. Tum ille: Fac, ait, quod facis, & cautè diſcede, ne fortè aliquis ſentiat. Ita latroni perſuaſit, ut licenter cum furto diſcederet. Quis alius præter Geraldum hoc ita faceret? Certè mihi videtur, quòd id magis admiratione dignum ſit, quàm ſi furem rigeſcere in ſaxi duriciam feciſſet.

D

pallii, etſi juſtè empti, pretium ultro auget,

34 Quantopere autem illud cavere ſtuduerit, quod Apoſtolus jubet, "Ne circumvenias in negotio fratrem tuum", *f* itidem præſenti patebit exemplo. Cùm aliquando ab urbe Roma rediens Papiam *g* præteriret, haud procul caſtrametatus eſt. Quod Venetii vel alii quamplures ilicò cognoſcentes, ad eum protinùs exierunt. Jam enim per omne illud iter ſatis nobiliſſimus erat, & religionis atque largitatis cauſâ apud omnes famoſus. Cùm ergò negotiatores, ùt eis mos eſt, inter papiliones *h* curſitarent, & ſi quiſpiam vellet aliquid emere, diſquiſiſſent, honeſtiores quidam ad ſenioris tentorium pervenerunt, & miniſtros interrogabant, ſi fortè dominus Comes (ſic enim omnes appellabant eum) vel pallia vel pigmentorum ſpecies emi juberet. Tum verò ipſe, vocans eos ad ſe, Quod, inquit, placuit, Romæ licitatus ſum; ſed planè velim, dicatis, utrum benè negociatus ſim. Tunc jubet empta pallia coram afferri. Erat unum ex his preciosiſſimum. Quod Venetius intuens quærit, quidnam pro eo datum ſit. Cùmque ſummam precii cognoviſſet, Verè, inquit, ſi Conſtantinopoli *i* eſſet, etiam plus ibi valeret. Quo audito, ſenior extimuit, quaſi grande facinus exhorreſcens. Cùm verò dehinc quoſdam Romeos ſibi notos obviam reperiſſet, tot ſolidos eis commendavit, quod Venetius ultra datum pretium dixerat pallium valere, dans indicium, ubi venditorem pallii reperiſſent. *k* Verùm cùm in aliis peccati ſpeciebus ſoleant homines compungi atque de emendatione meditari, aut rarò, aut certè, nec rarò videas, qui præter Geraldum in iſta peccandi ſpecie ſe doleat deliquiſſe. Sed nimirùm ille noverat, quia Deus per omne peccatum offenditur, & eum, quem toto corde diligebat, offendere nec in minimis volebat.

f

g

h

E

i

k

nonam frugum pauperibus addicit,

35 At verò non immemor, quia Chriſtianorum juſtitia debet juſtitiam Phariſæorum ſupergredi, cùm univerſæ fruges ejus rectiſſimè decimarentur, nonas etiam jubebat ſeorſum recondi, quæ in diverſis pauperum neceſſitatibus diſpenſarentur. Inde cùm neceſſitas exegiſſet, ſupervenientibus diverſo tem-

F

A.S. ODONE AB.

pore pauperibus veſtimenta emebantur. Præterea nummos indeſinenter ſecum ferebat, quos obviantibus egenis latenter, quantùm poterat, vel per ſe vel per quemlibet cauſæ iſtius conſcium dabat. Et cùm illi reditus agrorum ac vinearum ſatis abundarent, numquam tamen auditum eſt, quòd villici ejus aliquid accommodâſſent; ſed neque ipſe prædium aliquando comparavit præter unum agellum, qui ſuæ cuidam poſſeſſioni fortè inſitus erat: cùm ſoleant divites quoque in hoc vehementer inardeſcere, terribilem Prophetæ comminationem obliti, quâ dicit: "Væ, qui conjungitis domum ad domum, & »agrum agro copulatis." *l* Geraldus namque juxta præceptum Euangelii contentus erat ſtipendiis ſuis. Et, ſicut ille neminem concutiebat, neque calumniam faciebat, ſic & rerum diſpoſitor Dominus ea, quæ juris illius erant, ab impiis & pervaſoribus tuta ſervabat. Etenim tanta prædiorum loca per diverſas provincias ſub ditione ſua tenebat, ut ipſis locis, quibus plenus erat, veraciter locuples diceretur. Nec tamen multitudo locorum extollebat eum, quoniam nihil, ùt Pſalmiſta dicit, à Domino volebat ſuper terram. Qui nimirum hæc omnia adjiciebat illi, quia regnum Dei, quod primum eſt, ipſe quærebat ab eo. Tantùm utique, Deo largiente, ſuccreverat, tamque protectus & tam immunis perſtiterat, ut ei convenire videatur illud: "Tu vallâſti eum, & »poſſeſſio ejus crevit in terra. *m*

l

m

rixas lenitate componit,

36 Sanè ut pateat, qualiter in bono malum vincere conſueverat, juxta Apoſtolicum præceptum, hoc ejus factum ſub exemplo commemoretur. Cùm dehinc ad portum Placentinum *n* veniſſet, quidam clericus, qui portui præerat, ſupervenit. Nam, ſicut illic mos eſt, lucroſum nimis naulum à Romeis *o* expectabat. Qui, neſcio quâ cauſâ felle commotus, verba indignationis rotabat, ita ut epiſcopum Rotenenſis provinciæ *p*, ſed & alios nobiles viros injurioſis exprobrationibus laceſſiret: fortè Vir Domini decontra ſtans, ſeditionem moveri metuens, conviatores *q* compeſcuit, ne durè quicquam reſpondiſſent. Clericum verò blando ſermone fregit, & quædam munuſcula ei dedit. At ille videns, quàm facili ſermone & epiſcopum & cæteros à reſpondendis injuriis compeſcuiſſet, ſe autem quàm leniter ad mentem reduxiſſet, quæſivit ab eo, quiſnam eſſet. Cùm ille ſe Aquitanum & mediocrem perſonam eſſe reſponderet, clericus eum tam vultu, quàm eloquio conſiderans, ad ejus gratiam ſe totum inflexit, &, quicquid de naulo debebatur, cunctis de illius comitatu remiſit, & tam ipſius, quàm aliorum flaſcones *r* & utres vino implevit. Habebat enim iſdem ſenior divinitùs hoc donum, ut tam ipſe, quàm ſermo ejus gratioſus eſſet. Et non ſolùm quibuſlibet aliis perſonis, ſed etiam ipſis magnatibus. Quin & regibus ſemper carus & reverendus erat.

n

o

p

q

fugitivum ſervum honorificè habet,

37 Meritò quippe diligebatur ab omnibus, quoniam ipſe cunctos diligebat. Referamus planè, quid de quodam fugitivo quaſi de amico fecerit. Nam in eodem itinere fugitivum eundem reperit, qui ante aliquot annos ab ejus mancipio diſceſſerat. *s* Qui apud illas perſonas, cum quibus habitabat, magnus etiam & locuples habebatur. Hunc itaque miniſtri domni Geraldi reperientes, ad eum trementem & pavidum adduxerunt. At ille ſeorſum inquiſivit ab eo, qualiter ſe ageret. Et cùm didiciſſet ab eo, quòd in eodem loco non parum honorabilis haberetur; Nec ego, inquit, te dehoneſtabo. Tunc præcepit ſuis, ne quis proderet, qualis in ſua regione fuiſſet. Tum verò, videntibus vicinis ſuis, ei quædam munuſcula tribuit, & in eloquio vel convivio ſatis eminenter honoravit & eum in pace dimiſit. Quis hoc præter Geraldum faceret? Sed hoc ille fecit, qui non avaritiæ ſervus erat, ſed miſericordiæ ſe totum dicaverat.

s

viatorem ſuſtentat & viatico munit,

38 Item in eodem itinere quidam vir de parte Bituricenſi *t* non longè à Roma ſibi coxam fregerat. Qui, relictus à ſuis, cum conjuge ſolus remanſit. Quem Bonifacius quidam ex militibus domni Geraldi caſu reperit, & neceſſitatem illius audiens, ad eundem domnum Geraldum hunc adducens, En, inquit, Domine mi, juxta tuum deſiderium reperi, quod tibi placiturum præſento. Ecce homo indigens ſolatio. Quem dehinc Vir Domini in tuitione ſua gaudens ſuſcepit & uſque Brivatenſem vicum *u* ſufficienter ſuſtentatum deduxit. Tunc inſuper ei decem ſolidos præbuit, quibus ſubſidium uſque ad ſuos habere poſſet. Hæc & hujuſmodi facta teſtantur miſerendi affectum, quem ei divina inſpiratio largiter inſpirabat.

t

u

diſcedere à regis militia renuit,

39 Verùm noverimus, quia neceſſe eſt, ut meſſis triticea cum lolio creſcat, & granum frumenti palea ſuperior interim premat, & ob hoc oportuit, ut juſtum Abel malitioſus Cain ad patientiam exercuiſſet. Geraldus quoque, ſicut Job, frater draconum, & ſocius ſtrutionum fuiſſe monſtretur, frequenter à quibuſdam provinciarum laceſſitus eſt. Nam rei publicæ ſtatu jam nimis turbato, *x* regales vaſſos *y* inſolentia marchionum *z* ſibi ſubjugaverat. Jam itaque multarum cauſarum experimentis probatum fuerat, quòd, ut ſcriptum eſt, Omnipotens erat contra hoſtes Geraldi. Quibus videlicet ita inſuperabilis videbatur, ut malum, quod ei perſtruere molirentur, in ipſos potiùs redundaret, ùt ſcriptum eſt: "Qui fodit foveam proximo ſuo *aa*, ipſe »prior incidet in ea." Wilelmus *bb* planè dux Aquitanorum, vir bonus & per multa laudabilis, cùm tandem vehementer invaluiſſet, non minis quidem, ſed precibus agebat, ut Geraldus, à regia militia diſcedens, ſeſe eidem commendaret, ſed ille, favore comitis *cc* nuper uſurpato, nequaquam conſentit. Nepotem tamen ſuum, nomine Rainaldum *dd*, eidem cum ingenti militum numero commendavit. Sed & iſdem Wilelmus nullatenùs illi indignatus eſt, quippe non immemor, quia pater ſuus Bernardus ipſum adhuc adoleſcentem eidem domno Geraldo amoris cauſâ commendavit. Et ideò dulci admodùm conturbernio & ingenti veneratione ſemper eum excolebat. Cùm verò cauſa inſtabat, ad ejus colloquium veniebat. Nonnumquam autem gratioſi hominis Wilelmus ſuavitate delectatus, vi precum exigebat, ut ſecum diutiùs

x *y* *z*

aa *bb* *cc* *dd*

tiùs commoraretur. Et frequenter in agendis progreſſus, longiùs ſecum ire faciebat.

præda in bello abſtinet,

40 Factum eſt quadam die, cùm ita res exigeret, ut in quandam regionem, quâ hoſtiliter jerat, longum tempus cum eo expendiſſet. Interim verò omne ſtipendum, quod in ſagmariis *ee* Geraldi delatum fuerat, paulatim defecit. Porrò exercitus ad prædam verſus tanquam hoſtes Wilelmi perſequens, totam regionem illam depopulabatur. Quâ causâ incolæ ſibi timentes, facultatibus expoſitis fugiebant, nec inveniri poterat, qui miniſtris ejus ſtipem vendidiſſet. Cùm ergò nihil ad emendum reperiſſent, nec de præda quicquam eis tangere licuiſſet, non modicam in illa expeditione penuriam ſuſtinuit. Neque ab his, qui prædabantur, quicquam ſuſcipere patiebatur, ne fortè cum eis particeps ſocius peccati exiſteret. Suſtinuit autem & amici comitatum, nec afflictus deſeruit. Ridebant hoc nonnulli, quòd aliis de præda lucrantibus ipſe cum ſuis indigeret. Multi quidem, quibus erat ſanior intellectus,
A illum beatificabant, altiùs gementes, quòd ad hunc imitandum idonei non eſſent. Denique ex hoc & deinceps cognomentum hoc promeruit, ut ab omnibus in commune Geraldus ille bonus appellaretur.

lautas nuptias reſpuit caſtitatis tum internæ, cùm internæ amans,

41 Tanti autem apud eumdem Wilelmum habitus eſt, ut ei ſororem ſuam in conjugio dare vellet, *ff* Ermengardi matre quàm primùm id cupiente, quæ virum hunc pio diligebat affectu. Sed Chriſtus, Virginis filius, caſtitatis amorem illi dudum indulcaverat, quam ab ineunte ætate ita complexus eſt, ut nec intuitu quidem tam excellentis copulæ pateretur ab ea divelli. Quantopere enim carnis obſcœnitatem exhorruerit, per hoc animadverti poteſt, quod nocturnam illuſionem ſine mœrore nullatenùs incurrebat. Quoties namque illud humanitatis infortunium dormienti contigiſſet, conſecretalis cubicularius afferebat ei ſeorſum, in competenti videlicet loco, veſtes mutatorias, ad hoc ſemper paratas, & tomentum & vas aquæ. Quo illo intrante, non enim patiebatur ſe nudum
B videri, mox ille miniſter clauſo oſtio recedebat. Ita cultor internæ puritatis corporis inquinationem refugiebat, ut ipſam ſolam, quæ dormienti acciderat, non ſolùm balneis, quin etiam lacrimis abluerit. Stultum fortè videbatur hoc ejus factum, ſed illis planè, quorum cœnoſa mens vitiorum ſordes exhalat. Qui cùm ſe vel naturaliter, vel voluntariè ſordident, immunditias tamen ſuas abluere per ſe dedignantur. At verò Geraldus ſcriptum noverat: "Omni cuſtodiâ ſerva cor
gg »tuum." *gg* Et iterum: "Qui modica ſpernit,
hh »paulatim decidet." *hh* Velim ſanè perpendas, quanti habenda ſit, quòd inter mundanas opes & in faſtigio terreno poſitus, caſtitatem ſervavit. Quid magnificentius faceret? Nihil ampliùs aut excellentiùs requiras. Nam ſicut beatus Martinus perhibet, nihil virginitati eſt comparandum.

ſingulare Dei patrocinium

42 Unde & Ademarus *ii* comes vehementer inſtabat, ut eum ſuæ ditioni ſubdidiſſet. Quod nullo equidem pacto extorquere potuit. Non ſolùm quippe eidem Ademaro, ſed nec Wilelmo quidem duci, qui tunc

AUCTORE S. ODONE AB.

majore rerum affluentia potiebatur, ſe commendare aſſenſus eſt. Credo, Mardocheum vir iſte meditabatur, qui ſuperbo Aman ſe ſubmittere, honoremque regibus à Deo collatum præbere contempſit. Verùm cùm in amicitia Wilelmi devictus pacem habere videretur, ut homini in Chriſto viventi perſecutio non deeſſet, prædictum comitem Ademarum illi ſatanas inſtigavit. Quem profectò multis & variis tentationibus appetitum, ſibi ſubjugare non potuit. Aliquando quippe contigit, ut in prato cum paucis militibus manſitaret nocte: cùm equidem Ademarus, miſſo exploratore, pro certo reſcivit, & ubi & cum quantis eſſet. Gaviſus plurimùm, quòd occaſionem oportunam ad eum comprehendendum reperiſſet, armatorum cuneum collegit, & ad locum aciem direxit. Porrò Geraldus in parte ipſius prati decumbens, ùt fertur, cum ſuis omnibus dormiebat. Sed ille, qui cuſtodit Iſraël, nequaquam innocenti Viro D
dormitabat. Si quidem, ùt de Hieremia propheta ſcribitur, "Quia Dominus celavit eum", ita & hunc divinitùs abſcondit, ut, cùm omne pratum per gyrum diſcurriſſent & per medium regirâſſent, nequaquam eum reperire potuerint. Tum verò Ademarus adniſu fruſtrato, dolens impietatem ſuam eſſe deluſam, receſſit. Juſtus verò, ùt ſcriptum eſt, mundis manibus addidit fortitudinem laudis in Domino.

adverſus hoſtiles Ademari,

43 Quoniam itidem ejus caſtellum ſatellites Ademari comitis occupaverunt. Quo Geraldus audito, paucos milites, qui tunc ibi fortè aderant, ſecum duxit, & ad oppidum feſtinavit. Ademarus verò cum valida exercitûs manu oppidi pervaſores ſubſequi parabat. Sed cùm non longè eſſent, quod ad obſidendum caſtrum Geraldus præcurrerat, volantem exercitum retinuit dicens: ExploRandum nobis eſt, quanam Geraldus pugnatorum multitudine valletur, qui nos ad obſidendum oppidum auſus eſt prævenire. Neque enim ſe in hoc periculo præcipitâſſet, niſi quorumlibet ruſticorum auxilio ſeptus eſſet. Dixerat hæc & pernices equites ad hoc explorandum direxit. Nox verò tum ingruerat. Nec cunctati exploratores feſtinant, &, quænam ſint caſtra Geraldi, ſollicitè rimantur. E
Ut autem in nocte ſolet fieri, lapides albicantes eminùs ſub incerto viſu conſpicati obſidentium tentoria putaverunt. Qui protinùs exangues & perterriti ad Ademarum recurrunt, ac ingentem caſtrorum multitudinem ſe vidiſſe fatentur. Redierant enim per quandam matronam, cui id ipſum retulerunt, per quam & hoc ipſum, quod illis exploratoribus viſum fuerat, poſtea Viro Dei innotuit. Ademarus itaque cum exercitu ſuo divino nutu labefactatus ad ſua remeavit. In craſtinum verò pervaſores caſtelli, cognito quòd Ademarus eiſdem minimè adeſſet, pacem à Geraldo requirunt poſcentes, ut eoſdem ſine ignominia recedere permiſiſſet. Et id quidem Vir Dei Geraldus ilicò indulſit. Sed milites animo concitati ægrè ferebant, ſi vel armis non ſpoliarentur. Invaluit tamen pietas Geraldi, & illos ſtare coëgit, hoſtibus verò per angiportum fugientibus aditum permiſit. Quin etiam duos de ſuis armatos

A. S. ODONE AB.

tos conſtituit, qui hinc inde ſtantes procurarent, ne aliquis de ſupellectili exeuntium quicquam rapere præſumpſiſſet. Ita Geraldus, exturbatis abſque ſanguine hoſtibus, triumphavit. Ita Chriſtus more ſuo glorioſum Militem ſuum ipſa adverſitate nobilitavit.

A

Godefredi, kk

44 Godefredus ille, Torennenſis comes *kk*, quadam vice, collecto militum agmine, feſtinabat, ut hunc Virum Dei bellando laceſſiret, aut, quæ erant juris illius, devaſtaret. Contigit autem, ut ipſo gladio, quo ſe armaverat, ita vulneraretur, ut arreptum iter nequaquam explere poſſet. Qui tandem intelligens, quòd ob injuriam Viri Dei vulneratus ſit, à malitia ſua ceſſavit. Meritò ſibi illud Moſaicum convenire conſpiciens: "Fugiamus Iſraël, Dominus enim pugnat pro »eis contra nos."

& Adalelmi irruptiones

45 Oppidum nihilominùs, quod Monaſterio ſuperimminet, frater prædicti Ademari clanculò inrepſit. Sed quia jam experimentis aliorum didicerat, quòd Geraldus, Deo pro ſe pugnante, ſemper hoſtibus prævaleret, non auſus eſt ibidem remorari. Tamen ablatis omnibus quæ aſportari poterant, concitus aufugit. Nec multum verò pòſt, quibuſdam honeſtis viris ſeſe ob illius facinoris cauſam objurgantibus cuncta reddidit, & ad Virum Dei veniens, indulgentiam pro ſua temeritate poſtulavit. Jam enim apud omnes, qui ſe noverant, tantam reverentiam obtinebat, ut quisquis eum læſiſſet, quaſi ſacrilegium feciſſet, non ſibi in proſperum cedere certus eſſet. Sanè quamvis filii tenebrarum & per iſta, quæ commemoravimus, & per alia multa filium lucis inquietarent; ille tamen, ubicumque poterat, pauperes tueri non omittebat. His enim, qui ſe lædebant, tam facilè ignoſcebat, ut putares, quòd ille magis ignoſcere, quàm illi vellent reconciliari. Durior illi cauſa pro pauperibus ſemper erat, quàm anima ejus illis compatiebatur; faciliùsque ſuam negligere causam poterat, quàm illorum. Ut enim peritiſſimus quidam medicus, qui fortè vulneratus jacet, aliorum vulneribus mederi ſtudeat, ſic iſte, dum læderetur, tamen impotes tueri non omittebat.

experitur, B

46 Suis ſiquidem inimicis ita inſuperabilis erat, ut malum in eos potiùs redundaret, quod ei perſtruere molirentur. Quod ex quibusdam ſuperiùs relatis & ex præſenti probatur exemplo. Frater Ademari comitis Adalelmus præter illam injuriam, quam eidem domno Geraldo fecerat, cùm Aureliacenſe caſtrum pervaſerat, quam videlicet injuriam ipſe libenter ei indulſerat, adhuc tamen ejus malitia furebatur, & ad læſionem ſancti Viri pertinaciter inſtigabatur. Collecto itaque ſatellitum cuneo, caſtrum, quòd tunc fortè domnus Geraldus Miſſarum ſolemniis intererat, irrumpere tentavit. Sed illi quidem, qui forinſecus erant, illum in præceps gradientem eminùs conſpicati portam repentè clauſerunt. Facto autem ſtrepitu in caſtro vociferantium, milites, qui ad Miſſam cum ſeniore erant, exilire volebant. Quos ille ſermonibus fregit, &, donec opus Dei compleretur, nequaquam exire permiſit. Interim verò ſatellites Adalelmi, ambitum caſtelli pervagantes, ſeptem equos tantùm reperererunt, quos & abegerunt. Et confeſtim incaſſum ſe irrupiſſe videntes, pudore acti, remeare cœperunt. Fertur autem, quod Vir Domini, retentis militibus, ſupra portam ſumpto pſalterio concitus aſcenderit, & neſcio, quid è pſalmis Domino decantaverit. Porrò tyrannus, qui mœrere cor juſti fecerat, lætatus nequaquam redire permiſſus eſt. Mira dicturus ſum, & penè incredibilia, niſi hæc à teſte ſatis idoneo perhiberentur. Nam de caballis eorum fermè ſexaginta ſub brevi ſpatio temporis extincti ſunt. Adelelmus autem poſt quartumdecimum diem tam terribiliter obiit, ut omne, ubi jaceret, turbo vehemens diſcooperiret. Teſtatur hoc præſens Adalbertus*, ille videlicet monachus, qui apud Lemovicas verbum Dei ſolet populo prædicare. Theſaurum quippe ſancti Martialis Torennæ cuſtodiebat: qui pridem ob metum paganæ gentis illic fuerat deportatus. Ablatores autem illi videntes, quod acciderat, Homini Dei ſuos equos remiſerunt.

C

* Madalbertus.

in victoria clemens, D

47 Nonnumquam invitus cogebatur potentiæ ſuæ vires exerere, & pravorum cervicem vi bellica curvare, ſicut videlicet actum eſt de quodam peſſimo homine, qui vocabatur Arlaldus. Is namque tenebat quoddam oppidulum, quod dicitur Ad Sanctum-Serenum, *ll* ex quo ſcilicet, quaſi lupus veſpertinus egrediens, irruptiones faciebat in familiam domni Geraldi. Cùm quidem ille ſicut pacificus loquebatur ei, qui oderat pacem, quin etiam quædam munuſcula tribuebat ei, & arma militaribus apta, quatinùs ferinos ejus mores per beneficia deliniret. Sed ſtultus homo ac brutus hoc non pietati, ſed ignaviæ deputans, audaciùs in prædicta familia graſſabatur. Tandem ergò Geraldus conſiderans, quòd ſtulti hominis veſania ſine flagello frenari non poterat, collecto militum agmine, tetendit ad caſtellum. Atque incredibili victoriæ proventu, beſtiam illam ſine cujuſlibet interfectione de ſuo cubiculo protraxit. Cùmque ante ipſum plenus confuſione ſtaret, non contumeliosè, ſed ratiocinando, quantùm oportuit, eum alloquitur. Cùm ille tremens verba humillimia ac deprecatoria reſpondiſſet, Vir Domini ad eum: En, inquit, expertus es, quòd tuis viribus adverſum me conſiſtere nequeas. Cave igitur furere, cave ultrà malitiam exercere, ne graviùs ipſa in caput tuum redundet; & te ipſum, inquit, ita dimittam, ut neque obſidem, neque aliquod juramentum à te ſuſcipere curem. Sed neque de tua ſupellectile ſaltem pro compenſatione prædæ, quam exercere ſolitus es, quicquam auferre permittam. Ita coërcitum dimiſit hominem, & ille ſatis deinceps cavit, ne Geraldi familiam lædere præſumpſiſſet.

ll

E

in adverſis patiens & humilis,

48 Jam, ùt ſuprà dixeramus ceſſabant, ejus adverſarii, divino metu conſternati. Nam licèt ad exemplum Job, frater fuerit draconum & ſocius ſtrutionum, beſtiæ tamen agri pacificæ erant illi. Nam cùm alodus *mm* ejus eſſet poſtomia *nn*, & deinceps latifundia ipſius ita ſibi ſuccederent, ut uſque ad montem magnum Greonem *oo* poſſet in eundo & redeundo

mm

nn

oo

deundo ſemper in propriis manſitare capellis, tamen non indigebat, ut aliquam villam cuilibet potenti ad cuſtodiendum commendaſſet, niſi unum ſolum prædiolum, quod dicitur Taladiciacus. Erat enim ſemotim inter peſſimos vicinos longè à cæteris diſparatum. De hoc officiales permiserunt invito & nolenti, quatinùs illud cuidam Bernardo ad cuſtodiendum commendaret. Quod equidem ille cum quadam hilaritate patienter ferebat dicens: Benè mihi contigit, ut diſcam, quia bonum eſt confidere in Domino, quàm in homine. Quod ſcilicet ob hoc libuit commemorare, ut hinc pateat, quia quotiens Deus aliquid ad ejus probationem fieri permiſit, ille non ad triſtitiam, ſed ad humilitatem id retulerit. Per quod etiam demonſtratur, quòd Vir iſte ex fide vixerit, qui cuncta divinæ diſpoſitioni ſubjacere cognoverit, & quòd in terris nihil ſine cauſa, ùt ſcriptum eſt, fieri non ignoraverit.

49 En quædam de exterioribus geſtis ejus, & communi converſatione digeſſimus, per quæ videlicet facillimè patet, quod Vir iſte juſtitiæ cultor fuerit, & juxta Apoſtolicum præceptum, ſobriè, & piè, & juſtè converſatus eſt. Cùm igitur in juſtificationibus Domini ſine querela ſe exercuerit, incredibile non debet videri, ſi ipſe Dominus miſericordiam ſuam cum eo magnificat. Quapropter ſuademus eis, quibus incredibile videtur omne quod nunc fama de eodem ſancto Viro diſpargit, ut cautiùs ac diligentiùs cauſam ejus retractent. Nam ſi hoc obſtare videtur, conſiderandum eſt quod major & laudabilior virtus ſit materiam ſuperbiendi habuiſſe, & tamen potentiæ culmen humiliter compreſſiſſe. Poteſtas enim non eſt niſi à Deo. Qui, juxta ſcripturam, potentes non abjicit, cum ipſe ſit potens. Quamvis igitur ſeculari gloria faſtigiatus fuerit, non debet incredibile videri, ſi Deus illum glorificat, qui hunc inobſervantiam mandatorum ejus glorificavit. An non potentes fuerunt & bellicoſi Rex David, Ezechias & Joſias? Modernis quoque temporibus de nonnullis auditum eſt, ſicut de Rege Anpp glorum Oſvaldo, *pp* quos Deus per ſigna glorificat, qui ſcilicet in obſervantiam mandatorum ejus illum glorificare ſtuduerunt. Denique in ſingulis hujus vitæ ætatibus multa gerit divina dignatio, quæ ad incitamentum conculcatæ & oblitæ religionis proficiant. Unde dicit Apoſtolus, quia Deus nullum tempus ſine ſui teſtimonio relinquit. Quod etiam per ingratos aliquando fit, ſicut equidem ſub Moyſe multa ſigna cum illis patrata ſunt, de quibus ſcriptum eſt," quoniam non in pluribus eorum qq » beneplacitum fuit Deo. " *qq* Et nonnulla vix credibilia veraces & idonei teſtes aſſerunt, ſicut beatus Hieronymus de quodam quondam violento & latrone, qui poſtea converſus ad Chriſtum, ſolem ad explendum iter ſuum diu ſtare fecit; ac deinde clauſo oſtio ad diſcipulos corporaliter intravit. Si ergo Deus, qui cum Patribus mirabilia fecit, etiam noſtris temporibus ad reſſuſcitandum conculcatæ religionis affectum, per hominem, qui ſicut in diebus Noë, juſtus repertus eſt, ſigna dignatur operari, incredibile non debet videri. Sed ipſe potius eſt glorificandus, qui nullum tempus ſine teſtimonio bonitatis ſuæ relinquens, ſuæ promiſſionis memor, non deſinit benefacere populo ſuo. De geſtis autem ejuſdem Viri, quæ egit, poſtquàm cultui divinæ ſervitùtis ex toto ſe cohæſit, quæ dicenda ſunt, ſequenti libello reſervantes, hìc iſtum in Dei nomine terminemus.

ANNOTATA.

a Colonia eſt domuncula cum agri tanto, quantum colonus unus cum ſervis ſuis colere poteſt. Flodoardus Lib. IX. Hiſt. Remen. Cap. XIX de Ebone Archiepiſcopo loquens "coloniaſ nonnullas Eccleſiæ, preſcriptis per ſtrenuos vivas colonis, eorumque ſervitiis ordinavit." Glaber Rodulfus Lib. III Hiſt. Franc. Cap. V quod etiam Cœnobium Cluniacenſe videlicet," in primo non amplius quàm quindecim terræ colonias dicitur in dotem accepiſſe." *Hæc Quercetanus, qui nonnulla alia quibus ſuam de coloniæ interpretatione, fulciat ſententiam laudat monumenta. Sed paucis verba S. Odo. quædam ſervitutis hìc mèmemorat officia, quibus olim apud Francos adſtringebatur ſervi aratores aut miniſteriales qui abſque domini ſeu ſenioris ſui licentia agros ſeu* colonias *ſuas linquere non poterant. Multa de illis, in legum antiquarum codice, apud Cangium & illos qui de Jure publico ſcripſerunt.*

b *Varias hujus voces acceptiones, in Cangiano Gloſſario videſis, miſſis proinde illis, de quibus Quercetanus col.* 31., *ex ipſomet S. Odonis Textu, quid per* Wadium *intelligendum ſit argues. Erat enim debitum per quemlibet annum aut aliter ſolvendum quod Sanctus remittere non ſolum ſolitus erat ſed &* Capitale, *ex quo pendebat* illud annale *debitum.*

c Capitale, *debitæ pecuniæ caput: ita Cangius hoc verbo.*

d *Pagorum incolæ.*

e Betullinas *à Betula arbore, ſic dictas, ex cujus cortice faſces conficiebantur.*

f 1. *Theſſ.* 4. 6.

g *Urbs Epiſcopalis in Inſubria.*

h *Tentoria, Gallicè,* Pavillons. Tentes. *Quercetanus.*

i *Urbs ſeu civitas eſt Patriarchalis, totius Orientis metropolis ſeu caput.*

k *Hunc locum procul dubio notabit, qui de mercaturæ origine & progreſſu exeunte ſeculo nono edoceri ſtudet:* 1° *Venetos longè lateque diſcurrentes, ut quæ aromata, variaſque telarum & pannorum ſpecies, quidquid tandem rari aut pretioſi in Syria, Ægypto Conſtantinopoli confectum, aut editum fuerat, in Italiam, Galliam &c. intuliſſe obſervabit* 2° *Pannos pretioſos paucos admodum citra alpes, elaboratos ſeu contextos fuiſſe arguet. Porro hæc indicaſſe ſufficiat: haud enim ingratum opus ſuis offerret qui, quo ſtudio mercaturam Galli, Belgæ, Germani &c. ſeculo* IX & X *exercuerint, qualem in pannis aut telis contexendis induſtriam, in divendendis diligentiam, adhibuerint, delitis rationum & inſtrumentorum monumentis nos edoceret.*

l *Iſai.* 5. 8.

m *Job.* 10.

n. Placentia *Italiæ civitas eſt ad Padum fluvium.*

o Romei, *qui ad urbem pergebant.*

p *Vulgò* Rhodés, *Urbs Epiſcopalis ſub Albienſi Metropoli.*

q Conviatores *in via ſocios.*

r Flaſcones, *vas quo vinum aut alius liquor aſſervatur, Gallicè* Flacons.

ſ *Litt.* a *videſis ſuprà.*

t *Cujus caput Biturigum Civitas Archiepiſcopalis in Aquitaniæ partibus*

u In Arvernia, qui ſancti Juliani Martyris reliquiis celebris, Sidonio, in Propemptico ad Libellum, Gregorio Lib. x. Hiſtor. Cap. xxix. & vetuſto vitæ Sancti Odilonis Scriptori *Brivas*, vulgò *Brioude*. Meminit & idem Gregorius alterius Brivæ in Lemovicino, quam ad diſtinctionem Arvernenſis *Brivam Curretiam* appellat Lib. v. Cap. x.

x *De hoc fuſiùs commentarii prævii* § III. *diſſeruimus.*

y Id eſt, ſervientis, fideles, qui ſervitium ac fidelitatem debent, & præſtare tenentur regi. Aymoinus Lib. 5. Cap. 36. Abbates etiam & regni primores ac vaſſi regii ſe illi commendaverunt, & Sacramento ſecundum morem fidem promiſerunt. Nomen vetus Gallicum & quod adhuc Franci retinent in verbo *Vaſſaux*. Unde & vaſſaticum apud Greg. Theodulphum & alios *Vaſſelage*. Quilibet autem ſenior, Comes, Dux, Rex, vaſſos ſeu vaſſallos ſuos habebat. *Hæc Quercetanus, qui multas ſcriptorum auctoritates, quibus ſuam interpretationem muniat, adducit.*

z *Vox hoc ſeculo ſat communis, quâ præcipui provinciarum proceres, qui regionum limitibus cuſtodiendis aſſidebant, deſignabantur.*

aa *Eccl.* 10. ℣. 8.

bb *Cognomento Pius Arverniæ Comes, qui Cluniaci Monaſterium amplis prædiis ditatum extruxit.*

cc *Sanctum ab elapſo brevi tempore, in Willelmi amicitiam deveniſſe innuere videntur hæc verba.*

dd *Ex ſorore nepotem, de quo iterum Odo num.* 108.

ee *Hanc vocem eamdem eſſe cum illa* Sagma *exiſtimat Cangius, qui ſe hoc in loco ſenſum ab Quercetano diverſum non habere contendit : additque* nolim tamen præſtare hoc loco equos, Sagmarios non intelligi. Unde Sagmarius equus, id eſt Sarcinarium, Sarcinale jumentum. *Numero* 68, *per* Sagmarios *equos intellexiſſe Sancti Biographum, quibus eſt uſus verba demonſtrant.*

ff *Nec quæ tradit in ſuo Chronico Ademarus ſilentio omittenda ſunt : De Willelmo enim loquens hic Chronologus hæc ſcribit.* Qui cum ſororem ſuam in matrimonio defideraret conjungere Sancto Geraldo, nullatenus quivit, quia cœlibem vitam ſemper ducens, cum ſemper ad copulam ſuaderetur amore filiorum, reſpondebat Sanctus Geraldus, utile eſt, inquit, mori ſine filiis, quàm relinquere malos hæredes.

gg *Proverb.* 4. 23.

hh *Eccl.* 19. 1.

ii *De hiſce quæ cum Ademaro habuit S. Geraldus diſſidiis haud pauca commentarii noſtri prævii* § III *diximus.*

kk Torenna *ſive* Turenna *Lemovicini territorii urbs de qua Odo infra num.* 46. *Hodie Torenna Vicecomitatûs tantum honore gaudet, appellaturque vulgò* La Vicomté de Turenne. *Hæc Quercetanus : de Godefredo illo nonnulla habet Hiſtoriæ Tutel. pag.* 12. *&* pag. 96. 319. 320. *&c. ſed cum hæc ad rem noſtram nullo modo ſpectent, ea ſilentio omittenda hîc duximus.*

ll *Illud oppidulum vocat* Saint Seré *in S. Geraldi Vita Gallicè editâ pag.* 83. *Paſtor Savenenſis, quod* St. Seruin *appellat Blævius in Arverniæ Topographia, non longè à locis Tournenure, Alyre & Bontac diſſitum.*

mm *Poſſeſſio, prædium.*

nn *De hoc S. Geraldi prædio iteratam mentionem facit S. Odilo infra num.* 62.

oo *Totius Arverniæ, ut apparet, fere exceliorem, cum ex una illius parte in Dordonam per Ceram & ex alterâ in Flaverem per inferiores Arverniæ pagos, aquæ diffluant. Hodie ad ipſius montis pedem exſtat Puteus de Greone, Gallicè* Puit de Greon.

pp Quem Penda paganus Merciorum Rex gravi prælio & occidit & occiſum ſumma cum immanitate decerpſit. Chriſtianiſſimum & Deo dilectum vocat Beda & plura de illo ſcribit Lib. 2. Hiſt. Eccl. Angl. Lib. 2. Cap. ult. &c. *Ita Quercetanus. De illo in hoc Opere actum eſt ad diem V. Auguſti. Obiit autem anno Chriſti* 642. *ætatis verò ſuæ* 38.

qq 1. *Cor.* 10. 5.

PRÆFATIO.
IN CAPUT IV.

HIs qui de meritis domni Geraldi temerè diſputant, ſatisfacere poteſt conſiderata & inſpecta qualitas vitæ ejus. Nam quaſi in tribunali quodam reſidentes, decernunt utrum ſanctus debeat eſſe, an non; cùm hoc divino judicio ſubjaceat, quo etiam per reprobos ad utilitatem bonorum ſigna plerumque fiunt. His ergo ſatisfaciat atteſtatio miraculorum, quæ per eum, vel dum viveret, vel poſt ejus obitum Chriſtus operari dignatur. Porro his qui gloriantur, dicentes, quòd Geraldus potens fuit, & ſanctus eſt, ſuademus ne ſibi de hoc adplaudant, quia niſi pauperes ſpiritu fuerint, &, ſicut ille, ſuam potentiam religione condierint, cauſa eorum parva eſſe non poterit. Immò comparatione ejus revincentur, potuiſſe quidem juſtè ſimiliter vivere, ſed noluiſſe : manducones *a* verò & bibaces, ut de quibusdam regionis profeſſoribus dicam, qui ſibi excuſationes in peccatis fingentes, inter paucula fateri ſolent, quia Geraldus carnibus veſcebatur, & ſanctus eſt, ſua profeſſio manifeſtè revincit. Nam laico homini multa licent, quæ monacho non licent. Damnatus eſt Adam, non quòd in paradiſo mala arbor eſſet, ſed ideò quòd interdicto præſumpſit. Geraldus quippe licenter ſuo ordini conceſſis utebatur, quoniam & ab illicitis abſtinebat, & cum pauperibus veſcebatur. Noverat enim vinum ad ſobrietatem creatum. Nam & Helias carne paſtus eſt, & dignus fuit in

Paradiſo

Paradiſo transferri. Per concupiſcentiam tamen, quæ nonnullos inſtigat, Eſaii primogenita ſua lentis edulio perdidit. Igitur alia res eſt Geraldi, alia iſtorum. At verò illi qui delirant, quòd nec Martyr, nec Confeſſor valeat dici, ſciant quod utrumque dici poſſit : non ſolùm ille, ſed etiam omnis, qui ut vitiis reſiſtendo crucem portat, vel bona gerendo Deum glorificat. Deus equidem factis confitetur, teſtante Joanne " In hoc ſcimus quia cognoſcimus eum " *b* ſi mandata ejus obſervamus ; factis quoque negatur, ſicut Apoſtolus ait de quibusdam, " Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. *c* Cùm igitur Confeſſor à confitendo vocetur, Deus autem factis aut negatur, aut confitetur ; Geraldus tantò rectiùs Confeſſor dici poteſt, quantò juſtioribus factis Deum eſt confeſſus. Qui verò Judaizantes ſigna quærunt, quid faciunt de Joanne Baptiſta, qui poſt nativitatem ſuam nullum ſignum legitur edidiſſe ? Nam de iſto licèt miracula non omnimodis deſint, id unum reſpondemus, quia dum non ſperavit in pecunia & theſauris, fecit, ut ſcriptum eſt, mirabilia in vita ſua.

ANNOTATA.

a *Voraces. Cangius in Gloſſ.*
b 1. *Joann.* 2. 3.
c *Ad Tit.* 1. 16.

CAPUT IV.

Ne vitam monaſticam amplectatur Sancus, avocat quidam Epiſcopus, Monaſterium S. Petro oblatum Auriliaci condit. Ejus meritis Miracula patrata : Sacræ Scripturæ lectioni ſtudet : in habitu ſeculari vitam monachis dignam agit.

Vitæ monaſticæ cupidum Epiſcopus

ATHleta cæleſtis militiæ dudum in palæſtra mundanæ converſationis agonizans, cuneos vitiorum viriliter debellavit. Tum verò verbum vitæ continens in medio nationis pravæ, quaſi quædam lucerna refulgebat. Et quoniam oportebat, ut in abſcondito tempeſtatis probaretur, malignus hoſtis hanc lucernam quantis poterat fraudibus, tam per ſe, quàm per ſatelites ſuos offocare tentabat. Sed nimirum ſicut flamma flatibus agitata ſolet validiùs accendi, ſic divini amoris igniculus, qui in pectore Geraldi à puero incaluit, nullo tentationis imbre valebat extingui. Quin potiùs, matureſcente jam ætate, quibuſlibet vitiis paulatim compreſſis, quotidie ſeipſo robuſtior virtutibus ſuccreſcebat. Jam in corde ſuo quasdam aſcenſiones disponebat, jam ſuper altitudines terræ, juxta iliud Propheticum, eminebat. Cerneres auroram ſanctitatis ejus in diem feſtum clareſcere, cerneres lilium inter ſpinas creviſſe, & quò vicinior maturitate fiebat, eò repanſos virtutum flores diffuſiùs expandiſſe. Ergo ſicut in rerum vertice ſitus, in illa beatitudine ſuperna mentis affectum defixerat. Et quoniam per cœleſte deſiderium intima lux illum irradiabat, mundanæ concupiſcentiæ tenebras dijudicare valebat. An non tenebras dixerim terrenam concupiſcentiam, per quam mundi amatores cœcantur, ut diligant vanitatem ? Sed Geraldus didicerat precioſum ſeparare à vili, & valde indignum ducebat terram lingere ; qui vocatum ſe noverat ad cœnam cœleſtis agni. Super eos magis dolebat, qui per amicitiam mundi inimici Dei conſtituuntur. Et poſtquam guſtaverat quàm dulcis eſt Dominus, dedignabatur aquas furtivas, quæ dulciores ſunt alambere. Plangebat eos potiùs, qui juxta beatum Job, cum clamore currunt rodere radicem juniperi, id eſt cupiditatem punctionibus plenam. Mundialem *a* itaque potentiam, quæ ſibi affatim ſuppetebat, mentis deſpectu calcaverat. Sed tamen, ut aſtuti eſt, cuncta ad utilitatem ſuam referre, cogitabat, qualiter ea, quæ temporaliter poſſidebat, ita diſponeret, ut ei perpetualiter profuiſſent. *a*

A. S. ODONE AB.

à propoſito amovet Geraldum, b

53 Igitur Gausbertum venerabilem & laude dignum plane Epiſcopum, *b* cum aliis quibuſdam honeſtis viris evocavit, & qua mentis cogitatione incitaretur, familiariter indicavit. Etenim domnus iſte Gausbertus viro Dei cariſſimus erat, & pro communi ſanctitate, mutuum ſibi invicem contubernium præſtabant. Exponit itaque præſentis vitæ ſibi ineſſe faſtidium, & religionis habitum deſiderare. Romam proficiſci velle, & prædia ſua beato Petro Apoſtolorum principi jure teſtamentario delegare. Cùmque de hoc diu tractatum eſſet, vir Domini Gausbertus altiori conſilio cauſam inſpiciens, tandem ſuaſit, in ſeculari habitu ſeſe ſpecie tenus pro communi ſalute provincialium retineret : res verò ſicut vellet, beato Petro dicaret. At ille ne ſuæ diffinitioni pertinaciùs inhærens, inobedienter egiſſe videretur, aſſenſus eſt. Memor tamen Apoſtoli dicentis, quia Judæus, qui confitens interpretatur, majus & meliùs in abſcondito fiat, quàm in palam : ita attoſus eſt, ut hoc hominibus lateret, ſuperno autem Inſpectori manifeſtum eſſet. Barbam ſibi equidem cum novacula mutilavit, quam ad modum coronæ, per caput ſuum ducens, de capillis quoque partem recidebat. Ut autem hoc penitus celaretur, quoſdam ex cubiculariis, qui id noverant, ſacramento conſtrinxit, ut quamdiu viveret, nulla hoc ratione prodidiſſent. Denique per hoc ſui factum, videtur duplicem ſibi remunerationem conquiſiſſe. Hinc etenim Dominica dilectione flagrans, converſionis opus Deo exhibuit ; illinc amore proximorum plenus, ſe pro illorum utilitate in habitu, quem nollet, invitum ſtare coëgit. Nam quale genus converſationis

A.S. ODONE AB.

versationis Deo poterat gratiosius exhibere, quàm istud, in quo neque commune solatium negligeret, nec sibi quicquam de conversationis perfectione minueret? Quæ nimirum conversatio tanto preciosior extitit, quanto & multis utilior, & soli Deo cognita fuit. Qui, ut scriptum est, consilium ejus direxit, ut quamvis Liæ eum connubium subire fecerit, Rachelis tamen cupitis amplexibus non privaret.

qui sub peculiari habitu se Deo devovet :

54 Ad celandam plane sui tonsuram facile reperit argumentum Barbam quippe veluti onerosam recidebat, & quoniam ab occipitio capilli defluxerant, celabat in vertice coronam, quam, & tiaram jugiter ferens cooperiebat. Vestimentis autem pelliceis *c* super vestibus lineis utebatur, quia genus istud indumenti solent clerici viciſſim, & laici in usum habere. Duas tamen pelliceas numquam simul habebat. Sed cùm novam necesse esset afferri, jubebat protinus vetustam dari. Ensis planè cum equitaret, à quolibet solebat ante eum ferri, quem tamen ipse numquam sua manu tangebat. Siquidem de balteo vel cingulî apparatu, jamdudum crucem auream præceperat fabricari. Sedere autem super phaleratum equum numquam solebat. In his & hujusmodi satis apparebat quantopere mediocritati studens, suæ potentiæ cumulum despexerat.

c

Romam petit B. Petro

55 Postquam itaque divino cultui sese mancipavit per omnia, ut sua quoque Domino consecraret, Romam profectus est, & Aureliacum *d* insigne prædium beato Petro Apostolorum Principi, facto solemniter testamento, *e* delegavit, cum tantis videlicet appenditiis, quæ Monachis, quos ibidem congregare disposuerat, ad omne stipendium sufficere possent. Ardebat namque mens illius cœnobialem illic habitationem stabilire, quo Cœnobitæ cum sui ordinis Abbate communem ducerent vitam. Censum quoque delegavit, qui ad urnam beati Petri annuatim redderetur. *f* Itaque ut animo ferventi conceperat, juxta conditum profectus est, & quod decreverat, Deo prosperante, peregit. Reversus autem lapidici nos & mactiones *g* undecumque jussit aggregari, & ad construendam in honore B. Petri Ecclesiam fundamentum præcepit aperiri. Sed satanas omnium bonorum invidus, nescio qua arte providentiam fefellit magistrorum. Fundamentum namque infirmiter locaverunt. Et cùm jam in expensa grandis nummorum summa esset profligata, parietesque nihilominus in altum porrecti, quadraminum compages subitò diffutæ corruerunt. Nec tamen vir iste nimis ob hoc contristatus est. "Non enim, ut scriptum est, contristat justum quicquid ei acciderit." *h* Verè confisus quoniam licèt opus illud sub hac occasione retardaretur; merces tamen perditi operis nequaquam periret. Videns quòd Dei judicio permissum sit, ut hæc jactura fieret; hoc tamen usitatum pene in omni actione semper est, ut quicquid placidiùs Deo exhibetur, difficiliùs peragatur. Et certè in rerum natura quod citiùs augmentum capit, citiùs ad defectum vergit : quod verò difficulter, diuturnius persistit.

d

e

f

g

h

56 Quadragesimale tempus advenerat, cùm in construendis ædificiis aër jam clementior arridebat. Geraldus quodam mane consuetis orationibus expletis, exiit ab oppido quod eidem loco imminet. Paulum jam progressus, cæpit visibus huc, illucque porrectis considerare, ubinam posset aptiùs Ecclesiæ fabrica fundari. Tandem elegit locum divina dispositione jam præscitum. Jubet igitur artifices rursus adesse, studium recalere, opus intermissum aperiri, cœpto operi sagaciter instare, Ecclesiam competenti granditudine, & arcuato schemate fabricare, quam pater ejus dudum in honore sancti Clementis *i* construxerat. Nam ut prædixeramus, isdem pater ejus religiosus fuit, utpote qui de prosapia religiosorum descenderat.

monasterium oblaturus

i

quod veris monachis

57 Dum verò domus fabricam continuaret, animo semper volvebat, qualiter posset reperire Monachos, qui bene morati essent, & locum sub regulari proposito incolere potuissent. Sed cùm reperiendi raritas difficultatem intulisset, anxiabatur ille, & quidnam faceret, nesciebat. Tum verò nobiles quosdam pueros ad Vabrense Cœnobium direxit. Nam tunc regularis observantiæ fervor incalescebat, ut scilicet apud fraternitatem illam sub norma regulari iidem pueri imbuerentur. E quibus nunc usque supereſt unus, qui eodem beato Geraldo quæ describimus, visa narrat, & manu scribit. Porro cum iidem pueri reverti juberentur, quia magistri defuerunt, mox puellari mollitia resoluti, rigorem disciplinæ neglexerunt. Et ita contigit, ut res ad effectum non veniret : unum tamen eorum necessitate ductus cæteris præfecit. Sed cùm ille dissolutè viveret, vir Domini vehementer afficiebatur, quia illum corrigere non valebat, neque alium habere, quem loco illius subrogare posset. Cùm ergò vel illum, vel complices ejus, corruptæ vitæ tramitem incedere vidisset : illud Davidicum, profunde suspirans, dicebat. "O Domine, dissipa consilium Architophel. *l*

l

tradere

58 Nonnumquam verò in vocem plangoris erumpens super homines, quos ad malum proclives videbat, pertæsus ingemiscebat, quasi querimoniam faciens, quòd iidem homines pro amore mundi perirent, quòd pietas deficeret, quòd iniquitas inundaret, quòd pene jam universi amitterent à corde innocentiam, ab ore veritatem. Nolebat autem jurgiis eorum se immiscere, sed orabat ut Deus omnipotens pacificaret omnes, præcipiens Missarum solemnia celebrari, illud Ezechiæ frequentiùs iterans; "ô Domine, fiat tantum pax & veritas in diebus meis. *m* Et illud, "ô quantum deficit Sanctus! ô quantum diminutæ sunt veritates à filiis hominum." *n*

m

n

satagit

59 Desiderium sanè quo ad cælestia flagrans terrena despexerat, ita se posse consolari sperabat, si socios ejusdem sui desiderii reperisset. Proinde diu noctuque mens illius æstuabat, de congregandis Monachis affectum obliviſci non poterat; sæpiùs cum domesticis & familiaribus inde conloquens. Tanto enim in id affectu agebatur, ut nonnumquam exclamaret, ô si quis mihi daret ut sub tali pacto religiosos Monachos invenirem; quo ego illis cuncta, quæ possideo, dedissem, & deinceps mendicando vitam hanc exegissem!

Ad

A Ad hoc enim pactum ineundum nihil prorsus morarer. Cum itidem aliquando familiares ei respondissent, dicentes, Nonne plures Monachi in his regionibus reperiuntur, è quibus ad votum congregare potestis? At ille fortem nimis sententiam proferens, Si, inquit, Monachi perfecti sunt, beatis Angelis assimilantur : sin verò ad seculare desiderium revertuntur, apostaticis Angelis, qui suum domicilium non servaverunt, per suam utique apostasiam jure comparantur. Fateor enim vobis, quoniam incomparabiliter melior est bonus laicus, quàm sui propositi transgressor Monachus. Cumque ei subjunxissent, Quid ergo tanta beneficia, non solum vicinis, sed etiam longinquis Cœnobitis præstare consueviſtis? At ille consueta humilitate facta sua despiciens, Ego, inquit, nihil facio. Si tamen, ùt dicitis, aliB quid facerem, certus sum, quia verus est promissor, qui calicem aquæ frigidæ pro suo nomine datum remunerare promisit. Viderint ipsi quales in oculis Dei sunt. Certè verum est, quia qui recipit justum in nomine justi, mercedem justi accipiet. Porrò in his, & hujusmodi verbis ejus apparet, quòd vitæ præsentis delectationem fastidiret; quòd cælesti desiderio flagraret, quòd omnia sua relinquere vellet, si non defuissent, quibus ea rationabiliter tradidisset. Verum est illud vulgare proverbium, quia voluntas pro opere computatur. Unde & ille qui fratrem odit, homicida esse perhibetur. Et Joannes Evangelista passionis calicem bibit, cum tamen in pace quievit. Si ergo voluntas pro opere computatur, nequaquam Geraldus abrenunciatorum mercede privatur.

divinis rebus intentum

60 Invitus itaque tenebatur in sæculo. Et quamvis deessent socii, cum quibus eidem sæculo abrenunciaret, mirum tamen in modum in Dei opere totum se occupabat. Tantopere enim lectionibus audiendis, & vicissim orationibus, nunc cum aliis, nunc semotim erat intentus, ut mirum sit, quomodo vel tantum studium in his habere potuerit, vel tantam Psalmorum summam semper explere voluerit. Præsertim cum alias occupationes interdum expediisset. Non enim C erat obstinatus, ut causis necessariis se nimium obsentaret : sed his pro opportunitate paululùm intentus, mox ad degustatam Psalmodiæ dulcedinem sese concitus recolligebat. Quam reverenter sanè in Ecclesia staret, non satis referri potest, sed putares illum quasi divinum aliquid contemplari, atque illud Propheticum attonito vultu imitari *o* " Vivit Dominus, in cujus conspectu sto" Nam ut hoc sub exemplo pateat, festivus dies Dominicæ Ascensionis advenerat, cum quidem ille Sollemniaco Monasterio, *p* ut est juris solemnis, celebraturus accucurrit. Non enim patiebatur, tantæ festivitatis officium nisi festivè * recenseri, neque, ut plerisque mos est, cursum celebrando decurtari. Cum igitur illuc veniisset, Monachi, sicut tantæ ac tali personæ conveniebat, ei sedile & reclinatorium ornamentis constratum paraverunt. Ad quod cum ille, post girata oratoria, divertisset, fratres solemnizare cœperunt officium, ùt moris est, in longum protelantes.

o

p

* infestivè

Senior vero donec impletum esset, ita suspensus in contemplatione stetit, ut nec sederet, nec vel paululùm in antipodium recubaret, ipsa corporis immobilitate mentis devotionem & constantiam demonstrans. At D nos non ita, qui faciem Dei, velut in abscondito orantes, pomposa voce magis, quam simplici corde divinas laudes proferimus. Et cum debeat voci mentis intelligentia convenire, nos facimus currere vocem post levitatem mentis. Geraldus vero Apostolicum illud recogitans *q* „Deo autem manifesti sumus„ sic se agebat, tanquam in conspectu judicis cuncta cernentis.

q

61 Ut autem divina dignatio coram hominibus eum glorificaret : qui Deum in exequendis mandatis ejus coram discolis glorificabat, licet instante jam tempore Antichristi miracula Sanctorum cessare debeant, memor tamen suæ promissionis, qua dicitur, „ Qui glorificant me, glorificabo eos„ *r* hunc famulum suum per quandam curationis gratiam glorificare dignatus est. Quod genus curationis tale fuit, ut quamvis per humilitatem imponere manum infirmis refugeret, eis tamen frequenter & absens, & nolens subveniret. Aquam nempè, de qua manus abluere solitus erat, infirmi solebant furari, & plerique sanabantur. Quod licet ut magis credibile videatur, personas quasdam commemorari placet. Nam rusticanus quidam juxta Sollemniacum Monasterium habebat filium cœcum : qui diutiùs ingemiscens, quòd cum cœcitas & paupertas pariter opprimeret, monitus est per visum quatenus ad domnum Geraldum pergeret, & aqua, unde manus ejus ablutæ fuissent, oculos filii sui superfudisset. Credidit homo visioni, & quid somniaverat veniens indicavit. Quo Senior audito, mente consternatus intremuit, ac præsumere id refugiens, dixit illusionem fuisse, quæ & illum decideret, & illum decipere vellet, ut inconcessa tentaret. Errare hominem inani spe talia postulantem. Ingemuit pater, quem filii cœcitas anxiabat, & intelligens quòd Vir Domini causa humilitatis F nequaquàm adquiesceret, abire se simulans, ab uno de servitoribus aquam impetravit. Qui domum rediens, extincta filii lumina, nomen Christi invocans, abluit, & ille lumen recepit. Quod factum aliud quoddam opus sequutum est.

r

Deus glorificare voluit : undè enim quid manus abluerat, cæco visum;

62 Quidam puerulus apud Aureliacum claudus morabatur, qui fabro cuidam commendatus est, ut artem disceret, quâ victitare valuisset. Cum interim somno commonitus est, ut aquam similiter expetisset. Faber vero qui hanc impetrare debebat, sciens quòd in hac re Vir Domini nimis austerus esset, aquam non ei ausus palàm expetere, sed eam per ministros clam impetravit. Qui nimirum, ut inofficiosa membra de eadem aqua respersit, mox illa divina virtus in proprium officium reparavit. Quod videlicet factum cùm fama paulatim spargeret, ad notitiam Senioris tantumdem pervenit. At ille rei novitate perculsus, dicebat quod non suo merito, sed fide illorum, qui aquam illam fabro dedissent, quod ei certatim celatum est; cumque datorem reperire non posset,

claudo gressum,

A. S. ODONE AB.

vehementi interminatione commotus est, ne quispiam tale deinceps unquam præsumeret, asserens quia si servus faceret, membris truncaretur : si verò liber, postea suus non esset. Nihil enim amplius timebat, quàm laudes. Et cùm inimicis suis esset beneficus, laudatoribus tamen videbatur austerus.

duabus mulieribus s

63 Apud Postomium sui juris insignem alodum, *s* quædam mulier cæca de aqua manûs illius lumen recepit. Quòd apud omnes quidem divulgatum est, sed illi summo studio celabatur, maximè propter quendam de servitoribus, qui aquam dederat mulieri. Non enim parvipendere sui poterant internecionem, quam pro hac re dudùm comminatus fuerat, scientes quòd impunè non cederet, si datorem deprehendisset.

cæcis oculorum usum reddit : t

64 Item in Capella quæ est juxta villam, quæ dicitur Crucicula, *t* demorabatur ; cum equidem alia mulier, quæ ex ancillis ejus erat, de aqua manûs nihilominus illuminata B est. Quo videlicet ille cognito, illum, qui aquam dederat, nomine Rabbaldum, urgenter investigavit, & reperit, atque mox à se rejecit. Post aliquantum verò tempus, quidam nobilis vir, nomine Ebbo, Seniorem ratiocinando convenit, dicens quia fortè contra voluntatem Dei faceret, dum sub obtentu indiscretæ humilitatis, indultam cœlitus gratiam neglexisset, & eos, quibus prodesse poterat, in angustia dimisisset : satiùs esse gratiam quæ fortè propter illos ei data fuerat, impendere eis quæ necessitas exigit supplicantibus præstare : elationem non esse formidandam, cum laudis ille cupidus non esset : neque præsumptionem quidem, quoniam qui reposcerent opem, sese divitus ammonitos commemorassent : maximè cum jam experimento probatum esset, quia beneficium sanitatis, quòd à se quæsitum fuerat, ad effectum, licet ipso nesciente, jam non semel venisset. Et ille quidem hoc rationabiliter prosequebatur. Geraldus verò suspirans flebat, atque dicens, quia timeret, quòd diabolica fraus potiùs esset, quæ sub occasione se decipere vellet; C & si quid aliquando boni feciset, mercede ipsius boni privare perstruxisset. Tandem itaque vel precibus, vel ratione victus, abjectum accepit & mulieri duodecim nummos dari jussit.

divinæ lectionis studiosus

65 Sciens verò, quòd status mentis hac alternatione meliùs custoditur, si interdùm lectioni post orationem quisque intenderit, recitari coram se verba divina, ut suprà diximus, faciebat. Unde & usum assumpsit, ut ad prandium ejus legeretur, nec omitteret hoc lector, etiamsi hospites adessent. Pro condescensione verò lectorem jubebat interdùm subsistere ; & ab his qui fortè scirent, sensum lectionis inquirere. Cum quidem illi, quos interrogabat, precari solerent, ut ipse potiùs loqueretur, tandem disertè & scienter, sicuti doctus respondebat : ita tamen, ut nec Clericis verecundiam inferret. Discedentibus autem post refectionem quibusque ad sua, legebantur itidem coram eo ea maximè verba, quæ superfuerant lectionibus in Ecclesia recitatis. Dum verò lectioni intenderet, nullus eum facilè pro causa qualibet interpellare D præsumebat. Nam juxta illud Job, subditis erat tremendus, & lux vultus ejus non cadebat in terram. De sermonibus & confabulatione ejus mira commemoratio est. In his enim quæ læto animo loquebatur, valdè gratissimus erat. Quæ autem increpativè proferebat, quasi stimuli videbantur, ut penè plus quàm verba timerentur. In dando autem aliquid, multum erat morosus. At postquam semel dedisset, non auferebat. Si malæ opinionis sacerdotem audisset, non tamen Missæ officium ab illo despiciebat, quia sciret, illud sacrum mysterium non posse per hominem peccatorem deteriorari. Et cum in discernendis aliorum factis vel acutus pro merito causarum, vel dulcis esset, sua tamen opera vilipendebat. Quæ nimirum tantò superno Inspectori preciosiùs commenda- E bat, quantò hæc apud se viliùs æstimabat.

legem Domini semper in ore habet

66 Quoniam vero cœleste desiderium undatiùs, ut ita dicam, insumebat, os ejus ex abundantia cordis ita replebatur, ut penè jam in eodem ore semper lex Domini resonaret. Nam sacra quædam verba sibi notaverat, quæ corporalibus officiis convenire videbantur. Ut est illud, Manè priusquam loqui inciperet, dicebat " Pone, Domine, custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis " *u* & cætera hujusmodi, quæ ad singulos coaptabat, videlicet cum expergisceret, cum de lecto surgeret, cum caligas indueret, cum indumentum, vel cinctorium sumeret ; sive certè cum iter, vel aliud quidlibet inciperet, itaut secundum Apostoli dictum, omnia in nomine Domini facere videretur. Nonnumquam sanè cum contigisset, eum cum paucis, vel solum sedere, nescio quid diu tacens meditabatur, & lachrymis suffusus suspirium ab imo pectore, totum se concutiens, trahebat, ut facilè quisquam posset advertere, quia mens ejus aliò pendebat, & in præsenti consolationem non haberet. Tale erat ejus colloquium, tale silentium, ut os ejus annunciaret laudem Domini, & meditatio cordis illius in conspectu F ejus esset.

u

& sub habitu seculari monachi vitam ducit.

67 Noverant autem sui, quòd Religionis habitum toto nisu cupiebat. Sed cum esset providus, considerans quia professores sublimis propositi, dum sæculi amore corrumpuntur, graviùs ab alto ruunt, satiùs æstimavit sic stare, quàm absque probatis cooperatoribus rem tam arduam attentare. Si igitur votum illius inspicias, monasticæ professionis fidem Christo per devotionem servavit. Et laus valdè eminens est, in habitu seculari, religionis proposito deservire : sicut è contra nimis ignominiosum est, sub ejusdem religionis indumento sæculum quæsisse. Cum ergo Vir iste non haberet fratres, ùt præfati sumus, cum quibus benè jocunditer habitaret in unum, vitæ hujus incolatum tædiosè ferebat. Et sicut olim columba Noë, cum foris non invenisset ubi requiesceret, ad arcam, & ad ipsum Noë redibat : sic iste Vir inter hujus sæculi fluctus, ad secretum cordis recurrens, in Christi delectatione quiescebat. Non enim sicut corvus ille, morticino corporeæ delectationis in-

hæserat ·

hæſerat : quia renuebat anima ejus gloriâ præſentis vitæ conſolari ; ſed memor Dei ſui delectabatur : & ad ſecretum cordis, quaſi ad arcam, recurrens, ſub lingua ſua exultabat. Namque iniquitatem non ſinebat diutiùs in corde ſuo aſpicere, metuens, ne fortè eum Dominus exaudire nollet. Quin potiùs peccata, ſine quibus humana conditio eſſe nequit, quæ nobis leviora, illi verò videbantur gravia, ita ſemper præ oculis ſtudebat agnoſcere, ut remiſſionem impietatis cordis non ambigeret à Deo clementer percipere. Ob quod Rex ejus & Dominus viam ipſius in conſpectu ſuo miſericorditer dirigebat, & orationi vocis ejus benigniter intendebat. Tanto autem ſtudio procurabatur, ut ſemper juxta Eccleſiam hoſpitaretur; ut per multorum annorum curricula præter oratorium nulla nocte maneret, exceptâ unâ, quæ natale Innocentium itineris contigit cauſâ. Copia verò Clericorum ſemper eum comitabatur, cum quibus in divino opere jugiter inſudabat. Omnis autem apparatus Eccleſiaſticus miniſterio neceſſario cum eo perinde ferebatur, cum quo divinæ ſervitutis opus ingenti cura & reverentia, feſtivis diebus maximè gerebatur. Nocturno tempore cunctos in oratorio diutiùs prævenire ſolebat : quo expleto, ſolus remanere ſolitus erat. Et tunc temporis tantò dulciùs, quantò & ſecretiùs, internæ dulcedinis ſaporem deguſtabat. Quandoque autem lætus & alacer, vel ad ſtratum pro tempore, vel ad ſuos egrediebatur. Talèm quippe vivendi modum converſatione ſibi præfixerat, ut quiſque ſanum ſapiens miraretur, quòd in illo tanta cæleſtis gratia confluxiſſet. Hunc etiam converſandi modum in exteriori converſatione tenebat, ut miniſtri ejus notum haberent, qualiter in ſingulis anni temporibus converſaturus eſſet.

ANNOTATA.

a *Mundanam.*

C b Rothenenſem credo, qui & ipſum Geraldum anteà Romam uſque comitatus fuerat, uti notat S. Odo *num.* 36. *Hæc Quercetanus. Hinc Epiſcopis Ruthenenſibus Frotardum inter & Deus-dedit nomine ſecundum Gosbertum, ſolius Odonis auctoritate fultus, Galliæ Chriſt. auctæ. Tom.* 1. *Col.* 202. *inſcribit Dyoniſius Samarthanus.*

c Pellium ſive pelliciarum uſus, Clericis olim & Laicis communis, imò maximè Monachis. Auctor anonymus vitæ S. Hugonis Abbatis Cluniacenſis » Feſtinavit pelliceam ſuam ex» ui & infirmum veſtivit. » Liber Statutorum & Conſuetudinum Abbatiæ Regulæ fol. 111. » Similiter omnes pelliparii debent » priori bonam pelliciam unoquoque anno. » Et Statuta Congregat. Cluniacenſis à Petro Venerabili edita Cap. XVII. » Statutum eſt ut » nullus Fratrum Cluniacenſium Cattinis ſi» ve aliis, quibus uti ſolebat, peregrinis pel» libus induatur, nec prorsùs quibuslibet » exceptis arietinis, ſive aguinis atque ca» prinis pellibus. » Adeundus idem Petrus Epiſt. 28. Lib. 1. ubi hunc pelliciaram & diverſarum pellium uſum Cluniacenſibus adversùs Ciſtercienſis defendit. *Ità Quercetanus.* A.S. ODONE AB.

d *Quæ de Aureliacenſis Monaſterii exſtructione & primis ejus Abbatibus, Commentarii noſtri prævii num.* 51. *& ſeqq. digeſſimus, adeat lector.*

e *Hocce primæ Fundationis Aureliacenſis Cœnobii inſtrumentum, temporum injuriâ ſubtractum ad nos uſque non pervenit. Quod verò à Quercetano editum Commentarii prævii* §. IV. *novis typis dedimus, non eſt niſi primæ dotis jam tùm conſtitutæ nova acceſſio.*

f Sic Willelmus Pius Cluniacenſes ſuos x ſolidorum cenſum Apoſtolicæ Sedi quinto quoque anno pendere conſtituit, tutelæ nomine. . . . Sic & conſtructor Monaſterii Vindocinenſis XII. ſolidos de moneta patriæ B. Petro reddi per annos ſingulos voluit, uti Goffridus Vindocinenſis & ipſe Abbas declarat Epiſt. 9. Libri primi . . . Sed non omittendum, quod idem Beatus Odo noſter ſcribit S. Geraldi Vitæ cap XVII. * de cenſu Romam ab hoc S. Geraldo, ſecundo quoque anno deferri ſolito, cum ait : » Hanc » ſibi legem præfixerat, ut ſecundo ſemper » anno ad ſepulcrum Apoſtolorum recur» reret, decemque ſolidos ad proprium col» lum dependentes, tanquam ſupplex ſervus, » Domino ſuo quaſi cenſum deferret. » *Ita Quercetanus.* E * *num.* 68

g Verbum Gallicum & quod etiam hodie retinemus, » Maçons » *Hæc Quercetanus.*

h *Prov.* 12. 21.

i *Hujus Eccleſiæ ſic meminit Aureliacenſis Chronologus :* Geraldus de Sancto Sercno Abbas quintus ; hic reædificavit Eccleſiam B. Clementis, quam Geraldus Pater B. Geraldi ædificaverat.

k Ordinis S. Benedicti dependens à Cœnobio S. Victoris Maſſilienſis, quod tandem Joannes XXII in Epiſcopatum erexit & Gregorius XIII Monachos habitum ſolitum, in Canonicalem mutare permiſit. Eſt autem Vabrincum Ruthenorum oppidum Gregorio Turonenſi Vabrenſe Caſtrum Lib. IX. Hiſt. Franc. Cap. IX. & Bernardo Guidonis Vabrium in his de Joanne XXII verbis » Item » in Epiſcopatu Ruthenenſi Epiſcopatum » alium ordinavit, ſedemque ejus poſuit in » Abbatia de Vabrio, eandem in novam eri» gens civitatem vulgò Vabres. » *Hæc Quercetanus Col.* 35. *&* 36. F

l 2. *Reg.* 15. 34.

m 4. *Reg.* 20. 19.

n *Pſ.* 11. 2.

o 4. *Reg.* 3. 14.

p In pago Lemovicenſi, cujus fundator S. Eligius ex Dagoberti Regis aurifabro præſul Noviomenſis . . . . . Verùm illud infeſtis paganorum per Aquitaniam excurſionibus vaſtatum, poſtea Ludovicus Pius Caroli magni filius reparavit ; imò à fundamentis ædificavit, uti memorat author incertus, ſed coætaneus, qui vitam ejus ſcripſit. *Hæc Quercetanus.*

q 2. *Cor.* 5. 11.

r 1. *Reg.* 2. 30.

A.S. ODONE AB.

s *Hunc locum ignotum nobis, Poſtomiam dixit S. Odo num.* 48.

t *Quam Gallicé* Petite croix *vocat paſtor Savenenſis. Duos autem hujus nominis vicos in Arvernia exſtare docet in ſua Topographia Blævius : unus* Crux ferrea *appellatus ad Arverniæ fines non longé à fluvio* la Truerie *dicto : alter ad eumdem fluvium inte pagos* Pont & Tauſac *vocatos.*

u *Pſalm.* 140. 3.

CAPUT V.

Caritatis operibus Sanctus ubique coruſcat : varia miracula edit.

Romam pergens pauperes juvat, a

COnſuetudinem ſibi fecerat, ut Romam frequentiùs adiret. *a* Fertur autem, quòd illic ſæpenumerò profectus ſit. Aſſertores tamen noſtri de ſeptem vicibus certi ſunt. Nam quia vis humanæ naturæ eſt, ut ſemper lumen velit aſpicere; Vir iſte cum eſſet ſpiritalis, illa duo mundi luminaria, Petrum ſcilicet & Paulum, ſpiritaliter ambiebat ſpectare. Et quoniam ipſos necdum volebat intueri, loculos eorum & templa ſæpiùs inviſens, res ſuas eidem beato Petro delegavit. Hanc ſibi legem præfixerat, ut ſecundo ſemper anno ad ſepulchrum eorum recurreret, decemque ſolidos ad proprium collum dependentes, tanquam ſupplex ſervus, Domino ſuo quaſi cenſum deferret. At verò quis dignè explicet, quàm devotè illud explebat ? Tam beneficus erga indigentes erat, ut penè nullum pauperem, qui illic catervatim abundabant, ejus largitas præteriret : ita ſe fidenter exaudiri confidens, ſi ipſe clamantes pauperes audiret. Nam & contiguis viæ monaſteriis multa largiebatur. Ita verò fama tantæ ejus benignitatis paſſim & ubique perſonuerat. Unde & monachi, & peregrini, necnon & egeni, qui & hoſpites ejus tempore quo Romei tranſire ſolent, ſollicitè requirebant, ſi Comes Geraldus veniret, vel quando veniret. Ipſi quippe Marruci, *b* rigentes videlicet Alpium incolæ, nihil quæſtuoſiùs æſtimabant, quàm ut ſupellectilem Geraldi per juga montis Jovina *c* tranſueherent.

furi parcit, d

69 Carpebat quoque quadam vice hoc iter. Cum veniſſet autem ad civitatem nomine Aſtam, *d* fur quidam duos ex ejus ſagmariis ſubripuit. Veniens autem ad quendam rivulum, cogere eos non potuit ut tranſirent, donec ab hominibus domni Geraldi comprehenſus eſt. Receptis namque ſagmariis, nil furem læſit.

piſcem divinitus obtinet,

70 Quadam vice, cùm illud iter excurreret, quendam Monachum nomine Aribertum ducebat ſecum, magnæ ſcilicet abſtinentiæ virum. Hoc namque erat illi dulce contubernium, ut quotiens religioſæ vitæ quempiam reperiſſet, in illo ſemper affectuoſiùs delectabat. Factum eſt aliquando, ut deeſſet pulmentarium, *e* quo abſtemius ille cum pane veſceretur. Senior verò ſtudioſè requirit, an conſuetum illi cibum miniſtri paraviſſent. Reſpondentibus illis, quod nihil præter panem haberent, anxiabatur ille, dicens : ô quid nobis hodie contigit! Nos omnes plenam refectionem habemus, & iſte Dei ſervus in attenuatione erit. Erat autem dies abſtinentiæ ſolutus. Tempus abluendi manus jam venerat, & Samuhel, qui hoc præſens narrat, ad afferendam aquam cucurrit. Cum fortè reperit piſciculum in littore expoſitum & palpitantem, qui ipſo vidente de aqua exilierat. Quo apprehenſo, lætus ad Seniorem cucurrit : En, inquiens, Deus piſcem hunc vobis tranſmittit. Nam juxta aquam eundem expoſitum reperi. At ille, Deo gratias, reſpondit. Et interim, dum coqueretur, tentorium ingreſſus genua flectit, & cum lachrymis aliquantiſper oravit. Talis enim illi mos perpetuò inerat, ut nihil Chriſto præponeret; verùm potiùs per ſingula quæque ſibi ſcilicet accidentia illi gratias devotè referret. Qui cum ab oratione ſurrexiſſet, lætus admodum omnibus conſtitit. Tùm verò conſedentibus ad menſam, comedit ille abſtemius uſque ſatis, & cum adhuc pars quædam de piſce ſupereſſet, urgebat cum Senior, dicens, ut quid, frater, modicum piſcem, nihil aliud habiturus, comedere moraris? Cum ille ſe jam ſatiatum aſſereret, præguſtavit Senior ſi fortè bonus eſſet. Et optimi ſaporis cum eſſe reperiens, manducavit & ipſe quantum ſatis fuit, & omnibus, qui aderant, particulas pro benedictione dedit. Cuncti gratias Deo retulerunt, munus divinum & in piſce reperto, & in hoc, quod ſuperabundaverat, cognoſcentes. Fuerat enim ſemipedalis menſuræ.

cæcus ſanatur, f

71 Itidem cum Romam pergeret, & ad civitatem Tuſciæ, quæ Luca *f* vocatur, perveniſſet, quædam ſe mulier ei obviam ingeſſit, dicens, viſu commonitam ſe eſſe, quatinùs filium ejus illuminaret. Quod cum ille audiſſet, exprobravit mulierem, & emiſſo mulo, quem ſedebat, concitus aufugit. Porrò mulier quærebat à quibus poterat, qualiter à Dei homine ſperatum beneficium impetrare poſſet. Cum fortè quiſpiam de miniſtris ad mulierem dixit, quòd de aqua manûs ejus jam virtutes factæ fuiſſent. At verò Senior pro muliere ſollicitior factus, quotiens manus abluiſſet, mox aquam ante ſe fundi in terram faciebat. Mulier verò ſemper eum ſequuta eſt, donec ille jam fundi aquam minimè curaret. Qua mulier tandem, ipſo neſciente, impetrata, oculos cæci filii diluit, & ipſe protinùs ad lumen rediit. Cùm ergò Vir Domini ab Urbe remeaſſet, videntem filium prædicta mulier eidem præſentavit. Et cùm hoc factum omnes magnificarent, ille tacens & lacrymans ibat, nec illo audiente quiſquam de hoc, vel hujuſmodi quicquam referre audebat.

vinum prodigiosè reperitur,

72 Mirum quiddam, & fortè incredibile dicam. Sed tamen duobus teſtibus id aſſerentibus credens, qui referunt, quòd iſdem Vir Domini per illam viam ab Italia rediret

A rediret, quâ Lugdunum *g* à civitate Taurinensi *h* venitur. Transierat jam Alpes, & quædam loca nimis, ùt fertur, inaquosa, itineris necessitate, subibant. Contigit autem, ut & vinum in utribus deficeret. Et quia regio illa jamdudùm à Sarracenis deserta est, cum aqua deesset, nec vinum reperiri poterat, nimia siti cœperunt æstuare. Certabant autem si possibile esset, illud spatium itineris velociùs pertransire, sed pedites atque sagmarii deficiebant. Unde necesse fuit Seniori, ut juberet eos paululùm remorari. Mœsti homines super gramina jacebant, sagmarii vagantes passim, cogente siti, pascua perlustrabant. Tunc unus ex clericis perrexit, ut ad onerandum sagmarios reduceret, nec illam pausam placebat prolongari. Clericus ergò reperit fossulam liquore plenam, miratus est, & quidnam sit explorare volens, inclinavit se: cum interim liquor ille saporem vini reflavit. Tùm verò lætabundus ad Seniorem recurrit, & nescio quid, veluti vinum, se reperisse nunciavit. At ille, Quid, inquit, insanis? Utinam aquam reperisses! Nam istîc unde vinum? Clericulus verò sumpto vasculo, de prædicto liquore quiddam hausit, & coram attulit. Id
B sanè quòd allatum est, tam colorem vini, quàm & saporem præserebat. Tùm Senior jussit Capellanis, ut crucem & capsellas reliquiarum sumerent, & super fossulam prædicti liquoris exorcismum aquæ benedictæ facerent. Ac dehinc in Christi nomine jubet, ut gustando quid esset explorarent. Vinum itaque reperientes, cùm ingenti admiratione & gaudio Vir Domini cùm illis omnibus gratias Deo egit, & priusquàm ipse biberet, omnibus dare præcepit. Non tamen inde quicquam in flasconibus *i* efferri permisit. Quòd juxta fidem illorum, qui hoc vidisse asserunt, dictum sit. Tamen ea, quæ nunc ad sepulchrum ejus fiunt, credi de eo, quæ audiuntur, vel hæc, vel illa suadent.

alia SS. limina invisit,

73 Hoc autem iter Vir sanctus frequenter carpebat. Non enim jam vel palatia regum, vel prætoria marchionum, non
C certè conventicula Principum adire volebat: sed cœli Consules, Petrum scilicet & Paulum, frequentiùs, ut suprà dictum est, invisere gestiebat. Alia nihilominùs loca Sanctorum, sepulchrum videlicet sanctissimi domni Martini *k*, necnon & beati Martialis, *l* alacri devotione perlustrabat. Credo contemplabatur in spiritu, qualiter illa beatorum agmina, in superni Capitolii curia lætantur. Quibus itaque pòst paululùm sociandus, gaudium Domini sui jam aliquatinùs prægustabat.

k l

cæcis

74 Scirposus ager habetur ultrà Sutriam, juxta burgum videlicet, qui vocatur sancti Martini, quo Romei castrametari solent. Cùm ergò inibi tentoria ministri paravissent, tunc fortè seorsùm stabat, ad quem cæcus quidam se deduci fecit. Quem supplici-ter exorans, nihilominùs rogabat, quatinùs aquam suis manibus tactam eidem tribuere dignaretur. Qui jussit illum ibidem stare, atque tacere. Dehinc tentorium ingressus coram sanctis pignoribus aliquantulùm ora-

vit. Intendebant singuli ministrorum ad opus, quòd erat eis gerendum. Illis ergò aliàs occupatis, videns quòd secretum fieri posset, quendam vocavit, qui latenter eum adduceret. Tunc manus diligenter abluit, & in recenti aqua digitos intinxit, atque de sanctis pignoribus signavit. De quo cæcus, ùt orbata lumina superfudit, mox videre meruit. Cujus vocem Vir Domini à clamore compressit, & ipse majestati divinæ gratias cum illo egit; quem & de suo quodam vestimento, videlicet curcinbaldo indutum latenter extra tentoria deduci fecit.

A.S. ODO NE AB.

D

visum reddit,

75 Item dùm ab urbe rediret, venit sabbato ad quandam Ecclesiam, juxta locum scilicet, ubi sulphurei videntur acerui. Cùm autem vellet populus in crastinùm proficisci, retinuit eos, dicens; quòd ob reverentiam Dominici diei, saltem usque ad nonam demorarentur. Nec illa demoratio fuit etiam sine beneficio temporali. Missarum namque officio solemniter expleto, cum jam post cibum iter aggrederentur, venit quidam sedens caballum, qui in eundo perditus fuerat, quem dominus Geraldus sine sesforis injuria recipi jussit. Antequàm verò ad Abricolam, perveniissent, cæcus quidam juxta viam sedens, quærebat à transeuntibus si aliquis in eadem turba veniret, E qui Geraldus vocaretur: cùm fortè quidam de nostris fratribus tunc adhuc Canonicus, in collecta domni Geraldi gradiebatur; qui devotionis causâ pedester incedens, ad prædictum jam cæcum lassus pervenit. Quem cum ille de domno Geraldo inquireret, eum se vestigio secuturum respondit. Sed quæ, inquit, causa est, quòd cum tam sollicitè requiris? At ille; Novem, inquit, anni sunt, ex quo cæcitatis angustiâ premor: Hac autem nocte monitus in somno sum, ut hùc venirem, & Geraldum sancti Petri peregrinum quærerem, ut manus ablueret postularem; cæcatos verò oculos illâ aquâ perfunderem. Quo ille Clericus audito, substitit; cum interim Vir Domini Geraldus supervenit. Porrò mos erat illi, ut cooperto capite solus equitaret, quo psalmodiæ liberiùs vacaret. Cum ergò superveniisset, Clericus cæco silenter, En, inquit, adest. At ille rogabat, ut paululùm stare dignaretur. Et subjunxit quid per somnium vidisset. Cum quidem Senior erubescens, & mutatione vultûs id quòd audierat execrans, abire cœpit. Cæcus verò tremenda quædam adjuramenta proferens, rogabat ut staret, misero subveniret, & sperata beneficia non negaret. Illi autem qui aderant, hoc idem suppliciter exorabant. At ille parùm deliberans, memor, ùt credo, quia, juxta Apostolum, datam sibi gratiam negligere non deberet, consuetum sibi verbum respondit, dicens. Subvenite Sancti Dei, & stetit. Et quia sicut in illis colliculis assolet, rivulus præterfluebat. Aqua protinùs allata est. Tum ille descendit, & lavit manus, dicens, Fiat voluntas Dei. Et concitus abire cœpit. Cæcus verò nil cunctatus aquam sibi ingessit, nec fefellit eum virtutis eventus. Tam repente enim visum recepit, ut statim post eum curreret dicens, O sancte Geralde, ô

F

A.S. ODONE AB.

ſancte Geralde, Deo gratias, en video. Ille verò mulum calcaribus urgebat, ne voces laudantium audiret, & Abricolam tranſivit, neque dehinc perendie potuit à conviatoribus attingi. Siquidem animadverti poteſt, quòd manus illæ, per quas iſta ſanitatis virtus conferebatur, munditiâ fulſerint, & in eis macula non adhæſerit, ſed eas ab omni munere excuſſerit. Quo contra nimis infelices ſunt illi, quorum dextera repleta eſt muneribus. Quoniam, ut ſcriptum eſt, ignis devorat eos, qui munera libenter accipiunt.

abſentis obitum cognoſcit,

76 Sed & alia nonnulla itineris referuntur de eo, quæ nos ob prolixitatem ſtudioſè tranſilimus. Sed unum pro eo quòd virtus alterius generis eſt, adhuc ſubnectamus. Cùm aliquandò Romam pergeret, jam in Italia poſitus, quandam in aëra vocem audivit, clamantem ſe, atque diſceſſum ſuum ei inſinuantem. Videbatur autem illi, quòd eſſet cujuſdam hominis nomine Girbaldi, quem in patria reliquerat. Itaque vocavit quoſdam ex ſuis, requirens utrum de Girbaldo aliquid ſcirent. At illi reſponderunt, quòd eum languentem dimiſerant. Jubet igitur tempus annotari, Pſalmorumque obſequia pro eo celebrari. Rediens verò, & de prædicto homine requirens, reperit, quòd illa die migraverit, quâ ille vocem in aëra audivit.

manum tumidam ſanat,

77 Expleto autem ſanctæ ſuæ devotionis itinere, jam ſecretiora loca frequentare delectabat, quaſi vocem illam Pſalmiſtæ ſequutus, qua dicit „Elongavi fugiens, & manſi in ſolitudine.„ *m* Ibi enim à ſeculari frequentia, vel cauſarum ſtrepitu quieſcere volebat, ut liberiùs divinæ ſervituti vacaret. Cùm itaque ſub hoc obtentu apud Capellam, quæ dicitur Catuſerias, *n* demoraretur, feſtivitas Joannis & Pauli ſupervenit. Quædam autem ruſticana mulier hortulum ingreſſa, neſcio quid operabatur: Cum repente grandis gutta ſanguinis ſuper manum illius apparuit, quæ mox intumeſcere cœpit. Tremefacta mulier ad Dei hominem ejulans cucurrit: & oſtendens manum, miſereri ſibi rogabat. At ille protinùs clericos adeſſe, Miſſamque pro ea celebrari jubet, dehinc aquam exorcizari, & de eadem aqua guttam ſanguinis ablui; cùm tamen ipſe humilitatis cauſâ ſeorſùm ſtabat, ne fortè virtutis illius ſignum ei deputaretur. Ut autem manus mulieris abluta eſt; ilicò ſanguis & tumor diſparuit, & illa ſana receſſit.

cibum prodigiosè impetrat,

78 Sanè quia locus ille ſicut eum velle dixeramus, remotior eſt, & ſecretus, frequenter inibi manſitabat. Cum igitur quadam vice Aſſumptionem ſanctæ Dei Genitricis Mariæ apud eandem Eccleſiam celebraſſet, Miſſarum ſolemniis jam expletis, foràs ad ſuos exiit. Mos quippe ei fuerat, ut poſt longas ac juges preces, ad commune eloquium ſeſe impertiret, ut quiſquis dicendi cauſam haberet, loquendi quoque poſſibilitatem obtineret. Cùm ergò ad ſuos exiſſet, quidam, qui præparandis cibis præerat, ad eum dixit: Triſtamur Domine, quoniam ad veſtram refectionem reperire in hac ſolemnitate non poſſumus, niſi carnes ſalitas. At ille, ne ſit, inquit, vobis curæ, quia ſi Dei genitrici placeret, neque hoc nobis in ejus feſto deeſſet. Dixerat, & de rupe, quæ eidem loco imminet, cervus ſeſe præcipitavit. Quem miniſtri gaudentes pariter & mirantes tulerunt, & indè, ſicut tunc cervorum caro temporina eſt, delicatum edulium Seniori paraverunt. Neque enim incredibile debet videri, quòd ei divina largitas cibum ex improviſu conceſſerit, cùm ille ad Dei gloriam, juxta Apoſtolum, faciens, bucellam ſuam cum pauperibus comedebat. Qui numquàm, ſicut alumni ejus præſentes atteſtantur, aurem ſuam à clamore pauperis avertebat. Qui videlicet ſanctus, juxta illud Pſalmiſtæ, „Beatus qui „intelligit ſuper egenum & pauperem,„ *o* cùm voces clamantium audiſſet, profundum ſuſpirare, & verba compatientis reſpondùre ſolebat.

obſidem liberat,

79 Raimundum noveratis Comitem, *p* filium videlicet Odonis. Hic nepotem domni Geraldi nomine Benedictum, *q* Toloſæ *r* videlicet Vicecomitem dolo captum tenebat. Rainaldus verò frater ipſius ſeſe obſidem dedens, fratrem recepit. At domnus Geraldus audiens, quòd ille ſeipſum pro fratre obligâſſet, valdè movebatur ad ſubveniendum nepoti. Raimundus autem protelabat cauſam reddendi, clàm ſatagens Benedictum denuò capere, & ambos tenere. Jam ſeptem menſes fluxerant, & Vir Domini Geraldus in ereptione nepotis nihil proficere poterat. Quadam verò die cum ſorore ſua Avigerna de hac re quaſi querimoniam faciens, Quid tu, inquit, ceſſas Chriſtum pro filio tuo deprecari? Certè aut nos in fide dubitamus, aut, quòd veriùs eſt, exaudiri digni non ſumus. Et hæc dicens, reſolvebatur in lachrymis. Quo quidem tempore, medullitus, ut ita dicam, ſeſe Domino in precibus mancipavit. Et adhuc Rodulfum Abbatem *s* ſemel ad Raimundum direxit, qui necdùm quidem proficere quicquàm valens, haud longè ad meatum reverſus eſt. Nocte verò inſequuta prædicto Raimundo per ſomnium videbatur, quòd Vir Domini Geraldus antè ejus lectum ſtaret, eumque manu pulſaverit. Quid, inquiens, tu non audis me totiens deprecantem? Certè ſcias, quoniam ſi ultrà tenueris obſidem, nequaquàm tibi cedet in proſperum. Poſt hæc verba Raimundus expergefactus eſt, & conſiderans viſionem, intremuit: vocavitque ſuos, & quid ſomniaverit, indicavit. Nam & quidam ex ipſis per quem maximè uſque tunc adverſatus fuerat, neſcio qua cauſa ſimiliter exterritus perſuadebat, ut petitionem domni Geraldi concitus faceret: alioquin moriendum illis eſſe commemorat. Raimundus confeſtim ad hoſpitium Rodulfi Abbatis tranſmiſit, eumque redire juſſit. Quo redeunte, qualiter Vir Domini ſe per viſum terruerat, palàm enarravit: obſidem illicò reddidit, & ut gratiam domni Geraldi ſibi Rodulfus reconciliâſſet, humiliter poſtulavit. Ita Geraldus per divinum auxilium prævalebat, & ſecundùm illud Scripturæ, glorioſos terræ humiliabat.

piſces ſe

80 Quodam itidem tempore, cùm ad colloquium

A loquium ejuſdem Raimundi Comitis properaret, fluvio, qui Avarionus *t* dicitur, adpropinquans, mentio incidit quòd illa die piſcem ad eſum non haberet. Hi verò qui Seniori obambulabant, cùm de hoc ſermocinarentur, viderunt piſcem, qui Capito vocatur, contra ſe natare. Unus autem, qui hoc ipſum refert, extendit dragulum & vulneravit piſcem. Qui accepto vulnere paululùm retroactus, ripam, ad quam antea tendebat, iterùm repetiit, moratus quouſque eum unus extenſa manu comprehendit. Erat enim non parvæ magnitudinis. Itaque Vir Domini gratias Deo referens, cæteros, qui hoc ut miraculum extollebant, compeſcere ſtudebat, quaſi id fortuitu contigiſſet. Et fortè aliquis fateri poteſt, quòd iſtud caſu contingere poſſit; credo tamen, non recolet, piſcem aliquandò vidiſſe, qui in ſpatioſo flumine, ut Avarionus eſt, ripam ſuper homines ultrò inrupiſſet.

t

Illi in cibum offerunt,

81 Siquidem pro miraculo jure cenſetur, quòd vel piſcis quondam de aqua exiliit, vel cervus ex improviſo de rupe cecidit: hoc etiam quòd in flumine piſcis ad capiendum ſeſe ingeſſit. Sed valdè plus mirum eſt, quòd ad eſum ejuſdem hominis Dei cœlitus eſt alia vice allatus. Non longè enim à Friaco Monaſterio *u* vicus eſt in honore S. Georgii ſacratus, cui ſcilicet Presbyter quidam nomine Geraldus præerat, qui eidem Viro Dei Geraldo valdè pro ſua ſanctitate carus & familiaris erat; qui etiam antè vitæ ſuæ terminum ſeſe pro amore divino reclauſit. Ad hunc ergò jam dictus Vir Domini Geraldus aliquandò divertit, quem poſt orationem deoſculans, dixit, Quid nobis, Geralde frater, ad refectionem daturus es? En apud te prandere venimus. Dicebat enim hoc pro familiari conturbernio, quòd apud illum iſdem ſacerdos habebat. At ille gaudens, Si, inquit, Domine, tuæ pietati placet, non abibis jejunus. Verumtamen non habeo, quid apponam, niſi panem & vinum, ſed inquiram ſi fortè caſeum, vel ova reperero. Tùm Senior, Ne te, inquit, fatiges, quoniam abſtinentiæ dies eſt, & bonum erit, ſi vel, quia deſunt epulæ, parciùs ſub hac occaſione comederimus. Cùm ergò Presbyter ad præparandum diſcurreret, conclavum ingreſſus, vidit piſcem in ferculo. Tunc ſtupefactus clam interrogavit miniſtrum, quiſnam piſcem illum attulerit. At ille, neſcire ſe dixit, afferens quòd nullus ibi fuerit, qui piſcem illum afferret. Presbyter ergò exiens ad Seniorem, ſupplicat, ut in conclavi intrare dignaretur. Quo ſequente, piſcem oſtendit. Ille attonitus & admiratus, gratias Deo cum Sacerdote referebat. Quem tamen, & ipſius miniſtrum juramento conſtrixit, ne id, dùm ille viveret, alicui prodidiſſent. Sed eadem res pluribus paulatim innotuit; quoniam divina diſpenſatio, quæ Sanctos quoſque glorificat, eos etiam contra ſuum velle nonnunquàm manifeſtat. Verè Dominus adhuc ſuæ promiſſionis eſt memor, & inquirentes eum non deficient omni bono. Cæterùm, incredibile non debet hoc videri, dùm frequenter legamus, quòd Deus ad ſupplementum ſervis ſuis aut potum, aut cibum divinitùs miniſtrare dignatus ſit.

B

u

C

A. S. Odone ab.

82 Pagus non longè ab Aureliaco Marculiſcus *x* vocatur: juxta quem lapis quidam naturaliter rotundus inſidet. Cùm aliquandò domnus Geraldus è regione tranſitaret, quidam de ejus comitatu Adraldus nomine, conviatoribus afferebat, quòd ſuper lapidem illum ſaltu conſcendere poſſet. Quod protinùs cunctis mirantibus fecit. Ferebatur autem quòd iſdem Adraldus incantationes ac maleficia noſſet. Subſequente autem Seniore, ſtabant illi, qui præibant, & ei ſaltum illius indicabant. Ille verò conſiderans, quòd hoc per ſuam agilitatem nullatenùs facere poſſet, elevata manu, ſignum crucis edidit. Dehinc ille cùm id multis vicibus tentaviſſet, nullatenùs exilire ſuper prædictum lapidem potuit. Et ita cognitum eſt quòd illa velocitas ejus per incantationem fiebat, quæ ei poſt ſignaculum adeſſe non potuit, & magna virtus eſſet domni Geraldi, poſt cujus ſignaculum vis inimica nihil valuit.

ſigno crucis præſtigias impedit,

x

D

83 Quia verò de ejus ſignaculo id retulimus, quid itidem ſignando fecerit, ſubjungamus. Solemnitas ſancti Laurentii venerat, & ille in quandam ſuam capellam, quæ non longè à vico Argentado *z* ſita eſt, eamdem feſtivitatem ſolemnizabat. Porrò quædam ex ancillis ejus graviter inibi vexabatur. Cùm igitur ille per orationem ad eam reſpexiſſet, & in medio, ùt erat, populi acerrimè frenderet, & veſaniret, rogabant omnes, ut eam vir Domini ſignare dignaretur. Quòd ille per conſuetam ſibi humilitatem diutiùs diſtulit. Sed illa debachari cum non ceſſaret, rogantibus his, qui aderant, inſtantiùs tandem elevata manu, ſigno crucis eam ſignavit. At illa purulentum ſanguinem evomens, continuò ſanata eſt. Cùm omnes in Dei laudibus perſonarent, eumque magnificarent, ille magna animadverſione eos compeſcuit dicens, quòd Dei ſolummodò clementiam, atque Sancti Petri, cujus Eccleſia eſt, magnificarent. Ipſa eſt autem illa Eccleſia, quâ tunc morabatur, quando mulier cœca ſuperiùs nominata de aqua manûs ejus lumen recepit.

& inſaniam tollit,

z

E

84 Quidam vir nomine Herloardus de equo lapſus, unum genu ſibi validè colliſit. Ob cujus dolorem per ſex dies jam ſine cibo degebat. Et cùm nihil ſibi ad remedium reperire poſſet, ad Captennacum tranſmittens, aquam de manibus domni Geraldi clàm ſibi deferri fecit. Mirum dictu, mox ut prædictam aquam ſuper genu ſparſit, omni dolore liberatus incolumis ſurrexit. Alia nonnulla referuntur de eo, quæ vel relatu, vel admiratione digna ſunt. Sed enim, quia vulgariter, & non à præfatis quatuor teſtibus afferuntur, ea reticere malumus, cùm tamen non ignoremus, quia multa geſſit, quæ vel nullus, vel pauci cognoverint. Siquidem de conſuetudine piorum & bonorum hominum ſemper humilitatem velut cordis oculum ſervare ſtudebat. Et ideò quantùm poterat, opera ſua celabat. De his verò quæ ipſo nolente patebant; laudes non patiebatur audire.

colliſum genu ſanat,

F

85 Hoc itaque de miraculis ejus ſufficiat, quæ ſatisfaciant eis, qui gloriam cujuſlibet

quibus miraculis major ejus juſtitia fuit.

A.S. ODONE AB.

Sancti, non ex quantitate bonorum operum, sed ex numerositate metiuntur signorum. Apud quos fortè sanctitas ejus vilior haberetur, si de miraculis quæ vigens gesserat, nihil audissent. Illis sanè qui amore ejus piè tenentur, opera justitiæ, quæ exercuit, magis placent. At verò cùm utrumque simul in eo concurrit, & justitia videlicet, & sanctificatio, & signorum glorificatio, securiùs hunc & alacriori devotione colunt. Nam si fortasse prophetiæ spiritum habuisset, nullus eum, ut puto, sanctum esse negaret. Sed utique plus fecit, quia avaritiam vicit. Nam quid profuit Balaam: quòd tam profundo mysterio prophetavit, quandò propter avaritiam reprobatus est? Nihil igitur in Geraldo grandiùs miraculum quæras, quoniam hoc est quòd non speravit in pecunia, vel thesauris. Hoc quippe est sicut jam diximus, mirabilia feciſſe. Tam rarò quippe reperies, qui non speret esse felicitatem in pecuniis, ut pro ipsa raritate sermo divinus interposuerit. Quis est hic? Cùm verò talis utcumque reperitur, dignus est laude, sicut illic subjungitur, laudabimus, eum fecit enim mirabilia in vita sua. Quòd enim Geraldus hujusmodi mirabilia fecerit, multa documenta sunt. Siquidem constat, eum, quæ à parentibus vel Regibus ei collata sunt, sic tenuisse, ut ea non ut servis, sed quasi dominis dispensasset: rebus in terra sine alicujus læsione excrevisse, in cœlis tamen thesaurisasse: potentia sublimem fuisse, tamen spiritu pauperem permansisse. Quapropter, ut ille sequitur, neque mirum, neque incredibile debet videri; si stabilita sunt bona illius in Domino. Quamvis illud incomparabiliter in ejus factis immineat, quòd usque in senectutem castus perseveravit. Castitas enim sola est, quæ imitatur Angelicam puritatem. Cùm itaque hic vicit libidinem, quæ maxima virtus est sathanæ, mirùm non est, si nec * eidem sathanæ imperat, quem servando castitatem devicit. Incredibile non est, quòd nunc obsessos à dæmonibus liberat, qui mammonæ principem à suo corde, vincendo avaritiam, rejecit. Jure enim spiritum superbiæ nunc subjectum habet, qui in ipso terrenæ potestatis culmine mitem se exhibuit.

* *videtur abundare*

ANNOTATA.

a Reges ipsi Francorum & quicumque in Francia primi, Romam olim peregrinationis & orationis causâ properare soliti. Author Vitæ Ludovici Pii. Rigordus in Philippo Augusto » Visitatis Apostolorum liminibus Romam transiens in Franciam rediit. » Et anonymus, qui gesta Philippi III scripsit. » Venit Romam. Ibi Apostolis reverenter honoratis, adiit urbem Viterbii. » *Ita Quercetanus.*

b Mazanes *aut* Marones *etiam dicti, qui mercede accepta per montium præcipitia euntibus ducatum præbent. Cangii Glossarium ad hoc verbum adeat lector.*

c Juga montis Jovina Petrus Damianus in Vita S. Odilonis Cap. XV. Jovini montis prærupta vocavit. Nos vulgò Montjou. *Ita Quercetanus.*

d *Civitas Episcopalis apud Pedemontanos, sub metropoli Mediolanensi, ad Regem Sardiniæ, Sabaudiæ Ducem nunc spectans.*

e *Vel etiam pulmentum, vox, inquit Cangius, veteribus cognita, sed sequiori ætate maximè in regulis monasticis usurpata, ubi pro quovis obsonio accipitur.*

f *Civitas Episcopalis, parvæ Reipublicæ ejusdem nominis caput.*

g *Urbs Archiepiscopalis in Gallicis ad Ararim & Rhodanum posita.*

h *Urbs Archiepiscopalis totius Pedemontii caput, in qua Sardiniæ Reges demorantur.*

i Inde Flascons, vetus vox Gallica. *Ita Quercetanus.*

k Frequentes etiam veterum omnis ordinis & dignitatis ad memoriam sivè sepulchrum S. Martini Turonensis Episcopi concursus & devotiones. Author vitæ Caroli Magni.... Frodoardus ad annum 938.... Gesta Consulum Andegavensium in Fulcone Bomo.... Et Herbertus majoris monasterii Abbas in libro miraculorum S. Martini Cap. II. *Ita Quercetanus.*

l *Primi Lemovicensium Episcopi cujus sepulchrum adiisse S. Geraldum testatur etiam Prior Vosiensis in Chronico. Illius verba Commentarii nostri num.* 46. *descripsimus.*

m *Psalm.* 54. 8.

n *Hic locus in S. Geraldi Testamento* Decatucevias *appellari videtur.*

o *Psal.* 40. 1.

p *De illo haud pauca in Historia Comitum Tolosatensium auctore Catello pag.* 82. *& seq. monumentis, sicut & in nova Occitaniæ Historia Tom.* 2. *pag.* 45. *& inter instrumenta Col.* 56. *In vivis adhuc erat Raimundus ann.* 918: *sed eum hominem exuisse ann.* 926., *cum libros de S. Geraldi Vita litteris mandabat S. Odo, ex ipsiusmet verbis patescit.*

q *De quo nonnulla in Commentario nostro num.* 27 *diximus. Eum Vicecomitis Tolosani nomine primum donatum fuisse opinantur novæ Historiæ Occitaniæ scriptores mox laudati.*

r *Quæ est urbs Archiepiscopi sedes in Occitania posita.*

s *Incerti monasterii.*

t *Qui Bituricensem civitatem alluit.*

v *De quo nihil certi mihi occurrit. Neque enim illud idem cum Figiaco cœnobio in Cadurcis posito esse, dicere ausim.*

x *Multi sunt apud Arvernos Superiores hujus nominis vici, quorum in Cartis Topographicis unus haud multùm ab Auriliaco dissitus.*

y *Gallicè* Marcoles. *Ita Pastor Savenensis pag.* 155. *non longè ab Auriliaco.*

z *Gallicè* Argentac *in Occidentali Dordonne fluvii parte sito, propè S. Privali pagum, qui ab altera fluvii parte positus est.*

CAPUT

A

CAPUT VI.

Nonnulla ante mortem Sanctus vaticinatur : oculorum uſum per ſeptennium amittit : Eccleſiæ dedicationem curat : ad mortem piam ſeſe diſponit : mortui corpus Aureliacum defertur.

Viribus paulatim deficientibus,

QUoniam ſignorum virtutibus inſignem fuiſſe venerabilem Virum Geraldum prælibatus ſermo enucleatiùs differuit : reſtat nunc ut qualiter à corporeo tegmine ſpiritualem eſſentiam emiſerit, ſtilo titulante exprimamus. Certùm enim conſtat, quia iſdem Vir quanquàm parcitate frugalitatis corporalem appetitum domuerit, viguit tamen viribus. Nec impotens robore, caruit vi fortitudinis. Sed cum jam contiguum eſſet, ut à
B completa militia, utpotè annoſus, eximi deberetur; cœpit à ſolito vigore attenuatus elabi. Verùm nec ipſum latuit, quin potiùs ipſarum virium evacuatio ad defectionis ejus judicium panderetur. Cumque præſentes pleroſque cerneret, qui ei diligentiùs adhærere conſueverant, quaſi profundiori & intimo ſingultu ac defectivo affatu exorſus eſt compellare. Eja clientuli, & comites amabillimi, nonne aſpicitis à priſtino me deſtitutum robore? Animadvertite viciniorem eſſe depoſitionis meæ ſortem, quo ſpiritus, ducente ſuo authore, transferatur ad deſtinatum habitationis receptaculum, natura fragillima redigatur in pulverem. Non illum cruciatus langoris ab abſtinentia ſolita arcebat. Mira res. Non illa ſaltem, quæ veteranos conpellere ſolet imbecillitas, præter conſuetum morem, adæſum animum illius perſuadere poterat. Nimirùm quia lenitas carnalis nequiverat emollire rigorem mentis.
C Cùm ergò his & hujuſmodi virtutibus anima ſaginaretur corporis efficaciam amittebat. Sed quia ſe in ſuis oculis deſpicieus virtutibus hominem neſciebat : non ſatis intelligebat, undè ſibi debilitas virium inrepſiſſet. Jam verò ſpiritalis virtus, quæ pleniter in eo ſuccreverat, corporeas vires penè trucidaverat. Quippe cùm iſte mos Sanctorum ſit, quia virtus divina minùs in eis valida fuiſſet, ſi corporeum robur non attenuaſſet. Hinc Daniel Angelica viſione conſpecta, per dies multos elanguit. Hinc Jacob Angelum ſtringens, claudicare cœpit. Quoniam qui ſpiritali gratia completur, à corporea virtute enervatur. Itaque exterior homo corrumpebatur, cùm interior de die in diem renovaretur.

87 Quadam autem die cùm in oppido eſſet, quòd Aureliaco imminet, reſpiciens ad fabricam domus, ubertim flebat. Cùm unus ex familiaribus inquiſiſſet, curnàm fleret? Reſpondens ait : Quia deſiderium, inquit, meum quod de loco iſto jamdudùm concepi, ad effectum nullo pacto perducere poſſum. Nam hæc requies mea, hic habitabo. Siquidem cætera quæ Monachorum uſibus apta videntur, favente Deo facilè præparavi : ſoli Monachi deſunt, ſoli inveniri non poſſunt. Et iccircò veluti ſolus & orbatus, mœrore conficior; ſpero tamen quòd omnipotens Deus, quandò ei placuerit, deſiderium meum implere dignetur. *a* Nec mirum, ſi ego peccator in hoc meo deſiderio prolongor : quandoquidem Rex David prohibitus eſt, ne templum Domino adificaret : cùm tamen ipſe dedit qui opus illud poſt eum expleret. Et ego licet hoc in hac vita non videam, præſtabit tamen Chriſti miſericordia quod exopto, quando ei placuerit. Velim ſanè noſcatis, quia maceriæ hujus domus frequenter anguſtæ erunt populis, qui ad eam conventuri ſunt. Qualiter autem hoc didicerit, minimè indicavit. His autem qui hoc illum dixiſſe norunt, cùm frequentiam populorum, ſicut illud prædixit, in eodem loco fieri vident, hæc opinio ſuborta eſt, quòd ea quæ dixit, divinitus agnoviſſet. *b* Jam verò os ejus ſic ex abundantia cordis replebatur, ut lex Domini ſemper plenè in eo reſonaret. Cæterùm, juxta exemplum præfati David, quæcumque neceſſaria futuris habitatoribus prævidebat, & in pignoribus Sanctorum, & in Eccleſiaſticis utenſilibus, & indumentis, ſeu certè in agrorum reditibus præparare curavit.

A. S. ODONE AB. *nonnulla prædicit Geraldus,*

D

a

E

b

88 At verò, ſicut Scriptura dicit, ut qui ſanctus eſt, ſanctificetur adhuc, oportebat hunc Dei hominem antè obitum per flagellum expoliri. Et ei ſicut Beato Job contigit, & Tobiæ, quoniam acceptus erat tentatione probari. Itaque per ſeptem, & eo ampliùs annos lumen oculorum amiſit. Quos tamen ita perſpicaces habebat, ut nihil cæcitatis pati crederetur. Qua percuſſione non ſolùm eſt gaviſus in Domino, quòd eum flagellare dignatus ſit. Quippe non neſcius, quia non omnis qui flagellatur, filius ſit; nullus tamen eſt filius qui non flagelletur. Et hoc erat ei conſolatio, quòd ſupernus judex manum ſuam ad feriendum hunc ſolverit : & peccata ſine quibus hîc non vivitur, in præſenti puniret. Jam itaque de miſericordia Domini ſecurus, confidebat quod eum ab æterno verbere liberare dignaretur, quem in præſenti ſub flagello premere dignatus ſit. Si quid autem ſtudiis retrò actis addere potuiſſet; quantò ab exteriori implicatione cæcitatis cauſâ ceſſaverat, tantò attentiùs orationi incumbebat. Et quo mundi figuram intueri nequibat, eo cordis ad verum lumen contemplandum clariùs intendebat. Cauſa ab exterioribus factis ceſſabat, totum ſe ad ſtudium orationis vel aſſiduitatem lectionis applicabat.

lumine per annos ſeptem orbatur.

F

89 Biennio priuſquàm obiret, Eccleſiam fecit ſolemniter dedicari. In altaribus verò tanta pignera Sanctorum inſita ſunt *c*, ut

eccleſiam dedicari curat,

c

A S ODONE AB.

scientibus mirum sit. His autem qui fortè à scientibus audiunt, penè incredibile videatur. Nam in his undecumque colligendis, pater ille sanctus, quotiens sese opportunitas præbuisset, omnimodis quoad vixit, operam dedit. Quæ scilicet & apud Romam, & ubique locorum sic impetrabat : sicut nimirùm ille, qui & in sermone & vultu erat gratiosus : & in dandis preciis munificus, & quòd majus est, in id quòd agendum erat, divinâ gratiâ fretus. Frequenter enim pro eisdem pigneribus impetrandis, & pretiosa tentoria, necnon corpulentos equos, & multa pecuniarum pondera constat eum dedisse. Dentem namque sancti Martialis in dextro altari, cum reliquiis beatissimi domni Martini, necnon & sancti Hilarii collocavit; quem à sancto corpore nullus ex largitoribus, sancta maxilla, cum diù conarentur, eruere posset; ille præmissa oratione protinùs eum avulsit. De eodem profecto altare mirùm aliquid ipso dedicationis die contigit accidisse. Quidam enim juvenculus, cùm turbæ semet imprimerent, pallium desuper tulit, ut illum ministro redderet, cùm quidam ei dicerent circumstantes, ne id præsumeret. Sed quoniam ille tollere non misit, protinùs vehementi angustia comprehensus est, ac primò manus ejus excoriatæ sunt. Tunc paulatim omne corpus pelle nudatum, ut vix post sex hebdomadas convalescere posset. Locum sicut olim decreverat, Monachorum ditioni delegavit, ubi tamen dehinc parùm demorabatur.

serviſque libertate donatis,

90 Spacio quo supervixit, summoperè procuravit, ut omnes ad se pertinentes in pace dimitteret, ne fortè litis occasio posset inter eos oriri. Prædia vel mancipia, quæ beato Petro non delegaverat, inter quosdam propinquos ac milites, vel certè servitoribus dimisit. Nonnullis tamen eo tenore, quo postquàm obissent, ad Aureliacum accepta redissent. Centum ex mancipiis tantum ibertate tunc donavit. Nam aliàs diversis locis ac temporibus innumera sunt, quæ emancipavit. Quamplures autem ex ipsis amore ejus perstricti libertatem recusantes, permanere magis in servitute ejus maluerunt. Quo facto pervideri potest, quàm dulce dominium in eos exercuerit, quandoquidem suæ libertati servitutem illius præferre maluerunt. Monebatur autem à quibusdam suis, quatinùs de familia, quæ sibimet affatim superabundabat, majorem multitudinem jugo servitutis absolveret. Quibus ait, Justum, inquit, est, ut lex mundialis in hoc observetur, & ideò numerum in eadèm lege præstitutum prætergredi non debere. Quòd ad hoc sit commemoratum, ut hinc pateat quantopere divinis præceptis adhæserat : quando etiam legalibus ita se submiserit, & humanis.

ad mortem
d

91 Intrante verò jam suæ migrationis tempore, morabatur apud Cezerviacum*d* quandam sui juris Ecclesiam, quæ in honorem sancti Cirici consecrata est. Cum quidem plus solito compunctus profundiùs suspirabat, ita ut satis pateret, quod desiderium cordis ejus aliò tenderet, consolationemque in præsenti nequaquàm haberet. Inter suspiria verò lachrymis suffundebatur, & erectis in cœlum subinde visibus orabat, ut ab hoc sæculo liberaretur, sæpiùs repetens atque dicens, Subvenite sancti Dei. Hoc namque verbum semper orì ejus familiare fuerat : hoc ad eventum cujuslibet subiti casus inclamare solebat. Non multum verò post vitalis vigor cœpit spasmo quodam intabescere, artuumque vires ac totius corporis armonia paulatim dissolvi. Dissolutionem igitur sui jam instare cognoscens; Amblardum *f* Episcopum jubet evocari, ut ejus transitum suis orationibus muniret, ovemque paradisi pascua repetentem, pastori omnium Christo pastor consignaret. Interim verò cuncta quæ vel funeris causa, vel remanentium necessitas popoſciſſet, sano sensu, & integra memoria disponit. Cùm subitò velox fama rumorem circumquaque disparserat; quòd vir Domini Geraldus ad transitum propinquaret, accucurrerunt omnes veluti commune dispendium lugentes, clericorum ac monachorum turbæ nobilibus viris admixtæ, catervæ pauperum, & pagensium plebes, lugentibus istis aliorum fletus incitabantur. Inter singultus verò & lachrymas erumpentes, quasi querimoniam facientes, unusquisque de ejus pietate, de caritate, de cura pauperum, de tuitione impotentium; plangoris voces ingeminabant. Flentes igitur isti dicebant. O quale solatium mundus amittit! Illi verò, O Geralde, qui merito bonus vocaris, quis jam erit, sicut tu, sustentator indigentium? Quis nutritor pupillorum, vel defensor viduarum? quis dolentium consolator? Certè quis potentiæ tuæ culmen ita pauperibus inclinabit? Vel quis, sicut tu, singulorum necessitates perpendet, aut expediet? Indulgentissime Pater, quàm blandus, quàm suavis semper fuisti! Cunctorum gratiam hauriebas, ignotorum etiam affectus, famâ tantæ bonitatis ad te traxeras. Hæc & hujusmodi, quæ dolorum vis inter singultus exaggerare solet, tam luctuosis planctibus inundabant, nt putares quòd illæ lacrymæ numquàm possent cessare. Ita per singulos dies agebatur, donec ad ipsum vocationis ejus terminum veniretur. At verò ille morem suum, nec in fine poterat deserere, quin singulis accipere volentibus omne stipendium dari juberet.

se præparat:

92 Verè beatum & felicem dixerim, qui talis fuit, ut caritatem suis operibus debitam non reliquerit in terris, & in caritate sanctorum receptus sit in cœlis. Verè felix, qui licet potentia seculari sublimis esset, nullum tamen læsit, nullum oppressit, nec aliquis vel parvam querelam adversus eum reclamavit. Nam si Nathanaël verè Israëlita vocatur, eò quòd dolus in eo non fuerit, jure & hunc Israëlitam dixerim, quem auris audicus beatificat, & cui, ad exemplum beati Job, oculus videns testimonium reddit. Cùm igitur omnes unà lugerent, solus ille perstabat lætabundus. Quippe qui noverat, quòd sperantibus in Domino meridianus fulgor in vesperum consurget; & dum dederit eis somnum, hæc est hæreditas. Quamvis ergò pro mortali conditione caro fortè timeret, tamen spiritus in aspectu gloriæ

A gloriæ defixus exultabat, utpote qui ſpem diù deſideratam ſe jam in re percipere confidebat. Nam ut ſcriptum eſt, quia juſtus in morte ſua confidit, putares illum in eadem ſpe confixum, & nullatenùs mortem timere. Lætabundus itaque videbatur, cum nec quidem parum aliquid fateretur, in quo pavere ſe vel tenuiter demonſtraret. Per omne verò ſui langoris tempus, ita fatiſcentes ad divinum obſequium impellebat artus, ut nec unum quidem nocturnale Officium niſi in Eccleſia pateretur celebrare: Miſſam verò unam diei competentem, & alteram pro defunctis coram altari poſitus audiret. Sanè cum membris jam nimis rigeſcentibus, greſſum per ſe nec ſuſtentatus quidem progredi potuiſſet, adhuc tamen ſpiritus in ſui fervore perdurans cogebat, ut corpuſculum manibus bajulorum portaretur in oratorium: nimirùm, ut boni operis tunicam uſque ad talum extendens, virtutis ſuæ laudem in fine ceciniſſet.

ſextâ feriâ animam Deo reddit,

93 Sextâ namque feriâ diluceſcente die ingraveſcere ſe ſentiens, juſſit ut Nocturnale coram ſe Capellani peregiſſent, Epiſcopo cum ſuis in Eccleſia illud celebrante; cum pſallentibus autem & ipſe pſallebat, donec B poſt matutinale Officium, omnes etiam horas diei compleret. Tùm verò Completorium finiens, ſigno ſe ſanctæ crucis armavit, & ſubjunxit illud verbum, quod ei ſemper familiare fuit, dicens; Subvenite Sancti Dei. Hoc in ultimo locutus, oculos tacens clauſit. Videntes verò qui aderant, quòd loqui ceſſaret, Epiſcopum advocarunt. Sancta quoque membra illius in cilicio poſuerunt *g*: Cæteriſque pro exitu pſallentibus quidam de Sacerdotibus Miſſam concitus celebravit, atque ſacro ſanctum myſterium attulit *h*. Cum verò quidam dicerent, quòd jam diſceſſiſſet; ille ſenſum adhuc retinens oculos aperuit, & hoc judicio nondum ſe diſceſſiſſe monſtravit. Tùm verò Dominicum corpus quod expectabat, ſua ſponte ſuſcepit, & ita felix illa anima ad cœlos migravit *i*. Et velut ipſo feriarum numero ſui cauſam inſinuans, bonum opus, quod ad ſenarium pertinet, bene conſummâſſe, & ad verum ſabbatum, C quod eſt requies, ſe tranſmigraſſe monſtravit. Et ille quidem quod cupiebat, ut credimus, jam videt; quòd ſperavit, jam tenet. Multis tamen non modicum dolorem dereliquit. Nam licet ipſe mœror quadam dulcedine reſperſus eſſet, pro eo quòd ſcirent, quia talis fuit, ut de illo magis gaudendum, quàm lugendum; clamore tamen ingenti plangebant, quòd ejus conturbernio privarentur, cujus ſimilem vultum non ſe videre ſperarent. Illi humanitatis causâ triſtabantur, ſed Angeli, ut credimus, lætabantur. Nam ſi coram eiſdem Angelis gaudium eſt ſuper uno peccatore, qui pœnitentiam agit; quantò magis ſuper hoc homine juſto, qui inter opera virtutum conſenuit? Sed gaudium Domini ſui, quo ab eiſdem Angelis exceptus eſt, fides contemplatur; oculis verò corporeis interim latet, qui videbant quidem cadaver, quod exolverat debitum mortis, & nondùm apparebat quantùm anima glorificaretur in cœlis.

g

h

i

Moritur ergò Geraldus, ſed juxta illud Davidicum, nequaquàm ut ignavi ſolent, quoniam inter Sanctos ſors illius eſt. Et ſi perſolvit illud Pſalmiſtæ, " Vos autem ſicut „ homines moriemini, " tamen ad eum pertinet quod ibi præmittitur: " Ego dixi, „ Dii eſtis, & filii Excelſi omnes *k*." Teſtatur Evangeliſta, " Filii Dei ſumus, ſed „ nondùm apparet quid erimus *l*." Felix itaque Geraldus qui ſeparavit precioſum à vili. Poſtquàm enim guſtavit quàm dulcis eſt Dominus, nequaquàm hujus vitæ delectamentis, ad ejuſdem Domini contemptum ſe ſubmiſit. Sed hanc vitam, quæ reprobis precioſa eſt, vilem ſibi deputavit, & mortem, quæ illis peſſima eſt, precioſam invenit. Verè beatus cujus dies in dolore, & anni in gemitu tranſierunt: quia jam expertus eſt quàm magna multitudo dulcedinis, quàm Deus abſcondit timentibus ſe. Qui etiam in conſpectu filiorum hominum, hanc aliquatenùs per ſingula ſigna demonſtrat. O quanta diverſitas eſt inter illum, & vedios, id eſt, malè divites! Huic enim lachrymæ ſuæ fuerunt panes, & potum accepit in lachrymis & menſura. Illi verò ducunt in bonis dies ſuos, & habent conſolationem ſuam, juxta illud Evangelicum, in præſenti. Sed enim iſte jam in voce exultationis, tranſiit in locum tabernaculi Dei. De illis dicitur, quòd in puncto ad inferna deſcendunt. Cæterum ſi de ejus exteriori converſatione quiſquam dignum aliquid referre poſſet, delectationes tamen, quæ in dextra Domini repleverunt eum uſque in finem, nullus noſtrum non dico verbis explicare, ſed nec ſenſu quidem attingere valet: niſi fortè quilibet in ſeipſo ſentiſcit, quid eſt delectare in ſalutare Dei.

A.S. ODONE AB. D

k

l

de cujus gloria Deo gratias fideles agunt,

94 Porrò autem quia Deus mirabilis eſt in Sanctis ſuis, in quibus eum laudare jubemur, dicente Scriptura, " Laudate Do„ minum in Sanctis ejus *m*, " iccircò, ô beate Geralde, quales poſſumus referimus illi pro te. Laudantes eum quòd elegit te, & quòd juſtificavit te; quòd miſericordiam ſuam mirificavit in te, quòd per vias rectas deduxit te, quòd fructum tui operis inveniri fecit ipſe, & poſtremò, quòd uſque in ſenectam & ſenium non dereliquit te, & quòd majus eſt, quia inter filios Dei computavit te, & inſuper in oculis omnium glorificat te. At verò quia Sanctos decet laudatio, ad laudem illius laudamus etiam te, quia ſcilicet juxta Jeremiam, jugum Chriſti ab adoleſcentia portaſti, quia gratiam vocationis ejus non recepiſti *, quia commutationem pro anima tua non dediſti quia ſalutem ejus in vacuum non accepiſti, quia intima tua, quæ de amore Chriſti conceperas, non projeciſti, quia tentationis tempore non receſſiſti, quia in externa præſentis vitæ gaudia te non effudiſti, quia bonum faciendo non defeciſti. Verumtamen tu Domine Deus, tu per ipſum noſtræ præſumptioni ignoſce. Nam in hac relatione exceſſum formidamus, quoniam id tentavimus, ad quòd agendum nullatenùs idonei ſumus. Quia licet ille dignus ſit laude, in quo tu laudaris; nos tamen, Domine, ad

m

E

F

* Spreviſti

A.S.ODONE AB.

hane referendam indigni ſumus, quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris *n*. Sancti ergò tui, ut ſcriptum eſt, benedicant te, & opera tua confiteantur tibi. Sed quoniam imperfectum Eccleſiæ vident oculi tui, & lapides terræ ejus miſerebuntur, precamur ut hi, qui pro ſoliditate morum lapides vocantur, nobis, qui merito noſtræ pravitatis terra ſumus, ſubvenire dignetur: ut nos qui non habemus indumentum juſtitiæ, lapides amplectamur, ut eorum meritis noſtram nuditatem contegere poſſimus. Hic ergò Famulus tuus affectum miſerendi, quem eidem caritas tua inviſceravit, in nos dirigat, & de illa ſempiterna Capitolii curia, quâ jam inter conſules cœli reſidet, in hac convalle lachrymarum quam evaſit piè reſpiciat: ſingulorum preces exaudiat, omniumque neceſſitates apud te expediat: præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto filio tuo, qui tecum, cum Spiritu ſancto, vivit & gloriatur Deus, per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

n

fama mortis ejus ingentem hominum concurſum excitat,

95 Velociter ſanè, ſicut de excellenti perſona fieri ſolet, tranſitus ejus circumquaque perſonuit. Cùm quidem incredibilis hominum multitudo mox undique ſecus irruere cœpit, examina nobilium virorum, innumeræ catervæ pagenſium atque egenorum, plures Monachi, & agmina Sacerdotum Quem univerſi germano quodam & dulciſſimo affectu plangebant, & neſcio quo divino inſtinctu compunctiùs atque ſuaviùs eum lugebant: ob hoc videlicet quòd illum Deo placuiſſe non ignorabant.

B

caſtitatis amor etiam in mortuo elucet,

o

96 Cùm igitur eſſet ex more nudatus ad lavandum *o* Ragambertus, & alii miniſtri qui id agebant, manus utraſque pectori ejus applicuerunt, cum ſubitò dextrum brachium ipſius extenſum eſt, & ita genitalibus membris manus ejus applicata, ut eadem membra ſub volam concluderet. Quod illi quidem caſu contigiſſe putantes, manum ipſam ad pectus denuò inflixerunt. Sed iterum, ſicut priùs, extenſa eſt, & ad ſexum contegendum ſeſe aptavit. At illi ſtupere jam cœperunt, ſed rem diligentiùs ſcire volentes, adhuc tertiò brachium reflectunt, manumque ſuper pectus ad alteram reducunt. Quæ protinùs ſumma velocitate prædicta membra, ſicut priùs, repetiit, & obtexit. Polinctores autem admiratione ſimul & pavore perculſi, jam tunc animadverterunt, quòd hoc abſque vi divina nullatenùs accidiſſet. Fortaſſis enim per hoc cœlitus monſtrabatur, quòd ad caſtitatis pudorem conſervandum ſemper illa caro vivens verecundata ſit. Corpuſculum itaque feſtinanter operuerunt. Poſteà verò quàm indumentum accepit, nullatenùs uſpiam ſeſe manus illa extendit.

C

mortui corpus Aureliacum defertur,

p

97 Sui autem, quamplurimis comitantibus turbis, illud ſanctum ad Aureliacum, ſicut ipſe juſſerat detulerunt, & in ariſtonem *p* lapidem, ad ſiniſtram ſcilicet baſilicæ ipſius collocaverunt, juxtà aram Sancti Petri, ita ut ſepulchrum ejus habeatur in dextro, & ipſum nihilominùs in dextrorsùm. Sed jam libellum hunc terminemus, ne fortè cùm ruſticitate, tùm etiam prolixitate diſpliceat. Si quid autem in eo lectorem oblectaverit, meritis domni Geraldi præſtitum cenſeat. Hoc verò quòd diſplicuerit, inertiæ meæ deputabit, tamen miſerendi occaſionem reperiet. Et ob id ſuppliciter obſecro, & confiderans quòd hoc agere juſſus præſumpſi, mihi à judice cordium deprecetur.

D

gloriam verò Deus, ut eum imitemur, manifeſtat.

98 Beato quidem Geraldo ſatis ſufficerat, quòd ille teſtis fidelis, qui in cœlis eſt, & cui ſemper placere ſtuduit, hunc apud ſe in illa Paradiſiaca regione remunerat, ſed tamen quanta ſit gloria, quàm intus poſſidet, iſdem teſtis Chriſtus foris manifeſtare dignatur. Scriptum namque eſt, quia Deus inſtaurat teſtes ſuos contrà nos. Quiſquis enim præcepta illius cuſtodit, teſtis ejus contra nos eſt, quòd poſſumus quidem ſervare eadem præcepta ſicut ille, ſed nolumus. Nam ut de meis ſimilibus dicam, cuncta jam piorum dicta legere faſtidimus, exempla quoque imitari negligimus, cùm tamen aut ociosis, aut ſecularibus verbis infatigabiliter occupemur. Sed hoc agentes, de illis nos probamus eſſe, quos Apoſtolica vox notat, dicens, " A veritate auditum avertent, ad fabulas autem convertentur. *q* " Ad hanc ergò inertiam vel cætera portenta vitiorum, aliquatenùs reprimendam, diſpoſitor ſæculorum Chriſtus, hunc teſtem ſuum contra nos inſtaurat, quem & multis miraculis coram nos illuſtrat, ut quia oculos ad conſideranda, ut dictum eſt, piorum exemplа clauſimus, vel ad ſplendorem hujus Hominis, tamquàm de propè coruſcantem reſpiciamus. Si quidem ille divina præcepta noſtro tempore cuſtodivit. Sed quia mortuus citò recedit à corde protinùs hoc oblivioni tradimus, & non recogitantes mercedem, quæ ſanctis ejus operibus reſtat, ad hæc imitando malè torpeſcimus. Ob hoc itaque miracula, quæ fortè ad tempus fiunt, operari dignatur, quatenùs vel ſic gloriam, quàm intus habet, intelligamus, & ad opera, quibus ad eamdem gloriam provectus eſt, tanquàm recèns edita mentis aciem intendamus, & ad imitanda convaleſcere ſtudeamus. Sed jàm de eiſdem miraculis quæ rationi congruerint, Deo juvante, referamus.

E

F

ANNOTATA.

a *Nec irritum fuit Sancti Viri deſiderium, enimverò elapſis poſt ejus mortem aliquot annis, in hoc Cœnobio, diſciplina regularis adeò viguit, ut ad illam inſtaurandam multi ex hoc ad Tomeriarum & Cadenaci Monaſteria miſſi fuerint. Hanc domum, inquiunt Sanmarthani Fratres Galliæ Chriſt. Tom. 4. pag. 116. à primis ſeculis inſignem commendebat ſcientiarum Academia, de quâ vir rarâ eruditione inſignis Joannes Saresberienſis Epiſcopus Epiſt. 60. de Luxovienſibus Monachis, qui cum Auriliacenſibus de re litteraria decertabant, ſcribit his verbis.* Domini ſiquidem Luxovienſes, Patres non modò eloquentium, ſed eloquentiæ quodammodò ſunt; nam cum Auriliacenſibus qui multarum

A rum rerum peritiam & uſum habent, æquentur in plurimis, in eo facilè antecedunt, quòd hi naſcuntur & fiunt eloquentes. *Obiit Joannes ſeneſcente ſeculo duodecimo. Licet fortè in hanc epiſtolam aliqua irrepſerit ſtili elatio, quam etiam Hyperbolem nominant : attamen ſcientias ſeu humaniores litteras in hiſce duobus cœnobiis tùm fuiſſe excultas nemo inficiabitur.*

b *Hæc verba tamquam vaticinium Auriliacenſes habuiſſe probat Chronologus Auriliacenſis, de quo conſule Commentarii noſtri num.* 62.

c Id eſt reliquiæ, Chymilia. Gregor. Turon. paſſim : Odo ipſe infrà Lib. 4. Capp. 105. & 109. & alii. *Hæc Quercetanus.*

d *Hic totius teſtamenti à beato Geraldo confecti ſummam exponit S. Odo.*

e *Gallicè* Cezeinac *vel* Cezeina *propè* Figeac.

f *De hujus epiſcopi morte multa inquirenda occurrerunt : Commentarii noſtri num.* 64. *& ſeqq. videſis.*

g *Vetus Chriſtianorum maximè clericorum ac monachorum mos fuit in cilicio & cinere mori : laudat ad hæc verba Quercetanus S. Arigii Vapincenſis Epiſcopi vitam & Petrum Venerabilem Lib.* 1. *miraculor. Cap.* IV.

B h *Ad hæc verba Longuevalius Hiſt. Eccleſ. Gallic. Tom.* 6. *pag.* 423. *ſervatas non fuiſſe ibi hoſtias conſecratas, quibus tamquàm ſacro viatico reficerentur fideles, qui in extremis erant, ſicut haud ſemel per ſacros canones fuerat ſancitum, obſervat.*

i *Qua die, quove anno Vir ſanctus obierit, Commentarii noſtri §. 5 diximus.*

k *Pſalm.* 81. 7.

l 1. *Joann.* 3. 2.

m *Pſ.* 150. 1,

n *Eccl.* 15. 9.

o Mos & hic vetus mundandorum ac abluendorum poſt mortem corporum. Petrus Venerabilis Lib. 2. mirac. Cap. 23. ubi de exequiis & tumulatione Multraci Albanenſis Epiſcopi. . . . Et Radulfus monachus Cluniacenſis in Vita ipſius Petri Vener. *Ita Quercetanus.*

p *Mabillonius ſeculo* v. *Bened. pag.* 10.
C *legendum ducit* Ariſtatonem, *id eſt*, honorarium decus : *idem in Gloſſario habet Cangius.*

q 2. *Timoth.* 4. 4.

CAPUT VII.

Ad S. Geraldi tumulum plura eduntur miracula.

Sancti meritis caduco morbo laborans,

DOminica igitur poſt tranſitum ejus inſequuta, multis, ut diximus, comitantibus turbis, ad Aureliacum delatus eſt. Cùm igitur pſallentium chori circa feretrum pernoctarent, quidam vir nobilis nomine Gibbo, filiam, quam caducus morbus obſederat, ſubtus eodem feretro collocavit, quæ poſtea nihil infirmitatis illius paſſa eſt. Jam quippe materfamilias exiſtit, & ipſa vir-

tutis hujus teſtimonium, ſeipſam incolumem præfert. A. S. ODONE AB.

99 Quidam homo nomine Grimaldus in villa manens per ſomnium vidit, quod operculum ſarcofagi ejus avellere conaretur. Qui expergefactus, à cubitis & deinceps, brachia cum manibus ita reperit arefacta, ut nihil ex his operari poſſet. Sic per quindecim fermè dies manes debilitatus, ad ſepulchrum ſupplicaturus venit, ac protinùs ſanitatem recepit D *brachiis & manibus captus,*

ancilla lunatica ſanantur :

100 Ancilla cujuſdam viri Lamberti lunatica per ſomnium monita eſt, ut ad ejus ſepulchrum ſupplicatura veniret. Quod illa domino ſuo indicavit. Ille verò timens, ne illuſio, & ridiculum eſſet, ſi viſionem virtutis effectus minimè ſequeretnr, prohibuit eam. Illa dehinc ſecundò, ac tertiò nihilominùs per viſionem monita, predictum dominum ſuum rogabat, ut eam illùc ire permitteret. Quòd ille jam conceſſit. Ivit ergò mulier, & antè ſepulchrum vigilans, pleniter ſana receſſit.

mira herbarum orbita ante ſancti cryptam viſa,

101 Intereà plateola quædam herbida, in modum rotæ per girum rotunda, antè criptam apparuit. Quæ cum eſſet herbis referta, per girum tamen tellus nuda & pulveſtris erat. Hi ergò qui per cimiterium tranſibant, cum vidiſſent plateolam illam, & ſulcum pulvereum, qui hanc ambiebat, mirabantur, ſcientes quòd nec homo nec beſtia calcando ſulcum illum detriverit. Aliquando verò permanſit, & poſtea diſparuit. Sequenti autem æſtate ſimiliter ibidem viſa eſt, ſed multo jam latior. Habebat autem limbum circa ſe detritum, ut priùs, & pulvereum. Tertia itidem æſtate rota ſimiliter herbida, & quaſi calle pulvereo circumcincta apparuit, ſed multò jam diffuſior. Ac deinceps per annos plures inantea ſe paulatim ſpargens, extendi videbatur. Qui verò cauſam diligentiùs retractabant, prodigium aliquod eſſe credebant, conjicientes quòd rota viridis famam beati Geraldi viriditate virtutis plenam fortaſſe figuraverit. Quæ fama per populos, qui ariditate bonorum operum ſteriles ſunt, quos pulvereus circulus ſignificaret, ſubindè ſe ſpargit, & illos exemplo ſuo quaſi fœcundat; dùm pro ejus amore gratam peregrinationem & laborem ſuſcipiunt, dùm & munera offerunt, & nonnulli melioratis moribus redeunt : Sicut rota illa inantea ſe extendens ariditatem pulverei circuli ex parte replebat. Utrùm verò hoc ſignificaverit, rerum Diſpoſitor novit. Certum eſt tamen, quod nihil in terra ſine cauſa fit. E F

gloriæ lumine circumfunditur Sanctus,

102 Quidam bonæ opinionis clericus civitate Rotenus degit. Hic, ſi ſomnio fides adhibenda eſt, viſionem vidit ita continentem. Erat quaſi altus locus, ubi ſplendor ingens fulgebat. Ad quem ſplendorem per quatuor gradus aſcendebatur. Antè primum verò gradum erat quaſi antepodium de ferro. Secundus gradus habebat antepodium æreum. Tertius argenteum. Qaurtus aureum, In primo itaque gradu vidit advenire duos viros ſplendidiſſimos vultu & habitu. Quos alii duo ſequebantur, qui inter ſe tertium per manus ducebant. Dictum eſt autem cle-

A.S Odo ne ab.

rico qui hoc videbat, quod illi duo primi essent sanctus Paulus, & sanctus Martialis :
A alii duo, qui sequebantur, sanctus Petrus, & sanctus Andreas. Si quidem tertium quem ducebant, sanctum esse Geraldum. Quem scilicet clericus ille in hac vita manentem minimè cognovit. Sed dum postea referret, quali eum statura, vel facie vidisset, illi, qui eum noverant, speciem recognoverunt. Cùm ergò veniissent ad primun gradum, psallebant quasi psalmum. Post quem sanctus Petrus collectam dixit. Quam completam, respondérunt, Amen. Ita fecerunt secundo, tertiò, atque quartò. Cæteris autem stantibus, beatus Petrus usque ad locum prædicti splendoris pertetendit. Et prostratus in terra, aliquantisper adorans, jacuit. Tunc surrexit, & usque tertiò se prostravit. Deinde vox quasi de illo splendore respondens, requirit, quid vellet. At ille; Domine, inquit, pro servo tuo Geraldo misericordiam tuam deprecor. Et tunc nescio quis, veluti codicem tenens, quasi vitam illius recitabat. Cumque aliquandiu legeret, hoc tantummodò clericus intelligere valuit. Qui potuit
B transgredi, & non est transgressus : & facere mala, & non fecit. Tunc ad eum vox, Fac, inquit, de eo, quod vis. Et protulit quasi sceptrum dans illi, per quod haberet potestatem exaltandi eum. Clericus verò vocem dantis audivit, sed non nisi sceptrum vidit. Tùm verò beatus Petrus ad eos, qui se expectabant, gaudens rediit. Sanè ad locum, ubi stabant, apparuit quasi clivosus ascensus in cœlum usque porrectus. Beatus autem Petrus Dilectum manu tenens, & per gradus illos ascendere incipiens, excelsa voce, Te Deum laudamus, exclamavit. Et ita psallentes cœlum cum eo petierunt. Siquidem hanc sequutum est visibiliter aliud de ejus sepulchro signum.

tumulus ejus supra humum sponte elevatur,

103 Septimo postquam migraverat anno, sarcofagus, qui usque medium cooperculi terrâ contusâ, calcibus fuerat contactus, sensim eminere super eandem terram cœpit. Nec tamen terra, quæ erat in gyro, aut elevari, aut deprimi visa est. Incolæ tamen
C necdum hoc animadvertebant. Cùm interea quidam clericus de Lemovicensi pago veniens, interrogabat Monachos, utrum sarcofagus domni Geraldi sursùm adhuc emersisset. Et subjunxit, quòd admonitus per somnium fuerit, ut ad ejus tumulum veniret, quoniam ejus sarcofagus jam apparere cœpisset. Tùm verò Monachi cum ipso pergentes ad tumulum, & linteum desuper evellentes, ita repererunt, ut clericus dormiens viderat. Et tunc quidem aliquantulum eminebat. Jam verò non parùm altior videtur. Quisquis autem hoc dignoscit, virtutem aliquam esse divinam ignorare nequit. Ex hoc igitur miracula crebrò fieri cœperunt.

contractus membris sanatur, &

104 Circumcisionis Dominicæ solemnitas advenerat, cùm vassus quidam nomine Adraldus focum caragiorum *a* tota nocte in domo sua fieri præcepit. Intempestâ autem ipsius noctis horâ, dæmones super focum custodes irruerunt. Quibus ita damnati sunt, ut unum occiderent, alterum debilitatis membris corporea salute privarent. Qui postea mendicando vitam exigens, ad
D Aureliacum deportatus est. Quo dum per aliquot dies victitaret, quidam violenti homines præsumptionem faciebant contra potestatem loci ipsius. Quâ de causa Monachi signa sonare, atque letaniis insistere cœperunt. Tunc ille contractus supplicabat, ut hi, qui circunstabant, hunc ad sepulchrum domni Geraldi deferrent. Quod cùm illi fecissent, orabat, ut sibi subvenire dignaretur. Qui post modicum sanus surrexit, & redintegratis membris omnibus denuò in momento convaluit. Ex hoc jam cœperunt miracula subinde patrari, virtutumque ejus opinio certiùs atque diffusiùs resonare. De quibus si fortè quis dubitet, quoniam sæpiùs eadem in infirmis repetuntur, potest visu probare, per quod præteritorum fides sumat. Quæ autem in iis, qui variis langoribus opprimuntur, divina dignatio sæpiùs iterare dignatur, hoc propter prolixitatem prætermisimus. Quædam tamen ad gloriam ejusdem beati Viri commendandam perstrinximus, ne inconsultè ea transiliisse videamur.

perjuri puniuntur,

105 Constat autem, quòd idem sanctus Vir, dùm adviveret, multas Sanctorum reliquias ad Aureliacum advexit. Quippe, ut
E superiùs dictum est, istius causæ studiosissimus fuerit, & ad impetrandum quod vellet, non parvam gratiam à Deo habuerit. Inter cætera denique sanctorum chymilia, quæ illic habentur, est quoddam lignum Domini, cui talis virtus inesse frequenti experimento dignoscitur, ut si quis illud equitando portet, equus in brevi moriatur : aut si perjurium fortè quis fecerit, emptilentiscus * fiet. Non pauci etenim jam propter hoc peccatum caduci facti sunt. Incolæ autem regionis illius mores valde ferinos habere solebant, sed aliquantulùm exemplo vel reverentia sancti hominis esse mitiores videntur. Cum autem fœdus, aut aliquod grande juramentum jure decernunt, per quemlibet Monachum, aut clericum, qui tamen pedester incedat, deferri sibi faciunt.

*Epilepticus

mutus, surdus & contractus sanitate donatur,

106 Quidam sanè de beati Geraldi gloria temerè disputantes asserunt, quòd ista curationum gratia, non meritis ejus, sed istarum virtutibus reliquiarum conferatur. At nos causam diligentiùs considerantes, id
F credimus, quòd ita per sancta illa pignora sanitatum beneficia tribuuntur, ut virtus quoque beati Geraldi cooperatrix non negetur. Nam hoc ipsa qualitas accidentium rerum credi suadet, quoniam ipse solet infirmis per visum apparere, maximè antè ejus tumulum sanitatis beneficium conferre. Ut est de filio Joannis videlicet Arvennensis *b* Vicecomitis, quem mutum & surdum, una manu contractum ibidem detulit. Ante sepulchrum namque prosternens sese in orationem dedit. Nocte jam mediante, sanguis ab ejus auribus erupit, manusque illius directa est, quam circà collum patris sanam expandit, & priman vocem emittens, panem ab eo quæsivit. At ille gratias agens pro filio, totam Ecclesiam clamore complevit, & quendam sui juris alodum ad

b

sanctum

A sanctum sepulchrum tradidit. Sanè de isto nominatim commemoramus, pro eo quòd miraculum in excellenti persona patratum, ad multorum notitiam pervenit. Dissimilia autem vel diversa alterius generis, primò quidem ab incolis notabantur, sed cum numerus immensus crescceret, omissa est cura numerandi.

mensæ, quâ usus sanctus fuerat, profanatæ ultio,

107 In Aureliaco oppido ante fores Ecclesiæ erat epistilium, *c* ex quo ille ascendere equum solebat. Quod videlicet cùm infirmi ob ejus amorem deosculantur, solent recipere sanitatem. Ob quam etiam causam nunc est ab incolis intra Ecclesiam transpositum, & in modum altaris pallâ coopertum. Non longè ab oppido quod rustici Mulsedonum *d* dicunt, prædictus Vir Dei casam habuerat. Porrò oppidani mutuò condixerunt, ut mensam ejus, quæ in prædicta casâ adhuc erat, sibi ad reliciendum deferrent. Quod & fecerunt. Casu verò ad frontem cujusdam domus, hinc portitores projecerunt. Cum super eam quidam veniente meridie dormire vellet, subitò cœcus & amens effectus est. Deinde cum etiam canis eandem mensam calcaret, omnibus membris statim diriguit. Necdum tamen illis advertentibus quidnam esset, alius itidem super hanc se projecit, sed & ipse protinùs cœcatus est. Tandem intelligentes, quin ob tabulam sancti Viri frequenti ejus refectione consecratam ista pertulerint; hanc ad Ecclesiam beati Martini, quæ prope est, linteo contectam deportaverunt. Quæ nunc usque domatis ibidem suspensa comparet. Ad aliam ejus mensam quæ erat in villa Vaxia *e*, quidam Presbyter cum vicinis ad convivium venerat. Cumque, sicut fieri solet, inter epulas gannirent, & verba ridicula viciſſim immiscerent, subitò pavor ingens ita omnes perculit, ut statim intermittentes scurrilitatem, ad alium locum comesuri secederent. Mensam verò deportaverunt ad illud Oratorium, quod factum est in quodam loco, ubi feretrum portatores deposuerunt, ad mutandum pallium. Quo videlicet loco pecora circumquaque vagantia, cùm fortè spatiolum illud, ubi feretrum, sicut diximus, positum fuerat, pascendo contigissent, protinùs tormentari *f* incipiebant, & nonnulla moriebantur. Incolæ verò per id quod animalibus acciderat, causam intelligentes, ibidem prædictum Oratorium construxerunt. Quo dehinc certum est, quòd plerique infirmi sanitatem sunt adepti. Præterea mirum quiddam & penè incredibile contigit, nisi quia usu probatnr. Nam fonticula ex tunc in eodem loco subbullit, quæ viantibus ad potum sufficiat.

mors cuidam prædicta,

108 Rainaldus, quem Vir Domini suspectum habens, juramento, sicut superiùs dictum est, adhuc vivens constrinxerat, illius juramenti fidem rupit, & familiæ, quam Cœnobio delegaverat, nimis erat cum suis infestus. Singuli autem, inter prædationes, quas patiebantur, nomen domni Geraldi inclamare solebant. Quadam autem nocte visum est ipsi Rainaldo, quod Virum Dei sibi adstantem cerneret. Qui cum juramenti fidem ab eo requireret, simul admonuit, ut familiam vexare de cetero cessaret. Excitatus ille indicavit conjugi visionem. Quem & illa suadebat, ut vel commonitus juramentum servaret. Et ille compunctus ad horam huis idem retulit, præcipiens, sed ignaviter, ut familiam non inquietarent. Sed illi post paulùm ad consuetam rapacitatem redierunt. Nec Rainaldus obsistebat, quia pronus erat ad malum. Et quamvis sanguine esset sancto Viro propinquus, tamen ab ejus pietate longè erat alienus. Tùm itidem sanctus Vir eidem minans apparuit, & quæ bona sibi fecisset, pro quibus ille mala reddebat, furibundus exprobravit: atque percutiens eum in capite, è vicino mortem sibi sequuturam comminatus est.

A.S. Odone ab.

D

obsessus à dæmone liberatus.

109 In Provincia, quæ Alamannia *g* vocatur, nobilis homo erat obsessus à dæmonibus. Parentes verò, & milites sui per multa pignora Sanctorum ducebant eum, ut saltem per eorum intercessionem divina gratia liberasset. Sed Distributor omnium bonorum, qui electum suum glorificare disposuit, hanc virtutem ei reservavit. Nomen verò beati Viri in ipsa Provincia necdùm auditum erat. Prædicti autem parentes dùm eum ducerent ante corpora Sanctorum, dæmones sæpiùs clamabant, de ejus corpore se minimè exire, nisi per intercessionem beati Geraldi. Tùm iidem parentes dæmoniaci huc illucque discurrebant, vel Provinciam audissent, in qua beatus Geraldus esset. Et nescio aut Romei, aut quilibet peregrinus indicavit eis Provinciam & locum. Qui festinè ad Aureliacum venerunt. Mox ùt venit antè sepulchrum, clamare cœperunt dæmones per eum obsessum, O Geralde, inquit, ut quid illudis nos? Ut quid ardemus tua virtute? Qui mox cecidit in terram, & evomuit eos unà cum sanguine. Ex illa hora, & deinceps, incolumis mansit.

E

ANNOTATA.

F

a *Seu eorum qui magicis characteribus utuntur. Cangius ad verbum* Caragius, Caragus.

b Arvernensis.

c *Lapis seu illud omne columnæ superpositum ex quo, ut ait S. Odo, Geraldus ascendere equum solebat.*

d *Illud* Mulsedon *appellat pastor Savenensis, quod sub oppidi nomine S. Odo designat: tanquàm castrum habet, Histor. Tutel. pag.* 172, *&* 79. *Balusius, qui id* Molceo *appellat, ab Abbatibus Tutelensibus tanquam feudum Vicecomitibus Ventedornensibus concessum.*

e *Fortè* Vieseans; *ubi aliquod exstat Oratorium, de quo Robertus in sua Arverniæ Topographia. Fortè in variis locis de quibus sivè in Odonis lucubratione, sivè in Testamenti S. Geraldi Tabulis, sivè tandem in Caroli Simplicis diplomate mentio instituitur, designandis in errorem interdùm lapsus videbor: sed erranti haud ægrè parcent Arvernenses*

A *vernenſes eruditi : enimverò error veritati detegendæ proderit, ſi hiſtoriæ illuſtrandæ anſam viris eruditis ſubminiſtret.*

f *Ab Alemannis Germaniæ populis ſic dicta, qui Rheno Trajecto, ſedes ſuas ad Lemannum lacum, ſeu in extremis Sequaniæ partibus, quas nunc Friburgenſes & alii his finitimi incolunt, fixerunt. De Alemmannis multa diſſeruit in ſua Alſatia illuſtrata Tom.* 1. *Schöephlinus, quem adire lectorem haud pigebit.* D

DE S. LUCA ABBATE CONF.

ARMENTI IN LUCANIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Sancti Acta, geſta & cultus ſacer.

Anno CMXCIII. *S. Lucas, ad diem* 13 *Sept. alicubi non rectè relatus,*

QUÆ *Henſchenius Tom.* 2. *Martii ad diem ejuſdem menſis* IX. *pag.* 29. *in Annotatis ad Acta S. Vitalis abbatis huic Operi inſerenda ad diem* XIII. *Septembris promiſerat* S. Lucæ, *Ordinis S. Baſilii item* B *abbatis, Acta à dicto menſis Septembris die in* XIII. *Octobris, quo & obiiſſe & cultum ſacrum obtinuiſſe* S. Lucam, *quæ infrà dicentur, oſtendent, meritò differenda majores noſtri cenſuerunt : anſam errori, in quem pariter in Martyrologio Univerſali Caſtellanus impegit, dedit, quòd apud Octavium Cajetanum de Sanctis Siculis Tom.* 2 *pag.* 96 *in margine dies* XIII. *Septembris, veluti* S. Lucæ *ſacra, ſignata legeretur, qui Cajetani locus ex Indice Alphabetico, Sanctorum Vitis, eo Tomo contentis, præfixo, ubi dies* XIII. *Octobris tamquam* S. Lucæ *cultui conſecrata rectè ſignatur, emendandus eſt.*

anonymo Græco, ejus diſcipulo, auctore,

2 *Vitæ ſuæ ſcriptorem nactus eſt* S. Lucas, *anonymum quidem, ſed ætate ſibi æqualem, diſcipulum & eorum, quæ geſſit, teſtem oculatum; quod ex his ejus num.* 16 *verbis patet* : Timentes igitur eò in nos cum imperio C venturos, in munitum caſtrum fugere cogitavimus. Sed cùm inter ſeculares homines verſari, nobis turpe videretur, ſtatuit Magiſter noſter in privatum locum naturaque munitum contendere. *Scripſit is Magiſtri ſui vitam & geſta idiomate Græco, quem Paulus Æmilius Sanctorius Hiſtoriæ Carbonenſis Monaſterii pag.* 14. *citat : textum Græcum Latinum fecit alter anonymus, ſed ſtilo uſque adeò rudi, ut interpretem hunc Cajetanus, niſi modicè à ſe immutatum expolitumque, typis dare noluerit. Habemus & nos in ſcriniis noſtris Latina hæc* S. Lucæ *Acta, in varias Lectiones, ad Matutinum per Octavam recitari ſolitas, diviſa ; ſed deterrimis characteribus exarata, quæ quidem, etſi ſtilo, quantumcumque rudi ſcripta, huic Commentario ſubjeciſſem, niſi à Cajetano editis uti, quàm divinando errandi periculo identidem me exponere ſatius eſſe duxiſſem. Ceterùm verò & nævos quoſdam infrà indicandos habent, & ea Græci ſermonis veſtigia, ut ex hoc fonte in Latinum derivata fuiſſe, abundè appareat.*

in Sicilia, patria ſua, 3 S. Lucam *patriâ Calabrum fuiſſe Paulus Æmilius contendit : quibus autem is Siculus audit, regni Siciliæ citra & ultra Pharum barbara appellatione deceptos ait, quod ex ſuo in Calabriam amore potiùs, quàm ex vero dictum arbitror : natum enim ajunt ſcriptor Græcus ejuſque interpres Latinus in ea Sicilia, in qua nati ſunt SS. Euplius, Agatha, Lucia, Gregorius, & Vitalis : Euplius Catanæ ſecundum Menæa & Menologium Baſilianum, Agatha item Catanæ vel Panormi, Lucia Syracuſis, Gregorius epiſcopus Agrigentinus prope Agrigentum, Vitalis Caſtri Novi in valle Mazara natale ſolum ſortiti ſunt ; neque quod ſciam, qui hos ſanctos Calabriæ adſcribat, ullus eſt : Meminit etiam quidem SS. Felicis ſociorumque Martyrum, S. Pancratii & Hieronymi Eccleſiæ Doctoris ; ſed ex his primi Siciliam propriè* E *dictam vinculis ſuis, eò ex Africa deducti,* F *honorárunt ; Pancratius verò Tauromenii Martyrii lauream adeptus eſt : eſto, ab errore excuſari nequeat, cùm S. Ambroſium Gallum, Siculum facit. Itaque ex mente ſcriptoris illius Græci &* S. Lucas *Siculus fuit propriè dictus : quin & ſolum illius natale addit, nempè Demenam, cujuſmodi locus in Calabria neque eſſe, neque fuiſſe ſcitur : fateor equidem, nec in Sicilia hujus nominis oppidum pagumve mihi uſpiam eſſe inventum : at eam ſaltem Siciliæ regionem fuiſſe (fortè ab antiquo quodam oppido cognomine ſic appellatam) ex Fazello diſcimus de rebus Siculis prioris decadis Lib.* 10 *Cap.* 1. *ita ſcribente* : Sicilia tribus hodiè regionibus, quas valles vocant, à Fliſco dirimitur : quarum Demini unam, Noti alteram, & Mazaræ tertiam appellant. Hac partitione

A ne Saracenos primùm, dein Normannos ac cæteros Siciliæ reges huc uſque uſos, & in Hiſtoriis & in publicis tabulis legimus. Adeoque recens eſt, ut neque Græcorum veterum, neque Latinorum quiſquam meminerit. Demini regio à Peloro promontorio incipit, & ſuperum inferumque amplexa littus, hinc Teria flumine, illinc verò Himera amne, qui mare Thyrrenum influit, clauditur. *Porrò in deſcripta à Fazello Demini regione, haud procul Teriæ fluminis fonte ſitum eſt antiquum oppidum Menæ, Menænon, vel Menena, Græcè* Μέναι *dictum, ſcriptumque fortaſſis fuerit à Græco ſcriptore* ἀπὸ Μενῶν, *undè interpres, vel amanuenſes linguæ Latinæ haud ſatis periti, forſan effecerint* Demena. *Occurrit prætereà in eadem Siciliæ regione oppidum aliud Demenæ appellationis terminatione affine, quod edito præruptoque monti incumbens, antiquitus* Enna *ſeu* Caſtrum Ennæ *dictum, nunc corruptè* Caſtrum Joannis *appellatur, ubi in hanc lucem editum* S. Lucam *noſtrum cenſet Rochus Pirrus Tom.* 2. *Siciliæ ſacræ Notitiâ I Eccleſiæ Catanenſis pag.* 99. *: quæ quidem Pirri ſeu opinio ſeu conjectura omni veriſimilitudine haud caret; quia tamen nullam dicti ſui rationem is auctor adfert, natale* S. Lucæ *oppidum vel pagus in ambiguo manet : id tamen certum, loci illius nomen ſive Latini, ſcriptoris Græci interpretis, ſive hunc deſcribentium vitio fuiſſe*
B *corruptum : nam & in Apographo noſtro pro* Demena *legitur* Merina *& S. Vitalis Abbas, Caſtri Novi natus,* De Merinita *vocatur, cujuſmodi locus perinde in Sicilia nullus apparet.*

quam ibi ſub abbate Sabba inchoârat vitam monaſticam,

4 *Patrem* S. Lucas *habuit Joannem, matrem Thedibiam, genere nobiliſſimos, qui prolem ſuam à teneris Chriſtianis virtutibus præceptiſque ac timore Domini imbuendam curavere : ne autem ſecularibus diſciplinis pro generis claritudine expoliretur, vetuit calamitas temporis, Siciliam nempe Saracenis identidem incurſantibus; id quod indicâſſe videtur biographus, cùm num.* 2. acerbis occaſionibus exagitatum *ſcribit. Eluxit in eo potiſſimùm caſtitatis amor : etſi enim parentum obſervantiſſimus eſſet, cùm ad nuptias ab his impelleretur, non mod ab illorum ſeu imperio ſeu conſilio, ſed etiam à laribus diſceſſit* nihil omnino præter Chriſti ſalvatoris nomen & præcepta in Euangelio ſcripta ſecum portans, *& Chriſto ſub monaſtica diſciplina militaturus. Itaque Agyrium profectus ibidem in dicato S. Philippo Agyreno (perperam* Largyrio *in MS. noſtro dicto) Ordinis S. Baſilii monaſterio ſacræ militiæ no-*
C *men dedit : eſt autem Agyrium, Siciliæ oppidum ſublimi acutoque colli impoſitum haud procul à Simætho fluvio Etnam inter & Ennam montes,* S. Philippo d'Agirone *ab incolis paſſim dictum, & S. Philippi presbyteri habitatione, ſepulturâ & miraculis celebre, utì latiùs Tom.* 3. *Maji ad diem ejuſdem menſis* XII. *videre eſt. Quamdiu porrò eo in monaſterio verſatus fuerit Vitæ ſcriptor non edixit; ſed jam ſpiritu prophetico, atque omni virtutum genere & excelluiſſe, & pro tali habitum fuiſſe ait; quod veroſimillimè in cauſa fuit, cur Vir humilis, relictâ Siciliâ, in*

Calabriam, bonâ tamen abbatis ſui venia, D *migrare decreverit. Quis fuerit abbas ille,* S. Lucæ *in vita ſolitaria inſtitutor, ſiluit quidem ejus Vitæ ſcriptor; ſed Sabbam fuiſſe,* Lucæ *in omni vita cariſſimum ac conjunctiſſimum, teſtatur laudatus ſuprà Paulus Æmilius Sanctorius pag.* 15. *ex Teſtamento* Lucæ, *abbatis Carbonenſis à* S. Luca *quarti, hujus verò nominis II, quod ſeculo* XI *condidit. Sabbam hunc Octavius Cajetanus cum* Sancti *titulo Tom. II. Vitarum SS. Siculorum pag.* 100. *inſeruit, eique in margine diem* V. *Decembris, velut illi ſacrum, adſcripſit..*

in Calabria ſub Elia Spelæote

5 *Digreſſus ab hoc* S. Lucas, ad ſanctiſſimum Virum venit, religioſiſſimè in ſpelunca, in Regii oppidi finibus degentem, Eliam nomine, Spelæotem *dictum, aliumque ab Elia juniore, ſic non comparatè ad Eliam* S. Lucæ *noſtri abbatem, ſed ad Eliam Prophetam appellatum, & jam inde ab anno circiter* 960. *ex hac vita ſublatum, cujus Acta Tom.* 3. *Septembris ad diem ejus menſis* XI. *pag.* 843. *& ſeqq. à Stiltingo illuſtrata habes : unde pariter diſces, ubì, quam incoluit, ſpelunca, &, quod acceſſit* S. Lucas *monaſterium, ſita fuerint; nimirum propè vicum aut oppidulum Melicuccam (Italis Me-*
E licoccha) *paucis ab oppido Seminaria milliaribus Italicis meridiem versus diſſitum. Certum igitur eſt* S. Lucam *ſub Elia Spelæota monachum fuiſſe : Lucæ porrò cujuſdam ſub eodem abbate monachi, cognomento Calvi,* Viri, *ùt loquitur in Eliæ Spelæotæ Vita anonymus ejuſdem diſcipulus,* magni, *ibidem iterata ſit mentio; unde dubium Stiltingus Tom. Septembris mox laudato in Annotatis in Cap.* 7. *vitæ S. Eliæ movet, ſitne memoratus hìc* Lucas *idem qui noſter, an alius.*

(in cujus Actis Lucas alius à noſtro

6 *Ego planè alium cenſeo ac his quidem de cauſis : primùm quidem, quòd idcircò fortè huic* Calvi *cognomen Elianæ Vitæ ſcriptor addiderit, ut à noſtro, cui id cognominis nec in ejus, quam damus, Vita, nec alibi uſpiam datum fuiſſe inveni, ſecerneretur. Tùm verò quòd* Lucas, *de quo S. Eliæ diſcipulus loquitur, cùm junior eſſet, obedientiæ haud admodùm obſervans fuerit, utì liquet ex iis, quæ de illo eodem Cap. num.* 48. *referuntur; miſſum ſcilicet ab Elia Spelæota, ut ad vicinos monachos vini dolium deferret,* F *id ipſum, ſecus ac ab abbate ſuo in mandatis habebat, majori ex parte amicis ſuis diſtribuiſſe, ac propterea ad monaſterium ſuum redeuntem graviter ab urſâ læſum ac penè dilaceratum fuiſſe; quod in* Lucam *noſtrum nequaquam accidit, ut qui, teſte ejus biographo,* in obedientiâ parentum ad legitimæ ætatis florem perſeveraverit, *nec à Sabba, S. Philippi Agyreni abbate, primo inſtitutore ſuo, ad Eliam Spelæotem acceſſerit, niſi à virtutibus monaſticis jam probè inſtructus, &* ſpiritu prophetico clarus. *Tertiò denique diverſos fuiſſe, utriuſque ætas prodit : cùm enim* Lucas *noſter abbate Sabba primo inſtitutore ſit uſus, eumdemque, ut in calce Actorum infrà legitur, ſibi morienti adſiſtentem habuerit, pauciores* Lucam *noſtrum, quàm Sabbam, mo-*

A *nachatûs annos numerâſſe neceſſè eſt.*

memoratur) 7 *Fingamus modò tantiſper*, S. Lucam, *Carbonenſem abbatem, in laudata S. Eliæ Spelæotæ Vita memorari : congregare monachos, utì* Stiltingus *Tom. cit. num.* 17. *Commentarii prævii oſtendit, Elias cœpit ſub annum* 906. *clarere verò miraculis eodem tempore, teſte ejus biographo Cap.* 7., *quorum primo, quo ex aqua vinum Elias obtinuit*, Lucas *interfuit : pergit dein Vitæ Eliæ ſcriptor, ſervato, ùt apparet, temporis ordine, alia abbatis ſui eodem capite recenſere miracula ; ac Cap.* 8. *narrat, quî Elias patritii Byzalonis, Conſtantino Porphyrogenito imperante, ùt ex Luitprando* Stiltingus *in Annotatis probat, rebellis, mortem præviderit ; quod factum ad annum circiter* 920. Stiltingus *refert. Igitur ſi non ab anno* 906., *ſaltem antè annum* 920. *memoratus hìc* Lucas *monaſticum amplexus fuerit inſtitutum : hinc annos vel paucos, quibus apud Sabbam veroſimiliter commoratus* Lucas *fuit, ordine retrogrado numera : ſic item numera annos circiter* 20., *quos in ſeculo facilè exegerit, cùm ad ineundum matrimonium à parentibus invitatus fuit; natus hoc quidem pacto fuerit* Lucas *antè annum* 900 ; *& cum anno* 993, *teſte ejus biographo ex hac vitâ migraverit, obierit* Lucas

B *circiter centenarius, Sabbas verò à ſuſcepto abbatiali pedo vixerit annis* 70. *& plùs eo, quod poſtremum ſaltem facilè à criticis admiſſum iri non putem.*

agere egregiè pergit, 8 *Quantùm verò* S. Lucas, *hoc magiſtro, in litteris cùm ſacris, tùm humanis, quarum hactenùs rudis & imperitus fuerat, profecerit, ita ejus biographus num.* 8. *declarat :* Qui, ut jam diximus, non litteris, ſed orandi dumtaxat modo, pſalterioque inſtructus, ad B. Eliam venit, ex eaque cum ſummo anachoreta conſuetudine regulam omnem ac monaſticam didicit diſciplinam, ſanctique Spiritus in eo redundante gratia, ad eam Scripturarum intelligentiam eumque perfectionis cumulum pervenit, ut non planas modò Scripturas, ſed profunda etiam myſteria ac philoſophorum ſubtilitates & latibula ſtudioſa interpretatione diſcuteret ac denudaret. Itaque ſtupebant ceteri quomodo litteras cùm non didicerit, ea tam perfectè profundeque aperiret ; *ut adeò, qua pollebat, rerum humanarum Divinarumque ſcientia non tàm*

C *humano labore parta, quàm divinitus ei collata videretur.*

à quo, imminentibus Saracenis, digreſſus, 9 *Spiritûs verò prophetici, quo à Deo jam tùm, cùm apud Sabbam adhuc verſaretur, donatus à Deo fuerat, ſpecimen biographus refert num.* 5., *ubi ait, partim invidiâ dæmonis, partim morum depravatione factum eſſe, ut in Saracenorum manus Calabria traderetur; cujus imminentis calamitatis*, Spiritus ſancti gratia revelante, præſcius S. Lucas *aliò demigrare decrevit. Frequentes quidem fuiſſe ſeculo decimo in Calabriam Saracenorum irruptiones hiſtorici paſſim tradunt, eaſque non ſemel accidiſſe, in vivis adhuc ſuperſtite S. Elia, circa annum* 960 *defuncto, docet Cap.* 10. *num.* 69. *ejus Vitæ ſcriptor his verbis :* Tempore incurſionum infidelium Saracenorum Vir quietis ſecedebat & ſe abſcondebat in montibus monaſterio vicinis : *& his rurſùm aliquantò pòſt :* In reliquis quoque D ſubactionibus provinciæ ſecedebat, ingrediebaturque caſtellum. *Sed & poſt ejus obitum eamdem calamitatem ipſiujmet monaſterio incubuiſſe tradit :* Qui (*monaſterii S. Eliæ monachi*) poſt mortem Sancti cum paſtore mercenario & non vero apud Deum interceſſore, ad idem ſe receperunt caſtellum, heu ! calamitatem ſuſtinuerunt. Contabuit populus ſiti, cingentibus caſtellum Saracenis, diviſique, quemadmodùm oves deperditæ, alii quidem in via occubuerunt, alii in manus ipſorum inciderunt. *Vivone, an mortuo S. Elia, inde diſceſſerit* S. Lucas, *biographus non quidem edicit : At verò id vivo quidem Elia, ſed ad vitæ exitum jam properante, ſeu ſub annum* 959, *imminentis ipſimet, in quo morabatur, monaſterio cladis, quæ non diu ab obitu Eliæ accidiſſe videtur, Deo præmonitum, aliò ſeceſſiſſe, vero admodum ſimile eſt, & geſtorum ejus ſubſequentium ſeries ſuadet ; ùt qui poſt ſeptennem, ùt infrà dicetur, Noæ commorationem, poſt monaſterii S. Juliani inſtaurationem, Armenti denique ſub annum* 969 *ſedem fixerit.*

mox Noam, 10 *Dicto itaque S. Eliæ vale, ſub annum* 959 *divino monitu* S. Lucas, *Noam, teſte ejus biographo, conceſſit ; non eam, quam in* Sicilia *non procul ab Heliconis fluvii fontibus Cluverianæ Tabulæ ſignant ; ſed Noam* (*Italis* Noia) *in finibus ſitam Lucaniæ ſeu Baſilicatæ, ùt hodieque dicitur, quà hæc hodiernam* (*nam veteris Lucaniæ pars fuit*) *Calabriam reſpicit. Annos hìc ſeptem ægris ſanandis, juvandis miſeris, peccatoribus ad Deum convertendis, Dei verbum incolis prædicando inſumpſit uſque ad annum circiter* 966. *Cauſa iterùm hinc diſcedendi fuit, ut popularem auram fugeret. Cum enim, ùt biographi ferè verbis utar*, tantæ probitatis fama brevi tempore adjacentem regionem repleviſſet, omneſque ad eum finitimi, tamquam ad Apoſtolum convenirent . . . ſtatuit in alium locum, ubì incognitus privatuſque eſſet, ſecedere ; timens ne humano favore uſus, Dominum ſibi dicentem audiret : " Recepiſti mercedem tuam " F

dein vero S. Juliani monaſterium virtutibus miraculisque illuſtrat. 11 *Noâ porrò ad S. Juliani monaſterium profectus eſt, quod teſte S. Lucæ biographo*, juxta flumen Agrumentum *ſitum erat : flumen id hac ætate* Aciris *ſeu* Agrius *dictum, in Baſilicata ſuprà Marſicum Novum ex Appennino ortum, & Marſicum Vetus, Saponariam & S. Archangeli oppidum prætervectum, tandem in ſinum Tarentinum devolvitur. Haud procul ab S. Archangeli oppido* Aciris *ſeu* Agrii *oſtium verſus caſtrum occurrit*, Agrometo *in Mappa Geographica Baſilicata apud Blaevium dictum. Locus item* Agromonte *apud Janſſonium Noæ vicinus viſitur ; at cum hic ab Agrio ſit remotior, prior autem Agrio adjaceat, priore item loco S. Juliani monaſterium, de quo hìc biographus, olim exſtitiſſe exiſtimo : ceterùm multa hoc loco præclarè præſtitit, quæ fuſiùs biographus narrat : potiſſimùm verò eum laudat à liberalitate in pauperes, quam præcipuè in vicinos Marſicanos fame laborantes exercuit, eò liberaliorem erga ſe Dei manum expertus, quo plura egenis erogabat ; pluribus etiam miraculis ibidem claruit*,

A *ruit, usque adeò, ut non solùm ipse, sed & discipuli ejus amictu, quin imò & nomine miracula ederent : at, quamquam omnibus omnia factus esset, viri cujusdam potentis, vicinorum pagorum Domini, Landulfi nomine, invidiam effugere non potuit : autumabat is quippe sibi decedere, quod* S. Lucæ *monasterio accederet : hac ergò percitus id perditum ibat, nisi Dei vindictâ in aëra sic raptus fuisset, ut nulli hominum visus exinde fuerit.*

conditoque sub id tempus monasterio Carbonensi

12 *Hoc item tempore monasterium Carbonense in eodem Basilicatæ tractu inter Acirim Sinisimque situm & S. Eliæ Prophetæ, Deiparæ, & Anastasio apud Persas Martyri sacrum, seu condidit, seu, ùt vult Paulus Æmilius Sanctorius, instauravit : qua de re nihil quidem conceptis verbis* S. Lucæ *biographus habet ; pluribus tamen in Basilicata eum præfuisse cœnobiis, quàm Noano, S. Juliani, & Armentensi, de quo mox, satis videtur innuere num.* 11 *sic loquens :* Post modicum verò tempus omnibus solùm cœnobiis, gloriosissimo Viro subjectis, tam gravis morbus incubuit, ut monachi ferè omnes ad mortem ægrotarent. Quod valuit inprimis cùm ad Lucæ dignitatem augendam, tùm ad totius congregationis patientiam & coronam. *Reduxerat hæc ad splendorem sanctimoniamque pristinam, sanctisque legibus communierat, cùm, rursùs obstrepente armorum sonitu, aliò*

B *migrare compulsus est.*

& ingruente rursum bello,

13 Deindè verò, *inquit Vitæ ejus scriptor num.* 8. Nicephori Constantinopolitani imperatoris tempore ferox quidam ex Trans-Alpinis nationibus in Italiam venit, ut diriperet, atrociterque Græcorum urbes expugnaret. Timentes igitur eò in nos cum imperio venturos, in munitum castrum fugere cogitavimus. *Parebant id temporis Calabri & Lucani Nicephoro Phocæ, imperatori Constantinopolitano, adversus quem simul & Saracenos in Apulia & Calabria Otto Magnus, Occidentis imperator, petita in conjugem filio Ottoni Theophaniâ, Romani Junioris filia, repulsam passus bellum movit ; atque Otto hic est, quem Vitæ* S. Lucæ *scriptor ferocitatis in Græcos arguit : belli hujus epocham Lupus Protospata apud Muratorium Tom.* 5. *Rerum Italicarum pag.* 40. *his verbis explicat :* Anno 969. introivit Otho rex in Apuliam mense Martii & obsedit civitatem Bari irrito conatu, & in alio anno intravit in Calabriam mense Octobris.

C *Itaque anno* 970, *si Lupi verbis presse standum foret,* S. Lucæ *ex S. Juliani monasterio fuga illiganda esset ; at cùm addat,* & sol obscuratus est mense Decembris, *eamque solis defectionem anno* 968. *contigisse in confesso sit, anno* 969., *quo Ottonem in Calabria Pascha celebrâsse Annalista Saxo scribit, illam adscribere malim, ita ut tres quatuorve dumtaxat inter* S. Lucæ *in monasterium S. Juliani adventum, ejusque inde discessum anni intercessisse videantur.*

ab Armentensi, quod recèns condiderat, monasterio Saracenos pellit,

14 *Hinc digressus locum indagavit hostibus non facilè pervium, quo suam suorumque salutem tutari posset ; reperitque non procul à læva Aciris ripa inter S. Archangeli oppidum & Marsicum Vetus castrum semirutum (Calabris ea tempestate* Rupes Armos *dictum, nunc autem Armentum oppi-* D *dum) quem, etsi suopte situ validum firmumque, vallis murisque cinxit, temploque Deiparæ Virgini ac Apostolorum principi sacro exornavit. Divino potiùs, quàm humano hæc* Lucam *præstitisse consilio rerum eventus docuit : nam aliquantò pòst Saraceni, ut ejus biographus num.* 5. *tradit, id castrum perrumpere conati sunt ; jamque sacram Dei Matri ædem, castro vicinam, profanârant, cùm, invocato divino auxilio, ac monente Christo unà* cum fratribus *armis cinctus obviàm hostibus processit : præibat cæteris* Lucas *equo vectus, ac insigni quadam luce undique circumseptus, cujus fulgore territi Saraceni, alii in fugam conversi, alii cæsi, alii capti armisque exuti sunt. Referenda videtur hæc Saracenorum in Armentense castrum item & monasterium (utì hæc biographi* cum fratribus *verba indicant) vel ad annum* 982, *vel* 989. *Horum enim priore Ottonem II. adversus Græcos, quibus sese Saraceni adjunxerant, infeliciter in Calabria depugnâsse scribunt Hermannus Contractus, Lambertus Schafnaburgensis, Sigebertus aliique : posteriore verò Saracenos* dissipâsse Calabriam totam *Lupus Protospata testatur.*

15 *Quæ porrò edere* S. Lucas *cùm virtutum specimina, tum miracula perrexerit, Vitæ scriptor num.* 11. *& seqq. prosequitur, quem ibidem consule : factum unum & alterum addit, de quibus pauca dixisse sufficiet : horum alterum est, præter monasteria templaque jam memorata* S. Lucam *plura alia templa vel condidisse vel instaurâsse, quæ inter S. Laverii ædem nominatim exprimit.* Passus est beatus Laverius Christi Martyr sanctissimus decimo quinto Kal. Decembris Incarnationis anno CCCXII, *inquit in ejus Actis apud Ughellum Tom.* 7. *Italiæ sacræ editionis secundæ col.* 488, *Robertus de Romana, seculi* XII *scriptor, nempe Grumenti, qua in civitate olim sedes episcopalis fuit, inde Marsicum Vetus, ac postremò in Novum translata : Grumenti verò, quod jam olim destructum fuit, situm idem Robertus explicat, cùm S. Laverium occisum dicit his ferè verbis :* Non procul extra mœnia civitatis (*Grumentinæ*) in loco, ubi duo flumina Acris & Sciagra connectuntur, *atque adeò haud procul ab eo loco, ubi modò oppidum Saponaria visitur. Alterum est, condidisse* S. Lucam *Armenti præter virorum, etiam virginum monasterium, cui prima præfuit Catharina* S. Lucæ *soror, habitu monastico donata ; eò hanc venisse* de Sicilia *Vitæ scriptor tradit, ex quo iterum discis, auctorem hunc Siciliam à Calabria discernere, ac proin perperam contendere Paulum Æmilium Sanctorium,* S. Lucam *in Calabria natum. Hinc ad ejus obitum biographus progreditur, quem tantisper deserimus, ut ex Actis S. Vitalis, in Tom.* 2. *Martii illatis & ab auctore ferè coævo scriptis,* S. Lucæ *cum Vitale congressum, ab anonymo nostro omissum, referamus.*

E *conditisque instauratisve monasteriis templisque variis,*

16 *Sic isthic ad diem* IX *Martii pag.* * 28. *legitur :* Cùm ergo sanctitatem hujus prænognitam insignis ubique fama loqueretur ; accidit, ut ad magnum, quod Armentum dicitur, monasterium

(visitato item

A monaſterium, rumor famoſiſſimus perveniret. In eo ſiquidem monaſterio Prælatus habebatur ac Rector, vir quidam beatus & ſanctus multumque acceptabilis & Deo carus, cui nomen erat Lucas. Hic poſtquam bona opera, fama ubique volante, ac durum eſſe vitæ hominis illius * accepit, in magnam incidit admirationem, & in ſeipſo cogitans, quòd tanta gratia illi eſſet; mox arreptâ viâ, quæ ducit ad Sanctum, dicebat intra ſe: Ego ipſe vadam, & videbo, ſi vera ſunt, quæ dicunt de eo: gaudenſque B. Lucas ſuper equam candidam, ſicut diſpoſuerat, ad virum, Dei voluntate, pervenit. Tunc, præmiſſo ſalutationis elogio, conſueta capitis inclinatione & genu flexo, mutuam ſibi reverentiam impenderunt. Deinde ad oſtium ſpeluncæ conſidentes, ſermones ſacros & utiles in medium deduxerunt, per Spiritum ſanctum loquentes inter ſe. Jam jamque vir Dei Lucas, quæ de ipſo indice fama cognoverat, operum experientia probavit. Appropinquante tunc hora conſtituta Vitalis jubet diſcipulo ſuo, Vade, inquiens, & ad venientis gratiam Fratris de frumento elixa & cum pane modico para nobis. Celer miniſter accelerat dicta jubentis, & adveniente hora ſecundum regularem conſuetudinem præfati Patres pariter oraverunt.

S. Vitale) 17 Tunc appoſito à diſcipulo frumento in menſa, & eſcis in unum receptis, compatiens B. Vitalis, ad ſuum ait diſcipulum: Vis
B benedictionem Patrum acquirere, Frater Helia, veniente ad nos tanto viro? Vade & affer in medio menſæ de cepis horti: has enim S. Vitalis ſolitus erat cum pane hordeaceo manducare. Allatis illico cepis, unam illarum in quatuor ſecuit partes & appoſuit: quod dum conviva ille Lucas videret, Parce, inquit, Pater, parce, cibum iſtum caprinum longè fac à me, quia mortem inſerit comedenti. Sanctus autem Vitalis intrepidè, ſicut conſueverat, cœpit comedere: quem ùt vidit B. Lucas ita facientem, exinde cum timore accepit, & ore ſuo ſimul deguſtans & gutturi mandans, ſtatim cecidit tamquam mortuus ad terram. Surgens autem B. Vitalis oravit in hæc verba: Domine Jeſu Chriſte, qui omnia ad ſalutem ſervorum tuorum conſtituiſti, & credentes in te probari permittis, ut ad majoritatem boni operis valeant provenire;
C exaudi me indignum, & hunc Famulum tuum ſanum & illæſum oſtende. Hæc orante B. Vitale, factoque ſuper eum Crucis ſignaculo, continuò, qui jacebat, ſurrexit, & procidens ad pedes ejus, Parce, inquit, mihi, Sancte Dei; quoniam nunc cognovi & vidi magnalia in te, & quæ multorum relatione didiceram, veritatis robore fulcita non ambigo. Ipſe egreſſus unus ero de prædicantibus nomen tuum, virtutes magnificas referans univerſis. Tunc elevans illum S. Vitalis, ſimulque orans in pace abire dimiſit, glorificans Dominum, qui in Sanctis ſuis mirabilia operatur. *Perpetua abs illo congreſſu inter hos Sanctos amicitia fuit, utì ex iis, quæ de S. Vitalis reliquiis, Armentum poſtmodùm tranſlatis, paulò pòſt dicentur, neminem non facilè collecturum puto. Ad biographum noſtrum redeo.*

18 *Effluxerat jam triennium ex quo, velut alter Job, gravi à dæmone in ſuris morbo percuſſus* S. Lucas *claudicaverat: non ceſſabat tamen, filiorum ſollicitus pater, ab obeundis, quibus præerat, monaſteriis; undè cùm aliquandò Armentum reverteretur, in extaſim raptus ex angelo imminere ſibi vitæ laborumque terminum edoctus eſt. Maturavit itaque reditum, moxque ubì Armentum pervenit, lecto decubuit, ac brevì pòſt, filiis bene precatus felici exitu migravit ad Dominum,* III Id. Octobris, *inquit anonymus*, à mundo condito ſexies milleſimo nonageſimo tertio, *ſepulturæ traditus a S. Sabba, à quo primis monaſticæ vitæ præceptis imbutus in S. Philippi Agyreni monaſterio fuerat. Defuncto* Luca *Carbonenſe monaſterium rexit (fortè & reliqua, quæ* Lucas *rexerat) Blaſius, quem Menas excepit; hunc Stephanus, cognomento Theodolus: Stephanum verò* Lucas II. *qui in Teſtamento, quod anno* 1057 *Hieroſolymam profecturus condidit, horum abbatum, teſte Paulo Æmilio, catalogum texuit, ac ſucceſſorem & germanum habuit Blaſium II. Reliquos hujus monaſterii archimandritas ſeu abbates Paulus jam ſæpè laudatus dabit.* *diem ſupremum anno 993 claudit Armenti,* D

19 *Servatur adhuc Armenti ac religioſè colitur* S. Lucæ *corpus in templo ipſius nomini dicato; & quem in terris adhuc verſantem patronum defenſoremque experti ſuo bono haud ſemel incolæ fuerunt, cœlo receptum non minùs ſibi fore propitium rati, in patronum oppidi ſui tutelarem elegerunt: enituit verò maximè ſeculo* XI *Lucæ II, Carbonenſis abbatis, in* S. Lucam *pietas & veneratio, condito Armenti ſub ejus invocatione templo, in quod, ùt auctor eſt Paulus Gualtieri de Sanctis Calabriæ Lib. I. Cap.* 36., S. Lucæ *ſacras exuvias tranſtulit, die* XVIII *Octobris, S. Lucæ Evangeliſtæ ſacro; ex eoque tempore factum ait, ùt Officio Eccleſiaſtico, quod hodieque fit, coli ejus memoria cœpta ſit: quæ quidem verè abs illo dicta eſſe non dubito; cùm & MS.* S. Lucæ *Vita, quæ apud nos eſt, in varias per Octavam Lectiones ad Matitunum recitandas diſtributa ſit, adjecta inſuper ad ejus calcem hac oratione:* Auxilium tuum, Domine, quæſumus, nobis benignus infunde, ut beati Lucæ Confeſſoris tui atque abbatis gloriosis precibus adjuti pietatis tuæ clementiam in cœleſti gloria obtinere miſericorditer mereamur. *Verumtamen, quod obiter dictum ſit, cùm* S. Lucam *ait Gualterius, mortales exuvias depoſuiſſe Agrumenti, locum hunc cum Armento malè confundit.* *ubi ejus corpus,* E F

20 *Veneratur item* S. Lucæ *reliquias Tricaricenſis in Lucania cathedralis eccleſia, de qua agens Ughellus Italiæ ſacræ auctæ Tom. 7. col.* 145. *& ſeq. hæc habet:* In cathedrali baſilica hujus urbis Deiparæ Virgini Mariæ dicata aſſervantur ſanctorum reliquiæ Lucæ, Vitalis, Hilarii & Joannis de Galaſſo eremitarum, qui in vicinis ſolitudinibus Evangelicam vitam duxerunt, & brachium S. Lucæ argento coopertum. *S. Vitalis corpus (vide Tom.* 2. *Martii pag.* 32. *binaſque ſeqq.) Rapollâ Guardiam, hinc Turim tranſlatum, inde clàm ablatum Armenti in* S. Lucæ *templo collocatum fuit; ut quorum* *uti & aliquæ ejus reliquiæ apud Tricaricenſes religioſè ſervantur.*

A *rum, dum in vivis erant, conjuncti fuerant animi, poſt obitum conjungerentur & corpora:* Poſt dies tres, *inquiunt Acta Tranſlationis*, apparuit S. Vitalis in ſomno quibuſdam reverendiſſimis perſonis Turrienſium incolarum, confortans eos, & dicens: Quare civitas ſic movetur propter me quotidiè, ſuſpirat? Nolite, filii, contriſtari amodò, ſed exultate, potiùs & gaudete, quia etſi placuit quadam ineffabili Dei diſpoſitione, corpus meum eſſe cum fratre meo Luca, non ſum tamen à civitate veſtra ſpiritu ſegregatus. *Cùm itaque de ſacro* S. Lucæ *abbatis cultu abundè ex dictis conſtet, non immeritò eum Ferrarius, qui Carbonenſe monaſterium Armenti perperam collocat, in Catalogum SS. Italiæ, Franciſcus Caraffa in Pantheon Siculum, Caſtellanus in Martyrologium Univerſale, Octavius Cajetanus in Martyrologium Siculum intulerunt. Et hic quidem his verbis:* Ennæ (*ubi natum cum Pirro putat*) S. Lucæ, abbatis monaſterii Carbonenſis in Lucania Ordinis S. Baſilii. D

VITA

S. LUCÆ ABBATIS.

CAPUT I.

S. Lucas, Siculus, ſpretis nuptiis, vitam monaſticam amplexus varia monaſteria morum ſanctitate illuſtrat.

B E

S. Lucas, in Sicilia

a *b* *c* *d* *e* *f* *g* *h* *i* *k*

HUNC ſanè eximium & virentem pretioſæ arboris ramum nobis Sicilia *a* produxit, ex qua frequenter exorti cùm Martyrum flores, ut Felix, & Januarius cum ſociis, *b* Pancratius & Euplius, *c* aliique complures; tum Virginum, ut B. Agatha Catanenſis, *d* Lucia Syracuſana; *e* tum etiam Confeſſorum ut Ambroſius, *f* ſummus Doctor Occidentis eccleſiæ, Philippus Agyrenæus, *g* Gregorius Agrigentinus, *h* Hilarion, & Joannes frater ejus, *i* Vitalis *k* cum venerabili Patre noſtro Luca, cujus modò hiſtoriam proſequimur.

nobili genere ortus, ſpretis nuptiis,

* An ditiſſimi?

2 Hujus igitur parentes genere nobiliſſimi, & in ſeculo mitiſſimi * floruerunt: & genitor quidem Joannes dictus, mater verò Thedibia, Dei admodum juſtitiâ, & gratiâ decorati. Ab his progenitus Lucas, Chriſtique fide nutritus, non ſecularium literarum ſcientiâ, ſed divinâ imbutus eſt diſciplinâ. Siquidem acerbis occaſionibus, ac fortuitis, quibus lubrici crebrò volvuntur incurſus, exagitatus, cum literarum ſtudiis divinam ſapientiam addiſcere non potuiſſet, ſolo Dei amore adjuvante, quæ literis non valuit, ipſius timore arripuit. Scriptum eſt enim: "initium ſapientiæ timor Domini." *l* ſed & in obedientia parentum, ad legitimæ ætatis florem perſeveravit, ejus ſententiæ non ignarus: "honora patrem tuum, & matrem tuam, ut ſis longævus ſuper terram"; *m* à quibus cum ad matrimonium crebrò pulſaretur, aures verbis noluit applicare. Quippe ſolo Dei amore confiſus, non hujus modò, verùm etiam futuri ſeculi dolores, & ſuſpiria fugiens, Chriſtumque Salvatorem mente ſequens, nihilque omnino præter ipſius nomen, & præcepta in Euangelio ſcripta ſecum portans, domum ſuam non ſupra arenam, ſed ſupra firmam petram fundaverat. AUCTORE ANONYM. COÆVO.

C *l* *m*

3 Quare à patria Demena, *n* ad Beati Philippi Agyrenæi cœnobium *o* veniens, à Monaſterii Abbate *p* humaniſſimè ſuſceptus, exemplis jam, præceptisque confirmatus, atque inſtructus, viatici loco, ſolas ſecum deferens Abbatis preces diſceſſit. Vir autem prophetico ſpiritu clarus, & ab iis tum habitus eſt, & ab aliis deinde, qui ejus conciones audierunt. Sed enim inhabitantem in ſe gratiam adeptus eſt, quâ ceteri poſtea in hodiernum uſque diem profecere. Sed quemadmodum diverſarum hiſtoriarum exempla, atque ordinem ſumens, varioſque mirificè colores imaginibus apponens, templum peritus pictor ſtudet exornare, ſic ille SS. Fatrum doctrinas, exempla, atque opera ſecutus, eaque diverſos veluti colores aſſumens verum Dei templum, animum ſcilicet ſuum, adornare ſtatuit, eaque ratione ornatus, ad ſanctiſſimum virum venit, religioſiſſimè in ſpelunca, in Rhegii opidi finibus degentem Eliam nomine *q*. nec immeritò; quippe ſolis inſtar *r*, cum doctrinæ, tum exempli ſplendore totam Calabriam regionem illuſtravit, diſcipulis tamquam ſtellarum choro ſtipatus. Hic hoſpitis indolem intuitus, hominem honeſtiſſimè ſuſcepit; atque ex auro ſuſcepto ſapientiſſimus artifex vas pretioſum effecit. Quis verò Sanctiſſimi Lucæ ſtudium ſeſe ad ſapientiſſimi præceptoris mores conformandi, ejus cùm addiſcendo, tum implendo præcepta

monaſticam in Sicilia vitam, pòſt apud Rhegium in Calabria amplexus, *n* *o* *p* F *q* *r*

AUCTORE ANONYM. COÆVO.

oratione vel explicet vel cogitatione complectatur? Illud enim noster Eliseus præcinebat *s*, ne ab Eliæ sui vestigiis abesset longiùs.

s *Hinc Saracenorum incursu Noam tendit;*

5 Sed humani generis hostis infestissimus tantæ nimirum religionis formam nequaquam ferens, gentem in nos praviſſimam excitavit. Ac propter innumeram nostrorum delictorum multitudinem, tradidit nos inimicorum manibus Deus. Verumtamen ad solam correctionem, non pro eo ac merebamur, flagellari permisit. Hæc autem omnia, Spiritûs Sancti gratia revelante, Beatissimus Lucas Calabriæ Provinciæ eventura præcognoscens, ipsamque canum morsibus devorandam, simul quòd in ea nihil virtutis coleretur, ab eo, quem diximus, speluncæ loco discessit, in Domino confidens, nullasque pro flagellandis impiis, fundendas preces cognoscens: quemadmodum in veteri Testamento Deus Moysi clamanti, ait: ne me exores pro populo isto, non enim parcam corporibus eorum; & Salomon: pater, qui parcit baculo, odit filium; & quem diligit, accuratè corrigit. *t* Et Apostolus de quodam impio, qui noverca abutebatur: tradam eum Satanæ, in interitum carnis; non est apud Apostolum; forsitan salvabitur anima ejus in die judicii. *u* Sed ut Moyses ex Ægypto recedens corporeas *x*, sic ipse spiritales secum divitias virtutum asportavit, & in opidum, quod Noa *y* dicitur, venit. Invenitque ibi Basilicam sub Petri Apostoli nomine; non tam novâ gavisus provinciâ, quàm Apostoli patrocinio; ibique mansit, illud habens in ore: factus sum apud te, sicut peregrinus, sicut omnes Patres mei. *z*

t

u

x

B

y

z

sed popularem auram fugiens,

6 Ceterum tantæ probitatis fama brevi tempore adjacentem regionem replevit, omnesque ad eum finitimi, tamquam ad Apostolum, conveniebant: " non enim potest civitas abscondi suprà montem posita. " *aa* atque " omnibus omnia factus est ", *bb* ut omnes lucrifaceret, quare & ægris medicum, & esurientibus spiritalem, & corpoream escam ministrabat, quocumque enim humano munere longè melius est Verbum Dei. Peccatorum præterea fuit conversio, afflictorum consolatio, necessitate laborantium adjutor. Hìc septem annos commoratus statuit in alium locum, ubi incognitus, privatusque esset, secedere; timens ne humano favore usus, Dominum sibi dicentem audiret: " recepisti mercedem tuam " *cc* quemadmodum Ægyptius Hilarion *dd* fecit, magni illius Alexandrini Antonii discipulus, qui similiter ne ob popularem auram æternam perderet gloriam, Alexandriâ in Africam fugit; inde in Siciliam, tum Anconam Galatiæ civitatem, denique in Cyprum, ubi feliciter migravit, ac sicuti hic Antonius, priscis temporibus, apud Deum potens factisque magnificus, ita Beatissimus Lucas ætate sua fuit.

aa

bb

C

cc

dd

S. Juliani monasterium virtutibus suis

7 Ergo profectus Noâ, *ee* ad vetus jam, dirutumque S. Juliani cœnobium *ff* venit, juxta flumen Agrumenti, quod refecit, auxitque. Ibique tamquam thesaurus in agro deserto permansit: cumque virorum maxima ad eum turba confluëret, eorum complures monastico habitu vestivit, quorum generator secundum Euangelium exstitit, eum scilicet sequens, qui de Virgine carnem sumpsit, ut illuminaret cæcos, disperſosque congregaret; suis illos institutionibus instruendo, hospitalitate, humilitate, abstinentia, caritate mutua, fraternaque. Atque ut brevi cuncta perstringam, omnibus sese ad omnem virtutem præbebat exemplum: nemo enim preces, eleëmosynas, innumeramque bonorum operum multitudinem, quæ privatim, ac publicè, diu noctuque, ignorantibus ceteris, præstabat, explicare sufficiat: nec ulli rectiùs comparari potest, quàm Joanni Eleëmosynario, Patriarchæ Alexandrino. *gg* Utriusque enim opes, quò cunctis expendebantur largiùs, eò cumulatiùs augebantur. Eodem enim tempore cum totam Marsorum Provinciam *hh* valida fames invaderet, eoque universi concurrerent, è suis cuidam præcepit Sanctissimus Lucas, ut sine parsimonia omnia omnibus præberet. Interea augebatur largitate res domestica. Sed cum ille pretium pro eleëmosynarum erogatione quodam die recepisset, minui opes, fratresque coram Abbate sanctissimo queri de victu cœperunt, quòd vix ad hebdomadam sibi, duasve ad summum sufficeret. Quare mitissimus Pater, eo rejecto, alium, qui eidem negotio præesset, substituit; quo omnibus de more elargiente, annona crescere denuo cœpit. Tantaque abundantia subsecuta est, ut non ad binas solùm hebdomadas, sed etiam ad annum victus ille tenuissimus suffecerit. Unde universi, quotquot aderant, valde sunt admirati. Hic nempe fuit " fidelis servus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut daret illis escam in tempore suo " *ii*.

D

gg

hh

E

ii

haustisque divinius scientiis illustrat.

8 Ex quo ipso tempore contigit, ut mira per ipsum operaretur Deus. Nam & dæmones ab obsessis fratrum corporibus pellebat, & more Apostolorum, solo sudarii sui tactu, sanabat ægrotos. Nec verò per se solùm, sed per fratres etiam sibi subjectos, cum amictu suo missos, eadem operabatur. Eoque res processit, ut illi solo Lucæ nomine in sanandis ægris uterentur. Qui, ut jam diximus, non literis, sed orandi dumtaxat modo, psalterioque instructus, ad B. Eliam venit, ex eaque cum summo Anachoreta consuetudine, regulam omnem, ac monasticam didicit disciplinam; sanctique Spiritus in eo gratia redundante, ad eam scripturarum intelligentiam, eumque perfectionis cumulum pervenit, ut non planas modò Scripturas, sed profunda etiam mysteria, ac philosophorum subtilitates, & latibula, studiosa interpretatione discuteret, ac denudaret. Itaque stupebant ceteri, quomodo literas cum non didicerit, ea tam perfectè profundeque aperiret. Cum verò divino simul timori, amòrique omni studio esset deditus, non minùs quàm in lacu Daniel à leonibus observatus, ipse ab optimatibus timebatur: nec secus ac Danielis interitum qui exoptabant, illo servato, devorati sunt: quisquis Sanctissimum Abbatem turbare tentabat, ipso illæso, plectebatur. Fuit enim è primatibus quidam, vicinorum S. Juliani monasterio

F

A monaſterio pagorum dominus, nomine Landulphus, qui cupiditatis, & invidiæ ſtimulis à diabolo laceſſitus, quod ſibi fortè agros, ſervitia, & vectigalia, ob auctas Monaſterio poſſeſſiones, ſtudioſamque vicinorum religionem videret imminui, Monaſterium perditum ire conſtituit. Quod cùm Abbas Sanctiſſimus, revelante ſpiritu, præcognoviſſet, fratribuſque prædixiſſet, eos perterritos conſolatus eſt. Adjecitque, tantam temeritatem non ipſis, verùm homini nocituram: rem exitus probavit: ſiquidem cùm ad deſtruendum cœnobium veniret, in itinere jam raptus evanuit, nec uſquam viſus eſt. Hoc autem cognoſcens Vir Sanctus, cœpit cum propheta dicere: " maledicant illi, & tu benedices; qui inſurgunt in me confundantur, ſervus autem tuus lætabi-
kk tur " *kk*

ANNOTATA.

a Siciliæ *nomine Calabriam hìc intelligi debere contendit Paulus Æmilius Sanctorius in Hiſtoria monaſterii Carbonenſis; ſed ſtrictè Siculus fuit ex biographi mente. Vide Comment. prævium numm.* 3 *&* 4.

b *Hi quidem in Siciliam ex Africa ducti, illic vincula tulerunt; ſed nati non fuerunt. Vide in Opere noſtro diem* VII *Januarii.*

B c Pancratius *die* III *Martii*, Euplius XII *Auguſti colitur; ad quas dies relati ſunt in Opus noſtrum.*

d *Eam ſibi etiam adſcribunt Panormitani: Vide in Opere noſtro* V *Februarii, quo colitur.*

e *Colitur* XIII *Decembris.*

f *Dabitur ad* VII *Decembris. Non fuit patriâ Siculus, ſed Gallus.*

g *Colitur* XII *Maji:* Agyrium *autem Siciliæ inter Etnam & Ennam montes oppidum eſt. Vide num.* 4 *Comment. prævii.*

h *Hujus nominis epiſcopus inſcribitur Martyrologio Romano ad diem* XXIII *Novembris: Ejus Acta habes apud Cajetanum in Vitis SS. Siculorum Tom. I. pag.* 188. *& ſeqq. auctore Leontio presbytero, qui illum* prope urbem Agrigentinam *natum ſcribit: alterum Gregorium, Agrigentinum item epiſcopum memorat Cajetanus, ſed minùs celebrem: de priore igitur hìc videtur ſermo inſtitui.*

C i *Iidem videntur eſſe, qui* Hilarius *&* Joannes de Galaſſo, *quorum reliquias in Cathedrali Eccleſia Tricaricenſi Ughellus num.* 20 *laudatus ſervari ſcribit: de* Hilario de Galaſo *ſit etiam mentio Tom. III. Martii in Vita S. Vitalis pag.* * 28. *ceterùm horum ſanctiſſimorum fratrum, quos Sicilia tulit, res geſtas nondum ſibi exploratas, inquit Cajetanus in Animadverſionibus in S. Lucæ Vitam.*

k *Acta ejus illuſtrata habes Tom. III. Martii ad diem* IX *ejuſdem menſis. Familiaris hic S. Lucæ & Ordinis Baſiliani pariter abbas ex num.* 20 *Commentarii prævii fuit. Natus fuit Caſtri Novi in Sicilia ex Actis: Vita MS.* S. Lucæ, *quæ penes nos eſt,* Merinitam *facit, ſed vitioſè.*

l *Pſalm.* 110. ℣. 10.

m *Exodi* 20. ℣. 12.

n Demena *Siciliæ regio eſt num.* 3 *Commentarii prævii deſcripta: Legendum fortè* Enna *vel* Mena, *quæ Siciliæ oppida ſunt. MS. noſtrum habet* Merina, *ſed corruptè.*

o *Mendosè habet MS. noſtrum* B. Philippi Largirii cœnobium: *ejus notitiam habes num.* 4 *Comment. prævii.*

p *S. Saba, primo* S. Lucæ *inſtitutore, ùt ex Lucæ II Carbonenſis monaſterii abbatis Teſtamento Paulus Æmilius Sanctorius ſcribit: idem* S. Lucæ *noſtro morienti adſtitit ex Actis ad calcem.*

q *Alius is eſt à S. Elia Juniore: plura vide num.* 5 *Comment. prævii.*

r *Alluſit hìc ſcriptor ad affinitatem vocum* Elias *&* ἥλιος, *Latinè* Sol.

s *Lege:* præcavebat.

t Qui parcit virgæ, odit filium ſuum; qui autem diligit filium ſuum, inſtanter erudit. *Prov.* 13. ℣. 24.

u Jam judicavi. . . . tradere hujuſmodi ſatanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus ſit in die Domini noſtri Jeſu Chriſti. 1 *ad Cor. Cap.* 5. ℣. 4. *&* 5. *Delenda ſunt verba hæc*: non eſt apud Apoſtolum *malè in textum Scripturæ intruſa.*

x Vaſa argentea & aurea, veſtemque plurimam. *Exodi* 12. ℣. 35.

y *Non unum hujus nominis oppidum eſt: hìc* Noa *indicatur, quæ inter Agrium flumen & Apennini radices, quà Lucaniam à Calabria dividit, ſita eſt. Eò acceſſit* S. Lucas E
ſub annum 959. *ex num.* 9 *Comment. prævii.*

z Quoniam advena ego ſum apud te, & peregrinus, ſicut omnes patres mei. *Pſalm.* 38. ℣. 13.

aa *Matth.* 5. ℣. 14.

bb 1. *Ad Cor.* 9. ℣. 22.

cc *Matth.* 6. ℣. 2.

dd *Colitur* S. Hilarion XXI *Octobris: natus fuit in Paleſtina; in Ægypto tamen aliquando verſatus: hunc ex Oaſi, peragrata vaſta ſolitudine, Paræetonium, Lybiæ urbem maritimam perveniſſe; inde verò in Siciliam, è Sicilia in Dalmatiam profectum ac demum in Cypro mortuum ſcribit S. Hieronymus apud Roſweydum in Vitis Patrum.*

ee *Sub annum* 956. *ex num.* 9. *Commentarii prævii.*

ff *De hujus cœnobii ſitu videſis num.* 11. *Commentarii prævii*

gg *Conſule ejus Acta apud nos data ad diem* XXIII *Januarii, quo colitur.*

hh *Seu* Marſicorum *ad flumen Agrium pariter ſitam.* F

ii Omnia à te expectant, ut des illis eſcam in tempore. *Pſalm.* 103. ℣. 27.

kk *Pſalm.* ℣. 28.

A

CAPUT II.

Armenti monaſterium condit, variiſque prodigiis clarus diem ſuum obit.

AUCTORE ANONYM. COÆVO.

Ottonis Magni metu Armentum ſecedens, ibi monaſterium condit,

DEinde verò *a* Nicephori Conſtantinopolitani Imperatoris *b* tempore, ferox quidam *c* ex Tranſalpinis nationibus in Italiam venit, ut diriperet, atrociterque Græcorum urbes expugnaret. Timentes igitur eò in nos cum imperio venturos, in munitum caſtrum fugere cogitavimus. Sed cum inter ſeculares homines verſari, nobis turpe videretur, *d* ſtatuit magiſter noſter in privatum locum, naturaque munitum contendere, qui ſive ad caſtelli ædificationem, ſive ad munitionem non nimio opere indigeret. Diverſa igitur montana loca tentans, congruum tandem nactus eſt, non ſuæ, ſuorumque modò, ſed eorum etiam, qui in vicinis cœnobiis degebant, ſaluti conſentaneum. Hic primùm Baſilicam ſub Mariæ Virginis, Petrique Apoſtoli nomine conſtruxit. *e* Tum afflictis omnibus, ſuoque auxilio indigentibus erat auxiliator, & medicus. Non enim pauperibus ſolùm, eoque fluentibus quibuſcumque ſuccurrebat, ſed omnibus etiam, quacumque ægrotatione languentibus, dæmoniſque infeſtationibus oppreſſis, ne cui caritatis viſcera claudere, quæſitæ ſanitatis, invocato Dei nomine, præſtabat effectum. Sed nomen ſanctitatis à ſe volens repellere, ventoſamque populi gloriam æternæ corruptricem fugere, herbaria cataplaſmata, & epithemata languidis apponebat, ut herbarum vi facere putaretur, quod divina virtute, ac nomine operabatur.

a
b
c
d

B

e

a quo Saracenos

10 Jam verò ædificium illud, de quo jam diximus, vel ab ipſo initio Armenti Caſtellum, Calabro autem idiomate rupes Armos appellatum, non fortuitò, aut temerè, ſed divina quadam providentia ad ſalutem protectionemque multitudinis illuc ad refugium concurrentis perfecit. Aliquando enim Agareni, qui & Sarraceni dicuntur, in eamdem provinciam venientes, *f* plurimamque capientes turbam, & ubique deprædantes uſque ad Armenti viciniam cucurrerunt, ubi cum fratribus ſuis Vir Dei manebat; caſtraque metati ſunt in campo, ubi Sanctiſſimæ Virginis ſacellum ſitum eſt. Et jam per campeſtria diſcurrentes, exſultanteſque ſacrumDei genitricis locum immundis pedibus, accubitu, nefariiſque ſceleribus polluebant. Quas ille in Virginem injurias, & innumerabilium fere captivorum calamitates audiens, quos catenis conſtrictos tenebant, in ſingultus, gemitus, fontemque lacrymarum effuſus, hymnum, quem tres pueri cantabant in fornace, recitabat; illudque David: " Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum, poſuerunt Hieruſalem in pomorum cuſtodiam." *g* Hæccine, Domine, gentes in ſervos tuos faciunt? quorum alios occiderunt, alios flagellaverunt, alios turpiter, & crudeliſſimè captos tenent, ut in captivitatem, & ſervitutem ducant. Et nunc, Domine, diminuti, afflicti, & humiliati ſumus ſuper omnes in terra. Fac nobiſcum ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ, & libera de hac captivitate ſervos tuos. Ecce enim, Domine, ſicut feræ ſilveſtres, leoneſque inſurrexerunt, alumnoſque tuos devoraverunt, dicentes; ubi eſt Deus eorum: Et quis Deus eripiet eos de manibus noſtris? " Propitius eſto, Domine, & ne des in opprobrium ſanguinem ſervorum tuorum. " *h*

C

f

D

g

Dei arcet auxilio,

11 Hæc D. Lucas cum fletu, & lacrymis dicens, cum fratribus vigilias egit. Et quemadmodum in Veteri Teſtamento Deus locutus eſt Moyſi, dicens: Quid clamas ad me; eleva virgam tuam, & percute mare, & pertranſibis tu, & filii Iſraël, ſic & beatiſſimum hominem allocutus eſt, dicens: Quid clamas ad me? loquere cum fratribus tuis, & accingant ſe cuncti. Tu verò accipe baculum tuum, ad pellendos hoſce canes præibis; nec enim ſtare poterunt à facie ſplendoris gratiæ ſpiritûs tibi conceſſæ; inveniſti enim gratiam apud me. His auditis, Beatiſſimus Lucas ſeſe ut vir fortis accinxit, ſtetitque in porta, cunctos ſuos inſpiciens, & robuſtiſſimos quoſque, ceteris in Caſtello relictis, elegit; cruciſque ſigno munitus, tamquam ſtrenuium militum dux, ingenti animo, extra portam electos cohortatur: ſumenſque à Gedeone exemplum, qui ex ingenti multitudine paucos elegit, quibus infinitos hoſtium cuneos ſuperavit; & à Jeſu Nave, qui parva ſimiliter manu maximas ſæpe copias profligavit, dicit ad ſuos: Et vos debentes animas pro fratribus veſtris ponere, exite in ſpe victoriæ, acriterque contra Chriſti, Chriſtianæque rei hoſtes infeſtiſſimos pugnate. Tradet enim eos in manus veſtras Deus, atque hæc dicens, extendit manum ſuam, benedixitque ipſis, & oravit, contraque Agarenos dimiſit: hi verò cum ſe ad defenſionem præpararent, magnum ignis fulgorem equum circumire candidiſſimum, cui Pater ſanctiſſimus inſidebat, aſpexerunt: cumque eorum facies flamma coruſcans obtunderet, nimio terrore in fugam converſi ſunt, omnesque in prælio corruerunt. Plurimi ergo gladio cæſi, alii verò captivi ducti, alii demum turpi evadentes fuga, armis expoliati ſunt. Hac verò pro voluntate uſus victoria Sanctiſſimus Dei Famulus, hunc pſalmum cantare incœpit: " Exurgat Deus, & diſſipentur omnes inimici ejus, & fugiant, qui oderunt eum, à facie ejus. " *k*

E

F

editiſque ibidem

12 Poſt modicum verò tempus, omnibus ſolum cœnobiis, glorioſiſſimo Viro ſubjectis tam gravis morbus incubuit, ut monachi fere omnes ad mortem ægrotarent. Quod valuit imprimis cùm ad Lucæ dignitatem augendam, tùm ad totius congregationis patientiam, & coronam. Nam ſingula is cœnobia,

A nobia, fratreſque ſingulos inviſens, precibus complures ad vitam, ſalutemque revocabat. Quos verò non ſanabat, ii tam ſuaviter, hilariterque migrabant, ut non emori, ſed de morbo jam ad ſanitatem, de triſtitia ad lætitiam de morte tranſire viderentur ad vitam. Contigit autem cum ſingulos eo, quem diximus, modo, in monaſteriis viſitaret, ut è fratribus quidam Nicolaus nomine decederet, ejuſque anima ad inferos duceretur; ſed corpus tres ipſos dies, totidemque noctes per aſperas Armenti rupes tres aſpectu Aethiopes raptaverunt, cum ille Patris Lucæ ad ſe liberandum expectaret adventum, ac frequentibus ſuſpiriis, gemitibuſque clamaret. Interea dum ſic afficitur, ecce tibi ſenex quidam candidiſſi-
I mus, ſacerdotalibus indutus veſtibus; *l* quo appropinquante, fugere nigerrimi illi, horribili cum clamore, mugituque cœperunt. Cum autem ſenis illius manibus teneretur, ac ſurſum duceretur ab inferis, en Beatiſſimus Lucas occurrit, corpore in ſudorem vehementi curſu ſoluto; ad quem ſenex: ſiccine gregem tuum lupis ad rapiendum reliquiſti? cui Lucas; obſecro, Domine, parce mihi, venio enim à reliquis fratribus viſitandis, graviſſima ægrotatione laborantibus: cumque de ſenis manibus eum ſuſcepiſſet, receſſit ſenex; & qui mortuus fuerat, ſurrexit, reſedit, ſanumque ſe reperit in lecto, aſtante ibidem Venerabili Patre Luca, atque in gemitu, & lacrymis orante, Deoque gratias agente. Sed Nicolaus cum hæc triduum ſiluiſſet, cuncta pòſt, quæ ſibi in inferis evenerant, enarravit.

prodigiis, m

13 Nec id ſemel factum. Sæpius, quemadmodum B. Confeſſor Nicolaus, *m* multiſque, ante, vel poſt mortem ad auxilium, & ſalutem, noſter Lucas apparebat. Nam & cuidam præterea, qui de rupe in præcipitium ſubiverat, adfuit, offenſoque, ac vulnerato ſubvenit adeò, ut nullum in eo læſionis ſignum apparuerit. Hæc, & his ſimilia prope innumera cum ageret, fratres monere non deſiſtebat, tum ab antiquis patribus exempla ſumens, tum à ſuis fratribus, qui deceſſerant; ſimulque ne duorum, qui
C nuper defuncti erant, vitioſam, ſed admirabilem potiùs ſanctiſſimi cujusdam Antonii, *n* qui tunc migraverat, vitam imitarentur. Qui cum totius Congregationis fuiſſet Œconomus, nulla in re ulli umquam moleſtus, ſed omnibus dulcis, mitis, obediens, atque ut paucis omnia de ejus vita, moribuſque complectar, magno illi Antonio ad extremum vitæ ſpiritum ſimillimus fuit.

n

conditis inſtauratiſve pluribus monaſteriis, o

14 Hæc in templorum concionibus prædicabat, quorum magnam ex parte ædificator fuit, vel etiam inſtaurator. Namque B. Laverii *o* ædem cum jam dirutam inveniſſet, propriis manibus ligna incidit, lapides ad calcem coxit, eamque demum refe-
p cit. Nolebat enim niſi manibus operaretur, manducare, juxta illud Apoſtoli: "Si quis non vult operari, non manducet." *p* & unuſquiſque propriis manibus operetur, ut habeat quid manducet. Cum autem humani generis inſidiator egregiis quibuſque rebus invideat, videns eum bonis operibus vocantem, ipſum (ſicut & Job feciſſe legitur) tentare ſimiliter aggreſſus eſt, & in ſuris quidem percutiens, vulnera ei chronica intulit, ex quibus triennium durante morbo, pedibus claudicavit. Non tamen à bona umquam ſpe, vel opere ceſſavit. Quin illudentem ſibi diabolum, & à divinis avocare laudibus nitentem deluſit, ac de B. Job more, quò magis vulnus increſcebat, eò Dominum conſtantiùs laudabat.

AUCTORE ANONYM. COÆVO. D

Armenti vero in ſuper parthenone,

15 Sed cum narrationis ſtylus fini jam appropinquet, ipſum aliquantulum retrahamus. Bona, & fertilis arbor plurimos in nobis, utiliſſimoſque fructus præbuit. B videlicet Lucam, ejuſque germanam Catharinam, cum filiis ſuis. Hæc igitur Catharina, B. Lucæ ſoror, juncta priùs matrimonio, filiiſque ſuſceptis, ſancto ſcilicet Antonio, de quo jam meminimus, & glorioſiſſimo Theodoro, altero Angelo; pòſt jam vidua, de Sicilia venit Armentum, monachiſque primùm flexis genibus ſupplicans, tum fuſis fratri ſuo Lucæ precibus, ut monaſtico ſe habitu, ac filios indueret. Sancta femina, voti compos facta Virginum ſocietatem inſtituit, cum quibus honeſtiſſimam in campeſtri, quam diximus, Sanctæ Dei Genitricis æde vitam duxit. Eoque virtutis brevi pervenit, atque eâ Sanctimonialibus normâ
E præluxit, ut fratri non diſſimilis videretur. Quid multa? ea erat omnium ejus Virginum ſanctimonia, ut earum paſtores ab ipſis religione, pietateque inſtructi, ceteris eſſent aliorum monaſteriorum cœnobiis exemplo, ac doctrinæ.

diem ſuum claudit Anno 993 die 13 Octobris.

16 Sed ab inviſendis quadam die monaſteriis redeunti Lucæ contigit in itinere, ut in extaſim raperetur, Angelumque videret, qui de obitu ſuo hiſce verbis faceret certiorem: Vir Dei, Luca, perge citò; appropera iter, quod in hoc mundo extremum perages. Jam enim vocat te Deus. Sed ubi Lucas ad ſe rediit, fratri rem nuntians: maturemus, inquit, domum; jam enim ab hoc me ſeculo vocat Deus, idque Angelo revelante, nunc didici. Cumque domum perrexiſſet, in lecto Pater Sanctus decubuit, finguliſque quemadmodum Jacob filiis, in mortis articulo, fratribus benedixit, ſeque ſigno crucis muniens, feliciter migravit ad Dominum III. Id. Octob. à mundo condito ſexies milleſimo 493. ab Incarn. Domini 993. *r* Adfuit in obitu S. Sabbas, *s* Lucæ moribus, ac ſanctitate par, quem manibus propriis, ingentique cum honore ſepelivit, Deum in eo laudans, cui ſit honor, & gloria in ſecula. Amen.

F

r s

(✠)

ANNOTATA.

a *Monuimus ſuprà* S. Lucæ *biographum nuſpiam mentionem facere Carbonenſis Ordinis S. Baſilii monaſterii, diœceſis olim Anglonenſis, nunc verò Turſienſis in valle* di Sinno *ſiti, tamquam ab illo ſeu conditi, ſeu inſtaurati: facit id hoc loco, priuſquam de* S. Lucæ *in Armentanum caſtrum ſeceſſum agat,*

A *Paulus Æmilius Sanctorius, ac Carbonenſe monaſterium à Luca non quidem conditum, ſed inſtauratum dumtaxat ait, citatis in margine Teſtamento Lucæ II, & Blaſii, Carbonenſium abbatum, narratione, quibus pag.* 14. *abbatis, neſcio cujus, commendatarii ad Epiſcopum Beſiniani jungit Epiſtolam*

b *Anno* 969 *menſe Decembri occiſi, cui id temporis Calabria parebat.*

c *Otto Magnus, qui bellum in Italia adverſus Nicephorum, ob negatam, quam filio ſuo Ottoni conjugem petierat, Theophaniam, Romani Junioris filiam movit.*

d *Auctorem hæc verba indicant rei geſtæ teſtem oculatun.*

e Armenti *ſcilicet, ut paulò infrà ait biographus, Lucaniæ, ſeu Calabriæ nunc oppidi, tum autem caſtri ſemiduriti. Venit autem eò* S. Lucas, *anno* 969, *quo verſatum in Calabria Ottonem non ſolùm ex Hermanno Contracto & Lupo Protospata, num.* 14 *Commentarii prævii citatis, habemus; ſed & aliunde probatum dat Muratorius in Annalibus Italiæ ad annum eumdem.*

B f *Contigiſſe videtur hæc Saracenorum in hoc monaſterium* S. Lucæ *irruptio vel anno* 982, *quò unà cum Græcis Ottonem II. graviſſima clade affecerunt; vel* 986, *quo totam Calabriam dilaceráſſe Lupus Protoſpata in Chronico ſcribit.*

g *Pſalmo* 78 ℣. 1.

h Memor eſto, Domine, opprobrii ſervorum tuorum *Pſalm.* 88. ℣. 51.

i Quid clamas ad me? Loquere filiis Iſraël, D ut proficiſcantur. Tu autem eleva virgam tuam, & extende manum tuam ſupra mare & divide illud: ut gradiantur filii Iſraël in medio mari per ſiccum. *Exodi* 14. ℣℣. 15, 16.

k *Pſal.* 67. ℣. 1.

l *Fortaſſe S. Petrus, Apoſtolus, cui dicata erat Armentenſis eccleſia à* S. Luca *condita.*

m *Videtur hìc ſermo eſſe de S. Nicolao Syracuſano Conf., de quo hæc Octavius Cajetanus in Vitis SS. Siculorum Tom. II. pag.* 32. Celebre etiam fuit olim nomen Sancti Nicolai Confeſſoris Syracuſani, uti conſtat ex Tabulis eccleſiæ Syracuſanæ, ſacriſque monumentis regiæ cappellæ S. Petri in Palatio Panormitano, in qua etiamnum ejus reliquiæ coluntur. Dies natalis nobis ignotus eſt.

n *Infra num.* 15. S. Lucæ *ex ſorore Catharina nepos dicitur.*

o *Paſſus hic S. Martyr* XVII *Novembris: eccleſiæ à* S. Luca *inſtauratæ ſitum habes num.* 15. *Commentarii prævii: hanc hodieque exſtare ait Ughellus Tom. VII. Italiæ ſacræ auctæ, ubi de epiſcopis Marſicanis, col* 486. E

p *Ad Theſſal.* 3. ℣. 10.

q *Aliunde nobis, qui hic memorantur, ignoti ſunt.*

r *Annum* 1000 *ſignârat Caſtellanus ad diem* XIII *Septembris; quem ad hunc diem in* 993 *rectè mutavit.*

s *Abbas monaſterii S. Philippi Agyreni & primus S. Lucæ in vita monaſtica inſtitutor.*

DE S. COLMANO
MARTYRE IN AUSTRIA.

C F
J. B.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§. I. Quis Acta S. Colmani ſcripſerit; quæ ejus patria & proſapia fuerit.

Acta S. Colmani

MOS fuit Occidentalis Eccleſiæ Chriſtianis ſeculo XI, *imperium Romanum S. Henrico, Hungariæ verò regnum moderante S. Stephano, admodum frequens, ut Palæſtinam, beatam illam terram, quam generis humani Redemptor pedibus trivit, ſuoque ſacratiſſimo ſanguine irrigavit, non tam procul diſſita explorandi deſiderio, quàm ſingulari in Hominem Deum pro ſalute hominum illic cruci affixum pietate ducti, terreſtri non rarò itinere, inviſum irent; cujus rei teſtem habemus Glabrum Rodulphum, Cluniacenſem monachum, res ſuâ memoriâ geſtas deſcribentem, lib.* 3. *cap.* 1: Tunc temporis, *inquit*, cœperunt penè univerſi, qui de Italia & Gallia ad ſepulchrum Domini Hieroſolymis ire cupiebant, conſuetum iter, quod erat per fretum maris, omittere, atque per hujus regionis (*Hungariæ*) patriam tranſitum habere. Ille verò (*S. Stephanus*) tutiſſimam omnibus conſtituit viam. Excipiebat ut fratres quoſcumque videbat dabatque illis immenſa munera. Cujus rei gratiâ provocata innumerabilis multitudo tam nobilium,

A um, quam vulgi populi, Hierosolimam abierunt. *Ex hoc Hierosolymam peregrinantium numero fuit* S. Colomanus, Cholomannus, Colmanus vel Colomannus (*variis enim modis nomen ejus à variis expressum legere est*) *Martyrologio Romano ad hunc diem inscriptus, idque ex ea peregrinatione consecutus, ut ad Servatoris nostri instar è patibulo, cui cum duobus latronibus, ùt infrà in ejus Martyrii Actis fusiùs enarratur, affixus, in cœlum viam sibi aperuerit.*

creditur scripsisse

2 *Acta Martyrii primùm typis publicis edidit Petrus Lambecius Commentariorum de Bibliotheca cæsarea Vindobonensi lib. 2. cap. 8 pag. 611 & seqq., præfixo iis hujusmodi titulo:* Historia Martyrii & Miraculorum S. Colomani, natione Scoti, qui anno Christi MXII in oppidulo Austriæ Inferioris Stockerau, olim Asturis vocato, passus est, composita ab Erchinfrido tertio cœnobii Melicensis abbate, qui eodem vixit tempore. *Eadem deinde edidit Anselmus Schramb, Mellicensis Monasterii bibliothecarius, Annalium seu Chronici ejusdem monasterii part. 1. pag. 23 & seqq. Eadem item Tom. I. Scriptorum rerum Austriacarum pag. 97 & seqq. anno 1722 edito, inseruit Hieronymus Pezi-*
B *us Benedictini Ordinis in eodem monasterio professus; qui anno etiam 1713 Crembsii non solùm recudi illa curavit, sed etiam præmissis dissertationibus quinque, subjectisque ad calcem Operis sui Notis illustravit. Scripsisse illa à plerisque creditur Erchenfridus, Mellicensis monasterii, à canonicis ad Benedictinos anno 1098 translati, abbas tertius, ad abbatis dignitatem electus anno 1121, cui sub annum 1163 ex veteri apud Hieronymum Pezium Mellicensi Chronico successit Sygehardus: falluntur igitur Pagius aliique, qui Lambecium, mox citatum secuti, Erchenfridum eodem, quo* S. Colmanus *fuit, tempore vixisse tradunt. Lambecio verò, ut Hieronymus Pezius censet, errandi occasionem hæc Actorum in Prologo verba:* Quocirca nos quidem officio posteris commendare duximus, quæ in nostra regione & nostris quoque gratulamur acta temporibus; *malè scilicet intellecta, præbuére: duas quippe*
C *partes ea Acta complectuntur, quarum prima de iis rebus agit, quæ* Colmano *adhuc in vivis superstite, aut triennio ejus obitum proximè insecuto; altera verò illa enarrat miracula, quæ subsequentium temporum lapsu contigerunt, quibus mox recitata Actorum verba Pezius applicat.*

Erchenfridus Mellicensis abbas:

3 *Facilè quidem, Erchenfridum iis, quæ primâ Actorum parte narrantur, coævum non fuisse concessero: sed nec hoc pacto omnis difficultas evanescit: nam non modò Lucubrationis suæ principio ea, quæ suâ contigêre memoriâ, posteris sese tradere Actorum scriptor ait, sed etiam parte hujus altera, ubi prodigia Mellici facta enarrat, horum sese testem oculatum prodit, ad hunc modum partem Narrationis suæ secundam exorsus:* Ex multis mirabilibus, quæ Dei clementia per suum fidelem Famulum ostendit, pauca, quæ nobis videndo cognita sunt, perstringimus. *Atqui ex undecim, quæ narrat, miraculis priora saltem quinque videre Erchenfridus haud potuit; quidquid de senis posterioribus, quæ, quo contigerint, tempore non adeò liquet, censendum sit. Primi miraculi, quo furis nocturni humana facies in caninam versa est, famâ Petrum Hungariæ regem (imò potiùs, ùt infra ostendetur, S. Stephanum, Petri decessorem) movit, ut ab Henrico Austriæ Marchione* S. Colmani *reliquias in Hungariam transferendas poscerat: secundum, quo Hungaria ob eò avectas Sancti reliquias aëris siccitate, fame aliisque malis afflicta fuit, Petrus ipse expertus est: tertium, quartum & quintum, cùm, ut in Hungariam Sancti reliquiæ transferrentur, tumulus, cui inclusæ erant, effractus est, contigerunt: jam verò Petro in Hungariæ regnum, uti in Chronico Mellicensi apud Hieronymum Pezium legitur, successit Andreas anno 1046. Videre igitur hæc miracula Erchenfridus, anno 1163 defunctus, non potuit, nisi eum anno ætatis, ut minimùm 75 in abbatem electum, vitam ad annos 117 protraxisse dixeris; quod omni veri specie destitutum est: sed nec aliunde certum est, hæc Acta Erchenfridum habere auctorem.*

AUCTORE J. B.

D

E

verum id certum non est;

4 *Fatetur id Hieronymus Pezius, haberi Erchenfridum ajens horum Actorum scriptorem traditione majorum magis, quàm certis argumentis. Fit quidem Erchenfridi in Necrologio Mellicensi, seculo* XII *scribi cœpto, his verbis mentio ad* XVI *Kal. Maji.* Erchinfridus abbas nostræ congregationis obiit. Tertius abbas hujus loci piæ memoriæ, qui Historiam S. Cholomanni dicitur dictasse: *Sed postrema verba à seculi* XIV *manu adjecta fuisse monet, additque Actorum exemplaria, Mellicense, Vindobonense, Garstense, Cremifanense & Windbergense ante annos quingentos (edidit Tom. I. Scriptorum rerum Austriacarum anno 1721) manu exarata, Erchenfridi nomen neutiquam præferre: contendit tamen ex Actorum textibus, ea saltem à quodam Mellicensis cœnobii alumno fuisse composita: sed nec hoc omnino certum apparet. Nam prima quidem Actorum parte nihil occurrit, unde monachum Mellicensem illorum auctorem fuisse inferas. Secunda verò parte hæc occurrunt apud Pezium num.* 12. Ac ita usque ad finem vitæ suæ in servitio degebat fratrum, cujus adhuc filia in nostro est servitio: *num.* 15. Qui mutus quinquennio erat in servitio fratrum: *num.* 16. Quæ oratione fratrum *&c: num.* 18. Domino itaque abbate cum fratribus orante *&c. Verùm cùm canonicis, à Leopoldo Marchione Austriæ Mellici institutis, successerint Benedictini monachi, num primùm illic canonici seculares, an regulares instituti fuerint, quæstio est: si enim regulares, quod quædam saltem, fatente Anselmo Schramb Chronici Mellicensis part.* 1, *ubi de Leopoldo I., monumenta suadent, hi fuerint; nihil in verbis Actorum mox recensitis occurrit, unde de Benedictini instituti alumnis illic sermonem instituit, confici queat; nihilque, quin ea Acta à canonico regulari, Mellicensi incola, & rerum, quas narrat, partim saltem spectatore, quanta sunt, conscripta sint, obstabit. Laudat quidem Anselmus Schramb codicem pervetus-*

F

AUCTORE J. B.

tum Ms. Bibliothecæ PP. Franciſcanorum Viennenſium, in quo hæc habentur : Præ-
A fatus dux Leopoldus Mellicum ordinavit XII ſæculares ſacerdotes. *Idem quoque legitur in Chronico Mellicenſi & Cremifanenſi auctore Bernardo Norico ad annum* 1089 *: Sed quantæ ſit antiquitatis codex ille Ms. PP. Franciſcanorum laudatus Mellicenſis Chronographus exactè non explicat : Chronicon verò Mellicenſe vetus eo loco interpolatum eſt : Bernardus denique Noricus Bavariæ Chronicum haud ſcripſit ſeculo decimo quarto citiùs.*

imò eſt, cur ea anonymus coævus

5 *Quid igitur, inquies, de horum Actorum auctore cenſendum ? Cum vixiſſe ſe prodat eo, quo Hieroſolymâ redux Poppo, Archiepiſcopus Trevirenſis, cum fratre ſuo Henrico, Auſtriæ Marchione, de mittendis in Hungariam* S. Colmani *reliquiis egit, tempore; iſque Popponis reditus, quod infrà ſolidè oſtendetur, ad annum circiter* 1029 *referendus ſit, ſcriptor ille neque Erchenfridus eſſe potuit, neque è Benedictinis Mellicenſibus quiſpiam; cùm is quidem ſeculo tantùm ſequenti jam inclinante abbatis munere annis* 41 *perfunctus è vivis exceſſerit ; Benedictinum autem inſtitutum non niſi annis* 69 *ab Popponis in Germaniam reditu Mellicum, miſſâ*
B *eò è Sublacenſi in Italia monaſterio coloniâ, invectum fuiſſe conſtet ; neque Actorum horum ſcriptorem jam annos* 69 *& eò plus natum Benedictino cœtui nomen dediſſe, veroſimile fiat.*

majori ſaltem ex parte ſcripſiſſe videri poſſit:

6 *Cum porro ea, quæ ſibi* videndo cognita ſunt, *dicat ſeſe perſtringere, tum partem primam, quanta eſt, tum ſecundam, ſed partim dumtaxat, quatenus hæc miracula, à* S. Colmani *Mellici ſepultura uſque ad corporis ejus in Hungariam tranſlationem patrata, complectitur, ab uno eodemque ſeculi* XI *auctore fuiſſe conſcriptam ſuſpicor : cætera autem, quæ ad calcem partis* 2 *à num.* 12 *ad* 14 *uſque memorantur, ab auctore ſeculi* XII, *ſive Erchenfrido, ſive quocumque alio fuiſſe adjecta; qui non tantùm miracula quædam recentiora antiquioribus de ſuo adjecerit, ſed vetuſtioris ſcriptoris etiam textum interpolârit. Seculo ex duobus his ſcriptoribus priorem vixiſſe* XI *ſuadent*
C *verba mox relata. Unum eumdemque partis* 1 *&* 2 *uſque ad num.* 14 *fuiſſe auctorem, ex eo colligo, quòd ſacra* S. Colmani *oſſa ex Hungaria* in prædictum locum Medlicham *reportata fuiſſe num.* 12 *dicat.* In prædictum *ait* locum, *ut hunc jam antè abs ſe nominatum indicet, id quod parte quidem prima, at non ſecunda, eſt factum. Interpolatum denique vetuſtiorem ſcriptorem à recentiore fuiſſe, propterea ſuſpicor, quòd ad Tranſlationem corporis* S. Colmani *in Hungariam ſimul concurriſſe Petrum, Hungariæ regem, Popponem, Archiepiſcopum Trevirenſem, & Henricum, Auſtriæ marchionem, aſſerat, errore, utì infrà probatum dabitur, graviore, quàm ut ab auctore, res, quas viderit, enarrante, profectus videatur. Nunc Acta audiamus.*

incerta item

7 Accidit, *inquiunt,* quemdam Cholomannum nomine, Scotiæ gentis oriundum, peregrinationis iter arripere, terreſtrem cœleſtis amore Jeruſalem cum aliis, quibus eadem mens erat, expetens inviſere, *imperante ni-*
D *mirum S. Henrico, qui poſt Ottonem III, anno* 1002 *è vivis ereptum, Romano imperio uſque ad annum* 1024 *præfuit. Utrumne natione Hibernus, an Scotus* S. Colmanus *fuerit, eò quòd Scotica hîc gente oriundus dicatur, lis eſt, aliàs etiam ſæpe mota inter gentis utriuſque ſcriptores : neutris aſſentiri certò, indubiæ fidei monumentis deſtituti, poſſumus, quamquam id ſatis exploratum ſit, ſeculo etiam* XI, *quo, qui* S. Colmani *Acta miraculaque ſaltem aliqua tranſmiſit poſteris, fuiſſe videtur, Hibernis* Scotorum *appellationem adhæſiſſe : ſic Marianus Scotus ad annum* 1043 *de ſeipſo ait :* Super quem ego Marianus Scotus incluſus *&c. Atqui hunc Hibernum fuiſſe Florentius Wigornienſis, qui Chronicum ſuum ad annum dumtaxat ſeculi* XII *trigeſimum ſeptimum perduxit, his verbis tradit ad annum* 1028 *:* Eodem anno natus eſt Hibernenſis probabilis Scotus : cujus ſtudio & labore Chronica præcellens de diverſis libris eſt coadunata; *ubi voce* probabilis *ſubſtituenda eſt vox* Marianus, *quemadmodum ad annum* 1052 *idem Florentius ſcribit :* Marianus Chronographus ſeculum reliquit ; *vel legendum :* Marianus probabilis Chronographus. *Plura de Mariano vide apud Uſſerium de Brit. Eccl. Primordiis Cap.* 16.; *ubi præter hæc Hermanni Contracti apud* E *Caniſium ad annum* 812 *verba ;* Claſſis Danorum Hiberniam invadens à Scotis victa eſt, *illa etiam Adami Bremenſis ex Cap.* 217 *Hiſt. Eccl.* Hibernia Scotorum patria *recitat. Scotiam etiam pro Hibernia ſumpſit Theodoricus Trudonopolitanus in Vita S. Rumoldi Tom. I. Jul. pag.* 21. *ſed ex his aliiſque ſeculi* XI *ſcriptorum verbis certò, Erchenfridum, vel fortè anonymum noſtrum eodem ſenſu vocem* Scotia *uſurpâſſe non efficitur; eſto ſic eam recentiorum monumentorum, qualia ſunt Martyrologium Carthuſiæ Colonienſis, Officium Eccleſiaſticum & Graduale Gemblacenſe, Breviarium Mellicenſe, Martyrologium Anglicanum, à Vardeo Art.* 8. *Diſſertationis hiſtoricæ de patria S. Rumoldi laudata, auctores intellexerint.*

Sancti patria

8 *Idem cenſendum de Vita S.* Colmani, *è Cæſarienſis (vulgò Keiſersheim) Benedictinorum in Suevia monaſterii codice Ms. per Stephanum Vitum Vardæo tranſmiſſa, cujus hæc verba recitat :* Accidit autem quendam Colmannum nomine, Scoticæ gentis oriundum peregrinationis iter arripere, & terreſtrem, cœleſtis amore, Jeruſalem, cum aliis, quibus eadem mens erat, expetere; *quæ cùm in Vita a Pezio edita pariter legantur, indicio ſunt, recentioris alicujus additamentum eſſe, quæ ibidem ſequuntur ;* Fuit enim filius regis Scotorum Hiberniæ ſeu Scotiæ, quæ Hibernia inſula vocatur, *quod eò vehementiùs, quòd in ejuſdem Vita, ex eadem bibliotheca ab eodem Vito ad Majores noſtros tranſmiſſa, poſtrema illa verba non habeantur, ſuſpicamur. Patriam ſuam, nempe Hiberniam, S.* Colmanum *vel ipſo nomine prodere Vardæus, ùt in qua hujus nominis viri complures nobilitate & ſanctimonia inſignes exſtiterint, hodieque exſtet nobiliſſimum Colmannorum ſtemma* (noſtris, *inquit,* Clann Cholmain, id eſt filii ſeu progenies Colmani)

A ni) veterum Midiæ & non rarò Hiberniæ regum tribus; *quæ quidem inficias non eo, ſed unde ex illorum ſtirpe patriaque fuiſſe S.* Colmanum, *evictum Vardæus dabit?*

genuſque, 9 *Nihilo certius eſt regium S.* Colmani *genus, quod illi Hiberni æquè ac hodierni Scoti adſcribunt: utrique ejus ſtemma genealogicum exhibent; quorum alterum ab Adamo Formano, Dunfermelenſis ordinis S. Benedicti monaſterii, in Scotia ſiti, Priore ad abbatem Mellicenſem Sigiſmundum anno* 1524 *miſſum unà cum Formani litteris exhibet P. Anſelmus Schramb Chronici Mellicenſis parte.* 1. *pag.* 29 *& ſeq.; alterum verò pag.* 32, *quod Vardæi eſt. Genealogia Scotica apud Schrambium laudatum ſic habet:* Edgarus cum matre & ſororibus mare petiit, in Hungariam ad parentes repatriare volens. Tempeſtate autem orta in mari, caſu in Scotiam applicuit regnante ibidem rege Macolmo. Quos cum rex Macolmus vidiſſet, placidè eos ſuſcepit. Et Divam Magaretham matrimonio ſibi ſociavit. Unde eccleſiam in honorem Sanctæ Trinitatis intra prædium nuptiarum erexit. Ex qua dictus Macolmus genuit ſex filios & duas filias. Quorum tres ſeniores filii non fuerunt reges. Eduardus

B videlicet mortuus eſt abſque liberis, ſimulque cum patre ſepultus, apud Anwick dolo interemtus. Secundus filius Edmundus nomine pius ac devotus obiit apud montem Jug, ibique in monaſterio honorificè eſt ſepultus. Macolmo igitur rege Scotorum cum duobus filiis defunctis: orta eſt maxima guerra in Scotiæ regno inter Donaldum fratrem dicti Macolmi regis, & filium ejus Nothum Duncanum. Et hi duo Scotiæ regnum ſex annis invadendo perturbarunt, legitimo inde hærede pulſo, tertio ſcilicet filio Ethelredo nomine, qui exulans peregrè proficiſcitur: ſed ubi vel quo fine pauſavit non conſtat. Verumtamen nonnulli opinantur ipſum cum armigero ſuo in veſte peregrina captum fore, ſuſpenſumque innocenter. Quando autem exulare cæpit, fuit circa annum Domini MXII.

ſive ex Scotiæ 10 *Sequuntur dein S.* Colmani *parentes Malcolmus Scotiæ rex & Margareta regina, filii Eduardus, Edmundus, Ethelredus, Scotiæ duces, Edgardus, Alexander, David,*

C *Scotiæ reges, filiæ denique duæ Màtildis & Maria. Ex his Ethelredum, peregrè profectum, mutato nomine* Colmanum *dictum volunt. Sed commenti hujus facilis refutatio eſt. S. Margaretæ, Malcolmi* III, *Scotiæ regis uxoris, & S.* Colmani, *uti fingunt, matris Acta jam pridem in Opere noſtro tom.* 2 *Junii ad diem hujus menſis decimum à Papebrochio illuſtrata ſunt: Canutus Daniæ rex, uti ibidem videre eſt, poſt Edmundum regem, cui* lateris ferrei *cognomen adhæſit, Angliæ rex renunciatus, deceſſoris ſui filios Edmundum & Eduardum ad Sueonum regem miſit. E Suecia dein in Hungariam miſſos S. Stephanus paterno animo proſecutus, Edmundo filiam ſuam, Eduardo autem Agatham, Brunonis, S. Henrici imperatoris fratris filiam uxorem dedit: hic ex Agatha tres liberos ſuſcepit Eadgarum, S. Margaretam, de qua hìc ſermo eſt, & Chriſtinam. Canuto autem ejusque filiis Haroldo I & Hardacnuto exſtinctis,*

Eadwardus ſeu Eduardus confeſſor, Edmundi lateris ferrei *frater, Angliæ regnum jam adeptus, ad imperatorem Henricum anno* 1054 *legatum miſit, qui Eduardum fratris ſui filium (obierat jam hujus frater Edmundus) in Angliam reduceret. Imperabat id temporis Henricus Niger, qui à Petro, Hungariæ rege Eduardi cum familia ſuam in Angliam facilè diſceſſum impetravit; de quo ita Chronicum Saxonicum ad annum* 1057: hoc anno venit Eadwardus clito, Eadmundi regis filius, hanc in terram, & ſtatim poſtea deceſſit, ejusque corpus ſepultum eſt in S. Pauli monaſterio Lundoniæ. AUCTORE J. B.

rege Malcolmo 11 *Margareta igitur & quidem innupta hactenus, nec Angliam nec Scotiam vidit niſi annis poſt S.* Colmani *necem quadraginta quinque; atque adeò ejus mater eſſe haud potuit. S. Eduardo, qui Eduardum ejuſque liberos in Angliam evocarat, è vivis erepto, occiſoque Haroldo II, Wilhelmo Normanniæ duci Anglia ceſſit anno* 1066; cernens autem Edgarus Edeling, *inquit S. Adelredus, Rievallenſis Ordinis Ciſtercienſis in agro Eboracenſi abbas anno* 1166 *defunctus,* res Anglorum undique perturbari; aſcenſa navi cum matre & ſororibus reverti patriam (*Hungariam*) quâ natus eſt, conabatur: ſed orta in mari tempeſtate in Scotia applicare compellitur. Hac occaſione actum, ut E Margarita regis Malcolmi nuptiis traderetur. *Idem ſcribit ad annum* 1068 *Simeon Dunelmenſis, Adelredo coævus ad annos* 1068 *&* 1070; *Theodoricus in Vita S. Margaritæ, cui à confeſſionibus fuit:* Itaque ingenti nobilitatis totius regni feſtivitate & apparatu, poſt Octavas Paſchæ celebratæ ſunt nuptiæ (*Malcolmi & Margaretæ*) anno Chriſti ſexageſimo ſeptimo ſupra milleſimum; ac ſponſa Magarita in reginam ſolenni more coronata. *Addo & Chronici Saxonici, Edmundo Gibſon interprete, verba ad annum* 1067. Hoc anno, profectus eſt rex in tranſmarina & ſecum duxit obſides (*inter hos Eadgarum, ut ſcribit Florentius Wigornienſis*) ac theſauros: rediit autem anno ſecundo. Eadem æſtate egreſſus eſt Eadgarus clito (*ſeu Edeling*) & Mærleſwegen, multique viri cum iis & profecti ſunt Scotiam; rex etiam Malcolmus eos omnes ſuſcepit, & duxit in uxorem Clitonis ſororem Margare- F tam. *Tam igitur certum eſt* S. Colmanum *ex Malcolmo & Margareta natum non eſſe, quàm certum eſt* S. Colmanum *ſub ſeculi* XI *principium vivere deſiiſſe. Quod autem Ethelredum, Margaretæ filium neſcio à quo eventu* Colmanum *dictum ajunt, novum figmentum eſt: nam Ethelredus (teſte Adelredo) apud Papebrochium laudatum pag* 335 *ſecundus Malcolmi & Margaretæ filius, prima etiam pubertate fatis ſublatus eſt, & ſepultus in Doumferlein, ſeu Fermelinoduno, Scotiæ in Occidentali Fiſa ad Markam rivum oppido. Sed hæc convellendæ Scotorum de* S. Colmani *natalibus regiis opinioni ſufficiunt.*

ſive ex Hiberniæ rege Malachia 12 *Vardæus Diſſert. de Patria S. Rumoldi* §. XI *art.* 9 *&* 10 *contendit ex Hiberniæ rege Malachia hujus nominis ſecundo, & Maura ſive Mora, Briani Momoniæ in*

AUCTORE J. B.

Hibernia reguli filia natum fuisse S. Colmanum. *Malachias anno* 978 *ex Midiæ regulo universæ Hiberniæ rex salutatus est : fulsit ea dignitate Malachias annis viginti tribus, dum ea seculi* XI *principio per Brianum, socerum, Momoniæ regulum, privatus fuit : Briano autem, in prælio adversus Danos occiso, pristinam dignitatem recuperavit Malachias, tenuitque ad annum, quo obiit,* 1022. Colmanus, *patris casu (qui tamen Midiæ dominari non destitit) quàm sint caducæ res terrenæ, monitus, ad cœlestia animum ac desideria transtulit; seque per annos aliquot pietati dedit, dum sub annum* 1012 *Hierosolymitanum iter aggressus est. Ita fere Vardæus,* ex authenticatis, *inquit,* exemplaribus vetustissimorum codicum, & magnorum virorum calculo approbatis. *Ex his aliqua de* S. Colmano *nostro,* peregrino, *Hibernicè* Colman Allithir *dicto, à nemine hactenus edita aliàs sese exhibiturum spondet : quæ si ita, ut dicit, sese habeant, miror, cur ex his authenticis exemplaribus ne unum quidem cum de* S. Colmani *patria egit, citarit, ut quæ majorem fidem inventura essent, quàm Martyrologium Cartusiæ Colonienſis, Officium Gemblacense, Breviarium Mellicense, Bojorum annales Brunneri, Vita* S. Colmani *è bibliotheca Cæsarienſi deprompta & Martyrologium Anglicanum.*

B

ortus dicatur,

13 *Ut sit, cum monumenta illa nos adhuc lateant, cætera verò mox citata, haud satis antiquitatis, ut fidem certam promereantur, habeant, regio* S. Colmani *generi assensum certum præbere, temeritatis fore sum arbitratus. Genus certè suum neque* Colmanus, *neque Gothalmus, herilem filium è patria profugum subsecutus ac Mellici defunctus prodidit : alioquin enim neque Ditmarus, Merseburgensis episcopus, qui id temporis floruit, eum tantummodo* peregrinum, *neque anonymus æqualis* quemdam *vocare habuissent satis. Nihil item de regio* Colmani *genere meminit auctor, qui Chronicum Mellicense inchoavit, licet seculo integro post* S. Colmani *necem scripserit : Nihil Conradus, Mellicensis anno* 1177 *factus abbas in Litteris Genealogicis ad Leopoldum* VI *Austriæ ducem scriptis, quas Schrambius pag.* 92 *&*

C

duabus seqq. exhibet. Bernardus quidem dapifer Mellicensis monachus B. Gothalmi Historiam ita exorsus est : Cum beatissimus Christi martyr Colmannus patriam suam Scotiam, dominiumque terrenum sive regnum prædictum pro amore & regno Jesu Christi Domini relinquere dispositisset &c. *Sed hæc anno* 1362, *scripsit. Revereor quidem Mellicensium, quâ regii* S. Colmano *natales tribuuntur, traditionem : at vereor propter jam dicta, ut ad consequendam apud eruditos fidem integram satis antiqua, ex iisque fontibus, qui omnem de ejus veritate scrupulum adimant, nata sit.*

nullo certo fundamento nititur,

14 *Fit enim vero admodum simile, non aliunde primùm, quàm ex Scotorum Hibernorumve per Austriam peregrinantium, qui, audito* S. Colmani, *Mellici sepulti nomine natales illi mox regios affinxerint, fuisse exortam relatu, cui bona fide Mellicenses fidem eò adjunxerint faciliùs, quò illis gratius acceptiusque acciderit quiescentis apud se* D *Martyris, aliunde sibi incognitos, illustres regiosque natales audire : cujusmodi fere quidpiam accidisse testatur Hieronymus Pezius Dissert.* 3 *in Acta* S. Colmani *pag.* 29 *Mellicensi anonymo, Florum Chronicarum auctori, qui ex vetusto quodam libro, à Georgio monacho Elchingano Mellici anno* 1529 *hospitante illuc allato hanc notam excerpsit :* Nota, quod circa annum Domini nongentesimum octogesimum (*imò circa annum* 1061) vel paulò plùs fuit in Anglia (*scribendum erat,* Scotia) rex quidam Christianissimus Malcomius (*Malcolmus*) nomine, cognomento Kaymor, habens uxorem fœminam nobilissimam nomine Margretham filiam regis Hungariæ (*imò Eduardi, Edmundi,* ferrei lateris dicti *& Angliæ regis, filii*) ex qua tres genuit filios, scilicet Colomannum martyrem in Austria passum, sanctum Gallum abbatem in Suevia quiescentem . . . . *quingentis facilè annis Margaritâ antiquiorem. Incertum itaque est, utrùm regio sanguine* S. Colmanus *procreatus fuerit, necne ; quamvis Vardæi opinio, opinione Scotorum longè vero similior, & temporum saltem rationi magis appareat consentanea.*

E

ipse verò met Sanctus cum Colmanno Lindefernensi

15 *Nec minus à verò discessit Lesæus lib.* 4. *de gestis Scotorum pag.* 160 *ita scribens :* Scotia Finnanum & Colmannum episcopos, duo virtutis religionisque lumina, eo tempore aluit, qui Divi Benedicti vestigia priùs persecuti, studio & diligentia consecuti sunt, ut omnium virtutum illustres species in illorum vitis & moribus enitescerent. Horum in victu temperantiam, in vestitu abjectionem, in maximis Reipublicæ negotiis prudentiam multi illius seculi ecclesiastici sunt secuti, pauci tamen assecuti. Colmannus non multò post ad Lindefernensem in Anglia ecclesiam evocatus maximam Saxonum multitudinem, & inter reliquos Pendam regem, qui patri Pendæ in regno succesſerat, ex ethnicismi & gentilitatis servitute in Euangelii libertatem vindicavit; *quorum nihil, non seculum* VII, *quo* S. Colomanus *Lindisfernensis vixit, non monachatus, non episcopatus in nostrum quadrant : quadrant autem partim, quæ proximè subdit :* Colmannus demum Britanniâ relictâ, permultas regiones Germaniæ, verbum F Dei seminando & cumplurimos ad fidem convertendo, Bohemiam, Ungariam & magnam Græciæ partem est peregrinatus. Verùm per Austriam rediens à nonnullis Christi hostibus impiè trucidatus, glorioſam martyrii palmam consecutus ibidem magna populi veneratione colitur.

malè confusus reperitur.

16 *Sed tanta temporum intercapedine ista sunt dissita, ut utrumque* Colmannum *in unum eumdemque perperam confundi manifestum sit. Neque ad veri normam exacta sunt, quæ de plurimorum* Colmani *prædicationibus ad fidem conversione, de peragrata Hungaria & magna Græciæ parte, quas fortè non vidit, Lesæus narrat, tacentibus hìc non solùm* Colmani *Actis, infrà dandis, sed etiam Joanne Stabio, Maximiliani historiographo in Sapphico, quod laudat, de S.* Colmano *carmine. Lesæi errorem etiam Wion in Fastis Benedictinis ad diem* 13 *Octobris, & Bucelinus*

A *linus in Menologio Benedictino minùs cautè admiſerunt. Claruit item Sanctitate in Germania* Colmanus *alter presbyter, S. Chiliani ſocius; ſed & hunc à noſtro ſeculum, quo vixit, ſeptimum ſatis ſuperque diſcernit. Plures hujus nominis viros ſanctitate conſpicuos notos ſibi Vardæus ait: verum his miſſis ad* Colmanum *noſtrum regredior.*

§. II. Quî S. Colmanus juventutem peregerit: num Hieroſolymam viderit: quo loco, & tempore mortis ſupplicium tulerit: quæ hujus cauſa.

S. Colmanus, qui qualis antè fuerit, neſcitur,

QUalis *in juventute ſua* S. Colmanus *fuerit anonymus noſter haud explicat; neque habuit, unde ſciret.* S. Colmanus *pauca de ſe ipſo dixerit, nec multò plura B. Gothalmus, qui cum herilis filii tumulum viſurus Mellicum jam prope attigerat, poſtridie inventus eſt mortuus, cujus, nunc publico cultu carentis, Hiſtoria conſuli apud Pezium Tom. I Script. Auſt. pag.* 110 *poteſt. Morum tamen* Colmani *innocentiam ac ſanctimoniam ex prodigiis, quibus eum Deus honoratum voluit, dimetiri licet. Plura Vardæus:* Colmannus, *ſi hunc audias,* Dei munere à teneris Chriſtianè educatus, natalium decus, indolemque egregiam auguſtiùs ornavit integritate morum gemmiſque virtutum. Adoleſcenti conſpecta patris (*Malachiæ*) ab imperii culmine inopina dejectio non Dei timorem excuſſit, ſed auxit animos ad damnandum ſeculi luxum, totamque vanitatum ſecularium pompam priuſquam deſereret, deſerendam, ambiendumque majoribus curis regni illius participium, cujus neque gloria excidit neque poſſeſſio. Huc ergo cum tranſtuliſſet deſideria, & ſub patris interregno devotionis exercitiis ſeſe aliquamdiu occupaviſſet, fortè (*ſaltem igitur quod mox dicturus eſt, ex monumentis authenticis non hauſit*) in aſylis cœnobiorum declinans ferrum hoſtile metuentium regni corrivalem, divino ardore viſendi veſtigia Redemptoris in terra ſuccenſus, Jeroſolymam contendit, ſuſceptoque itinere per Germaniam &c. *Verùm de* Colmani *itinere Hieroſolymitano anonymum potiùs audiamus.*

B

in Noricum,

18 Venit itaque, *inquit*, in Orientalem Noricæ regionem, cui à plagâ Orientali Pannonia, ab Aquilonari confinis adjacet Boëmia. *Noricum Vetus à Septemtrione in Auſtrum eum terrarum tractum complectebatur, qui Danubium inter & Alpes Noricas ſitus eſt: ab Occaſu autem in Ortum quidquid inter Œnum, in Danubium ſe exonerantem & Cetium montem (qui à Neoburgo ad Dravum fluvium uſque, vulgò* Kalenberg *dictus, protendi-*

tur,) Norici Pannoniæque Superioris limitem jacet: quà Alpibus Noricis propinquius erat, Mediterraneum, *quà Danubio,* Ripenſe *audiebat, cujus incolæ Orientales ſeu monti Cetio Pannoniæque viciniores à Septemtrione Quados ultra Danubium; Occidentales verò, ſeu Œno propiores, ſibi Bohemos confines habebant. Porrò de Norico Ripenſi anonymo noſtro ſermonem hìc eſſe reliqua narrationis ejus ſeries ſatis manifeſtat. Lambecius Anonymi, ſeu, ùt putavit, Erchenfridi, Mellicenſis abbatis textum mox tranſcriptum, ita emendatum voluit:* Venit itaque (Colmanus) in Occidentalem Quadorum regionem, cui à plaga meridionali Noricum Ripenſe & Pannonia Superior; ab Aquilonari autem confinis adjacet Bohemia.

AUCTORE J. B.

quo tempore

19 *Non admodum pacata fuiſſe in Norico, cùm eò S.* Colmanus *advenit, tempora, Anonymi, quæ ſuprà citatis proximè ſubjicit, verba ſatis indicant:* Harum nationes regionum (*Pannoniæ & Bohemiæ*) populis Noricæ telluris tunc temporis erant moleſtæ, eò quòd ab illis ſæpenumero ſint turpiter humiliatæ, devictæ, multiſque modis miſerabiliter afflictæ. *Hungaros (ſeu Pannones) Auſtriam eo, quo Henricus, rebellionis cauſâ ab S. Henrico imperatore proſcriptus, aberat tempore, infeſtâſſe Schrambius Mellicenſis Chronographus, ubi de Henrico, ait: ſed quod de proſcripto* E *Henrico, Franconiæ Marchione, Bertoldi filio (vide Ditmarum tom.* 1. *Scriptorum Rerum Brunſvicenſium lib* 5 *pag.* 368) *accipiendum erat, perperam de Henrico, Auſtriæ marchione, & Leopoldi filio, utì nunc ferè eruditi ſentiunt, dictum accepit. Sed ut ut ea in re Schrambius aliique recentiores falſi ſint, aliunde tamen compertum ſatis eſt, Hungaros à Leopoldo I. Auſtriæ marchione expulſos ſua adverſus Auſtriacos odia exercere & crebris in Leopoldi ditionem incurſionibus prodere perrexiſſe: hinc enim anno* 1075, *uti apud Hartzheim tom* 2. *conciliorum Germaniæ pag.* 700 *videre eſt,* in gratiam colonorum, qui in agris Hungariæ vicinis ſedes locaverunt facta (*fuit*) poteſtas epiſcopis, monachis, ſacerdotibus, nobilitati, iiſdem locis caſtella, oppida, arces ad limitis tutelam ædificandi: *Hinc Otto III apud eumdem Hartzheim in diplomate anno* 985, *regni ſui ſecundo Babenbergæ dato ait, Piligrinum, Paſſavienſem epiſcopum, epiſcopatus ſui pertinentiam in Orientali plaga, barbarorum limiti adjacentem creberrima eorum devaſtatione infeſtari, ſibi eſſe conqueſtum.*

C

F

Auſtriacos inter

20 *Recentem porrò fuiſſe hanc Hungarorum in Auſtriam irruptionem ex his Ottonis verbis proximè ſequentibus liquet:* A quibus etiam barbaris moderno quoque noſtri regni tempore miſerabili lamentatione adjecit (*Piligrinus*) tam irrecuperabili ſe damno læſum in interfectione & diremptione familiæ ſuæ, præter innumerabilia prædationum & incendiorum diſpendia: ut abſque habitatore terra epiſcopi ſolitudine ſilveſcat. *Compertum perinde eſt, S. Henricum adverſus Boleſlaos, quorum alter Poloniæ, alter Bohemiæ præerat, bellum geſſiſſe, ſtetiſſe verò à Sancto imperatore Henricum, Auſtriæ marchionem,*

AUCTORE J. B.

non uno ex indicio colligere fas est : Annalista Saxo ad annum 1002 *de Henrico Ditmari verbis usus, ita scribit :* sed Boliflaus (*Bohemiæ dux*) quæ sola fugæ patuit via, ad Heinricum marchionem (*Austriæ*) qui proximus ei tunc erat, confugiens, propter illatas sibi injurias (*fortè propter irruptiones ejus in Austriam*) ab eo captus est. *Idem rursus ad annum* 1015 *ex Ditmaro :* Henricus autem marchio cum Bawariis (*Bavaria enim Orientalis tunc dicta fuit Austria*) audiens Bolizlai, *Poloniæ ducis*, milites juxta se prædam fecisse, insequitur & octingentos resistentes occidit, prædamque recepit. *Ad annum denique* 1017 *ipsis Ditmari ferè verbis :* Mararenses interea (*seu Moravi*) Bohemiam (*quam tum temporis Henricus imperator contra Boleslaum Poloniæ ducem, qui Moraviam sibi subjecerat, tuebatur*) ingressi, urbem quandam expugnant, & cum ingenti præda incolumes exibant. Quod cum marchio Henricus audisset, festinus insequitur, & interfectis eorum plus quam mille viris, captivitatem omnem solutam domum remisit.

vicinasque gentes vigebant simultates,

21 *Refert etiam Hansizius tom* 1 *Germaniæ sacræ pag.* 227 *Hungaris sub annum* 983 *bellum fuisse in Austriam, fœdus autem cum Bohemis. Unde satis apparet, supradictis gentibus frequentes per ea tempora odii exercendi ac sese mutuis cladibus atterendi occasiones non defuisse ; neque mirum proinde esse, si, ùt anonymus scribit, Austriacis, cùm ad eos* S. Colmanus *venit, tum Hungari, tum Bohemi molesti essent* (*addo*) *exosi & suspecti. Eodemmet tempore, quo in Austriam* S. Colmanus *venit, bellum continuum Austriacis cum extraneis gentibus sibi finitimis fuisse scribit Conradus de Wizenberg, abbas Mellicensis in brevi Chronico veterum Austriæ marchionum & ducum apud Hieronymum Pezium tom.* 1 *script. Rerum Austriacarum col.* 291 *; Sed hæc vicinarum gentium in Austriam irruptiones tumultuariæ fortassis fuerint, quæ, licèt injussu principum interdum fiant, odium tamen inter vicinas gentes non minùs natæ sunt excitare.*

veniens,

22 *Fecit ea rerum temporumque perturbatio, ut adventantem in Austriam* Colmanum *regionis incolæ, eâ suspicione vel opinione ducti, quòd sub peregrini habitu hostilis explorator lateret, in vincula dederint.* Inde, *inquit anonymus*, contra virum Dei orta est falsa suspicio, tamquam veniret missus à prædictis nationibus causâ explorationis ac prodendæ regionis. Hac suspicione furiosæ plebis animi adeò incanduerunt adversus Famulum Dei, ut scopis atrociter castigatum, traderent ad custodiendum, postera die judici præsentandum. *Hæc anonymus : at cum non dicat, habitusne fuerit pro exploratore ab Hungaris, an à Bohemis misso, etsi satis ex ejus verbis ab Austriacis captum fuisse S. Advenam, liqueat; dubium tamen eatenus relinquit, num ex Occidente, seu ex Bavariæ, an ex Oriente seu Hungariâ vel Pannonia venerit ; &, quod inde consequitur, num in itu, an in reditu Hierosolymitano manus illi injecerint Austriaci ? Primum contigisse necesse est, si vera scribit apud Hieronymum Pezium* col. 765 *anonymus Chronici Leobiensis auctor, qui seculo* XIV *fuit : sic habet :* Sanctus Colomanus, natione Scotus, causâ devotionis arripuit inter, per Danubium descendendo voluit per Pannoniam & Græciam devenire in terram sanctam. *Ac id quidem Anonymo nostro, quo hac in re testem potiorem non habemus, longè conformius est : verba ejus accipe :* Accidit autem, quendam Cholomannum nomine, Scoticæ gentis oriundum, peregrinationis iter arripere, terrestrem cælestis amore Jerusalem cum aliis, quibus eadem mens erat, expetens invisere. Venit itaque in Orientalem Noricæ regionem &c. *Mox verò captum suspensumque memorat. Iter igitur Hierosolomytanum arripuisse, ac Jerosolymam videre cupivisse quidem ait, at verò reipsa vidisse non item : immo potiùs inopinato, cum eò tenderet, suspendio fuisse illum spe concepta desiderioque frustratum indicat.*

ac Hierosolymam petens,

23 *Anonymo consonat Conradus Dapifer his verbis :* Beato Cholomanno clam perdidito, Jerosolymamque tendenti : *consonant item quinque codices Mss. Bibliothecæ Mellicensis, partim seculo* XV, *partim* XVI, *in quibus, teste Pezio isthæc verba leguntur :* Beatus Cholomanus iturus Jerosolymam in partes istas peregrinando pervenit. *Tutiùs itaque antiquioribus, quàm recentioribus seu monumentis seu scriptoribus inhærendo,* S. Colmanus *in itu passus fuisse, ac proin verosimiliùs ex Bavaria secundo Danubio, terrestrive itinere in Austriam adventásse creditur. Minùs pariter fit vero simile,* S. Colmanum iterum iterumque *Hierosolymam fuisse profectum ; cujus iteratæ in terram Sanctam profectionis non modò apud antiquiores, qui de* S. Colmano *egerunt, sed nec apud eos, quos sive in Annalibus suis ad annum* 1212, *sive in Annotatis in Martyrologium Romanum Baronius laudat, scriptores vestigium ullum exstat; ut adeò minùs cautè pag.* 37 *Chronici Mellicensis scripserit Schrambius,* Ex omnium documentorum & authorum consonantia manifestum esse, S. Colomannum iterum iterumque Jerosolymam peregrinatum ; *nec, quod movet, dubio locus sit, an* S. Colmanum *clanculum è patria profectum in primo ejus discessu, an in alio B. Gothalmus, de quo suprà, quæsitum iverit.*

pro exploratore captus, in Austria Transdanubiana

24 *Locum, quo cædem passus est* S. Colmanus, *neque anonymus, neque, quo nemo antiquior de illo, quod quidem sciam, utpote qui eadem, quo* S. Colmanus *ætate fuit, scripsit, Ditmarus Merseburgensis episcopus expressit. Venisse in Noricum, ibique suspensum anonymus scribit : hinc tamen, licet Noricum, nempe Ripense cis Danubium & ad dexteram hujus fluvii ripam situm fuerit, in Cis-Danubiana Austria captum suspensumque fuisse cave concludas : cum enim id contigisse affirmet in regione, cui à plaga Orientali Pannonia, ab Aquilonari confinis adjacet Boëmia, situs autem hic Austriæ Transdanubianæ congruat, de hac locutus, Norici verò fines longiùs, quàm veterum geographorum auctoritas patitur, id est, ultra Danubium extendisse,*

AUCTORE J. B.

A *extendiſſe, cenſeri anonymus vel Erchenfridus debet. De eadem Auſtria Transdanubiana intelligendus eſt Ditmarus, cujus de S.* Colmano, *in codice olim noſtro, nunc Tongerloano, quavis Ditmari, quæ hactenus prodierit, editione multò emendatiore, ſignatoque QMS* 3, *hæc verba ſunt :* In Bawariorum & Mararenſium confinio quidam peregrinus, nomine Colomannus, ab incolis, quaſi explorator eſſet, capitur & ad profeſſionem culpæ, quod non meruit, diris caſtigationibus compellitur. Ille cum ſe ſatis excuſaret, pauperemque Chriſti ſe ſic vagari affirmaret, animo malè fixa non potuerunt divelli. Nam eum innocentem in arbore diu arida ſuſpenderunt. *Cetera Ditmari de S.* Colmano *verba dabuntur infrà : hæc verò de Auſtria Tranſdanubiana accipienda eſſe, ex eo colliges, quòd dicta Auſtriæ pars, utì partim Bohemiam, ita & partim Moraviam, ſeu Mararenſem regionem à Septentrione ſibi confines habeat.*

prope Stockeraviam, 25 *Neque morari quempiam debet, quòd regionem, in qua captum ſuſpenſumque S.* Colmanum *Ditmarus ait,* In Bawariorum & Mararenſium confinio *ſitam dicat : nam Bawariæ, nimirum Orientalis, de qua hìc Ditmarus, nomine etiam Auſtria, ſaltem quà Norici Ripenſis portio fuit, appellata olim fuit, ùt docet Hieronymus Pezius Tom.* 1.

B *Script. rerum Auſtriacarum Diſſert.* 3. § XXI. *Quid quod Ditmarus ipſe Auſtriacos Bavarorum nomine non ſemel affecerit, utì ex his verbis Lib.* 7, Henricus autem Orientalium Marchio cum Bavariis, comperiens Bolizlavi milites juxta ſe prædam feciſſe, protinus inſequitur, & ex his fortiter reſiſtentibus octogintos occidit, prædamque omnem reſolvit, *& aliis à Calleſio in Annalibus Germaniæ ad annum* 1012. *num.* 76 *citatis efficitur. Jam verò cum inter Moraviam, Auſtriamque Cis-danubianam media ſit Auſtria Tranſdanubiana; hanc rectè Ditmarus Moraviæ Bavariæque (Orientalis) confinium nuncupavit. Sed, quanquàm Ditmarus ſolam, in qua S.* Colomanus, *mortem oppetiit, regionem, Auſtriam nempe Tranſdanubianam indicârit, ſatis tamen inter auctores convenit, id haud procul Stokeravia, ejuſdem regionis ad ſiniſtram Danubii ripam oppido, leucis Germanicis circiter quatuor Viennâ diſtante accidiſſe; id quod apud Hieronymum Pezium tom.* 1. *ſcriptorum rerum Auſtriacarum Chronici Mellicenſis auctor, qui anno* 1123 *ſcripſit, his verbis ait :* MXII Beatus Cholomanus martyrizatus eſt & ſuſpenſus apud Stoccharouwe : *cui apud laudatum Pezium conſonant Hiſtoria fundationis monaſterii Mellicenſis col.* 297, *Chronica Salisburgenſe col.* 340, *Clauſtro-Neoburgenſe col.* 437, *Zwetlicenſe recentius col.* 531, *Auſtriacum incerti auctoris col.* 546, *Ducum Auſtriæ col.* 974.

C *non Tulnæ, è cruce* 26 *Unus Leobienſis chronici auctor ibidem col.* 765 *id prope Tulnam, Auſtriæ Citerioris oppidum ad dexteram Danubii ripam ſitum accidiſſe, affirmat, cujus verba, quod ſingularia quædam de* S. Colomano *complectantur, hic ſiſtere lubet. Ita habent ad annum* 1016 : Sanctus Colmanus, natione Scotus, causâ devotionis arripuit iter, per Danubium deſcendendo voluit per Pannoniam & Græciam devenire in Terram Sanctam ad viſitandum ſepulcrum Domini, & alia loca ſancta. Cumque in Auſtriam deveniſſet prope circa Tulnam detentus eſt pro ſpiculatore * Bohemo. Cum neſciret Theutonicum idioma, ſuſpicati ſunt ipſum eſſe Sclavum & ſpiculatorem ; quia guerra tunc erat inter eos. Cumque pluribus ſuppliciis eum affeciſſent, inter duos fures in quandam arborem ſuſpenderunt : ibidem clarens pluribus miraculis in cimiterium ibi prope eſt ſepultus. Nec ibi volens jacere, per indomita animalia ſiccis pedibus per Danubium gradientia deductus eſt in Medlicum (ubi Hainricus tunc Marchio Auſtriæ fecit cœnobium nigrorum monachorum) ipſum honorificè ſepeliendo. *Verùm ut auctori huic, ſeculo* XIV *haud antiquiori aſſerenti,* S. Colmanum *anno* 1016, *ſi non ſuſpenſum certè Mellici ſepultum fuiſſe fides, ut ex infra dicendis liquebit, item (quod ſolus ipſe, quòd ſciam, narrat) animalia indomita ſiccis per Danubium pedibus* S. Colmani *corpus Mellicum devexiſſe; Henricum monachos Benedictinos Mellici inſtituiſſe, non eſt habenda, ita nec contra aliorum paſſim ſcriptorum mentem aſſerenti,* S. Colmanum *prope Tulnam cis Danubium occiſum ſepultumque eſſe, credendum, nec à communi ſcriptorum, prope Stokeraviam, trans Danubium ſancti palæſtram ſtatuentium, ejus gratiâ recedendum eſt.*

E *anno* 1012, *ſed die incerto ſuſpenſus,* 27 *Annus, quo* Colmanus *occiſus fuit, apud pleroſque ſcriptores pariter in confeſſo eſt, nempe Chriſti* 1012 : *neque movere quempiam debet, Ditmarum de S.* Colmano *agere ad annum* 1017 *ſub finem lib.* 7 : *eo enim loci Ditmarus loco non ſuo ſcribit, quæ ad annos* 1012 *&* 1014 *vel ſequentem prætermiſerat. Deferendum autem hac in re Ditmarum non ſolum unanimis ſcriptorum conſenſus, verùm ea etiam ſuadent, quæ de tranſlati Stokeraviâ Mellicium ſacri corporis anno paulò pòſt dicenda ſunt. At vero menſis dieſque occiſi* Colmani *in dubio ſunt : neutrum expreſſit Ditmarus, neutrum Erchenfridus & Chronica paulo ante citata : Martyrologium quidem Benedicto-Buranum, ſeculo* XII *ſcriptum & ab Hieronymo Pezio in Obſervationibus ad Vitam* S. Colmani *præviis memoratum, hunc paſſum ait* III. *Idus, ſeu die* XIII *Octobris; ſed veterrimum Mellicenſe Martyrologium,*

F *teſte laudato Pezio, diem hunc, quod & Erchenfredus facit, non paſſioni ejus, ſed tranſlationi, Stokeraviâ Mellicum factæ aſſignat his verbis :* III Id : Octobris. Apud Noricam regionem civitate Medilicca tranſlatio S. Cholomanni martyris, *ita ut bina hæc vetera Martyrologia ſibi mutuò adverſentur, niſi quis eodem anni die & paſſum & Stokeraviâ Mellicum* S. Colmani *corpus tranſlatum fuiſſe, ſed abſque ullo teſte, contendat. Dubium tolleret Aloldus de Peklarn, Adalberti tertii è ſtirpe Babenbergica ab anno* 1090 *marchionis, capellanus, qui in Chronica illuſtris ſtirpis Babenbergicæ in Oſterrichia dominantis, unde Notulas ſuas exſcripſit Ortilo, monachus Beatæ Mariæ in Lilienveld,* S. Colmanum *paſſum fuiſſe ſcribit, teſte Calleſio lib.* 5 *Annalium Auſtriæ ad annum* 1012, XVI Kal. Auguſti; ſepultum verò Mellicii

AUCTORE J. B.

licii III Idus Octobris anni MXIV, *si id Aloldi opus genuinum esse constaret : verùm Callesius in Præfatione ad Lectorem nonnullos in illo Opere errores detegit, qui in hujusmodi, qualis Aloldus hic fuisse fertur, cadere vix possunt, quorum unum, tum Aloldo, tum Erchenfrido communem infrà num.* 38 *memorabimus.*

ob necem suppliciaque injustè ipsi illata,

28 *Quo mortis genere insons in Austriam Advena, quibus suppliciis affectus fuerit, fusè magis & singillatim Erchenfridus, generatim verò Ditmarus verbis suprà num.* 24 *datis enarrat: Erchenfridus verò primùm quidem, ùt captus fuit, scopis atrociter castigatum ait; postera die, judici oblatum, cum flagra, lapides, ova ignita, candentem forcipem, ac ferram denique, qua ejus crura dilacerata quidem, sed non resecta fuerint, invicto animo sustinuisset, tandem in crucem actum fuisse, duos inter latrones medium.*

non ob defensam fidem,

29 *Causa mortis, his quidem testibus, non alia fuit, quàm quòd explorator haberetur :* alii verisimilius existimant, *inquit Inchofer in Annalibus eccl. regni Hungariæ ad annum* 1012, deprehendisse eum inter Pannones, hoc est, Austriacos, qui Pannoniæ Superioris censebantur, quosdam adhuc pa- B ganismo affectos, Christiana sacra temerare : quos cum redarguisset, magis irritavit, ut tandem, constantiùs & ferventiùs Christum ingerentem, tenuerint; variisque supplicio- rum generibus, de quibus scribit Joannes Stabius, exercitum, cum nihil remitteret, crudeliter mactatum suspenderint; *Quæ si ita se habent, ut illi, de quibus hîc Inchofer, opinantur; certum indubitatumque est,* S. Colmanum, *fidei religionisque causâ occisum, stricti nominis martyrem apppellandum : verùm cum neque Ditmarus, neque Erchenfridus, neque veterum quisquam à paganis ob defensam Catholicam fidem trucidatum dixerit, hoc quidem nomine Martyris appellatione eum condecorare non ausim.*

habitus tamen pro Martyre fuit.

30 *Martyr tamen vocatur à Ditmaro, Erchenfrido, auctoribus Martyrologii Mellicensis num.* 27 *laudati, aliorumque monumentorum, ab Hieronymo Pezio in observationibus ad* S Colomani *Passionem præviis laudatorum.* C *Martyris item illi titulum tribuunt è Martyrologis Grevenus, Molanus, Galesinius Wionus, Bucelinus & Dorgainus ; auctor Florarii nostri Ms., quin & Martyrologium Romanum hodiernum his verbis :* In Austriâ S. Colmanni Martyris. *Martyris item titulo gaudet in binis Innocentii IV Pontificis Bullis, quarum altera anno* 1244, *altera* 1254 *data est ; utraque verò exhibebitur infrà. Denique ut martyr per Austriam vicinasque provincias colitur. Quibus de causis & nos quoque illum, servato martyris titulo, non quòd sanguinem pro fide & religione fuderit, sed morem ejus seculi, quo martyres vocati sunt vitæ inculpatæ homines, qui nulla justa de causa insonteque occidebantur, secuti, Actis nostris censuimus inferendum.*

D

§ III. Sancti innocentiam miracula produnt : reliquiæ ejus primò Mellicum, deinde in Hungariam translatæ ad pristinam sedem referuntur.

Sancti corpus, ejus gloriam manifestante Deo, sepulturâ donatum,

PRopudiosam *hominum judicio* S. Colmani *mortem Deus, in cujus conspectu pretiosa mors sanctorum est, editis mox ad ejus innocentiam, gloriamque, quâ in cælo fruebatur, testandam, mortalibusque cum fœnore declarandam, compluribus miraculis illustratam voluit.* Sed Deus, *inquit paucis Ditmarus,* malignis, quid in eo egerint, ostendit : . . . Caro enim ejus à quodam postea paululum incisa sanguinem fudit, ungues ac capilli crescebant. Ipsa quoque arbor (*priùs diu arida*) virescens, floresque producens, hunc Christi martyrem esse E cunctis monstravit. *His plura & explicatiùs Erchenfridus infrà refert, addens etiam tortam seu vimen, ex quo pendebat* Colmanus, *floruisse ; podagricum, frusto carnis ex ejus surâ abscisso convaluisse : suram autem Sancti ita redintegratam, ut inflicti vulneris ne cicatrix quidem appareret : sanguinem denique copiosè ex ejus latere, à venatore transfixo, manasse : quæ cùm loci, ubi è patibulo pendebat, vicini vidissent, odio in amorem, & contemptu in venerationem verso, sacrum ejus corpus è patibulo depositum & in quamdam, ut Erchenfridus loquitur, augiam delatum, juxta ecclesiam, Danubio vicinam, recèns ibi constructam tumulârunt. Est autem* Augia, *notante Lambecio,* vocabulum Latino-barbarum ex Germanico Au vel Aw, quo significatur campus pascuus amni adjacens vel amne circumfusus. Intelligitur autem hic Austriæ Inferioris oppidulum Stocherau, situm in sinistra ripa Danubii, olim à Romanis (*ùt quidem ipse censet*) D vocatum Astura. *Idem, quod Lambecius vocabulo* augia *significari ait, intellectum, ut opinor, voluêre Arenpeckius aliique, qui* Colmanum in quadam insula juxta Danubium *primò sepultum aiunt. Ceterùm Lambecio consonant laudata apud Hieronymum Pezium Chronica Mellicense, Claustro-Neoburgense, & Zwetlicense, è quibus primum ita habet :* MXIII. Hoc anno beatus Cholomannus sepultus est eodem loco, *quo nimirum suspensus fuerat, nimirum, ùt ad annum proximè præcedentem legitur,* in Stocchærouwe.

non diu post Mellicum

32 *Haud diu fuit, quin tumulati jam Stokeraviæ* Colmani *gloriam novo ingentique Deus miraculo patefecerit. Inundaverat ingenti undarum impetu Stokeraviæ viciniam Danubius, ipsamque, prope quam, aut in qua ejus tumulus exstructus fuerat, ecclesiam magnam partem submerserat : at ubi ad sancti* Colmani

A mani *tumulum ſeſe tempeſtas effudit, circum undique ad inſtar muri immobiles aquæ conſtitêre, neque illum ſunt auſæ attingere. Videt id nonnemo per Danubium navigans, ac inuſitato ſpectaculo obſtupefactus, quæ viderat, multitudini nunciat : frequentes eò convolant vicinorum pagorum incolæ, ſuis, quod audierant, oculis prodigium aſpecturi. Ad* Henricum, *Auſtriæ Marchionem hujus nominis primum rei fama defertur, qui miſſis eò clericis, ac præcipuis militiæ ſuæ ducibus, glorioſas S.* Colmani *exuvias Mellicum, ubi id temporis ſedem habebat, debito honore transferri jubet, ibique in eccleſia Apoſtolorum principi ſacra, in apſide Auſtrali recondi jubet. Facta eſt ea tranſlatio ex Erchenfridi verbis* Nonis, *ſeu die* VII Octobris Dominicæ incarnationis milleſimo quinto decimo. *Rem Ditmarus quoque paucis his verbis expedit :* Hæc (*miracula ſuprà ex ipſomet relata*) ùt comperit (*Henricus*) corpus ejusdem in Mezelecun ſepelivit. *Haud meminit quidem Ditmarus poſtremi hujus miraculi, ad* Colmani *tumulum Stokeraviæ facti ; ſed vero admodum mihi ſimile fit, Ditmarum, S.* Colmani *res geſtas non niſi obiter perſtringentem*
B *& ad alia feſtinantem, non niſi è pluribus pauca delibare voluiſſe.*

anno veriſimilius 1014 33 *Quamquam autem* S. Colmani *corpus Mellicum primò (nam & alteram Tranſlationem ex Hungaria ad idem factam infrà referemus) tranſlatum ſcribat Erchenfridus anno* 1015, *Stokeraviæ verò ſepultum fuiſſe anno* 1014, *ex ejus verbis conjectarium fiat, neutra tamen res quoad annum, quo facta ſit, certa eſt. Erchenfrido auctore, (à quo hic anonymum interpolatum puto)* à die ſuſpenſionis (S. Colmani *anno* 1012 *factæ*) uſque ad diem tranſlationis (7 *Octobris*) totum triennium tranſiit temporis ; *unde illum è patibulo menſe Octobri ſuſpenſum fuiſſe conſequitur. Rurſum verò auctore eodem, à die ſuſpenſionis uſque ad diem, quo è cruce Stokeraviæ depoſitus fuit, annus ſequialter ſeu menſes* 18 *computandi, quos ſi à menſe Octobri anni* 1012 *numeres, in annum* 1014 *deſinere neceſſe eſt. Contra verò Chronicum Mellicenſe ad an-*
C *num* 1013 *ita habet :* Hoc anno beatus Cholomannus ſepultus eſt in eodem loco, *id eſt*, in Stocchærouwe : *ad annum verò* 1014 *ſic :* Hoc anno ſanctus Cholomannus à Megingaudo Heibſtatenſi epiſcopo in Medelicca ſepultus eſt. *Eadem, quæ Mellicenſe, habet Chronicum Clauſtro-Neoburgenſe, Megingaudum Heibſtatenſem vocans* Meingandum Eyhſtetenſem *& Zwetlicenſe ; ſed hoc Megingaudum epiſcopum vocat* Haberſtatenſem : Hebenſtatenſem *verò Chronicum Auſtrale apud Freherum tom.* 1. *Utrum his, an Erchenfrido adhærendum ? Res incerta eſt : malim tamen Chronicis potiùs, quàm Erchenfrido, hac in re propterea adhærere, quòd inundatio illa Danubii, quæ ſecundum Erchenfridum poſt ſepultum Stokeraviæ* Colmanum *contigit, eadem facilè eſſe potuerit, de qua Annaliſta Saxo ad annum* 1013 *ita ſcribit :* Rex ad Occidentis regiones pergens iter ſuum in Langobardiam diſpoſuit, & iterum Merſeburg repedavit, & inde XI kal. Octob. diſcedens per Bawariorum atque Suevorum fines tranſivit. Mox inundatio nimia facta eſt aquarum multa damna inferens XVIII kal. Januarii.

transfertur per Megingaudum, 34 *Quod autem ad epiſcopum, qui* S. Colmani *Mellicum tranſlationi interfuerit, attinet, eccleſiæ Halberſtadienſi epiſcopum hujus nominis nullum id temporis, ſed Arnulfum præfuiſſe certum atque indubitatum eſt : quod ſi epiſcoporum Eiſtettenſium apud Gretſerum pag.* 1429 *& ſeq. catalogum ſequeris, neque Megingaudus ſeu Megengozus Eiſtettenſis epiſcopus dictæ tranſlationi, ſaltem ſi illa* III *Idus, ut Aloldus, vel Nonis Octobris, ut Erchenfridus ſcribit, contigerit, potuit intereſſe ; ut qui illic è vivis anno* 1014 IV *Kal. Maji abiiſſe dicatur. Non tamen Catalogus ille Eiſtettenſis hoc loci, utì Calleſius Tom.* 1. *Annalium Auſtriæ pag.* 308 *annotat, ab omni erroris ſuſpicione immunis eſt.* Verùm, *inquit Calleſius*, quæ de Starchando, & Reginoldo epp., qui Megingaudum præceſſerunt, ibi afferuntur, indubitata non videntur : Starchandus enim III Idus Februar. anno DCCCCLXV in campo Lyci ab Ungaris occiſus eſſe legitur : cum tamen eo anno nullum cum Hungaris ad Lycum bellum fuerit, ſed anno DCCCCLV ad
E IV Id. Auguſti. Reginoldus deinde, qui hic anno DCCCCLXXXIX defunctus eſſe ſcribitur, diverſus fortè non eſt ab eo, qui in Necrologio Fuldenſi anno DCCCCXCI obiiſſe notatur : quæ poſterior ſententia ſi vera eſſet ; Megingaudus, cui Eychſtettenſis catalogus annos XXIV epiſcopatus tribuit, non anno MXIV, ſed MXVI mortuus eſſet ; atque adeò Tranſlationi S. Colomanni intereſſe potuiſſet. *Ita ille per conjecturam.*

Eyſtettenſem epiſcopum : 35 *Verum hoc quidem pacto ad annum dumtaxat* 1004 *aut* 1006 *ætatem Megingaudus produxiſſet & non tantùm Gundeckarus II, anno* 1057 *in epiſcopum Eyſtettenſem electus, & prædicti catalogi auctor in annis ſuorum deceſſorum Reginoldi & Megingaudi annis turpiter erraſſet ; ſed & falſi arguenda eſſent ſequentia apud Gretſerum pag.* 433 *libri pontificalis Eyſtettenſis verba :* Anno Domini MXV tempore Gundeckari primi, epiſcopi Eyſtettenſis, diviſio ejuſdem ſedis in terminis eſt facta, *quod nimis mihi durum apparet. Quid igitur ? Num*
F *tranſlationi* S. Colmani *Mellicum Megingaudus non interfuit ? Minimè verò, etſi Megingaudi nec apud Ditmarum, nec apud Erchenfridum mentio fiat. Omnia enim, Chronica num.* 33 *citata ſequendo, aptè combinari queunt ; primò quidem, ſi inundatio Danubii, & miraculum ad tumulum* S. Colmani *Stokeraviæ factum, ex Annaliſta Saxone menſi Decembri anni* 1013 *illigetur : deinde verò, ſi tranſlatio* S. Colmani *facta ſtatuatur anno* 1014, *ad menſem Aprilem nondum provecto. Primum ratio temporis ſuadet : alterum ipſamet Erchenfridi narratio, cùm ait :* Hujus tam præclari ſtupendique miraculi (*reſtagnantis circa S.* Colmani *tumulum Danubii*) fama ad aures Heinrici Marchionis (*brevi ſanè, utpote Mellico haud procul Stokeravia tunc habitantis*) pervenit rumoribus allata : qui ſtatim, Miſſis clericorum ordinibus, & quibuſdam militiæ ſuæ primatibus, præcepit, ut in ſuam civitatem honorificè

AUCTORE J. B.

rificè transferrent miraculis glorificatum corpus; *quod ſanè non* ſtatim *præcepiſſet, ſi id aut ad* 111 *Id., aut ad Nonas Octobris anni proximè inſequentis diſtuliſſet. Quæ ſi rectè ſe habent, dies* XIII *Octobris, qua* Colmanum *paſſum ait vetuſtum Martyrologium Benedicto-Buranum num.* 27 *laudatum, & quo cultus ſemper fuit, ſancto noſtro veroſimillimè fuerit emortualis. Subdit dein Erchenfridus quædam prodigia, quæ, dum Mellicum Sancti corpus transferebatur, contigerunt, atque ad hunc modum primam lucubrationis ſuæ partem abſolvit.*

at ſuccedentibus

36 *Partem verò ſecundam ita exorditur:* Ex multis mirabilibus, quæ Dei clementia per ſuum fidelem Famulum oſtendit, pauca, quæ nobis videndo cognita ſunt, perſtringimus; *quæ verba, minùs Erchenfridi ætatem attendenti Lambecio anſam præbuiſſe videntur, ut hæc S.* Colmani *Acta ab auctore æquali conſcripta affirmaret: cum enim hic, quæ in litteras miſit, S.* Colmani *miracula vidiſſe ſe, dicat, ex iiſque nonnulla ſint, quæ vel in ipſa* Colmani *Mellicum tranſlatione, vel non diu poſt, & ſuperſtite in vivis Henrico I hujus nominis Auſtriæ marchione, anno* 1018 *è vivis erepto, contigerunt, quis ea à teſte oculato profecta eſſe, non arbitretur? Rectiùs fortaſſe ſcripſiſſet, Acta hæc ab auctore æ-*
B *quali quidem, ſed ab aliena manu interpolata, exarata fuiſſe; eò quòd hinc auctor universìm dicat, miracula abs ſe viſa narrari; hinc autem quædam ſecundæ huic lucubrationis Parti inſerta legantur, quæ in auctorem, rebus, quas ſcribit, æqualem, teſtemque oculatum cadere haudquaquam poſſunt.*

novis miraculis,

37 *Cum enim num.* 12 *inflicta divinitus furi, qui S.* Colmano *oblata rapuerat, vindicta enarrata eſt, mox ſequenti numero ita pergitur:* Hac igitur fama magis magiſque crebreſcente, Petrus rex Ungarorum eſt accenſus, quali modo poſſet hoc acquirere & in ſuum regnum traducere corpus. Hæc eo meditante, Treverorum archiepiſcopus Poppo, Marchionis (*Henrici*) frater, ab Hieroſolyma rediens venit in regnum ejus. Quod rex ut audivit, magno gaviſus gaudio ad ſe vocavit, ſperans effectum ſui deſiderii per eum ſe inventurum. Quod ita eſt etiam factum . . . veniens itaque (*Poppo*) ad fra-
C trem (*Henricum Auſtriæ marchionem*) magna affliction cordis aperuit & lacrimis, quod violentia compulit regis. Marchio autem, ut ſemper fuit vir bonus & prudens, ne qua macula optimum ſuum genus fuſcaret, quamvis invitus, decrevit tamen facere, ut rex coegit ſuum fratrem jurare. *Ex quibus eodem tempore Henricum præfuiſſe Auſtriæ, Petrum regnáſſe in Hungaria, Popponem, Trevirenſem Archiepiſcopum Hieroſolymis per Hungariam in Germaniam rediiſſe, manifeſtò conſequitur; quod quàm abſurdum, & ab auctore res, quas viderit, litteris mandante, alienum ſit, quæ jam dicturi ſumus, facient palàm.*

in Hungariam,

38 *Ditmarus Henricum Auſtriæ marchionem anno* 1018 *obiiſſe ſcribit, cui annaliſta Saxo ſic ad prædictum annum conſonat:* Tranſactis paucis diebus Heiricus, qui Marcam inter Ungarios & Bawarios ſitam habebat, vir fortis & ſtrenuus defunctus eſt. *Adde & Annales Hildeshemenſes ab anno* 714 *uſque ad* 1138, *in quibus tom.* 1 *Scriptorum rerum Brunſvicenſium pag.* 724 *hæc leguntur ad annum* 1018: Heinrichus marchio Bajoariæ (*nempe Orientalis, quo nomine Auſtria appellata fuit,*) ſubitanea morte præventus eſt. *S. Stephanum, Petri deceſſorem proximum vitam ſimul & Hungariæ regnum cum morte anno* 1038 *commutáſſe, Stiltingus tom.* 1 *Septembris pag.* 552 *ex Wippone in Conradi imp. vita, Mariano Scoto, Hermanno contracto, annaliſta ſaxone probat; ita ut Henrici ætas cum Petri regno, ſalva ſcriptorum æqualium ſuppariumve auctoritate, connecti haud poſſit. Sed nec Popponis Aëp. Trevirenſis è Terra Sancta in Germaniam per Hungariam reditus cum Petri regno rectè componas. Eberwinus enim S. Martini Treviris abbas, Vitæ S. Symeonis ibidem recluſi ſcriptor æqualis, de Symeone tom* 1. *Junii Operis noſtri pag.* 92. *hæc ſcribit:* interea Dominus Poppo, Archiepiſcopus ſanctæ Trevirenſis eccleſiæ ſtrenuus proviſor audiens devotè Prophetam de Chriſto dicentem, & erit ſepulcrum ejus glorioſum, gratiâ orationis Hierotolymam ivit: hucque famulum Dei (*Symeonem*) eundo & redeundo ſecum comitatorem habuit. *Pag. verò ſeq. annum quoque, quo Symeon, Popponis in itu redituque comes, è vivis abiit, addit:* ſicque anno E Dominicæ incarnationis milleſimo trigeſimo quinto animam ſanctam . . . . reddidit creatori; poſtquam annis aliquot recluſus vixerat: *unde liquidò conſtat, Popponem Hieroſolymâ Treviros aliquot priùs annis reverſum, quàm Hungariæ ſolium Petrus occuparit; & proinde reditum in Germaniam cum Petri regno, ut mox dicebam, non rectè componi.*

indeque rurſum in ſedem priſtinam

39 *Abſit tamen, ut auctoris, quem interpolaſſe anonymum credimus, quiſquis is demum fuerit, auctoritatem uſque adeò imminutam velim, ut S.* Colmani *corporis tranſlationi fides denegetur: eò tantùm, quæ hìc dicta ſunt, ſpectant, ne omnia, quæ altera Vitæ S.* Colmani *parte narrantur, teſtem oculatum, quod indicare verba num.* 36 *relata videntur, auctorem habere credantur. Sufficit mihi Erchenfridus, ut eam reipſa factam aliquando credam, etſi, notante Calleſio Annalium Auſtriæ lib.* 6 *ad annum* 1028, *ſi Aloldum* (*vide de hoc dicta num.* 27) *excipias, nihil de ea in Chronicis ſive Auſtriacis, ſive Hungaricis antiquioribus exſtet. Quæres igitur, quo anno & ad quem Hungariæ locum* (*neutrum enim Erchenfridus lectorem edocuit*) *S.* Colmani *exuviæ deportatæ fuerint? Inchofer quidem in Annalibus eccleſ. Hungariæ ad annum* 1012 *tempore Petri regis id factum & ex Hungaria in Auſtriam, poſtquam illic annis aliquot inſigni cultu aſſervatum fuerat, S.* Colmani *corpus reductum ſcribit; id quo conſilio factum fuerit, in tempore ſe dicturum pollicitus, quod & ad annum* 1015 *fere facit. Verùm nec ubi de Petro agit, nec alibi id apud ipſum reperi. Schrambius in Chronico Mellicenſi pag.* 37 *annum* 1039 *huic facto aſſignat; & ſecus ac Inchofer ſcribit, anno proximè inſequenti S.* Colmani *reliquias ad priſtinam ſedem relatas ait: Aloldus verò, teſte Calleſio hæc annis* 1016 *&* 1017 *adſcribit.*

F

40 *Neuter*

A 40 *Neuter rectè : cum enim ex dictis ſuprà S. Symeonem, Popponis in itinere Hieroſolymitano comitem, anno* 1035 *vitam mortalem cum immortali commutâſſe, aliunde verò ex Actis Popponis Symeonem à ſuo in Germaniam regreſſu in Porta nigra Treviris ſeptem fermè ipſos annos exegiſſe habeamus, Popponis & Symeonis reditum atque adeò & S.* Colmani *in Hungariam tranſlationem, cum Popponis & Symeonis reditu arctiſſimè connexam vel anno* 1028 *vel uno ex duobus huic proximis contigiſſe, ſtatuimus, Hungariæ rege S. Stephano, Auſtriæ verò marchione, Henrici Popponiſque Aëp. Trevirenſis fratre, Adalberto. Verùm quò in Hungariam S.* Colmani *reliquiæ deportatæ fuerint, Erchenfridus tacet : delatas fuiſſe credimus Albam Regalem (Stulweiſſenburg) Hungariæ regum olim coronatione & ſepultura, etiam ipſius S. Stephani, nobilem, eò quòd illic ſervatum ſit S.* Colmani *caput ;* ubi, *inquit Schrambius pag.* 575 à relatione ſacrarum reliquiarum in Auſtriam fuit huc uſque relictum. *Haud diu porro Hungaria ſacro hoc pignore gaviſa fuiſſe videtur : nam* Poſtquam delata ſunt oſſa regi, *inquit Erchenfridus*, retrolapſa eſt res ejus : nam aëris ſiccitas, terræ ſterilitas, fames & mortalitas regnum ejus in tantum urgebant; ut penitus interire crederent. Miſerunt tandem ad prædictum
B marchionem poſtulantes, legatos mitti, qui dignè Sancti reportarent oſſa Viri. Miſſis itaque religioſis viris, videlicet clericis & laïcis ſacra oſſa revexerunt, & regi ſuisque veniam pro delictis (*extortis reliquiis*) dantes, ad laudem & gloriam nominis Dei in prædictum locum Medlicham reportaverunt.

§ IV S. Colmani cultus ſacer brevî poſt ejus necem cœptus, per Auſtriam vicinaſque provincias inſigniter auctus & propagatus.

S. Colmani *cultus ſacer, Mellicii cœptus*,

C *Quantâ ex inſigni regis Stephani acquirendarum* S. Colmani *exuviarum ſtudio inde ab anno circiter* 1028 *Sanctimoniæ non per Auſtriam modò, ſed & apud vicinas huic gentes famâ, quanta populorum veneratione gaviſus fuerit* Colmanus, *quivis facilè colligat. Quid, quod ab ipſamet ejus tranſlatione Mellicum, nondum triennio ex dictis ſuprà ab ejus nece elapſo, honores, impendi Sanctis ſolitos ſit conſecutus? Suadent enimverò id crebra cum miracula, quibus eum Deus jam tum illuſtrem fecit, tum beneficia interceſſione ejus obtenta, è quibus Erchenfridus infrà non niſi è multis pauca congeſſit, tum denique fidelium dona in ſuæ erga Sanctum venerationis teſtimonium.* Poſito igitur in eccleſia corpore (*Mellicenſi, S. Petro ſacra*) *inquit Erchenfridus*, multi quotidie veniebant & ſecundum quod unicuique copia erat deferebant ad Sanctum. *His initiis cœptus* S. Colmani D *cultus ſenſim accrevit, dum non modò Mellicenſe monaſterium, ſed univerſa etiam Auſtria ejus ſe patrocinio tutelæque commendavit.*

42 *Ac apud Mellicenſes quidem Officio & Miſſa propria cultum jam olim fuiſſe ex Schrambio liquet pag.* 104, *& ſeqq. ubi ex Miſſalibus & Breviariis mox infra citandis quæ ſequuntur, exſcripta ſunt :* *auctus dein*

SEQUENTIA.

Ex binis Miſſal. Mellic. Sec. XV *MSS. & Paſſavienſibus excuſis Sec.* XVI.

42 LÆtabundus fidelis in cœlis cœtus jocundetur,
Totus mundus volenter decenter lætus moduletur
Cholomanni variam pugnam, & victoriam gaudioſam.
Qui relinquens Scotiam, caſu venit Auſtriam fructuoſam.
Explorator creditur, flagris diris cæditur Chriſti Miles.
Serram addunt cruribus, cum tormentis pluribus, hoſtes vides.
Suffocatus reſteo Cholomannus laqueo, viret reſtis.
Nullo nocens vitio, fruitur ſuſpendio Dei Teſtis.
Multandus obticuit, innocens occubuit, E
Suum non aperuit os ut agnus.
Cohærens conſtantiæ, non cedit injuriæ,
Domum ſubit gloriæ Martyr magnus.
Princeps pacis Jheſu, libera ab eſu infernalis nos tyranni,
Et ad Sabbatorum Sabbatum, polorum prece perduc Cholomani.

ALIA DE EODEM SEQUENTIA.

Ex Miſſal. Mellic. MS.

43 CŒleſtis te laudat chorea, *Officio proprio*,
Chriſte, piorum exultatio vera,
Huic conſonans Eccleſia,
Applaudit jubilatione feſtiva.

Offert nam dies annua
Votiva piis gaudia.
Per beati Cholomanni ſollemnia.

Laudanda cujus merita
Ægris præſtant remedia,
Cunctis piè petentibus fidelia. F

O qualis Viri Sancti Innocentia,
Quæ mundi ſprevit læta vel nocentia,
Mitis & humilis Jheſu ſequipeda,
Clarus Heros ſit Jeroſolimipeta;
At dum ſequitur Domini veſtigia,
Patibulo petit poli faſtigia.

Non fecit ſuo proximo obprobria,
Perpeſſus multa ſupplicii genera :
Nunc victrici in cœlo gloriatur laurea.
Ut ſervulis dona obtineat ætherea.
Summo Regi funda: oramina,
Cui laus ſit, decus & gloria.

HYMNUS

A

HYMNUS AD VESPERAS.

Ex Breviar. Mellic. MSS.

ex quo hymni

44 MAre, fons, oſtium, atque terrarum Deus.
Tu omnium caput bonorum,
A te bona fluunt, ad teque currunt.

Longe ab inſulis pars bona maris
Ad fontem rediit, teque requirit
Jheſu, viventium fontem aquarum.

Maris fons eſt Deus, pars Cholomannus,
Quem procul patriis ſitit ab oris,
Cervi more ſuum tendens ad hauſtum.

Scotorum Inſulæ felix Alumne,
Nos prece ſedula dignos fac aquâ,
Quam quiſquis biberit, ſitim pòſt neſcit.

Mundos baptiſmate fraudes iniquæ
Semper inficiunt, ſemper dimergunt,
Per ſtagnum criminis in pœnam mortis.

Sed tuis precibus omnes oramus,
De ſæva eripi noxæ Charybdi,
Tangentes lachrymis portum ſalutis.

B Laus tibi Trinitas, atque poteſtas :
Te laudant flumina, cœli ac terra,
A mari ad mare laus ſit hac die. Amen.

HYMNUS AD LAUDES.

Ex Breviariis Mellicenſibus & Paſſavienſi, anni 1517 prelis Venetis, in quo pro Veſperis aſſignatur.

aliquot ſacri

45 SAlve felix Miles Chriſti
Cholomannne, qui viciſti
Vagam mundi vanitatem,
Ac hoſtilem feritatem.

Chriſti Crucem bajulabas,
Quando te ipſum domabas,
Læta mundi reſpuendo,
Plùs adverſa diligendo.

Pœnas diras es perpeſſus,
Viæ cauſam dum confeſſus
Eras : pro qua Deo gratus,
Sed à malis criminatus.

C Es acriter verberatus,
Forcipibus laniatus,
Ovis, teſtis concrematus,
Et in cruribus ferratus.

Hæc tormenta nil horrebas,
Jeſu Chriſto adhærebas,
Pari nece tu necatus
Es, in ligno ſtrangulatus.

Laureatis jam congaudes;
Ergo Deo noſtras laudes
Illic facito jocundas,
Ubi gaudiis abundas.

Fac nos tuo interventu,
Collocari in Conventu,
In quo agmina Sanctorum
Pſallunt Regi ſæculorum.

D

Præſta Pater quod optamus,
Præſta Fili quod ſperamus,
Præſta Spiritus amborum
Nobis regnum gaudiorum, Amen.

& Orationes exhibentur :

46 Collecta ſeu Oratio de S. Colmano in Miſſa de eodem, ex ſupra dictis Miſſalibus Paſſav. & Mellic. » Piis, Domine, Beati » Cholomanni Martyris tui precatibus à » peccatis noſtris abſolvamur, qui Unige- » niti tui ſectando veſtigia, pro alieno rea- » tu ſuſpenſus, mortem patienter excepit. » Per Dominum &c. Secreta. » Beati Co- » lommanni Martyris tui, Domine, meritis » adjuvemur, qui Unigeniti tui viis adhæ- » rens, pro alterius quoque exceſſu pœnâ » patibuli innocenter occubuit. Per Domi- » num &c. » Complenda ſeu Poſtcommunio. » His ſacrificiis, Domine, Beati Cholomanni Martyris tui oratio ſancta nos aptet; ut illius membris adunemur cujus ille ſecutus exemplum, proximi meruit interire delicto. Per Dominum &c.

Ritus, quo nunc ibi colitur; ædes ſacræ

47 *Celebratur autem paſſim per Auſtriam teſte Hieronymo Pezio in Obſervationibus ad Vitam S. Martyris præviis die* 13 *Octobris, in Mellicenſi verò cœnobio & Stokeraviæ ſolemniore ritu, nempe cum Octava & ceſſatione operarum : ſolet præterea omnis vicinia ad* E *Mellicenſem eccleſiam concurrere, eumdem diem in choro foroque celebratura : tertia verò Pentecoſtes die viginti ferme pagorum incolæ, expanſis vexillis, curionibus præeuntibus, collectim; per annum verò diviſim, idem facere conſueverunt. Colitur præterea S. Martyr in Diœceſi Viennenſi ritu duplici, & Viennæ in S. Stephani lapis, in quo ferram paſſus eſt, religioſè ſervatur : cujus hæc inſcriptio eſt :* Hic eſt lapis ſuper quem effuſus eſt ſanguis ex ferratione tibiarum S. Colomanni Martyris, quem huc collocavit illuſtris Dominus Rudolphus IV, dux Auſtriæ. *Dicata eſt ejus nomini Parochialis eccleſia in Rodendorf; uti & eccleſia in Eiſgarn; in qua lapidem, in quo S.* Colmanus *Hieroſolymam cogitans quieverit, ſervari perhibent. Styræ item, in Auſtria Superiore ad fluvium cognominem ſitæ, parochiale templum Deo ſub S.* Colmani *invocatione erectum viſitur. Sacellum item binis à Lunelacenſi (aliàs* Manſee*) Ordinis Benedictini in Auſtria Superiore cœnobio, circiter milliaribus, ubi & quietis causâ ſubſtitiſſe fertur, eidem ſacrum viſitur, quò frequentes, ſive adverſus tempeſtates aërias, ſive animalium morbos, undecumque ortos, ſive dentium dolorem, aliaque corporis incommoda fideles opem ſibi præſidiumque quæſituri accurrunt.* F

ejus nomini per Germaniam erectæ;

48 *Salisburgi in eccleſia metropolitana Sigiſmundus à Volckenſtorff hujus nominis Aëp. Salisburgenſis I, anno* 1452 *electus, ſacellum in honorem S.* Colmani *erexit, dotavit, & conſecravit, in eoque (vide Hundium pag.* 26*) ejuſdem Sancti Miſſam fundavit. Hoc num. relata ex Schrambio fere deprompta ſunt, qui pag.* 34 *addit :* Præterea in tota Germania multa templa, plures aræ S. Colomanno inſcriptæ potentiſſimum ad Deum patrocinium atteſtantur; *in quibus numerandum venit* S. Colmani *in cœnobio S. Emmeramni monaſterio*

A *rio facellum & ara, de quibus in Hiſtoria Epp. Ratiſponenſium & abbatum S. Emmerami, auctore Chriſtophoro Erythropolitano Tubertino, Tom. I. Scriptorum rerum Boïcarum pag. 556 hæc lego :* Abbas monaſterio noſtro præſidere cœpit anno domini MCCXVII nomine Udalricus, ejus nominis II; præfuit annis IIII, menſes V, diebus XX Sepultus ad S. Cholomannum in ſiniſtro fere cornu. *Et paulò poſt :* Sepultus & ipſe (*Percholdus, Uldarici II ſucceſſor*) in majori, quod vocant, capitulo apud aram S. Cholomanni Martyris. *Item hæc apud Hundium Metrop. Salisburg. Tom. II. pag. 371 in Catalogo abbatum S. Emerammi : Hujus (Frederici de Weidenberg, anno 1395 defuncti)* tempore dormitorium incineratur, ſalvâ S. Colomanni capellâ ſubtus dormitorium quaſi in medio ignis. *Numerandæ item binæ ædes ſacræ, de quibus Raderus Bavariæ Sanctæ Vol. 3 pag 13 his verbis :* Multas paſſim per omnem Boïcam ædes habet Colomannus ſuo nomini inſcriptas & initiatas : in duabus hodie noſtræ juventutis informatores pueritiam elementa docent Chriſtianæ legis; altera Perlachenſis, abeſt Monachio tribus paſſuum
B millibus; altera Suinenſis Eberſpergâ duobus, ubi pér dies feſtos ſodales noſtri partim apud populum pro concione verba faciunt, partim teneram ætatem erudiunt. *Sed hæc olim.*

ſummorum Pontificum, 49 *Cultum S.* Colmani *egregiè promovere, datis eum in finem indulgentiis, Romani Pontifices Paſſchalis II, anno* 1099 *creatus Pontifex, Clemens VI anno* 1342, *& Innocentius Papa IV anno* 1244, *quo datis ad Rudigerum, Patavienſem epiſcopum litteris, ejuſdem diem feſtum per totam Auſtriam & adjacentes provincias ſolemniter celebrari juſſit : ita illæ habent apud Hanſizium Germaniæ ſacræ Tom. I. pag.* 381. Cum ſicut ex inſinuatione dilecti filii, nobilis Viri ducis Auſtriæ (*Friderici II*) accepimus, per merita Beati Colomanni Martyris, cujus corpus in Austria ſub veneranda cuſtodia conſervatur, Dominus noſter multa miracula operetur, præſentium tibi auctoritate mandamus, quatenus ſi prædictus Martyr canonizatus per Apoſtolicam ſedem extitit, ipſius feſtum per
C totam Auſtriam & adjacentes provincias facias ſolemniter celebrari. Datum Laterani VI Idus Maji Pontificatus anno primo. *Idem Pontifex anno Pontificatûs ſui duodecimo fidelibus Mellicenſem eccleſiam die S.* Colmano *ſacra rite viſitantibus, conceſſit indulgentiam, de qua apud Schrambium pag.* 142 *litteræ exſtant hujuſmodi.*

plurium epiſcoporum, 50 Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Ortolpho abbati & conventui monaſterii Medlicenſis Ordinis S. Benedicti Patavienſis diœceſis, ſalutem & benedictionem Apoſtolicam. Loca Sanctorum omnium pia & prompta devotione ſunt à Chriſti fidelibus veneranda, ut dum Dei honoramus amicos, ipſi nos amabiles Deo reddant, & illorum nobis vindicantes quodammodo patrocinium apud ipſum, quod merita noſtra non obtinent, eorum mereamur interceſſionibus obtinere. Cupientes i-

gitur eccleſiam monaſterii veſtri ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, congruis honoribus frequentari. Omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui ad ipſam eccleſiam veſtram in feſto Beati Colomanni Martyris, cujus eſt inſignita vocabulo, & in die Dedicationis ejuſdem cum devotione acceſſerint, de omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi XL dies de injunctis ſibi pœnitentiis annis ſingulis miſericorditer relaxamus. Datum Anagniæ XVII Kal. Jul. Pontificatûs noſtri duodecimo. *Similem indulgentiam eccleſiam Mellicenſem ſacra S.* Colmano *die devotionis causâ accedentibus, archiepiſcopus unus, epiſcopi* XI *conceſſere Urbe Veteri anno* 1282 XIV *Kal. Jan. teſte Schrambio pag.* 33, *adjecta hac clauſulâ :* Dummodo conſenſus diœceſani acceſſerit : *conſenſit autem Bernardus epiſcopus Patavienſis, additâ ſuo nomine ſimili indulgentiâ, anno* 1286 *tertio Nonas Dec. Biennio verò pòſt quadraginta item dierum indulgentiam conceſſit iis, qui verè pœnitentes & confeſſi Miſſam in altari S.* Colmani *cantari audierint. Alias inſuper indulgentias,* 40 *dierum, alteras anno* 1347, *alteras* 1354 *à pluribus archiepiſcopis & epiſcopis ad promovendum S.* Colmani *cultum conceſſas videſis apud eumdem Schrambium pag.* 242 *& binis ſeqq.*

& ſingulari & variumque 51 *Sed neque in promovendo ſancti Martyris cultu ſtudium operamque ſuam Mellicenſes cœnobitæ deſiderari ſunt paſſi. Anno* 1170, *abbate Sygehardo, Erchenfridi ſucceſſore, facta eſt in Mellicenſi eccleſia, teſte loci Chronico,* Dedicatio altaris S. Cholomanni Martyris XIV Kal. Junii. *Idem Chronicum ad annum* 1429, *quo Mellicenſibus præerat abbas Leonardus, ita habet :* Hoc anno in Dominica » Oculi » noſtra eccleſia Mellicenſis de novo conſtructa dedicatur, & conſecratur cum XIV novis altaribus, *quorum unum ſacrum* S. Colmano *fuit. Sic enim ea de re apud Schrambium pag.* 372 *& ſeq. Wolfgangus de Styra rei geſtæ teſtis oculatus :* Hujus monaſterii pars exterior ſive poſterior, quæ vulgariter dicitur longa domus, ſive corpus eccleſiæ, priori & antiqua parte hac eccleſiæ funditus deſtructa & loco amotâ, integra de novo cum ſuis altaribus ac
F baſilicis ædificata & erecta eſt : conſummataque eſt jam dicta monaſterii pars An. Dom. 1218, & conſecrata eſt cum ſuis altaribus à Reverendo in Chriſto Patre Domino Andrea epiſcopo Victricenſi, tunc temporis cooperatore in pontificalibus eccleſiæ Patavienſis anno Dom. 1429 27 die menſis Febr. quæ tunc fuit tertia Dominica Quadrageſimæ, in qua ipſa Dei Eccleſia in Officio Miſſæ canit : » Oculi mei » Et conſequenter per tres dies, poſt eamdem Dominicam ſequentes; *quibus aliquantò pòſt hæc de* S Colmani *ara ſubdit :* Poſt quorum conſecrationem, videlicet ultima die menſis Febr. quæ tunc fuit feria 2, deſtructum eſt antiquiſſimum S. Colomanni altare in Auſtrali dictæ eccleſiæ parte ſituatum. Atque eodem die de novo aliud altare amplius, ſeu majus in loco priori reædificatum eſt. Sequenti itaque die, videlicet I die

AUCTORE FORTE ERCHENFRIDO.
D
E

A Martii, quæ fuit tunc feria tertia, conſecravit dictus epiſcopus primo pavimentum, atque corpus eccleſiæ, de quo præmiſſum eſt, foris & intus cum Chriſmate & Oleo ſancto, cæteriſque ad hujuſmodi conſecrationem pertinentibus per circuitum.

Præſulum Mellicenſium in ejus cultu promovendo ſtudium;

52 Dein eodem die conſecravit altare S. Colomanni in parte Auſtrali ipſius eccleſiæ collocatum. Abbas Leonardus ſolemniter cantavit ipſo die in altari S. Colomanni Miſſam de Dedicatione; quam Dedicationem dein Mellicenſes Dominica III poſt Paſcha celebrarunt. Cæterum cum altaria ex his enumeratis (*verba ſunt Schrambii pag.* 374) vel antiquitate corruerint, vel ex cauſa mutata, vel aliis unita fuerint, pro tempore præſenti invenimus ſolùm duo remanſiſſe, nimirum S. Colomanni, & Benedicti proindeque memorialia pro his duobus altaribus exhibere voluimus. S. Colomanni. Anno Domini MCCCCXXIX dedicatum eſt hoc altare XXVII die Febr. (*hæc ita intellige, ut eo die cœptâ fuerit eccleſia cum altaribus conſecrari*) per Reverendum in Chriſto Patrem Dom. Andream Ep. Victricenſem, cooperatorem in Pontificalibus eccleſ. Patavienſis in honore ſanctiſſimæ Trinitatis & B. M. V. omniumque ſanctorum, ſpecialiter tamen in honore S.
B Colomanni Mart. hujus altaris patroni, in quo continentur reliquiæ infrà ſcriptæ: Videlicet corpus S. Colomanni M. ſimiliter de reliquiis S. Petri &c.

53 *Refert idem Schrambius pag.* 570, *Mellicenſis eccleſiæ turrim cum campanis ſex anno* 1516 *fulmine exuſtam; ſed eodem anno abbatis Sigiſmundi curâ campanas reſtitutas fuiſſe, quarum tertiæ hæc inſcriptio erat:* Sancte Colomanne, juva nutantem ordinem monaſticum, & ſuſcipe fidelium tuorum famulatum, ut te apud Deum cum S. Leopoldo ſentiamus patronum; *quæ Mellicenſium cœnobitarum in S. ſuum Patronum in adverſis fiduciam produnt. Anno* 1514 *iidem religioſi viri erectam Viennæ S.* Colomanno *ædem ſacram conſecrandam curarunt, de qua Schrambius hæc ex vetuſto Mellicenſi codice, ſignato N.* 29. *Litt.* H *hæc excerpſit pag.* 588: Anno à Nativitate Domini 1514 in-
C dictione 2, die verò menſis Maji 14, quæ erat Dominica 4 poſt Paſcha, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Leonis divinâ providentiâ Papæ X anno ejus 2, regnante glorioſiſſimo & invictiſſimo principe & Domino noſtro Domino Maximiliano, divina favente clementia, Romanorum imperatore electo, ſemper auguſto, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ tunc rege, archiduce Auſtriæ potentiſſimo, ad inſtantiam Reverendi in Chriſto Patris Domini Sigiſmundi Taler monaſterii Mellicenſis Ord. S. Benedicti Patav. diœces. Abbatis per Reverendiſſimum in Chriſto Patrem & Dom. Dom. Georgium epiſcopum Viennenſem dedicata eſt præſens capella cum tribus ſuis altaribus in honorem Dei omnipotentis, Virginiſque glorioſæ Mariæ, ac ſanctorum Colomanni Mart. atque Leopoldi confeſſoris &c. Denique prædictus Reverendiſſimus in Chriſto Pater & Dominus epiſcopus conceſſit ſingulis Chriſti fide-
D delibus in die anniverſario hujus conſecrationis prædictam capellam causâ devotionis viſitantibus 40 dies de vera indulgentia in forma eccleſiæ conſueta.

principumque

54 *Conſtructum à Rudolpho I, archiduce Auſtriæ, anno* 1363 S. Colmano *Mauſolæum deaurando innovavit Caſpar Mellicenſis abbas, anno* 1594, *teſte tabella marmorea ad pedem ſepulcri poſita, cui inſcriptos verſus Schrambius pag.* 695 *exhibet. Eodem teſte pag.* 817, *ſtatuam* S. Colmano *argenteam, cui partem viminis, quo Sanctus ſuſpenſus fuit, à Dom. Joanne Funtfleutner, præpoſito* Hippolitano, *ſibi dono datam inſeruit, fundi juſſit Reinerus, Abbas Mellicenſis, anno* 1630. *De Valentino autem Mellicenſi abbate pag.* 863 *ita ſcribit:* Prædicto anno 1647 abbas Valentinus in honorem S. Colomanni ex Porphyrio marmore & imagine cuprea, artificioſiſſimo penicillo elaborata, exprimente funus ejuſdem S. Martyris, aram erexit, cum hac inſcriptione: » Tibi ô dive Colomanne, regio Scotorum principi, peregrino ſanctiſſimo Martyri, glorioſiſſimo patrono hanc ex marmore aram poſuit Valentinus abbas Mellicenſis. Tu locum hunc & vicinos Auſtriæ agros ab omni periculo ſemper immunes redde. Anno MDCXLVII. *Gregorius item abbas Mellicenſis anno* 1686 *hos* S.
E Colmani *campanæ verſus juſſit inſcribi:* Te ſacri colimus clauſtri; Colomanne, patronum. Hinc quoties campana ſonat, dat vota clientûm.

erga Sanctum

55 *Viri autem principes quantum venerationis erga* S. Colmanum *habuerint, docebunt, quæ ſequuntur. Henricum I Auſtriæ Marchionem, auditis Sancti miraculis, ejus mox corpus Stokeraviâ Mellicum ſolemniter deferri, ac honorificè ibidem tumulari; S. Stephanum verò,* Hungariæ *regem tantum effeciſſe, ut idem ab Adalberto Auſtriæ duce impetraret, idque nonniſi invitum, unde acceperat, remiſiſſe ex dictis ſuprà notum eſt. Fridericus Auſtriæ dux ad Innocentium II ſcripſit, ut* S. Colmani *corpus Viennam ubi ſedes epiſcopalis ſtatuenda foret, ſibi transferre fas eſſet: colligitur id ex Innocentii litteris, quæ apud Schrambium ſic concipiuntur:* Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis S.
F Crucis de Zwettl & de Rane abbatibus Ciſtercienſis Ord. Salisburgenſ. & Patavien. diœceſis ſalutem & benedictionem Apoſtolicam. Dilectus filius nobilis vir Dux Auſtriæ nobis humiliter ſupplicavit, ut cum ipſe corpus Beati Colomanni Martyris deſideret ſub veneranda cuſtodia conſervari, ipſum transferre ad aliquem locum, ubi epiſcopatum in terra ſua creari contingeret, paterna ſollicitudine curaremus. Gerentes itaque de circumſpectione veſtra fiduciam in Domino pleniorem, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus inquiſita ſuper hoc, & an id expediat fieri, diligentiùs veritate: nobis quæ inveneritis veſtris litteris fideliter intimetis, ut exinde, quod expedire viderimus, disponamus. Quod ſi non omnes iis exequendis poteritis intereſſe, duo veſtrûm ea nihilominus exequantur. Datum Lugduni VIII Idus Mart. Pontificatûs noſtri anno ſecundo. *Optato exitu Friderici pre-*

A ces caruere ; cum possidere S. Colmani corpus cœnobium Mellicense perrexerit.

veneratio. 56 *Rudolphus IV, Archidux Austriæ, anno* 1360 *crucem sanctam, ab Adalberto, Austriæ marchione olim monasterio Mellicensi dono datam, auro, gemmis, unionibus, reliquiis ornavit, utì ipsemet protestatur apud Pezium Tom. II Script. rerum Aust. col.* 396. ob specialem amorem Sanctissimi Martyris Colomanni. *Idem Mellicium venit anno* 1362, *visitatoque S.* Colmani *sepulcro, jam antiquitate collapso magnificum servandis ejus exuviis construi Mausolæum jussit, teste inscriptione hujusmodi.* Rodolphus IV. Dei gratiâ archidux Austriæ & Carinthiæ, Dominus Carniolæ, Marchio Portnaonis, comes Habspurg. Veretis, Chyburg, & Athasis, marchio Burgundiæ, Landgravius Alsatiæ me fecit in honorem S. Colomanni. *Alterum ejusdem Rodolphi in S. Martyrem venerationis monumentum relatum suprà fuit num.* 46. *Maximilianus I imp. anno* 1517 *Mellici agens, non tantùm S.* Colmani *Mausolæum renovare, sed & ejusdem Sancti caput, Albâ regali Mellicum referre statuerat ; sed id consilium mors invida impedivit. Anna*
B *imperatoris Matthiæ conjux, mandibulæ S.* Colmani *parte petita obtentaque, Mellicio anno* 1613 *læta recessit. Anno* 1693, *cùm Leopoldus I imp. unà cum imperatrice Eleonora Magdalena, Josepho & Elizabetha filiis Mel-* D
licium adveniset, non priùs augustum illud consortium inde discessit, quàm pio religiosoque Sancti Colmani *exuviis impresso osculo suum erga illum amorem venerationemque testatum esset. Illustrissimus Dominus Wenceslaus Hegemüller ad aram S.* Colmani, *id est, ùt ejus epitaphium habet, sub umbra tutelaris, sepeliri voluit. Illustribus hisce viris feminisque liceat & privatos quosdam addere ; in quibus sunt Fridericus de Hauseck, & quidam monasterii Mellicensis Officialis, de quorum legatis eidem monasterio in honorem S.* Colmani *factis agit Schrambius pag.* 172 ; *& Christophorus Wagner, qui calicem aureum obtulit, adjectâ, quæ suum in S.* Colmanum *animum testificaretur, hac inscriptione :* Hunc calicem cum patena monasterio Mellicensi in memoriam S. Colomanni obtulit Christophorus Wagner Viennæ in aula Mell censi cellarius anno 1683 21 Augusti in die obitus sui. *Atque hæc præcipua sunt, ad S.* Colmani *cultum sacrum spectantia, quæ apud Schrambium in recentiore Mellicensi chronico sparsim inventa collegi, quibus addit pag.* 470 *& seq. è S.* Colmani *reliquiis aliquas altari capellæ S. Joannis, & altari S. Michaëlis anno* 1456, *cum illa dedicarentur ; pag. verò* 961, *anno* 1693 E
Mellicensis ecclesiæ etiam turri pellendis tempestatibus fuisse inclusas.

VITA a

Auctore, ut creditur, Erchenfrido b

ex Hieronymo Pezio Tom. I. Scriptorum rerum Aust. col. 97 *& seqq.*

PROLOGUS.

C

S. Colmani *memoriæ consultum vult auctor.*

PRinceps Apostolorum Petrus, audiens à Domino, mundi contemptores centuplo hìc remunerandos emolumento, & in futuro vitam æternam possessuros cum Christo, multas asseclarum copias suæ conversionis adquisivit exemplo. Considerantes enim, quæ, & qualia sunt, quæ repromisit Deus diligentibus se ; spreverunt ea, quæ in mundo poterant habere, vitæ perennis possessione ut mererentur ditescere. Horum quorumdam conversionem conversationemque nobis commendat fidelis Historia, ut illorum apud superstites per sæcula vivat memoria. Quocirca nos quidem officio sterili posteris commendare dignum duximus, quæ in nostra regione, & nostris quoque gratulamur acta temporibus. c

CAPUT I.

F

Sancti in Austriam adventus, supplicium & Translatio Mellicum.

REgnante gloriosissimo imperatore Heinrico, qui tertio Ottone mortuo, Romanorum præponebatur imperio, *d* plures pro nomine Christi peregrinantes iter direxerunt per regna ejus ditioni subdita : quia tanta fuit præfati pietas imperatoris, ut in illo situm esset grande solamen peregrinis, præsidium pacis, refugiumque miseris. Accidit autem quendam Cholomannum *e* nomine, Scoticæ gentis oriundum, *f* peregrinationis iter ar-

Sanctus, natione Scotus, in Austria velut explorator, captus, d e f

AUCTORE FORTE ERCHENFRIDO

ripere, terreſtrem cœleſtis amore Jeruſalem cum aliis, quibus eadem mens erat, expetens *g* inviſere. Venit itaque in Orientalem Noricæ regionem *h*, cui à plaga Orientali Pannonia, ab Aquilonari confinis adjacet Boëmia *i*. Harum nationes regionum populis Noricæ telluris admodum tunc temporis erant moleſtæ, eò quòd ab illis ſæpenumero ſint turpiter humiliatæ, devictæ, multisque modis miſerabiliter afflictæ. Inde contra Virum Dei orta eſt falſa ſuſpicio, tamquam veniret miſſus à prædictis nationibus, causâ explorationis ac prodendæ regionis. Hac ſuspicione furioſæ plebis animi adeò incanduerunt adversus Famulum Dei, ut ſcopis atrociter caſtigatum, traderent ad cuſtodiendum, poſtera die judici præſentandum. Sed invictus Chriſti Miles, parvipendens labentis vitæ ſpatium, mentis ſuæ conſtantiam viriliter corroborando præparavit ad ſupplicium, cupiens adipiſci coronam legitimè certantibus promiſſam: quia, ſicut ait Apoſtolus " Nemo coronabitur, niſi qui legitimè certaverit. " *k*

g
h
i

k *tortus & è cruce ſuſpenſus,*

3 Ut autem ventum eſt ante judicem, modeſtiam, quam in animo habuit, ſermone, vultu & habitu demonſtravit. Interrogatus itineris ſui cauſam veraciter expoſuit: B aliud quicquam confiteri, quàm quod res erat, compelli ne umquam *l* potuit. Tunc judicis edicto aſperis horrendisque cædebatur verberibus, ut, ſi explorator eſſet *m*, ſaltem confiteretur victus pœnarum doloribus. Sed fortiſſimus athleta Cholomannus, qui ſolvi & eſſe cum Chriſto cupiebat, acria tortorum flagra, lapides, ovaque fortiter ignita, candentem quoque forcipem, quâ quidam perverſus malleator corpus ejus miſerabiliter vellendo cruciavit, ferram *n* etiam, quâ crura ejus lacerabantur, conſtanter innixus præſidio Chriſti nullificavit *o*. Carnifices verò, cernentes invictam Viri Dei conſtantiam, animam ejus tormentis ſicut aurum quod in fornace probatur, excoctam tandem extorſere ſuſpendio, duobus latronibus ſuſpenſis cum eo. Horum carnibus frequenti morſu avium beſtiarumque dilaniatis, ac putredine conſumptis, Sancti Viri corpuſculum, unguibus cum barba cæſarieque crescentibus, materiali corruptione procul remota, floruit *p*. Inſuper torta *q*, in qua pendebat, floruit, impletâ prophetiâ Pſalmographi, quæ ait: » Juſtus ut palma florebit *r* ».

l
m
n
o
C
p *q*
r

poſt prodigia quædam

4 Incolis autem regionis ejuſdem novo & inaudito ſtupidis miraculo, contigit cujusdam Rumaldi filium morbo debilitari podagrico. Patre verò ſuper hac re graviter anxio, & quid ageret dubio; quadam nocte ſibi revelabatur in ſomnis, filium ſuum priſtinæ ſanitati reſtituendum, ſi locus morbi oblineretur carne ſtrangulati videlicet hominis. Igitur experrectus, ac tali viſione ſolitò quidem hilarior effectus, accuratiſſimè quæri & afferri medicinam miſſo feſtinanter præcepit nuntio, quam prædicta ſibi revelavit viſio. Profectus ergo nuntius poſtquam devenit ad locum, ubi venerabile pendebat corpus, infixâ lanceâ, fruſtum carnis de ſura Pendentis, ùt juſſus erat, abſtulit: & mox mirum in modum magna ſequebatur copia, tam calidi cruoris, acſi animâ adhuc obſervaretur *s* in hoſpitio corporis. Hoc viſo legatus attonitus expavit; tamen deferenda ad Dominum ſuum perferens rem, ùt geſta erat, pleniter enarravit. At puer, cujus causâ hæc fiebant, allatæ carnis medicamine tertiò oblinitus, ſurrexit incolumis, viribus fortiter innitens propriis, qui priùs ad ſurgendum vix utebatur alienis. Tali modo ipſe ſibi redditus, indefeſſas grates retulit Deo & Beato Cholomanno, cujus per merita ſanitas eſt ei reſtituta.

D *s*

5 His ita geſtis, idem Rumaldus iter faciens, divertit ad patibulum ubi Sancti Viri corpus erat pendens *u*. Intuitus autem diligentiùs tam ipſe, quàm omnes, qui ſecum advenerant, & ille potiſſimùm, qui causâ abſcindendæ carnis miſſus fuerat (nam & is in eodem comitatu aderat) admirabatur non ſolùm non factum vulnus, ſed nec cicatricem vulneris in corpore Pendentis apparere. Ita enim divina præſtante gratia diminutio illa fuit integrata, ut nullum omnino cicatricis veſtigium reperiri poſſet in illo. Quidam autem venator, cujus præcordia frigore obriguerunt perfidiæ; ſi verum eſt, inquit, quod afſeritur, ut de iſto cadavere cruor decurrat calidus, hoc ego jam ſum comprobaturus. Arrepto igitur venabulo, venerabilis Viri latus perforavit, unde confeſtim ſanguis *x* profluens ipſum, & cui inſidebat jumentum, ſacris imbuit reliquiis. Rumaldus autem, & qui cum eo aderant, viſæ rei formidine trepidi, non parva multitudine cleri & populi coadunata, decreverunt beatæ memoriæ Viri corpus ſepeliendum deponi. Si quis autem nôſſe velit, quantum temporis ſpatium pendendo impleverit, integrum annum computet & dimidium.

tumulum nactus, *u*

E *x*

6 Eſt prope Danubium quædam ſpecioſa & delectabilis augia *y*, in qua noviter conſtructa fuit baſilica; illuc prædictus Dei Famulus utriuſque ſexus tripudio deferebatur humandus. Sequenti igitur anno Danubius effreni licentia littorum curvitates evagatus *z*, pleraque ædificia ſuis viribus eruta, funditus ingurgitavit, & quæque loca ſibi contigua æſtuantis diluvii copiis inebriavit. Atrium autem baſilicæ, juxta quam Beati Cholomanni cadaver venerandum quievit, tanta diluvies replevit, ut medietas eccleſiæ, prævalentibus aquis, vix appareret. Sed omnipotentis Dei Clementia per Famuli ſui merita nova oſtendit miracula, & noſtris quoque ſæculis inaudita. Nam tumulus, quo claudebatur corpus ipſius, aquarum diluvie non attingebatur penitus: fluctibus etenim undique ſævientibus, locus ſepulchri aprica viriditate fruebatur, quaſi muri validi fuiſſet munimine circumdatus.

accedente *y*

z

F

7 Quidam autem piſcator, quem ventris vacui furor, & rerum habendarum inopia compulit vagari per Danubium, aquarum violentiâ impulſus ad eumdem pervenit locum. Videnſque inſoliti miraculi prodigium, proræ gubernaculo paulùm demiſſo, vehementer obſtupuit; ſed mox ad ſe reverſus, ſuæ aliarumque villarum civibus ipſam rem iterum attonitus prædicavit. Illi autem, arreptis

novo miraculo,

A reptis navibus, festinabant videre magnalia Dei, & videntes admirati sunt, dicentes : *aa* » Sicut audivimus sic vidimus. » *aa* Deinde omnipotentiam Dei his glorificabant vocibus : » Benedictus Dominus Deus Israël, qui *bb* facit mirabilia solus. » *bb*

Henrici Austriæ Marchionis jussu

8 Hujus tam præclari stupendique miraculi fama ad aures Heinrici *cc* marchionis pervenit rumoribus allata : qui statim *dd* missis clericorum ordinibus, & quibusdam militiæ suæ primatibus, præcepit ut in suam civitatem honorificè transferrent miraculis glorificatum corpus. Venerunt autem *ee* ad sepulchrum ; sed priusquàm impresso sarcophagum tangeretur fossorio, tanta miri & insoliti odoris occurrit eis fragrantia, ut omnes qui aderant, lacrimis maduissent effusis præ gaudio. Aperto itaque sarcofago, invenerunt sacri Viri corpusculum ab omni corruptione penitus illæsum, acsi eadem die esset humatum. Consideremus ergo, quanti meriti Sanctus iste sit apud Dominum, qui tantum temporis in tumulo quievit, quantum in patibulo pendens adimplevit, & tamen corpus ejus corruptionis detrimenta non novit : nam à die illius suspensionis, usque ad diem Translationis, totum triennium B transiit temporis.

cc

dd

ee

Mellicium cum honore translatus,

9 Elevato igitur desiderabili thesauro, & linteis palliisque ad hoc præparatis involuto, optatum iter primo arripuere diluculo, fugiente procul adversitatis infortunio. Non autem parvam multitudinem sequi & occurrere visa auditaque compellebant miracula, laudes hymnosque referentes Viventi & Regnanti in sæcula. Instante autem noctis jam crepusculo, diverterunt ad ecclesiam non longè à via positam, cupientes in illa noctem divinis laudibus posito transigere corpusculo. *ff* Cumque omnes vigiliis præteritæ noctis, ac lassitudine itineris victos languor opprimeret soporis ; quidam adventitius clericus, cæteris dormientibus, leniter arripiens beati videlicet Hominis pedem, resecto pollice, mutilavit, unde vix sedandi sanguinis ubertas profluens pavimenta irrigavit.

ff

honorificentiore tumulo conditur.

10 Orto autem die, cùm elevato corpore dirigerentur in itinere, occurrit quidam infirmus, nomine Adalgerus, *gg* adductusque ad feretrum, suæ infirmitatis imploravit auxilium. Cumque oratione completa surrexisset, unicuique membrorum proprio officio tam pleniter inhitebatur, ut suis fortiter gressibus insistens, & manibus crucem portans, ante feretrum usque ad locum sepulchri tripudians, ac Deum glorificans graderetur. Clerici verò, qui sacras deferebant reliquias, hæc cernentes, cum cætera multitudine laudibus extulerunt Dei magnalia, & Sanctum ejus Cholomannum, cujus per merita signa fiebant talia. Hac *hh* jocunditate tandem pervenerunt ad civitatem, nomine Medlicham, in qua pretiosi thesauri pignora Marchionis *ii* jussu fuerant reponenda. Ubi in Nonis Octobris Dominicæ Incarnationis millesimo quinto decimo anno *kk*, optimatum consilio posuerunt eum in ecclesia, honori principis Apostolorum dedicata, Australi in absside : ubi plurima per illum mirabilia jugiter operatur Dei virtus & Dei sapientia, quæ cum Patre & Spiritu S. vivit & dominatur per infinita sæcula sæculorum. Amen. *ll.*

gg

C

hh

ii

kk

ANNOTATA.

a *Non Vita (hæc enim quæ fuerit, dum in Austriam brevi pòst suspendio necandus S.* Colmanus *venit, ignoratur) sed supplicii potiùs miraculorumque, hoc secutorum, enarratio.*

b *Electus in abbatem Mellicensem fuit anno* 1121, *atque adeò seculo integro & plus eo post S.* Colmani *necem : nomen ejus lucubrationi huic in exemplaribus Mellicensi, Vindobonensi, Garstensi, Cremisanensi, & Windbergensi, de quibus Hieronymus Pezius Tom. I. Script. rerum Austriacarum, præfixum non legitur : Necrologio Mellicensi ad* XXVI *Kal. Junii, quo Erchenfridi obitus signatur, seculi* XIV *manus adjecit :* Qui Historiam S. Colomani dicitur dictâsse.

c *Auctoris rebus, quas narrat, ætate æqualis hæc verba sunt, cujusmodi alia etiam occurrunt infrà num.* XI, *ubi de Miraculis agitur, quorum nonnulla annis paucis a S.* Colomani *nece contigerunt. Atqui num.* 12, *ubi Petrus Hungariæ rex, Poppo Trevirensis, & Henricus I Austriæ Marchio eodem tempore ad S.* Colmani *in Hungariam Translationem operâ suâ concurrisse dicuntur, error committitur, qui in scriptorem æqualem, nedum testem oculatum cadere vix potest. Quid igitur de auctore hujus lucubrationis censendum ? Hanc ego, si primam ejus partem, & partem item secundam quantùm ad miracula, sub S.* Colmani *in Hungariam Translationem patrata species, reipsâ primùm quidem ab auctore æquali conscriptam fuisse suspicor, sed ab alio, sive is Erchenfridus fuerit, sive quiscumque alius, servatis tamen primi auctoris, quibus ætatem suam indicabat, verbis interpolatam ; sic tamen, ut miracula, quæ ad calcem secundæ partis narrat suâ memoriâ patrata, & partim saltem visa forte abs illo fuerint.* E

d *Sanctus hic imperator, ad diem* XV *Julii, quo colitur, in Opus nostrum illatus, imperio præfuit ab anno* 1002, *quo obiit Otto III, usque ad annum* 1024. F

e *Variè ejus nomen scribitur, ut dictum est sub initium Comment. prævii.*

f *Verosimiliùs Hibernus fuit. Quæ de regio ejus genere recentiores tradunt partim incerta, partim falsa sunt. Vide Comment. prævium.* 9 *& seqq.*

g *Videtur ea vox innuere, S.* Colmanum *Palæstinam quidem videre cupivisse, sed vidisse numquam, non opinata, dum eò tenderet, nece sublatum : itaque nec in reditu occisus, nec eò iterum iterumque profectus videtur.*

h *Noricum, nempe Ripense ab Anaso fluvio, monte Cetio (vulgò* Kalenberg*) & dextera Danubii ripâ comprehendebatur, nec ultra Danubium, se extendebat ; quod tamen his & iis, quæ sequuntur, verbis indicari videtur.*

i *Hæc Auſtriæ Transdanubianæ, in qua S.* Colmanus *ſuſpenſus fuit, potiùs conveniunt.*

k *Sic ferè 2 ad Tim. 2 ℣. 5.*

l Alia duo apographa » numquam. » *Ex Hieron. Pezio.*

m *Hæc illatæ S.* Colmano *necis genuina cauſa fuit; ſuffecit tum temporis fidelibus, ut tamquam Martyrem colerent, occiſi innocentia & ſanctitas, miraculis comprobata; quod facere ut pergerent Pontificia auctoritate conceſſum fuit. Vide Com. prævium. num.* 49 *& ſeq.*

n *Viennæ in S. Stephani lapis, in quo ferram S. Martyr paſſus eſt, Rodulphi IV Auſtriæ ducis juſſu collocatus fuit. Vide Comment. prævium. num.* 47.

o *Vicit, eluſit, vel irrita reddidit.*

p Alia apographa » fronduit. *Ex Pezio cit.*

q *Vimen aridum, in modum funis contortum, quo tamquam fune Sanctus ſuſpenſus fuit. Recurrente die* XIII *Octobris, dicitur fieri ruptionis expers. Arbor è qua pependit ſervari dicitur apud PP. Franciſcanos ſub altari Majore Stockaviæ.*

r *Pſalm* 91. ℣. 13.

s Aliud MS. » ſervaretur. » *Ex Hieron. Pezio.*

t Alia apographa » oblitus. » *Ex eodem.*

u *Haud procul Stokaviâ, Auſtriæ Transdanubianæ oppido. Vide Comment. prævium num.* 25.

x In alio MS. ſignato H. 104 additur » ubertim. » *Ex Hieron. Pezio.*

y Vocabulum Latino-barbarum ex Germanico Au vel Aw, quo ſignificatur campus paſcuus amni adjacens vel amne circumfuſus. Intelligitur autem hìc Auſtriæ Inferioris (*Transdanubianæ*) oppidulum Stockerau, ſitum in ſiniſtra ripa Danubii. *Ex Lambecio Tom. I. Analectorum Vindobonenſium Operâ & ſtudio Adami Franciſci Nollarii col.* 849.

z *Mentionem ingentis inundationis facit Annaliſta Saxo, quæ anno* 1013 *contigerit menſe Decembris.*

aa *Pſalm.* 47 ℣. 9.

bb *Pſalm.* 71 ℣. 18.

cc *Vide infra litteras* f *&* h *Cap.* 2. *ſubnexas.*

dd Statim *: hinc & ex num.* 10, *exiguo temporis ſpatio inundationem Danubii à S.* Colmani *Mellicum Tranſlatione fuiſſe ſejunctam; Tranſlationem verò probabiliùs factam anno* 1014 *colligimus.*

ee MS. Lambecii & unum unicum Mellicenſe addunt » Miſſi. » *Ex Hieron. Pezio.*

ff *Nulla hìc mentio fabulæ, quâ indomita animalia S.* Colmani *corpus per Danubium ſiccis pedibus Mellicium vexiſſe perhibentur.*

gg Aliud MS. » Adelgerus. » *Ex Hieron. Pezio.*

hh In MS. ſignato H 104 additur » glorioſa. » *Ex eodem.*

ii In eodem MS. (*vide litt.* hh) additur » Heinricii. » *Ex Hieron. Pezio.*

kk *Ditmarus, qui Sancti mortem ad annum* 1017 *refert, aut ſeriùs de S.* Colmani *rebus inſtructus fuit, aut eam loco non ſuo narravit; in annum* 1012 *conſpirantibus pleriſque ſcriptoribus.*

ll *Pars hæc I ab anonymo æquali, quanta eſt, ſcripta videtur, quantùm ad facta attinet; non ita tamen, quin in adjunctis aliquot interpolationem aliquam ſubiiſſe videatur: ita ex triennio, quod à S.* Colmani *nece uſque ad ejus tranſlationem effluxit, non integro, triennium integrum, minùs tamen diebus quinque, effecerit interpolator: ita de ſuo fortè addiderit, primam corporis S.* Colmani *translationem accidiſſe* VII *Octobris.*

CAPUT II.

Altera ejuſdem Tranſlatio & quædam Miracula.

Crebreſcentibus Sancti miraculis, a

EX multis mirabilibus, quæ Dei clementia per ſuum fidelem Famulum oſtendit, pauca, quæ nobis videndo *a* cognita ſunt, perſtringimus; ut fideles animentur & corroborentur; infideles verò convertantur & meliorentur. Poſito igitur in eccleſia corpore, multi quotidie veniebant, & ſecundum quod unicuique copia erat, oblationes deferebant ad Sanctum, *b* quas quidam nomine Huzo, ſtimulo ſathanæ incitatus, ad furandum nocte per feneſtram intravit. Cumque ſuper ſepulchrum Viri Dei ſtaret, & ea, quæ ad laudem Sancti ſuſpenſa *c* pendebant, diriperet, ùt dudum mentem humanam ita demum faciem ſuam amiſit, & caninam accepit, & pro verbis latratum fudit. Quem cùm ædituus regrediens latrantem in eccleſia audiſſet, expavit: & non audens accedere, donec cives villæ vocaret, eorumque congregatione confortatus oſtium aperuit & intravit. Ignorantibus autem cæteris, quid eſſet, hominis dominus, nomine Wilhelmus (nam & ipſe aderat) veſtibus fuiſſe ſervum ſuum cognovit: & quid agerent ignorantibus, hoc conſilium placuit potiſſimùm, ut ad ſepulchrum Viri Dei traderet illum. Quod cum factum fuiſſet, multitudine circumſtantium orante, priſtinum recepit vultum, & oris officium; ac ita uſque ad finem vitæ ſuæ in ſervitio degebat fratrum; cujus adhuc filia in noſtro eſt ſervitio.

b

c

corpus ejus obtinet Petrus Hungariæ rex, ſed brevi pòſt remittit.

12 Hac igitur fama magìs magiſque crebreſcente, Petrus rex Ungarorum *d* eſt accenſus, quali modo poſſet hoc acquirere, & in ſuum regnum traducere corpus. Hæc eo meditante, Treverorum archiepiſcopus Poppo, *e* marchionis *f* frater, ab Hieroſolyma rediens, venit in regnum ejus. Quod rex, ut audivit, magno gaviſus gaudio, ad ſe vocavit, ſperans effectum ſui deſiderii per eum ſe inventurum. Quod ita eſt etiam factum, cum enim vocatus veniret, ſicut utrumque decuit, regem videlicet & archiepiſcopum, honorificè eum ſuſcepit, magnificè habuit, gloriosè tractavit. His, ùt ſæpe fit inter bonos, archipræſul viciſſitudinem cupiens rependere, quidquid ab eo deſideraret, magna pollicebatur & bona voluntate ſe facturum. His auditis rex factus multùm hilaris, quod diu animo volvebat, optimo

d

e

f

A optimo præsuli verbis exponebat. Sed quantò rex ex verbis pontificis fuit lætior, tantò pontifex verbis regis factus est tristior. Anxius enim hærebat animo, quid ageret. Promittere non audebat, veritus se non posse apud fratrem impetrare; timuit verò negare: nam formidavit, si negaret, ut vi, sicut factum est, cogeretur. Postquam enim rex vidit illum stupentem, minatus est, si non faceret, vincula & carcerem. His minis victus episcopus cum promitteret, constrinxit eum Sacramento, ut quod promisit, sine dubio fieret. Veniens itaque ad fratrem, magna afflictione cordis aperuit & lacrimis, quod violentia compulit regis. Marchio autem, ut semper fuit vir bonus & prudens, ne qua macula optimum suum genus fuscaret, quamvis invitus, decrevit tamen facere, ùt rex coegit suum fratrem jurare *h*. At postquam delata sunt ossa regi *i*, retrolapsa est res ejus: nam aëris siccitas, terræ sterilitas, fames & mortalitas regnum ejus in tantum urgebant, ut penitus interire se crederent. Miserunt tandem ad prædictum marchionem *k*, postulantes legatos mitti, qui dignè reportarent ossa Viri. Missis itaque religiosis viris, videlicet clericis & laïcis, sacra ossa receperunt, & regi suisque veniam pro delictis dantes, ad laudem & gloriam nominis Dei in prædictum locum reportaverunt *l*.

h re
i At
k
l

Miracula quædam partim sub Translationis Hungaricæ tempus,

13 Nec prætereundum est, qualis vindicta Dei persequebatur eos, qui sepulchrum fregerunt & ossa extulerunt. Clericus paralysi morbo percussus, linguæ officio est privatus. Faber verò ferrarius, qui primus fregit sarcofagum & aperuit, hac ultione est divina percussus, ut maxilla ejus per integrum annum penderet super lectum, in quo ipse jacebat infirmus. Nec hoc silebimus, quod quidam pictor, nomine Ludwicus, dum sederet juxta sepulcrum B Cholomanni causâ pingendi, elevatis palliis sepulcri introspexit: & confestim omni destitutus est membrorum officio, donec publica voce confessus est, qua de causa hoc meruisset. Et veniam petens promisit, quoad usque viveret, S. Cholomanno se esse serviturum, quantùm posset; & ita Dei gratiâ *m* periculum evadens, sanitatem recepit.

B

m

C *partim verò*

14 Quadam nocte inter Matutinales laudes quidam, nomine Gnanno, qui mutus quinquennio in servitio erat Fratrum, cùm de monte descenderet pro deferenda aqua ad suum ministerium; visum est sibi, quasi quidam lineo fune ligato circa brachium vi eum traheret ad sepulchrum Viri Dei. Qui cùm à circumstantibus, quid quæreret, *n* interrogaretur; manibus innuit, orandi spatium petiit; & sic inter orandum loquendi facultatem accepit. Filia quoque comitis Wolfradi, muta & curva eodem modo est allata; sed gratiâ Dei per merita Beati Viri loquens & erecta, crucem de sepulchro ad majus altare S. Petri portavit. Alia quædam puella, cujusdam Hermanni filia, adhuc superstitis, cæca, muta, curva à matre est illuc adducta, quæ oratione Fratrum per merita S. Martyris Cholomanni & visum, loquendique usum cum integritate aliorum membrorum recepit. Tertia puella venit, manibus genibusque repens, crura pedes humo traxit, quæ inter Missarum solemnia surrexit, & à sepulchro ad majus altare progrediens, gratias Deo suæ sanitatis retulit.

n

AUCTORE FORTE ERCHENFRIDO.

15 Vir quidam tanta infirmitate est correptus, ut uno oculorum ejus in modum crateræ extra locum tumore ejecto, magna spe recuperandæ sanitatis à Beato Viro auxilium flagitavit. Sed cùm consumptis longis precibus, & multis effusis lacrimis, nihil sentiret sospitatis, recessit flens & ejulans atque dicens, Heu, heu! ô B. Martyr Cholomanne, unde hoc merui, quod ego solus omnium, quorum tu misertus es, nullam gratiam apud te inveni? His & aliis, quæ dolor dictat, vocibus multiplicatis in ipsa, qua pergebat, via, quam desperabat, salus sibi subitò est concessa. Perceptâ igitur hac gratiâ, flexis in terra genibus, tantâ perfusus lætitiâ, quantâ priùs mœstitiâ, regressus est magnificans & laudans Deum.

tempore incerto

16 Aliud quoque miraculum in quodam Rudolpho accidit. His omnium, præter oculorum & linguæ, membrorum officio destiturus, vehiculo ad januam ecclesiæ ductus, & ad sepulchrum Famuli Dei manibus in sella deportatus est. Domino itaque abbate cum Fratribus orante *o*, clementiam Dei tam velocem sensit, quod sine mora propriis viribus innitens surrexit: & gratiarum actiones Deo persolvens, qui priùs alienis utebatur viribus, equum ascendit, & hilaris repatriavit. Hæc pauca ex multis, quæ Dei clementia ad laudem & gloriam nominis sui, & honorem B. Cholomanni operata est, & quotidie operatur, digessimus ad fidelium corroborationem, & infidelium conversionem; ne quis id, quo indignus est, præsumat, neque illud, quod gratiâ Dei valeat consequi, pertimescat. Amen.

à Sancto patrata.

E

ANNOTATA.

a *Verba hæc testis oculati sunt: cum igitur quæ proximè sequuntur miracula, Translationem S.* Colmani *in Hungariam comitata sint, ùt infrà narratur, eodem tempore hic scriptor vixisse, illis interfuisse, ac ab Erchenfrido alius fuisse videtur.*

F

b » Ad Sanctum » abest à quibusdam codicibus. *Hieron. Pezius.*

c *En sacrum S.* Colmano *cultum jam tum exhiberi cæptum.*

d *S. Stephano, anno* 1038 *è vivis erepto, successit proximè: regno aliquamdiu privatus ac deinde restitutus, esse in vivis desiit anno* 1046.

e *Trevirensis archiepiscopus consecratus anno* 1017 *obiit* 1047.

f MS. quoddam Mellic. cum Lambecio addit » Heinrici præfati » quod in aliis 4 MSS. Mellic. omittitur. *Pezius. Vivere* Henricus *desiit anno* 1018, *teste Ditmaro scriptore æquali. Vide Comment. prær. num.* 38.

g In aliis duobus MSS. additur » suum marchionem » *Pezius.*

h *Popponem Hierosolymâ Treviros rediisse anno*

A *anno* 1028, *probatum eſt num.* 40 *Comment. prævii : at eo anno nec in vivis erat Henricus I Auſtriæ marchio, nec Petrus Hungariæ regnum, vivo adhuc S. Stephano, obtinuerat. Gravior eſt hic error, quàm ut à teſte oculato commiſſus fuerit ; ac proinde interpolatori cuidam, hiſtoriæ ſeculi* XI *haud ſatis gnaro, veroſimiliter adſcribendus. Congruent aptè omnia, ſi Petro quidem, Hungariæ regi, S. Stephanus ; Heinrico autem, Auſtriæ marchioni, Adalbertus, ſucceſſor ejus proximus ſubſtituatur.*

i *Sub annum nimirum* 1028 *ex jam dictis. Notat hoc item loco Pezius in uno MS. Mellicenſi, alteroque Lambecii addi :* Sacra oſſa regi in Ungariam.

k Ita & alia MSS. Mellic. unum verò cum Lamb. » Heinricum » addit. *Pezius.*

l *Poſt exiguam, ut apparet, illic moram :* D *S.* Colmani *caput Albæ Regalis ſervatum fuiſſe dictum eſt num.* 40 *Commentarii prævii : unde S.* Colmani *corpus Mellicio ad dictam Hungariæ urb m delatum fuiſſe conjicere eſt.*

m MS. quoddam Mellicenſe & Lambec. addunt » & per Famuli ſui merita » *Pezius.*

n In iisdem additur » aut quid vellet. » *Pezius.*

o *Contigit id miraculum, cùm Mellicii jam viri religioſi morabantur : atque adeò haud priùs anno* 1098, *quo primùm Benedictini Patres à Leopoldo III eò evocati fuere ; niſi fortè canonici à Leopoldo I illic jam antè conſtituti, regulares fuerint, quod alii ajunt, alii negant.*

DE S. CHELIDONIA
VIRGINE APUD SUBLACUM IN LATIO.
COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Sanctæ Acta, auſterum vitæ genus, obitus, tranſlatio, & cultus ſacer.

AUCTORE J. B.

S. Chelidonia, cujus Acta à recentioribus huidem, C

Propè à Sublaco, Latii ſeu Campaniæ Romanæ, quà hæc Aprutium reſpicit, ad Anienem fluvium oppido, cognomine Ordinis Benedictini, S. Scholaſticæ ſacrum, cœnobium abeſt, S. Benedicti commoratione, antiquitate, aliiſque nominibus celebre, in quo S. Chelidonia *& velum ſacrum olim accepit, & modò mortales exuvias depoſitas habet ; cujus Sanctæ Virginis, vitæ auſteritate perquàm admirandæ, geſta poſteris tranſmittere ejuſdem maximè cœnobii alumni ſategerunt : in his primus fuit anonymus nonnemo quidem, ſed eorum, quæ ſcribit, ſaltem partim, utì quæ infrà dicentur, aperient, teſtis oculatus. Uſus fuerat is in deſcribendis Sanctæ geſtis, uti quidem Sublacenſibus cœnobitis eſt viſum, rudiore Minerva & ſtilo partim quàm par erat, fuſiore, partim minùs ordinato ; eaque de causâ ſtilo tum contractiore, tum cultiore Sanctæ Virginis geſta ſibi cenſuit deſcribenda in primis Villielmus Capiſacchi Narnienſis, Sublacenſis cœnobii, teſte D. Mariano Armellini, S. Petri de Aſſiſio abbate in Bibliotheca Caſinenſi, ab anno* 1525 *profeſſus, & Chronici Sublacenſis, ad annum* 1573 *uſque deducti conditor.* Item ſcripſit Villielmus, *inquit laudatus abbas,* Vitam S. Chelidoniæ Virginis, ejuſque Tranſlationem ad monaſterium Sublacenſe Sanctæ Scholaſticæ. Aſſervatur Ms. in ſacrario ; exemplar autem in Bibliotheca. Omnia Latino elegantique ſermone exarata. F

2 *Alter item Sublacenſis monachus, D. Clemens Neapolitanus in meliorem* S. Chelidoniæ *Vitam redegit ordinem, præfixo lucubrationi ſuæ hoc exordio :* Beata Cleridona, Virgo Deo devota ex claris parentibus &c. *Tertius denique ex ejuſdem cœnobii alumnis D. Cherubinus Myrtius Trevirenſis, ſuſceptâ eadem provinciâ, quàm geſſerat Villielmus, continuatoque uſque ad annum* 1629 *Sublacenſi Chronico, tam ejus Vitam, quàm Tranſlationem in Sublacenſem eccleſiam deſcripſit ; Vitam quidem his verbis exorſus :* Infirma mundi elegit Deus, ut fortia quæque confundat &c. *Ubi autem* S. Chelidoniæ *Tranſlationem deſcribit, ipſamet Villielmi verba non rarò adhibet, niſi quòd interdum paucula, quorum ſuo loco uſus erit, enucleatiùs uberiuſque exponat. Ex his Villielmi Narnienſis tam de Vita, quàm de Tranſlatione (cui cum auctoritate præfuiſſe titulus apographo noſtro præfixus indicat) lucubrationem prelo, antiquiore biographo deſtituti, ſe* *ſcripta ſunt,*

AUCTORE J. B.

A *ſelegimus, quod Clemente Neapolitano primi* S. Chelidoniæ *biographi veſtigiis, ut apparet, preſſiùs inhæreat; Myrtio autem Trevirenſi ætate ſit potior.*

ſed ex auctore coævo, 3 *Quamquam à ſeculo* XII, *quo* S. Chelidonia *fuit, intervallo temporis ſatis longo ſejunctus vixerit, abſit tamen, ut Villielmo, ceteriſque item, denegandam in iis, quæ narrant, fidem arbitremur; cum ex eodem fonte, nempe, ut de ſeipſo Villielmus teſtatur,* ex antiquo quodam codice in pergameno exarato, ſine nomine auctoris; *ſed tamen, ut ſuprà dictum eſt, coævi, quæ de S.* Chelidoniâ *referunt, hauſerint ſinguli; id quod ſatis ſuperque Villielmus prodit, cum infrà in Vita S.* Chelidoniæ *num.* 9 *non tam ſuis, quàm primi auctoris verbis ad hunc modum ſcribit:* Quod (*fulgoris ignei, in obitu S.* Chelidoniæ *ſero jam die in aëre longè lateque micantis prodigium*), & ego, qui hoc opus exaravi, propriis auribus hauſi; quia ibi cum beato Pontifice (*Eugenio III*) aliisque quampluribus ſanctis epiſcopis, & aliquibus cardinalibus aderam, ſero illo Dominico igneum ſplendorem, imò deificum lumen immenſæ magnitudinis, licet immeritus, in-

B tuitus ſum. *Qua de cauſâ Cherubinus Myrtius hoc loci ita ſcribit:* Inter quos (*prodigii mox indicati teſtes oculatos*) unus extitit ipſemet auctor & ſcriptor hujus ſacræ virginis Cleridonæ: qui in civitate Signina in curia dicti Pontificis verſabatur, & magnam fulgurantis lucis partem unà cum plurimis aulicis ipſius Pontificis, ſe conſpexiſſe teſtatur.

Cleridonæ olim 4 *Cum, uti dictum eſt, ex eodem fonte ſua ſcriptores ſuprà memorati hauſerint, convenire inter ipſos in recenſendis S.* Chelidoniæ *geſtis, horumque paſſim adjunctis, nemo mirabitur: occurrunt tamen apud illos jubinde nonnulla, in quibus à ſe invicem diſſident. Inprimis enim, quam Villielmus Narnienſis, Myrtiuſque* Cleridonam *conſtanter appellant, in apographo noſtro Clemens Neopolitanus modò* Cloridonam, *modò* Cleridonam *nominavit; ſed leve hoc diſcrimen eſt, & non Clementi, ſed amanuenſium aut feſtinationi aut incuriæ adſcribendum. At à Villielmo & Myrtio hac in re diſcedunt longiùs, qui Martyrologium Romanum emendârunt, ac nominatim Baronius, eam* Chelidoniam *appellantes: hos ſecuti ſunt Martyrologi infrà*

C *citandi; imò & is, qui Officium S.* Chelidoniæ *Proprium, in oppidis & caſtris Sublacenſis abbatiæ recitari ſolitum, anno* 1709 *typis Prænestinis editum, adornavit; ut adeò jam id nominis uſu invaluerit, paſſimque receptum ſit & à nobis pariter, ne uſitato hac ætate loquendi modo contraeamus, adhibitum, quamvis non aliunde, eam nominis immutationem, quàm vel ex characterum, quibus id ſcriptum fuit, obſcuritate, vel ex veterum codicum non ſatis accurata inſpectione ortam exiſtimemus.*

ex revelatione divina, 5 *Ceterùm impoſitum S. Virgini* Cleridonæ *nomen neque fortuitum, neque inane fuiſſe perhibent. Non fortuitum, ſeu ex mero parentum arbitrio datum: nam patrem, ut illi id nominis imponeret, divino in ſomnis oraculo monitum fuiſſe, Vitæ illius ſcriptores tradunt. Non inane; nam, ſi Clementem Neapolitanum* Cleridonæ *nomen interpretantem audias, ex duabus id nomen vocibus, alterâ Græcâ, Latinâ alterâ coaluit; Græcâ* Κλῆρος, *quæ Latinè reddita* ſortem *ſonat; Latinâ verò,* donum. *Præſagiit autem id nomen, eodem interprete, fore, ut in ſortem Domini Puella recèns nata vocaretur: itemque fore, ut ad vitam aſceticam vocanti ſe Deo lubens dederet. Sed ipſummet Clementem audiamus:* Quare cùm nata eſſet, *inquit*, & ad fontem Sacri Baptiſmatis ducta fuiſſet, arcanum nomen eius, à Deo inventum, Cleridonam eſſe genitor indubitanter aſſeruit. Nomen certè aptiſſimum illi, quæ ſe in ſortem Domini vocatam non renuit, ſed promptiſſimè, cum adhuc eſſet puella, donavit. Id erat myſterium, quod præſignare voluit Dominus tali nomine, quod apud Sublacenſes in Latio (*ſuſcepto illic abs illa velo ſacro*) fuit impletum. *Quidquid verò ſit de nomine divinitus illi impoſito, qua in re vel ipſe Sanctæ pater falli potuit, allata certè à Clemente nominis* Cleridonæ *ſignificatio vocabulo* Chelidoniæ, *quod nunc ferè in uſu eſt, adaptari commodè nequit. Verùm de nomine ſatis.*

E *ſub ſeculi* XI *finem* 6 *Non ubique* (*ut ſuprà num.* 4 *dixi*) *Vitæ S.* Cleridonæ, *ſeu, ſi mavis* Chelidoniæ *ſcriptores ſibi conſonant: unde fit, ut annus illius natalis certò accurateque definiri haud poſſit. Concors quidem omnium vox eſt, eam ex hac vita anno* 1152 *migrâſſe: at Clemens Neapolitanus, eam annis univerſim quinquaginta novem vixiſſe in terris tradit:* Hæc igitur victoriosiſſima Virgo, *verba ejus ſunt*, in ſenectute bona quinquaginta & novem annos agens.... viam invenit migrandi ad Sponſum: *Clementi porrò auctor Officii S.* Chelidoniæ, *ſuprà num.* 4 *laudati, adſtipulatur his verbis Lectione* 6. Demum virtutibus meritisque plena quinquageſimo nono ætatis anno, mortis die prænunciato, ſeptimo Idus Octobris ad cœleſtem Sponſum evolavit: *quo quidem pacto ſub annum* 1093 *in vivis cœpta fuiſſet numerari.*

nata, poſt aliquot vitæ ſolitariæ annos 7 *Contrà verò Villielmus Narnienſis* (*verba ejus habes infrà Vitæ S.* Chelidoniæ *num.* 4) *annos eam quinquaginta novem, poſtquam paternis exceſſerat ædibus, in Montis Norræ ſolitudine peregiſſe ſcribit; unde illam ſub annum* 1093 *non vitales primùm auras carpere, ſed ſolitarium vitæ genus exorſam fuiſſe conſequitur; quod item Myrtius conceptis verbis affirmat:* Ibi (*in ſolitudine Montis Norræ*) anachoreticam cœpit agere vitam circa annum Domini milleſimum nonageſimum tertium. *Quod ſi ita eſt, retrotrahi annus ejus natalis poterit annis circiter ſexdecim, cùm vitam ſolitariam inchoârit admodum juvenis; quam ſententiam lubens amplector: tametſi enim Clemens Neapolitanus de univerſa S.* Chelidoniæ *ætate locutus videri poſſit, de annis tamen dumtaxat ſolitudinis intelligi ejus verba etiam poſſunt, tum quòd non addat eam anno* ætatis *quinquageſimo nono obiiſſe; tum quòd* ſenectutem bonam, *quæ verba ætatem magis provectam ſignificare paſſim ſolent, attigiſſe S.* Chelidoniam *dicat.*

F

ac viſitata Romæ SS. Apoſtolorum 8 *Peractis ab anno, veroſimiliùs ex dictis,* 1093 *annis aliquot, S.* Chelidonia *Romam*

limina, inter annos 1111 & 1122

SS. Apoſtolorum limina veneratura contendit: quod iter, quo anno abs illa inſtitutum fuerit, ignoro: colligi tamen partim ex Villielmi Narnienſis verbis, partim ex tempore, quo Conon Prænestinam eccleſiam epiſcopus rexit, locum id iter habuiſſe nec anno 1111 *citiùs, nec anno* 1122 *ſeriùs. Cum enim Villielmus Narnienſis à narrato S.* Chelidoniæ *itinere Romano, proximè num.* 4 *jubjungat, eam* non multò pòſt *à Conone, Prænestino epiſcopo, velum ſacrum accepiſſe; Conon autem, teſte Ughello Tom. I. Italiæ ſacræ auctæ col.* 197 *& ſeq., anno* 1111 *eccleſiæ Prænestinæ præfectus ſucceſſorem in ea ſede habuerit Guiliermum Gallum, anno* 1122 *à Calliſto II in Lateranenſi Concilio epiſcopum Prænestinum creatum, à Cunonis epiſcopatu Prænestino S.* Chelidoniæ *Romanum iter longo ſejungi temporis intervallo haud poteſt: Juſceptio verò veli ſacri, feſto S. Scholaſticæ, ſeu die* x *Februarii Sublaci facta, cum eodem copulari omnino debet. Epiſcopus quidem, à quo velo ſacro* Chelidonia *fuit amicta, in apographo noſtro Myrtiano Tuſculanus, utì & in Clementino* Leo *vocatur: verùm, cum neque Conon, neque Leo ullus, qui id temporis eccleſiam Tuſculanam moderatus ſit, in ejus eccleſiæ epiſcoporum compareat ſerie, non eſt, cur à Villielmo Narnienſi hìc diſcedendum ſit.*

B

velum ſacrum ſuſcipit,

9 *Porrò autem notatu admodum digna, quibus hunc S.* Chelidoniæ *ad eccleſiam Sublacenſem acceſſum refert, Villielmi Narnienſis verba, qui poſteaquam S. Virginis ſolitudinem non niſi duobus milliaribus Sublaco abfuiſſe dixerat, mox num.* 4 *ita proſequitur:* Non multò pòſt inde abſcedens monaſterium Sublacenſe petiit in S. Sholaſticæ virginis ſolemnitate, poſt preces ad Deum fuſas velum ſanctimonialium à Dom. Cunone Prænestino epiſcopo accepit ac, auditis divinis Myſteriis, ad ſolitudinem ſtatim reverſa eſt; *eodem igitur die, nempe* x *Februarii Sublacum velum ſacrum ſuſceptura venit, ſuſcepit, unde venerat, rediit, quidquid ſibi reliquum vitæ foret, ibidem, utì ex vitæ ejus ſerie conſtat, tranſactura. Unde S.* Chelidoniam *à deſertis paternis ædibus vitam duxiſſe ſolitariam privatamque dumtaxat, efficitur. Tametſi igitur ſanctimonialem quidem, ut quæ publicè in eccleſia Sublacenſi virginitatis velum* (conſecrationis *appellant*) *ab epiſcopo acceperit, virginem dixero, Religioſam tamen non item: nam quo in cœnobio virginum tyrocinium poſuit? Quave in communitate ſub una cum aliis ſive paucis ſive pluribus Superiore aliquando commorata eſt? Clemens quidem Neapolitanus eam S. Scholaſticæ corpore, mente, habitu & profeſſione ſimilem dixit; quod lubens admiſero, quantùm ad S. Scholaſticæ virtutum imitationem, vilem rudemque habitum, & virginitatis profeſſionem attinet. Non eò tamen hæc dico, quòd S. Scholaſticam, aut alias etiam virgines antiquioribus eccleſiæ ſeculis, licet earum aliquæ privatim vixerint, religioſas fuiſſe negem; ſed quòd Sancta noſtra Religioſa haud fuerit, vocem illam accipiendo in ea ſignificatione, quam ejus ætate habebat, hodieque habet.*

C

ſanctamque vitam clau-

10 *Obiiſſe anno* 1152 *S.* Chelidoniam *ex unanimi biographorum conſenſu, jam monui juprà num.* 6. *par eorum, ſi quæratur, quo menſe, quo hebdomadis die obierit, concordia eſt: in menſem enim Octobrem diemque Dominicum conſentiunt ſinguli. Quoad verò menſis diem diſſident apographa noſtra; Myrtianum, ſi tamen id ea ex parte ſincerum eſt, habet diem ſeptimum Octobris: apud Villielmum verò Narnienſem, utì & in Officio ejus Sublacenſi proprio legitur obiiſſe ſeptimo Idus Octobris, ſeu die ejuſdem menſis nono; utrobique perperam, quandoquidem anno* 1152 *cyclus ſolis fuerit numerus* XIII, *littera autem Dominicalis menſe Octobri E, ac proinde dies* IX *Octobris in diem Jovis, dies autem* VII *in diem Martis inciderit. Videtur id obſervaſſe Ferrarius, qui in Catalogo Sanctorum S.* Chelidoniæ *obitum tertio Idus Octobris, ſeu ejuſdem menſis* XIII, *& quidem rectè, illigavit. Hac enim emendatione adhibita, aſſignati ab Sanctæ biographis characteres Chronici, non facilè aliàs conciliandi, aptè legitimeque cohærent. Anno etenim* 1152 *dies* XII *Octobris, re ipſa Dominica erat, quâ* adveſperaſcente, *ſeu in cujus* ſero, *ut Vitæ S.* Chelidoniæ *ſcriptorum verbis utar, ſelicem Creatori cœleſtem inter ſplendorem animam reddidit; hoc eſt, die* XIII *Octobris diei horas more Italico, à ſolis occaſu inchoando; qua quidem de cauſa, aut ob corporis ejus depoſitionem ſeu ſepulturam die* XIII *Octobris factam, ejus quoque eodem die memoriam in Faſtis ſacris celebratam credimus.*

dit anno 1152 *die* 12 *Octobris ſub mediam noctem* t

E

11 *Defunctæ* S. Chelidoniæ *corpus è Norrenſi, in qua obierat, ſolitudine, ad Sublacenſe cœnobium, ſed ipſâ, utì ex num.* XI *colligere licet, invitâ allatum ibidemque in eccleſia S. Mariæ Novæ ſepultum fuit. Creditur jam tum S.* Chelidonia *cœlitum honoribus, Eugenio III ſummo Pontifice, qui anno S. Virginis obitum proximè inſecuto die* VIII *Julii eſſe in vivis deſiit, & cœleſtis luminis in ejus obitu cœlo ſparſi teſtis oculatus fuit, annuente, affecta:* Quamobrem, *ait Myrtius in ejus Vita,* creditur, Cleridonam ab eodem Pontifice in Sanctarum Virginum album relatam. *Nonniſi annis novem* S. Chelidoniæ *exuviæ in Sublacenſi cœnobio quievere: cum enim eo temporis intervallo annua grandine non ſine ingenti fructuum detrimento atque pernicie vallis Sublacenſis quateretur, idque ob ablatum ex ſolitudine Norrenſi ſanctæ Virginis corpus, ipſamet revelante, fieri compertum eſſet, Simon, Sublacenſis abbas, conſulto priùs Manfredo, epiſcopo Tiburtino & S. R. E. titulo S. Sabinæ Cardinale, illud, unde ablatum à novennio fuerat, referre decrevit, idque reipſa præſtitit anno* 1161, *condito illic ſacello, SS. Magdalenæ, &* Chelidoniæ (*ſi non ex tunc, ſaltem poſtmodum*) *ſacro; adjecto item ſacrarum Virginum, quod futurum prædixerat Virgo Sancta, monaſterio.*

Sublaci primùm ſepulta poſt annos 9

F

12 *Quam in rem Myrtius, Sublacenſis Chronographus ita ſcribit:* Quod cum Domino Simoni abbati Sublacenſi presbyter retuliſſet, is conſulto epiſcopo Tiburtino Domino Manfredo Cardinale, adunato populo atque clero Sublacenſi, totoque conventu monachorum, ſacrum Virginis corpus exhumatum magna cum veneratione retulerunt

in ſolitudinem, quam incoluerat, reportata,

AUCTORE J. B.

runt anno MCLXI, ibique extructo sacello, honorificè reconditum fuit. Quo loci idem Simon abbas ex tunc ædificare cœpit monasterium virginum, prout prædixerat ipsa Sancta Cleridona in Vita sua. *Manfredos S. R. E. Cardinales titulo S. Sabinæ apud Ciaconium tom.* 1. *Vitarum Pontificum reperio geminos; alterum col.* 1004 *sub Innocentio II, sed anno* 1141, *ut ibidem legitur, defunctum: alterum col.* 1015, *de quo hìc Sermo esse videtur, sed ab Ughello in episcoporum Tiburtinorum Catalogo aut cum priore confusum, aut omissum.*

inde verò anno 1578 *Sublacum iterum reducta,*

13 *Relata superiore num. Myrtii verba ex* S. Chelidoniæ *Vita abs illo seu scripta seu aliquantulum auctâ huc translata sunt: idem sub principium alterius reliquiarum* S. Chelidoniæ *Translationis, de qua mox, à se pariter descriptæ, addit marmoreum tumulum, conservandis Sanctæ ossibus in sacello S. Mariæ Magdalenæ à Simone Sublacensi exstructum, Christi fidelibus, qui eò Sanctam veneraturi accederent, magna in veneratione fuisse; monasterium verò virginum sacello à Simone adjectum temporis vetustate collapsum, cujus tamen sua ætate vestigia non spernenda cernebantur. At cum propter difficilem eò accessum, qui inde longiùs commorabantur, rari jam* S. Chelidoniæ *ossa veneratum irent, visum satius, & ad augendum Sanctæ cultum utilius sacras ejus exuvias Sublacum reportari. Exstrui itaque Sublaci sacellum novum cœptum est anno* 1577, *eoque R. D. Cyrilli Falisci, Sublacensis abbatis, curâ ad umbilicum adducto, sacra illuc Virginis* Chelidoniæ *ossa, annuente Gregorio* XIII, *Summo Pontifice, Marci verò Antonii Columnæ S. R. E. Cardinalis, & Sublacensis abbatiæ commendatarii jussu, pompâ ac solemnitate prorsus insigni relata fuere anno* 1578, *die* XIII *Julii, die Dominica, utì latiùs in Translationis hujus, auctore Villielmo Narniensi, descriptione, Vitæ* S. Chelidoniæ *subnexa, videre est infrà.*

celebrioremque

14 *Instituerant eam Translationem Sublacenses ea spe, ùt dictum suprà est, ducti, ut, reductis in celebriorem adituque commodiorem locum Sanctæ ossibus, cultus ejus sacer ingens deinceps incrementum caperet, qua spe neutiquam frustati fuere: vix enim facta ea translatio fuerat, quin à variis seu privatis, seu communitatibus sacrarum reliquiarum portiones aliquot certatim fuerint expetitæ; sed non omnium votis factum est satis: Cameratensium (in ditione Sublacensi hi siti sunt) aliorumque clericorum, regularium, laïcorumque vota aut omnino rejecta, aut in aliud tempus dilata fuerunt. Meliùs actum fuit cum Domina Olympia, Populensi duce, quæ os grande (juncturam digiti majoris) ab abbate Sublacensi obtinuit,* cœnobio monialium intra urbis muros, nuper, *ut Villielmus scribit,* constructo concedendum.

cultum nacta,

15 *Meliùs cum Dom. Peregrino Mutinensi, S. Benedicti Sublaci Priore, qui obtentum* S. Chelidoniæ *brachium ad ecclesiam sacri Specus S. Benedicti cum honore transtulit anno* 1578 *pridie Nonas, ut Villielmus Narniensis scribit, Augusti, quod postmodum Cardinalis Hosii in* S. Chelidoniam *pietas decoravit. Voti item compotes facti sunt, teste Myrtio, Dom. Marcus Antonius ab Interanno, Dom. Cardinalis Columnæ aulicus, qui tres dentes & digiti articulum; & moniales S. Mariæ Magdalenæ de Berusio, quæ mandibulam cranii, ob missas ad recèns Sublaci erectum S. Joannis Baptistæ monasterium è gremio suo sorores quatuor, acceperunt. Ita factum, ut* S. Chelidoniæ *cultus ad plura loca propagaretur simul & sensim augeretur, adeò ut in protectricem & patronam terræ Sublaci, approbante id anno* 1695 *die* 21 *Octobris sacra rituum congregatione, electa & festum ejus Officio duplici primæ classis cum Octava à clero ditionis Sublacensis celebratum fuerit.*

celebrari à Martyrologis cœpit,

16 *Ex celebri illa anni* 1578 *S.* Chelidoniæ *ad abbatiam Sublacensem Translatione item factum opinor, ut ejus nomen, quod nec apud Bellinum, nec apud Galesinium, Feliciumve reperias, in Martyrologium Romanum relatum fuerit, ubi ad diem* XIII *Octobris annunciatur his verbis:* Apud Sublacum in Latio Sanctæ Chelidoniæ Virginis; *paucis quidem, sed cautè ac prudenter: sunt enim Martyrologi, qui plura quidem de illa produnt, sed veris falsa permiscent. Arnoldus Wion part.* 2 *Ligni Vitæ, quem Menardus, Bucelinus, & Dorgainus secuti sunt, ita ad eumdem diem Sanctam annunciat:* Apud Sublacum in Latio Sanctæ Chelidoniæ Virginis & abbatissæ: *omissum oportuit,* abbatissæ: *cum eam inde à pueritia solitariæ privatæque vitæ genus excoluisse, & ad obitum usque retinuisse ex Vitæ ejus scriptoribus liqueat. Monasterium quidem sua in solitudine conditum iri vaticinata est; at illi, dum in vivis fuit, numquam præfuit.*

quodam tamen modo corrigendis.

17 *Falsus præterea Wion fuit, dum in suis ad* Chelidoniam *Annotatis scripsit:* Nata est Cellis in Calabria: *cum ei tam Villielmus Narniensis, quàm Cherubinus Myrtius apertè refragentur: Villielmi de Sanctæ patria, cui Myrtius consonat hæc verba:* Cleridona virgo claris orta natalibus in Ciculis oppido ..... in Aprutii partibus seu finibus sito. *Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ* Ceculis in Vestinis *natam scribit; quorum fines Cellarius Geographiæ antiquæ Lib.* 2 *Cap.* 9, *pag.* 481 *fluminibus Vomano, Matrino, Aterno & Adriatico mari circumscribit, quo terrarum tractu* Ciculum *aut ùt ipse scribit,* Ceculum *frustra quæsivi. Culum quidem pag.* 497 *exhibet Cellarius juxta lacum Fucinum; at in Marsis situm: neque id oppidum solo Sanctæ natali ab ejus Vitæ scriptoribus adscriptum putem; sed potiùs, nisi mea me fallat suspicio, locum* Cicoli, *quem, in Aprutii ulterioris Latiique confinio, novem circiter milliaribus Sublaco dissitum, mappæ exhibent Blaevianæ. Quæ ad S.* Chelidoniam *attinent cetera à Villielmo Narniensi Myrtioque satis explicatè traduntur: hìc itaque hujus Commentarii finis esto.*

ACTA

Auctore Vilhelmo Narnienſi Monacho Sublacenſi.

PROLOGUS.

ANNO MCLII.

Actorum fontem indicat auctor. *a*

ETſi, in Chriſto dilectiſſimi tum Fratres & monachi, tum Patres venerandi, tum amantiſſimi cives, venerandæ hujusce ſacræ Virginis Cleridonæ *a* memoria mentibus ac præcordiis veſtris firmiter inhæreat, non tamen abſurdum erit, rurſus eam veſtris inculcare pectoribus, ut ejus devotio tenaciùs apud vos ſervetur. Tunc enim gliſcit animus in Dei laudem, inque hujus Sanctæ Virginis reverentiam, cùm ejus geſta fideliter & ſæpe ſæpiùs recenſentur. Nec profectò mirum eſt, quandoquidem donum Dei *b* eſt: quo fit, ut quis eò magis ſitiat, quò ampliùs ex illo hauſerit. Et quidem ego omnium monachorum minimus Vilhelmus Narnienſis, hujus ſacri cœnobii Sublacenſis indignus certè filius *c* à Deo tactus hujusce patronæ noſtræ S. Cleridonæ Virginis devotione permotus, libellum hunc, ejus geſta promentem, ad coticulam reduxi. Id non inquam, quòd meus ſermo lucidior appareat comptiorve, quod non affero: ſed ut aliquomodo brevior, minusque rudis reddatur editio. Ex antiquo quopiam codice in pergameno exarato, ſine nomine auctoris, *d* ſcripta hujuscemodi decerpſi. Quod forſitan (ùt illa ætas aſſolebat) ex humilitate, ùt puto, ſuum ſcriptor auctorque nomen reticuit. Suſcipite ergo illum, quæſo, lubenti animo, & abſque ſcrupulo, quandoquidem ex bibliotheca ſacri cœnobii noſtri Sublacenſis Opusculum hoc, quod litteris mando, recognitum fideliter abſtuli, ibique aſſervatur. Quod ſi eruditionis minùs habuerit, mihi imputetur. Tamen puto ipſam compendioſam brevitatem id pleniùs ſuppleturam.

b

c

d

CAPUT UNICUM.

Sanctæ natales, auſterum in ſolitudine vitæ genus, veli ſacri ſuſceptio, obitus, ſepultura & tranſlatio.

Sancta à teneris unguiculis pietatem, *e*

2 BEata Cleridona Virgo claris orta natalibus in Ciculis *e* oppido oriunda fuit, patre quidem Dauferio, matre verò Albaſia, in Aprutii partibus ſeu finibus ſito. Priuſquam autem in lucem edita fuiſſet, patri ejus Dauferio nomen Cleridona in ſomnis nunciatum fuit. At puellula jam nata, infantiles agens annos pſalterium, hymnos, & quaſdam precatiunculas, invitis parentibus, devotiſſimè didicit; quippe parentes eam ſeculi officiis irretire cupiebant; quod Puellula advertens graviter ferebat, ſed per ſingulos dies ſuccreſcens tum ætate, tum virtutibus in Dei amorem magis magisque ſuccendebatur, adeò quòd, relictâ quadam die patriâ, ſpretisque mundo ac parentibus, deſerta petiit loca *f*. Nec ab re. Ipſa nempe à primæva ætate, adhuc puellula, puellarum cultus ſpernebat, maſculam vim tum animo, tum moribus præferens. Nec mirum. Quoniam tenella exiſtens & virguncula devota precatiunculas ſuas aſſiduè Deo offerebat, atque illæſo pede ædium ſacrarum limina ad audiendum divina non ſegnis terebat.

f

E

3 Ceterùm poſteaquam ad Montes Romanos *g* propè Sublacum *h* veniſſet, ibi ſolitariam vitam in quibuſdam cautibus ducebat, illic ſe continens, jejuniis, precibus ac divinorum contemplationi vacabat. Inde digreſſa ſtudio devotionis Romanam perrexit ad urbem, ibique Sanctorum Apoſtolorum liminibus, aliorumque Sanctorum locis viſitatis, concita ad ſolitudinem à ſe oppidò dilectam rediit, diu ibi manſitans non ſegnis ad opus Dei ſe exercebat; quandoquidem mente fervens quod priùs pſalterium totum didicerat; devotè illud Deo pſallebat. Addebat quoque pleroſque hymnos, & alias preces ante Deum fundebat, cujus ſe conſpectui præſentabat. Locus, in quo morabatur, duobus milliaribus à Sublacu *i* diſtabat.

vitamque ſolitariam amplexa, *g h*

i

F

4 Non multò pòſt inde abſcedens monaſterium Sublacenſe petiit in S. Scholaſticæ Virginis ſolemnitate *k*, poſt preces ad Deum fuſas velum ſanctimonialium à domino Cunone Prænestino epiſcopo *l* accepit, ac, auditis divinis miſteriis, ad ſolitudinem ſtatim reverſa eſt, quæ à Sublacenſibus & abbatialibus Norra vulgò dicitur, in magni montis radice poſita. Ibi nempe diu permanens, laboribus multis fatigata, quinquaginta & novem peregit annos. Sola enim in Dei conſpectu ſecum habitavit, multis jejuniis tabefacta, frigoribus nimiis attrita, carnis macerationc attenuata, luporum, urſorum, aprorumque timoribus vexata, laneique veſtimenti duritie macerata, freta divino auxilio infatigabiliter

priſtinam, ſuſcepto velo ſacro, *k*

l

A infatigabiliter perſtitit. Erat quippe mirum in modum in precibus vigil, alacris in piis exhortationibus ad eos, qui ſe, licèt rarò, revi ſebant, commonens ad mundi contemptum. O beata & verè felix anima, verè Deo devota!

vitæ auſteritatem auget,

5 Quid verò de cibi ejus neglectu vel parcitate referam? Sæpe enim poſt biduum, quandoque poſt triduum, aliquando verò & ſæpe de quarto in quintum, de ſexto in ſeptimum prorogatum diem cibum ſumebat. Hiemis verò tempore ob nimiam nivium denſitatem, quandoque poſt quintum decimum & eò ampliùs diem delatum ab aliquo Chriſti fidelium cibum potumque ſumebat Deo gratias referens. Lectiſternium quoque ejus acutæ cautes erant, & pulvinar durum profectò ſaxum. Funiculo etiam pro zona cingebatur. Si fortè de iis, quæ ſibi afferebantur, furto aliquid fuiſſet ſublatum, ſincera caritate ac humili voce patienter iis, qui id ſibi portabant, dicebat; hoc & illud fuit ad me deſtinatum; ſed (quod Deus tibi parcat) non mihi illud attuliſti, verùm probè illud abſcondiſti, ut hoc exemplo uno ex multis patebit.

occultorum cognitione prædita, à corvis paſta,

6 Quidam à ſuo domino miſſus cum pane & vino, ac duobus piſcibus aſſatis, ut omnia S. Virgini portaret, qui pergens tulit, ſed non omnia. At Virgo, acceptis à puero xeniis, gratias deſtinanti retulit, dixitque puero; Cave tibi, fili, nequando ad piſcem, quem abſcondiſti, incautus accedas, ne, quod Deus avertat, aliquid detrimenti patiaris. Agnovit ſtatim reatum ſuum puer, ruboreque ſuffuſus abſcedit valde confuſus. Tandem inde digreſſus puer, ad illum locum veniens: ubi inter fruteta piſcem abſconderat, concito gradu, cùm accuratè illuc inſpexiſſet, vermibus ſcatentem piscem, ſerpentibus circumvallatum atque opertum invenit. Quod factum puer oppidò expaveſcens propalavit, magnumque audientibus timorem incuſſit, ne deinceps tale quid quiſpiam attentaret ex iis, quæ Virgini mittebantur, ſicque uſu venit, tam ex hujuſmodi, quàm ex aliis à S. Virgine prolatis occultis virtute Sancti Spiritus, quòd plurimi, & propemodum omnes, ad eam accedere verebantur. Erat ibi in eleëmoſynis largiflua; ùt ex iis, quæ actitabat, liquidò patet; nam ex ciborum reliquiis, quæ ſibi ſupererant, inopibus ipſamet ad ſe venientibus erogabat, aut per eoſdem, qui ſibi attulerant, ipſis largiter diſtribuebat. Aliquando verò, ùt S. Elias, *m* à corvis ipſa fameſcens annonam recipiebat, ſemper Deo in omnibus gratias agens.

B

m

C

dæmonum victrix,

7 Aſſiduitati ac divinæ theoriæ, ùt jam præfertur, quaſi ſupra humanum modum operam navabat; quieti verò ac ſomno locum, niſi rarò & in aſperrimo ſcopulo, nimiùm fatigata operam dabat, idque potiùs ac ſæpiùs ſedens defecta membra laxabat. Rurſus, refectis aliquantiſper ſomno membris, ad pſalmodiam devota redibat, adque orationum frequentiam. Quam nonnumquam antiquus hoſtis, diverſarum ferarum aſſumptâ formâ & voce interpellare conabatur, minis eam terrens, quaſi interimere minabatur. Nec his ludibriis cedens Virgo beata, ſed magìs magiſque Deo vacabat, &, ſi dici fas ſit, nec puncto temporis ab oratione divelli poterat. Plerique ſanè explòrare volentes, utrùm vera eſſent, quæ de dæmonum ludibriis audiebant, quæ circa ſanctam Virginem aſſiduè fiebant, alii invidiæ zelo, alii verò bono animo, relictis propriis ſedibus, ad locum, vel circa Virginis manſiunculam ſancta calliditate latitabant, ut experimento addiſcerent, quod optabant, totam noctem inſomnem ducebant; nec quidem ſua expectatione deluſi ſunt; ſed & ipſi ſæpenumero eadem experti ſunt. Hæc nimirum eadem & his ſimilia germana ejus, Nitida nomine, fatebatur perpeſſa apud ſororem ſuam ſemel pernoctando; poſtmodum, recedente belluarum ſtrepitu, viſum ſibi fuit voces audire melodiis, omnique dulcedine plenas collaudantium Deum & benedicentium.

miraculis & prophetiæ dono clara in cælum anno 1152

8 Interea tum viri, tum mulieres locum ſanctæ Virginis devotè frequentiaque multâ cœperunt adire, geſtantes filios filiaſque, ac ducentes viros & mulieres variis detentos languoribus; quorum aliqui ſecundum uniuſcujuſque fidem ab ea benedicti, ſoſpites & incolumes abibant. Mira enim, quæ Dominus per ſuam Famulam operatus eſt, longum eſſet enarare. Verùm quo tempore modove ex hac luce migraverit edicendum eſt. Priùs enim obitum ſuum nuntiavit, qui advesperaſcente die Dominico *n* feliciſſimus extitit, ſeptimo Idus Octobris *o* anno Domini milleſimo centeſimo quinquageſimo ſecundo, *p* Eugenio tertio Pontifice Maximo, *q* prout in Chronicis ſacri cœnobii Sublacenſis habetur, & in paradiſi gloriam regnatura cum Deo Jeſu, dilecto ſponſo in ſecula ſeculorum intravit. Hoc quoque prænuntiavit, locum, quem tandiu incoluerat, eccleſiam Dei ædificandam fore, ancillarumque Dei cœnobiale domicilium *r*, & quòd optabat ibi requieſcere, quod rei probavit eventus, ùt inpræſentiarum cernitur: ubi ego D. Vilhelmus, qui hæc recognovi, Miſſas tenui, & plures monachi idem actitabant ad hunc uſque diem MDLXIX.

E

n

o

p

q

r

non ſinè cæleſti ſplendore

9 Demum è ſeculo migrans, factus eſt cælitus mirus ſplendor à loco, quem incoluerat, ad cælum uſque protenſus inſtar lychnorum, qui intueri minimè poterat, niſi quædam maximè luminoſæ favillæ, quæ per totam Sublacenſem abbatiam à ſero illo Dominico uſque noctis medium viſebatur, utì tempus auroræ, quod plurimam teſtium copiam minimè latuit; quem propemodum omnes intuiti ſunt, palàm neſcientibus narrantes. Interea ſplendor adeò crevit, quòd non modò à Sanctæ Virginis ſcopulo elevatus eſt, verùm etiam & per totam hanc regionem, & inſuper totum fere orbem ejus claritas, quaſi ignea acies, ab omnibus clarè ac patenter conſpecta eſt. Hæc enim plerique teſtati ſunt, qui ad Segninam urbem *s*, & ad Domini Eugenii præfati Beatitudinem commeabant; quod & ego, qui hoc opus exaravi, propriis auribus hauſi, qui ibi cum beato Pontifice aliiſque quamplurimis ſanctis epiſcopis, aliquibus Cardinalibus

F

s

AUCTORE VILHELMO NARNIENSI.

dinalibus aderam, *t* ſero illo Dominico igneum ſplendorem, imò Deificum lumen immenſæ magnitudinis, licet immeritus intuitus ſum.

t ſublata,

10 Porro qui aderant, exiſtimabant in aliqua Campaniæ parte copioſum ignem exiſtere, de quo tantus ſplendor exſiliret. Poſtmodum beati Pontificis juſſu cacumen montis civitatis ego & multi clerici aſcendimus; conſpecta eſt nobis & viſa pro certo eſt tota abbatia Sublacenſis comburi. Ceterùm certiores redditi, quòd in ſanctæ Virginis exitu ſupra ſcopulos, quos ipſa Sancta incoluerat, quoad vixit, lux illa refulſerat, & horam ſcientes, quâ obiit, à loco paulatim ad cœli uſque celſitudinem ſe amplians pariterque dilatans ea aſcendere conſpecta eſt, omnem hæſitationem abegimus. Nullus deinde hæſitavit, quin ſplendor hujusmodi ob ſanctæ virginis Cleridonæ pia merita effulſiſſet, adeoque rumor hujuſce rei auctus eſt, ut ad Romanam attingeret curiam, referentibus qui à longè venerant, ſupradictum ſplendorem, quibus indubitata fides adhibebatur, ac laudes æterno Deo ſolvebantur in ſecula. Amen.

corpus ſuum Sublaci ſepultum, in ſolitudinem, quam incoluerat, referri jubet.

11 Poſt ejus obitum, non multò pòſt; cùm humatum ejus corpuſculum ante S. Scholaſticæ *u* monaſterium, in loco ſeu eccleſia S. Mariæ Novæ, ante ejuſdem monaſterii januam, quod pauperum erat xenodochium, ibique perplures annos *x* quieviſ-

u

x

B ſet, tanta grandinis copia per plures annos vallem illam ſub ſolitudine, quam Sancta incoluerat, ad Sublacum uſque depaſta eſt, quòd à vineis, à terris, ab arboribus nihil fructuum colligi poſſet. Id liquidè quidem patuit, quia ibi Sancta ſepeliri noluit, ſicut ipſa ante obitum prædixerat, ſed in ſuis, uti dictum eſt, cautibus. Apparuit enim, ût Domino placuit, beata Virgo cuidam presbytero, nomine Silbo, in ſomnis dicens: Niſi corpus meum ad locum ſuum relatum fuerit, ſingulis annis ipſa vallis ulteriùs minimè grandine non carebit. Quod cùm Simoni abbati Sublacenſi, qui antea monachus extitit Caſinenſis ex genere filiorum Burelli de Sangro, qui annno Domini MLXI præfuit monaſterio Sublacenſi, nuntiatum fuiſſet, conſulens dominum Manfredum S. R. E. Cardinalem tit. S. Sabinæ, conſultis quoque fratribus, & clericis, & laïcis, accenſis cereis, cum crucibus & thuribulis Sanctum corpus, unde ablatum fuerat, re-

C portari mandavit. Tunc maximo cum honore, ceu in die ejus tumulationis, ſacrum corpus per manus ſacerdotum ad locum ſcopulorum, ubi erat priùs, relatum eſt & humatum, *y* ubi, præſtante Domino, cæcis

y viſus, claudis greſſus, ſurdis auditus, mutiſque loquela Beatæ hujus Virginis meritis impetratur, & plura his ſimilia Dei beneficia illuc accedentibus conceduntur. Quo facto, grando deinceps non ampliùs vallem & loca illa invaſit.

ANNOTATA.

a *Nunc* Chelidonia *paſſim vocatur: unde autem ea nominis immutatio orta veroſimiliter ſit, vide Comment. prævii num.* 4.

b *Alludit auctor ad* Cleridonæ *nomen,* D *eamque dono divino Sublacenſibus obtigiſſe innuit.*

c *Religioſa vota anno* 1527 *profeſſus.*

d *Splendoris ignei in obitu S.* Chelidoniæ *latè emicantis, ex num.* 9 *infrà teſtis oculati.*

e *Non in Veſtinis, quod Ferrarius; neque Cellis in Calabria, quod Wion ſcribit; ſed veroſimiliter in oppido vicove* Cicoli *dicto, de quo vide num.* 17 *Comment. prævii.*

f *Probabiliùs ſub annum* 1093. *Vide Comment. præv. num.* 7.

g *Aliàs* Simbruinos *: collocantur ad Anienem fluvium paulùm ſupra Sublacum apud Cellarium Orbis antiqui part. I. Tab.* 14, *pag.* 497.

h *Æquorum oppidum in Latio. Eſt & huic oppido abbatia cognominis, nullius diœceſis, pervetus & nobilis, S. Benedicti commoratione inclyta, ab oppido milliari diſſita.*

i *Seu Sublacenſi cœnobio.*

k x *Februarii.*

l *Alibi perperam* Tuſculano *: tenuit autem Conon Sedem Prænestinam, teſte Ughello num.* 8 *citato, ab anno* 1111 *uſque ad annum* 1122.

m *Vide* 3 *Reg.* 17. *v.* 4.

n *Ita etiam Clemens Neapolitanus, Myrtius Trevirenſis, & Officium Proprium S.* Chelidoniæ.

o *Conſonat Officium Proprium mox citatum: Clemens Neapolitanus menſis diem, quo Sancta obierit, non indicavit: Myrtius verò non ſeptimo Idus Octobris, ſeu* IX, *ſed ſeptima die Octobris defunctam ſcribit.* E

p *Annum obitûs tacuit Clemens Neapolitanus. Sed hujus anni Octobri menſe labente littera Dominicalis erat E, ac proin dies quidem Octobris* IX *in diem Jovis,* VII *verò in diem Martis incidebat. Cum adveſperaſcente die Dominica ſub mediam noctem omnium conſenſu S.* Chelidonia *ad ſuperos abierit, nce ſit, me quidem conjcio, quin annum* 1152 *ei emortualem ſtatuat, dies* XII *Octobris vel* XIII, *diurnas horas more Italo à ſolis occaſu inchoando; vel etiam à media nocte, ſi poſt mediam noctem illa obierit, diei* IX *vel* VII *ſubſtituenda videtur. Etenim* XII *Octobris eo anno incidit in diem Dominicam, & tertio Idus Octobris feſtum illius perpetuò celebratum fuit.*

q *Anno Pontificatûs ejus octavo.*

r *Factum id anno* 1161, *quo ejus reliquiæ Sublaco ad Simbruinos montes, ubi vixerat mortuaque fuerat, relatum eſt abbate Sublacenſi Simone, qui eam eccleſiam, cui virginum dein monaſterium adjectum fuit, S. Mariæ Magdalenæ & S.* Chelidoniæ *ſacram voluit.* F

s *In Campania, Romana, ditionis Eccleſiaſticæ, & ſedem epiſcopalem.*

t *Hæc non ſuis, ſed Vitæ S.* Chelidoniæ *primi ſcriptoris, ſibique prælucentis verbis Guilielmus ſcribit.*

u *Cui Sublacenſe monaſterium ſacrum eſt.*

x *Scilicet novem.*

y *Cum jam antè cultus ſacer, annuente Eugenio III, exhiberi cœptus eſſet.*

TRANSLATIO

A D

TRANSLATIO
S. CHELIDONIÆ VIRGINIS
ANNO DOMINI MDLXXVIII
Die XIII Julii facta
Auctore Vilhelmo Narnienſi.

CAPUT I.

S. Chelidoniæ reliquiæ in montibus Simbruinis reteguntur.

B

Cum S. Chelidoniæ reliquias, ob aditum difficilem, minùs frequentatas,

LOcus eſt à terra Sublaci duobus fere millibus ad Borealem plagam diſtans, quo loco ex ſilice dura altiſſimæ rupes eriguntur, quarum ſcabris exeſiſque lateribus oppidum verſus, ſacellum Divæ Mariæ Magdalenæ dicatum ſitum eſt. Huc Cleridona patrem fugiens puella conceſſit : hìc vitam duriter duxit : hìc mortua eſt virtutum omnium ſplendore conſpicua : cujus oſſa (quo id tempore fuerit) *a* collecta atque marmoreo ſepulchro compoſita populis huc uſque in religionem maximè venêre. Ferunt olim apud ſacellum domum extructam fuiſſe ſanctimonialium quarumdam uſui : quâ tamen penè collapsâ, nonnulla extant ejus adhuc non ſpernenda veſtigia. Sacello agri conſecrati fuêre non adeò inſignes, quorum tamen proventus ad menſam Sublacenſium monachorum pertinent. Cumque latera illa ingentium ſaxorum fere inacceſſa eſſent, ac ob aſperitatem itineris, hominibus tamquam deſueta, rarò quidem eò adoratum ibant populi ; *b* quamquam incolis maxima erat & ſingularis in Cleridonam virginem pietas: quippe quæ aſſiduis votis vocaretur.

a

b

C

bonâ Pontificis veniâ,

2 Quamobrem, monachis Caſſinatibus Sublacenſe cœnobium tenentibus, abbate Gregorio Sublacenſe *c*, de venerandorum oſſium tranſpoſitu pertractari cœptum eſt. Abſurdum videri quidem, corpus tam ſanctum locis tam obſcuris obſoletiſque delitescere : ſi transferretur in inſignem eccleſiam prope cœnobium, crebrò inviſum ab hominibus, crebras item quotidianaſque ſupplicationes fuſum iri. Ea tamen intepuit ſuccedentibus abbatibus inſtituta deliberatio, quoad cœnobium decretum fuit à Patribus Hieronymo Amaſphitano *d*, quo abbate, adeò res preſſa eſt, ut is induxiſſet in animum in eccleſia cœnobiali ſacellum conſtruere reponendis oſſibus aptiſſimum, quod quidem inchoatum

c

d

ſucceſſor ejus Cirillus Faliſcus *e* perfecit, imbricibus texit, marmoreo teſſellato pavimento inſtruxit, aliaque ejuſmodi ornamenta addidit. Increbreſcebat in dies ad aures vulgi tantæ Tranſlationis molitio. Jamque à Pontifice Gregorio ejus nominis tertio decimo *f* poteſtate corpus illud ſanctiſſimum transferendi facta, illuſtriſſimus Marcus Antonius Columna Cardinalis, *g* & univerſæ abbatiæ optimus commendatarius datis ad abbatem Cirillum litteris pontificiam illam ipſam poteſtatem monachis Sublacenſibus indultam, perſpicuè teſtatus eſt. *h*

E

f

g

h

Sublacenſibus cœnobitis,

3 Sed tamen cum primùm oppidani de transferendo corpore agi percepiſſent, gravatè adeò tulerunt, ut nil ſibi accidere ingratius potuiſſe videretur. Id erat, quod pervetus ei inſederat opinio à majoribus olim ad iſtud uſque tempus emanata, quâ crederent, ſi locis ſuis oſſa illa dimoverentur, fore ut ager Sublacenſis denſa diuturnaque tempeſtate quateretur. Id aliàs accidiſſe proditum eſſe memoriæ. Nam ſuperioribus longè temporibus corpus ſanctæ Virginis fuiſſe in ædiculam proximam cœnobio traductum è ſacello proprio, quâ traductione factum eſſe, ut tantiſper grandinâſſet, dum illa in ædicula eſſet, viſumque cuidam religioſo viro per quietem fuiſſe, niſi rurſum in loca ſua ſanctum corpus reportarent, nuſquam è cœlo præcipitari deſituram grandinem. *i* Cum verò id abbas (quiſquis ille fuit *k*) homineſque tentâſſent, corpuſque in ædem priſtinam retuliſſent, continuò grandinare ceſſâſſe. Hanc opinionem animis Sublacenſium adeò infixam ſenſimus ; ut nulla ratione poſſet divelli. Eam opinionem firmiorem arctioremque fecit improviſa quædam aëris perturbatio, quæ tum temporis ſuborta eſt, quam etiam inſecuta fuit grando, quæ Gennatem agrum in abbatiali ditione quatuor millibus ab oppido diſtantem, peſſimè diverberavit. Quamobrem tantò magis tum plebs,

F

i

k

AUCTORE VILHELM. NARNIENSI

tum etiam plerique oppidi primatum perſtiterunt in ſententia, jamque coacto concilio eam Tranſlationem impedire deliberarunt.

invitis licet primùm civibus,

4 Sed nil auſi ſunt inconſulto Reverendiſſimo ac illuſtriſſimo Cardinale, ad quem caſtro Zagarolo æſtivantem Sublacenſium omnium nomine litteras dederunt; rogatum volentes, ne transferri corpus Cleridonæ permitteret: in ea ſe eſſe religione veterumque ſententia, ut ſi Cleridona aliò comportata eſſet, immanes rerum publicarum privatarumque jacturas affirmarent eſſe perpeſſuros, omnia de cœlo tactum iri, in maximas calamitates ſe ſuoſque nepotes ituros: eam rem apertiùs argui; quòd quamprimum monachis deliberatum eſt ſanctas reliquias ad Divæ Scholaſticæ transferre, illico è cœlo affluentiſſimam cecidiſſe grandinem, ſegeteſque in Gennate agro fortiter decuſſas ſtraviſſe; tritici vinique caritatem non portendiſſe modò, ſed certè peperiſſe: id diſpendii, ſi jam ante Tranſlationem factum ſit, multò magis poſt Tranſlationem factum iri. Quibus litteris prudentiſſimus æquè ac religioſiſſimus commendatarius breviter reſpondit: Nihil eſſe quòd ex Tranſlatione reliquiarum id eventurum putarent: Deum Opt. Max. eumdemque rerum omnium procuratorem & ſeverum peccatorum vindicem, ſi quid in eo populo aut grandine aut alio ſupplicio purgandum eſſet, animadverſurum pœnaſque ſumpturum, ſive oſſa illa transferrentur, ſive loco ſuo perpetuò manerent: omnes nervos potiùs contendere in tam religioſum opus oportere, opem monachis omnem id conantibus afferre debere, nullum omnino negotium Tranſlationi faceſſere, preces ad Deum juges fundere, ut omnia inſtituta bene verterent. Quæ reſponſa cùm Sublacenſibus ab illuſtriſſimo Cardinale reddita eſſent, nil contrà pugnârunt, ſed iis omnibus, quæ ad Tranſlationem pertinerent, adminiculo eſſe polliciti ſunt. Nondum tamen abſterſerant futuri cujuſpiam mali ſuſpicionem, rem taciti atque ambigui ſuſtinebant.

Sublacum referre decretum eſſet,

5 Illud reliquum erat, quod à monachis impetratum optabant, ut ſcilicet Tranſlationem tamdiu protraherent, quoad ſegetes & ſecarentur, & ad aream tererentur, qua re tuti ſaltem eſſent recondendo tritico: quod votum ſimiliter vindemiam amplectebatur. Solet vulgus hoc ſuperſtitioſi timoris genere ſæpenumero implicari, quod omni contentione nos adhibitis perſuaſionibus, atque imprimis optimus Cardinalis datis litteris adimere ſategit. Eam porro prorogationem abnuit abbas, quam ſi fortè indulſiſſet, facile erat, ut ipſe in ſuſpicionem veniret, ne unà cum populo de ſuperſtitioſa formidine ſentiret: neque integrum abbati viſum eſt, in ea re plebi morem gerere, cum nihil haberet tunc temporis, quod preſſiùs cogitaret, quàm eam ipſam Tranſlationem ociùs expedire. Quamobrem Tranſlationis celebritas ad tertium idus Julias cum populo condicta eſt, qui dies fuit Dominicus, *l* tum cùm homines, cæteris negotiis vacui, ad pietatem ſe jure exercere deberent. Ad vocem præconis res publicè conclamata eſt, Clerici, regulares, qui tantummodò Franciſcani lignipedes aderant, albi nigrique ordinis confraternitates, quas appellant; oppidani principes, quique cum magiſtratu erant, & omnis in univerſum plebs, à monachis invitata eſt ad pompam. Biduo autem antequam Tranſlatio fieret, abbas (quâ erat religione & animi ſolertiâ) monachis, qui cœnobium Divæ Scholaſticæ inferius incolebant, & qui ſuperius Divi Benedicti habebant, indixit ejus diei jejunium *m* ſimul & viginti quatuor *n* horarum preces, ad quas in ſacellum, Divæ Cleridonæ comparatum, ſingulis horis ſinguli bini accederent monachi; quoque ad Deum implorandum caſtiùs innocentiuſque adirent, hortatus Fratres eſt, ad abſtergendos fœditate peccatorum animos, caſuſque reſervatos, quos vocant, tum confitentibus tum confeſſariis liberaliter indulſit, ne quid eſſet, quod præmittendæ recenſioni objiceretur.

ad Simbruinos montes ſe abbas infigni comitatu confert,

6 Perſolutis igitur in oratorio nocturnis vigiliis, illico preces abbas horarias cum ſocio inchoavit, idque primus fecit, ut antequam ferveſceret dies, iter commodiùs adornare poſſet ad ſaxeas rupes, quibus adhuc oſſa Cleridonæ condebantur. Nam ſummo mane contendere illò debebant patritii viri nonnulli Sublacenſes, cum iiſque actuarius qui de peragendis rebus publicis tabulis fidem faceret. Statuerat enim abbas (quemadmodum id quod optarat feliciſſimè ſucceſſit) adhibitis teſtibus iiſdem præclaris hominibus, *o* marmoream urnam, quâ maximè poterat, cautione aperire, quidve aut oſſium aut reliquiarum ibi abderetur, patefacere. Non ſatis abbati fuit jejunium ac preces indicere monachis, ſed priuſquam demolitionem tumuli adoriretur, demolitionem à re ſacra auſpicatus eſt. Duo ponè ſecuti ſunt monachi *p* non multò poſtquam abbas cum ſocio *q* pervenerat, quorum alter *r* ſacra fecit, atque omnes, quotquot aderant, miſteria ſumma pietate fuſiſque indefinenter precibus aſpexere.

urnamque demoliri

7 Cumque ſacra ipſe feciſſet abbas ſuperiore ſacerdotali veſte ſeorſum poſita, retentaque tantummodò alba, nec non orario ad pectus decuſſato, juſſit, cementibus omnibus, cœmentarium hominem *s*, eò de induſtria vocatum, marmoris commixturas cuneo ferreo disjungere. Siquidem in proſpectu ſuper aram urna illa ipſa erat pluribus coagmentata partibus, quæ partes cum marmoreæ eſſent atque candidæ, in molem quamdam ſurgebant, ad pares angulos quadratam, niſi quod ejus molis verticem frontiſpicium in acumen definens premebat: anterior tumuli facies duabus columellis teretibus, multiplici variaque teſſera diſtinctis ac tamquam torno ductis claudebatur, quæ facies tum marmorea, tum complanata omni ex parte erat: in cujus medio duplex apparebat vermiculatum emblema teſſellis aptatis ita diſtinctum, ut penicillo depictum putares: poſterior facies tota ſacelli muro ita inhærebat, ut unà cum muro colligaretur: latera hinc atque hinc itidem marmorea, quæ tamen nihil teſſellatum haberent.

inter monachorum cantum jubet:

8 Inter demoliendum monachi cominus pſallebant Hymnos Davidicos, tum etiam Pſalmos recitabant, quos pœnarios vocant, Litanias,

A Litanias, Rogationes, extremaſque multiplices precatiunculas modulatis vocibus concinebant, tum Divæ Mariæ, tum Zachariæ Euangelicos verſus. Videre erat, quàm faberrimè factum, quamve firmiſſimè ſtructum ſepulchrum illud eſſet, ut quam poſuerunt in fabricando ſarcophago diligentiam, eamdem, ni potiorem mavis, in colligendis componendiſque reliquiis intelligeremus ab ejus temporis * fuiſſe poſitam. Frontiſpicium primò demolitor diſſolvit, quo diſſolvendo tantum temporis effluxit, ut reliquis deſtruendis ſepulchri partibus conjectaremus multò longiùs interponendum : deinde tabula erat ſub frontiſpicio marmorea, quæ vas tumuli quadratum ſuperiori parte univerſum tegebat. Cautiùs agebat cœmentarius, ne tabula demoliendo frangeretur : quâ ſublatâ, putabamus, nullis interjectis impedimentis, poſſe reliquias patefieri, quam in rem attentiſſimè aſtantium proſpectabant oculi. Jam abbas paſſim actuarium monebat, ut ipſe unus eſſet è ceteris, qui ſubtiliùs acutiuſque oculis cuncta perluſtraret, animoque perluſtratą mordicus retineret, diligentiſſimeque in tabulas publicas adnotata referret. Sic fore tandem, ut Acta illa ſtudiosè conſcripta hiſtoriæ loco poſteris haberentur.

* patribus

B

ſublata ſuperiore tabulâ,

9 Hiantes luſit marmoreæ ſuperioris tabulæ ablatio, dilataque tamdiu viſendarum reliquiarum ſpes præter modum intuentium animos angebat excruciabatque. Animadverterunt tandem marmoreas illas tabulas emblemate picturatas non eſſe urnam, quâ virgo Cleridona celaretur, ſed urnæ ornamenta quædam pulcherrima. Quod verè comprobatum nobis fuit, ubi tegumenta involucraque illa marmorea ſua eſſent ſoluta compagine. Nam vaſculum incluſum erat ex integro marmore cavatum elaboratumque haud tumultuariè, ſed artificio adhibito, quadraturâ ex altera parte longiori, longitudine fere bipedali conſtans ad duplam rationem altitudinis. Operculum item ex integro marmore fabrefactum, paulò excavatum, cujus tamen ſummitas acutie quadam oblonga finiebatur.

C Annuli utrimque ferrei tamquam aures infixi plumboque coaptati erant : quibus commodiùs operculum ſublevari, quodque in vaſculo reconditum eſſet, cerni poſſet. At ubi levari operculum cœptum eſt, clamoſiſſima voce ſacerdos, qui idem abbas erat, Ambroſianum canere ſibi ſumpſit, ſumptumque monachi ad calcem uſque canendo perrexerunt. Ceteri qui aderant laïci *t* exultare lætitiâ, collaudare divinam beneficentiam, ſeſe colligere in divinas preces, genua profundiùs flectere, operto capite opem è cœlo implorare, reliquiarum denudationem morari, optata demum expleri poſcere.

t

detectiſque reliquiis,

10 Quid plura? In vaſculo lignea erat arcula temporis longinquitate jam ſenio enecta, non marcida quidem, ſed quæ comminui facillimè poterat, jamque, niſi atttentiùs accuratiuſque pertractata eſſet, in minutula fruſta abiiſſet. Tegmine ligneo ab arcula remoto, ſanctiſſimæ virginis Cleridonæ totius fere corporis oſſa adinventa ſunt, calvaria integra, humerorum, brachiorum, feminum, crurum oſſa majora illa ipſa quidem minimè deerant; minora complura erant, quorum adnotatio non admodum curæ fuit, ut minutatim expenderentur. Actuarius commonitus eſt, ut hæc ipſa oſſa præſtantiora in numerato haberet, quæ tabulis ad futuræ memoriæ * conſcriberentur. Poſtremò acceptâ calvariâ Virginis in nomine ſanctiſſimæ atque individuæ Trinitatis ſigno crucis facto, homines iſthæc tam mira cernentes lætiori alacriorique animo loco diſceſſerunt. Ceterùm antequam diſcederent, actuarius ea quæ diligenter conſcripſit, diligentiſſimè ſtipulatus eſt, cujus ſtipulationi nemo fuit adſtantium, qui non adſtipularetur.

AUCTORE VILHELM. NARNIENSI.

* perpetuitatem

11 Illud quoque abbas diſcedenti cuique ſignificavit, ex capſula lignea penè confecta in cipreſſinam brevi fabro lignario parandam, oſſa tam ſanctæ Virginis transfundenda, perendie in cipreſſinam transfuſa ſolemniter ad cœnobium comportanda : ſi pompam celebrem futuram vellent, ſtuderent quàm maximè, tum precibus, tum honeſtioribus actionibus invigilare : iis enim rebus coli præcipuè Deum, cujus providentia in univerſas ſingulaſque totius mundi partes pertingeret. Qui deſcenderant in oppidum declararunt paſſim oppidanis, quid eſſet mane illo geſtum apud Cleridonæ Virginis ædem, quibus laboribus, quibuſque ceremoniis retecta eſſent illius Virginis oſſa. Non defuere, qui antequam oſſa eruta & urna inventa fuiſſent, crederent eos fruſtra niti, qui reliquias Cleridonæ indagâſſent : quippe qui omnino diffiderent quippiam inventuros reliquiarum : deceptos tandem, ſed ſe decipi libenter paſſos, cohortari omnes ad videndam quàm celerrimè tam venerabilem oſſium ſupellectilem, fructum non aſpernandum percipi ex tanto itinere poſſe : jucundiſſimum eſſe tam longinqui temporis oſſa huc uſque perdurata cernere.

in urnam cipreſſinam perendie inferendis, Sublacum redit:

E

12 In ſecundo die, qui dies Sabbati fuit, ecce copioſior ſolitò tum virorum, tum feminarum multitudo conſcendit, nil eo tempore laborem itineris, nil ingruentem æſtum ducere, ut intelligere facile ſit, nec aſperum amanti fieri, nec videri durum quicquam. E cœnobio item tres monachi ſacerdotes ſummo mane acceſſerunt. Nam duo illi, qui abbatem antea ſecuti fuerant, eodemmet adveſperaſcente die ad cœnobium, ut ordine ſuo horas precarias abſolverent, reverſi ſunt. Porro tres illi, qui recèns acceſſerant, ſinguli hoſtiam Deo acceptiſſimam obtulere, ea in re tum ſibi, tum populo mirificè gratificati. Ex maxima venientium hominum parte nonnulli fuere, qui abbatem de ſacerdote confeſſario percontarentur, rogarentque, ut ſalutaris ſacerdos exhiberetur, qui exomologeſim facientes peccatorum vinculis Sacramento ſolveret; ſic fieri, ut purioribus candidioribuſque animis opem divinam meritis Sanctæ Cleridonæ Virginis implorare poſſent. Illico creatus eſt ab abbate confeſſarius, qui petentibus abſolutionis munus elargiretur.

reditur poſtridie in ſolitudinem,

F

13 Inſtabant præterea viri feminæque omnes cateryatim, urgebantque mirum in modum, ut oſſa Cleridonæ retegerentur, palàm omnibus concernenda. Iſthuc non adeò

multitudini venerationi ter exponuntur, reliquiæ,

AUCTORE VILHELM. NARNIENSI.

abbas flecti potuit, ut facilè concederet. Non enim integrum arbitrabatur, neque consentaneum, ut tam verendæ sanctitatis reliquiæ passim omnibus explicarentur; qua re postmodum fieret ut pro nihilo seu de lapide exemptæ ducerentur. In eam sententiam impellebat maximè, quòd ita usurpatum ab Ecclesia intelligeret. At verò tantam in hominibus illis religionem animadvertenti, piamque illam contentionem negligere haud operæ pretium visum est. Igitur eò angustiæ res ducta est, ut ter tantummodò in illa universa die per monachum confessarium eumdemque hierophantem constitutum ossa Virginis multa quidem religione ostentarentur. Mira quidem res erat flagrantia de imis visceribus ducta suspiria, suppliceſque hominum audire voces, repetitaque toties Cleridonæ nomina. Quid dicam mulierc̃ularum lacrimas? Quid puerorum paternos maternosque mores imitantium simplicitatem? Quid juvenum acrimoniam religione mitigatam? Quid omnium in universum incredibilem pietatis significationem? Illud profectò Christianæ religionis haud leve argumentum fuit, quod ii fere omnes qui aderant, singuli globulos filo seriatim pendentes, quibus numerato tum orationem Dominicam tum angelicam salutationem

B memoriter dicerent (corollas Dominæ vulgò vocant) habebant in manibus: neque id tantæ pietati satis fuit, nisi contentius eas hierophantæ porrigerent, quas sacris ossibus admoveret: quorum contactu rem divinissimam consecutos esse arbitrarentur. Tantam hujusmodi corollarum silvam, tantamque hominum fidem mirantibus nobis patefactus est agendis Deo gratiis immortalibus locus ampliſſimus.

allataque vesperi urnâ cipressinâ,

14 Persolutis ad Vesperam statis horis, capsula cipressina, in qua reliquiæ transponi deberent, è cœnobio allata est, & id postridie, antequam aurora emergeret, abbas efficere statuit, ut ineunte aurora iter illud declive montis, comportato reliquiarum ferculo, descenderent in planitiem, quam in

* debebant

planitiem confluere*, qui pompam Translationis præcone proclamatam celebraturi essent. Id duas ob causas fiebat, quarum prima erat, ut advenientium copiarum commodo consuleretur, ne scilicet montis horridi nimiumque

C ardui conscensu defatigarentur. Altera quòd melior atque brevior futura esset via tardè incedentibus, qui pompam insignem illam agerent. Addo tertiâm, ut Translationis ejus negotium temporiùs, antequam sol in sublime vectus exardesceret, perficeretur. Ita enim abbas rem moderatus est, ut Orientem solem anteverteret, reliquiis Sanctis in planiciem conducendis antelucano tempore, stellis adhuc cœlo micantibus inchoandum fuit, ut & tolerantiùs viæ labor sustineretur, & causa esset, ut neminem sumpti itineris pœnitere posset.

reliquum noctis inter preces exigitur.

15 Sero sabbati die non exigua virorum mulierumque manus convolârat ad prærupta divæ Cleridonæ loca, ut noctem pervigilem ducerent ad reliquias, precibusque nervis omnibus contenderent ad suam ipsorum commiserationem permovendam Dei clementiam: quorum in numero nonnulli fuêre albi coloris confratriæ viri primates. Hos compellavit abbas, rogavitque humaniter, ut honestandæ pompæ causâ atque ut observationi majori monumenta isthæc haberentur, solitis induti saccis media pompa urnulam Cleridonæ marmoream reliquiis vacuam, aptatis vectibus seu humeris suspensa ferrent: seorsùm quaterni operculum: sic fieri, ut magnificam quidem & longè glorioſam pompam redderent: laborem certè insuetum & durum, at laboris tanti præmium fore locupletissimum. Abbati humaniter petenti humanissimè primates assensi sunt, in quaque re polliciti vel difficiliori præsto esse: noctu se illic moraturos: ad noctem mediam fratres complures affaturos in eam rem paratissimos, nobis descendentibus cum reliquiis, se pariter cum marmoribus descensuros, nihil prætermissuros, quod abbati fore gratum intelligerent.

D

ANNOTATA.

a *Loco verborum, parenthesi hìc inclusorum, in Myrtiano hujus Translationis apographo isthæc verba leguntur:* Sub anno millesimo centesimo sexagesimo primo.

b *Vicinorum oppidorum.*

c Gregorius à Sublaco in Latio, monachus S. Scholasticæ, obiit abbas S. Simplicii. *Placidus Puccinellus in Nomenclatura abbatum Casinensium pag.* 18.

E

d Hieronymus Amalphitanus, professus Neapolitanus, obiit abbas Andriæ. *Idem ibidem pag.* 19: *sacellum novum, in quod S.* Cheli-doniæ *reliquiæ illatæ fuere, inchoavit anno* 1577.

e Cyrillus à Montefalisco, professus Perusii, obiit Aversæ abbas & visitator. *Idem ibidem pag.* 12.

f *Præfuit Ecclesiæ ab onno* 1572 *ad annum* 1585, *quo obiit.*

g *Anno* 1565 *à Pio IV in Cardinalium collegium adscitus*

h *Addit Myrtius:* Id quoque generalis Synodus Patrum Congregationis annuit libenter.

i *Vide Vitam num.* XI.

k *Simon, de quo in Annotatis ad Vitam litt.* r.

l *Rectè: nam eo anno litt. E diem Dominicum indicabat.*

F

m *Quinto Idus Julii ex Myrtio.*

n *Mox citatus Myrtius habet:* quadraginta.

o *Scilicet Flaminio Panismollis, Friderico de Angelis actuario, Joanne Baptista Tucciamanella, Fabritio Cauiæ, Ascanio Martini Croci, ex apographo Myrtiano.*

p *Dom. Angelus à Sublacu, & Dom. Maximus Aretinus, ex eodem apographo.*

q *Bini hìc socii tribuuntur abbati in apographo Myrtiano, nempe Dom. Venantius Urbinas Cellerarius, & F. Placidus commissus à Sublacu.*

r *Angelus à Sublaco. Ex eodem apog.*

s *Petrum Lombardum. Ex eodem apog.*

t *In his apographum Myrtianum nominatim recenset illustrissimum D. Pirrhum Frangipanis.*

A

CAPUT II.

Eædem ad Sublacenſe monaſterium transferuntur.

Reliquiis apponuntur excubiæ;

REbus ita compoſitis abbas monachos commonuit, duos præſertim, qui juniores robuſtioresque erant, ut aliqualem viciſſim operam cuſtodiendis ſacris oſſibus adhiberent, ne quidpiam fortè fraudis vel doli mali ſubreperet, neve quis verſipellis inſidias ſtrueret ſuffurandis aut abripiendis reliquiis. Huic ſtudio comitem adjunxit commiſſum *a* ac Heremitam *b*, qui locis illis plus quàm quinquennio cuſtos à monachis Sublacenſibus adſcriptus fuerat : ſe cum ſeniore ſocio aliquantulum quieti dare velle, ut ad horam noctis ſextam experrecti quidquid facti opus eſſet, accuratiùs expedirent. Nihil fuit ab abbate præceptum, quin libentiſſimè tum monachi, tum commiſſus & heremita ſuſcipeperent, idque reapſe perficerent.

a
b

B

Tertia autem die, illatis in urnam ſacris oſſibus

17 Ad noctem mediam, quâ fuerunt monachi pietate ſolertiaque præditi, ſtatæ nocturnæ vigiliæ, pulſato ære campano, ſignificantur : deinde ordine in eccleſia frequentiori perſolvuntur : perſolutis nocturnis precibus, adhuc alta nox erat ; abbas duoque unà ſecum monachi, criſpantes lineas induunt (cottas *c* vulgò appellant) orarium *d* etiam, ab collo pectore tenus compoſitum ſuperaddunt, capſellam cipreſſinam ad aram collocant ; cumque abbatis juſſu ab commiſſo heremitaque ſocio tegmen marmoreum ab urna marmorea dimotum omnino eſſet, oſſa Virginis Sanctæ ſingillatim ſumma religione ſummoque ſtudio tranſponi cipreſſinam in arcam cœpta ſunt. Videre tum erat procumbentium hominum vultus attonitos, ſubmiſſas ſuppliceſque voces, innumeris ſuſpiriis permixtas, in aëra fundi, pectora pugno percuti, commiſerationem quandoque divinam altiùs aliquantò proclamari. Studuit abbas ne quidpiam vel officulorum eſſet in urna marmorea reliquum, atque adeò ea in re diligens

d c

C

fuit, ut ne pulviſculus quidem reſtaret, qui non exquiſitè colligeretur cuſtodireturque. Quid quod fragmina illa ipſa capſulæ ligneæ, quâ reliquiæ Virginis condebantur antea, ſic ſcrupulosè reſervata ſunt, ut incluſa linteo heremitæ conſignârit abbas, in cœnobium portanda, quem heremitam voluit nuſquam ab latere ſuo diſcedere.

omnibusque ad iter expeditis,

18 Oſſium igitur & reliquiarum marmoream urnam inanem redditam, operculumque item ipſius urnæ marmoreæ ab ara dimitti, mediamque in ædem transferri, ab albi ordinis confratribus, quorum id ordinis * curæ commiſſum fuerat, juſſit abbas. Cipreſſina verò capſula, jam tantarum reliquiarum ditior auguſtiorque facta media in ara, velo ſubtiliſſimo tecta adſtat : in eam omnium convertuntur oculi, votis ſupplicibus Cleridonam invocant, ut Deum in ſuas eorum calamitates avertendas facilem reddat. Interea monachis præſentibus (nam nuper monachus inſperatò illuc è noſtris venerat, patritios quoſdam homines *e* comitatus, qui religionis ergo noctu ea loca inviſere in animum induxerant : ille ipſe monachus tertius fuerat, qui oſſibus in cipreſſinis loculis collocandis adminiculatus eſt) monachis, inquam, pſallentibus, ceteriſque attentiſſimè quæ gerebantur intuentibus, urnæ marmoreæ, itemque ejus operculo vectes lignei funibus validioribus nectuntur, crebroque bajuli tentant, an vectes & humeri oneri portando pares ſint, necne : omnia ſentiunt optimè libramento convenire ; jam ſe paratos indicant in opus ; jam quantum ſuas ad partes attinet ſeſe in iter colligere poſſe. Jubet abbas pondus marmoreum tolli, nihilque dixit, jam impedire, quod iter agere nequirent ; ſe continuò cum reliquiis ſubſecuturum. Albeſcere auroram, ſtellasque evaneſcere, non eſſe diutiùs morandum, planitiem adeptis aliquantiſper quieſcere non ingratum fore : aſperitate montis deſcenſa, totam penè viam confectam videri.

AUCTORE VILHELM. NARNIENSI.

e

inter hymnos ſacros è montibus deſcenditur

19 Proinde, cereis funalibus accenſis, quos ii, qui reliquias comitarentur, in manibus gererent, aptataque duos inter ligneos vectes cipreſſina capſula, quam ſuppoſitis humeris monachi quaterni veherent, abbas Ambroſianum hymnum voce modulata ingreſſus, concinentibus ceteris, incedere populum, montemque juſſit deſcendere. E cœtu illo, quamquam non admodum copioſo, alii partim præibant, duce crucigero, partim alii ferculum ſubſequebantur. Summa omnium cura erat, gerulorum præſertim, ut ferculum ſublime in humeris tutò ferretur; quam ipſam augebat maximè formido quædam non mediocris, ne cuique per callem anguſtum eumdemque ſalebroſum & petricoſum, addo etiam graviter erecturi, pes laberetur in præceps: tanto erat in diſcrimine illud poſitum iter, & tamen ita Deus Optimus opitulatus eſt, ut nobiſcum ſit actum præclariſſimè.

E

in planitiem

20 Pedetentim igitur molem illam longè arduam inoffenſo penè veſtigio deſcendimus in planitiem, quam etſi planitiem non admodum verè dicere poſſumus, cum ſitus ille idem declivis eſſet planitiem tamen judices, ſi deſcenſi montis juga horrida ratione adhibita ſuſpicias. In ea planitie cum eſſemus, depoſita eſt celſiore quodam loco cipreſſina capſula, quam illico abbas ex acerra thus ſumptum ac thuribulo concrematum fumo latiſſimè fuſo totam obduxit. Jam eò confluxerant tum oppidani, tum caſtellani complures, confluebantque deinceps cumulatim uſque dum pompa moveretur. Jam aderant monachi ex cœnobiis, quotquot erant *f* tum incolæ, tum advenæ, ſecum veſtes ſacras tulerunt, quibus beſtiolam, antequam cœnobio diſcederent, onerârunt.

F

f

Tabulam tripode innixam, quâ veſtes illæ ipſæ ordine diſponerentur miniſtros adornaturæ : crucem argenteam, quam commiſſus ùt ſignifer anteferret & pleraque alia in tam ſolemne opus prudentiſſimè parata *g*. Lecti ſunt ad ferculum humeris portandum monachi duodecim induti dalmaticis *g*, qui

g

• abundat

AUCTORE VILHELM. NARNIENSI.

ex triente ſibi viciſſim ſurrogarentur, ut quaterni ſemper eſſent, qui arcam ampliſſimo velo ſerico laxiùs contectam quaſi levitæ humeris ferrent *h*; ſupra arcam item umbella ſerica parata erat, quam haſtilibus ſex ſubnixam ſuſpenſamine * in ſublime ferrent patritii ſex viri, ſeu qui nobiliores habebantur in oppido.

h

* ſuſpenſamque

21 Jam clerici venerant, qui pompam incedendo lineati magnificentiorem facerent, lignipedes Franciſcani nondum ad planitiem appulerant, neque confraternitates *i* univerſæ, niſi ex iis pauci, quos urnam marmoream cum operculo marmoreo deorſum ex æde Cleridonæ vexiſſe diximus. Una tamen omnium aſtantium vox erat, jam ex oppido ſolviſſe non Franciſcanos modò, ſed confraternitates ſaccis indutas *k*, atque etiam plebem innumeram *l*, quæ obviàm proficiſceretur euntibus. Quamobrem diſpar erat monachorum nobiliumque quorumdam ſententia. Nobiles enim ſentiebant in ea planitie tantiſper morandum, quoad omnes conveniſſent, ut pompa numeris omnibus perfecta loco moveretur oppidum verſus. Monachi contrà: præſtare quantociùs pompam inſtrui atque abire, ne res ad veſperam, antequam finiretur, protraheretur: jam ſolares radios montium ferire cacumina: haud eſſe cur invaleſcere ſolem ſinerent: iter non eſſe prolixum modò, ſed difficile atque aſperum, præterquam quòd horam oppidano in templo principe ſuſtinendum eſſet populo gratificandi causâ. Quotanam diei horâ peti cœnobium deberet?

auctoque admodum

i

l

k

B

pompam comitantium numero,

22 In ſententiam monachorum ivit abbas, juſſitque continuò duodecim monachos indui dalmaticis, crucigerum atque ceriferarios binos cottis albis ſuperveſtiri, ſibi duobuſque hinc atque hinc ſociis pluvialia dari, quibus ornarentur; umbellam explicari, haſtilibusque necti, præſtoque eſſe, qui eam ferrent. Clericos in ordine diſponi, laïcos item quoſcumque pompam ſubſequi, candelas in flammam candentes cuique diſtribui: facilè brevique ſeſe adjuncturos, qui obviàm veniſſent. Tum monachi, quorum intererat, cipreſſinam arculam tollunt imponuntque humeris, umbellam deſuper aptant patritii, ſuum quiſque ceterorum hominum locum obtinet: ponè paululum ſequitur arculam abbas duobus cum ſociis pluvialatus: monachi deinde cæteri, tum clerici hymnos laudeſque incedendo concinunt, voce lætanti feſtiviſſimè procedunt, nihil adhuc, quod perturbaret pompam, accidit. Quid [quod] ordinem hunc continentem cum laïci viderent, illum ipſum non modò [ſuſpicerent, ſed etiam] imitarentur, religioſeque amplecterentur? Augebatur eundo virorum mulierumque copiæ, numeroſiorque paſſim inſtructa fiebat incedentium acies: non aliter à ſuo fonte manantem aquam videas, quæ cum à principio tenuis anguſtaque ſit, confluentibus paſſim fluviis, uberiore aquarum copia in ingentem amnem evadit.

C

Sublacum itur;

23 Spatio itineris non admodum longiore confecto, Franciſcani apparent lignipedes, item ambæ confratriæ candidi nigrique ordinis obviàm pompæ devenientes, cui ſeſe bini adjungunt in ordine diſpoſiti. Longa demum omnium ſeries in pompam deducitur atque in oppidum Sublacenſe proficiſcitur, ſumma quoque veneratione reliquiarum arculam tam religioſè atque magnificè incedentem propriùs intueri (quilibet) contendit. Ab ea contentione nec turba frequens, nec viæ inæqualitas, nec crebra corporum repercuſſio arcebat. Tanta videndi adorandique reliquias cupiditate quilibet tenebatur. Miſſum fuit, quód duciſſa Populenſis, illuſtriſſima commendatarii matertera, perditè podagrâ chiragraque cùm laboraret, conata eſt tamen ad pompam accedere, lecticariis tum beſtiis, tum hominibus adjuta. Soror ejus paraliſi tremens, etſi non auſa eſt ire longiùs, extra oppidi portam egreſſa eſt, tantæ religionis ſtudio non eſt, ut pleroſque referam eamdem pene impotens, quos tanta celebritas ad accedendum impulit, ſpe multò magis recuperandarum adjuncta *m*. Ingreſſi oppidum tantam obſtupuimus ad fores magni templi coiſſe hominum multitudinem, ut vix anguſtiſſimus reliquiis eſſet trames, *n* quo ſanctiſſimi ferculi vectores pertranſirent intra muros eccleſiæ. Superata tamen eſt ea introeundi anguſtia. Tum cautes ſacris reſonârunt modulis, conclamatumque pleniùs à populo eſt: Miſerere. Mos enim pervetus inolevit, Chriſtianos Italos in hoc rerum genere validis lateribus Dei miſericordiam implorare.

D

m

n

E

hinc vero poſt aliquam moram

24 Arculam qui erant induti dalmaticis monachi ſublimiori in ſcamno in eam rem à clericis comparato, mediiſque ædibus poſito, collocârunt: quò latiſſimè cunctis illuc confluentibus pateret, quove commodior ac eminentior eſſet retegendis palâm oſſibus ſacris. Provincia iſthæc fuit ab abbate duobus demandata monachis, qui pluvialati ſecum ierunt, quique tamquam indivulſi comites in ipſa pompa aſciti ſunt; ea tamen lege monachos abbas tunc hierophantas nexuit, ut minimè oſſa priùs retegerent, quàm à ſacerdote, qui rem divinam faciebat ad aram majorem, ſacroſancta corporis Chriſti miſteria oſtenſa populo eſſent. Neque enim fas erat, ut pateſcentibus Chriſti miſteriis, populus in reſpiciendo Cleridonæ loculo occuparetur. Porro poſtquam ſacra facta ſunt, arcâ cipreſſinâ monachi retectâ illico ſolemniter reliquias Cleridonæ Virginis tollunt, palamque oſtendunt: quibus leviter aërem in modum crucis findentibus bene populo precati ſunt. Confeſtim corollas tumultuatim deferunt, pertinaciterque urgent contactum oſſium. Intolerabilem inſolentium hominum petulantiam videres, niſi religio, pietas, fides excuſaret, Et quidem optandum, ut in Chriſtianis hominibus ejusmodi petulantia paſſim invaleat, petulantiorque fiat.

F

longo ordine ad Sublacenſe monaſterium,

25 Itaque cum ſatis in templo fuiſſemus, promovendam ad cœnobium pompam abbas commonuit jam ferveſcente die: mille paſſus diſtare monaſterium, leve nihilo plus iter faciendum, quàm quod paulò ante confectum eſſet: adhuc ſacra ſolemnia abbati facienda, oratorem ad populum habendam, tempus in horam diei penè ſextam protrahendum. His commonita gens verbis, confratriæ ſeſe inſtruunt, duplexque marmor humeris accommodatur;

A modatur: Franciſcani propriùs accedunt: ſequuntur clerici, poſtremo loco monachi omnes: quorum qui ferculo gerendo præerant, ferculum ſumunt, umbellâ ſuper extenſa penſili; abbas, duoque monachi comites, tamquam pompæ ductores, poſtremi incedunt, eamdem proficiscendi, concinendique legem omnes obſervant, quam dudum in oppidum profecti obſervaverant, niſi quod in immenſum hominum cœtus excreverat. Cum jam ſocietates nonnullæ circumvicinis è caſtris adventitaſſent, numeroſoque cœtui ſe addidiſſent; è Sublacu item mulierum egreſſa manus non exigua pompam amplificavit. *o* Nuſquam ire deſitum eſt. Neque enim interquieſcere conducibile videbatur, quandoquidem vigebat æſtus, ſolque altiorem cœli plagam petens acutiùs invadebat. Multo itinere jam laſſata hominum corpora: quam obrem maturatò adire cœnobium ſtudebant omnes.

o

depoſitaque ibidem ſolemniter urnâ,

26 Quò cùm perventum eſſet, edito loco, media in eccleſia arca poſita eſt, quoad omnes quieſcendo vires colligerent, imprimiſque abbas, qui non multò pòſt ſolemnia ſacra facturus erat, cellulam ingreſſus, itineris laborem quiete modica levare voluit. Dimidia vix hora interceſſit, quando abbas, cellulâ egreſſus ſacrarium adiit ad ſacra facienda proditurus: accedunt miniſtri: ſacerdotem ad aram ſacelli nuper ædificati hieroduli *p* comitantur, omnia in eo genere, quâ majore poterant deligentiâ perficiunt. Antequam tamen ingrederetur abbas Miſſæ, quod appellant, Præfatium editiorem locum Præpoſitus clauſtri *q* conſcendit; orationemque ad populum habuit, contractiorem illam quidem, at quæ populum ipſum ad religionem pietatemque imprimis excitare poſſet. Porro ſacra cùm perfeciſſet abbas, per hierophantem iterum apertæ contendenti vehementer populo reliquiæ ſunt; iterum atque iterum conclamata eſt Dei miſericordia, corollæ pariter innumeræ porrectæ, ut oſſa Virginis contingerent. Quibus peractis rebus, miſſus eſt fauſto nomine populus, cui etiam ſignificatum tum liquidò fuit, reliquias ipſas illic foris permanſuras inſequente triduo ad ſextum decimum calendas Auguſtas ſuo marmore condendas.

p

B

q

C

qui pars pompæ fuerant, monachorum humanitate reficiuntur:

27 Equidem non video, cur involvi ſilentio debeat monachorum quædam cum charitate conjuncta humanitas; ſiquidem juſſum eſt omnibus univerſim cum maribus, tum feminis pompam celebrem proſequutis ad interiorem cœnobii portam ſingulis panes ſingulos liberaliter condonari; confratribus albo nigroque ſacco indutis caſei fruſtum ſingulis, atque vini hauſtum ſuperaddi: Clericis verò ac Franciſcanis, nobilioribus item viris *r* nonnullis, ſolemne epulum, aperto monachorum triclinio, datum eſt, quo loco inter convivandum per monachum certum, adito ſuggeſtu, ſacrarum ſcripturarum perennis (ut mos antiquiſſimus monachorum fuit) Latina eſt recitata lectio; ad calcem epuli Latinæ lectioni lectio item ſacra ſermone vulgari ſucceſſit, quod ſingulari prudentia majores noſtri fieri decrevere: ut non eorum modò animi, qui Latinè ſcirent, ſalutari doctrina reficerentur, ſed emolumenti quidpiam in eo genere illi etiam caperent, qui Latinè neſcirent. Quibus rebus factum eſt, ut homines, qui Tranſlationi tantæ interfuerunt, & quod ad excolendos pietate animos, & quod ad corporum inſtaurationem pertineret, largiſſimè copioſiſſimeque obtinere potuerint. At verò abbas, quod fuerat populo pollicitus, fideliſſimè præſtitit. Media in eccleſia reliquiarum loculi eminentiùs aliquanto poſiti ſunt, ut introeuntibus in templum hominibus continuò proſpicerentur, eſſentque volentibus ac intuentibus obvii. Tripode ſuppoſito, ſtabat odorata cipreſſo arca èodem obducta velo, quo pridie, cùm ad cœnobium reduceretur, obducta fuerat: perpetuò quatuor ardebant flammæ, quatuor ſuper candelabris ad angulos arcæ rite diſpoſitis. Verùm illa adhibita eſt cautio, ut noctu arca in ſacrarium reponeretur, ne clancularii facinoris quicquam fortè incideret, neve malevolos homines abripiendarum reliquiarum ſacrilega invaderet cupido immanis, tutius eſſe tandem conſideratè diligenterque rem agere. Quid enim afferri damni poterat, ſi noctu arca penitiori loco abderetur? Sat eſſe diem totum accedentibus patere.

conceſſus triduo feminis acceſſus in templum,

28 Illud quoque non parum humanitatis habuit, quod integro condicto triduo feminis aditus in templum conceſſus eſt, qui rarò aliàs concedi feminis ſolet, niſi celebrationibus diebus feſtis. Igitur eo temporis ſpatio longè frequens acceſſit populus: nec defuere, qui diſtantibus aliquanto caſtellis ad viſendas reliquias, ductis ordinibus, ſupplices proficiſcerentur. Videre erat interdum albulis infantes circumamictos, præeunte cruce, viridantes ramuſculos in manibus ferentes, in ædes ſacras ingreſſos, puerilibus numeris Litanias ceciniſſe, ut ſimile fere eſſet id, quod ab ultimis temporibus euntes obviàm Salvatori feciſſent beati pueri, quorum caſtiſſimæ laudes, David vaticinio conſecratæ, nec non Euangelicis hiſtoriis tam admirabiliter repetitæ fuerunt. Multa ejuſcemodi conſultò præterimus, ne longior fortaſſe, quàm par eſt, oratio moleſtiam audientibus afferat.

E

F

dum ſacræ reliquiæ

29 Quum iſthæc triduo ad arcam Cleridoniæ virginis agerentur, ornamenta illa, quæ ſuprà diximus, marmorea, teſſellato emblemate venuſtiſſima, quæ jam in ſua membra cuneo diſſociata fuerat, antequam è ſacello divæ Mariæ Magdalenæ *s* in jugis illis aſperioribus diva Cleridona traduceretur ad cœnobium, quæque vaſculi marmorei tamquam involucra quædam fuiſſe narravimus, aptari cœperunt atque unà copulari, collocarique intra aram ſacelli recèns conditi, ut his integumentis vaſculum marmoreum clauderetur, quo vaſculo divæ Cleridonæ oſſa condi deberent. Jam triduum effluxit: jam extremam tumulo manum cœmentarius poſuit: jam dies poſt triduum emergit, qui dies jovis erat, quando prima luce accedunt clerici, Franciſcani, iterum paſſim viri, paſſim mulieres ad poſteriorem, ùt ipſi vocabant, Tranſlationem ſeſe conferunt

s

AUCTORE VILHELMO NARNIENSI.

conferunt. Etenim etsi non tanta fuit secundam hanc pompam hominum consecuta multitudo, qualem in prima pompa fuisse descripsimus, ex hoc ipso posterior magis nobilitata est, quòd Cardinalem illustrissimum habuit inspectorem, Stanislaum Hosium *t*, Episcopum Warmiensem, Polonum, summum Sedis Apostolicæ pœnitentiarium, virum sacris litteris eruditum, atque in primis Christiana religione præstantem. Nam biduo antequam ossa Cleridonæ urnâ suâ componerentur, æstivatum huc in algidiora loca profectus est.

t

in sacello recèns condito fuere reconditæ,

30 Oblatis itaque ad aram ab sacerdote sacrificiis, abbas pluviale induitur; quatuor autem amiciuntur dalmaticis, qui ferculum humeris gererent, accolithus, ceroferarii, cruciger, quisque suam navaturus operam lineum sumit vestimentum: sic instructi prodeunt è sacrario in pompam, primusque omnium abbas arcam thure suffumigat, thuribulo in modum crucis protracto. Deinde Franciscani, clerici, monachi seriatim bini disponuntur in ordinem: abbas, quasi nauclerus, totius pompæ cursum dirigebat, paulò post abbatem purpuratus incedebat Cardi-
B nalis amplissimus, quem longissima serie sequebatur gens cætera. Ut autem aliquantò splendidior productiorque pompa fieret, per posticam mulierum portam (quâ scilicet mulieribus transire in templum licet) egressi, decumanam cœnobii portam longo interruptoque ordine ingressi in templum sumus. Mulieres, quòd cœnobii portam ingredi ob religionem non poterant, quâ diverterant, regressæ sunt in templum. Obstrepebant undique templi loca hymnidicis vocibus: ardebant in manibus hominum accensi cerei: quisque secum præclarissimè actum reputabat, quando interesse tot honoribus, tot secundis rebus sepeliendis, tam splendidæ virginis Cleridonæ ossibus concessum sit. Sacellum faberrimè factum adeunt. Ferculum reliquiarum dalmaticati monachi ponunt, velo [coopertam] detegit arcam abbas, eamque deinceps aperit: actuarium *u* accersiri jubet, rogat stipulatum exactissimè iri quæcumque tunc agerentur omnia.

u

segregatis tamen calvariâ,

31 Etenim cum monachis id antea gratissimum futurum abbas intelligeret, si calvariam Virginis in reliquiario laminis argenteis quandoque claudendam reservâsset, itemque ossa nonnulla exciperet, quæ arbitrio
C superiorum piis locis in abbatiali regione distribui possent, negavit id fugere debere quemquam; ut nulla præberetur dubitandi causa posteris, haberentur omnia corporis Cleridonæ ossa, calvaria præsertim, in sarcophago, necne? Quamobrem, actuario excipiente, abbas plenius proclamavit, calvariam Virginis nonnullaque pauciora ossa ab cæteris ossibus sejungi atque in sacrarium reportari eam ob causam, ut Christiano ritui consuleretur. Cumque isthæc publicè protestatus abbas esset, duobus pluvialatis monachis arcam obtinentibus, abbas præter calvariam & ossa, quæ diximus, cætera in vasculo mundo marmoreo rite composuit, jussitque illico operculum marmoreum fieri ac super vasculum ad amussim aptari, lapidibus quoque super positis, aliisque communiri.

D

& ossibus aliquot,

32 Quibus ita peractis, urnam æquè marmoream, atque cipressinam illam, quâ caput Virginis ossaque excerpta supererant, adhibito concremato thure suffumigavit. Deinde breviores indicit secretas preces, tum alta silentia ipse vocalibus precibus rumpens, Deum Opt. Max. beatæ Cleridonæ meritis rogavit, ut populo se præstaret propitium. Postremò in sacrarium rediit, sejugataque cæteris ab reliquiis ossa conservari fecit; quin etiam in minorem, nescio quam arculam transponi curavit, ut ibi essent, quoad de iis procuraret, quidnam agi deberet. Illud quoque providit, ut pulviscula aut ramenta in vasculo marmoreo unà cum reliquiis inventa in sacrarium *x* projicerentur, quod nec momenti alicujus essent, nec tamen digna viderentur, quæ quis floccifaceret. Reiigioni majori nihilominus arculam ligneam habuit illam ipsam quidem, quâ tam longo tempore Cleridona conquieverit. Nam quemadmodum reliquiarum illarum vel tantillum numquam adduci potuit, ut superiorum injussu cuiquam concederet, ita non adeò ejus arculæ tenax fuit, quin frustuli partem petentibus elargiretur.

x

E

è quibus alterum superiori S. Benedicti monasterio, alterum ducì Populensi cessit:

33 Ceterùm Cardinalis amplissimi Warmiensis consilio, præstantissimum os brachii Virginis *y*, quod sepositum in reliquiario fuit, flagitante Præposito Superioris ædis divo Benedicto consecratæ, ut in eam ipsam ædem transferrentur, indultum est *z*. Id nullo prohibente religionis scrupulo fieri poterat, quòd omnia ejus cœnobii cum cœnobio Sanctæ Scholasticæ communia fuerant. Nam qui abbas Sanctæ Scholasticæ erat, idem divi Benedicti abbas erat. Ex eodem monachorum cœtu sumebantur monachi, qui superius cœnobium incolerent: annona utrisque eadem pro ratione dispertiebatur. Alterum erat os grande repositum, quod ducissa Populensis *aa* expetierat à monachis, cœnobio monialium intra Sublacensis oppidi murum nuper constructo *bb* concedendum. In ea re abbas gratificari ducissæ tantisper noluit, dum quid illustrissimus commendatarius sentiret, pro comperto ipse haberet *cc*. Cameratenses in abbatiali ditione populi gravissimis longissimisque precibus abbatem particulas nonnullas rogârunt, at frustra conati opportuniorem obtinendi locum expectarunt. Complures item tum clerici, tum regulares, tum denique laïci maxima contentione rem consequi tentârunt: qui pariter impotes voti recesserunt.

y

z

aa

bb

cc

F

priòris ad dictum mox monasterium translatio.

34 Eodem anno MDLXXVIII, quo venerabiles reliquiæ Sanctæ Cleridonæ Virginis è sacello divæ Mariæ Magdalenæ ad ædem S. Scholasticæ tertio Idus Julias translatæ, & decimo sexto Calendas Augusti in capellæ beatæ Mariæ Virginis recèns extructæ altari, quod Privilegio Gregorii XIII Pont. Max. dotatum est, reconditæ fuerunt, R. P. Domnus Cirillus Falisçus, abbas cœnobii divæ Scholasticæ, juxta petitionem P. D. Peregrini Mutinensis Prioris S. Benedicti de consilio illustrissimi Cardinalis Varmiensis benignè annuens brachii S. Cleridonæ transferendi

A ferendi ad S. Patris Bened. ſuperius cœnobium poteſtatem fecit. Quamobrem pridie Nonas Auguſti, quæ dies divo Dominico
dd ſacra eſt, *dd* Reverendus Prior ad divæ Scholaſticæ cœnobium deſcendit, & lineis indutus brachium Sanctæ Virginis Cleridonæ ex eo ſacrarii loco, in quo Sanctorum reliquiæ aſſervantur, ſumma cum veneratione depromens, in vas vitreum mundum ſericoque conſtratum immiſit & velo tenuiſſimo cooperuit. Tandem pluribus monachis hymnos ſacros & Ambroſianum canentibus, accenſoſque cereos geſtantibus, ubique campanarum pulſatione perſtrepente, ad eccleſiam ſacri ſpecus divi Benedicti cumprimis honorificè deportavit, illuſtriſſimo reverendiſſimoque Domino Staniſlao S. R. E. tit. S. Petri ad Vincula Cardinali, majore pœnitentiario, qui tum in cœnobio illo calores
B urbanos fugiens commorabatur, quantùm per adverſam valetudinem & affectam ætatem licuit, in ipſo templi ingreſſu obviàm prodeunte.

35 Repoſito in altari ſummo divæ Cleridonæ brachio, ſolemnis Miſſa cantata eſt à monachis & divinum Numen piè invocatum, ut per Sanctæ hujus Virginis merita Reipublicæ Chriſtianæ, hæreticorum & infidelium injuriis expoſitæ, præſens auxilium ferret. Sacrificio peracto, brachium Sanctæ Virginis cæteris reliquiis Sanctorum, quæ in ſacriſtia, quam vocant, illius cœnobii religioſè cuſtodiuntur, appoſitum eſt : quod poſtmodum illuſtriſſimus Cardinalis Varmienſis pro ſua in Sanctam Virginem devotione, thecâ includendum, & hoc ornamenti genere, quale videtur, condecorandum curavit : ut ſacrum hujus Virginis brachium, quod ad omnia pietatis opera tam libenter protendebat, majore cum veneratione à populis ſuſpiceretur, &
C in divæ Cleridonæ Virginis honore Deus benedictus glorioſiùs laudetur & adoretur, cui ſit laus & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Id eſt*, converſum.

b *F. Marcum, natione Flandrum. Ex Myrtio.*

c *Superpellicia.*

d *Stolam ſacerdotalem.*

e *Nominatim hìc iterùm in apographo Myrtiano memoratur Dom. Frangipanis, de quo ſuprà litt.* t.

f *Univerſim* 61, *ex apographo eodem.*

g *Id eſt, Tunicis ſacris.*

h *Adduntur in Myrtiano apographo alii ſex iiſdem ornati indumentis*, duo cantores cum pluvialibus Damaſcenis albis, & inauratis : duo acolythi cum thuribulis argenteis & acerris : duoque ceroferarii portantes candelabra argentea.

i *Nempe* Crucifixi, *ùt additur in eodem* D *apographo.*

k *His adde ex eodem apographo, diverſorum oppidorum abbatias ad numerum* 386 *virorum ſaccis veſtitorum, item confraternitatem S. Mariæ de valle Sublaci, quæ attingeret numerum* 126 *hominum, aliaſque ſocietates externas numero* 120 *virorum.*

l *Pluſquàm ſeptiagentorum hominum, ut habet idem apographum.*

m *Locus hic omnino perturbatus emendari ex Myrtiano apographo poteſt, quod ita habet :* Soror quoque ejus paraliſi gravata, etſi non eſt auſa longiùs progredi, tamen extra oppidi portam, famulorum brachiis ſubſtentata ſacris reliquiis obviàm devotè proceſſit; eo devotionis ſtudio, ut quamvis greſſu impotens, ſpe tamen recuperandæ ſanitatis peracta, minimè neglexerit in ea Tranſlationis ſolemnitate exultantis populi turmis intereſſe. E

n *Additur in eodem apographo :* præcipueque in divi Andreæ platea.

o *Adeò*, ut primi præcedentium ordines baſilicam divæ Schclaſticæ obtinuerint, antequam poſtremi templo S. Andreæ excedere potuerint. *Ita apographum aliud.*

p *Miniſtri ſacri.*

q *Dom. Victorinus Manſus, Averſanus, ex Myrtio ſæpe citato.*

r *Inter hos fuit Dom. Pirrhus Frangipanis. Invitatæ præterea illuſtriſſima Dom. Olympia, Dom. Flaminia, Pirrhi conjux, Dom. Paula Poſterula. Ex eodem apographo. Facit porro hoc loci dicti apographi auctor mentionem auctæ in Sublacenſi monaſterio ea occaſione annonæ non abſque miraculo*, quod à majoribus, *inquit*, accepi : *vel ex verbis his apographi hujus auctorem minùs antiquum, quàm ejus, quod prelo damus, eſſe, efficitur.*

s Is erat illi principalis titulus, *inquit Myr-* F *tius ; ſecundarius* S. Cleridonæ *ſeu* Chelidoniæ.

t *Romanâ purpurâ ornatum à Pio IV anno* 1561.

u *Cæſarem Paniſmolli.*

x *Myrtius habet :* In ſacrarii piſcinam.

y *Quod poſtea argenteæ thecæ Card. Hoſii in* S. Chelidoniam *pietas includendum curavit. Ex num.* 35 *infrà.*

z *Huc ſpectant ea, quæ num.* 34 *& ſeq. referuntur, quæque inſtar Appendicis Tranſlationis Actis in apographo noſtro ſubjiciuntur.*

aa *Suprà ad litt.* r *dicta* Olympia *hìc in apogropho Myrtiano nominatur* Orynthia.

bb *S. Joannis Baptiſtæ. Ex eodem.*

cc *Data fuit, præter alias aliorum SS. reliquias, junctura oſſis digiti majoris S.* Chelidoniæ VII *Idus Auguſti. Ex apographo Myrtiano.*

dd *Sed ſecundum idem apographum* IV Nonas, *id eſt, non quartâ, ſed ſecundâ Auguſti.*

DE S. MAURITIO ABBATE CONF. IN DIOECESI CORISOPITENSI In Britannia minori.

SYLLOGE.

§ I. Sancti memoria in martyrologiis : cultus : fit monachus Langoneti, dein abbas : abdicat.

B E

AUCTORE S. D.

ANNO MCXCI. *Sancti à recentioribus dumtaxat*

Auci hujus Sancti, iique recentiores dumtaxat meminere martyrologi, uti in primis Chrysostomus Henriquezius, qui in Menologio SS. Ordinis Cisterciensis ad diem 22 Septemb. sequens Sancti concinnavit elogium: In diœcesi Chrysiponensi beatus Maurìtius monasterii Sancti Martini abbas, cujus virtutes, signa & miracula tam in vita quàm post obitum talem ipsi sanctitatis opinionem conciliarunt, ut ab omnibus singulari coleretur honore, & prosequeretur affectu. Cumque admirandæ ejus virtutis fama se circumquaque diffunderet, eum inter Sanctos recensendum sacra Romana ecclesia judicavit. *Eadem ferè habet in Fasciculo SS. ejusdem Ordinis ; verùm Sancti, quem annuntiat, notitiam præter nominis vix ullam habuisse Henriquezium, exindè suspicor, quod eumdem appellet abbatem S. Martini ; licet enim & ab aliis nonnullis eodem* Mauritium *inscribi* C *titulo, haud ignorem, numquam tamen S. Martini abbatem extitisse, ex infrà dicendis manifestum fiet.*

martyrologis memorati, at diutissimè culti

2 *Prolixius multò ac clarius Sanctum hunc celebrat Chalemotus ad diem 13 Octob., qua & à Cisterciensibus coli, disco è martyrologio, quod iis proprium est, Romano Benedicti* XIV *inter alia subnexo, in quo ad hunc diem sequens Sancti extat elogium :* In diœcesi Corisopitensi in Britannia minori Sancti Mauritii abbatis ordinis Cisterciensis, qui plurimis sanctitatis ac gloriæ testimoniis effulsit. *Proprias huic Sancto, quas præ manibus habeo, lectiones iis, quæ narrat Chalemotus, ferè consonas, cum nil præter ea, quæ in decursu tum ex his, tum ex aliis sparsim inferentur, contineant, in medium proferre supervacaneum duxi, sat omninò ratus, Sanctum ecclesiastico cultu, qui modò à Cisterciensibus indulto Clementis* XI *fit ritu majoris duplicis, gaudere antiquissimo, ut ex infrà dicendis magis eluceset.*

3 *Vitam Sancti hujus MS. quæ Stiltingi nostri tempore, ipsomet in Prætermissis ad diem 22 Septemb. id testante, in scriniis nostris servabatur, quidcumque modò perscrutemur, minimè assequimur existimantes eamdem una aut altera musei nostri translatione, quæ jam tertiò facta est, deperditam esse. Lugemus non parum hujus thesauri amissionem ; noverit nihilominus benignus lector, licet modò Sancti Vitam subjiciendo haud simus, nulli abs nobis parcitum iri labori, ut, si alicundè nacti fortè fuerimus, saltem ad calcem hujus Tomi cum solitis Annotationibus excudamus. Attamen haud parum solatii adfert Angelus Manrique, episcopus Bazensis in Hispania, vir doctissimus, qui annalium suorum Cist. Tom. III. pagg. 59. 255 & seq. varia & quidem, uti apparet, notabiliora enarrat S.* Mauritium *tam viventem, quam jam vita functum spectantia.* *actis, Angelo Manrique*

4 *Cum primò Sanctum hunc Manrique, ut loco mox cit. fatetur, vix cognosceret, pleniorem demum ejus notitiam adeptus est* Industriâ & operâ (*sic enim loquitur*) reverendi admodum patris magistri fratris Josephi Arnolfini Theologi Parisiensis, atque in nostro collegio professoris. *Porrò Arnolfinus, uti inferiùs innuit Manrique, quò huic operam præstaret fideliorem, & ipse usus est operâ amplissimi patris Andreæ Gaudeschii Carnoëtensis tum temporis abbatis, qui ex MS. perantiquo & archivis abbatiæ suæ ea, quæ hìc narrat Manrique, descripsit, transmisitque fidem faciens, exemplar hoc missum cum originali, facta collatione, per omnia concordare. Originale, cujus hìc meminit Gaudeschius, idem omninò existimo ac id, quod Lobineau in sua Britanniæ Historia Tom. I. pag. 157 citat, seseque, dum 5 Octob. die de Sancto hoc egit, præ oculis habuisse testatur, Vitam nempè S.* Mauritii *circà annum 1323 per Guilielmum nonum hujus Sancti in abbatiali Carnoëti dignitate successorem conscriptam : cumque* *à Gaudeschio missis,* F

AUCTORE S. D.

A *que nullum hoc Sancti biographo antiquiorem uſpiam legam, vix dubito, quin noſtrum, quod modò deſideratur, exemplar Vitæ à prædicto Guilielmo ſcriptæ apographum fuerit.*

quoad licet, inſiſtimus;

5 *Utcumque demùm ſe res habeat, cum ea, quæ ſcribit Gaudeſchius, (utinam Manrique omnia retuliſſet) aliorum ferè omnium, quos hujus Sancti meminiſſe reperio, dictis conſona, ſi pauca excipias, videantur, aliudque firmius, quo pedem figamus, fundamentum haud ſuppetat, hujus ampliſſimi abbatis veſtigiis, niſi aliud in contrarium cogat, per omnia inſiſtemus, non tamen neglectis iis, quæ pag.* 475 *in Vitis SS. Britanniæ de Sancto hoc ſcribit Albertus Le Grand itidem teſtatus, ſe Vitam, quam deſcribit, ex vetuſtis abbatiæ Carnoëtenſis MSS. & ex Hiſtoria MS. domus Rohanienſis collegiſſe. Chronotaxin verò, quam mox dictus author ſingularem omninò inſtituit, adoptare neutiquàm valeo, ſicuti nec generaliter ob rationem inferiùs dicendam illam Gaudeſchii, quamquam hic toto ferè, ut ità loquar, ſequacium ſtipatus agmine incedat. Aſt modò hunc audiamus apud Man-*

B *rique ità incipientem :* Sancti Mauritii primi abbatis monaſterii Ordinis Ciſtercienſis ejuſdem nominis in Britannia Minori, in diœceſi Coriſopitenſi, Vitæ ſynopſis ex archivis ejuſdem abbatiæ fideliter excerpta.

quorum relatu Mauritius *in parochia de Ledouac*

6 Quo tempore Ludovicus, *nempe hujus nominis* VI *cognomento Groſſus*, avus Philippi Magnanimi, Francorum rex Chriſtianiſſimus regnabat, B. Mauritius territorii Briocenſis indigena in parochia, quæ Ledouac dicitur, (*oppidum nonnulli vocant*) quaſi lucifer in tenebris oriens in occidenti, regnum Franciæ nativitatis ſuæ primordiis decoravit. *Hæc de loco & tempore ortûs Sancti Gaudeſchius. Addit Le Grand, natum eſſe in villa quadam Aouſto amni impoſita, & à Sancti nomine S.* Mauritii *deinceps dicta in parochia de Loheac diœceſis S. Brioci ſeu Briocenſis : ſita autem eſt hæc parochia haud longè ab oppido Rohanienſi in eo ferè Superioris Britanniæ tractu, ubi hæc ab Inferiori dividitur. Tempus, quo natus eſt, aliud non indicat Gaudeſchius, quam regnante in Galliis Ludovico Groſſo : adjicit denuò Le Grand:*

C *ſedente Paſchali* II, *imperante Henrico* V, *Alano* IV *dicto Fergentio Britanniæ duce.*

circà annum 1116 *naſcitur,*

7 *Aſt rectiùs multò Le Grand Conanum* III *cognomento Groſſum tum temporis Britanniæ ducem aſſignaſſet; licet enim anno* 1115, *quem Sancti natalem facit Le Grand, Fergentius adhuc ſuperſtes fuerit, imò uſque ad annum* 1119 *vitam protraxerit, jam tamen a triennio, anno videlicet* 1112 *Conano filio ducatum ceſſerat; nam hoc anno Rhedonibus lethali correptus ægritudine ſecum ſtatuit mundo penitus renuntiare, ac mox, ut convaluit, propoſiti tenax ducatum filio conſignat, aſſumtoque ſibi quodam dumtaxat famulitio, in eadem urbe monaſterium ingreditur, in quo uſque ad obitum manſit. Ut itaque tria reliqua, quæ diximus, temporis puncta cohæreant, cum Ludovicus Groſſus anno tantummodò* 1108 *regnum Franciæ adierit, & Paſchalis* II *ineunte anno* 1118 *ſedere deſierit, (quæ duo puncta ſibi propiora ſunt) neceſſe eſt,* Mauritium *intrà decennium hoc, quod ab anno* 1108 *uſque ad annum* 1118 *interceſſit, natum fuiſſe: jam verò cum Gaudeſchii calculo, à quo & alii plerique & ipſum Kemperlegienſe Chronicon haud diſſentiunt, annus* 1191 *S.* Mauritio *poſtremus fuerit, ac* 75, *uti Acta, eodem Gaudeſchio teſte, referunt, circiter annos vixiſſe exiſtimetur, demptis hiſce è* 91, *conſequitur, annum circiter* 1116 *Sancto natalem fuiſſe.*

ac litteris

8 *Hunc præcedentem, uti diximus, ponit Le Grand parùm fortaſſe aberrans, in eo tamen, ut inferiùs videbimus, deceptus, quod eumdem anno* 1185 *adeòque ſeptuagenarium dumtaxat obiiſſe credat. Lobineau quamvis eadem, quæ Gaudeſchius, Acta veroſimiliùs fuerit ſecutus, nihilominus Sancti ortum anno* 1127 *innectit, verum, quandoquidem ipſemet inferiùs* 74 *circiter vixiſſe annos, & anno demùm* 1191 *obiiſſe, diſertè ſcribat, ſi ab his* 74 *ſubtrahas, non annum iſtius ævi* 27 *ſed* 17 *reperies; quare hanc numerorum diſcrepantiam librariis potiùs, quèis id facile obtingit, quàm authori imputandum cenſeo. Media ergò inita via, poſitoque anno* 1116 *Sancti natali, modò ad Acta revertamur, quæ Gaudeſchius ità proſequitur :* A parentibus Chriſtianiſſimis E ad ſtudia litterarum miſſus multum inter coætaneos ſuos profecit, non in litteris tantum ſed in mundi contemptu. *Parentum nomina nuſpiam invenio expreſſa; aſt, ſi credimus Le Grand, nominatus fuit Sanctus noſter* Mauritius Duaut; *fueritne hoc ei proprium an parentum quoque cognomen, planè ignoro.*

ritè exceptus fit monachus Langoneti

9 *Illud agnoſcunt omnes, parentes nactum eſſe mediocris quidem fortunæ, pietati verò addictiſſimos, à quibus uti junior Tobias ab infantia ſua Deum timère, & ab omni peccato abſtinere edoctus, cum per ætatem licuit, datus eſt litterarum ſtudiis, ac in tantum profecit, ut magiſterii laurea (ſic Gallicè ferè ſcribit Lobineau) inſigniri facilè mereretur; verum ſecum perpendens, complures ſcientia ſua inflatos in perditionis barathrum delapſos eſſe, cum litterarum ſtudio aſſiduè conjunxit mundi contemptum;* unde, *pergit Gaudeſchius,* non ſolum bonis temporalibus, verum & propriæ renuncians voluntati, mundo & & amicis carnalibus valedixit, & in monaſterio Langoneti Ciſtercienſis Ordinis habi- F tum ſuſcepit monachalem. *Recenter hoc Langoneti monaſterium in confinibus diœceſis Coriſopitenſis à Conano* III *Britanniæ duce exſtructum erat, cum Vir Sanctus evangelicam totus anhelans perfectionem, ſanctiſſimaque Ciſtercienſium illic degentium vivendi normâ excitatus habitum petiit, annoque ætatis ſuæ, uti communiter creditur,* 25, *qui fuit calculo noſtro Domini* 1141, *induit.*

dein abbas electus, neque 30 *neque* 3,

10 Tanta autem, *pergit Gaudeſchius*, brevi edidit exempla virtutum, ut à profeſſione nondum expleto triennio, communibus ſuffragiis in ejuſdem monaſterii abbatem eligeretur. *Computando itaque unum probationis annum, treſque circiter poſt profeſſionem exactos, ſequitur hanc ejus electionem in annum circà* 1145 *incidiſſe. An autem primus Langoneti abbas fuerit, an in alterius locum ſuffectus, dubium facit, quod anno mox dicto præfatum monaſterium vix octennium à fundatione ſua numeraret. Porrò in abbatiali jam poſitus*

AUCTORE S. D.

positus dignitate Mauritius *monasterium suum per* triginta annos, *inquit Gaudeschius*, summa cum prudentia gubernavit. *Totidem annis Langoneto præfuisse* Mauritium, *etiam scribit Lobineau; atque hinc in Actis reverà triginta annos legi facilè crediderim: Le Grand autem multum aliis dissonus tribus tantummodò annis Langonetum rexisse* Mauritium *putat; verum seu* 30 *seu* 3 *annos regimen hoc complecti dixeris, labyrinthum non evitabis.*

ut ostenditur,

11 *Si triginta ponas, cum anno circiter* 1145, *ut diximus, electus sit, usque ad annum* 1175 *Langoneto præfuerit; quod si ità habeat, quandoquidem* Mauritius *non nisi post abdicatam, ut infrà videbitur, Langonetensem prælaturam, idque vivente & manum admovente Conano* IV, *qui parvus dicebatur, Britanniæ duce ac Richemontis comite, Carnoëtensem abbatiam erigere inceperit, hoc contigisset eo tempore, quo non ampliùs Conanus parvus, qui jam quadrienno ab anno nimirum* 1171, *teste Lobineau aliisque, diem suum obierat, sed quo Goffredus filius Henrici* II *regis Angliæ Conani pòst gener Britanniam moderabatur. Scio huic sententiæ non*
B *nihil suffragari Chronicon Kemperlegiense, monasterium Carnoëtense anno* 1177 *fundatum esse scribens; sed quid si dicamus explicari id fortè posse de quadam dotatione aut fundatione completa hujus monasterii, à Constantia Conani filia, uti insinuat Lobineau, circà id tempus facta? Id enim Conanus dux, ut infrà patescet, morte præventus præstare haud potuerat. Sin autem de prima, quæ sub Conano facta est, fundatione prædictum Chronicon intelligi debere omninò velis, ob adductam mox rationem ab eo recedendum ducimus.*

sed 25 *annis dum hic præfuerat,*

12 *Aliud prorsus præfatæ abbatiæ fundationis tempus assignat Le Grand & ex eo Jongelinus, annum nimirum* 1146 *ac proinde, cum* Mauritium *anno* 1143 *abbatem Langoneti effectum esse asserat, huic priori monasterio triennio dumtaxat præfuisset; verum in eo, ut suspicor, hallucinatus fuit, quod* 3 *annos pro* 30 *legens dictam fundationem Conano* III *eo tempore Britanniæ duci adscripserit; vel è converso Conanum* III *pro*
C IV *intelligens triginta hos annos ad tres contrahere coactus fuerit; atque hinc ansam arripuisse videtur totam Chronologiæ seriem interturbandi; vix enim credibile est, tam citò Langoneti regimen abdicasse* Mauritium; *contrà veritatem magis redolere videtur, id eum haud feciſſe, nisi dum ingravescente jam ætate & laboribus fractus, uti Gaudeschius loquitur, vitam præoptabat magis solitariam. Unde relictis duabus hisce sententiis, mediam rursum cum Chalemoto ingressi semitam, quinque lustris seu* 25 *circiter annis Langonetensem* Mauritii *gubernationem circumscribimus.*

abdicata hac dignitate,

13 *Quàm facilè autem in hac hypothesi procedat chronotaxis, è dicendis apparebit: sed modò audiamus Gaudeschium ita prosequentem*: Sed laboribus tandem fatigatus, ac sibi soli & Deo vivere studens, alium operarium idoneum (*Herveum de Caboçel fuisse, asserit Le Grand*) in suum suffecit locum, qui vineæ Domini invigilaret. *Langoneti regimen adiit, ut vidimus, circà annum* 1145 *superadditis ergò* 25 *quèis eum illic præfuisse cum Chalemoto putamus, invenitur*, Mauritium *circà annum* 1170 *eidem dignitati renuntiasse. Porrò* hac tempestate (*verba sunt Gaudeschii*) Conanus dux Britanniæ & Richemontis comes, *IV utique ac ultimus hujus nominis*, audita Viri Dei fama, libenter ejus fruebatur alloquio, *putà dum Langoneto adhuc præerat*, & salutaria ejus monita sequebatur. Undè in gratiam Viri Dei & ejus consilio in sylva, cui nomen Carnoëta, in episcopatu Corisopitensi *apud ostium Ellei fluvii in parochia de Clohar, ait Le Grand*, locum novum monasterio commodum; & terram diversi seminis susceptibilem, quam fratres excolerent, assignavit. D

Carnoëtam sylvam accipit.

14 *Charta hujus donationis apud Lobineau Tom. II Hist. pag.* 308 *licet nonnihil mutila, ità legitur*: Notum sit omnibus filiis ecclesiæ tam præsentibus q. fut. quod ego Conanus dux Britanniæ comes Richemundiæ do in eleëmosinam pro redemptione animæ meæ & parentum meorum nec non & successorum meorum monachis de Langonio ad abbatiam faciendam terram, quam E habeo, in confinio forestæ Carnoet id est Penseuntem Kerbadnalen, & ut forestum ducit ad fluvium Ele, & ut fluvius ducit usque ad Staernadret, ubi est Sedes abbatiæ, & quoniam terra ista exigua est; si qui vicinorum in septem Ploc-Carnoet eis dederit vel vendiderit, sive in vadimonio posuerit, quod mei juris est concedo. De foresto quoque accipiant quæ necessaria eis fuerint ad usus suos. Insuper omnimodè constituo ut nullus... non alienet, substantiam eorum vi capiat... clamati satisfacere renuerint in curia nostra. Similiter in omni terra nostra sint liberi ab omni costumo de emptionibus sive venditionibus suis. Ut hæc rata in perpetuum remaneant, nostri sigilli munimine confirmo. Hujus doni testes sunt Gaufridus Corisopit. ep. qui etiam in præsentia mea eis, quod ad se pertinebat, concessit. Rivallonus archidiac. Glegman decanus. Alanus constabularius. Alanus & Richardus gemelli. Henricus Bertrans. Alanus & Rivollo filii Elmarc. Alanus de Balamboris. *Chartam hanc Conani ducis à se visam per litteras circulares anno* 1259 *testatus fuit Herveus* d. g., *uti ait*, Corisopit. ecclesiæ min. humilis, *id est, ni fallor, episcopus.* F

§ II. Abbas Carnoëto præficitur, claret miraculis, obit.

Carnoëtense S. Mariæ monasterium

ACcepta *hac à duce terræ portione*, Vir beatus, *inquit Gaudeschius*, cum 12 monachis de suo monasterio (*Langoneto videlicet*) *aliisque quamplurimis, ut Chalemotus & alii habent, ad eum confluentibus*, ædificator & abbas novellæ istius plantationis efficitur; *ac statim unà cum duce manum operi admovens, novum monasterium intrà breve tempus non monachorum commodo, sed necessitati exstructum Deiparæ Virgini dicatum voluit*

A *voluit, unde S. Mariæ eò uſque deinceps appellatum fuit, donec tandem ob frequentiſſima, quæ* Mauritius *tam antè, quàm poſt mortem edidit miracula, indeque natum populorum concurſum, obliterato primigenio nomine, monaſterium S.* Mauritii *uſque hodie dictum fuerit. Hinc Henriquezius, quod initio monuimus, occaſionem ſumpſiſſe videtur,* Mauritium *S. Martini abbatem compellandi, dum fortè loco S.* Mauritii *legit S. Martini, aut viſas dumtaxat litteras initiales S. M. quæ tam S. Mariæ, quàm S.* Mauritii *monaſterium deſignare poſſunt, S. Martini interpretatus eſt. Hæc obiter : modò ad Gaudeſchium redeamus, qui ſic pergit :* Cumque jam ibi monachi ſub Mauritio Deo ſervirent, Conanus antequam bona, quæ illi & loco Sancto facere cogitaverat, contuliſſet, moritur. *Ex his verbis deduci poteſt, Conanum ducem poſt jacta hujus monaſterii fundamenta haud diu ſupervixiſſe ; ut enim ex ante dictis patet, elapſo vix anno viam univerſæ carnis ingreſſus eſt,* Mauritio, *monachiſque præproperam tam propenſi principis mortem haud parum lugentibus.*

B *condit, ac inter alia, quæ edidit, prodigia*

16 Mauritius verò, *inquit Gaudeſchius,* cum fratribus Deo ſerviens, in illo confidebat. Cumque monaſterio neceſſaria deeſſent, magis ac magis ſe ſuoſque Deo commendans, per patientiam conſolationem à cœlo exſpectabat. *Si tamen credimus Lobineau, haud ſegniùs, quàm pater ſuus novo huic operi manum porrexit Conſtantia Conani filia, & quidem confirmaſſe principem hanc patris ſui donationem ex ſequenti probatur charta, quæ apud eumdem Lobineau Tom. cit. pag.* 323 *breviter ita extat :* Conſtancia &c. duciſſa Britanniæ &c. Notum ſit, me conceſſiſſe abbatiæ B. M. de Carnoet illam donationem, quam pater meus comes Conanus abbati Mauritio & ſuis monachis dedit &c. Teſtibus Guyhod Venetenſi epiſcopo, Willelmo Coriſopit. epiſcopo, Pagano de Maleſtret &c. *Licet autem (pergit Gaudeſchius)* conſummationem operis non viderit, *nempè* Mauritius, meruit tamen, ut poſt ejus mortem pleniſſimè omnia complerentur : ſic Deo virtutes, quæ in Servo ſuo latuerant, poſt ejus mortem compenſante, & illum illuſtrem
C reddente gloria miraculorum, quæ & eo vivente non defuerunt. *Quoniam ergò hic ſermo eſt de miraculis, quæ in vita* Mauritius *patravit, non incongruum duxi, ea, quæ à Gaudeſchio accepta refert Manrique, in medio ponere.*

vinum miraculoſè producit,

17 *Primum, quod lego, ita ſe habet :* Cum quadam die Mauritius ad Miſſam celebrandam paratus eſſet, vinum in toto monaſterio non reperiri, renuntiatum eſt ei. Ille verò charitate & fide plenus, urceolum acceptum à fratre vacuum in manibus ſuſcipiens, fuſisque ad Deum precibus, vino optimo plenum fratri reſtituit, Miſſamque de more cum debita gratiarum actione celebravit. » Hoc credo » *ait Manrique* » fuit » initium ſignorum ejus, quod multa alia » brevî ſecuta lego. » *Secundum, quod in actis refertur, ità contigit* : Locus monaſterii erat tunc temporis, *nempè dum primò cœptum eſt ædificari,* locus horroris & vaſtæ ſolitudinis : unde mures agreſtes de fluvii ripis, & cavernoſis terræ foraminibus, velut agmine facto, egreſſi, granaria & res alias monaſterii, & quod importuniùs erat, calceamenta fratrum inceſſanter rodebant, & paupertati domus ſanctæ irreparabile inferebat nocumentum. AUCTORE S. D.

lupos,

18 Luporum etiam rabies eiſdem in partibus in tantum eſt degraſſata furorem, ut non ſolum pecudes, ut ſolent, verum ipſos homines morſibus dilacerarent. Rogatus igitur beatus Mauritius tam à fratribus quàm à vicinis, ut omnes lupos ſententiâ excommunicationis malediceret, (*id eſt, ni fallor, è finibus illis eliminaret*) cum omni modeſtia reſpondit : expedit quidem, ut lupi ſint, & omnes beſtiæ à Deo creatæ : quia vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valdè bona. Verumtamen illos lupos, qui in ſtragem hominum deſæviunt, exterminet Jeſus Chriſtus, & Sancta mater ejus, cui ego ſervio. Quibus dictis, inventi ſunt juxta monaſterium duo magni Lupi mortui nullum in ſe læſionis ſignum habentes. Contrà mures & ratos injunxit fratribus, ut quilibet calceamenta ſua vigilanter cuſtodiret. Sed cum
E neque ſic peſtis ceſſaret, compatiens damnis fratrum, orationem fudit ad Deum, ut peſtem illam à ſuis cultoribus & famulis amoveret.

mureſque exterminat, ac dæmonem

19 Continuò miſſa prece ad Dominum, viſi ſunt duo corvi ingentis magnitudinis ; qui per ſingulas monaſterii officinas volatu diſcurrentes, conſpicientibus Sancto Mauritio & fratribus, omnes ratos & mures roſtris ſuis occidebant, & recurvatis ungulis mortuos efferebant. Ita ut damnum aliquod per hujuſmodi beſtias ampliùs poſt diem illam nec monaſterio nec rebus monaſterii ſit aliquatenùs illatum : nec apparuerunt hujuſmodi beſtiæ ampliùs in monaſterio nec in toto ejus ambitu. *Quantum verò in dæmones exercuerit imperium, ſequenti probatur miraculo :* In diebus illis, *pergunt acta,* quidam ariolus in vico illo, qui dicitur locus Romani de ſylva nonati, non procul à civitate Kempercorentena manebat, qui putabatur à minus diſcretis hominibus habere ſpiritum divinandi. Ad hunc cum quidam homo Groigena perrexiſſet, eum ſuper quodam damno ſibi à latronibus irrogato conſulturus, in via rediens à ſpiritu ; quem conſulere voluerat, eſt arreptus, vexatuſque diutiùs ab illo. F

miro imperio

20 Non inveniens inter homines, quo poſſet remedio liberari, ad Beatum Mauritium, cujus fama jam in Groïa & in aliis procul inſulis Miraculorum frequentia perſonabat, tandem ſuorum manibus perducitur amicorum. Mirùm dictu, ejus oratione ſanitatem recuperans, dum facto ipſius conſilio acquievit, nullam poſteà ſenſit à dæmone læſionem. Quoties autem monitis Viri Sancti contraibat, & ſalutiferum præceptum carnali victus concupiſcentia tranſgrediebatur, confeſtim à dæmone vexabatur. » Hæc de virtu- » te » (*verbis utar Manrique pag.* 255.) & » potentia Sancti, dum adhuc viveret, e- » tiam in ipſos dæmones : quam tamen ad- » huc poſt mortem continuatam, quæ ſe- » quuntur, oſtendunt manifeſtè. Quippe cum » idem homo in Carnoëto, dum recidivum » timet, ut Viro Dei conjunctior adhæreret, » converſi habitum ſuſcipit, atque obedi-

AUCTORE S. D.

» entiam, qua à dæmonis nequitia liberabatur, profitetur ſolemniter, non ſolum » quamdiu imperanti Sancto convixit, ſed » etiam ipſo ad ſuperos tranſlato obediens » ſucceſſori indemnis fuit. Addito tamen, » (quod Viri Dei virtutem manifeſtaret) ne » fines monaſterii tranſgrederetur: nempè ipſa adhæſione ad Sancti tumulum ſuæ libertatis authorem publicaturus ».

coercens ſanctè obit

21 » Verba geſtorum ab antiquo authore » ſcripta, prout ad me tranſmiſſa ſunt, ita » procedunt: » Demùm ex toto factus obediens Viro Dei, omninò eſt à peſtifero ſpiritu liberatus: Sanctamque vitam ſub habitu converſi in Sancti Viri monaſterio diu ducens, ipſi Sancto annis pluribus ſupervixit. Non tamen aliquando ambitum monaſterii præſumebat exire, quia dicebat, ſe arreptionem maligni ſpiritus formidare, qui nullum infrà clauſtrum Sancti Viri inferre poterat nocumentum. » His & ſimilibus » *ait Manrique*, » tum miraculis tum meritis » clarebat Mauritius annum agens ætatis ſeptuageſimum quintum, ut ſtatim declara» bo, plus minusve, cum ecce, pergunt » acta Vitæ ipſius, » meritis cumulatus, atque omnibus eccleſiæ Sacramentis munitus inter amplexus brachiaque filiorum vi- B vere deſiit in terris, ut regnare inciperet in cælis.

anno ætatis ſuæ circiter LXXV

22 Vixit in hac mortali vita circiter annos LXXV ut æſtimamus: quod ſic colligimus: quia viginti quinque annorum eſſe creditur, quando habitum aſſumpſit monachalem in primo monaſterio: ante prælationem autem bene tres aut quatuor peregit annos, & cum honore prælaturæ triginta. In novo verò monaſterio quindecim annos manſit, migravitque ad Dominum tertio Idus Octobris, anno ab Incarnatione Domini M. C. XCI. regnante Chriſtianiſſimo rege Francorum Philippo Magnanimo Ludovici Pii filio, ætatis ſuæ anno vigeſimo ſexto, regni duodecimo, & tunc oppugnante crucis in obſequio civitatem Acharon. *Cum ergò prius monaſterium annis circiter* 25 *tantummodò, ut oſtendimus, rexerit, annoque demum* 1191 *obierit, conſectarium fit, Carnoëto amplius* 15, *imò* 20 *circiter præfuiſſe.* C

inter innumera alia miracula

23 *Putat Lobineau*, Mauritium *deceſſiſſe die quinta Octobris; & fateor, reipſa Miſſale, & Kalendaria quædam ſatis antiqua ejus feſtum huic diei affigere; verùm, cum, ipſomet Lobineau teſtante, autographum Guilielmi mutilè exprimat, obiiſſe* Mauritium *III . . . Octobris, æquè ſubintelligi Idus ac Nonas poſſe nemo non videt. Neſcio quoque qua ratione Le Grand Sancti obitum die 2 Septembris collocet; aſt ſuſpicor, ſcriptorem hunc uſum eſſe exemplaribus nimium interpolatis. Porrò* Quanta (*pergunt Acta pauciſ ſat multa complexa*) & indubitata alia inſuper miracula patraverit non ſolum in proximis, verum etiam in remotioribus provinciis, clarere cœpit, ubi nomen Chriſti cum ipſius memoria invocatur. Miracula autem ipſa ità crebuerunt, ut nec liber capere, nec manus ſcribere, nec cor hominis ſufficiat cogitare. Nam cœci vident, claudi ambulant, muti loquuntur, ſurdi audiunt, dæmones diffugiunt, morbi, peſtes, periculaque fugantur ipſius meritis. D

» Hactenus » *inquit Manrique* » in antiquo » manuſcripto, cui concordare exemplar ad » me tranſmiſſum poſt factam collationem, » fidem facit Reverendus admodum Pater » Andreas Gaudeſche ejuſdem loci abbas » die quarta menſis Aprilis anno MDCLIII » *de quo* § *I diſſeruimus.*

defunctus puerum reſuſcitat;

24 » Cæterum » *inquit paulò poſt idem Manrique* » inter plurima hæc miracula, » quæ Sancti Viri funus illuſtrarunt, celebris » eſt reſurrectio cujuſdam pueri, quem aquis » ſubmerſum, abſorptumque, dum ſuffocatum ſervi prius ad matrem, mox mater » ipſa ad Sancti ſepulchrum offerunt, vitæ » ab eo reſtitutum læti conſpiciunt. Porrò » hæc reſurrectio celebratur, ut idem pater » abbas ſtatim ſubdit, in hymno, qui in » ejus feſto decantatur, cujus hi quatuor » verſus eſſe dicuntur: »

Matri reddidit parvulum,
Quem mors acerba tulerat:
Et vità fungi meruit,
Quem canalis ſorbuerat.

» unde nullum genus miraculorum fuit, » cujus expers Mauritius inveniretur. Cor» pus primò in capitulo ſepultum, in pavi» mento plano, (ea filios modeſtia decere E » viſa eſt) mox è capitulo » tranſlatum eſt (*verba ſunt Gaudeſchii*) ad templum & juxta altare majus honorificè collocatum, cujus etiam imago in altari maximo cum cæteris inviſitur: aliaque ejus imago ſculpta eſt in cruce quadam argentea magna antè centum annos & ultrà fabrefacta, atque aliæ in ſacris calicibus circà idem tempus confectis.

quarè Honorius III

25 In miſſalibus prætereà antiquioribus ſub ejus nomine Miſſa continetur ad quintam diem menſis Octobris. Et inter cætera miſſale habemus in hac domo (*videlicet S.* Mauritii) ante trecentos annos conſcriptum, quod ejus Miſſam continet. Plura etiam ſacella ſub nomine ejuſdem Sancti tum Loudeac, qui locus eſt nativitatis ejus, tum alibi in tota Britannia ſacrata ſunt. *Ex his aliiſque facilè colligi datur*, Mauritio *duliæ cultum antiquiſſimum, quod initio dixi, imò vivo ferè exhibitum fuiſſe: cumque tot ac tantis tam antè, quàm poſt mortem inclaruiſſet miraculis, actum eſt de ejus canonizatione ſub Honorio* III *ſummo pontifice, cujus reſcripti littera, prout in Corpore Juris Cap.* 52. De teſtibus & atteſtationibus *legitur, ità ſonat:* Venerabili fratri noſtro epiſcopo & capitulo Coriſopton. ac univerſis abbatibus apud Ciſtercien. in generali capitulo congregatis: [† & infra.] diſ. veſtræ mandamus, quatenus teſtes, quos abbas & monachi S. Martini Ciſtercien. Ordinis ſuper vita & miraculis piæ memoriæ M. (*ſcilicet* Mauritii) abbatis monaſterii ſuprà dicti duxerint producendos, examinare ſigillatim curetis cum ea diligentia, quæ ſolet & debet in receptione teſtium adhiberi. *Hactenùs textus capitis ſatis mutilus.* F

rogatus, ut eumdem canonizaret,

26 *Subditur epiſtola, quæ ordine* 36 *eſt, in hunc modum:* [† multiſque epiſcopis aliis & religioſis unà cum abbate & conventu S. Mauricii monaſterii Ciſtercienſ. Ordinis Criſopen.

A Crisopon. diœceſ. olim nobis inſinuantibus piæ me. Mauricium abbatem præfati monaſterii divino munere claris coruſcante * miraculis, adeò ût monaſterium ipſum quadam uſurpatione uſûs, ſeu potius quadam anticipatione futuri votum ab ejus nomine ſortiatur, & humiliter ſupplicantibus, ut ipſum adnumerari Sanctorum catalogo faceremus, ut quod populus devota præſumptione, ut ſic dixerimus, nunc uſurpat, ſeu etiam divino inſtinctu anticipat, illum appellando Sanctum, & abſque auct. ap. ſe. venerando ritè tandem juſſione apoſtolica faciat ad gloriam Chriſti & nominis Chriſtiani, nos eorum devotis precibus, in quantum decuit, annuentes, ven. fr. n. epiſcopo Leon. & dil. fi. abbati S. Lupi Criſopon. diœc. dedimus in mandatis, ut inquirerent ſuper prædicti Viri vita & miraculis diligentiſſimè veritatem, & eam nobis fideliter intimarent, ut ea pleniùs comperta, pro ſupplicantium deſiderio pleniùs annuere valeremus.

* *lege* : coruſcare

B 27 Idem epiſcopus & abbas quamdam nobis paginam tranſmiſerunt, propriorum ſigillorum appenſione munitam, in qua multa quidem, & magna miracula continentur facta, ut dicitur, à Domino meritis dicti Viri, quæ licet probata per teſtes juratos & nominatos in ipſa pagina minuantur *, non tamen apparet per paginam ſæpedictam, quod ipſos teſtes examinaverunt ſigillatim, & quod eos ſuper his, de quibus ſunt teſtificati, ac circumſtantiis cum ea interrogaverunt diligentia, quæ ſolet & debet in teſtium receptione adhiberi. Unde licet humana devotio prompto debeat affectu honorare, quos dignatio divinæ benignitatis honorat, tutiùs tamen eſſe cenſemus hoc differre negotium, quàm in eo ſententiam minùs conſideratè proferre. Nolentes autem deeſſe ſupernæ gratiæ muneri, ſed adeſſe, (*huc uſque in Corpore Juris; quæ verò ſequuntur, integra ſubminiſtrat Raynaldus Annall. Tom. XIII pag.* 355.) diſcretioni veſtræ præſentium authoritate mandamus, quatenùs teſtes, quos abbas & monachi dicti loci ſuper vita & miraculis dicti Viri duxerint producendos, examinare prudenter, ac diligenter, ut moris eſt, interrogare curetis, & depoſitiones eorum nobis ſub ſigillis veſtris incluſas fideliter tranſmittatis, ut in ipſo negotio cum diligentia & maturitate debita procedamus. Quod ſi non omnes, &c. dat. Reate Kal. Septemb. anno X.

teſtes accuratè jubet examinari;

* *lege* : innuantur

C

AUCTORE S. D.

28 *Habes hìc, quare ea vice à canonizatione abſtinuerit prudentiſſimus hic pontifex; aſt quid poſteà obſtaculi natum fuerit, incompertum habeo. Perexiguum ſanè huic negotio progreſſum attulerit diuturnum inter Henricum III Angliæ & Ludovicum VIII Galliæ reges nondum ſub hujus Sancto filio ſopitum bellum; & ex altera parte ingens Honorii graviſſimis aliunde etiam rebus impliciti pro bello ſacro ſollicitudo: neque canonizatio hæc ſub Honorio inchoata Chalemoti tempore, neque noſtro, quod ſcimus, perfecta eſt.* Supereſt, *ait Manrique*, de concurſu populorum ad ipſius ſepulchrum continuato & protenſo uſque in hanc diem: quem tamen non in obitus memoria, ſed in feſto Pentecoſtes plerumque contingere, argumento eſt, ea die tranſlationem celebrari, recolive, quæ facta eſt à capitulo ad eccleſiam. Atque eam tranſlationem celebratam majori acclamatione frequentiaque, obitus diem, quod nonnumquam contingit, obliteraſſe. Quod tamen dixerim conjectans, ſed non affirmans.

nil tamen effectum, licet ejus tumulus

E

29 Sanè de hoc concurſu frequentiaque, & de ſpeciali puerorum patrocinio, quo Sanctus vulgò creditur gaudere, forté ob parvulum matri reſtitutum, de quo numero 9 hæc idem Reverendus Pater ait: » In » feſtis Pentecoſtes tanta ex circumjacentibus » locis ad monaſterium Sancti Mauritii ac- » currit multitudo, ut credi vix poſſit: » omnibus ad Sancti ſepulchrum properantibus » (*aſſerit Chalemotus & ex eo, ni fallor, lectiones propriæ corpus Sancti è terra elevatum & publicæ adorationi expoſitum fuiſſe*) » tum ut à languoribus præſentibus liberen- » tur, tum ut ab imminentibus protegan- » tur. Omnes etiam parvuli circumjacentium » regionum, antequam quadriennium attin- » gant, ter aut quater Sancto Dei offerun- » tur, ut à morbo, qui in illis provinciis » parvulos circà illam ætatem vexare ſolet, » liberentur; & vota, quæ quotidiè paren- » tes offerunt, ſatis oſtendunt, quantum à » Sancto levamen accipiant. » *Morbus hic puerorum non alius fortè eſt, quàm convulſiones iſtæ aut ſpaſmi, quos & in Belgio noſtro infantes pati perſæpè cernuntur.*

maximo ſemper concurſu ſit frequentatus.

F

DE SS.

DE SS. DANIELE, SAMUELE, ANGELO, DOMNO, LEONE, NICOLAO, HUGOLINO, MM.

Ex Ordine S. Franciſci Septæ in Mauritania Tingitana.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

SS. Martyrum in ſacris Faſtis memoria, paſſio, cultus ſacer.

J. B.

ANNO MCCXXI. *SS. Martyrum*

B Quanto fidei Catholicæ propagandæ ſtudio, & vel effundendi pro Chriſto ſanguinis ardore flagrârit S. Franciſcus Aſſiſias, Ordinis Seraphici parens, luculentè admodum patuit anno 1219, quo, commiſſâ Eliæ, Tuſciæ Miniſtro, Ordinis adminiſtratione, animo planè imperterrito in Orientem profectus eſt, aut Ægypti regem (Soldanum appellant) cum gente Saracenica ad Chriſti fidem adducturus, aut, ſin minùs id è voto ſuccederet, martyrii equidem illic lauream, utì ſperabat, reperturus: at quam in Ægypto non reperit ipſe, hanc Marrochii in Africa Berardus de Carbio, Petrus de S. Geminiano, Adjutus, Accurſius, & Otto, tanti Patris non degeneres filii, ipſiusmet Miramolini regis manu in odium fidei obtruncati, anno 1220, aſpirante eorum votis Numine, ſunt conſecuti: nec multò pòſt, horum pro fide zelum æmulati C Daniel, Samuel, Angelus, Domnus ſeu Domnolus, Leo, Nicolaus & Hugolinus, ejuſdem Ordinis digniſſimi alumni, fuſo pariter pro Chriſto ſanguine, æquè inſignem Septæ in Mauritaniæ Tingitanæ, quà freto Gaditano alluitur, finibus de Saracenis, infeſtiſſimis Chriſtiani nominis hoſtibus triumphum, variis cum ſacris, tum profanis litterarum monumentis celebratum, reportârunt.

2 *Ac primò quidem memorantur hi Martyres in Calendario, quod præfixum Breviario Romano fuit, anno 1522 Venetiis, ſexennio circiter poſt conceſſum illorum à Leone X cultum, edito, ad diem XIII Octobris in hunc modum:* Cerbonii epiſcopi & Confeſſoris; & ſeptem Martyrum Ordinis Minorum: *quin & Officium eorum proprium ejuſdem Breviarii pag.* 473 *legitur, die XIII Octobris* ex inſtitutione Leonis X, *teſte Rubricâ illi præfixa, recitandum, ac tum primùm, item teſte Tabula Officiorum de novo appoſitorum, Breviario Romano inſertum. Inſcribi dein Martyrologiis cœpti ſunt, utì fecit, ſeneſcente ſeculo decimo ſexto, Maurolycus, Meſſanenſis abbas, ſed ad diem X Octobris, his verbis:* Apud Septam Mauritaniæ Sanctorum Danielis, Samuelis, Angeli, Donni, Leonis, Nicolai & Ugolini Sociorum Sancti Franciſci Martyrum, in Luſitaniam tralatorum. *Idem præſtitêre Felicius, Galeſinius & Molanus: ille quidem ad diem X Octobris; hi autem ad diem ejuſdem menſis XIII; quos ſecuti hac in re ſunt qui Martyrologium Romanum noviſſimè emendârunt.* Apud Septam in Mauritania Tingitana, *inquiunt*, paſſio Sanctorum ſeptem Martyrum Ordinis Fratrum Minorum Danielis, Samuelis, Angeli, Domni, Leonis, Nicolai & Hugolini: qui ob Euangelii prædicationem, & Mahumeticæ ſectæ confutationem à Saracenis contumelias, vincula & flagella perpeſſi, demum capitibus abſciſſis, martyrii palmam adepti ſunt. *Mitto Tamayi, Arturi aliorumque recentiorum martyrologorum annunciationes: at ſingularia de Martyribus hiſce in Chronologia monaſtica Luſitana, anno* 1622 *Ulyſippone edita, P. Antonius à Purificatione, Auguſtinianus, pag.* 71 *ſcribit.* Item, *inquit*, in eodem menſe (*Junio ſcilicet*) Septæ, quæ eſt Luſitanorum civitas in Africa, paſſio Sanctorum Ordinis Minorum Nicolai, Danielis, Ugolini, Romuli, Emmanuelis & Angeli cum duobus aliis, quos Leo X Sanctorum numero adſcripſit. *Cùm* Samuelem *ipſe* Emmanuelem, Domnum *verò, ſeu* Domnolum *nuncupat* Romulum, *errat in vocibus: at cùm enumeratis Martyribus ſex, binos ſupperaddit alios, graviùs peccat; indubium quippe eſt, ab ea enumeratione ſolum abeſſe* Leonem, *univerſamque horum Martyrum claſſem numerum haud exceſſiſſe ſeptenum. Cur autem menſi Junio eorum feſtum adſcripſerit, dicendo non ſum, niſi fortaſſis ejusdem menſis dies aliqua eorum in Luſitaniam tranſlationi fuerit conſecrata.*

apud martyrologos,

E

F

3 *Accedunt*

alioſque ſcriptores mentio.

3 *Accedunt Martyrologis jam citatis & ſcriptores alii, qui pariter, & quidem fuſiùs, horum Martyrum Acta litteris conſignârunt; nempe Bartholomeus Albiſius, Piſanus Conformitatum Lib.* 1 *pag.* 87 *editionis Bononienſis, anno* 1590 *factæ, ubi pag.* 1 *id Opus Piſanus anno* 1385 *edidiſſe legitur; S. Antoninus, archiepiſcopus Florentinus, ex Ordine Prædicatorum, anno* 1459 *defunctus, Hiſtoriarum part.* 3, *tit.* 24, *cap.* 7, § 6; *auctor libri Teutonici* Vinea S. Franciſci *inſcripti & anno* 1518 *typis Antverpienſibus editi; ex quo eorumdem Martyrum Acta ad diem Octobris* XIII *Latinè edidit Surius; Marianus Florentinus, ſub initium ſeculi* XVI *mortuus; Marcus Ulyſſiponenſis, Portugallenſis dein epiſcopus, ſub annum* 1580 *è vivis ſublatus Lib.* 4. *Chronicorum Ordinis Minorum cap.* 31 *& binis ſeqq.; Petrus Rodulphius Toſſinianenſis, Senogallenſis dein epiſcopus Lib.* 1 *Hiſtoriarum Religionis Seraphicæ pag.* 74, *cujus Opus anno* 1586 *typis Venetis prodiit; Henricus Sedulius Hiſtoriæ Seraphicæ à pag.* 176, *aliique, ab Arturo in ſuis ad Martyrologium Franciſcanum hac die Annotatis laudati; quibus, quòd nonnulla, quæ apud alios non reperias, de Martyribus noſtris memorent, addo Hieronymum Marafioti de Antiquitatibus Calabriæ Lib.* 1, *Cap.* 26 *& binis ſeqq.; Paulum Gualtieri Lib.* 1, *Cap.* 52 *de Martyribus Calabriæ; Gabrielem Barrium de Antiquitate & Situ ejuſdem Calabriæ Lib.* 5; *ac Bailletum denique in Vitis Sanctorum ad* XIII *Octobris diem.*

Acta gemina

4 *Exſtant præterea in bibliotheca nuper Bollandianâ, nunc autem Tongerloana Acta eorumdem martyrii duplicia, typis edita, eaque, ùt præ ſe ferunt, à teſtibus oculatis profecta; quorum altera litteræ Fratris Mariani à Janua, Septæ in ſuburbio apud mercatores Chriſtianos commorantis, ad Eliam vicarium generalem anno* 1227, 27 *Octobris conſcriptæ, exhibent, quas è vetuſtiſſimo MS membranaceo depromptas Frater Franciſcus Antonius à Coriliano Ordinis Minorum Conventualium typis Velitrenſibus protraxit in lucem anno* 1640, *ac Philippo Salutio, patritio Januenſi, dicavit: altera verò Breviarium Romanum anni* 1522, *de quo ſuprà, offert in novem lectiones diſtincta, & à Sedulio, in ſuo de martyrio ſeptem Fratrum Commentario non ſolùm indicata, verùm etiam brevibus hiſce verbis, quantùm apparet, impenſè laudata:* Extat etiam eorum Paſſio in vetere Breviario Romano dulciſſimè ſcripta, in qua nihil deſiderari videtur. *Magni hæc apud me ſunt ponderis & auctoritatis, tum quòd tamquam Acta illorum Martyrum ſincera ac genuina, cùm anno* 1516 (*ùt infrà dicetur*) *legitimum eorum cultum à Pontifice Franciſcani Patres petierunt ac impetrârunt, Leoni X oblata probataque fuiſſe non ambigam; tum quòd à teſte oculato, utì ex his verbis,* nec his ſedati miniſtri diaboli, ſed nobis videntibus ipſorum capita conquaſſerunt, *manifeſtò apparet, primitus conſcripta fuerint: neque refert, in calce Lectionis nonæ tranſlationis ipſorum in Luſitaniam mentionem fieri; quamquam enim hæc eorum tranſlatio à paſſione annorum intervallo ſatis longo* D *junctа fuerit, ſatis tamen certum apparet; eam clauſulam Actis ab alio quopiam tum demum fuiſſe adjectam, cùm in lectiones diſtincta & ad officii eccleſiaſtici formam, ſub annum nimirum* 1522, *redacta ſunt. Operæ itaque pretium fuerit hæc Acta recudere vel ea ſolùm de cauſa, quòd Breviarium illud Romanum, anno* 1522, *Venetiis editum, hac noſtra ſit ætate perrarum.*

5 *Jam quid de Actis, quæ Mariani à Janua nomen præferunt? De his longè ſecus cenſeo: at quia nec cuivis obvia, nec prolixa admodum, nec denique prorſus inutilia ſunt, & facilè pereunt, quæ foliis ſeparatis committuntur, viſum eſt ea huc tranſcribere: ſic habet:* Venerabili in Chriſto Patri Æliæ Vicario Generali pauperum Minorum Frater Marianus à Janua S. P. D. Pax Chriſti. Die XXVI Septembris venerunt in hanc civitatem Septæ tres Fratres noſtri Calabri, quorum unus, qui vocabatur Daniel ex oppido Belvederii, erat provincialis, ùt ipſi dicebant; & reliqui duo ſacerdotes, unus dictus Frater Angelus à Caſtro Villarum, & alter Leo à Coriliano; qui cùm eſſent à noſtris Chriſtianis charitativè E ſuſcepti, inceperunt hortari verbis, quæ videbantur plena ſpiritu, hos mercatores, ut virtutes ſequerentur & vitia relinquerent, annunciando pœnam, quæ dari ſolet vitioſis, & gloriam illis, qui Chriſti præcepta ſectantur; tandem poſt dies octo pervenerunt alii quatuor eorum Conſocii, quorum nomina, ùt ab eis accepimus, erant Fr. Ugolinus à Ciriſano, & Fr. Nicolaus à Coriliano, Fr. Samuel à Caſtro Villarum ſacerdotes, & Fr. Donolus à Caſtro Villarum laïcus, qui ab eorum patre magno deſiderio expectati, poſtquam fuerunt uniti, inſimul lætabantur. De eorum Vita hoc unum ſufficiat, quod non humana cernebatur, ſed tota angelica, & tota à rebus humanis ſegregata. Iſti jam in unum congregati die Sabbati primò alter alterius ſibi lavârunt pedes & inde tota die in noſtro oratorio F fuerunt perſeverantes in orationibus, nec poſtquam venerit nox; ceſsârunt ab inceptis, ſed perſeverârunt, ter propriam carnem diris flagellis caſtigando; viſus eſt locus ille, dum ipſi erant pernoctantes in oratione, totus claritate & ſplendore coruſcans. Tandem albeſcente die, Frater Daniel ab uno Sociorum Sacramentalem Confeſſionem ſuſcepit, & inde ipſe omnium filiorum Confeſſionem audivit & celebrans omnes in Miſſa communicavit, quibus expletis, nobis reluctantibus, unuſquiſque tenens in manu quamdam Crucifixi effigiem ingrediuntur civitatem, & libera voce Chriſtum ſolum eſſe mundi ſalvatorem conclamant, & Maumeticam legem eos ad infernum ducere proteſtantur; ſed audiens falſi prophetæ improperia furens populus, eos variis contumeliis & opprobriis cædit, quæ omnia ab illis per Chriſtum læto animo ſuſtentabantur; ducuntur tandem ad tyrannum, qui aſpiciens eos intrepido vultu, & loquentes ore fervido, ac imperioſo arbitratus eſt inſanos eſſe, propterea jubet eos in carceres conjici, ubi

(*quorum altera.*)

A per octo dies absque cibo moram traxerunt; nullam tamen passi sunt inediam, quia Christus erat eis in cibum, tentantur multis sponsionibus, velintne Christum abnegare & Maumeticam legem amplecti; sed ipsi ferventioribus rationibus, quæ dixerant, confirmârunt; verùm cùm eorum immobilis animus cerneretur à judice civitatis Arboldus nomine decapitandos esse decretum est.

hìc exhibita 6 Auditâ sententiâ, omnes, quasi essent ad epulas invitati decertabant; quis eorum primus ad palmam martyrii recipiendam esset. Non dicam verba hortatoria, quæ ad Fratres suos habuit Vir Dei Frater Daniel, nec quæ & qualia responsa dabant Fratres, eò quia nimis prolixus essem; dicam tandem, quod die decimo tertio Octobris capite omnes obtruncati sunt; sed huc usque barbarorum immanitas non permansit; nam per totam civitatem sanctissima eorum capita, & veneranda corpora collisa, & turpiter prostrata fuere; sed, pacato populo, magna devotione venerandæ & sacræ reliquiæ per nos de nocte, Spiritu sancto duce, recollectæ fuerunt, & apud nos servatæ, quarum animæ tamen siue dubio cum Christo, ob cujus confessionem sanguinem suum fuderunt,
B in cœlis exultant. Datum apud Septam Saracenorum die XXVII Octobris MCCXXVII. *Sed ut ut hæc Acta testem oculatum præ se ferant, ac è MS. vetustissimo prelo subjecta sint, mea quidem opinione, Actis suprà num. 5 laudatis auctoritate & fide plurimùm cedunt; ac primò quidem in iis fortè displicebit alicui, quòd hæc epistola Eliæ* vicario *generali inscripta sit. Audiit quidem eo nomine Elias, dum in vivis S. Franciscus fuit; sed anno 1227, quo scripta fuit hæc Epistola sub mensis Octobris exitum, jam inde à mense Junio Elias, teste Waddingo in Annalibus Franciscanis ad eumdem annum num. 2, è vicario generali in comitiis generalibus supremus Ordinis moderator renunciatus fuerat, quod, ùt à Daniele ejusque Sociis, utpote, obtentâ ab Elia licentiâ, in Africam post dicta comitia profectis, ignorari haud potuit, ita id Marianum ex hospitibus suis non inaudisse, aut, scriptis ad Eliam litteris titulum tantùm vicarii præfixisse, apparere potest vero non admodum simile. Displicet verò mihi, quòd in iisdem Actis septem horum Fratrum mar-*
C *tyrium diei mensis Octobris decimo tertio illigetur, quòd ejusdem mensis decimo pars scriptorum, ut infrà dicetur, longè major potiorque assignat. Displicet maximè, quòd ea Mariani relatio sibimet ipsi non cohæreat, utì ostensum eo.*

missus probantur, 7 Die XXVI Septembris (*anni procul dubio* 1227, *quo Marianus scribebat*) venerunt, *inquit ille*, in hanc civitatem Septæ tres Fratres nostri . . . . . post dies octo pervenerunt alii quatuor Consocii: *Septam itaque quatuor hi postremi priùs die tertia Octobris, quæ eo anno Dominica erat, appulsi non fuerunt.* Isti (*septem, pergit Marianus*) in unum congregati die Sabbati (*atque adeò haud seriùs die nona Octobris*) alter alterius sibi pedes laverunt *& in oratione pernoctârunt. Postridie* albescente die (*decima Octobris*) ingrediuntur civitatem, *capiuntur, carceri mancipantur*, ubi per octo dies moram E traxerunt; *igitur ut minimùm usque ad decimum septimum Octobris diem. Quî verò hæc cohærent cum iis verbis, quibus die decimo tertio Octobris obtruncati dicuntur? Rursus secundùm Acta hæc civitatem die Dominica ingressi sunt: numera itaque à die decimo tertio Octobris, qui anno* 1227 *dies Mercurii fuit, ordine retrogrado dies octo, non in diem Dominicum, sed in alterum Mercurii diem, quâ civitatem ingressi fuerint, revolvêris. At quamquam hæc Mariano adscripta Epistola quoad temporis adjuncta sibi non constet, quoad cetera tamen falsi insimulare non ausim, vel ob id maximè, quòd in his passim cum Actis Breviario Romano anni* 1522 *insertis consonet, adversetur autem fere nusquam. Hæc de Actis: ad Martyres ipsos nunc sermo noster sese convertit.*

cognomina, patria, 8 *Passim quidem martyrologi, ceterique scriptores suprà laudati, imò & Acta huic Commentario subnectenda horum Martyrum nomina exhibent, singulorum autem cognomina non item. Waddingus Tom. I. Annalium Ordinis Minorum ad annum* 1221 *num.* 36 *Danielem Calabriæ ministrum, ceterorumque ducem*, de Belvederio, *Nicolaum verò* à Saxo ferrato *cognominatos scribit, citatis in margine Rodulphio, Mariano Florentino, Historiâ Martyrum MS, observatque* Donulum (*aliàs* E
Domnum) *Rodulphio* Dannulum, *Mariano, nempe Florentino*, Romulum *fuisse dictos: refellit præterea Rodulphium, quòd* Angelum *Martyrem eumdem ac Angelum Pisanum, Angliæ ministrum, fuisse, opinatus est. Ceterorum autem cognomina tacet omnino: at ex Mariani alterius Epistola, suprà relata, habemus* 1° Nicolaum, *Waddingo* à Saxo ferrato, *dictum fuisse* à Coriliano: *à quo standum sit, ignoro.* 2°. *Idem cognomen* à Coriliano *inditum fuisse* Leoni. 3° *Tres ex ipsis* Angelum, Samuelem & Donolum *idem sortitos fuisse cognomen* à Castro Villarum. 4°. *Ugolino cognomen additum fuisse* à Cirisano; *quæ quidem oppida cùm in Calabria sita sint singula, singulos quoque verosimile fit fuisse natione Calabros.* 5° *Denique docemur, omnes, si* Domnum *seu* Donolum *exceperis, fuisse sacerdotio præditos, quæ vix alibi existimo repertum iri.* Danielem *è familia Fasanella ortum duxisse scribit Gualterius Lib.* 1. *Cap.* 52. *in Calabrorum Triumpho; sed cum fateatur, id se ex traditione scripsisse,* F
ejus rei fides penes ipsum esto. Gualterio consonat Michaël à Tugio Tom. 3. *Bullarii Capucinorum pag.* 77.

iter in Mauritaniam 9 *Calabria porrò non solùm septem istis Martyribus patria obtigit, verùm illic commorabantur etiam, ùt Marasiotus Lib.* 4. *Cap.* 25. *scribit, cum martyrii cupiditate incensi è Calabria profecti sunt in Tusciam; inde in Hispaniam, ac demum in Mauritaniam, obtentâ priùs ab Elia licentiâ, navigaturi, nempe in conventu Castrovillarum, ab Andrea Fanensi, teste Waddingo Tom.* 9. *Annalium ad annum* 1399 *num.* 46, *olim exstructo. Gualterius eodem* Danielem *& Socios, in Mauritaniam abituros convenisse scribit, eorumque per Calabriam iter, ex indigenarum item, ùtì apparet, traditione ad hunc fere*

A *modum deſcribit : abituri in Mauritaniam Martyres, & Caſtrovillarum Conventu, quò convenerant, egreſſi Belviderium (Calabriæ oppidum haud procul à maris Tirreni littore ſitum) Daniele conſtituto itineris duce, unà contendunt : progreſſi inde, ut navigationi ſeſe committant, nautas quærunt : at hi cauſantur aquæ penuriam.* Daniel *itaque certo, quem in littore maris aſſignat, loco effodi humum jubet, eáque effoſsá, erumpit repente fons, qui S.* Danielis *hodieque nuncupatur ; naveſque conſcendunt. Supereſt, inquit Gualterius, hujus conſcenſionis monumentum in ſcopulo cujuſdam exigui portus, unde in binas, quarum alterâ Socii quatuor, alterâ tres recepti naves, Africam versùs vela fecerunt. Ita ille : at nihil horum habet Barrius, & ipſe Calaber, ſive Lib. 2, ubi de Blanda ſeu Belviderio, ejuſque agro agit, ſive Lib. 5. ubi* Danielis *Sociorumque ejus martyrium*

B *deſcribit ; nihil, quos vidi, ſcriptores reliqui ; imò verò, quod de Sociis diverſis navigiis in Africam vectis ait, id non in Calabria, ſed Taraconæ in Hiſpania factum paſſim ceteri dicunt. Neque ſatis mihi certum eſt, tametſi Sociorum è Calabria diſceſſum non inficier, fontem illic à Daniele haud procul à maris littore fuiſſe excitatum, licet hic à S.* Daniele, *quod hodieque vigeat, nomen invenerit ; partim quòd quàm antiqua ſit ea traditio, neſciam, partim quòd vel ex ſolo Danielis Sociorumque ejus ex eo loco diſceſſu vel aliis ex cauſis ea fontis appellatio dimanare potuerit. Neque è Calabria in Africam (quod Gualterius, ùt qui de Tuſcia aut Hiſpania ne verbum quidem faciat, innuiſſe videtur) rectò Martyres contenderunt itinere : priùs enim in Tuſciam ; inde in Hiſpaniam ac demum in Africam appulſos fuiſſe, ex Piſano, Marco Ulyſſiponenſi, auctore Vineæ S. Franciſci, Rodulphio, & Actis Martyrii infrà ſubjiciendis ſatis ſuperque conſtat.*

C *captivitas Septæ,*

10 *Nihil quidem Acta dicunt de Martyrum itinere per Calabriam inſtituto ; verùm de eorum è Tuſcia in Africam profectione ita loquuntur :* Hi obtentâ licentiâ à Fratre Helia, Generali miniſtro ſive B. Franciſci vicario (*addit Waddingus*, & benedictione S. Franciſci) de partibus Tuſciæ recedentes primò Taragonam, civitatem Aragoniæ, pervenerunt, *Inde verò, ùt Acta pergunt,* Daniel *primùm cum tribus Sociis in Africam ſolvit : Marianus à Janua duos tantùm* Danieli *hic Socios tribuit, verùm non magni momenti diſcrepantiâ. Qui verò Taracone remanſerant, Septam appulſi ſunt ſecundùm Acta* pridie Kalendas Octobris, *die ab adventu* Danielis *quarto.* Morabantur autem, *inquiunt Acta*, præfati Fratres cum mercatoribus Chriſtianis (*Januenſibus, Maſſilienſibus & Piſanis*) in quodam vico extra mœnia civitatis, quia nulli Chriſtianorum licitum erat ingredi civitatem ſine Saracenorum ſpeciali licentia. *Dominicâ proximè ſequenti in oppidum irruunt, palam prædicant Chriſtum, ac carceri mancipantur, in quo viſi ſunt cœleſti luce circumfundi, teſte Mariano à Janua. Cetera tum captivitatis, tum martyrii adjuncta, quòd accuratè ſatis deſcribantur, tacitus prætereo : facere tamen non poſſum,*

quin eorum litteras, ardore diviño plenas, D *quas ad Hugonem, majorem Genuenſium apud Septam commorantium ſacerdotem, ac viros duos religioſos, alterum Dominicanum, Franciſcanum alterum dederunt è carcere, ſilentio premam. Sic itaque ſe habent apud Waddingum ad annum* 1221 *num.* 38.

litteræ in carcere ſcriptæ,

11 Benedictus Deus & Pater Domini noſtri, Jeſu Chriſti, pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, qui præparavit patriarchæ Abrahæ victimam holocauſti, qui etiam ex præcepto Domini, de terra ſua exivit neſciens, quò iret, ideoque reputatum eſt ei ad juſtitiam, & amicus Dei appellatus. Sic ergo qui ſapiens eſt, ſtultus fiat, ut ſit ſapiens, quia ſapientia hujus mundi ſtultitia eſt apud Deum. Notum ergo ſit vobis, quod ſi Dominus Jeſus Chriſtus, qui paſſus eſt pro nobis, & qui dixit : Ite & prædicate Euangelium omni creaturæ : Ite & nolite timere eos, qui oc- E cidunt corpus : item : Non eſt ſervus major Domino ſuo : ſi perſecuti ſunt me, & vos perſequentur : duxerit vias noſtras in ſemitis ſuis ad laudem ejus & ſalutem fidelium, ad honorem Chriſtianorum, & ad mortem & damnationem infidelium, ſicut Apoſtolus ait : Chriſti bonus odor ſumus : aliis odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem. Nam ſi non veniſſem (ait Chriſtus) & locutus eis non fuiſſem, peccatum non haberent ; nunc autem excuſationem non habent de peccato, laudabimus eum in ſempiternum. Igitur nuntiatum fuit ante regem nomen Chriſti & confeſſum per nos, quòd non eſt in alio vera ſalus & probatum per veras rationes, mediante interprete, coram ſapientibus ejus. Regi ergo ſæculorum immortali & inviſibili ſoli Deo honor & gloria in ſæcula ſæculorum Amen. Valete.

F

paſſio anno probabiliùs 1221 *die* x *Octobris,*

12 *Hac illi quidem magnitudine animi ad expetitam votis omnibus martyrii lauream alacres properárunt : verùm quo anno, quo die Chriſto victimæ procubuerint, controvertitur. Factum id aiunt S. Antoninus, Marianus Florentinus, Rebolledus, Marcus Ulyſſiponenſis, Rodulphius aliique anno* 1227, *ab obitu S. Franciſci ſexto. Contrà anno* 1221, *ſuperſtite illis Franciſco, id contigiſſe ſcribunt alii, ùt Piſanus, Molanus in Annotatis ad Martyrologium Romanum, Barrius, quibus conſonant Acta infrà edenda, Breviarium Braccarenſe unà cum Franciſcano, Vinea S. Franciſci, Waddingus quin & univerſus Franciſcanorum Ordo,* qui, *inquit Waddingus*, quantumvis admonitus ſubeſſe in numeris (1221) errorem, non admiſit, neque correxit, ſed ſemper in unica hujus ipſius anni (1221) martyrii perſeverat ſententia. *Quorum auctoritati cedere, eodem judice, debent, qui ſecùs ſentiunt : maximè verò, cum nec opinionis ſuæ fundamentum ſolidum, nec conjecturam probabilem adferant ; quòd enim ab Helia, S. Franciſci ſucceſſore, in Africam miſſi dicuntur, momenti eſt perexigui, quandoquidem eo ipſo anno* (1221) *in vivis adhuc agente S. Franciſco, fuerit Helias univerſi Ordinis adminiſtrationi admotus. Eadem, quæ Waddingo, & mihi ſedet opinio : cùm enim Mariani à Janua de*

A Danielis *Sociorumque ejus martyrio litteras ex quodam vetuſtiſſimo MS. membranaceo prelo ſubjecerit Franciſcus Antonius à Coriliano, facilè acciderit, ut hoc aut ſimile epiſtolæ, Mariano à Janua adſcriptæ, exemplar nactus S. Antoninus alicunde fuerit, eique, utpote teſtis oculati auctoritatem præ ſe ferenti, fidem abrogare non auſus, in errorem ſeſe alioſque conjecerit. Demum ut ut res ſeſe habeat, malim equidem ab Actis infrà recudendis hac in re ſtare, quàm à Mariani litteris ſibimet ipſis haud ſatis cohærentibus, ut num. 7 fuit oſtenſum, idque non quoad annum tantùm, ſed etiam quoad diem, quo martyrio affecti fuerunt: factum id tradit Mariani Epiſtola die Octobris decimo tertio; ſed pars longè major potiorque ſcriptorum unà cum Actorum infrà recudendorum auctore eorum martyrium diei ejuſdem menſis decimo adſcribunt, quo primùm*

B *honorari ſunt cœpti, ex quo nempe legitimus cultus illis indultus à Pontifice fuit, deinde translatus ad diem ejuſdem menſis decimum tertium: vulgus autem, ùt perhibet auctor Vineæ S. Franciſci, nondum conceſſo à Pontifice publico eorum cultu, diem Octobris octavum Martyrum memoriæ ſacrum habuit, unde ſibi illos eodem die martyrium tolerâſſe perſuaſit, quem dein Surius, Bailletus aliique minùs cautè ſecuti ſunt.*

reliquiæ à Chriſtianis primùm collectæ,

13 *Occiſorum die Octobris decima anni ſuprà milleſimum ducenteſimum vigeſimi primi, utì ſuperiùs dictum eſt, Martyrum corpora percita furore plebs, Anonymo noſtro inſpectante, membratim laceravit, raptavit ac quaquaverſùm diſſipavit adeò, ut ea à Chriſtianis, poſteaquam populi furor reſidit, colligi potuiſſe, prodigii inſtar habitum fuerit: collecta verò in ſuburbano Europæorum mercatorum horreo (hoc enim valet vocabulum* Alfondega) *ſeu,*

C *ùt anonymus noſter interpretatur, vico honorificè ſepulta ſunt*, ubi ipſorum meritis, *inquiunt Acta*, crebra miracula facta ſunt, *quæ quidem verba, num Actorum ſcriptoris ſint, num contrà ejus, qui illa ad Officii eccleſiaſtici normam redacta in novem Lectiones partitus eſt, quòd neſciam, an iſta miracula Martyrum necem proximè ſint ſubſecuta, necne, dubius hæreo: huc tamen referenda videtur Martyrum apparitio, paulò poſt eorum necem, teſte Gualterio, facta; à Barrio verò his verbis relata:* Antonius quidam Pupienſis cum hos irrideret, nocte inſequenti, ſibi per ſoporem triſti aſpectu, armis induti minitantes viſi ſunt, atque horum alter arrepto gladio plagam illi in coxendice infigere videbatur: *quamquam abſque ullo miraculo vel ex ſolo illatæ Martyribus injuriæ horrore, metuve ſecuturæ vindictæ homini huic temerario hujuſmodi ſomnium fuerit fortaſſis objectum.*

ac dein in Hiſpaniam allatæ,

14 *Quamdiu porrò Septæ ſervatæ fuerint eorum reliquiæ nemo eſt, qui accuratè edicat.* Poſt aliquot annos *in eccleſiam S. Mariæ apud Marrochios (condendæ ibi Romano ritu eccleſiæ facultatem Patribus Franciſcanis Miramolinum dediſſe ſcribit Waddingus Tom. I. Annalium ad annum* 1220 *num.* 48) *tranſlatas fuiſſe, ac cœleſti lumine coruſcâſſe, ac aliquantò poſt rurſum inde in Hiſpaniam avectas Rodulphius Toſſinianenſis, ſuffragante ipſi Waddingo, affirmat:* Marcus *autem Ulyſſiponenſis (inquit Waddingus ad annum* 1221, *num.* 41,) Luſitanus genere, nihil hujus rei meminit, imò adhuc Septæ ſervari & coli ſcribit. *Marcus eorum ſeu Marrochium ſeu in Hiſpaniam tranſlationem tacet quidem, ſed Septæ ſervari colique eorum reliquias non ſcribit, at, ubi delitеſcant, ignorari. Unius tantùm Tranſlationis meminit is, qui Actis à teſte oculato conſcriptis de juo hæc adjecit:* Deinde filius regis Portugalliæ pro dono petiit & accepit & in Hiſpaniam tranſtulit. *Berardi Sociorumque ejus, ex eodem Ordine Martyrum, anno* 1220 *Marrochii occiſorum corpora inde in Hiſpaniam transferri curavit, utì in eorumdem Actis in Tom.* 2 *Januarii Operis hujus ad diem decimam ſextam ejuſdem menſis illatis videre eſt, Petrus Luſitaniæ princeps: vereor itaque, ne quod de Martyribus Marrochianis ex vero dici poteſt, ad*

D *Septanos perperam tranſlatum ſit, multuſque dubito, num Marrochium illorum Martyrum reliquiæ fuerint aliquando delatæ. Neque quis fuerit ille Luſitaniæ regis filius ſatis conſtat, cujus nomen nuſquam inveni, præterquam apud Bailletum, à Benedicto XIV citatum, qui hunc fuiſſe Dionyſium, Alphonſi Craſſi (imò III, non II ſeu Craſſi) filium, ſed dubitanter, affirmat. Tametſi autem hæc tranſlationis adjuncta indubitata non ſint, negari tamen ipſa non debet; quam adſtruunt Breviaria Franciſcana, Piſanus, ex linea S. Franciſci Surius, Rodulphius, Sedulius, Barrius, Gualterius; Bailletus, Benedictus XIV de Servorum Dei Beatificatione & Beatorum canonizatione Lib. I. Cap.* 30, *num.* 16 *aliique plures. Neque inſolens adeò eſt, ut Sanctorum reliquiæ aut longo annorum curſu, aut*

E *ſubito quodam incognitove caſu pereant, aut occultentur, aut hominum notitiam fugiant. Præterea verò horum Martyrum memoria,*

F *teſte Waddingo, in quibuſdam eccleſiis regionis Interamnenſis in Luſitania impenſè colitur, ac nominatim in Braccarenſi, ejus regionis primaria, in qua jam dudum proprium illorum celebratum fuit Officium:* unde non inanis, *inquit*, fiet conjectura, quòd alicubì in illo tractu, vel in ipſo illo primævo delubro (*Braccarenſem, ut opinor, eccleſiam intelligit*) inter frequentes & celeberrimas reliquias recondantur incognitæ.

cultus à Leone X *conceſſus,*

15 *Ceterùm in eadem Luſitania horum Martyrum meritis ac interceſſione Deum multa miracula fuiſſe operatum, non ſolùm is, qui Paſſionis Acta ad normam Officii eccleſiaſtici reduxit, ſed & alii non pauci tradunt: unde factum eſt, ut vulgus eos, eorumque imagines venerari, ac feſtum celebrare cœperit die* VIII *Octobris, ùt auctor Vineæ S. Franciſci ſcribit: at major ea in re Patribus Franciſcanis religio fuit, id ſibi, non obtenta à Summo Pontifice facultate, nefas exiſtimantibus: vulgi itaque animati exemplo, eam ſibi à Leone X facultatem petierunt, ac facilè impetrârunt. Liquet id ex Leonis X litteris, quas ex earum autographo ſic exhibet laudatus jam crebrò Waddingus:* Dilectis filiis univerſi Ordinis Minorum profeſſoribus, præſertim de Obſervantia, ubilibet conſtitutis. Leo Papa X. Dilecti filii ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ut frugifer Ordo veſter fructibus

A fructibus prætiosis, quos produxit, lætetur; vosque vestrorum exemplo in vocatione, quâ vocati estis, robustiores effecti, solum Christum, quem assumpsistis, sequamini, nullaque graviora formidetis pro ipso, auctoritate Apostolica tenore præsentium, vobis & vestrûm cuilibet; ut in ecclesiis domorum vestrarum, publicè & solemniter Officium Martyrum de Beatis Daniele, Angelo, Samuele, Donulo, Leone, Nicolao & Hugolino, vestri Ordinis fratribus, qui pro Christi nomine mortem subire & martyrii palmam in Saracenorum partibus consequi meruerunt, sub Officio duplici majori; in die vestro capitulo generali determinanda, annis singulis, etiam in Missis & Litaniis, ac aliis divinis Officiis, prout de aliis Sanctis per Sedem Apostolicam canonizatis, solemniter celebrare & dicere, ac propriam le-
B gendam in choro cantare in ecclesiis domorum, tam fratrum, quàm monialium, curæ vestræ subjectarum dumtaxat, donec per nos, seu successores nostros ad solemnem canonizationem deventum fuerit, liberè & licitè valeatis, concedimus: ac omnibus & singulis locorum Ordinariis, aliisque personis, ne desuper vos molestare, aut impedire præsumant, districtiùs inhibemus. Præterea, quia difficile esset præsentes litteras ad singula quæque loca deferri; volumus, ut earum transumptis manu alicujus publici notarii subscriptis, & sigillo vicarii generalis vestri Ordinis munitis, ea prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ, Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Florentiæ sub annulo Piscatoris die XXII
C Januarii MDXVI Pontificatus nostri anno III.

& extensas,

16 *Ex hisce Leonis litteris id primùm patet, concessum à Pontifice de Martyribus Septanis cultum ad Franciscanam familiam fuisse restrictam: dein illarum vi solemniter canonizatos dici non posse, si in rigore loquamur; quâ de causâ & ipse Leo, & nuper Benedictus XIV de Servorum Dei Beatificatione &c. eos tantummodò Beatos nuncupavit: cum autem neque Leo, neque ex successoribus ejus quispiam eosdem Martyres solemniter in Sanctorum numerum retulerit, quæret fortasse nonnemo, cur illis Sanctorum hic titulus adscriptus sit? Respondeo, non eò id factum, quòd solemniter in album relati sint, sed quòd eorum cultus ad universum orbem Catholicum,* D *extensus fuerit, cùm eorum Officium Breviario Romano insertum Leo X voluit, & quidem cum hac, in qua* Sancti *diserè appellantur, Oratione:* Deus, qui nos concedis Sanctorum Martyrum tuorum Danielis & Sociorum Ordinis Minorum natalitia colere, da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dominum &c. *quam appellationem ipsis adscriptam non solùm legas in Martyrologio Romano, Gregorii XIII jussu edito, & Clementis X auctoritate recognito, sed ipse etiam Benedictus in editione nova ejusdem Martyrologii, à se aucta castigataque, reliquit intactam.*

festum à die X *ad* XIII *Octobris translatum.*

17 *Patet item, earumdem litterarum vi penes Patres Franciscanos fuisse, ut, quâ Martyrum Septanorum celebranda festivitas foret, diem dicerent: placuit verò primùm, ut id die X Octobris fieret, atque ita in comitiis generalibus, Rothomagensibus eodem anno* E *(1516) à Fratribus de Observantia habitis, sancitum, & in comitiis Burgensibus anno 1523 confirmatum fuit, eorumdemque legenda in Capitulo Generali Assisii approbata triennio post: eadem ùt opinor, quæ Breviario Romano anni 1522 inserta, & infrà recusa est. Visum illis deinde fuit id festum à die X Octobris transferre in* XIII, *ut ne in octiduum, S. Francisco sacrum, incideret. Leo item Pontifex idem præstitisse videtur aliquantò prius; cum Martyrum illorum Officium proprium diem ejusdem mensis decimum tertium ibi occupet, præfixâ illi hac rubricâ:* Ex institutione Leonis X fiat Officium XIII Octobris. *Festum eorum aliàs celebratum apud PP. Franciscanos sub ritu duplici, aliàs sub ritu duplici 2æ classis reperi; & quidem in variis tum Hispaniæ, tum Lusitaniæ provinciis cum* F *octava celebratum fuisse scribit S. Benignus Fremaut in horum Martyrum Legenda; ex quo item disco Patres Capucinos Belvederii seu Blandæ conventûs sui templum Deo sub invocatione* S. Dan elis *sacrum esse voluisse, ejusque meritis restitutum cœco visum, nautasque à Christiani nominis hostibus in mari maximo captivitatis periculo fuisse ereptos. Franciscus denique Gonzaga PP. Minorum de Observantia generalis minister, cum anno 1580 Calabriæ provinciam dispertivit in duas, harum alteri, Calabriam complexæ Superiorem,* provinciæ septem Fratrum *nomen indi veluti patronorum, eorumque effigies, majori ejus provinciæ sigillo, ipsomet teste Gonzaga, decrevit insculpi.*

ACTA

SS. DANIELIS, SAMUELIS, ANGELI, DOMNI, LEONIS, NICOLAI, ET HUGOLINI MM.

Ex Breviario Romano antiquo.

ANNO MCCXXI.

Septem hi SS. mm. ex Aragonia in Africam a-pulſi,

APud Ceptam civitatem Saracenorum *a* Paſſio SS. *b* Danielis, Angeli, Samuelis, Donni, Leonis, Nicolai & Ugolini *c*, qui anno Domini MCCXXI *d*, ſexto Idus Octobris *e* in præfata civitate paſſi ſunt. Hi, obtenta licentia à Fratre Helia, *f* generali miniſtro ſive B. Franciſci vicario, de partibus Tuſciæ *g* recedentes, primò Taragonam civitatem Aragoniæ perveherunt, ubi Frater Daniel, qui erat aliorum prælatus, cum tribus *h* tantum Fratribus navem aſcendens, alios relinquens ob cauſam oportunam. *i* Cùm Ceptam civitatem Saracenorum applicuiſſent, *k* ibi, donec alii Fratres venirent expectaverunt. Interim Frater Daniel & reliqui Fratres verbum Dei Catholicis viris Januenſibus, Piſanis, Marſilienſibus & aliis quamplurimis, qui tunc ibi aderant prædicaverunt. Et poſt dies aliquot Fratres alii, qui Teragonæ relicti fuerant, Ceptam pridie Kalendas Octobris *l* applicuerunt. *m*

b *a* *c* *d* *e* *f* *g* *h* *i* *k* B *m* *l*

Chriſti illuc nomen inveſturi,

2 Igitur Frater Daniel, vir religioſus & ſapiens & diſcretus (qui fuerat jam miniſter provinciæ Calabriæ) & alii ſex Fratres prædicti, Spiritu ferventes, ſalutem illorum infidelium totis viribus affectantes, ſe ipſos morti non timuerunt exponere, dummodo poſſent optatum Deo fructum offerre. Morabantur autem præfati Fratres cum mercatoribus Chriſtianis in quodam vico extra mœnia prædictæ civitatis, quia nulli Chriſtianorum licitum erat ingredi civitatem ſine Saracenorum ſpeciali licentia. Et ob hoc latenter volebant civitatem intrare, antequam opus eorum ab aliquo perciperetur & impedirentur. Feriâ igitur ſexta *n* de ſalute animarum ſuarum & aliorum ſecretò tractantes ſe roboraverunt, & die Sabbati ſequenti, *o* Sacramentali Confeſſione, Euchariſtiæ Sacramentum receperunt, & noctem ſequentem inſomnem ducentes, exemplo Salvatoris alter alterius pedes lavit, & ſe in divinis colloquiis & orationibus occupârunt.

C *n* *o*

vix Septam ingreſſi captique,

3 Itaque ſic armati milites Chriſti die Dominico *p* ſummo mane bellum aggreſſi ſunt. Clam civitatem intrantes per mediam plateam & inter Saracenorum turbas imperterriti clamantes, quia non eſt in aliquo alio ſalus niſi in Chriſto Jeſu. Et Spiritus Sancti amore accenſi ignea & admiranda fidei noſtræ & divini amoris verba clamando emittebant. Gens verò illa Saracenorum feralis & furibunda eos in capitibus percuſſerunt, & multis opprobriis & verberibus affecerunt. Deinde capti & ante regem deducti, per interpretem ab eo auditi, ea quæ ſunt fidei veræ & animarum ſalutis in ſolo Jeſu Chriſto fervidè annunciantes, & multis rationibus (ut in Epiſtola *q* eorum ad Dominum Ugonem ſacerdotem majorem Januenſium patet) probantes & ſuadentes, & Mahometem & legem ejus fallaces, & ad inferos eos ducentes ab ipſo rege in carcere vinculis ferreis juſſi ſunt mancipari, in quo octo diebus *r* multis calamitatibus & anguſtiis macerati fuerunt. *s*

p

q

r *s*

refutatâ Mahometana lege,

4 Die autem octava in mane, quæ erat dies Dominica, videlicet VI Idus Octobris MCCXXI adducti ſunt Fratres ad antedictum regem, quos cùm interrogaret, ſi eos eorum quæ contrà legem ipſorum & Machometum dixerant, pœniteret, & ea retractare vellent, omnes audacter reſponderunt, ſe nihil penitus retractare velle, ſed confirmando probabant ſpurcitias innumeras & multa beſtiis communia in lege ipſorum contineri, Mahometumque vicioſiſſimum approbabant, legemque veri Dei noſtri virtuoſiſſimam perfectamque & admirabilem affirmabant, utpote reprobativam vitiorum omnium, aſſertivam & inductivam virtutum ac omnium morum, per portenta & ſtupenda miracula (ut in Novo ac Vetere Teſtamento clarè patet) confirmatam; quæ numquam (à quocumque potentatu, quamvis per innumeras mortes & ſtrages ſuorum fidelium non armis neque virtute aliqua corporali reſiſtentium, fuerit perſecutâ) deficit pullulare & creſcere. Quod niſi veriſſima eſſet & veri ac omnipotentis Dei fieri non poſſet. Nec credas felicitatem ſeu beatitudinem quemquam conſequi non * poſſe, niſi mundatos à viciis & peccatis, ab eo, cujus eſt, ipſam recipiant, qui eſt Deus trinus & unus Jeſus Chriſtus, qui ſolus mundat inquinatas animas, & vera beatitudine quietat. Scias ergo nec te, nec aliquem tuorum in lege, quam tenetis, ſalvari poſſe. Sed de in diem viciis fœdari, obcœcari & indurari propter veſtra continua peccata. Cognoſce ergo gratiam tibi & tuis miſſam & baptiſmi lavacro mundamini, rectam viam cognoſcatis & per illam incedatis.

E F

* *dele* : non

Ipretiſque Saracenorum minis ac blanditiis,

5 Cognoſcentes ergo Saraceni, quod minis & terroribus eos ad inſaniam ſuæ fidei revocare non poſſent, illos blanditiis ac voluptatibus corporumque deliciis ac venereis trahere conabantur. Quæ omnia fervidè reſpuentes, probaverunt eos à natura rationali valde depravatos, & quaſi animalia bruta effectos,

A fectos, cum talia ipſis dominentur & regant, & ita non domini, ſicut eos Deus conſtituit, & etiam natura, ſed ſervi empticii talium inſenſibilium *t* comprobamini effecti. Natura enim rationalis talibus dominari debet, & non è contra : ducere & regere, & non duci nec regi à talibus, ut belluæ faciunt. In hoc ergo bruta animalia oſtenditis vos effectos. Quod verè Spiritus Sanctus per os David affirmat dicens Pſalm. 48 : » Homo cum in honore eſſet, non intelle- » xit : comparatus eſt enim jumentis & in- » ſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. »

morte damnantur.

6 Tunc Saraceni furibundi & beſtiales, videntes nec etiam his eos revocare poſſe, mortem minantur & intentant : Sed Deus benedictus tantùm eorum conſtantiam roboravit, ut mortem pro Chriſto totis viribus affectarent, & ferventiſſimè Chriſtum filium Dei eſſe, Mahometumque & ſequaces ejus demerſos & continuè demergi in infernum proclamarent. Tunc quidam iniquus gladiator cum iracundia accedens ad Fratrem Danielem, aliorum prælatum, percuſſit eum enſe in capite dicens, quod niſi fieret Saracenus, ſtatim eum interficeret. Et ad hoc ſimiliter judex, Arbaldus nomine, *u* & quidam alius antiquus eos hortabantur dicentes : Quare præſentis vitæ dulcedinem perdere
B vultis? Suſcipite fidem & legem Mahometi, & vitam & honores in mundo habebitis. Tunc Frater Daniel contra illum ſeniorem dixit : O inveterate dierum malorum, quamdiu errore ſathanæ decipieris? Mahometus tuus miniſter eſt ſathanæ, & omnibus ipſum ſequentibus eſt cauſa mortis æternæ. Tu potiùs convertere ad fidem veram Catholicam, ut ſalveris, quia ſatis fuiſti deceptus errore legis tui Mahometi. Et cum feciſſet judex contra eos gladios ad terrorem vibrari, & firmiſſimos inveniſſet, dedit ſententiam, ut omnino decollarentur.

quam perlubenti

7 Tunc ſex Fratres magno gaudio exultantes, & multa alia pro Chriſto pati cupientes, conſiderantes, quod tam parvo ſupplicio tam magnam mercedem &
C dona, tam inæſtimabilia gaud.. adepturi eſſent, non parva lætitia geſticbant. Ab alia verò parte amore divino inebriati pro Chriſto omnino membra & viſcera in tormentis tradere cupientes nimio fervore patiendi flagrabant. Et omnes, in terram fixis poplitibus, gratias Deo agebant, quòd inter ſervos ſuos eos numerare feciſſet, quòd ad gaudia cæleſtia & inæſtimabilia illos perducere dignaretur, & inter choros Martyrum & Angelorum eos conſtituere decreviſſet, quòd ad æternam vitam & infinitam lætitiam ipſos deſtinaſſet, quòd pro nomine ſuo in patiendo & voto patiendi accendiſſet, & ad tam inæſtimabilem palmam modico cruciatu perduxiſſet. Laudamus ergo te Domine omnipotens infinitæ bonitatis, infinitæ clementiæ & miſericordiæ, & in mirabilibus operibus tuis infinitè laudabilis.

hilarique animo

8 Poſtea converſi ad Fratrem Danielem oſculabantur manus ejus & pedes dicentes : Gratias tibi agimus, Pater, quia nobis bonus paſtor & ductor fuiſti, benedic filios tuos. Qui amplexans eos omnes & oſculans bene-
D dixit : Gaudeamus omnes in Domino, diem feſtum celebrantes, quia de morte tranſimus ad æternam vitam, de triſticia ad inenarrabilem lætitiam, de luctu ad inæſtimabile gaudium, de tenebris in admirabilem claritatem, de cæcitate ad limpidiſſimam viſionem, de ignorantia ad ſummam ſapientiam, de miſeria ad jucundiſſimam exultationem, de ponderoſitate & gravitate ad delectabilem agilitatem & ſubtilitatem, de ſervitute ad regnum & dominationem, de labore & anguſtiis ad requiem & tranquillitatem, & breviter de innumerabilibus calamitatibus ad infinitam felicitatem.

ſubeunt : decollatorum reliquiæ à Chriſtianis mox collectæ, poſtmodum in Hiſpaniam tranſvectæ fuerunt.

9 Deinde milites Jeſu à miniſtris denudati & manibus à tergo ligatis, Chriſti improperium portantes, educti de aula regia extra civitatem ſicut agni ducebantur ad mortem. Ipſi verò quaſi ad epulas invitati ardenti & exultanti animo ad mortis ſupplicium feſtinabant. Cumque ad locum occiſionis ducti fuiſſent, per manus iniquorum, ſacris capitibus ipſorum cæſis, decollati ſunt & beatiſſimas animas ſanguine purpureas Domino tradiderunt. Nec his ſedati miniſtri diaboli, ſed, nobis videntibus, *x* ipſorum capita conquaſſerunt, * & corpora eorum per civitatem trahentes dilacerabant membratim, & ea pueris & aliis Saracenis in ludibrium tradiderunt, ut ſic ante mortem, & in morte, & E poſt mortem ſatiarentur eorum opprobriis. Fuerunt poſtea eorum corpora per Chriſtianos miraculoſè collecta, & honorificè apud fideles in Alfundega, id eſt, in vico Januenſium, *y* Marſilienſium & Piſanorum recondita, ubi ipſorum meritis crebra miracula facta ſunt. Deinde filius regis Portugalliæ pro dono petiit & accepit, & in Hiſpaniam tranſtulit, per quorum ſuffragia Deus multa miracula operatur ad gloriam ſuam & honorem. *z*

* conquaſſârunt,

x

y

z

ANNOTATA.

a *Paſſim ſcribitur* Septa : *eſt autem oppidum Mauritaniæ Tingitanæ, in freti Gaditani faucibus ſitum, à Joanne Luſitaniæ rege anno* 1415, *ut ait Vaſconcellus, Mauris ereptum. Hiſpanis paret & vulgò dicitur* Ceuta : *olim verò dictum fuiſſe* Septem Fratres *Geographi nonnulli tradunt, quòd ſeptem pari ferè altitudine colibus eſſet impoſitum.* F

b *Titulus hic adjectus veroſimiliter fuit ab eo, qui ſub annum* 1521, *annuente Leone X, Acta Paſſionis in formam Officii eccleſiaſtici redegit.*

c *Ex his unus* Dornus *ſeu* Donnulus *laïcus fuit : ceteros ſacerdotes fuiſſe tradit Epiſtola Mariano à Janua adſcripta, quam videſis num.* 5 *&* 6. *Memorata illic oppida* Belvederium, *aliàs Branda,* Caſtrum villarum, Corilianum, *Barrio Coriolanum,* Ciriſanum, *Barrio Cyterium in Calabria ſita ſunt ſingula : ſed* Nicolaus, *qui in ea à* Coriolano *cognominatur, à Waddingo dicitur* à Saxo Ferrato, *ditionis Pontificiæ caſtro. A quo ſtandum?*

d *Conſule num.* 12 *Commentarii prævii.*

e *Conſule rurſus num. proximè citatum.*

f *Vicarius*

f *Vicarius generalis ſecundò renunciatus fuit anno* 1221 *menſe Junio, eoque munere fungi perrexit uſque ad annum* 1227, *quo ad menſem Junium provecto ex vicario factus eſt miniſter Ordinis generalis, teſte Waddingo ad annos ſupradictos.*

g *Nulla hìc mentio fit itineris à Martyribus per Calabriam inſtituto; uti nulla de eorum per Tuſciam itinere apud Gualterium eſt mentio: putem tamen utrumque iter abs illis reipſa inſtitutum. Quæ de itinere Calabrico præterea Gualterius narrat, habes num.* 9 *Commentarii prævii.*

h *Marianus à Janua binos hìc tantùm tribuit* Danieli *Socios* Angelum à Caſtro villarum, *&* Leonem à Coriliano.

i Renuente nauclero plures transvehere, *inquit Waddingus ad ann.* 1221 *num.* 36.

k *Factum id ſecundùm Marianum à Janua* XXVI *Septembris, die Dominica; cùm tam anno* 1221, *quàm* 1227 *fuerit littera Dominicalis C.*

l *Itaque die Jovis* XXX *Septembris. At ſecundùm Marianum octiduo poſt adventum* Danielis, *ſive die Octobris tertia.*

m *Finitur hìc in Officio SS. Martyrum proprio Lectio I; quod & de ſingulis octo ſequentibus numeris dictum puta.*

n *Die* 1 *Octobris.*

o *Die* 2 *Octobris. Quoad diem Sabbati conſonat Marianus à Janua: ſed ex ejus quidem calculo incidit hic dies in diem Octobris* IX.

p *Die Octobris* III *conſonat hìc rurſum Actis Marianus quoad diem Dominicam; ſed ea ad diem Octobris* X, *ſi vera ſcripſit, referenda eſt.*

q *Videſis illam num.* XI *Comment. prævi.*

r *Idem Marianus ſcribit: ſtando itaque ejus verbis non ante diem* 17 *Octobris (quod alibi nuſquam legas) Martyres ad necis tracti fuere ſupplicium, quod cum aſſerto abs illo emortuali eorum die, ejuſdem menſis decimo tertio non cohæret.*

s *Id temporis viſi ſunt Martyres cœleſti lumine circumfundi, ùt poſt alios Waddingus ſcribit; at Marianus, id contigiſſe ait, cùm nondum Septam ingreſſi apud mercatores Europæos morabantur: iterari ſpectaculum potuit.*

t *Lege:* Senſibilium.

u *Nominibus appellativis tamquam propriis interdum Afri utuntur: ſic reges ſuos* Miramolinos, *hoc eſt,* credentium principes *appellabant more Ægyptiorum, quorum regibus nomen* Pharao *commune fuit:* Arbaldus *autem ſeu* Aſtaldus, *ut Rodulphius Toſſinianenſis Lib. Hiſt. Seraph. folio* 74 *verſo ſcribit, Arabicè idem valet ac* judex *vel* præfectus.

x *Teſtis oculati verba ſunt, & fortè ipſiusmet Mariani à Janua, ſi quam de SS. Martyrum agone ad Heliam epiſtolam dederit.*

y *Propriè ſignificat hæc vox* Horreum publicum; *uſurpari hìc videtur pro loco, in quo merces ſuas Europæi mercatores recondebant, haud procul Septâ ſito.*

z *Quæ de Martyrum reliquiis in Hiſpaniam ſeu potiùs in Luſitaniam per regium Luſitaniæ principem tranſlatis hìc dicuntur, apud ſcriptores Franciſcanos paſſim eſt legere: Rudolphius tamen nullum ait exſtare ea de re monumentum certum in libris Ordinis, præter antiquum, quod laudat, Chronicum. Neſciri ubi nunc lateant in Comment. prævi. dictum eſt: Barrius tamen aliquas à Cardinali Aragonio (hujus nominis Cardinalem, anno* 1478 *creatum, anno verò* 1485 *mortuum memoratum habes Tom. I. Aprilis pag.* 114 *in Annotatis; alterum Tom.* 3 *Script. rer. Ital. pag.* 436, *qui ſeculo* XIV *fuit) SS.* Danielis *&* Angeli *reliquias in Calabriam miſiſſe ſcribit; ſed addit:* ut fertur. *Ceterùm omnia, quæ ab iſtis vocibus:* Deinde filius regis *&c. ad calcem uſque ſequuntur, Actis hiſce, cùm ſub annum* 1515 *aut* 1522 *ad Officii eccleſiaſtici normam redacta ſunt, aſſuta fuiſſe exiſtimo.*

DIES DECIMAQUARTA OCTOBRIS.

SANCTI, QUI PRIDIE IDUS OCTOBRIS COLUNTUR.

S. Calliſtus ſeu Callixtus Papa Mart. Romæ.

SS. Fortunata Virgo ejusque fratres Carponius, Evariſtus & Priſcianus. } Martyres Cæſareæ in Palæſtina.

S. Gaudentius epiſcopus Mart. Arimini in Italia.

S. Saturninus, S. Lupus, S. Ampodus, S. Modeſtus, S. Lucianus, S. Simplicius, S. Saturus, S. Placidus. } Martyres in Cappadocia.

SS. Lupus, S. Aurelia. } Martyres Cordubæ in Hiſpania

S. Cœleſtis ſeu Cœleſtius epiſcopus conf. Metis in Belgica I.

S. Donatianus epiſcopus Rhemenſis conf. Brugis in Flandria.

S. Fortunatus epiſcopus conf. Tuderti in Umbria.

S. Manegildis ſeu Manechildis Virgo in diœceſi Catalaunenſi.

S. Ruſticus epiſcopus conf. Treviris.

S. Angadriſma Virgo abbatiſſa Oratorii in diœceſi Bellovacenſi.

SS. Agratus & Caſturus ſeu Agritius & Caſturius epp. conff. Viennæ Allobrogum.

S. Burchardus epiſcopus conf. Herbipoli in Germania.

S. Coſmas epiſcopus conf. Majumæ in Palæſtina.

B. Dominicus Loricatus conf. Ordinis Camaldulenſis.

S. Bernardus conf. in Latio.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES DILATI.

SAnctus Petrus màrtyr *cognomento* Abſelamus *ſeu* Auſelamus, *Græcè* Αυσελάμος, *hodie cùm elogio Magnis Græcorum Menæis excuſis & Menologio Sirletiano exſtat injertus; verùm, anne hic à S. Petro Baljamo, qui hodie quoque à Ferrario in Catalogo generali memoratur perperamque Aulonæ in Macedonia ponitur, ſit diverſus, controvertitur. Diverſum eſſe, Tillemontius Tom. 5 Monument. Eccleſiaſt. pag. 749 contendit, deque argumentis, quibus id facit, in Operis noſtri Supplemento pronuntiandum, in ſua in Ujuardum ad tertiam Januarii diem Objervatione dixit Sollerius, etſi interim jam anteà Bollandus, ſequaces etiam Caſtellanum & Ruinartium nactus, alterum ab altero non diſtingui ſtatuiſſet ad jam dictam, qua in Opere noſtro de S. Petro Baljamo tractárat, diem* III Januarii.

S. Gaudentii confeſſoris *hodie meminit in Uſuardo ſuo Grevenus, anno* 1521 *Coloniæ Agrippinæ excuſus, idque pariter facit, addito etiam* epiſcopi *titulo, Strozzianum apud Sollerium Uſuardi Auctarium. Grevenus hac ipſa die etiam celebrat S. Gaudentium Martyrem, Ariminenjem epiſcopum; ut certè hunc, infrà hic dandum, diverſum faciat à Gaudentio, modo à ſe memorato. Aſt quis hic? Haud alius, ut puto, quàm Gaudentius confeſſor, in Florario noſtro MS. Novariæ hodie annuntiatus; etſi autem hic* epiſcopi *titulo ibidem haud condecoretur, eum tamen vel idcircò, quod Novariæ, ut dixi, ſignetur, nec Sanctus ullus alius nomine* Gaudentius, *quàm qui civitatis hujus fuit epiſcopus, ibidem colatur, eſſe puto eumdem cum S. Gaudentio, Novarienſi epiſcopo, in Opus noſtrum jam illato ad diem ſibi natalem, quo & Martyrologio Romano hodierno aliiſque faſtis ſacris exſtat inſcriptus,* XXII Januarii.

S. Conſtantinus Peruſinus in Etruriâ epiſcopus M. *hodie in recentiori, quod penes nos exſtat, MS. unà* cum ſociis ſeptem *memoratur; verùm quinam hi fuerint, haud adjungitur, nec magna MS. iſti fides eſt habenda. Adi Opus noſtrum ad diem, quo in hoc locum inter Sanctos ſoli Conſtantio, omiſſis, quibuscum paſſus ſit, Sociis, conceſſimus,* XXIX Januarii.

S. Theophilus Vice-dominus *ſeu æconomus Adanæ in Cilicia eccleſiæ hodie recurrit in MSS. Carthuſiæ Bruxellenſis ad Uſuardum Additionibus; verùm is Sanctus, qui &* Pœnitentis *nomine diſtingui ſolet, in Opus noſtrum jam illatus eſt ad diem, quo ab eccleſia colitur ac pluribus faſtis ſacris exſtat inſcriptus,* IV Februarii.

SS. Urſmari, Ermini, Theodulphi, Amolwini, Abelis, Ulgiſi, Hidulphi, & Amalbergæ tranſlatio *hodie ſignatur in MSS. Cartusiæ Bruxellensis ad Usuardum Additionibus; verùm Sancti isti omnes in Opere nostro locum jam obtinuére sequentibus his diebus; nimirùm*

Ulgisus	IV Februarii,
Amolvinus	VII Februarii,
Ursmarus	XVIII Aprilis,
Erminus	XXV Aprilis,
Hidulphus	XXIII Junii,
Theodulphus	XXV Junii,
Amalberga	X Julii,
Abel	V Augusti.

S. Silvanus martyr *hodie in Menæis excusis, in Menologio Sirletiano & apud Maximum Margunium, Cytherorum episcopum, recurrit; verùm de Sancto isthoc Gazensium episcopo M. actum apud nos jam est ad diem, quo cum pluribus aliis MM. Martyrologio Basiliano ac ipsimet Romano hodierno exstat inscriptus,* IV Maii

S. Calepodii martyris Romæ *hodie mentionem facit Florarium nostrum MS., ast, si Calepodium, apud nos ad* XIII *Aprilis diem è Martyrologio Tamlactensi vix notum ac Romæ forsan passum, exceperis, haud alium Romanum nominis hujus martyrem novimus, quam Calepodium Romæ presbyterum Martyrem, qui, prima Maii die in Usuardinis apud Sollerium Auctariis & à Canisio memoratus, Operi nostro jam insertus est ad diem, quo in pluribus aliis fastis sacris ac in ipsomet Martyrologio Romano hodierno Romæ unà cùm non paucis aliis, martyrio ibidem coronatis, annuntiatur,* X Maii

SS. Felix & Blanda MM. *hodie annuntiantur in MSS. Cartusiæ Bruxellensis ad Usuardum Additionibus. Alii haud dubiè non sunt, quàm nominis hujus conjuges, qui in S. Callisti Papæ, infrà hac die dandi, Actis narrantur martyrio affecti; verùm de hisce aliisque, quos habuére in Martyrio Socios, actum apud nos jam est ad diem, quo in Martyrologio Romano hodierno aliisque Fastis sacris recensentur,* X Maii.

SS. Donatiani & Rogatiani MM. *hodie meminit Florarium nostrum MS. De his in Opere nostro actum jam est ad diem, quo quatuor Martyrologii Hieronymiani apographis, pluribusque aliis Fastis sacris ac ipsimet Martyrologio Romano hodierno sunt inscripti,* XXIV Maii.

S. Fortunatus, *veluti episcopus & confessor, Treviris hodie unà cum S. Rustico, episcopo & confessore, in Florario nostro MS. signatur. Cùm episcopus, nomine* Fortunatus, *nullus omnino præter Amalarium Fortunatum, & Fortunatum alium, quem & Mauritium inter annos* 240 *&* 250 *sedisse volunt, in episcoporum Trevirensium Catalogis inveniatur, oportet, ut de illorum alterutro ibidem agatur; verùm vide quæ de ambobus*

A *ambobus in Opere noſtro in Prætermiſſis dicta jam ſunt ad diem, quo eorumdem poſteriæ in Uſuardinis Auctariis, itemque in anni* 1645 *eccleſiæ Trevirenſis Kalendario & Lectionario refertur,* x Junii.

SS. Nazarius, Gervaſius, Protaſius & Celſus MM. *hodie in Ephemeridibus Græcomoſcis, in Typico S. Sabæ, in Græcorum Menologio Baſiliano, & in magnis Menæis excuſis, itemque in Menologio, linguâ Græcorum modernorum Vernacula per Margunium conſcripto, & in Kalendario Slavo-ruſſico, in Linguam Latinam à Sparwenfeldio nobis converſo, ſignantur; Verùm de* SS. Gervaſio & Protaſio *apud nos cum Martyrologio Romano hodierno actum jam eſt ad XIX Junii; de* Nazario *verò & Celſo ad* xxviii Julii.

S. Specioſæ Virginis *memoria hodie occurrit in Florario noſtro MS. Cum Virgo hæc martyris titulo hic haud afficiatur martyrque adeo haud exſtitiſſe videatur, à duabus nominis ejuſdem Sanctis mulieribus, quarum altera, ut martyr, cum pluribus* B *aliis MM. ex officiorum tabella, deceſſoribus noſtris in S. Antonii in Gallia archicœnobio ſuppeditata,* xiii *Martii; altera verò ex Hieronymianis apographis, martyres ferè dumtaxat recenſere ſolitis, ad XI Julii diem Opus noſtrum exſtat illata, veroſimillimè eſt diverſa; verùm an à S. Specioſa, S. Epiphanii Ticinenſis epiſcopi ſorore, quæ non ut martyr, ſed ut Virgo tantummodò Papiæ in Inſubria colitur, pariter eſt diverſa? Quòd ſi ita habeat, aliunde nobis tam parum eſt nota, ut locum ei in Opere noſtro concedere ſola Florarii noſtri auctoritate fulti non audeamus; quòd ſi verò contrà cum dicta Sancta Virgine Papienſi, à qua S. Specioſam Virginem, ſub duplici 2 Claſſis ritu Mantuæ* xi *Julii die ut aſſeritur, coli ſolitam, diſtinctam haud eſſe, ſuſpicati ad hanc in Prætermiſſis deceſſores noſtri fuêre, una eademque forſan ſit, cenſenda eſt in Opere noſtro jam data ad diem, quo in id illa exſtat illata,* xviii Junii.

S. Wilibaldus epiſcopus *hodie recolitur in* C *MSS. Cartuſiæ Bruxellenſis ad Uſuardum Additionibus. Deſignari puto Willibaldum, Eyſtadienſem in Germania epiſcopum, de quo in Opere noſtro actum jam eſt ad diem* vii Julii.

In Jotrenſi monaſterio tranſlatio Sanctorum Virginum Teutechildis & Aquilbertæ, illius parthenonis abbatiſſarum *hodie habet in Martyrologio ſuo Gallicano Sauſſayus & ex hoc in Gynæceo Arturus; verùm de poſteriori è duabus hiſce Sanctis abbatiſſis, quæ ab aliis, & quidem, ut apparet, meliùs,* Aguilberta *ſeu* Agilberta *nuncupatur, actum apud nos jam eſt ad diem* xi *Auguſti; de priori verò ad diem* x Octobris.

S. Juſti epiſcopi, *qui, epiſcopatu relicto, in Ægypti eremum ſeceſſit, ibidem ſanctiſſimè vixit, ac poſt obitum tranſlatus fuit in Gallias,* tranſlatio *in Lucenſi & Corbeienſi apud Florentinium Hieronymianis apographis, uti & in Rhabani & Notkeri*

Martyrologiis, tranſitus *verò* in Eremo *in* D *variis apud Sollerium Uſuardinis Auctariis, in ipſomet Adoniano Martyrologio ac in Florario noſtro MS. hodie ſignatur; aſt annè hiſce, quæ* Juſtum *tunc obiiſſe, an contrà illis, quæ eum tunc tranſlatum fuiſſe in Gallias, ita indicant, ſtandum potiùs ſit ſtatues ex iis, quæ de ſancto iſto Lugdunenſi antiſtite, in nonnullis præterea aliis faſtis ſacris abſque ulla etiam ſeu obitus ſeu tranſlationis mentione hodie memorato, diſſerimus ad diem, quò in Martyrologium Romanum hodiernum indeque in Opus noſtrum eſt illatus,*

ii Septembris.

Depoſitio Placellæ Auguſtæ uxoris Theodoſii Magni *hodie memoratur à Ferrario in generali Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non ſunt, Catalogo, eademque Auguſta ſeu imperatrix, quæ meliùs, ut apparet,* Placilla *aut* Flacetilla *ab aliis dicitur, à Caniſio & Molano, apud quos pariter hodie occurrit, celebratur etiam veluti* beatæ memoriæ; *verùm cultu caret,* E *uti nemo non ſtatuet ex iis, quæ in medium jam adduximus in Prætermiſſis ad diem, quo ejus in magnis Græcorum Menæis excuſis mentio eſt,* xiv Septembris.

S. Privatus *miles hodie cum S. Calliſto Papa infrà hic dando in Martyrologio Romano parvo ſeu veteri annuntiatur; verùm de Sancto iſto milite jam egimus eumque haud rectè, quòd S. Calliſto Pontifici hodie Sanctus, nomine* Saturus, *in duobus apud Florentinium Hieronymianis apographis adjungatur, exiſtimari binomium, inſinuavimus ad diem, quo Martyrologio Romano hodierno exſtat inſcriptus,*

xxviii Septembris.

S. Korulla, Korilla, Kortyla, Cortyla aut Cortylas. *Ita hodie de Scotorum Pietate Camerarius, Wionem lib. 2 Ligni Vitæ primo loco citans, ſicque prodens, ſeſe loqui de nominis hujus Verdenſi epiſcopo, per iſtum ibidem cap.* 55, *num.* 6 *memorato, qui à Crantzio lib. I Metropol. cap.* 29 *non* Kortila, *ſed, contrà ac in epiſcoporum Verdenſium Catalogo, ad ipſiuſmet jam dicti Operis Crantziani calcem adjecto, fit,* Rortila *ex antiqui forſan ab eo* F *adhibiti, in quo littera initialis K nominis* Kortila *quòd ſuperiores ejus partes penè jungerentur ſeu coirent, pro littera R accipi facilè poſſet, codicis MS. vitio ſeu defectu nuncupatur, ſextuſque ordine eccleſiæ Verdenſis exſtitiſſe epiſcopus traditur; verùm hic, quem ad* xxviii *Martii, quo à Dempſtero in Menologio Scotico & à Ferrario in Generali Sanctorum Catalogo recenſetur, iterumque deinde ad* xxviii *Aprilis diem, quo in Martyrologio Anglicano, itemque, quod mirum videri poteſt, à Ferrario iterum & Camerario veluti epiſcopus M. celebratur, nomineque nonnihil immutato,* Cortillus *vocatur, deceſſores noſtri inter Prætermiſſos jam retulêre, cultu eccleſiaſtico, uti apud hoſce ad* xxx *Aprilis, aliqua adhuc ibidem, ut ſeſe facturos ad* xxviii *in Prætermiſſis promiſerant, de* Kortyla *in S. Suiberto*

A num. 7 dicentes, videre fas eſt, gaudere haud videtur; quam ob rem dare ei locum inter Sanctos in Opere noſtro nondum hic poſſumus, id nihilominùs in hujus Supplemento, ſi intereà de Kortylæ in pluribus Verdenſium epiſcoporum Catalogis Sancti titulo affecti, cultu publico ſatis conſtiterit, poſteà facturi, uti in Prætermiſſis jam indicavimus ad diem, quo Kortylæ Verdenſis epiſcopi elevatio à Dempſtero in Menologio Scotico & apud Ferrarium in Catalogi Generalis Annotatis ſignatur, XIX Septembris.

Depoſitio Paulini epiſcopi in Cantia, interpunctione inter duas harum Vocum ultimas & antepenultimam perperam interjecta, hodie memoratur in Epternacenſi apud Florentinium Hieronymiano apographo. Ibi haud dubiè ſermo eſt de S. Paulino, qui poſt Eduini, Nordhumbriæ regis, ad fidem à ſe adducti, mortem in Cantium, ſeu, ut à Beda ſcribitur, in Cantiam, unde in Northumbriam venerat, reverſus, annis aliquot poſt mortuus ibidem eſt ac Roffæ ſepultus; verùm de Sancto iſto
B Eboracenſi archiepiſcopo actum apud nos jam eſt ad diem, quo in Martyrologio Romano hodierno pluribuſque aliis faſtis ſacris celebratur, X Octobris.

S. Venancii abbatis & confeſſoris depoſitio Turonis hodie annuntiatur in Bruxellenſi apud Sollerium Uſuardino Auctario; verùm de Sancto iſto actum apud nos jam eſt ad diem, quo ipſimet Martyrologio Romano ac pluribus aliis faſtis ſacris exſtat inſcriptus, XIII Octobris.

S. Leonardi confeſſoris hodie in Trevirenſi S. Maximini, quod penes nos exſtat, Martyrologio mentio habetur; verùm quis Leonardus hic? Nominis hujus Sanctus, qui hic deſignari queat, non alius quàm vel Lemovicenſis vel Vendoperenſis ſeu Corbiniacenſis, quorum alterum ab altero certò eſſe diverſum, in Notitiis MSS., apud nos in diem ſequentem ſepoſitis, probatum invenio, mihi occurrit; Duorum autem Sanctorum iſtorum homonymorum prior Mar-
C tyrologio Romano hodierno aliiſque faſtis ſacris ad VI tantummodò Novembris diem reperitur inſertus; quare non hunc, ſed Leonardum Vendoperenſem ſeu Corbiniacenſem, XV Octobris die in faſtis ſacris non paucis memoratum, à laudati Martyrologii compilatore deſignatum opinor; uti enim, quemadmodum mox vidimus, S. Severum epiſcopum confeſſorem, ita etiam poſteriorem hunc Leonardum hùc tranſtulerit à jam dicto die, quo & colitur & Faſtis ſacris inſcriptus in Opere noſtro dandus erit, XV Octobris.

S. Severi epiſcopi memoria hodie etiam in mox dicto Trevirenſi S. Maximini Martyrologio MS. hodie recolitur. Deſignatur, ni fallor, S. Severus, Trevirenſis epiſcopus conf. eò, ut puto, tranſlatus à die, quo Treviris colitur pluribuſque faſtis ſacris ac ipſimet Martyrologio Romano hodierno inſcriptus, in Opere noſtro poſcet locum, XV Octobris.

S. Eliphium Tulli in Gallia hodie in Generali ſuo Sanctorum, qui in Martyrologio D Romano non ſunt, Catalogo ſignat Ferrarius, nec Martyrem vocare contentus, epiſcopi etiam titulo condecorat, rectène autem, an ſecus, diſpici poterit ad diem, ad quam jam illum, quod tunc paſſus feratur, ac porrò, pluribus aliis Faſtis ſacris ipſique etiam Martyrologio Romano hodierno inſcriptus, colatur, à die Junii 21, iterumque deinde ab Octobris undecima remiſimus, XVI Octobris.

Romæ ſanctæ Triphoniæ Viduæ habet hodie in Generali ſuo Catalogo Ferrarius; in Annotatione autem, quam deinde in Annuntiationem hanc ſuppeditat, docet, eſſe ex Romanis eccleſiæ S. Silveſtri, ubi, ut ait, colitur corporeque quieſcit, tabulis depromptam; verùm S. Triphonia ſeu Tryphonia, ad XVIII menſis hujus diem Martyrologio Romano hodierno inſcripta, quæ, ut fertur, Decii Cæſaris uxor fuit, non prius fuit, quàm cùm hic obiiſſet, ad fidem converſa ac è vivis ſublata; quare hæc non ſecus ac homonyma, à Ferrario hodie memorata, exſtitit vidua, cumque corpus ejus Romæ, ut Pancirolus in Sacrarum Urbis E reliquiarum Indice docet, in S. Silveſtri eccleſia partim ſervetur, ſit ne hæc à Triphonia hodierna Ferrarii diverſa, quàm maximè dubito. Hanc porrò dubitationem ipſemet Ferrarius, utpote Triphoniæ quidem Decii uxori, at non itidem Triphoniæ ſuæ hodiernæ, locum in Sanctorum Italiæ Catalogo concedens, non parum adhuc auget. Hinc de poſteriori hac Triphonia, veluti à priori certò diſtincta in Opere noſtro hodie tractare non audemus, id tamen, ſi quid interea lucis, quâ alteram ab altera indubiè eſſe diverſam cernamus, affulſerit, poſteà facturi ad diem, quo, ut jam dixi, Tryphonia ſeu Triphonia Decii uxor Martyrologio Romano hodierno exſtat inſcripta, locumque proinde in Opere noſtro eſt obtentura; XVIII Octobris.

S. Euſterius Salernitanus epiſcopus, ab eccleſia Salernitana, uti ex propriis hujus feſtivitatum Officiis diſco, hodie colitur. F De Sancto iſto agendum nobis pro inſtituto noſtro eſt ad diem, quo in Martyrologio Romano hodierno celebratur, XIX Octobris.

S Viatoris mentio hodie in Centulenſi apud Sollerium Uſuardino Auctario occurrit, nos de Sancto iſthoc Beati Juſti Lugdunenſis epiſcopi miniſtro & comite cum Martyrologio Romano hodierno agemus ad diem XXI Octobris.

S Noytburgis Virginis Colonienſis hodie in Generali ſuo Catalogo meminit Ferrarius; meminit & in Gynæceo ſacro Arturus, itemque in ſacris ac piis Agrippinenſibus Faſtis Gelenius; verùm de Sancta iſthac Colonienſi Virgine, quæ ab aliis Notburga aut paulò etiam aliter nuncupatur, agemus ad diem, quo pluribus aliis faſtis ſacris exſtat inſcripta ac præcipuè, ut apparet, colitur, XXXI Octobris

Alanus, natione Flander, Sancti Bernardi diſcipulus, primus Ripatorii abbas & poſtmodum Altiſſiodorenſis epiſcopus hodie veluti

A *veluti vir doctrina & ſanctitate celeberrimus in Menologio Ciſtercienſi à Chryſoſtomo Henriquez & in ſacri Ordinis Ciſtercienſis Sanctorum, Beatorum ac illuſtrium Virorum ſerie à Chalemoto celebratur. Celebratur & ab aliis hagiologis ac nominatim in Faſtis Belgicis & Burgundicis à Miræo, qui eum, cùm epiſcopatu Autiſſiodorenſi, quem tredecim annis geſſerat, ſeje abdicâſſet, reliquum Vitæ in Clara-valle piiſſimè tranſegiſſe ac ibidem anno* 1181 *pridie Idus Octobris obiiſſe, adjungit. Bollandus noſter ad* XXX *Januarii diem Occaſione Alani alterius, quem ibidem inter Prætermiſſos refert, de* Alano, *Ripatorii abbate ac dein epiſcopo, loquens, ſese etiam, anne hic Sanctis vel Beatis legitimè ſit adſcriptus, compertum non habere affirmat; cum autem id nobis non tantum incompertum pariter ſit, verùm etiam nihil planè, unde vel utcumque* Alani *abbatis ac deinde epiſcopi cultus publicus probari queat, inveniamus, nos illi, etſi etiam* Beati *titulo, à quo meliùs ut puto, Sammarthani fratres in Epiſcoporum Autiſſiodorenſium ſerie abſtinent, per Henriquezium & Bucelinum condecorato locum inter Sanctos in Opere noſtro dare haud poſſumus.*

B

Antonius *Chauli in India Orientali*,
Nicolaus Uganius *Florentiæ*,
Joannes Navarretus *Pontis-Veteris in territorio Compoſtellano*,
Franciſcus Simonis *Blailæ in territorio Arvernenſi*,
Clara Palvia Virgo *Volaterræ in Hetruria*

hodie in Martyrologio Franciſcano & ultima etiam in Gynæceo ab Arturo, Beati *vel* Beatæ *titulo ſingulis adjecto, recenſentur;*

verùm horum omnium primum, qui Martyris *etiam appellatione ab hagiologo iſto diſtinguitur, haberi haudquaquam poſſe pro veri*

C *nominis martyre, nemo non fatebitur, qui, quæ in ſuis de eo Annotatis ipſemet Arturus affert ſimulque, quæ Benedictus* XIV *de Servorum Dei Beatificatione & Beatorum Canonizatione lib.* 3, *cap.* XVIII *docet, conſiderârit; quod autem ad reliquos quatuor ſpectat, hi non magis cultu eccleſiaſtico gaudent, quàm jam ante hos memoratus Antonius, aliique plures, in Menologio Franciſcano hodie pariter, ſed rectè abſque dicto titulo, relati ab Huebero, ad quem brevitatis causâ ſtudioſum lectorem, noſcere etiam horum omnium nomina cupidum, remittimus.*

Brocanus *hodie notatur in quibuſdam Hibernorum ſeu Scotorum Kalendariis. Notatur & in præcipuorum Hiberniæ Sanctorum Catalogo, per Henricum Fitz-Simon recognito auctoque ac anno* 1619 *typis vulgato, in quo, nomine paululùm immutato,* Broekanus *appellatur. Verùm ſive hic ſit Broganus in Opere noſtro ad* XIX *Septembris diem inter Prætermiſſos relatus, ſive, qui abs hoc diverſus forſan eſt, Brocanus ſeu Brochanus, in Opere noſtro pariter, ſed ad* VIII *Julii diem, inter Prætermiſſos jam relatus, ſive demum, qui & abs illo diſtinguatur, nominis ejuſdem vel ferè ejuſdem tertius, Kalendaria Catalogusque, quibus, ut jam indicavi, hodie exſtat inſcriptus, multò etiam plures ut Sanctos, quàm qui revera in Eccleſia colantur, recenſent, ſolaque proinde auctoritate ſua efficere non poſſunt, ut* Brocanus *hodie in Opere noſtro inter Sanctos adipiſcatur locum.*

D

Burcardus, *nominis hujus ſecundus S. Galli abbas, hodie in Menologio Benedictino refertur à Bucelino, à quo tamen tantummodò appellatur* Venerabilis, *ſicque cultu eccleſiaſtico non gaudere indicatur.*

S. Burchardum epiſcopum Britannum *Ferrarius in Generali ſuo Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non ſunt, Catalogo hodie Parmæ ex eccleſiæ Parmenſis tabulis annuntiat; verùm is, uti ipſemet hic hagiologus in Annotatis, annuntiationi iſti ſubjectis, docet, alius non eſt, quam, qui hìc infrà dabitur, S Burchardus, Herbipolenſis epiſcopus, dictis tabulis inſcriptus, quòd corpus ejus Parmæ aſſervetur, nec in iiſdem alia de cauſa, quàm quòd in regione,* Britanniæ *nomine diſtincta, natus ſit,* epiſcopus Britannus *nuncupatus.*

E

Dioſcorus & Filias *hodie recenſentur in Æthiopum apud Jobum Ludolphum Kalendario; aſt horum prior, uti hic Scriptor ait, alius non eſt, quàm notiſſimus nominis iſtius patriarcha Alexandrinus, qui, ſpreto Chalcedonenſi concilio, factus eſt ſchiſmaticus ac idcirco abs Habeſſinis honoratur ut Sanctus; poſterior verò nobis planè eſt ignotus; ut neuter certè Operi noſtro ſit inſerendus.*

Eccleſiæ S. Martini Tornacenſis Dedicatio, *anno* MCXXXII *à Simone Tornacenſi ac Noviomenſi epiſcopo facta, in MS. S. Martini Tornacenſis, quod ſub Bedæ nomine venit, quodque penes nos exſtat, Martyrologio hodie ſignatur.*

Eliſabetham Areneſtiam, *Herentalenſis cœnobii, quod* Hortus concluſus *nuncupatur, præfectam, hodie in Præmonſtratenſis Ordinis Sanctorum Natalibus recenſent Chryſoſtomus Van der Sterre & in Gynæceo Arturus; verùm, etſi eam* Beatæ *etiam titulo condecorent, publico tamen, de quo & ipſimet ſilent, cultu caret.*

F

Eutropius *Andegavenſis epiſcopus, hodie veluti Confeſſor & Sanctus, in Florario noſtro MS. & in MSS. Cartuſiæ Bruxellenſis ad Ujuardum Additionibus memoratur; verùm, etſi in B. Mauri abbatis per Fauſtum Vita* Sanctiſſimus *etiam, ut Galliæ Chriſt. Tom.* 2 *pag.* 114 *Sammarthani aiunt, appelletur, abs hiſce tamen vel Beati vel* Sancti *titulo haud condecoratur, nec inter Andegavenſis eccleſiæ epiſcopos, quos hæc veluti Sanctos veneratur, in Andegavenſi, quod præ oculis, habeo quodque anno* 1624 *notatur excuſum, Breviario comparet.*

Guilielmus rex Angliæ *hodie annuntiatur in Martyrologii Gallicani Supplemento à Sauſſayo*

A *jayo & in Generali Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non sunt, Catalogo à Ferrario, à quo etiam in Annotatis, annuntiationi subjectis, anno* 1066 *obiisse asseritur; verùm nominis hujus Angliæ regem, qui anno isthoc obierit, non novimus, cultuque ecclesiastico carêre à duobus illis hagiologis hodie annuntiatum, est certum.*

Hilgeri Dominicanorum Prioris, filii comitis de Honstein, *hodie meminit in sacris & piis Agrippinensibus Fastis Gelenius. Hic, qui ab aliis* Helgerus *aut etiam* Hildegerus *nuncupatur, in cathedrali Magdeburgensi ecclesia, cùm foret adhuc admodum juvenis, creatus canonicus ac haud diu pòst ecclesiæ Goslariensis præpositus, Parisios studiorum causâ concessit, cùmque ibi, sanctiori concepto proposito, Dominicanorum ordinem esset ingressus, in Thuringiam patriam suam anno* 1229 *est missus, cùmque ibi Ordinis sui conventuum recèns, eo potissimùm agente, exstructorum, Erfordiensis primùm ac deinde Isenacensis, Prior esset effectus, utrumque summa cùm laude annorum aliquot spatio rexit, vitæque sanctitate intereà factus illustris Francofurti tandem, quò sese* B *cùm Henrico, Thuringiæ Landtgravio, cui a sacris confessionibus erat, contulerat, vitam hanc mortalem cùm immortali anno* 1243 *quartâ decimâ Octobris die commutavit, indeque Isenacum delatus, ibidem sub Patrum Dominicanorum ecclesiæ choro in B. Mariæ Virginis sacello est sepultus. Ita è veteri MS. Trajectensi extracta ac à P. Joanne Gamansio sec. proximè elapso Antverpiam missa, cujus hæc compendio modò exhibita capita præcipua,* Hildegeri *Vita; etsi autem hanc decessores nostri, dùm* Helgerum *seu* Hildegerum *ad* VIII, *quo à Greveno memoratur, Augusti diem inter Prætermissos retulêre, præ oculis habuisse haud videantur, hincque de loco, quo sit sepultus, haud sat rectè ibidem fuerint locuti, incompertum tamen esse ejus cultum, meritò asseruêre; nihil enim usquam, unde huic vel esse vel fuisse umquam locum, probes, occurrit; imò contrà est, unde concludas oppositum. Gelenius enim* Venerabilem *dumtaxat vocat* Hilgerum, *ejusque annuntiationem, etsi Sanctis, cultu gaudentibus, rosam ad marginem soleat apponere, signo* C *hujusmodi haud distinguit.*

S. Ilherum *Brugis ad S. Donatianum quiescere, hodie in Appendice, S. Donatiani episcopi Rhemensis annuntiationi subjecta, in Natalibus Sanctorum Belgii è translationis Sancti hujus apud Surium historia, in qua S.* Ilheri *apud Brugenses loculi mentio fit, Molanus aut, si mavis, Petrus Lowius affirmat, mox addens, Sancti hujus, Brugas aliunde, ut apparet, advecti, diem natalem ignorari, seque plura scisitatum è canonicis Brugensibus dumtaxat didicisse, reliquias illius unà cùm reliquiis S.* Maximi *episcopi* (Basilii *anteà in Sanctorum Belgii indiculum per errorem irrepserat*) *contineri in una eademque capsa, in cujus superiori parte episcopi duo cum subscriptis nominibus,* S. Maximus, S. Ilherus, *cernuntur exsculpti; verùm cum plures sancti episcopi, quibus* Maximi *nomen fuit, exstiterint,* D *quisnam sit is sanctus* Maximus *episcopus, cujus reliquiæ Brugis cum* S. Ilheri *reliquiis asservari creduntur, edicendo non sumus; quod autem ad* S. Ilherum *spectat, in Gallia Christiana aucta inter ecclesiæ Mimatensis episcopos loco decimo à Dionysio Sammarthano recensetur S. Ilerus, coli ab ea, uti apud nos ad* VI *Octobris diem in S. Enimia num.* 20 *videre licet, ecclesiastico ritûs duplicis Officio quotannis die prima Decembris solitus, nec alius Sanctus nominis illius episcopus mihi est notus; verùm (vide apud nos in eadem Enimia num.* 28 *dicta) dubitari potest, an is non sit S. Hilarius, antiquior Mimatensis ecclesiæ episcopus, concilio Arvernensi, anno* 535 *celebrato, apud Labbeum Tom.* 4 *conciliorum col.* 1805 *subscriptus, qui cùm Gallicè vocetur* S. Hilaire, *fuerit forsan etiam, appellatione abs hoc nomine, quod à Gallis ferè, ac si* S. Hilere *aut* S. Hiler *seu* Iler, *scriberetur, pronuntiari solet, deducta, Latinè nuncupatus* Ilerus *seu* Ilherus; *jam verò, cum plures exstiterint, quibus* E Hilarii *nomen fuit, sanctitate illustres episcopi, potueritque genuinum horum omnium nomen ratione jam exposita in* Ileri *seu* Ilheri *nomen similiter mutari, cujusnam Sancti, Brugas advecti, sint, quæ ibidem cum S. Maximi reliquiis in una eademque capsa asservantur, sacræ* S. Ilheri *reliquiæ, edicendo pariter non sumus.*

Joannes trigesimus secundus, *aliis* 33, abbas Cisterciensis & Bernardus infirmarius *hodie referuntur in sacri Ordinis Cisterciensis Kalendario, anno* 1617 *Divione typis excuso; referuntur autem, præmissa tamen semper Alani mox hìc memorati annuntiatione, etiam alibi, posterior quidem, addito etiam* Beati *titulo, in Sanctorum ac Beatorum Cisterciensium Serie à Chalemoto, prior verò in Menologio Benedictino à Bucelino & in Menologio Cistercienſi ab Henriquezio, qui ibidem præterea* Gaufredum, Sorensem in Sardinia è monacho Cistercienſi episcopum, *verosimillimè, imò indubiè, à Gaufrido, sedis hujus episcopo, de quo nos ad diem præcedentem in Prætermissis, non diversum ac* Claram, Bello-pratensis in Belgio parthenonis abbatissam, *ab Arturo in Gynæceo & à Bucelino in Menologio Benedictino hodie etiam relatam, recensent; verùm nihil omnino, unde vel unius ex his modò memoratis cultus legitimus solidè probari queat, adducunt. Antiquum quidem Cistercii Missale, in quo* Joannis, abbatis Cistercienſis *à se memorati, nomen fuerit signatum, Henriquezius in suis de* Joanne *isthoc observationibus laudat; ast an fuerit, necne de eodem* Joanne *Missa in Missali isto præscripta, haud edicit. Et verò id ne Collectam quidem de* Joanne *fuisse complexum, omnique hunc carere cultu ecclesiastico publico ac legitimo, persuasum mihi vel idcirco habeo, quòd Manriqueus in Cistercienſium, quam Ordinis sui Annalium Tom.* 1 *à pag.* 471 *suppeditat, abbatum serie nulli ex his, quibus* Joannis F

nomen

A *nomen fuit, vel* Beati *vel* Sancti *titulum adjungat, contrà ac semper facere solet, dum ibidem recenset Cisterciences nominis alterius abbates, qui vel pro Sanctis aut Beatis habentur, vel etiam ut tales coluntur.*

Joannes Vendvillius, Tornacensis episcopus, *cujus post vitam piissimè actam è vivis anno* 1592 *sublati corpus biennio pòst planè integrum & incorruptum fuit repertum, hodie in Auctario ad Natales Sanctorum Belgii signatur; verùm Sanctis nondum legitimè est adscriptus, nec, ut reor, brevi adscribetur.*

Maximus *hodie SS. Martyribus Cordubensibus Lupo & Aureliæ, infrà hìc dandis, in Corbeiensi apud Florentinium & Dacherium Hieronymiano apographo adjungitur; verùm is ab omnibus aliis Hieronymianis apographis abest, nec aliunde est notus.*

Nicolaus monachus *hodie cùm* Sancti *titulo Ephemeridibus Græco-Moscis, Operis nostri Tom. I Maii præfixis, exstat inscriptus; verùm in MS., in quo hodie etiam*
B *memoratur, Ruthenorum Synaxario, nobiscum per P. Georgium David communicato,* Venerabilis *dumtaxat nuncupatur, nec quidquam, unde vel gaudere vel gavisus umquam fuisse cultu ecclesiastico probetur, Kulczynskius, à quo in ecclesiæ Ruthenicæ, cum Sede apostolica Romana semper unitæ, Specimine hodie pariter re-*
colitur, in medium ibidem adducit, etsi interim post prolixum ac planè insigne elogium, è Patrum Criptensium Vitis acceptum, quo Nicolaum *exornat factumque è principe Czernihoviensi monachum post vitam sanctissimè actam anno* 1136 *quartâ decimâ Octobris die obiisse docet, mox etiam, fuisse eum* ob eximiam sanctitatem vulgò nuncupatum Suatoszam, id est Sanctum, *adjungat.*

Osatius *hodie cum* Sancti *&* Martyris *titulo memoratur in Ruthenorum, quod apud Possevinum Tom.* 2 *Apparatûs sacri à pag.* 374 *exstat, Kalendario; verùm is in aliis seu Ruthenorum seu Latinorum aut etiam*
C *Græcorum Fastis sacris nusquam comparet, nec aliunde nobis est notus.*

Philippus *cognomento* nobilis, marchio Namurcensis, *qui post edita insignis pœnitentiæ indicia anno* 1213 *Namurci obiit, miraculisque post obitum claruit, hodie à Rayssio in Auctario ad Natales Sanctorum Belgii memoratur; verùm, etsi & in hoc & in Sanctorum Sanctarumque Namurcensis comitatûs Epitome, anno* 1619 *Leodii excusa, in qua pariter locum obtinet,* Beati *etiam titulo condecoretur, cultu tamen ecclesiastico vel gaudere vel gavisus umquam fuisse nullo ex capite videtur.*

Placentiæ dedicatio majoris ecclesiæ *hodie in Generali Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non sunt, Catalogo memoratur à Ferrario.*

Rothadus *seu* Rothardus, *aliis* Rolandus, *seu* Rotradus Cameracensis episcopus *hâc die, quâ obiisse à nonnullis creditur, à Castellano in Martyrologio Universali cum* Beati *titulo annuntiatur, ac à die præce-*
denti, quâ, quòd tunc mortuus ab aliis D
putetur, à Saussayo memoratur, hùc à nobis fuit remissus, Operi nostro modò inserendus, si publicus ejus cultus sufficienter intereà fuisset probatus; ast id jam fuisse à quoquam præstitum, haud invenio. Rothadum *quidem Magdeburgi, ubi corpus ejus, eò è Cameracensi S. Autberti ecclesia, in qua aliquamdiu jacuerat, delatum, quiescit, gavisum fuisse cultu, Castellanus laudatus affirmat; verùm velimus, ut probæ fidei testimonio seu documento suam hanc assertionem dedisset probatam. Etsi enim is martyrologus pro diligentissimo juxta ac perspicacissimo rerum ad Sanctos spectantium indagatore haberi meritò queat, tanti tamen apud nos non est, ut solâ suâ auctoritate nobis certum atque indubitatum reddere queat, quem asserit, antiquum* Rothadi *apud Magdeburgenses cultum; quare cùm hactenùs nec aliunde de hoc nobis satis constet,* Rothado *sanè, etsi interim* Sancti *etiam titulo non tantùm à Saussayo, sed & à Galliæ Christianæ tum antiquæ, tum*
novæ seu auctæ scriptoribus in episcopis E
Cameracensibus afficiatur, locum dare hìc inter Sanctos nondum possumus, id tamen facturi in Operis Supplemento, si tum demum nobis de cultu publico ac legitimo, quo seu Magdeburgi seu alibi vel gaudeat vel aliquando fuerit gavisus, satis constiterit.

S. Vitalis confessoris *hodie meminit Grevenus. Dubitandum non apparet, quin is unus idemque sit cum Sancto homonymo, quem ad* XVI *mensis hujus diem Usuardina inter Auctaria Sollerius recenset, quemque, non secùs ac hìc, ibidem fatemur nobis planè ignotum.*

S. Winoci translatio *hodie memoratur in MSS. Cartusiæ Bruxellensis ad Usuardum Additionibus; verùm de Sancto isthoc abbate, de cujus translatione ibidem sermo, agemus ad diem, quo in Fastis sacris non paucis ac in ipsomet Martyrologio Romano hodierno recolitur,* VI Novembris.

Eustratius presbyter Leontinis *seu apud Leontinos à Cajetano in Martyrologio Siculo,* F
à Ferrario in Generali Sanctorum Catalogo, à Carrera in Pantheo Siculo & à Conversano in Ætherea Leontinorum Gloria hodie refertur, verùm, etsi à duobus hagiologorum prioribus Beati, *à duobus verò posterioribus* Sancti *etiam titulo condecoretur, cultu tamen publico ac legitimo haud gaudet, uti ipsemet Cajetanus non obscurè prodit. Duos enim indices, in quorum altero solos è cœlitibus, qui publico cultu gaudent, in altero verò solos, qui, quamvis piè sanctèque vixerint, pari tamen veneratione haud afficiuntur, ordine alphabetico exhibet, Martyrologio suo præmittit, neque tamen in illorum priore, sed in posteriore dumtaxat* Eustratium *recenset. Ast, ne cui hic fortè, contrà ac putamus, nondum idcircò ex Opere nostro excludendus videatur, aliam adhuc, ob quam id facere sit visum, rationem adjungamus.* Eustratius, *ut apparet, è solis ferè, quæ ad decimam Martii diem in Opus nostrum*

ob

A *ob rationes ibidem allegatas intulimus, corruptis admodum, ne dicam, fabulosis B. Alphii, Philadelphi & Cyrini MM. Actis est notus; in hisce autem, quæ* Eustratium, *& Charitonem, ad* VI *Junii diem Fastis sacris mox memoratis inscriptum, neque tamen magis quàm* Eustratium *veneratione Sanctis propria tunc cultum, hacque de causa in Opere nostro inter Prætermissos ibidem & iterum ad* I *Septembris diem jam relatum, faciunt fratres, num.* 125 *dicuntur hi ambo habuisse patrem, è Judæo factum Christianum ac dein, cùm nomine mutato, appellatus fuisset* Donatus, *presbyterum; quare, quemadmodum studiosum lectorem, ut quidnam Charitoni debeatur, dispiciat, à dicta prima Septembris*

B *die jam remisimus, ita eumdem, ut quid de* Eustratio *statuendum sit, definiat, ab hac die modò remittimus ad diem, qua Donatus presbyter Officio ecclesiastico apud Leontinos colitur, ac idcirco, etsi interim, ut apparet, ferè etiam dumtaxat è dictis notæ haud probæ Actis notus, in Opere nostro inter Sanctos obtenturus est locum,*

XIII Novembris.

Beatissimæ matris nostræ Parasceviæ *hodie habet Menologium Slavo-russicum, à Sparwenfeldio è lingua Slavonica in Latinam conversum; sed quæ ibi* Beatissimæ *titulo*

C *afficitur,* Venerabilis *dumtaxat vocatur in Ruthenorum, in quo hodie pariter occurrit, Synaxario, anno* 1688 *per P. Georgium David Moscuâ, ubi tunc missionarium agebat, ad nos misso. Diversa indubiè non est à Parascevia seu Praxede, in ecclesiæ Ruthenicæ cum S. Sede apostolica Romana semper unitæ Specimine ab Ignatio Kulczynskio pag.* 49 *hodie pariter memorata. Res cuique patescet, qui hujus ibidem elogium, è monachorum Basilianorum Anthologio, in quo, uti is scriptor docet, Officium proprium habet, depromptum, con-*

tulerit cum iis, quæ de Parascevia *sua* D *hodie Menologium Slavo-russicum suppeditat; verùm hæcne una eademque forsan etiam est cum S. Parascevia, quæ à die, quo Ephemeridibus Græco-moscis inscribitur,* XIII *Octobris in diem proximè sequentem seu* XIV *Octobris sit dilata? Determinari id poterit ad diem, quo de Parascevia, Martyrologio Romano hodierno sub* Venerandæ, *ut apparet, nomine tunc inscripta, acturi ac porrò, uti in Prætermissis ad diem proximè prægressam jam monuimus, unicane, an plures, ut certè, teste in Opere suprà cit. pag.* 56 *Kulczynskio, Rutheni autumant, Parasceviæ exstiterint, examinaturi sumus,*

XIV Novembris.

S. Fortunatus episcopus Pictaviensis *hodie in* E *Sanctorum Canonicorum Natalibus celebratur à Ghinio, idemque etiam in Germanico Canisii aut, si mavis, Walasseri martyrologio & in MSS. Cartusiæ Bruxellensis ad Usuardum Additionibus fit; ast de Sancto isthoc acturi demum sumus, uti in Opere nostro Tom.* 3 *Augusti pag.* 48 *jam indicavimus, ad diem, quo sub ritu duplici in ecclesiæ Pictaviensis Officio proprio colitur ac à Castellano in Martyrologio Universali recensetur,* XIV Decembris.

S. Stephanus protomartyr *&* Nativitas Han- F næ *in Hagiologio Æthiopico hodie signatur; per* Hannam *seu* Annam, *ibi memoratam, designatur, ut Jobus Ludolphus observat, Samuelis, Israëlitarum Judicis & prophetæ mater, pro qua videsis, quæ apud nos in Prætermissis dicta jam sunt ad diem* I Septembris, *Quod autem ad Stephanum proto-martyrem spectat, nos de celeberrimo isthoc fidei Christianæ athleta cum Martyrologio Romano hodierno sumus acturi ad diem*

XXVI Decembris.

A D

DE S. CALLISTO
SEU CALLIXTO PAPA MART. ROMÆ.

§ I. Acta Martyrii ab aliis nimiùm laudata, ab aliis nimiùm depreſſa : communis, quæ in his, aliorumque ejuſdem temporis Martyrum Actis occurrit, difficultas expenſa.

Acta S. Calliſti, etſi non à notariis Romanis ſcripta,

Calliſtiani martyrii Acta, cum variis vetuſtiſque Mss. collata, magnam partem jam pridem edidit, ac Commentario illuſtravit Henſchenius Tom. 2 *Maji ad diem ejuſdem menſis decimum pag.* 498 *& ſeqq : quatuor ; non quidem integra, ſed eatenus tantum, quatenus SS. Calepodii, Palmatii, Simplicii, Felicis, Blandæ aliorumque Martyrum, de quibus illic agebat, geſta continebant ; omiſſa parte reliqua, quâ reliqua* S. Calliſti *geſta & S. Aſterii, qui S.* Calliſtum *tumulavit, & Privati militis martyrium explicatur. Dabimus hæc integra ex eodem, quo uſus eſt Henſchenius, Manuſcripto. Credidit Henſchenius Acta hæc per notarios Romanos fuiſſe conſcripta ; ſecutus, ut opinor, quæ in fronte Ms. leguntur, verba, quæ ſunt hujuſmodi :* Geſta præclara S. Calixti Papæ & aliorum Martyrum conſcripta per notarios Romanos; *ſed nimiùm facilè : neque enim ea ſimplicitate, quæ primigeniis ſinceriſque Martyrum Actis propria eſt, ſunt prædita, neque nævis, de quibus infrà dicetur, carent, qui imputari notariis Romanis nequeant : unde neſcire ſe Sollerius ait in Obſervatione ad laterculum Uſuardinum diei decimi menſis Maji, quid movere Henſchenium potuerit, ut in eam abiret ſententiam.*

B C

magnæ tamen ſunt

2 *At quamquam à notariis Romanis ea Acta conſcripta non fuerint, magnæ tamen ſunt antiquitatis, ut quæ Bedæ, Adoni, Rabano, qui ipſismet eorum non rarò verbis utuntur, præluxêre, uti facilè fatebitur is, qui eorum textus, quibus de Sanctis Martyribus in Actis* S. Calliſti *memoratis agunt, conſuluerit, cum Actiſque contulerit : nec enim dici poteſt, non ex Actis Martyrologorum Annuntiationes, ſed ex his Acta fuiſſe conflata ; quod vel ex Bedæ verbis, Calliſtiana Acta citantis, refellitur : Poſteaquam enim ad diem* x *Maji hæc de SS. Calepodio, Palmatio, & Simplicio ſcripſit ;* Romæ Natale Calepodii ſenis presbyteri, ſub Alexandro imperatore, qui eum fecit occidi à Laodicio, & corpus trahi per civitatem atque in Tiberim jactari die Kalendarum Majarum. Quod inventum piſcatores levaverunt, & narraverunt Calixto Epiſcopo. At ille acceptum condidit cum aromatibus & linteaminibus, & ſepelivit eum in cœmeterio ejuſdem viâ Aureliâ, milliario ab Urbe tertio VI Idus Maji. Tunc decollatus eſt ab Alexandro Palmatius conſul cum uxore & filiis & aliis quadraginta duobus (cum quibus & Simplicius ſenator) qui per doctrinam Calixti Papæ & Calepodii presbyteri nuper fuerant baptizati : *mox addit ;* ſcriptum in Paſſione S. Calixti Papæ. *Et verò, quàm hæc Bedæ cum Actis verba conformia ſint, vide : de Calepodio quidem num.* 8 *leges :* Quem fecit (*Alexander*) occidi gladio & corpus trahi per civitatem ſub die Kalendarum Maji : cujus corpus jactari fecit in Tiberim . . . Quod inventum levantes (*piſcatores*) de flumine, renuntiaverunt B. Calixto Epiſcopo ... quod corpus ſanctum acceptum condivit cum aromatibus & linteaminibus & cum hymnis & ſepelivit eum in cœmeterio ejuſdem, ſexto Idus Maji. *De Palmatio verò num.* 3 Baptizâvit (Calliſtus) autem & omnem domum Palmatii & uxorem & filios promiſcui ſexus quadraginta duos. *Rurſum ad diem* XIV *Octobris de S. Pontifice Beda :* Natale S. Calixti Papæ : qui in perſecutione Alexandri imperatoris diutiùs fame cruciatus & quotidie fuſtibus cæſus, per viſionem à presbytero ſuo Calepodio, qui antea Martyrium conſummaverat, confortatus & conſolatus eſt : qui in carcere eodem poſitus quemdam militem, nomine Privatum, ab ulcerum dolore ac fœditate ſimul & infidelitate curavit. Quod audiens Alexander, ipſum quidem militem fecit plumbatis deficere : beatum verò Caliſtum per feneſtram domûs præcipitari : & ligato ad collum ejus ſaxo in puteum demergi, & in eum per rudera cumulari. Poſt dies verò ſeptemdecim presbyter ejus Aſterius, cum clericis noctu veniens, levavit corpus & ſepelivit in cœmeterio Calepodii pridie Idus Octobris. *Legeſis num.* 8 *&* 9 *Actorum, & eadem fere verba reperies ; idem experiere, ſi Adonis verba cum Actorum verbis conferre volueris. Unde efficitur, Acta* S. Calliſti *ſeculo octavo, quo Beda floruit, eſſe & multò quidem fortaſſe antiquiora.*

E F

antiquitatis : at multis

3 *Cum enim Beda his Acta antiquiora non repererit, nec vero ſimile fiat tum recèns, cùm Martyrologium ſuum Beda confecit,*

AUCTORE J. B.

A *fuisse exarata, est sanè, cur jam Bedæ ævo vetusta fuisse, non inficiemur; quamquam obscurum incertumque admodum sit, quo primùm seculo nata sint. Petrus Morettus ecclesiæ S. Mariæ trans Tyberim canonicus Tom.* 1. *de S.* Callisto *Papa & Martyre ejusque basilica anno* 1752 *typis Romanis edito, Disquisitione* 1. *cap.* 9 *multa eruditè congessit, quibus probare contendit, scripta esse* (*vide citatum cap. num.* 67, *pag.* 212) Quum nondum excidisset memoria gestorum, quippe quæ (S. Callisti *Passio, & quidem qualis hodie legitur,*) ad usum fuerit Romanæ ecclesiæ primis post concessam Christianæ religioni tranquillitatem seculis. *Ac proinde* Maxima hinc, *inquit*, scriptionis antiquitas Nec minor propterea authoritas. *At non tam de eorum antiquitate, quàm auctoritate est quæstio. Antiquitatem non Baronius, non Tillemontius, non eruditi alii negavêre: varia tamen de horum Actorum valore judicia sunt. Baronius in Annotatis ad Martyrologium Romanum die* XIV *Octobris inesse Actis*

B S. Callisti *aliqua censuit*, quæ corrigantur; *etsi eorum fidem propterea penitus non rejiciat, memor nempe eorum, quæ ad diem* IX *Octobris in S. Dionysium Areopagitam annotárat.* Quod si ob unum vel alterum errorem, in Vitis Sanctorum inventum, cetera, quæ remanent, fide cárêre dixerimus: profectò omnes fere Sanctorum Vitas in discrimen inducimus; cum penè in omnibus aliquid notari possit, quod corrigendum videatur, sitque canonicarum tantummodò scripturarum singularis prærogativa, ut in eis cuncta vera, inconcussa, certaque narrentur. *At verò plusculum sanè Actorum* S. Callisti *auctoritati officiunt, quæ de his Tom.* 2 *Annalium ad annum* 226 *num.* 2 *scribit:* Extant Passionis ejus Acta, haud tamen in omnibus sincera: non enim probantur, quæ in eis habentur promulgata ab Alexandro adversus Christianos edicta, indictamque ab ipso adversus eos persecutionem fuisse. Repugnant enim his non solùm quæ ex Lampridio superiùs recitavimus, sed & quæ

C scripta sunt ab antiquis rerum Christianarum scriptoribus: qui omnes æquè affirmant, nullam sub Alexandro excitatam in ecclesia persecutionem.

videntur contraria iis, quæ de Alexandri imperio

4 *Id itaque in* S. Callisti *Actis potissimùm displicuit Baronio, quòd in his Alexander imperator ipse per se in Christianos persecutionem excitásse dicatur, aliusque, ac reverà fuit, depingatur; reclamántibus scriptoribus antiquis, non solùm ethnicis, sed etiam Christianis: & sanè Lampridius tantum Mammææ matri, fœminæ vel Christianæ, vel his admodum addictæ, tribuisse Alexandrum scripsit, susceptо imperio, ut cuncta cum illa faceret,* & illa videretur imperare: *tam igitur à vero alienum apparet, ab Alexandro motam fuisse in Christianos persecutionem, quàm à Mammæa, quod nemo dixerit. Alexander verò, teste eodem Lampridio, rem divinam in larario suo matutinis horis non gentilium diis modò, verùm etiam* Christo *facere soluit:* quin, & Christo templum facere voluit, eumque inter Deos recipere. *En aliud ejusdem animi in Christianos propensi, habitæque abs illo in honore illorum religionis*

D *specimen:* Quum Christiani quendam locum, *inquit idem scriptor*, qui publicus fuerat, occupâssent, contrà popinarii dicerent, sibi eum deberi, rescripsit, melius esse, ut quomodocumque illic Deus colatur, quàm popinariis dedatur. *Addit alibi:* Clamabatque sæpiùs, quod à quibusdam sive Christianis audierat, & tenebat: idque per præconem, quum aliquem emendaret, dici jubebat, » Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris «. *Idem denique de Alexandro conceptis verbis ait:* Christianos esse passus est. *Herodianus verò Historiarum lib.* 6, *interprete Angelo Politiano, cum mulieribus Mesæ & Mammææ negotiorum administrationem ac principatûs gubernacula, Alexandro imperatore, incubuisse dixisset, de Mammæa ait:* At Mammæa cernens jam solam se filio reliquam, præesse ad eumdem modum, moderarique studebat. *De Alexandro verò:* Cæterum suapte natura suberat Alexandro mite mansuetumque ingenium, propensumque ad humanitatem: quod ipsum ætas etiam consequens declaravit. Quippe annis XIV E anæmaton, hoc est, citra sanguinem, gessit imperium: ne uno quidem occiso. Licet enim permulti maximis criminibus impegerint: tamen ab illorum cæde semper abstinuit. . . . Neminem quisquam illo imperante commemorare potest, cui mors indemnato sit illata. *Similia rursum Herodianus scribit de Alexandro sub citati libri finem:* Hunc finem habuit vitæ Alexander unà cum matre: cum annos XIV sine ulla subjectorum querela, atque adeò sine sanguine imperasset: siquidem à cædibus & crudelitate abhorrens, neminem nisi judicio damnatum perire patiebatur: ad humanitatem videlicet ac benevolentiam propensus. *Incruentum fuisse Alexandri imperium, tacitè Herodianum carpens, Lampridius negat: at, si Herodiani verba considereres, non id prorsus incruentum fuisse Herodianus dixit, sed neminem, ipso volente aut jubente, morti fuisse addictum, nisi legitimè convictum ac condemnatum; quamquam aliter res aliquando, sed ipso invito,* F *sese habuerit, ut contigisse in soceri ejus nece ipsemet Herodianus refert. At jam scriptores aliquot Christiani audiantur.*

scriptores tam ethnici,

5 *Eusebius Lib.* 6 *Historiæ Ecclesiasticæ cap.* 21, *Henrico Valesio interprete, de Mammæa, Alexandri matre, scribit:* Porrò mater Alexandri imperatoris, Mamæa nomine, pia inprimis ac religiosa femina (*videntur hæc Christianæ fidei sectatricem indicare*) cum Origenis nomen ubique jam celeberrimum haberetur, adeò ut ad ipsius quoque aures perlatum esset, conspectu ejus frui, & scientiam rerum divinarum, quam omnes in eo viro magnopere admirabantur, certissimo experimento cognoscere concupivit. Igitur illa Antiochiæ degens, misso militari satellitio, hominem accersit. Qui apud eam aliquamdiu commoratus, cùm innumera illi documenta exhibuisset ad Domini gloriam, & ad divinæ illius prædicationis potentiam declarandam, ad consuetas maturè sedes regressus est. *Quibus è verbis id ut minimùm efficitur, Mammæam Christianarum institutionum*

A *num probè gnaram fuiſſe, Alexandrum verò filium, quod cur hìc obſervetur in hujus Commentarii decurſu liquebit, non omnino ignarum. Idem Euſebius Lib. cit. cap.* 28 *Alexandri domum ſeu familiam ex pluribus Chriſtianis conſtitiſſe ſcribit, in ejuſque odium perſequi eccleſiam Chriſti cœpiſſe Maximinum Alexandri ſucceſſorem proximum; unde Chriſtianis faviſſe Alexandrum vel ad ethnicorum invidiam uſque colligere eſt.* Qui (*Maximinus*) gravi odio ſuccenſus, *inquit Euſebius*, adverſus familiam Alexandri, in qua plerique erant Chriſtiani, perſecutione excitata, ſolos eccleſiarum antiſtites, utpote Euangelicæ prædicationis auctores, interfici juſſit.

quàm Chriſtiani tradiderunt:

6 *Refert idem Euſebius Lib.* 5 *cap.* 16 *adverſus Montanum, & illius pſeudoprophetas excitâſſe Deum plures, qui veritatem adverſus Cataphrygum errores verbis ſcriptiſque defenderint, falſitatiſque pſeudoprophetas illos convicerint.* Quorum quidem vaticiniorum falſitatem, *inquit Euſebius ex illis veritatis defenſoribus aliquem citans, convincit his verbis:* Nonne, *inquit*, etiam hoc mendacium omnibus manifeſtum apparuit? Etenim ab obitu Maximillæ uſque in hunc diem

B pluſquàm tredecim anni elàpſi: nec tamen ullum aut particulare bellum, aut univerſale in terris fuit: immò Chriſtianis præcipuà quadam Dei miſericordiâ pax ſtabilis & firma permanſit. *Spatium autem illud pacis tum civilis, tum eccleſiaſticæ annorum plùs quàm tredecim vix alibi, quàm à morte Macrini, quæ anno* 218 *contigit, uſque ad Alexandri bellum Perſicum, reperiri autumat Tillemontius Tom.* 3. *Monum. Eccl. Annotato* VIII. *in Alexandrum pag.* 478. *Paulus Oroſius presbyter Lib.* 7. *cap.* 18, *qui ſeculo* IV *fuit, de Alexandro ejuſque matre hæc habet:* Anno ab Urbe condita nongenteſimo ſeptuageſimo quarto, Aurelius Alexander, viceſimus primus ab Auguſto, ſenatûs ac militum voluntate imperator creatus, tredecim annis digno æquitatis præconio fuit. Cujus mater Mamæa Chriſtiana Originem presbyterum audire curavit. *Sulpitius quoque Severus Hiſt. ſacræ Lib.* 2. *cap.* 32 *ait, à morte Severi imperatoris uſque ad Maximinum, Alexandri ſucceſſorem, pacem eccleſiæ fuiſſe his verbis ſcribit:* Sexta deinde, Severo imperante, vexatio fuit. . . . Interjectis deinde annis VIII & XXX, pax Chriſtianis fuit, niſi quod medio tempore Maximinus nonnullarum eccleſiarum clericos vexavit. Mox Decio imperante, jam tùm ſeptima perſecutione ſævitum in Chriſtianos. *Cum igitur inter Severi & Maximini imperium Alexandri medium fuerit, hoc imperante, nulla Sulpitio Severo teſte, perſecutio afflixit eccleſiam. Ex quorum tam ethnicorum, quàm Chriſtianorum ſcriptorum teſtimoniis liquet, non immeritò cenſuiſſe Baronium, num.* 3. *citatum, nullam ab ipſomet, quod tamen Acta S.* Callisti *ei viſa ſunt aſſerere, ab Alexandro fuiſſe excitatam in eccleſiam perſecutionem, ac illa proinde non eſſe ex omni parte ſincera.*

verùm cum id haud adeò fuerit pacatum,

7 *At verò quantacumque fuerit, Alexandro imperante, eccleſiæ tranquillitas, tanta haud fuit, ut Baronius ad annum Chriſti,* 225 *num.* 6 *ait, quin faceſſitum Romæ Chriſ-*

tianis negotium fuerit: id quod ex ipſis Lampridii verbis, quibus hic Alexandrum, Chriſtiani ut eſſent, paſſum fuiſſe ſcribit, non ineptè auguratur. Siquidem cum antea, *inquit*, ſub Antonino Caracalla, ſub Macrino, nec non ſub Elagabalo, quietè agere permiſſi fuiſſent Chriſtiani; quod Alexander denùò paſſus dicatur eſſe Chriſtianos, aliquam vexationem interceſſiſſe, auctor ſignificare videtur. *Nec defuere fortaſſis, qui Alexandrum ad perſequendum & exſtinguendum Chriſtianum nomen inſtigârint, quibus ille aſſentiri noluerit; ac propterea Lampridius Alexandrum paſſum dixerit eſſe Chriſtianos: peculiaris equidem aliqua ſubeſſe videtur ratio, cur id de Alexandro potiùs, quàm de Caracalla, Macrino, aut Elagabalo, qui Chriſtianos eſſe quoque ſunt paſſi, Lampridius dixerit. Certè haud temerè id de Alexandri aſſeſſoribus ac conſiliariis ſuſpicari poſſumus, quos inter præcipuus fuit Domitius Ulpianus, quem Chriſtiani nominis hoſtem fuiſſe, ex Lactantio liquet: ita enim ille Divin. Inſtitut. lib.* 5 *cap* XI: Quin etiam ſceleratiſſimi homicidæ contra pios jura impia condiderunt. Nam & conſtitutiones ſacrilegæ, & diſputationes juriſperitorum leguntur injuſtæ. Domitius, de Officio proconſulis libro ſeptimo, reſcripta principum nefaria collegit, ut doceret, quibus pœnis affici oporteret eos, qui ſe cultores Dei confiteren-

D

tur. *Laudatur ille quidem egregiè ab Herodiano & Lampridio ab æquitate: ſed nihil mirum eſt, id abs illis fieri, quibus Chriſtianos, quos pro ſacrilegis Deorumque ſuorum hoſtibus habebant, perſequi in laude poſitum erat. Neque tam æquitatis amans, ac Lampridius prædicat, Domitius Ulpianus fuit, ſi verâ Dio Caſſius, qui unà cum Alexandro anno* 229 *conſulatum geſſit, Hiſtoriæ Romanæ lib.* 80 *ſcribit, ubi de Ulpiano, interprete Xiphilino, hæc habet.* Igitur Ulpianus multa, quæ haud rectè à Sardanapalo (*id eſt Elagabalo*) facta fuerant, emendavit. At ubi Flavianum & Chreſtum (*præfectos prætorio*) occidit, ut in eorum locum ſuccederet, & ipſe quoque non multò poſt à prætorianis, qui eum noctu agreſſi ſunt, etſi concito curſu redierit in palatium, & ad ipſum imperatorem, ejuſque matrem confugerit, eſt occiſus.

C

F

nec ipſe adeò erga Chriſtianos affectus, quin aliqua ſub illo perſecutio fuerit;

8 *Quod ſi vel ipſa Alexandri indoles introſpiciatur, vel inde veriſimile fiet, Chriſtianos, eo imperante, ab omni divexatione, ſive ab ejus miniſtris, ſive à populo ethnico furente, non omnino fuiſſe immunes. Quamquam enim humano eſſet ingenio, in Chriſtianos bene affecto, in milites verò (unde &* Severi *nomen accepit) ſevero; aliunde tamen non modò cum imperium ſuſcepit, adhuc admodum juvenis (annorum circiter ſedecim) erat, ſed & naturâ timidior fuiſſe videtur, ut qui teſte Lampridio, vel litteratos homines* reformidârit, ne quid de ſe aſperum ſcriberent. *Idem ab Herodiano reprehenditur,* quod manſuetudine nimia & reverentia majore, quàm oportet, etiam contra animi ſui ſententiam matri obſequeretur., *idque in rebus etiam graviſſimis. Matris ſuæ juſſu uxorem ſibi* charam gratamque inprimis, *ex aula pelli; ſocerum item,* quamvis magnæ apud ge-

AUCTORE J. B.

nerum authoritatis *occidi, licet invitus, Herodiano teſte, eſt paſſus :* Hæc autem omnia
A fiebant invito, *inquit*, coactoque Alexandro. Quippe illi mater ſupra modum imperitabat. *Quanti verò juris peritos, quorum conſiliis uti ſolebat, Alexander fecerit, ac præſertim Ulpianum ex Lampridio diſcimus, ita de illo ſcribente :* Paulum & Ulpianum in magno honore habuit . . . nam & conſiliarius Alexandri & magiſter ſcrinii Ulpianus fuiſſe perhibetur . . . Ulpianum pro tutore habuit, primùm repugnante matre, dein gratias agente, quem ſæpe à militum irâ objectu purpuræ defendit : atque ideo ſummus imperator fuit, quòd ejus conſiliis præcipuè Rempublicam rexit... Poſt Epiſtolas omnes amicos ſimul admiſit, cum omnibus pariter eſt loquutus : neque alterum ſolum quemquam, niſi præfectum ſuum, vidit & quidem Ulpianum ex aſſeſſore ſemper ſuo, causâ juſtitiæ ſingularis. Quum autem alterum adhibuit, & Ulpianum rogari juſſit... Quum inter ſuos convivaretur, aut Ulpianum aut doctos homines adhibebat. *Talis cum Alexander fuerit, non incredibile ſit eum, ſicut matri, ita & Ulpiano ſimilibuſque Chriſtiano nomini inſenſis hominibus*
B *plus, quàm par eſſet, detuliſſe, ac ita Chriſtianos eſſe permiſſiſſe, ut tamen ſimul paſſus interdum fuerit, eoſdem, etſi contra animi ſui ſententiam, divexari. Hæc eò dicta ſunt, ne nimiùm miretur quiſpiam, non paucos ſanè Martyres, Alexandro imperante, paſſos in ſacris Faſtis memorari ; tum ut æquum de Actis* S. Calliſti, *quæ ab aliis juſto ampliùs laudari, ab aliis contra deprimi nobis videntur, ferri judicium poſſit.*

licèt non tanta,

9 *Diſplicuit Tillemontio Martyrum in primis, qui ſub Alexandro paſſi perhibentur,*
multitudo ; quos bene multos enumerat Baronius in Annalibus, ubi de Alexandro ; ſed plures in his Baronius numerat, quorum martyrii tempus incertum eſt : hujuſmodi ſunt S. Hyppolitus epiſcopus & Martyr in Portu Romano, S. Quiriacus Martyr cum ſociis apud Oſtia
C *Tiberina, S. Aurea cum ſociis pluribus, de quibus conſuli poſſunt, quæ in Opere noſtro ad dies* XII, III *&* IV *Auguſti, de illorum Martyrii epocha jam dicta ſunt. Addi his poſſunt S. Julius & Heſychius martyres Doroſtori in Moeſia ad diem* XXVII *Maji, &* XV *Junii in Opus noſtrum relati. SS. Martina & Tatiana paſſæ quoque dicuntur ſub Alexandro ; verùm Acta, ex quibus id hauſtum fuit, nullius ſunt valoris aut ponderis. Alexandro quoque imperante martyr pro fide occubuiſſe dicitur S. Urbanus Papa*, Calliſti *ſucceſſor, in Actis ad diem* XXV *Maji in Opere noſtro excuſis, in quibus Urbano Almachius, Urbis præfectus, exprobat, fallaciis ejus hominum jam periiſſe quinque millia :* Recedite, *inquit*, ab inſaniâ, quâ eſtis infecti. Jam enim per fallaciam veſtram fere quinque millia hominum decepti perierunt, de quorum miſerabili interitu vos rei eſtis, *qui enormis martyrum numerus cum pace, quâ id temporis gaviſa fuit eccleſia, conciliari difficulter poteſt. Acta quidem ſtilo ſat ſimplici ſcripta ſunt à notariis, ut quidem cenſuit Henſchenius, Romanæ eccleſiæ : ſed cum Urbanus Papa in antiquis quibuſdam monumentis confeſſor appelletur,* D
aliuſque item Romæ fuerit nomine Urbanus, qui martyrio coronatus, & Româ Catalaunum (vide tom. VI *Maji pag.* 16 *& ſeqq.) tranſlatus fuit, verendum ſanè eſt, ne alter cum altero, quamvis diverſo tempore ex hac vita ambo exceſſerint, confuſus fuerit, & ſic factum, ut hujus ſocii Urbano Papæ perperam adſcriberentur. Plurimi item Martyres die* 2 *Martii culti, de quibus actum ad eum diem in Opere noſtro eſt, ſub Alexandro paſſi dicuntur in Romano Roſweydi Martyrologio his verbis :* Et plurimorum martyrum ſub Alexandro capitali ſententia damnatorum. *Denique SS. Tiburtius, Valerianus & Maximus, de quibus actum eſt à majoribus noſtris ad diem* XIV *Aprilis, à S. Cæcilia, de qua die* XXII *Novembris agendum erit, converſi.*

quanta in variis Martyrum Actis fuiſſe legitur,

10 *Quoad Acta S. Cæciliæ hæc obſervat Sollerius in Uſuardo ad diem Novembris mox memoratum :* Præcipua, quæ à recentioribus objicitur, eaque capitalis difficultas, in eo conſiſtit potiſſimùm, quod, uti alibi inſinuavi, Alexandri temporibus tam acerba immaniſque perſecutio, qualis in iſtis Actis E
deſcribitur, tam atrocia paſſim tormenta, Chriſtianis illata, quadrare prorſus non videantur. *Premit eadem difficultas Acta* S. Calliſti : ſi Martyrologiis Actisque martyrum quibuſdam habenda fides eſt, *inquit verbis Gallicis Tillemontius Tom.* 3. *Monum. Eccl. in Annotatis ad* Calliſtum *pag.* 679, vix princeps eſt, ſub quo eccleſia perſecutionem crudeliorem paſſa fit : illic videas exilia, cædes, vexationes maximè inhumanas Pontificum, maximorum epiſcoporum, illuſtrium virginum, quin & ſenatorum, conſulum & integrarum familiarum Romæ honoratiſſimarum ; idque non populari tumultu, uti accidere interdum poteſt, non privata magiſtratus alicujus ſævitiâ, ſed explicitis iteratiſque Alexandri mandatis, jubentis, aiunt S. Calliſti Acta, ut ubi Chriſtiani invenirentur, ſacrificare compellerentur, vel quovis ſuppliciorum genere punirentur. *Quæ hìc carpit* S. Calliſti *Actorum verba infrà num.* 1 F
ſic ſe habent : Alexander dixit : Ego præcepi ſemel atque iterum, ubicumque inventi fuerint, puniantur, aut offerant Diis immortalibus libamina. *His crudiora ſunt Actorum S. Martinæ Tom.* 1 *Januarii pag.* XI *ſequentia verba :* Proponens Alexander præceptum novum & peſſimum, in toto orbe, ut aut ſacrificent, aut ſi non ſacrificaverint, morti tradantur. *Quæ ſanè utrorumque Actorum verba nec Alexandri humanitati & in Chriſtianos propenſioni, nec aſſertæ ab antiquis ſcriptoribus eccleſiæ ea tempeſtate tranquillitati ex dictis ſuprà conveniunt. Verùm priuſquam de* S. Calliſti *Actis ſingillatim diſſerere inſtituam, quâ viâ difficultas hæc admodum intricata & pluribus martyrum, qui, Alexandro imperatore, paſſi dicuntur, communis, utcumque expediri poſſit, aperiam.*

poſſunt cum Alexandri imperio

11 *Cenſeo itaque inprimis, primigenia illorum martyrum Acta, ſi quæ exſtiterint aliquando, perſecutionum, quæ ſubſequentium imperatorum in Chriſtianos odio excitatæ ſunt, tempore periiſſe ; ſed inſtaurata utcumque fuiſſe*

AUCTORE J. B.

§II. Diluuntur, quæ adversus Acta S Callisti speciatim objiciuntur : illorum nævus, & fides.

Actorum veritati non obsunt, quæ in his memorantur, intemperies aëris,

ACtorum S. Callisti *vel ipsum exordium Tillemontio suprà laudato non probatur; quod ita habet*: Temporibus Macrini & Alexandri, divino incendio concremata est pars capitolii à Meridiano & intra templum jovis ruit manus siniſtra aurea & eliquata est. Venerunt aruspices & sacerdotes ad Alexandrum, dicentes ut sacrificiis placarentur Dii eorum. *Quid ni potuerit tangi fulmine capitolium Macrini tempore, & liquefieri pars statuæ Jovis, petique ab ethnicis sacerdotibus, ut sacrificiis placarentur Dii ipsorum ab Alexandro, præterito Heliogabalo, qui vel ipsius Tillemontii calculo anno primum 219 Romam venit, ac anno 222 trucidatus fuit, spurcitiis ineptiisque immerso? At nihil Macrini imperio cum Alexandri commune fuit: quasi verò Actorum* S. Callisti *auctor eos simul regnâsse dixerit. Sensum illius fuisse Henschenius dixit, ea quæ narraturus deinceps esset, Macrini & Alexandri temporibus facta esse. Cur hanc Henschenii explanationem Tillemontius non refeliit? Cur auctorem Actorum obscuritatis, quod jure facere potuisset, non accusat? Quia levioris fuisset hujusmodi accusatio, ut opinor, momenti. Quid si scriptor Actorum his verbis* Temporibus Macrini & Alexandri *tempus tantummodò indicatum voluerit, quo pontificatum* S. Callistus *gesserit, quod ad eumdem fere modum indicavit auctor catalogi Romanorum Pontificum ante Liberii, in quo desinit, Pontificis mortem scripti, ita scribens :* Fuit temporibus Macrini & Heliogabali, à consulatu Antonini & Adventi usque Antonino III & Alexandro? *Fabulam Tillemontio sapit manus siniſtræ Jovis combustio : etqui Macrino imperante, frequentes fuisse aëris tempestates, tonitrua & fulmina ex Dione Cassio lib. 78 num. 25 & 30 liquet : priore quidem refert theatrum arenarium fulmine tactum conflagrâsse; item prædia augustalia crebris periisse incendiis : num. autem 30 adeò fuisse frequentia tonitrua,* ut Homericum istud, *inquit*, semper haberemus in ore : « Jupiter intonuit, clangor cœlum occupat ingens. *Hæ porrò tempestates ingentia mala, quæ imperio impenderent, ethnicis sunt visa portendere, nempe, ut accidit, Macrini cladem mortemque, & imperii in Heliogabalum translationem, sub quo nihil*, nisi scelerate & turpiter, *factum esse scribit Dion num. 29. Vides itaque quàm his affinia auctor Actorum* S. Callisti *scribat; quamque vero fiat simile, tum Jovis statuam fuisse in Capitolio aliquando ictam fulmine, tum aruspices sacerdotesque ethnicos abs Alexandro, religioso ipsorum ritu principe, petiisse,* ut sacrificiis placarentur Dii eorum.

14 *Fabulam item Tillemontio sapiunt hæc* *eantus Actorum*

A *fuisse postmodum, cum lætiora Christianis affulserunt tempora, & martyrum memoria nondum planè interciderat; sed posterorum imperitiâ factum, ut, cum martyres illos Alexandri tempore passos fuisse sive ex residuis quibusdam monumentis, sive ex traditione majorum didicissent, id auctore & jubente Alexandro factum esse crediderint, eique adscripserint, quod Alexandri assessoribus, aliisve ejus ministris tribuendum erat : quod non absurdum videri debet; cum constet, inter illos fuisse Ulpianum Christiani nominis hostem, & verosimillimè plures etiam fuerint, qui & Christianos odissent, & maximâ apud Alexandrum autoritate pollerent; quosque proin ut homines Reipublicæ administrandæ necessarios sævire in Christianos etsi invitus ac contra animi sententiam siverit; id quod non tantùm junior ejus ætas, sed etiam suadent, quæ à matre sua, conjugem abs ejus thoro & aula segregante, & socerum occidi jubente, ut sola regnaret, licet sibi carissimos, fieri passus est, at*
B *invitus. Sic Alexandri humanitati & in Christianos propensioni utcumque consulitur.*

& ecclesiæ sub illo pace magna ex parte componi.

12 *Credibile porro est, Alexandri familiares & Christianis infensos, cum eum ita affectum viderent, authoritate, quâ apud illum valebant, abusos audacioresque effectos, Christianis gravia ac multiplicia sive in Rempublicam sive in ethnicorum superstitionem delicta imposuisse, eorumque nomine ac obtentu non parvum fidelium numerum, licet non tantum, quantum martyrum illorum Acta perhibent, sustulisse è medio. Et hoc quidem pacto petitæ à nimia martyrum sub Alexandro passorum multitudine, quam parum credibilem asserta à veteribus ecclesiæ per hæc tempora tranquillitas, haud verosimilem facit, difficultati occurritur. Verùm, inquies, quo pacto non exiguus ille martyrum sub Alexandro numerus conciliabitur cum Sulpicii Severi, Orosii, aliorumque veterum scriptorum auctoritate,*
C *qui ecclesiam id temporis in pace fuisse dixerunt? Quòd nulla tum (quæ non absurda mihi videtur responsio) ab imperatoribus per orbem Romanum fuerit promulgata in Christianos persecutio : quòd excitata sub Alexandro persecutio pleraſque orbis Christiani provincias non attigerit; imò extra Romam locaque Romæ vicina sese non diffuderit, si SS. Julium & Hesychium Dorostori passos excipias : quotquot enim sub Alexandro passi dicuntur Martyres, aut Romæ, aut in Portu Romano, aut apud Ostia Tiberina occubuisse memorantur. Ita denique præcipuis quæ historiæ martyrum Alexandri tempore passorum objici à recentioribus scriptoribus solent, difficultatibus utcumque itum est obviam. Ad Acta* S. Callisti *seorsim accedamus.*

D

E

F

A *Actorum verba* : Audierunt in quodam cœnaculo multitudinem Christianorum psallentem : inter quos erat Calixtus cum clero suo. *Non censuit, ut opinor, Tillemontius, adeò fuisse incautos Christianos, ut in eo cœnaculo ita divinam psalmodiam instituerint, ut à transeuntibus ethnicis de via audirentur : verùm quid ni id fecerint tempore Alexandri, quo majorem, id affirmante ipsomet Tillemontio, ubi de* Callisto, *non modò libertatem, sed & religionem suam exercendi facultatem vi rescripti, de quo Lampridius num.* 4 *citatus, jam fuerant consecuti, imò & ecclesias publicas, ethnicisque notas a Christianis condi cœptas Tom.* 3 *Monum. Eccl. pag.* 274 *ipsemet Tillemontius censuit? Ad illa autem Actorum verba :* Venerunt trans Tiberim in urbem ad templum Ravennatium, *itemque ad hæc num.* 3. In regione trans Tiberim in urbe Ravennatium *ait, nihil in Romana historia occurrere, unde illustrentur, eosque, qui illa explicare volunt, ad conjecturas redigi omni auctoritate destitutas. Revocari in*

B *dubium nequit, quin Augustus duplicem classem alteram Ravennæ, alteram Miseni constituerit, de quibus Tacitus lib.* 4 *cap.* 5 *ita meminit :* Italiam utroque mari duæ classes, Misenum apud & Ravennam, proximumque Galliæ littus rostratæ naves præsidebant (*Tiberio imperante*) quas Actiacâ victoriâ captas Augustus in oppidum Forojulienſe miserat. *Revocari item in dubium nequit classiarios Misenates Ravennâ Romam fuisse evocatos, ibique peculiari quodam Urbis tractu commoratos, qui ab eorum commoratione videlicet speciale nomen invenit, & à P. Victore in libello de Regionibus Urbis* castra Misenatium *nominatus fuit.*

Christianorum, qui de via audiri poterat,

15 *Idem dicendum videtur de classiariis Ravennatibus : quamquam enim Victor, saltem nominatim ac perspicuè nusquam castra Ravennatium memoret, aliunde tamen & ipsos Romæ commoratos fuisse eruitur. Docet enim id basis marmorea in tractu Transtiberino effossa, uti observat Morettus Disq.* 1.

C *cap.* 1. *num.* 34, *quæ apud Gruterum legitur pag.* CCXVII, *cui hæc inscripta sunt* : Imp. caes. Divi fil. augusto. terra marique victori sacerdot. bonae deae & colleg. VII vir epulon commun. pop. voto Ravenat DD. *Quiautem hi fuerunt, nisi classiarii Ravennates, qui, æquè ac Misenates, Romæ tractum sibi proprium trans Tiberim incoluerint, occasionemque, ut* urbs Ravennatium *appellaretur, sua illic commoratione dederint? Sic sanè censuit Marlianus Topographiæ urbis Romæ lib.* 5. *cap.* 19, *cum ita scripsit :* Transtiberina regio priscis temporibus janiculi etiam nomen accepit, à monte ejusdem nominis sibi eminenti. Ravenatium etiam urbem nominatam invenio. Nam Augustus victoria contra Antonium & Cleopatram potitus binam instituit classem : unam apud Meſenium portum. Alteram verò apud Ravenam. Cumque senatui esset cura ut nulla Romam frequentaret multitudo, cui non esset habitandi locus publicè assignatus : militibus Ravenatis classis hæc regio fuit assigna-

Urbs Ravennatium,

ta, quæ exinde Ravenatium urbs cœpit appeliari Quo nomine appellatum est templum & meritoria taberna : quam ubi nunc ædes D. Mariæ, fuisse legimus. *Portam Ravennatem nomen suum invenisse à classiariis Ravennatibus Romæ olim commoratis in regione Transtiberina scriptores plures credidere ; de quibus, aliisque seu castra, seu urbem Ravennatium Romæ fuisse, affirmantibus consuli Morettus potest loco mox citato. Quod si nomen* urbis, *huic Transtiberino tractui adtributum cuipiam fortè suspectum fuerit, in alio Actorum* S Callisti *apographo, teste Blanchinio in Annotatis ad Anastasium Bibl. legitur :* Castra Ravennatium. *Etsi itaque Historia Romana vetus urbis seu castri Ravennatium explicitè non meminerit, tamen suppeditat argumenta prudenter judicandi eam revera exstitisse : neque quidquam habuit Tillemontius, unde* S. Callisti *Acta hoc ex capite argueret falsi.* D

16 *Aiunt Acta num.* 2. *convocatum fuisse populum Romanum Alexandri jussu ad Capitolium, ut offerendo illic Mercurio sacrificio universus interesset ; num. vero* 5, *dum id fieret,* virginem templi, *nomine Julianam, exclamâsse :* Deus Callixti, ipse est Deus vivus & F verus : *quem Actorum locum ita Tillemontius excipit :* Nec credo inveniri, quid sit virgo capitolii. Unicæ paganorum virgines erant in templo Vestæ, *quæ excidisse Tillemontii calamo miratur Morettus cap.* 10 *num* 23, *neque immeritò : Quid? Romæ non erant virgines nisi vestales? Nisi in templo Vestæ? An non meminerat scripsisse Lampridium de Alexandro :* Puellas & pueros, quemadmodum Antoninus Faustinianas instituerat, Mammeanas & Mammæanos instituit? *Verum hæ sacris fortasse addictæ non erant : erant certè virgines Saliæ, de quibus Festus de Verborum significatione verbo* Regifugium *sic habet, Cincium & Tullium de Feriis citans :* qui saliares virgines & salios adesse dicunt regi sacrorum, cum facit sacrificium in Comitio. *Sacris addictæ erant æquè virgines illæ, de quibus Cicero scripsit lib.* 1 *Epist. ad Atticum* VIII *al.* XI, Credo te audisse, cum apud Cæsonem pro populo fieret sa- E crificium, venisse eò virum (*Clodium*) muliebri indutum vestitu, idque sacrificium cum virgines instauraſſent . . . *Quod si vestales hæ fuerint, id equidem è Ciceronis verbis sit consequens, non ita templo Vestæ fuisse addictas, quin & alibi superstitiosis sacris operarentur, & populi Romani solemnitatibus interessent. Sacris addictæ erant Flaminiæ, de quibus ita Festus :* Flaminia dicebatur sacerdotula, quæ Flaminicæ Diali præministrabat, eaque patrimes & matrimes erat, id est, patrem matremque adhuc vivos habebat. *Tam has, quàm Vestales virgines Capitolii sub Vespasiano restitutioni adstitisse, auctor est Tacitus his verbis Histor. lib.* 4 *cap.* 53 : Dein virgines Vestales, cum pueris puellisque matrimis, aquâ vivis è fontibus amnibusque haustâ (*templum Capitolinum*) perluêre. *Sed & ad spectacula publica Vestales virgines admittebantur, ac specialem quidem illis in theatro locum assignatum voluit Augustus,* teste *Suetonio cap.* 44. Solis virginibus Vestalibus locum in theatro separatum & contra prætoris tribunal dedit. *Facilè itaque hinc intelligitur, quid* virgo templi *in Actis*

virgo templi.

S. Callisti

A S. Callisti *memorata significet : nempe virginem rebus sacris in templo Capitolii peragendis destinatam, sive Vestalis, sive Flaminia, sive alterius cujuscumque demum generis virgo ista fuerit.*

17 *Pergit Tillemontius* : Videas illic (*in Actis* S. Callisti) *inquit*, Alexandrum capite damnantem SS. Simplicium senatorem, & Palmatium consulem, aliosque plures, absque ulla judicii forma, & ne senatui quidem oblatos : Herodianus autem id illum observâsse testatur, ut neminem damnaret umquam, nisi ex præcepto legum, & magistratuum ordinariorum. *Sic est Alexandrum regnasse* citra sanguinem, citra reprehensionem, *à cædibus, sævitie, & à ferendis* indictâ causa *sententiis alienum fuisse, Herodianus dixit : Herodiano Lampridium jungere Tillemontius poterat, cujus hæc verba sunt :* Ἀνάλματον imperium ejus, quum fuerit durus & tetricus, idcirco vocatum est, quod
B senatorum nullum occiderit, ut Herodianus Græcus scriptor refert in libris suorum temporum. *Verùm hoc ipsum Lampridius refellit, dum Ovinium Camillum senatorem, qui rebellionem molitus fuerat, Alexandri jussu occisum scribit. Non fuisse item Alexandri regnum omnino incruentum Lampridius ostendit, cum Vetronium Turinum, Alexandri familiarem, ejus jussu occisum scribit. Intelligi præterea Herodianus potest de senatoribus ethnicis : nam Christianorum, etiam senatorum, cædem gentiles nauci habebant. Herodianus denique suimet interpretem agit : cum enim Alexandrum sine cujusquam querela regnâsse dixit, addit :* ὅσον ἐπ' αὐτῷ, quod quidem ad se attineret. *Hinc autem minimè consequitur, nihil ab ejus ministris, eo imperante, fuisse commissum, quod præter jus fasque esset ; quæ idcirco potissimùm hìc observanda duxi, ne quis ob auctorum mox citatorum verba ipsummet SS. Simplicii & Palmatii martyrium negandum existimet ; non quòd Actorum auctoritatem, quatenus*
C *his Sanctis, utì &* Callisto *necem ipsiusmet Alexandri jussu illatam tradunt, tueri velim ; qua de re plura dicentur infrà.*

aliaque, quæ

18 Quod si, *inquit postremo Tillemontius*, hæc Acta Martyrologi atque ipse etiam Beda secuti sunt, vidimus sæpè Bedam monumenta sequentem, quæ propugnari nequeant. Notum est Gelasii Pontificis ætate Acta suppositicia fuisse quamplura. S. Palmatius in Martyrologiis Hieronymianis prorsus non invenitur, tametsi consul probè mereretur, ne oblivioni daretur. *Non sufficit quidem Bedæ, aliorumque veterum Martyrologorum auctoritas, ut ipsiusmet Alexandri jussu* S. Callisto *totque aliis in ejus Actis memoratis martyribus tam dira multipliciaque fuisse inflicta supplicia dicantur; neque Actorum veritas inde probatur, sed antiquitas, quæ eorum auctoritati pondus saltem aliquod addit, facitque, ut ea sequi liceat in iis, in quibus à vero recedere non ostenduntur, & quoad præcipua rerum capita. Paucis alioquin veteribus Actis fides habenda esset, cum vix inveniantur, quæ ab omni prorsus ævo sint immunia. Videtur porro existimare Tillemontius, SS. Simplicium, Palmatium,* Callistum *veterum*

adversus illa

martyrologorum fastis fuisse insertos ex unica Actorum fide ; quasi illorum in ecclesia cultum aliunde exploratum non habuerint, quòd difficile à quopiam probatum iri reor. Quod si propterea quoque sacris fastis illos inscripserint, maximi profectò illorum ea in re facienda auctoritas est ; esto, illorum ex Actis Callistianis elogium concinnârint. AUCTORE J. B. D

19 *Cetera, quibus utitur Tillemontius, ut Actorum* S. Callisti *auctoritatem infringat, argumenta hujusmodi sunt, ut iis usurum fuisse seorsim non arbitrer, nisi Alexandri pacatum regnum, ejusque in Christianos propensionem pro opinionis suæ palmari fundamento habuisset. Fuerint enim Gelasii Pontificis ætate Acta suppositicia, imò & vel minima fide indigna : an in horum numero posita, ponendave fuêre* S. Callisti *Acta ? Martyrologia S. Hieronymi nuncupata, SS. Simplicii & Palmatii, aliorumque in illis memoratorum non meminerint : num illa ad nos, qualia primùm fuêre, integra perveserunt ? Num Martyrologium aliquod Tillemontius novit, aut exstitit umquam, quod omnium omnino martyrum* E *mentionem faceret ? Ubi in Martyrologiis Hieronymianis, hodiedum exstantibus, mentio fit S. Symphorosæ & septem filiorum ejus sub Hadriano passorum, quamvis exstent eorum Acta inter sincera à Ruinartio relata & ab ipsomet Tillemontio Tom. 2. Monum. eccl. pag. 241 laudata ? Ubi SS. Martyrum Ptolemæi, Lucii & alterius anonymi, Romæ passorum, de quibus S. Justinus Martyr in Apologia ? Ubi S. Maximiliani Thebestæ in Numidia anno 295 occisi ? Cujus Acta Ruinartius in Actis Martyrum sinceris & selectis pag. 308* inter sinceriora antiquitatis monumenta *computat. Eusebius de Persecutione Diocletiani scribens meminit SS. Martyrum Phileæ & Philoromi Alexandriæ passorum, Tyrannionis, Tyriorum episcopi, & Zenobii presbyteri, quorum in codicibus Hieronymianis nulla fit mentio. Ex Hieronymianorum igitur codicum silentio nullum fuisse SS. Simplicii* F *Palmatiique martyrium effici nequit : at verò quemadmodum martyres aliquot jam vidimus ab Eusebio memoratos, sed in Hieronymianis codicibus omissos ; sic & vicissim in his plures, inter quos S.* Callistus, *recensentur martyres, quorum non meminit Eusebius; ac proin imbelle est, Basnagii, aliàs à nobis etiam hoc in Commentario conveniendi ex Eusebii silentio S.* Callisti *martyrium in suspicionem falsi Tom. 2 Annal. Politico-Eccl. ad annum 219 num. 6. revocare conantis argumentum.*

Tillemontius objicit :

20 *Hæc fere sunt, quæ Actis Callistianis objiciuntur ab iis, qui ea, quantum quidem nobis apparet, plus quàm par sit, deprimunt. Non ita tamen hæc nobis probantur, ut nihil in illis sit, quod meritò rejiciatur. Hujusmodi est Alexandri Palmatio, adhuc ethnico, & Christianos denuncianti responsio his verbis concepta num.* 1. Ego præcepi semel atque iterum, ut ubicumque inventi fuerint puniantur, aut offerant diis immortalibus libamina. *Hanc enim responsionem ex ore Alexandri profectam difficulter credet, qui ad Alexandri humanam indolem, in Christianos propensionem animi, ac asser-*

ineſt quidem illis nævus,

tant

AUCTORE J. B.

tam ab antiquis ſcriptoribus eccleſiæ, eo imperante, tranquillitatem attenderit. Obſervanda etiam iſthæc verba ſunt : Ubicumque inventi fuerint. *Quæ perſecutionem Chriſtianorum non ſolùm Romæ, ſed & ubicumque exercendam indicant, qualis tamen nec locum habuit, nec ab Alexandro indicta fuit unquam. Neque veroſimile eſt edictum publicum Alexandri juſſu promulgatum fuiſſe, ut, qui Romæ eſſent, univerſi, niſi interfici vellent, diis ſacrificarent, quod num.* 2 *refertur his verbis :* Et præcepit Alexander, ut immolaretur, univerſo vulgo, ut omnes ad Capitolium accurrerent de urbe Roma, ita ut qui inventi fuiſſent in habitaculis ſuis, omnes interficerentur. *Quis hæc de Alexandro crediderit, cujus domus, teſte Euſebio num.* 5 *citato, referta erat Chriſtianis.*

quo dicta factaque quædam

21 *Aiunt num.* 2 *Alexandrum, viſis militibus, quos divina ultio occæcaverat, continuò exclamâſſe :* O cives optimi! videte artem magicam. *Meliùs de Chriſtianorum inſtitutis moribuſque tam Mammæa, quàm Alexander erant inſtructi, quàm ut id, nulla, qui id factum eſſet, præmiſſa indagine, continuo crederet, ac magicis Chriſtianorum artibus adſcriberet, quorum inſtituta, præcepta, moreſque ab hujuſmodi criminibus quàm maximè abhorrere non ignorabat. Quid num.* 4 *Acta produnt? Illic Alexander, ut converſum jam ad fidem Chriſtianam Palmatium ad priſtinum Deorum cultum revocet, ſic alloquitur :* Sic amens factus, ô Palmati, ut deſeras Deos, & quæras & colas hominem mortuum? *Hæccine Alexandri verba ſunt, qui Chriſti imaginem in lario ſuo habebat, qui Chriſto templum condere, eumque inter deos, ni deterritus à propoſito fuiſſet, referre voluerat? Numquid hoc pacto ſemet conviciſſet amentiæ? Hæc aliaque his affinia in Alexandrum non quadrare Baronius vidit; quapropter ad annum* 226 *num.* 4 *ait :* Qui dicuntur, jubente Alexandro, fuiſſe occidi juſſi, ſic id accipiendum, quòd quidquid hi (*Alexandri aſſeſſores*) feciſſent, imperatoris nomine atque auctoritate ſe egiſſe jactarint. *Verum quidem Baronius dicit: at nec ſic ab omni errore immunis & nihil ineptè dixiſſe Actorum ſcriptor dici poteſt : ſi nihil falſi, nihil quod Alexandri indoli moribuſque, nihil rerum Chriſtianarum cognitioni, in Chriſtianos propenſioni omnino repugnans affinxiſſet, tolerari ac benignè exponi utcumque potuiſſet : at cum Alexandrum coloribus depingit factiſque onerat ab ejus indole omnino alienis, qui ab errore vel ineptia vindicari queat, planè non video.*

Alexandro perperam

22 *Ut ab errore ineptiaque illum vindicet, Morettus ait Diſq.* 1 *C.* 10 *num.* 11, *idem ab aliis ſcriptoribus factitatum : ſic Euſebium Lib.* 8 *Hiſt. Eccl. C.* 13 *aſſeruiſſe, B. Martyrem Lucianum Nicomediæ apologeticam orationem* præſente ipſo imperatore (*Maximino*) *habuiſſe, quam Lib.* 9 *C.* 6. coram præſide *edidiſſe teſtatur, atque adeò, quod coram præſide factum erat, coram ſummo principe factum eſſe dixiſſe. Sic item in Actis S. Sadoth & Sociorum apud Perſas martyrum legi :* Rurſum velut ex ore regis (*Sanctis*) dictum eſt: niſi voluntatem meam feceritis, & mandatis meis aures præbueritis, en funeſtiſſima interitus veſtri hora imminet. *Sic auctorem Actorum S. Euſebii presbyteri Conſtantium imperatorem tamquam cum S. Martyre Romæ verba miſcentem introduxiſſe; cum tamen inde Conſtantius longè abeſſet : ſic Theodoretum Lib.* 4. *C.* 6, *quod de S. Ambroſii epiſcopi Ordinatione inſcribitur, Valentinianum ſeniorem, velut huic Mediolani præſentem ac cum epiſcopis, & Ambroſio, cum inde abeſſet, colloquentem ſtitiſſe. Verùm his Morettus propoſitum ſibi finem non aſſequitur : nam Euſebius quidem Lib.* 8 *Hiſt. Eccl. C.* 13 *non aſſeruit, ipſummet imperatorem Luciani orationi apologeticæ interfuiſſe; ſed hanc à Luciano Nicomediæ eo ipſo tempore fuiſſe habitam, quo Maximinus in eadem civitate commorabatur : ſic enim ſemet ipſum Euſebius explicat, interprete Valeſio :* Sed & Lucianus, Antiochenæ eccleſiæ presbyter. . . . . perductus Nicomediam, in qua tunc civitate Maximinus morabatur, cum defenſionem fidei illius, quam profitebatur, coram præſide edidiſſet, conjectus in carcerem trucidatur; *ita ut priore loco Euſebius, non coram quo, ſed quo tempore ea oratio à Luciano habita fuerit, indicatum voluerit, nempe cum ipſemet imperator Maximinus Nicomediam adventaſſet.*

& ineptè tribuuntur :

23 *Non ſolùm ἐπιπαρόντος, qua voce Euſebius utitur, præſentem, ſed etiam adventantem ſeu ſupervenientem ſignificat. Deinde potuit Lucianus duplici oratione fidem defendere, alterâ ad judicem (vide Luciani elogium ex Ruffino Tom.* 1. *Januarii pag.* 362) *altera ad imperatorem, cum eum adduci ad ſe juſſit (vide ibidem S. Martyris Acta pag.* 361 *num.* XI) *habitâ : atque hanc fortè reſpiciunt hæc S. Chryſoſtomi (vide pag.* 364 *num.* 7) *de S. Luciano verba :* Coram principibus ille ac regibus audacter locutus eſt. *Saporis Perſarum regis perſonam S. Martyris Sadoth judex induit quidem verbis ſuprà citatis, ſed ea hujuſmodi ſunt, ut nihil à Sapore alienum contineant, potuiſſetque Sapor ipſe iiſdem non ineptè uti. Similiter, quos Conſtantio Actorum S. Euſebii presbyteri Romani Scriptor ſermones affinxit, tales ſunt, ut ab ipſomet, ſi reipſa Romæ unà cum Liberio Papa & Euſebio fuiſſet, Conſtantio appoſitè adhiberi potuiſſent. Quod autem ad Theodoretum attinet, is Valentinianum S. Ambroſii ordinationi, Mediolani factæ, non per litteras legatoſve, ſed per ſemet ipſum interfuiſſe ſcripſit; ait enim explicitis verbis apud Valeſium, Valentinianum non modò hæc atque illa dixiſſe & feciſſe Mediolani, ſed etiam* geſtis omnibus interfuiſſe : *quod ſi in Rheni vicinia tum temporis Valentinianus verſatus fuerit, qui id ab errore in Theodoreto, hiſtoriographum agente, excuſari poſſit, planè non video. Culpandus igitur nobis videtur Actorum S* Calliſti *ſcriptor non tantopere quòd, quæ à miniſtris ejus dicta factaque fuerant, Alexandro affinxerit, ſed quòd ineptè, talemque verbis factiſque deſcripſerit, ut is alius omnino, ac revera fuit, videri poſſit, adeò ut ſcriptor ille parum ſibi notum fuiſſe Alexandrum prodat.*

credi tamen prudenter

24 *Ceterùm haud ea de cauſa ejus auctoritas omnino nutat aut ruit : fidem meretur*

AUCTORE J. B.

A *in iis, quæ de Martyrum ſub idem tempus, quo* Calliſtus *martyrium, infrà pluribus probandum, ſubiit paſſorum numero ſcribit; fidem, cum eorum ſupplicia deſcribit; fidem cum patrata à* Calliſto *miracula narrat. Et quid ni? Num miracula quæ in* Calliſti *Paſſione narrantur, fidem ſeu numero, ſeu conditione excedunt? An non ſimilia in ſimili rerum temporumque conditione ab aliis Martyribus in ſinceris probatiſque eorum Actis patrata leguntur? Dein ſi in* Calliſti *Paſſione memorati Martyres verberibus afflicti, fame exhauſti, gladio occiſi, in puteum præcipites acti legantur, quid in eo inſoliti? Quid, quod, non dico, Alexandri humanitati; ſed miniſtrorum ejus in Chriſtianos odio ſævitiæque repugnet? Quid in Actis occurrit, quod eccleſiæ, univerſim ſpectatæ, tranquillitati obſit?*

vetera poſſunt. 25 *An perſecutio aliqua, ſed Romanæ urbis ferè limitibus circumſcripta? Ecquid ibi occurrit, quod aut innatæ Alexandri humanitati, aut in Chriſtianos animi propenſioni adverſetur? At illum vel cariſſimam ſibi conjugem abs ſe divelli, & occidi ſocerum, ſed invitum coactumque, jam vidimus. Scimus etiam, eum Ulpiano, tutori ſuo, Chriſ-*
B *tianorum hoſti plurimum detuliſſe non tantùm familiaritatis, ſed & auctoritatis, vel in ipſos milites, ut ab eorum ira illius vitam ſæpe objectu ſummæ purpuræ tueri Alexander neceſſe habuerit: Ulpianus verò tandem ab illis occiſus fuerit. Quid ni & in alios ſive aſſeſſores, ſive præfectos, quorum operam conſiliaque ad regendam rempublicam ſibi neceſſariam putabat, plus quàm par erat, indulgentior fuerit, ſive falſis ipſorum in Chriſtianos criminationibus, ſive ſervandarum Reipublicæ legum Chriſtianæ religioni adverſantium ſpecie, ſive denique aliis quibuſlibet modis artibuſque circumventus atque deluſus? Dandum etiam eſt aliquid ſcriptoris antiquitati, qui eo tempore ſcripſit, quo & Martyrum nomina, & ſuppliciorum genera, & pleraſque res circumſtantes ex fama majorumque relatu diſcere potuerit.*

§ III. Quo S. Calliſtus ſederit tempore, quo obierit.

C

Ex variis de tempore quo Calliſtus ſedit, ſententiis

QUantæ difficultatis ſit veterum Romanorum Pontificum Chronotaxim accuratam exhibere, ſatis ſuperque declarant tum ea in re eruditorum labores improbi, cùm diſſidium multiplex, ſententiarumque varietas; quæ uti in aliis Pontificibus ſæpe, ita & in Calliſto locum habet ſive annos dies que ſpectes, quibus orbi Chriſtiano præeſſe cœpit, ſive quibus Eccleſiam regere vivereque deſierit. Varietatis hujus ſpecimen accipe. Sediſſe Calliſtum *Baronius cenſuit ab anno* 221 *uſque ad* 226; *Labbeus Chronologiæ technicæ part.* 1. *ab anno* 219, *ineunte Septembri, uſque ad anni* 224 *menſis Octobris diem* XIV, *quos illi annos etiam tribuit Petavius tom.* 2 *de Doctrina temporum lib.* 13 *pag.* 697. *Couſtantius tom.* 1. *Epp. veterum Romanorum Pontt. pag.* 114, *ab anno* 219 *uſque ad* XIV. *Octobris anni* 223. *Tillemontius tom.* 3. *Monum. Eccl. partim, ubi de* Calliſto *pag.* 250, *partim in Annotatis pag.* 682 *ab anno* 219 *uſque ad annum* 223; *Henſchenius ante tom.* 1. *Aprilis pag.* XXV *ab anno* 218 *uſque ad* 222. *tom. verò* VI *Maji pag.* 5 *& ſeq. ab anno* 217 *uſque ad* 222: *Papebrochius tom.* 5 *Junii pag.* 436 *num.* 32 *ab anno* 218 *uſque ad annum* 223; *at in Conatu Chronico-Hiſtorico ad Catal. Pontt. pag.* 27 *ab anno* 217 *uſque ad annum.* 222. *Pagius in critica in Annales Baronii ad annum* 224 *ab anno* 217, *die verò* XVIII *menſis Julii uſque ad* XXVIII *Septembris anni* 222. *Blanchinius operis Anaſtaſiani tom.* 2. *pag. primùm* CCII, *ac dein pag.* 175 *in Annotatis ad* Calliſtum, *electum ſcribit die* 2 *Auguſti, ordinatum verò poſtridie die Dominico anno item* 217, *defunctum die* XIII, *Octobris ſepultumque poſtridie. Parùm à Blanchinio diſcrepat Morettus, qui Diſquiſitionis* 1. *cap.* 2 *pagg.* 46 *& ſeq.* Calliſtum *anno* 217 *die* 2 *Auguſti electum, eademque ordinatum, id eſt, die Sabbathi, martyrio verò coronatum fuiſſe ſcribit, die* XII *Octobris,* E *ſepultum* XIV.

27 *Quod ſi quæſieris, quot annos, menſes, dieſque Pontificatum geſſerit, ingentem hic quoque tum ſcriptorum, tum veterum Romanorum Pontificum Catalogorum diſcrepantiam offendes: Euſebius Hiſt. Eccl. lib.* 6 *cap.* 21 *annos quinque* Calliſtum *ſediſſe tradit: Eutychius in Annalibus Alexandrinis annos ſex, Nicephorus patriarcha CP, & Georgius Syncellus annos* 8: *ex Catalogis verò Romanorum Pontificum apud Franciſcum Blanchinium in Prolegomenis ad Vitas Pontificum pag.* XCV *alii annos* 5, 6, 7 & 10, *menſes plerique* 2, *unus* 6, *dies item plerique* 10, *unus* XI, *alter* 2. *eidem tribuunt, ita ut ex codicibus* 22 *ibidem recenſitis* XI Calliſto *dent annos* 5, *ſedecim menſes* 2, *quindecim dies* 10, *quibus accinunt picturæ veteres Baſilicæ S. Pauli: quo fit, ut hanc Calliſtiani Pontificatus durationem tamquam veroſimiliorem amplectamur, maximè verò, quòd eam aſſignet auctor Catalogi Romanorum Pontificum à Bucherio in Commentario ſuo in Victorii canonem Paſchalem editi, qui ſeculo* IV *medio vixit, & ibidem pag.* 270 *ita habet:* Calliſtus annos quinque, F menſes duos, dies decem. *Verùm hi anni, menſes, dieſque à quo æræ vulgaris anno numerandi ſunt?*

probabilior videtur, quod ſediſſe dicitur annos 5, *menſes* 2 *dies* 10,

28 *Euſebius Cæſarienſis paulò antè citatus S. Zephyrinum,* Calliſti *deceſſorem proximum, abiiſſe è vita ſcribit anno primo imperii Antonini, Heliogabali nempe, qui Macrino ſucceſſit. Heliogabalus imperator ſalutatus fuit à militibus anno* 218 *menſe Majo, Macrinus victus eodem anno menſe Junio, ac paulo pòſt unà cum filio Diadumeno occiſus. Itaque ſi Euſebio ſtandum eſt, non priùs anno* 218 *Romanam Cathedram* Calliſtus *occupârit, prout aliqui cenſent. ex dictis ſuprà. Eumdem Euſebium pro ſua ſententia citare poſſunt, qui* Calliſtum *anno* 219 *ſedere cœpiſſe contendunt, ut qui in Chronico* Calliſ-

ab anno 217

AUCTORE J. B.

tum *Romanæ Ecclesiæ episcopatum suscepisse scribat anno secundo Heliogabali. Fas sibi autumant alii, neque immeritò, ab Eusebio recedere, ac Latinis potiùs Fastis, ubi de rebus in Occidente gestis agitur, adhærere : quippe qui in his negligentiùs versari sit solitus, & sibimet ipsi aliquando adversetur.* Eusebius, *inquit Valesius in Annotatis in Cap. 27 Libri 7 Hist. Eccl.*, nihil de Xysti martyrio nec in Chronico, nec in Historia Ecclesiastica dicit; quod valde miror : & multò magis mirarer, nisi scirem Eusebium in rebus per Occidentem gestis negligentiorem fuisse. Porro in Chronico quidem scribit Xystum sedisse annos VIII, cum hìc undecim annos ei tribuat : *Similia de Eusebio notat Pagius in Critica ad annum 67 num.* XI, *quem ita concludit :* Cum itaque in sequentibus Pontificibus Romanis, iisque præsertim, qui sua ætate vixere, cæcutierit Eusebius; alteri non monstrabit viam, qui sibi semitam non sapit. *È Latinis porro Fastis potior hac in re dux est idem Catalogus à*

B *Bucherio editus, in quo verbis suprà citatis hæc proximè subjunguntur.* Fuit temporibus Macrini & Heliogabali, à consulatu Antonini & Adventi, usque Antonino III & Alexandro. *Alexander primùm consul processit anno 222, qui ex cæsare eodem anno factus est imperator. Consulatum cum eo gessit Antoninus Heliogabalus, non quidem tertium, ut in Catalogo legitur, sed quartum, ut habet Dio Cassius lib. 79, eodem anno occisus mense Martio. Macrinus imperator à militibus dictus est anno 217, mense Aprili, Præsente & Extricato consulibus : Postremus itaque, quo sedit* Callistus, *annus fuit æræ vulgaris 222; unde si annos quinque, ordine retrogrado numeres, ad annum 217 initium Pontificatus ejus devolvetur.*

29 *Atqui, dices, non dicit Catalogus se-*

usque ad annum 222,

disse Callistum *à consulatu Præsentis & Extricati, sed Antonini & Adventi : Adventus autem non nisi anno 218 consul processit : ita est; verùm id non propterea fit, quòd his consulibus non sederit* Callistus; *sed quòd*

C *hi consules anno postremo decessoris ejus jam assignati erant, ne iidem consules bis nominarentur, quod fieri eo in Catalogo usque ad Fabianum nusquam solet. Quis fuerit alter è geminis anni 218 consulibus, hìc* Antoninus *dictus, non una omnium opinio est : ex Dione Cassio quidem constat Macrinum eo anno consulem fuisse; sed non constat, dictum fuisse ab auctore Catalogi* Antoninum *: nonnulli putant, hìc Diadumenum Macrini filium, quem* Antoninum *appellari pater jussit, intelligi; verùm Diadumenus consul ordinarius haud fuit; videturque hìc intelligendus Heliogabalus, qui non tantùm* Antoninum *dici se voluit, verùm arguitur etiam à Dione Cassio, Nicolao Carminio Falcone interprete*, quòd consulatûs Macrini loco, quem neque à nobis acceperat, neque umquam forsan attigisset (gestus enim jam erat ille) nomen suum substituit . . . quod sibi alterum consulatum (*anno 219*) susceperit, quum nullum antea nec magistratum, neque magistratus insignia accepisset. *Unde mirum videri non debet, Catalogi auctorem consulatûs Antonini, at non* D *Macrini, meminisse. Maneat itaque* S. Callistum *Pontificatum adiisse anno probabiliùs 217, deposuisse verò 222, eodem quo primum consul & imperator factus est Alexander, Heliogabali successor proximus, & quo item terminus paschalis incidit in Idus Apriles, id est in diem decimum tertium ejusdem mensis, qui & dies sabbati erat, uti in Canone Hippolyti, tunc temporis confecto apud Bucherium citatum pag. 295 aliosque legitur : ex quo fit, ut anno Alexandri primo dies Paschæ,* (XIV *Aprilis secundum canonem Dionysianum, at* XXI *secundum Hippolyti canonem*) *notandus sit litterâ Dominicali F, quod anno quidem 222 congruit; minimè verò anno 224, cui annum* Callisti *quartum, Alexandri verò primum Baronius haud rectè illigavit. Dodwellus Diss. sing. de Rom. Pont. primæva successione anno 222 in vivis esse desisse* Callistum *scribit; anno verò 214 pontificatum esse exorsum, Georgium Syncellum, qui illius pontificatui octennium tribuit,* E *secutus; sed Catalogi suprà citati, ut major antiquitas, ita & major auctoritas est.*

30 *Cum itaque, quo anno sedere tum cæperit, tum desierit, jam, prout licuit, definitum sit, disquirendum supereſt, quo item mense & die anni 217 sedere cæperit, & quem anni 222 mensem diemque sortitus sit emortualem. Blanchinus hoc pacto procedit : S. Zephyrinum, proximum* Callisti *in sede Romana decessorem obiisse statuit anno 217, à quo non alienus Pierius, qui ejus obitum operis nostri tom. 5 Augusti pag. 788 circiter annum 218 assignat. Cetèrum, etsi Martyrologium Romanum & Usuardus S. Zephyrinum ad diem* XXVI *Augusti, Hieronymiana verò ad diem* XX *Decembris annuncient, Blanchinus tamen ipsum obiisse statuit die* XXVI *Julii, idque non sine teste : affert enim sæculi noni lapidem, positum in pronao seu vestibulo monasterii SS. Stephani & Silvestri, à Paulo I conditi variisque Sanctorum reliquiis ditati, cui hic titulus præfixus :* In nomini Domini. Hæc est notitia Nataliciorum Sanctorum hìc requiescentium : *in subjecta verò serie Sanctorum hæc verba de S. Zephyrino apud Joannem Giachetti in ejusdem monasterii historia Italico idiomate scripta pag. 66 leguntur :* Mense F Julio die XXVI Nat. SS. Zephyrini Papæ & Tarsi (*Blanchino* Tarsicii) Martyris; *cum autem facilè fieri potuerit, ut dies* XXVI *Augusti &* XX *Decembris aut translatione, aut elevatione corporis aliove non absimili titulo celebres evaserint, non contemnenda apparet hoc in puncto Blanchiniana sententia. Dein à die* XXVI *Julii numeratis diebus sex, quot à Zephyrini obitu Sedem Romanam vacâsse auctor est Anastasius, initium Pontificatûs Callistiani diei secundæ mensis Augusti affigit, quæ eo anno incidit in Sabbatum, ac dies electionis, ut Blanchinus opinatur, fuit : postera verò, eaque Dominica, ordinationis. Hinc verò computatis annis 5, mensibus 2, diebus 10, diem* S. Callisto *emortualem fuisse censet diem Octobris* XIII; *diem autem proximè sequentem, quo colitur, sepulturæ, uti etiam legitur in Anastasio, in Actis* S. Callisti, *& in Depositionibus Martyrum apud Bucherium*

à die 2 Augusti anni prioris usque ad 12 Octobris posteriori :

A *Bucherium pag.* 269. *Annos quinque menſes* 2, *dies* 10 *numerans, ac calculum finiens ad diem* 13 *Octobris, à decem illis diebus ipſum ordinationis diem ſeu tertium Auguſti excludit : malim verò cum Moretto eumdem decem iſtis diebus includere, quo pacto dies S. Pontifici emortualis fiet Octobris* XII, *& ad amuſſim ſibi mutuo concinent tum lapis vetuſtus à Blanchino citatus, tum Martyrologia Hieronymiana varia*, S. Calliſtum *non tantùm ad diem* XIV *Octobris, ſed etiam ad* XII *ſignantia ; illo quidem propter ſepulturam ſeu depoſitionem corporis ; hoc autem veroſimiliter propter obitum.*

repugnare quidem illa Actis videtur,

31 *Verùm, inquies, hæc Actis repugnat opinio, in quibus ſepultus à S. Aſterio* Calliſtus *dicitur die* XIV *Octobris, ab ejus nece* XVII. *Jam verò ſi à* XIV *Octobris dies ſeptemdecim (facto à* XIV *numerandi exordio) retrorſum numeres, dies Sancti emortualis cadet in* XXVIII *Septembris : hinc rurſum ſi retrorſum dies* X, *ad diem Septembris* XIX *retrocedes ; ablatiſque hinc menſibus duobus, ad diem* XVIII *vel* XIX *Julii anni* 222 *: demum à die* XIX *Julii anni* 222 *demendo annos quinque, incides in diem* XVIII *vel* XIX *Julii anni* 217, *qui dies poſterior Sabbati fuit & ordinationis*

B S. Calliſti *ſecundum Pagium ſuprà num.* 26 *citatum. Verba Actorum, quibus nituntur, infrà num.* 9 *ſic ſe habent :* Poſt dies verò decem & ſeptem (*à S. Calliſto in puteum, utì proximè dictum in illis fuerat, projecto*) venit presbyter ejus, nomine Aſterius, cum clericis noctù, & levavit corpus B. Calixti epiſcopi & honoriſicè ſepelivit in cymeterio Calepodii viâ Aureliâ pridie Idus Octobris. *Blanchinus amanuenſium librariorumque errori* dies *illos* decem & ſeptem *adſcribit, ac legendum putat* Poſtridie ; *ſed ea verborum immutatione uti non auſim, quòd neque Blanchinus exemplar Actorum ullum, in quo legatur* Poſtridie *afferat, neque ex tot codicibus tum impreſſis, tum Mss. invenire ſit ullum ; quod quidem ſciam, in quo* Calliſtus *poſtridie à nece ſua tumulo conditus fuiſſe legatur. Aliam igitur conciliandi cum Actis ſententiam, qua* Calliſtus *à die* 2 *vel* 3 *Auguſti anni* 217, *ad diem* 12 *Octobris anni*

C 222 *Sedem Romanam tenuiſſe ſtatuitur, inire mihi ſatiùs videtur, præeunte Moretto.*

eum bis tamen modo.

32 *Duplicem ſcilicet in his Actis ordinem diſtinguo, alterum verborum, alterum rerum, quem auctor Actorum potiſſimùm præ oculis habuit. Si ad priorem attendas, fatendum eſt, ſententiam mox relatam inter & Acta quantùm ad menſes dieſque initi depoſitique à* Calliſto *Pontificatûs neutiquam convenire : ſi verò ordinem rerum ſpectes, eaque verba* Poſt dies decem & ſeptem *non ad* Calliſti *necem, ſed ad id temporis, quo primùm captus, in carceremque conjectus torqueri* Calliſtus *cœptus eſt, retuleris, nihil quidquam oberit, quin die* XII *Auguſti vivere deſierit, &, illæſis Actis, relata paulò antè ſententia ſalva conſiſtat. Id autem intendiſſe auctorem Actorum, ex aliis horum locis erui videtur poſſe. Nam ex num.* 5 *Alexander, cùm audiſſet, Simplicium ejuſque familiam* Calliſti *operâ fuiſſe baptizatam, milites miſit, qui Simplicium, omneſque, qui in ejus domo ver-*

D

Quid feciſſe porro, ſi Actorum verba ſpectes, Alexandrum putes, cum captum quidem Calepodium presbyterum, ſed non Calliſtum, *præcipuum ethnicorum ad fidem Chriſtianam converſionis auctorem, audivit? An non juſſiſſe illum confeſtim, ut &* Calliſtus *perquireretur? Quid verò* Calliſtum? *An non hic, cum captum occiſumque presbyterum ſuum audivit, probè conſcius & ſe ad necem quæri, fugâ ſibi mox conſuluerit? Imò verò ; nam, ut Acta pergunt :* In ipſis diebus fugit B. Calixtus cum decem clericis ſuis & abſcondit ſe in domum cujuſdam Pontiani noctu. *Cur autem? niſi veroſimillimè ut ſe perquirentium militum manus effugeret? Poſt hæc, ut ad ejuſdem num. calcem Acta habent*, Calliſtus *S. Calepodii corpus* ſepelivit . . . in cæmeterio ejusdem ſexto Idus Maji. *Sequuntur proximè num.* 7. *verba hæc :* Ab eodem die cœpit Alexander curiosè quærere B. Calixtum epiſcopum. *Quem diem indicant verba iſthæc* ab eodem die? *ſi ordinem verborum ſpectes, utique ſextum Idus Maji : at ſi ordinem rerum & eventuum, veroſimilius Kalendas Maji, quo die Calepodium* tenuit *occidique Alexander juſſit, non quo* ſepelivit, *licet hujus proximè in Actis facta ſit mentio : alioquin enim, quod minùs credibile eſt, octidui ſpatium Alexander* Calliſto *indulſiſſe videretur, prolixum enim verò ſatis, ut fugâ ſibi, ſi cuperet, conſulere* Calliſtus *poſſet.*

E

hìç expoſita

33 *Porro ut Acta mox citata expreſsè meminerunt captivitatis S. Calepodii, ita &* S. Calliſti *num.* 7 : Et divulgatum eſt ei (*Alexandro, poſtquam fruſtrà aliquamdiu* Calliſtus *perquiſitus fuerat*) quòd eſſet in domo Pontiani juxta urbem Ravennatium : miſitque occultè » & tenuit eum » *Tum fame cruciatum, quotidie verberibus cæſum, multis diebus (à die* 27 *vel* 28 *Septembris uſque ad* XII *Octobris in hac quidem ſententia) in carcere maceratum, è feneſtra præcipitatum, ac tandem à S. Aſterio ſepultum tradunt Acta die Octobris decimo quarto, decimo autem*

F *ſeptimo, non ex quo in puteum præceps actus ſaxiſque fuit obrutus, ſed ex quo Alexander* tenuit eum ; *vero etenim admodum ſit ſimile, Actorum concinnatorem eodem modo locutum fuiſſe de* Calliſto, *quo de Calepodio. Sed & eumdem fere loquendi modum tenuit ad calcem Actorum, ubi de* S. *Aſterio ſic habet :* Poſt dies autem ſex tenuit Alexander Aſterium presbyterum : quem præcepit per pontem præcipitari : cujus ſanctum corpus inventum eſt in Hoſtia, & à quibuſdam Chriſtianis ſepultum in eadem civitate XIV Kalendarum Novembris. *Ubi verba illa* poſt dies ſex *non indicant, dies illos ſex numerandos eſſe à* XIV *Octobris, cujus proxime mentio facta fuerat, ſed aliquo die priore, ac veroſimiliter à die* S. Calliſti *emortuali : nam ſi à die* XIV *Octobris (hanc numerationi includendo) dies ſex numeraveris, non tantùm dies martyrii S. Aſterii in* XIV *Kalendarum Novembris, ſeu in* XIX *Octobris incidet,*

AUCTORE J. B.

incidet, ſed & dies ſepulturæ; cum tamen parum ſit veriſimile, S. Aſterium eodem die & Romæ captum, projectum in Tiberim, & inventum tumulatumque fuiſſe apud Oſtia Tiberina, milliaribus Italicis 12 *ab Urbe diſtantia.*

A

videtur rectè componi.

34 *Quod ſi verborum ordinem ſequaris, incidet quidem annus* Calliſti *pontificatûs primus in annum æræ vulgaris* 217, *poſtremus verò in* 222; *verùm à die* XIV *Octobris retrocundo per dies* 17, *fiet dies* Calliſti *emortualis dies Septembris* XXVII *vel* XXVIII *anni* 222 *: inde numerando annos quinque, menſes* 2, *dies* 10 *incidet numerandi finis in* XVII *vel* XVIII *Julii, quo nondum è vivis Zephyrinus exceſſerat; ac proinde hujus vicarium diebus aliquot egiſſe* Calliſtum *oporteret, ſeu Zephyrinus die* XXVI *Julii, ſeu* XXVI *Auguſti, ſeu* XX *Decembris obiiſſe ſtatuatur. Scio quidem idipſum legi in Catalogo Pontificum Romanorum Papebrochiano in Propylæo Maji pag.* 27, *ubi &* Calliſtus *ſucceſſor Zephyrini inſtitutus dicitur die* XVI *Decembris feriâ* VI, *ſexto à Zephyrini obitu die. Verùm vicariatûs, à* Calliſto, *ſuperſtite Zephyrino, geſti nulla eſt apud Anaſtaſium*

B *mentio, malimque, cum id fieri commodè queat, abſque vicariatu illo Calliſtiani Pontificatûs tempus aſſignare, niſi ſecus major fortaſſis ſuaderet auctoritas. Præplacet itaque eorum opinio, qui* Calliſtum *à die ſecunda Auguſti anni* 217 *uſque ad* XII *Octobris anni* 222 *ſediſſe opinantur; tum quòd Catalogo Bucheriano, cujus maxima hac in re debet eſſe auctoritas, tum lapidi vetuſto & Martyrologiis Hieronymianis ſuo loco citandis apprime congruat, ac cum ipſismet Sancti Actis conciliari queat. Non tamen eam velut certam amplectimur, cum certum non ſit, S. Zephyrini natalem in lapide à Blanchino memorato diei* XXVI *Julii rectè aſſignari, &, num in Hieronymianis Martyrologiis referatur* Calliſtus *ad diem* XII *Octobris, quòd eo die cœlo ſit natus, num ob aliam, quæ ſubeſſe potuit, cauſam, nequaquam conſtet.*

§ IV. S. Calliſti patria; incertum genus; geſta ante Pontificatum ignota; Quatuor temporum jejunia ab exordio Eccleſiæ ex conſuetudine Romæ obſervata, dein lege firmata.

C

S. Calliſti Romæ

QUi S. Calliſti *Paſſionem ſcripſit anonymus, ſatis habuit, ſi quæ ad illam proximè ſpectabant, poſteris traderet; neque quidquam de ejus patria, genere, & ante Paſſionem geſtis prodidit. Egregium ſanè virum fuiſſe tum ex ejus ſanctitate dimetiri licet, tum ex ſuprema univerſæ eccleſiæ dignitate, quam non ſine ingentibus meritis aſſecutum fuiſſe, par eſt credere: ſed id commune illi cum pluribus ſeu deceſſoribus ſeu ſucceſſoribus fuit; ad ea quæ ipſi propria fuerunt, accedamus. Quod ad ejus imprimis patriam genuſque attinet, id paucis hiſce verbis Anaſtaſius Bibliothecarius apud Blanchinum expedit :* Calliſtus natione Romanus ex patre Domitio de regione urbe Ravennatio : *quibus quidem verbis non modò ſolum ejus natale, ſed & Urbis tractus, in quo in lucem editus fuit, indicatur, hìc* Urbs Ravennatium *dictus. Auguſtus, teſte Suetonio in ejus Vita cap.* 49, claſſem Miſeni, & alteram Ravennæ ad tutelam ſuperi maris collocavit. Hi claſſiarii *inquit Alexander Donatus de Urbe Roma lib.* 3 *cap.* 21 venientes ad Urbem ibi ſtativa habebant, *Miſenates ſcilicet in loco* Caſtra Miſenatium *dicto, quem P. Victor in Regione Urbis tertia collocavit : Ravennates autem in* Caſtris Ravennatium. Quoniam verò, *pergit Donatus*, principatu cæſarum rariſſimæ expeditiones maritimæ, Ravennates claſſiarii frequentes erant in Urbe, ludiſque vela ducebant in theatro. Lampridius in Commodo : » Irritum » inquit » id cre- E
» dens (Commodus) à Populo Rom. à mi-
» litibus claſſiariis qui vela ducebant, in am-
» phitheatro interimi præceperat. » *Et ſanè, claſſiariis Ravennatibus perinde ac Miſenatibus locum aſſignatum fuiſſe proprium, res eſt & per ſe veroſimillima, & non ſolum à pluribus ſcriptoribus aſſerta, ſed à Moretto etiam cap.* 1 *num.* 34 *ſcitè confirmata ex marmorea baſi prope vaticanam Baſilicam S. Petri trans Tyberim effoſſa, cujus epigraphen ſuprà pag.* 406 *col.* 1. *videre eſt, ubi & Taciti auctoritatem allegavimus, & Tillemontii Actorum S.* Calliſti *fidem impugnantis argumento, ex his verbis,* urbe Ravennatium *petito, parum roboris ineſſe oſtendimus.*

forte è gente Domitia nati,

36 *Vix igitur dubitari poteſt, quin Romæ* S. Calliſto *natale ſolum obtigerit : at non ita certum, quod de ejus proſapia nonnulli opinantur : cenſent enim eum fuiſſe è gente Domitia, de quâ Suetonius in Nerone, ex eadem prognato, primùm quidem, quòd ejus pater dictus ſit Domitius; tum quòd in tranſtyberina regione, ùt Victor ſcribit, orti fuerint Domitii; iique in eadem regione fundos aliquos poſſediſſe videantur; quam in rem* F
affert Morettus monumenta quædam antiqua in regione Tranſtyberina anno 1744 *effoſſa, lateres nempe, quorum uni hi erant characteres inſcripti :* Primitivi Domitiæ Lucillæ. *Alteri :* Earini Domitiæ Lucillæ. *tertio :* CN Dom. M. . . valeat qui . . . *Pertinere quidem ſaltem harum inſcriptionum poſtremam ad gentem Domitiam, cum hanc in duas familias, Calvinorum & Ænobarborum, quorum hi (Ænobarbi)* ne prænomina quidem *ulla præterquam Cnæi & Lucii uſurparunt, diviſam fuiſſe legam, inficiari nolim; cum tamen* Domitii *aut* Domitiæ *appellatio non ita fuerit propria Domitiæ genti, quin & ab aliis familiis Romanis uſurpari potuerit, vereor, ut ex gente Domitia ſatus ſit* S. Calliſtus, *quamquam ejus pater Domitius ſeu Dometius dictus*

A *dictus fuerit, ac ipsemet* Callistus *in regione Urbis Transtyberina mundo sit editus : non exiguum sanè Domitiorum, Domitiarum & Domitillarum numerum exhibent Gruterianæ inscriptiones, uti in propriorum nominum cognominumque Indice videre est, quos omnes Domitianæ genti, nemo, ut reor, adscripserit, cum illic compareant Domitia Cassia, & Domitilla Postumia, quæ ad Cassiam Postumiamque gentes, à Domitiana diversas, verosimillimè referendæ sunt.*

annus natalis & ante pontificatum gesta latent:

37 *Nihil de anno, quo editus in mundum* Callistus *fuit, habemus, quod dicamus ; cum ea de re nihil nobis antiqui scriptores monumentave ejus ætati propiora tradiderint : id unum dicimus ex Moretto cap.* 1, *num.* 69 *& seqq. eum jam senem fuisse, cum Pontifex factus est, & ut talem fuisse exhibitum in vetustis illius imaginibus, quæ olim in basilicis Lateranensi & Vaticana visebantur, uti & in iis quæ exstant in S. Pauli & in S. Mariæ transtyberim, quam habes tom.* 2 *Maji pag.* 499 *: quibus num.* 74 *Morettus aliam vetustiorem addit sub initium hujus seculi in cæmeterio viæ Appiæ repertam, delineatamque in fragmento vitrei cyathi, quo prisci fi-*
B *deles, post sacros conventus solemniores convivia agentes utebantur. Nihilo plus nobis de rebus ejus, uti jam suprà innui, ante Pontificatum gestis reliquit antiquitas.*

Pontifex factus jejunia constituit triduana 4 temporum,

38 *Quod autem ad ea, quæ abs illo ad Pontificatum evecto, gesta sunt, Anastasius apud Blanchinum verbis suprà citatis continuò sequentia subjicit.* Hic constituit jejunium die Sabbati ter in anno fieri, frumenti, vini & olei secundum Prophetiam (quarti septimi & decimi.) *Catalogus Pontificum Henschenianus sæculo sexto Justiniani imperatoris tempore conscriptus in Propylæo Maji pag.* 48 *eadem verba habet, sed ibi legitur :* secundum Prophetam. *Ordo Romanorum Pontificum ex codice* 6381 *Vaticano sexcentorum annorum à Blanchino in Prolegomenis ad Vitas Pontificum edito pag.* XIX : Hic constituit ter in anno fieri jejunium die sabbati. *Baronius in Annalibus ad annum* 226 *non* ter, *sed* quater *legendum existimavit : nam, inquit,* Prophetia (*in libro Pontificali indicata*)
C Zachariæ est monentis quater in anno jejunium esse celebrandum. *Benedictus* XIV *institutione* 4 *num.* 3 *hæc etiam ex libro Pontificali verba affert,* constituit jejunium quater in anno fieri frumenti, vini, & olei gratiâ secundum prophetiam : *at simul monet in vetustissimo ejusdem libri exemplari Colbertino, uti & in eo, quod reginæ Suecorum fuit, legi ad hunc modum :* Hic constituit jejunium die Sabbati ter in anno fieri, frumenti, & olei gratiâ secundum prophetam, quarti mensis, septimi, & decimi. *Ita ut præferenda videatur lectio, secundum quam* Callistus *jejunium ter in anno celebrandum constituerit. Citata hìc Prophetia his verbis apud Zachariam cap.* 8 *v.* 19 *concipitur :* Hæc dicit Dominus exercituum : jejunium quarti, & jejunium quinti, & jejunium septimi & jejunium decimi erit domui Juda in gaudium & in solemnitates præclaras. *Observabantur olim à Judæis etiam quatuor jejunia, notante Duhamelio, primum quidem ob muros Jerusalem dirutos, secundum ob urbem incensam, tertium ob Judæos penitus è terra sua ejectos, quartum ob urbem à Nabuchodonosore obsessam : quorum morem Christianis, vel saltem Romanis imitandum constituisse dicitur* Callistus, *præscripto triplici aut quadruplici jejunio annis singulis, sed ob alium finem observando, nempe* frumenti, vini & olei gratiâ, *seu ut pro terræ frugibus debitæ Deo gratiæ agerentur, iis maximè temporibus, quibus terræ mandantur, matureſcunt, & colliguntur.*

AUCTORE J. B.

D

ab ecclesiæ exordio servari Romæ quidem solita,

39 *Jejunium quidem generatim acceptum in lege Nova (si sacras litteras spectes, semper in præcepto fuit ; particulare autem non item.* Ego in Evangelicis & Apostolicis litteris, *inquit Augustinus Ep.* 36 *ad Casulanum edit. Benedict., aliàs* 86, totoque instrumento, quod appellatur Testamentum novum, animo id revolvens, video præceptum esse jejunium. Quibus autem diebus non oporteat jejunare, & quibus oporteat, præcepto Domini vel Apostolorum non invenio definitum. *Ex generali illa jejunandi obligatione originem duxit inde ab ipso nascentis ecclesiæ exordio mos fidelium certis anni* E *temporibus diebusque jejunandi consuetudo; si non præcipientibus, certè suadentibus, approbantibus, vel laudantibus Apostolis. Inde consuetudo illa per pleraſque orbis ecclesias diffusa, de qua cit. Epist. Augustinus, jejunandi feriâ* IV *&* VI, *non certis dumtaxat mensibus, sed per integrum anni decursum. Inde & Romanæ ecclesiæ consuetudo, quâ non feriâ quartâ sextâque tantum, sed etiam sabbato jejunium observare per totius anni decursum solita olim fuit, uti ex his ejusdem Epist. verbis colligitur cap.* IV. Christianus, qui quarta & sexta & ipso sabbato jejunare consuevit, quod frequenter Romana plebs facit, in labore jejunii superabitur. *Tum verò etiam ex verbis Urbici seu Romani illius, adversus quem Augustinus ecclesiæ Africanæ feria quartâ & sextâ, at non sabbato, jejunandi morem tuebatur, quibus ille bidui per hebdomadam jejunium haud sufficere aiebat, nempe his :* Quomodo non cum Pharisæo damnabimur bis (*nempe tantùm*) in Sabba- F to jejunantes? *Haud alia fuit origo triduanorum jejuniorum, quæ mense quarto, septimo & decimo, id est, Junio, Septembri & Decembri observantur, ac tria constituunt ex iis, quæ* Quatuor tempora *nominantur : cujus originis testem habemus S. Leonem Magnum, qui sæculo* V *fuit. Sermone* I *de jejunio mensis* X *ita scribit :* Tria verò sunt, quæ maximè ad religiosas actiones pertinent, oratio scilicet, & jejunium & eleëmosyna, quibus exercendis omne quidem tempus acceptum, sed illud est studiosiùs observandum, quod Apostolicis accepimus traditionibus consecratum. *Sic serm.* 5 *de jejun. Mensis* VII : Quod enim dudum & traditio decrevit & consuetudo firmavit, nec eruditio ignorat, nec pietas prætermittit. *Neque verò hæc jejunia ab Apostolorum doctrina tantùm promanârunt ; sed ipsum etiam, quo à fidelibus observarentur, tempus assignatum ab illis fuit : sic enim Leo de jejunio septimi mensis serm.* 8 : Cui medicinæ, dilectissimi, licet tem-

AUCTORE J. B.

pus omne ſit congruum, hoc tamen habemus aptiſſimum, quod & Apoſtolicis & legalibus inſtitutis videmus electum, ut ſicut in aliis anni diebus, ita in menſe ſeptimo ſpiritalibus nos purificationibus emendemus.

A

ſed dein lege firmata,

40 *Ex quo Leonis loco id etiam eruitur, primævam triduana iſta menſis* IV, VII & X *jejunia obſervandi Romanæ eccleſiæ conſuetudinem, vel ab Apoſtolis fuiſſe præceptam, vel mitioribus inſtitutis Apoſtolicis præcepta, cùm adoleſcere cœpit, acceſſiſſe legalia : id quod ex aliis ejus locis erui videtur poſſe : ſic enim loquitur de jejunio menſis decimi Serm.* 9. Unde meritò diſpoſuerunt Apoſtolicæ ſanctiones, ut veterum jejuniorum utilitas permaneret, & licet Eccleſiæ conſuetudo prolixioribus ſe caſtigationibus exercere didiciſſet, amplecteretur tamen continentiæ ſanctificationem ex lege venientem. *ſerm.* 1. *de jejunio menſis ſeptimi :* Obſervantiam quidem veſtram, dilectiſſimi, ita novimus eſſe devotam, ut animas veſtras non ſolum legitimis, ſed etiam voluntariis jejuniis excolatis ; *ubi jejunia arbitraria, à legitimis ſeu lege præſcriptis, quale erat, de qua ſermo illi erat, jejunium ſeptimi menſis,*

B

apertè diſtinguit. Et denuò ſerm. 3. Sacratius *eſſe dicit*, quod publica lege celebratur, quàm quod privata inſtitutione dependitur : *unde concludit paulò poſt in hunc modum :* Ad hujus ergo invictæ unitatis potentiam, dilectiſſimi, etiam hoc nos ſolemne jejunium ſeptimi menſis invitat. *Ego verò concludo jam ante Leonis Magni ætatem, id eſt, ſeculo* V *medio tria ſaltem jejunia triduana ex iis, quæ quatuor tempora vocamus, vi legis latæ fuiſſe à Romanis obſervata, ſive ea lex ab Apoſtolis, ſive ab aliquo ex eorum ſucceſſoribus & Leonis deceſſoribus fuerit introducta.*

quatuor numero non excludendum jejunium vernum,

41 *Eadem porro lege comprehenſum fuiſſe etiam triduanum jejunium*, vernum *dictum, quod Quadrageſima ineunte celebratur, exiſtimo : nam rurſus ſerm.* 9 *de jejun. menſis ſeptimi idem ait :* Ideo enim ipſa continentiæ obſervantia, quatuor eſt aſſignata temporibus, ut in idipſum totius anni redeunte decurſu, cognoſceremus nos indeſinenter purificationibus indigere *: at quænam illa*

C

ſunt quatuor tempora ? Jejunium vernum in Quadrageſima, æſtivum in Pentecoſte, autumnale in menſe ſeptimo, hyemale autem in hoc, qui eſt decimus, celebramus, *docente id rurſum S. Leone ſerm.* 8 *de jejunio menſis decimi. Muratorius tom.* 2 *Anecdotorum pag.* 255 jejunii verni *nomine Quadrageſimam antepaſchalem ſignificari cenſet, non triduanum jejunium, quale nunc primâ Quadrageſimæ hebdomadâ obſervatur : verum cum triduana ſint tria reliqua, quæ commemorat Leo, jejunia, quid ni triduanum quoque fuerit eodem modo commemoratum illic jejunium vernum ? Maximè cum non dicat S. Doctor jejunium vernum ſeu* jejunium Quadrageſimæ ; *ſed jejunium* in Quadrageſima : *quæ binæ loquendi formulæ multum differunt : ſicut ergo, cum memorat Leo autumnale in menſe ſeptimo celebratum, non ſignificatur jejunium toto hoc menſe celebratum, ſed ad triduum reſtrictum ; ita & jejunium vernum hìc memoratum Quadrageſimali contractius eſt ;*

D

alioquin enim ſenſus Leonis æquivaleret huic : Jejunium Quadrageſimæ in Quadrageſima, *qui loquendi modus ab accurato elegantiſſimoque oratore illo omnino alienus eſt.*

quod initio Quadrageſimæ

42 *Et verò quid ni triduanum iſtud jejunium Leo memorâſſet, quandoquidem id, eo Pontificè, imò & antè in uſu apud Romanos fuerit ? Videſis Calendarium Romanum à Marteneo tom.* 5 *Anecdotorum editum, confectum verò ſeculo* IV, *vel ineunte ; ubi inter omnes anni ferias, quibus tum Romæ jejunari mos erat, quatuor tantùm reperies, quibus* XII *lectiones annectuntur, nempe ſabbatum hebdomadæ primæ quadrageſimalis col.* 7, *ſabbatum menſis* IV *col.* 79, *ſabbatum menſis* VII *col.* 81, *& ſabbatum menſis* X *col.* 82. *Præmittuntur tribus hiſce poſterioribus jejuniis Lectiones feriarum tantùm* IV, VI, *& ſabbati quod his tantùm hebdomadæ feriis jejunaretur ; at ſingulis hebdomadæ primæ quadrageſimalis, quòd his ſingulis jejunium ſervandum eſſet. Idem obſervare licet in eo Lectionario, qui* Liber Comitis *dicitur, apud Pamelium pagg.* 13, 36, 49, 58. *de cujus ætate ita ſcribit Mabillonius in Præfatione ad Lectionarium Gallicanum, num.* 7 : Haud ſcio, an ul-

E

lum Lectionarium hoc Gallicano antiquius : ſi fortè excipias librum Comitis, indicantem Lectiones ad uſum eccleſiæ Romanæ : quo de libro mentio fit in Charta Cornutiana, quæ Leone Auguſto IV, & Probiano coſſ. ſeu anno Chriſti CCCCLXXI data eſt. *Habent igitur quatuor illa ſabbata eumdem characterem in modò citatis libris, quibus ſingula diſtinguuntur à ceteris; & quemadmodum ſabbatum* XII *Lectionum triduanorum menſis* IV, VII & X *jejuniorum præcipuum diem denotat, ita & ſabbatum hebdomadæ primæ Quadrageſimalis,* XII *pariter Lectionum, triduani jejunii, quod Quadrageſimæ initio Romæ ſervabatur, diem præcipuum indicat : par enim character parem quoque arguit conditionem.*

uſque ad Gregorii I tempora ſervatum fuit:

43 *Tenuit autem ea jejunium triduanum vernum initio Quadrageſimæ obſervandi conſuetudo Romæ uſque ad S. Gregorii Magni tempora. Audi Egbertum, Eboracenſem ab anno* 732 *archiepiſcopum, tria per anni decurſum triduana jejunia, citata etiam S. Gregorii eam in rem auctoritate, à verno apertè diſtinguentem his verbis :* De primo menſe (*vide tom.* 6 *Conciliorum col.* 1609 *editionis Labbeanæ*) Dominus ait ad Moyſen : » Menſis iſte vobis principium, primus erit » in menſibus anni. » Et iterum Dominus ad Moyſen : » Obſervate menſem novarum » frugum, quando egreſſi eſtis de terra » Ægypti, legitimum in generationibus veſ- » tris. » Quod jejunium (*utique vernum*) Sancti patres in prima hebdomada menſis primi (*id eſt, Martii*) ſtatuerunt quartâ & ſextâ feriâ, & ſabbato, exceptis diebus, (*quibus per totam hebdomadam jejunandum erat*) quadrageſimalibus. Nos autem in eccleſia Anglorum idem primi menſis jejunium (ut noſter didaſcalus beatus Gregorius in ſuo Antiphonario & Miſſali libro, per pædagogum noſtrum Auguſtinum tranſmiſit ordinatum & reſcriptum

F

A scriptum) indifferenter de prima hebdomada Quadrageſimæ ſervamus. *Quod igitur alii primâ Martii hebdomadâ, feriâ* IV, VI *& Sabbato, cum hæc ſcriberet Egbertus, ſeculo integro & plus eo à Gregorii obitu, obſervabant triduanum jejunium, idem Angli primâ Quadrageſimæ hebdomadâ, ſive hæc cum hebdomada prima Martii concurrereret, ſive non, obſervabant & quidem ſecundum Gregorianos codices ab ipſomet S. Pontifice per S. Auguſtinum, Cantuarienſem epiſcopum, ad ſeſe tranſmiſſos, more ſcilicet antiquo. Quod ſi in Sacramentario Gelaſii apud Thomaſium pag.* 23 *& ſeq., utì & in Gregoriano apud Menardum pagg.* 39, 41, *&* 106 *menſis primi mentio fiat, id codices illos interpolatos fuiſſe indicio eſt.*

Fruſtra ſe-rius

44 *At propoſitum erat, inquit Muratorius, S. Pontifici jejunia per anni circulum ex Apoſtolica inſtitutione obſervanda enumerare: par ergo erat, ut à Quadrageſimali, quod omnium* maximum ſacratiſſimumque *appellat, enumerationem auſpicaretur. Propoſitum Leonis erat oſtendere, legem abſtinentiæ veri, æſtati, autumno, hyemi, atque adeò omnibus*

B *anni temporibus eſſe adſcriptam; quod aſſequebatur enumerando quatuor jejunia triduana iis anni cardinibus affixa: neque neceſſe erat, ut id aſſequeretur, ut jejunium Quadrageſimale, etſi maximum ſacratiſſimumque, quo de aliàs ſeorſim ſæpe tractárat, hoc loci tribus reliquis accenſeret. Ait dein Muratorius Leonem jejunia menſium ſeptimi, ac decimi, jejunium quoque pentecoſtes commemorare, feriam quartam, ſextam & ſabbatum tunc jejunio celebranda affirmare, ſed cum de Quadrageſima Sermones habet, omnino præterire ſingulare illud triduum, quod nunc in exordio Quadrageſimæ quatuor temporum nuncupamus jejunium. Rectè: agebat enim, quod agebat: de Quadrageſimali jejunio cum ageret, an neceſſe fuit, ut de triduano illo ageret? Rogat quænam cauſa intercedere potuerit, quòd à Quadrageſimali jejunio olim diſtingueretur jejunium, cum id in ipſa Quadrageſima eſſet incluſum? Eamet ipſa ob quam jejunium triduanum ſeriùs inſtitutum vir doctiſſimus ait pag.* 257 *& ſeq.*

C Quum verò æſtati, autumno, ac hyemi triduum jejunio tranſigendum aſſignatum fuiſſet, ut veris etiam tributum Deo redderetur, triduanum aliud jejunium verno tempore inſtitutum eſt, quippe Quadrageſimâ ipſâ non veris, ſed totius anni decimæ per jejunium ſummo Numini videbantur perſolvi.

id inſtitutum fuiſſe,

45 *Non tantùm igitur S. Leonis, ſed etiam S. Gregorii ætate (quid ni & S. Gelaſii?) Jejunium illud triduanum vernum in uſu fuit, quod* idem *fuiſſe Egbertus dicit, quod triduanum jejunium ab aliis gentibus obſervari ſolitum, & perinde ac hoc à Quadrageſimali diverſum. Ceterùm, quod ad modum, quo obſervatum fuit, ſpectat, is alius non videtur fuiſſe, ac modus, quo feriæ Quadrageſimales* IV, VI *& Sabbatum obſervari ſolebant: cum verò hæ neque ſeorſim plebi denunciarèntur, neque in Miſſa poſt Salutationem:* Pax Domini ſit ſemper vobiſcum *annunciarentur, mirum videri nequaquam debet, ſi id quoad jejunium vernum obſervatum haud fuerit, ſecus ac fieri menſe quarto, ſeptimo, decimoque conſueverat. Illud tamen ſingulare habet, quacumque demum id de cauſa ſit factum, jejunium ſabbati hebdomadæ primæ Quadrageſimalis, quòd jam inde à ſeculo quinto annexas ſibi habuerit Lectiones* XII *in Romano ſeculi* IV *aut* V *Calendario apud Marteneum Tom.* 5 *Anecdotorum col.* 70, *quod nulli alteri ex omnibus Quadrageſimæ feriis ibi contigit.*

AUCTORE J. B.

contendit Muratorius.

46 *Fruſtra igitur arguit Muratorius, triduanum veris jejunium tum nondum in uſu fuiſſe videri; Leonem verò de jejunio Quadrageſimali fuiſſe locutum, minimè verò de verno triduano. Fruſtra item in opinionis ſuæ præſidium concilii Cloveshemienſis, anno* 747 *celebrati, hoc teſtimonium affert:* Octavo decimo ſtatutum eſt mandato, ut jejuniorum tempora, id eſt, quarti, ſeptimi & decimi menſis nullus negligere præſumat, ſed ante horum initia per ſingulos annos admoneatur plebs, quatenus legitima univerſalis Eccleſiæ ſciat atque obſervet jejunia, concorditerque univerſi id faciant, nec ullatenus in hujuſmodi diſcrepent obſervatione, ſed ſecundum exemplar, (*à S. Gregorio I ad Anglos miſſum*) quod juxta ritum Romanæ Eccleſiæ deſcriptum, ſtudeant celebrare. *Tacitum enim jejunium vernum triduanum ejus concilii patres, quòd id veluti jejunii Quadrageſimalis partem conſiderarent, quidem volvere; ſed non è quatuor triduanorum jejuniorum per annum celebrari ſolitorum numero excluſum: nam idem triduanum jejunium, quod alii menſe primo obſervabant, hoc Angli ſecundum Gregorianum exemplar ad ſe tranſmiſſum hebdomada quadrageſimali prima* indifferenter, *ſeu nulla habita menſis primi ratione, obſervabant, teſte Egberto ſuprà citato, qui hoc ipſo, quo habitum Cloveshemienſe concilium fuit, tempore Eboracenſem in Anglia moderabatur eccleſiam.*

E

§ V. Quatuor temporum lex à Calliſto vel primùm inſtituta vel confirmata, ſeriùs in Occidente obſervata, & recepta.

F

Lex illa primitus

VErùm *quibus lex illa quatuor jejuniorum lata fuit? An orbi Catholico Occidentali (Orientalibus enim populis id in uſu haud fuit) univerſo? An Romanæ tantùm eccleſiæ, prout hæc particularis eccleſia eſt? Alexander Natalis in Hiſt. Eccl. ſeculi* 2 *diſſert.* 4 *art.* 4 *affirmat quatuor temporum jejunia ſeculo* V *ab univerſa Eccleſia religiosè fuiſſe obſervata; quam in rem congerit varios S. Leonis textus, quos inter hi præcipui: Serm.* 7 *de jejunio menſis decimi ait:* His autem converſionibus, dilectiſſimi, per providentiam gratiæ Dei addita ſunt ſancta jejunia, quæ in quibuſdam diebus ab univerſa Eccleſia devotionem obſervantiæ generalis exigerent. *Serm.* 4. *de jejunio ſeptimi menſis Cap.* 2. Quamvis autem unicuique noſtrùm

liberum

AUCTORE J.B.

liberum ſit voluntariis caſtigationibus proprium corpus afficere. . . . quibuſdam tamen diebus ab omnibus oportet pariter celebrari generale jejunium, & tunc eſt efficacior ſacratiorque devotio, quando in operibus pietatis totius eccleſiæ unus animus & unus eſt ſenſus. *Id quod etiam Serm. 3 de jejun. menſis ſeptimi his verbis facit :* Divinarum namque reverentia Sanctionum, inter quælibet ſpontaneæ obſervantiæ ſtudia, habet ſemper privilegium ſuum : ut ſacratius ſit, quod publicâ lege celebratur, quàm quòd privata inſtitutione dependitur. Exercitatio enim continentiæ quam ſibi quiſque proprio arbitrio indicit, ad utilitatem cujuſdam pertinet portionis : jejunium verò quod univerſa eccleſia ſuſcipit, neminem à generali purificatione ſejungit.

pro eccleſia univerſa

48 *At rectiùs Muratorius contendit, ibi* univerſæ & totius eccleſiæ *nomine non Eccleſiam toto orbe diffuſam, ſed Romanam, ùt una ex particularibus eſt, intelligendam eſſe : Leonem verò illic privatis Romanæ plebis jejuniis ultro ſuſceptis oppoſuiſſe, ac utiliora eſſe dixiſſe ea, quæ à Romana plebe publicè communiterque obſervabantur : ſequitur enim :* Publica enim præferenda ſunt propriis : & ibi intelligenda eſt præcipua
B ratio utilitatis, ubi vigilat cura communis ; *Et ſanè Leo, cum de Eccleſia univerſa per orbem diffuſa & Quadrageſimali jejunio, ubique terrarum obſervato, loquitur, luculentioribus minimeque ambiguis verbis utitur.* Saluberrimè nos, *inquit Serm. 5 in Quadr. Cap.* 3. quadraginta dierum jejunio præparemus. Non enim ii tantùm, qui per mortis Chriſti, reſurrectioníſque myſterium in novam vitam baptiſmo ſunt regenerandi, ſed etiam omnes populi renatorum utiliter ſibi & neceſſariè præſidium hujus ſanctificationis aſſumunt. *Serm.* 10 *Cap.* 1. Conſiderantes autem quidquid per crucem Domini adepta eſt univerſitas mundi, cognoſcimus ad celebrandum Paſchæ diem, meritò nos quadraginta dierum jejunio præparari. Non enim ſummos tantùm antiſtites, aut ſecundi ordinis ſacerdotes, nec ſolos ſacramentorum miniſtros, ſed omne corpus Eccleſiæ univerſumque fidelium numerum ab omnibus contaminatio-
C nibus oportet eſſe purgatum ; ut templum Dei, cui fundamentum eſt ipſe fundator, in omnibus lapidibus ſpecioſum & in tota ſuî parte ſit lucidum. *Serm.* XI *Cap.* 1. Appropinquante autem feſtivitate Paſchali adeſt maximum ſacratiſſimumque jejunium, quod obſervantiam ſuî univerſis fidelibus ſine exceptione denunciat.

non videtur lata fuiſſe

49 *Ad hunc fere modum diſſerit Muratorius, nec, ut mihi quidem apparet, ineptè : liceat tamen obſervationem addere ex ipſomet Leone pariter petitam. Serm.* 3 *de jejunio menſis ſeptimi præter verba ſuprà citata hæc præterea habet Cap.* 3. Pleniſſima autem peccatorum obtinet abolitio, quando totius eccleſiæ una eſt oratio & una confeſſio : *nonne & hìc Leoni ſermonem eſſe cenſeas de tota Eccleſia per orbem diffuſa ? Hanc tamen Leo ad ſolam eccleſiam, quæ Romæ erat, ac ejus concionibus intereſſe conſueverat, contrahit, ita proſequens :* Si enim duorum vel trium ſanctorum pio conſenſui omnia, quæ poposcerint, Dominus præſtanda promittit ; quid negabitur multorum millium plebi, unam obſervantiam pariter exequenti, & per unum ſpiritum concorditer ſupplicanti ? Totam, *inquam*, eccleſiam illam, *de qua paulò antè memineram, ad Urbis eccleſiam contrahit, niſi quis dicat, Leonem Eccleſiam totum per orbem diffuſam appellâſſe* (*languidè enimverò ac remiſsè*) multorum millium plebem, *quod à nervoſo aptiſſimoque Leonis dicendi genere, mea quidem ſententiâ, plurimùm abeſt.* D

ex Auguſtino,

50 *Sed quid ſi Leonis verba cum aliis antiquitatis monumentis conferantur ? Id ſi fiat, aut ad eum, quem dixi, modum interpretandus eſt, aut cum S. Auguſtino variarumque gentium faſtis committendus. Auguſtini ætate, quæ Leonis tempora haud multum anteceſſit, tantum abeſt, ut quatuor temporum obſervatio per orbem Chriſtianum ſeſe diffuderit, ut contrà orbis Chriſtiani pars longè major expers Romanæ hujus conſuetudinis fuerit. Audi Auguſtinum Epiſt.* 82 *num.* 14 *ſecundum editionem Benedictinam ad S. Hieronymum ſcripta :* Vellem, me doceret benigna ſinceritas tua, utrum ſimulatè quiſquam Sanctus Orientalis, cum Romam venerit, jejunet ſabbato, excepto illo die
Paſchalis vigiliæ : quod ſi malum eſſe dixe- E
rimus, non ſolùm Romanam eccleſiam, ſed etiam multa (*comparatè tamen ad ceteras orbis Chriſtiani eccleſias pauca*) ei vicina, & aliquantò remotiora damnabimus, ubi mos idem tenetur & manet. Si autem non jejunare ſabbato malum putaverimus ; tot eccleſias Orientis, & multò majorem orbis Chriſtiani partem qua temeritate criminabimur ? *Fateor equidem illic Auguſtino non de jejunio quatuor temporum, ſed Sabbati, Romæ qualibet anni hebdomada ſervari ſolito eſſe ſermonem : tradit tamen S. Doctor, Orientales & Chriſtianorum partem maximam integro anni decurſu Sabbato non jejunâſſe, niſi in Vigilia Paſchatis ſeu ſabbato ſancto : quod ſi hoc uno per annum ſabbato pars Eccleſiæ major jejunârit Auguſtini ætate, non jejunavit ſabbatis quatuor temporum ; alioquin & hæc S. Auguſtinus excepiſſet. Scripſit item Auguſtinus ad eumdem modum Ep.* 37, *aliàs* 36, *num.* 31. Hinc exorta eſt iſta in reginæ F
illius (*eccleſiæ*) veſte varietas, ut alii, ſicut maximè populi Orientis, propter requiem ſignificandam mallent relaxare jejunium, alii propter humilitatem mortis Domini jejunare, ſicut Romana & nonnullæ Occidentis eccleſiæ. Quod quidem uno die, quo Paſcha celebratur propter renovandam rei geſtæ memoriam, quâ diſcipuli humanitus mortem Domini doluerunt, ſic ab omnibus jejunatur, ut etiam illi ſabbati jejunium devotiſſimè celebrent, qui ceteris per totum annum ſabbatis prandent. *An qui ceteris per totum annum ſabbatis prandebant id temporis, jejunium triduanum, feriâ* IV, VI *& ſabbato ab eccleſia Romana celebratum obſervabant ?*

ex uſu eccleſiæ Mediolanenſis, &c.

51 *Si ab Oriente in Occidentem convertimur, occurrit inprimis in Italia Mediolanenſis eccleſia, cujus antiſtes S. Ambroſius Cap.* 10 *de Elia & jejunio num.* 34 *ait :* Quadrageſima

AUCTORE J. B.

A drageſima totis præter Sabbatum & Dominicam jejunatur diebus. *Non igitur Sabbato hebdomàdæ primæ Quadrageſimæ, aut menſis primi, licet hujus hebdomada prima in Quadrageſimam incideret; neque proinde jejunium vernum ibi in uſu erat; cujus, utì nec aliorum trium temporum, obſervationis veſtigium ullum in Eccleſiæ Mediolanenſis libris Miſſalibus, aut in Officiis eccleſiaſticis, aut in Ambroſianæ Miſſæ ritibus ſacris reperiſſe ſe Muratorius negat. Occurrit S. Philaſtrius, Brixienſis epiſcopus, S. Ambroſio æqualis, qui quidem cap.* 97, *quod de* hereſi de Zacharia propheta de jejunio *inſcribitur, quatuor in eccleſia jejunia per annum celebrari ait; ſed inter hæc numerat* tertium in Epiphania, *&* quartum in Pentecoſte, *nempe, ut paulò pòſt addit*, diebus decem, *quæ à jejuniis triduanis quatuor temporum tempore ſunt numeroque diverſa. Floruit in Hiſpania ſeculo* VII *ineunte S. Iſidorus, cujus ætate triduana quatuor temporum jejunia*
B *nondùm illuc erant invecta:* Quandoquidem, *inquit pag.* 254 *Muratorius,* Lib. I. cap. 36, 37 & ſeq. Eccleſiaſtica jejunia recenſens idem Iſidorus, quatuor memorat. Primum Quadrageſimæ, alterum » quod juxta canones poſt Pentecoſtem alio die inchoatur » tertium » quod decima die ſeptimi menſis celebrat eccleſia » & quartum » jejunium Calendarum Novembrium eſt. » Alia verò addit jejunia, videlicet Calendarum Januariarum, jejunium in Letaniis triduanis (*ſive Rogationibus*) & jejunium feriæ ſextæ, inter quæ non apparere quatuor temporum abſtinentiam à Romana eccleſia indictam nemo non videt. *Neque item apparet in Officio Mos-arabum, de quo apud Cardinalem de Aguirre Tom.* 3. *Conciliorum Hiſpaniæ pag.* 264 *hæc leguntur:* Celebratur etiam ſolenne jejunium tribus diebus ante feſtum Epiphaniæ juxta iſtud Officium . . . . . Celebratur item ſolenne jejunium cum Officio divino peculiari menſe Septembris tribus ante D. Cypriani feſtum diebus, pariterque menſe Novembris tribus ante D.
C Martini ſolennia diebus, utì videre eſt in Breviario poſt Dominicas Pentecoſtes. *Liturgiæ Mozarabicæ affinis Gallicana, quæ ante Caroli Magni tempora in uſu apud Gallos fuit, veſtigium nullum offert, unde obſervata ab illis fuiſſe quatuor tempora deducatur: ſed cum veteri Liturgiæ Gallicanæ Romana ſucceſſit, jejunium vernum, non diu ante in Galliis receptum, Carolus Magnus ſtabilivit:* Ut jejunium Quatuor temporum & ipſi ſacerdotes obſervent & plebi denuntient obſervandum, *ait Capitulare* I *capitulo* XI *apud Baluzium Tom.* I. *col.* 192. *Cum autem tot annorum, imò ſeculorum priùs ſpatia, quàm à ceteris Occidentis pleriſque populis obſervari Quatuor temporum jejuniorum cœpta ſit lex, effluxerint, indicio enimverò id eſt, Leonem locis citatis non de eccleſia per orbem Chriſtianum diffuſa, ſed de Romana fuiſſe locutum.*

ſed in Occidente recepta ſeriùs & dudum antè à Calliſto lata vel confirmata;

52 *Colligitur itaque ex hactenus dictis, Quatuor temporum jejunia à primis Eccleſiæ ſeculis Romæ quidem, at non ubique terrarum, obſervata fuiſſe, ſaltem ex pia Romanorum conſuetudine; quam è S. Leonis deceſ-*

ſoribus aliquis lege lata firmarit, diuque in eccleſia Romana obſervatam, tandem abs ſe pariter obſervandam ſuſceperint ceteræ per Occidentem eccleſiæ. Quæ cum ita veroſimiliùs ſe habeant, quid eſt, cur Anaſtaſio, legem hanc à Calliſto latam (quantùm quidem ad Romanos attinet) affirmanti fides deneganda ſit? Et quidem primus id Calliſtus *fortaſſe fecerit è Pontificibus Romanis, ſi Tertullianus, jam Montaniſtarum aſſecla factus, ſub S. Zephyrini Pontificatum de Catholicis lib. de jejunio cap.* 2 *& ſeq. verè ſcripſerit:* Certè in Euangelio dies illos jejuniis determinatos putant, in quibus ablatus eſt ſponſus (*feriam* VI *& Sabbatum Majoris hebdomadæ intellige*) & hos eſſe jam ſolos legitimos jejuniorum Chriſtianorum, abolitis legalibus & Propheticis vetuſtatibus. Itaque de cætero indifferenter jejunandum ex arbitrio, non ex imperio novæ diſciplinæ, pro temporibus & cauſis uniuſcujuſque. Sic A-
E poſtolos obſervâſſe, nullum aliud imponentes jugum certorum, & in commune obeundorum jejuniorum. *Cui Montaniſtarum exprobationi obviam ire ſuo de Quatuor temporum jejuniis decreto fortè voluit ea ſpe, ut Romanæ Eccleſiæ exemplum imitarentur ceteræ.*

quod aliunde notum habere,

53 *Quod ſi quæratur, unde Anaſtaſius, ſeculi noni ſcriptor,* hanc Calliſti *inſtitutionem didicerit, aſſentiri iis haud poſſum, qui id eum ex Calliſtiana ad Benedictum epiſcopum Epiſtolâ hauſiſſe, & quidem malè, ut Muratorius Diſquiſitionis de* IV *Temporum jejuniis Cap.* 5 *ait, intellecta ſunt arbitrati; quæ apud Labbeum Tom.* I *Conc. col.* 609, *ita incipit:* Jejunium quod ter in anno apud nos celebrare didiciſti, convenientiùs nunc per quatuor tempora fieri decernimus, ut ſicut annus per quatuor volvitur tempora, ſic & nos quaternum agamus jejunium per anni quatuor tempora: *quibus verbis jam olim ante* Calliſti *ætatem tria per annum jejunia obſervata fuiſſe,* Calliſtum *verò tribus antiquioribus*
F *jejuniis quartum (puta vernum) adjeciſſe adeò perſpicuè traditur, ut vero nequaquam ſimile fiat, adeò hæc ineptè pravèque fuiſſe interpretatum Anaſtaſium, ut ex illis eliceret tria iſta jejunia antiquiora* Calliſtum *habuiſſe auctorem; quod quo pacto fieri poſſit, haud video: imò verò Epiſtolam iſtam, ſi nota Anaſtaſio fuerit, tantùm abeſt, ut ſecutus fuerit, ut potiùs nihili eam feciſſe videatur. Habuerit igitur alios fontes Anaſtaſius, ex quibus* Calliſtum *tria ſaltem per annum jejunia inſtituiſſe didicerit, v. g. Romanorum Pontificum Catalogum ſeculo ſexto exaratum, quod Propylæi menſis Maji pag.* 48 *de hac* Calliſti *conſtitutione in hunc modum loquitur:* Hic conſtituit jejunium die ſabbati ter in anno fieri, frumenti, vini & olei, ſecundum prophetam, quarti menſis, ſeptimi & decimi; *iiſdem nempe verbis, quibus apud Blanchinium utitur Anaſtaſius, niſi quod hìc legatur:* ſecundum prophetiam.

quàm ex pſeudo-Epiſtola Calliſti potuit Anaſtaſius,

54 *Ceterùm, quamquam Epiſtola mox memorata tribus ante* Calliſti *ætatem obſervatis per annum temporibus quartum ſeu vernum, à* Calliſto *adjectum dicat, minimè tamen à ſententia noſtra dimovemur: E-*

AUCTORE J. B.

pistola enim illa sub seculum 8 *ab Isidoro Mercatore* Callisto *afficta, & ex aliis scriptorum* Callisto *recentiorum (uti & altera ad Galliæ episcopos scripta) centonibus consuta ab eruditis modò contemnitur tamquam spuria: legerat verosimiliter Isidorus ista tria jam dudum ab ecclesia Romana ante* Callistum *observata fuisse jejunia: cum autem & quartum seu vernum observari videret, nec tamen distinctam hujus usquam mentionem invenisset,* Callistum *sibi seligendum arbitratus fuerit, cui verni jejunii institutionem adscriberet; quod indicio est, existimâsse equidem Isidorum, id non recenter institutum, sed à multis antè suam ætatem seculis observatum Romæ fuisse; qua quidem in re illum sua non fefellit opinio: fefellit autem, cum Epistolam* Callisti *ad Benedictum episcopum scriptam credidit* XI Kal. Decembris, Antonino & Alexandro viris clarissimis consulibus, *id est anno* 222, *die* XXI *Novembris, quem anni istius diem S.* Callistus *haud vidit, die ejusdem anni* XIV *Octobris sepultus ex dictis suprà.*

eujus obscura quædam hac de re verba explicantur.

55 *Ast si jejunium quatuor temporum, ne verno quidem excepto, lege lata* Callistus *firmavit, cur Anastasius dixit:* Hic constituit jejunium ter in anno fieri? *Tenuit hìc mos diu Romæ, ut, quamquam hæc jejunia essent reipsa quatuor; cum tamen vernum initio Quadragesimæ esset affixum, vel in hanc plerumque incideret, tantum tria numerarentur, eò quod vernum cum quadragesimali confunderetur. Hinc, ait Murati Tom.* 1 *parte* 2 *de Quatuor Adventûs temporibus tit.* 2 *pag.* 832 *& seq.* In Sacrament. Gelasiano, seu lib. 1. Sacramentorum Romanæ ecclesiæ à Card. Thomasio edito num. 82 pag. 113 habetur denunciatio jejuniorum quarti, septimi & decimi mensis, & in eodem Sacramentario nulla fit mentio jejunii mensis primi, non alia profectò ratione, nisi quia hoc confundebatur cum jejunio Quadragesimali. *Rursus concilium pariter Cloveshovíense secundum, celebratum anno* 747, *recenset solummodo jejunium trium temporum dicendo:* » Octavo decimo statutum » est mandato, ut jejuniorum tempora, » id est quarti, septimi & decimi mensis » nullus negligere præsumat. » *quo tamen ipso tempore quatuor enumeravit Egbertus, Eboracensis archiëpiscopus suprà num.* 43 *laudatus. Dicit item Anastasius* Callistum *jejunium constituisse* die sabbati, *quòd sabbati dies, è tribus præcipuus esset, idque haberet præ cæteris proprium, quod duodecim illi essent Lectiones addictæ.*

Jejunium mensis IV *etiam mensis* Julii *dictum.*

56 *Jejunium mensis quarti seu Junii, dictum etiam fuit* jejunium Julii: *sic enim apud Balusium lib. capitularium legitur capit.* 186. Doceant presbyteri populum quatuor legitima temporum jejunia observare, hoc est mense Martio, Julio, Septembrio & Decembrio, quando sacri ordines juxta Statuta canonum distribuuntur: *quem loquendi modum secuti sunt decessores nostri, cum ante Tom.* 1 *Aprilis pag.* XXV *de* Callisti *decreto obiter ita scripserunt:* Decretum ejus putamus posse intelligi pro mensibus Julio, Septembri & Decembri, quibus successivè absolvitur collectio frumenti & olei; ad agendas Deo gratias, per quem uti dicitur Psalmo 4, ℣. 8 » à fructu frumen- » ti, vini & olei multiplicati » seu multipliciter ditati fideles recognoscerent acceptum beneficium. *Utrum verò decretum illud etiam jejunium vernum involveret, necne, intactum reliquerunt; neque in brevibus illis ad singulos Pontifices veteribus Catalogis insertos Observationibus rem hanc prolixiùs, ac ex instituto examinandi locus erat.*

§ V. Incerta quædam S. Callisti gesta; in obeundo Pontificis munere diligentia; cœmeterium ab illo conditum.

Num supersint,

QUamquam *S. Pontifex, ut superiore* § *dictum est, Quatuor temporum jejunia, jam dudum à Romanis observari solita, lege lata firmarit, nullas tamen libri Liturgici orationes jejuniis istis accommodatas propriasque suppeditant, quæ huic Pontifici certò adscribi queant. Verùm* Morettus *Disq.* 1. *cap.* 4 *precationes memorat, quas ab ore* Callisti *emanâsse non dubitat: harum prima in Basilica S. Mariæ trans Tiberim alibique in ejus Festo recitari solita his:* Beatus Calyxtus dedit orationem dicens: Deus, qui dispersa congregas, & congregata conservas, auge fidem & fiduciam da servis tuis. Per Christum Dominum nostrum: *altera his verbis concipitur:* Congreget Dominus triticum in horreum suum; paleas autem comburet igne. Per Christum &c. *Hanc item in Festo SS. Marii, Marthæ &c. Antiphonam ad Laudes recitandam exhibet, velut ex* S. Callisti *ore profectam:* Confortamini, nolite timere; Christus enim pulsat ostium nostrum. *Fontes etiam unde hæc profluxere Morettus indicat: Verba, quibus secunda oratio partim concipitur, ex Actis Passionis hausta sic habent num.* 5. Eadem horâ B. Palmatius misit ad Calixtum episcopum: & veniens baptizavit Felicem cum uxore sua Blanda. Videns hoc Simplicius, cecidit ad pedes Calixti dicens, ut cum omni domo sua baptizaretur: Tunc B. Calixtus episcopus fiducialiter dixit: congreget Dominus triticum in horreum suum. *Oratio verò primo, & Antiphona tertio loco memoratæ reperiuntur in Actis SS. Marii, Marthæ &c. apud Baronium tom.* 2 *Ann. Eccl. ad annum* 270 *num.* 4 *&* 5 *sic expressæ:* Posthæc verò Marius & Martha cum filiis adeunt locum in quo trans Tiberim in cœnaculo Christianorum multitudo psallerent & lætarentur. Eodem in loco erat episcopus, nomine Callistus: qui cum audisset pulsantes, dixit ad Sanctos: confortamini & nolite timere: Christus pulsat ostium nostrum; aperiamus ergo os nostrum, & confortati laudemus Dominum qui nos vocat. Et confestim ipse perrexit & aperuit ostium. Quem videntes illi, miserunt se ad pedes ejus, & cum se invicem

AUCTORE J. B.

A invicem cognovissent, gavisi sunt se invicem osculantes. Tunc beatus Callistus hanc dedit orationem : Domine Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, qui dispersa congregas, & congregata conservas, auge fidem & fiduciam servis tuis per Christum Dominum, qui vivit cum te Deo Patre omnipotente, & Spiritu Sancto in secula seculorum. Et responderunt omnes : Amen.

quæ ex ore Callisti promanarint,

58 *Leguntur quidem hæc in citatis Actis : at neutra neque ea antiquitate, neque auctoritate sunt prædita, ut ea ex ore* S. Callisti *profecta aliquando fuisse, certum efficiant : utraque enim, ut ut antiqua, à rebus, quas narrant, remotiora sunt, quàm ut ipsissima, quibus usi fuerint imperatores, præfecti, sanctique Martyres verba explorata illorum auctores habuerint ; sæpissimeque contigit, ut hujusmodi scriptores personas, de quibus agunt, eo modo loquentes inducant, non quo reipsâ locutæ sint, sed quo illas locutas fuisse ipsi sibimet in animum induxerunt. Neque verò ab hac labe immunem fuisse auctorem Passionis* S. Callisti, *ullus, ut reor, negabit, qui qualia Alexandro, nempe ab ejus indole & persona, ut supra* § 2 *dicebamus, omnino aliena, verba factaque adscripserit,*

B *rite perpenderit : unde suspicari non temerè possumus, fecisse illum quoad* Callistum, *licèt non tam ineptè, quod quoad Alexandrum. Quod autem ad Acta SS. Marii, Marthæ &c. spectat, non absimilis vero est Baronii conjectura, orationem* Deus, qui dispersa *dici solitam fuisse in adventu fratrum seu Christianorum : unde à* Callisto *episcopo ex more potiùs adhibita, quàm abs illo primùm excogitata videri potest. Deinde verò creditu admodum difficile est, Callistum illic memoratum à* Callisto *nostro non esse diversum ; quandoquidem hic in vivis esse desierit ex dictis supra, ita etiam tradente ipsomet Moretto, anno* 222 *imperatore Alexandro ; illum autem secundum Acta SS. Marii, & Marthæ &c. sub Claudio II, qui anno* 268 *imperii habenas sumpsit, tenuitque circiter biennium, vixisse necesse sit. Minime verò, inquit Morettus, id necesse est : ad duplicem enim epocham, quæ in Actis illis gesta dicuntur, referenda sunt : ad epocham imperii Alexandrini SS. Marii & sociorum Romam adventus, & quæ à* Callisto *gesta dicuntur ; ad Claudiani eorumdem martyrum cædes : quod si ita se haberet, martyrii coronam hi Martyres Romæ non adepti fuissent nisi post exactos*

C *illic annos circiter quadraginta sex : tam diuturna autem in urbe commoratio parum videtur similis vero, neque SS. Marii & Marthæ filii Audifax & Abbacuc, unà cum parentibus occisi, id ætatis habuisse videntur, ut sexagenarii fere fuerint, cum martyrium subierunt, quod tamen necesse foret ; quippe qui in Actis ab ipso in Urbem adventu parentibus suis Christianos carceribus detentos visitantibus, & martyrum corpora sepelientibus comites adjutoresque fuisse dicantur.*

orationes,

59 *Sed neque Asterius Martyr in iisdem Actis memoratus idem, contra ac Morettus opinatur, fuisse videtur, qui S. Asterius, qui S.* Callistum *sepulturæ tradidit, maximè si, ut suspicatur Morettus, qui SS. Marii & sociorum Passionem scripsit,* Callisti *nostri Acta præ manibus habuerit : in his enim non alio nomine venit quàm presbyteri, ac solus ob sepultum* Callistum *Romæ projectus in Tyberim, ac demùm Ostiæ sepultus dicitur. At verò Asterius in Actis S. Marii memoratus, ad fidem recèns conversus unà cum uxore numerosaque familia capitur, & post varia tormenta tandem unà cum suis, numero quadraginta sex, quòd ad avitam reverti superstitionem nollet, mortis sententiam subit non Romæ, sed ad Nymphas inter viam Corneliam & Portuensem milliario tertiodecimo, quæ, si collectim considerentur, aliam atque aliam personam indicare videntur : quod si alius hìc Asterius memoretur, cur non & alius (si vera hìc Acta putes) Callistus, qui, de quo num.* 57, *orationem protulerit ? Dubium itaque manet, num dicta oratio verè* S. Callisti *nostri fuerit, licet ejus fuerit inserta Officio. Pergo cum Moretto ad alia.*

Evodiumque Aniciensem ep. Romæ fu- fuscepesit, incertum :

60 *Oldoinus in Annotatis ad Ciacconium in Vita S.* Callisti *ait :* Evodium Anitii Aquitaniæ urbis episcopum Romæ (Callistus) excepit, redeuntique in Gallias Scrutarium in socium dedit, ac vicarium Sedis Apostolicæ ad illas regiones destinavit. *Evodium rectiùs Vellavensem episcopum nominasset, cum* Callisti *ætate nondum episcopalis civitas esset Anitium ; imò ne quidem S. Aurelii, Vellavensis sub seculi sexti finem episcopi, tempore, quo de agens Gregorius Turonensis ad annum decimum sextum Childeberti regis in hunc modum de Anitio loquitur :* Ingressus autem (*seductor quidam*) Vellavæ urbis termirum, ad locum, quem Anitium vocitant, accedit : & ad basilicas propinquas cum omni exercitu restitit, instruens aciem, qualiter Aurelio ibidem tunc consistenti episcopo bellum inferret. *Num videtur Gregorius Anitium appellaturus fuisse* locum, quem Anitium vocitant, *si jam in sedem episcopalem erectum fuisset ? An non castrum potiùs dicendum, quo S Aurelius concesserit, ut ingruentis multitudinis impetum tutiùs sustineret ? Oldoino partim consonat Catellius Monumentorum Historiæ Aquitaniæ lib. 2 cap. 12 scribens, Ruessii S. Paulianum, & priscos Vellavenses episcopos passim habitâsse, donec successor ejus S. Evodius B. Mariæ templum condidit in monte Anicio, tempore S.* Callisti. *Verùm hæc omnia parum certa sunt :* Quod Catellius scribit, *inquit Bollandus Tom. 2 Februarii pag.* 749, successorem ejus (*S. Pauliani*) Evodium circa tempora S. Callisti Papæ, tertio Christi seculo, ad novum Anicii montis oppidum migrâsse, veremur, ut certò firmari charactere queat. *Cointius in Annal. Eccl. Francorum ad annum* 508 *num.* 6 *ait :* Stante urbe Vellava sedes episcopalis translata est Anicium à S. Evodio, qui S. Pauliano in episcopatum successit. Errare eos credimus, qui translationem hujuscemodi factam putant ante ætatem Honorii Augusti ; qui sub seculi quarti exitum imperare cœpit. *Evodii ætatem Castellanus in Martyrologio Universali ad diem* 12 *Novembris illigat medio circiter seculo*

E

F

AUCTORE J. B.

quarto. *Dionysius Sammarthanus Tom.* 2 *Galliæ Christianæ anno* 1720 *Parisiis edito col.* 689 *in Annotatis in S. Evodium fatetur, nihil de Aniciensis ecclesiæ præsulibus constare usque ad S. Aurelium, qui sub finem seculi sexti vixit; dubitatque, an non S. Evodius S. Aurelio sit postponendus. Unde intelligere pronum est, quàm sint incerta, quæ de S.* Callisto *Evodium Romæ excipiente, eique Scrutarium comitem adjungente ab Oldoino traduntur.*

A

certius, sedulo illum incubuisse statis ordinationibus,

61 *Anastasius apud Blanchinum sic pergit de* Callisto *scribere:* Hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembrem, presbyteros XVI, Diaconos IV, episcopos per diversa loco VIII, *nempe annis* 217 *& quatuor sequentibus: quoad numerum à* Callisto *ordinatorum nonnihil inter se discrepant Romanorum Pontificum Catalogi: editus ab Henschenio presbyteros numerat quindecim, episcopos septem. Latent porro plerorumque à S. Pontifice ordinatorum nomina. Asterium, de quo in Actis SS. Marii & sociorum, non diu postquam hic veræ fidei nomen dedit, à* Callisto *ordinatum presbyterum fuisse Morettus opinatus est: verùm hic alius fuisse videtur ex dictis suprà ab Asterio, de quo in Actis* S. Callisti *: hunc vero à* Callisto *presbyteri dignitate auctum fuisse non absimile vero est; verùm non est, cur à* Callisti *decessorum aliquo id fieri nequiverit. Verum fortasse est, quod legitur in Chronico Atinensi tom.* 7 *scriptorum rerum Italicarum col.* 904 *&* 5 *:* Calistus sedit ann. 5. mens. 11 dieb. 10. Hic autem primo anno sui Pontificatus ordinavit in civitate Atina Dimitrium episcopum. *Mallem tamen id legere in scriptore magis antiquo (ad annum enim* 1356 *id Chronicum extenditur) accuratiore & minùs fabuloso. Chronicum hoc secutus Ughellus tom.* 6 *Italiæ sacræ auctæ col.* 423 *ait vix castigari posse. Neque magis certum est, quod Ciacconius & Ughellus tom.* 1. *Italiæ sacræ auctæ col.* 110 *de S. Hippolyto (vide tom.* 4 *Augusti Operis nostri pag.* 504 *& seq.; Tillemontium tom.* 3 *monumentorum eccl. pag.* 672*) tradunt, eum nempe à S.* Callisto *datum fuisse Portuensibus episcopum. Scripsit is quidem, Alexandro imperante, de Cyclo Paschali, ac crebrò episcopus Portuensis dictus legitur: verùm sedes ejus ignota S. Hieronymo fuit, in Catalogo virorum illustrium cap.* 61 *ita scribenti:* Hippolytus cujusdam ecclesiæ episcopus (nomen quippe urbis scire non potui) rationem Paschæ temporumque canones scripsit usque ad primum annum Alexandri imperatoris &c.

B

C

conventibus sacris, instituendis, baptizandis,

62 *Certum tamen est,* S. Callistum *Pontificiis muneribus accuratè seduloque perfunctum esse: conventus sacros, in quibus sacratissimum Christi corpus distribui, orationes laudesque divinæ institui, fideles instrui solebant, frequenter illum habuisse, intelligimus ex Passione num.* 1. Venerunt trans Tiberim in Urbem ad templum Ravennatium, & audierunt in quodam cœnaculo multitudinem Christianorum psallentem: inter quos erat Calixtus episcopus. *Num.* 2. Venit (*Palmatius*) trans Tiberim, ubi collecta erat multitudo Christianorum cum B. Calixto. *Num.* 3. Cucurrit (*Palmatius*) ad B. Calixtum in regione trans Tiberim .... in domum, ubi collecta erat multitudo Christianorum & cecidit ante pedes Calixti. *Discces item ex eodem num.*, Callistum *eos, qui ad Christi fidem accederent, voce propria instruxisse, juisque manibus sacro Baptismatis fonte abluisse: rursum enim ibidem legitur:* Et catechizavit eum ... Baptizavit autem & omnem domum Palmatii & uxorem & filios & promiscui sexus numero quadraginta duos. *Num* 5. Et veniens (Callistus) baptizavit Felicem cum uxore sua Blanda .... catechizavit omnem domum Simplicii, & uxorem & filios & familiam ejus; animas promiscui sexus fere sexaginta octo. .... Hoc audiens Alexander, quia multitudo hominum baptismum percepisset per B. Calixtum episcopum, misit exercitum militum *&c. Privato item vel in carcere positus corporis animique abstersit ulcera.* Tunc B. Calixtus (*num.* 8) eum baptizavit.

D

confirmandis ad fidem conversis,

63 *Nihil quidem de Sacramento confirmationis à S.* Callisto *collato memorant Acta, sed & hoc contulisse ad fidem conversis S. Pontificem, colligi ex veteri instituto potest, quo utrumque Sacramentum eodem tempore, uti ostendit Marteneus ex Tertulliano aliisque patribus de antiquis ecclesiæ ritibus lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 2, *conferri solebat: sed ex eo numero eximendus est fortè Privatus ob Christmatis, quo ungeretur, in carcere defectum. Refert Usserius de Britannicarum ecclesiarum primordiis cap.* 16 *pag.* 760, *visam abs se S. Florentini Vitam, in qua hic conversum à se baptizatumque unà cum familia Asterium confirmandum missse dicitur ad S.* Calixtum, eo tempore (*Claudii II*) Sedis Apostolicæ summum ac sanctissimum sacerdotem. *Ast id* Callisti *tempore accidisse meritò Usserius ipse affirmare non audet:* Verùm has rationes, *inquit,* interturbat, quod in Vita Florentini de Claudii cæsaris imperio præcesserat, multoque magis quod sequitur; Theodebertum & Clotharium eo tempore in Galliis regnavisse, S. Germanum Parisiensium & S. Gildasium Ruthenensium pontificem extitisse, Arianorum & hæreticorum perfidiam totam fere Aquitaniam polluisse, & ejus generis alia. Ut in tanta rerum & personarum confusione, quâ S. Florentinus ætate vixerit, dictu non sit proclive.

E

F

sepeliendis defunctorum corporibus, condito etiam

64 *Jam verò quantam, ùt debito cum honore defunctorum, præsertim verò eorum, qui sanguinem pro fide fuderant, sepelirentur corpora, curam gesserit, docet inprimis insignis ejus inveniendi corporis S. Calepodii in Tiberim projecti sollicitudo, & non sine ejus ingenti gaudio inventi honorifica sepultura, etiam cùm de vita sua quàm maximo in periculo esset.* In ipsis diebus, *inquit Passionis auctor,* fugit Calixtus cum decem clericis suis & abscondit se in domum cujusdam Pontiani noctu, rogans piscatores quærere corpus B Calepodii presbyteri. Quod inventum levantes de flumine, renuntiaverunt B. Calixto episcopo. Tunc gaudio repletus est. Quod corpus sanctum acceptum condivit cum aromatibus & linteaminibus, & cum hymnis, & sepelivit eum in cœmeterio

AUCTORE J. B.

A meterio ejuſdem, ſexto Idus Maji, *quo de cœmeterio Henſchenium Tom. 2 Maji pag. 498 conſule. Dotet item Anaſtaſius, cœmeterium ab ipſomet* Calliſto *ſepeliendis Chriſtianorum corporibus exſtructum; de quo hæc habet, poſtquam illum in cœmeterio S. Calepodii ſepultum dixit:* Et fecit aliud cœmeterium (*à Calepodiano, ſepulturæ ſuæ loco diverſum*) via Appia, ubi multi ſacerdotes & martyres requieſcunt, quod appellatur uſque in hodiernum diem cœmeterium Calixti.

hunc in finem ampliatove

65 *Celeberrimam hoc cœmeterium ſecundo ab Urbe lapide vià Appiâ, quà Româ Capuam itur, ſitum primò à* Calliſto *conditum fuiſſe nonnulli credidere: at communior hodie ſententia eſt, id* Calliſtum *tantummodò inſtaurâſſe vel ampliâſſe; utì cenſuit Aringhus Romæ Subterraneæ lib. 3. cap. XI num. 1.* Calliſtus igitur Pontifex, *inquit*, non quidem, ut nonnulli perperàm arbitrantur, cœmeterium hoc extruxit, ſed potiùs inſtauravit, quod ab ipſo poſtmodum Anaſtaſio, cæteriſque ſcriptoribus ob inſtaurationem videlicet, quam ipſe omnium noviſſimus aggreſſus fuerat, vulgo Calliſti cœmeterium nuncupatum eſt; *& Papebrochius Tom. 5 Junii pag. 437. num. 37.* Videtur Callixti cœmeterium continuatio ejus, quod extra portam Appiam viâ eadem pridem effoſſum
B fuerat: *favet huic poſteriori ſententiæ potiſſimùm, quod Anaſtaſius ipſe S.* Calliſti *deceſſores aliquot in eo, quod* Calliſtum *feciſſe ait, cœmeterio ſepultos ſcribat. De S. Aniceto ait:* Qui etiam obiit martyr & ſepultus eſt in cœmeterio Calliſti: *de Sotere:* Qui etiam ſepultus eſt in cœmeterio S. Calliſti viâ Appiâ: *de S. Zephyrino:* Qui etiam ſepultus eſt in cœmeterio ſuo juxta cœmeterium S. Calixti viâ Appiâ. *Dicebatur antea, ut ſcribit Papebrochius Tom. 5. Junii pag. 437 num. 37 Prætextati & è ſententia pluriam eruditorum, teſte Moretto Diſq. 1. cap. 4 pag. 98 in Annotatis ad litt. c,* pars erat Calliſtiani, *in eoque ſepulturam habuit ſecundum S. Alexandri Pontificis Acta S. Quirinus martyr, cujus martyrium anno 117 illigatur Tom. 1 Maji ad diem tertium ejuſdem menſis, id eſt, ſeculo integro ante S.* Calliſti *pontificatum.*

celeberrimo

66 *Inter martyres in* Calliſti *cœmeterio ſepultos numerat Aringhus SS. Sebaſtianum, Eutychium, Maximum, Tarſicium; inter*
C *pontifices SS. Anicetum, Soterem, Anterum, Pontianum, Fabianum, Cornelium, Lucium, Stephanum, Sixtum II, Dionyſium, Eutychianum, Melchiadem, Zephyrinum, Urbanum, Marcum & Damaſum. Refert item inſcriptionem in limine cœmeterii, quà ad dexteram templi partem itur, marmori inciſam, quæ ita habet:* Hoc eſt cœmeterium Calliſti Papæ & Martyris inclyti, quicumque illud contritus & confeſſus ingreſſus fuerit, plenam remiſſionem peccatorum ſuorum obtinebit, per merita glorioſa centum ſeptuaginta millium ſanctorum martyrum unà cum quadraginta ſex ſummis Pontificibus, quorum ibi corpora in pace ſepulta ſunt, qui omnes ex magna tribulatione venerunt, & ut hæredes fierent in domo Domini mortis ſupplicium pro Chriſti nomine pertulerunt. *Quidquid ſit de numero Martyrum illic nimiùm confidenter expreſſo, veriſſimè equidem abs Anaſtaſio dictum eſt, multos in eo cœmeterio ſacerdotes martyreſque quieſcere. Rectè item obſervat Florentinius ad diem 20 Januarii* Calliſti *cœmeterium à S. Cypriano Epiſt. 80 ad Succeſſum* cœmeterium *antonomaſticè abſque ullo additamento appellatum fuiſſe: Cypriani verò verba hujuſmodi ſunt:* Xyſtum (II) autem in cœmeterio animadverſum ſciatis octavo Iduum Auguſtarum die, & cum eo Quartum: *unde non ſolùm ejus celebritatem dijcas, verùm etiam, non excipiendis defunctorum corporibus tantùm fuiſſe exſtructum à* Calliſto, *ſed eò, perſecutionum tempore confugiſſe fideles, ut ſacros tutiùs conventus haberent; veroſimillimumque proinde eſſe, id à S.* Calliſto *altari ceteriſque ad eum finem neceſſariis inſtructum fuiſſe.*

extra Urbem cœmeterio:

67 *Franciſcus de Albertinis lib. 2 tit. de cœmeteriis ſacris aliud à* S. Calliſto *in Urbe exſtructum memorat:* Cœmiterium Calixti in Urbe apud eccleſiam ſancti Sixti: erat & aliud cœmiterium Calixti ad cathecumbas extra Urbem, ubi nunc eſt eccleſia SS. Fabiani
E & Sebaſtiani martyrum. *Aliud item* S. Calliſto *cœmeterium adſtruit Florentinius in Annotatis ad diem 12 Aprilis* in via Aurelia, diverſum, *inquit*, ab eo, quod viâ Appiâ Calliſti nomen retinuit. *Panvinius S. Calepodii cœmeterium à* S. Calliſto *dedicatum ait apud Morettum cap. 4 num. 86: ſed hos omnes Morettus faceſſere meritò jubet: quod enim Panvinius ait, omni antiquitatis teſtimonio deſtitutum eſt. Florentinius hæc Bucheriani Catalogi de S. Julio Pontifice verba:* Baſilicam (*fecit*) in via Aurelia, milliario III, ad Calliſtum, *perperam accepit, veluti de cœmeterio à* S. Calliſto *ibidem condito dicta; cum paulò ante rectiùs ſic illa interpretatus eſſet:* non quod ſepultus fuerit in cœmeterio Calliſti, quod erat viâ Appiâ, non Aurelia, ſed quod in baſilica, quam ipſe Julius conſtruxerat. *Quod autem Franciſcus de Albertinis ait & illorum temporum mori & legibus Romanis adverſatur.*

tantumdem de tranſlatis ab illo SS. Petri & Pauli corporibus dicere non audemus,,

68 *Anaſtaſius bibliothecarius in S. Cornelio ſcribit:* Hic temporibus ſuis rogatus à quadam matrona Lucina, corpora Apoſtolorum Petri & Pauli de catacumbis levavit
F noctu. Primum quidem corpus B. Pauli beata Lucina poſuit in prædio ſuo via Oſtienſi ad latus, ubi decollatus eſt. Beatus verò Cornelius epiſcopus corpus beati Petri Apoſtoli poſuit juxta locum, ubi crucifixus eſt inter corpora Sanctorum in templo Apollinis in montem aureum in Vaticano Palatii Neroniani. *Quod ſi S. Cornelius è catacumbis SS. Apoſtolorum corpora tranſtulit, quis illa eò, & qua occaſione detulit? Nam S. Gregorius Magnus in Epiſt. ad Conſtantinam auguſtam ſcribit, non diu ſaltem poſt Apoſtolorum necem corpora eorum furtim ab orientalibus fidelibus ablata, & ad catacumbas delata, Romanos reduxiſſe & in locis,* ubi nunc ſunt condita, *poſuiſſe. Tranſlationis per S. Cornelium patroni id à* Calliſto *factum contendunt, cum Heliogabalus, Romam ingreſſus id agebat, teſte Lampridio,* ne quis Romæ

AUCTORE J. B.

Deus nisi Heliogabalus coleretur, *elephantorum quadrigas* in Vaticano (*in quo S. Petri corpus quiescebat*) *agitabat*, dirutis sepulchris, *quæ obsistebant*, *aliaque ejusmodi moliebatur mentis haud sanæ imperator. Hanc in sententiam ivit Papebrochius tom* 5 *Junii in Analectis de SS. Petro & Paulo ad diem* 29 *ejusdem mensis; sed ab ea recedens ad diem proximè sequentem pag.* 535 *ejusdem tomi SS. Apostolorum corpora in catacumbis adhuc jacuisse scribit tempore Diocletiani, multis post S. Cornelii martyrium annis. Priorem quoque sententiam Morettus Disputatione singulari operosè propugnat; sed non ita, quin ea translatio, quam Baronius ad annum* 221 *aliique eruditi negant, adhuc maneat dubia; qua lite nondum decisa, pariter decidi nequit, num è Vaticano & Ostiensi conditoriis SS. Apostolorum corpora ad catacumbas* S. Callisti *operâ translata fuerint, nec ne; quod si reipsa Cornelius, aliusve sub hæc tempora Pontifex in pristinas sedes Sanctorum Apostolorum corpora retulit è catacumbis, eò à* Callisto, *ut Heliogabali injuriis, quas metuere prudenter poterat, subtraherentur, fuisse translata, non absimile vero arbitramur.*

B

§ VI. Ecclesia S. Mariæ trans Tyberim à S. Calisto condita: miracula, dum in vivis esset, patrata, ejusque martyrium.

Ecclesiam S. Mariæ trans Tyberim,

Persecuti hactenus sumus S. Callisti *gesta, prout ea in Blanchiniano Anastasio descripta sunt, in quo (sicut nec in Henschenianis & Papebrochiano Romanorum Pontificum catalogis) nulla fit mentio exstructæ ab eodem Pontifice ecclesiæ S. Mariæ trans Tyberim, quam tamen abs illo conditam passim ajunt, qui de Romanis ecclesiis scribunt; sed quamvis nihil ea de re mox laudati codices meminerint, meminit codex libri Pontificalis Vignolianus pag.* 39 *his verbis:* Hic fecit Basilicam trans Tiberim, quæ S. Mariæ appellatur: *uti & Veronensis apud Blanchinum tom.* 4 *in Prolegomenis pag.* 111. Hic fecit basilicam trans Tyberim: *meminerunt & codices alii, quos cap.* 5. *num.* 2 *Morettus laudat. Meminit etiam auctor catalogi tempore Liberii Papæ scripti in Julio, qui, Constantino imperatore, pontificatum gessit proximè ante Liberium, inter Julii fabricas conditam à S.* Callisto *ecclesiam sic recensens:* Basilicam trans Tiberim, regione XIV, juxta Callistum; *seu eo loci, ubi erat templum à* Callisto *conditum: denominabantur enim ecclesiæ vel à Sanctis, quibus erant dedicatæ, vel à conditoribus:* Quæ omnes, *inquit Panvinius de* VII *Urbis ecclesiis cap.* 2, quum ecclesiæ essent vel ædes sacræ, Deo & Sanctis dicatæ, denominationem sortitæ sunt vel à Divis in quorum memoriam vel honorem dedicatæ erant, ut S. Mariæ Transtyberim, S. Chrysogoni, S. Cæciliæ, S. Anastasiæ & similium: vel ab eis hominibus, qui ipsos titulos condiderunt, ut Callisti, Julii, Damasi &c. *Ex quibus efficitur, conditæ à* Callisto *S. Mariæ in Transtiberina regione ecclesiæ opinionem non meris conjecturis, aut sola libri Pontificalis auctoritate niti, contrà ac Tillemontio tom.* 3. *Monum. Eccl. pag.* 679 *Annotatione* 1. *in* Callistum *placuit affirmare. Accedit his de ædificata à* S. Callisto *S. Mariæ trans Tyberim ecclesia perpetua Romanorum traditio, quam Morettus confirmat ex antiquitatis monumentis, ut ex pervetusto Frontonis Kalendario sub septimi octavique sæculi confinia scripto; in quo legitur pag.* 43: Feriâ V (*post Dominicam* VI *Quadragesimæ*) ad S. Mariam trans Tyberim titulum Callisti &c. *ex veteribus ejusdem ecclesiæ chartis & Officiis, cardinalium subscriptionibus, Pontificum bullis, variisque scriptoribus, quorum verba exhibet Disquisitionis suæ cap.* 5.

C

70 *Ecclesiæ à* S. Callisto *conditæ mentionem Passionis auctor facere videtur; dum num* 1. *ait:* Venerunt in urbem ad templum Ravennatium, & audierunt in quodam cœnaculo multitudinem Christianorum psallentem: inter quos erat Calixtus episcopus cum clero suo: *quæ verba, sic intelligenda opinor, quasi dicat:* Venerunt in urbem Ravennatium ad templum, & audierunt in quodam cœnaculo &c., *ita ut* templi *nomine ecclesia à* Callisto *condita veniat, in eaque pars quædam,* cœnaculum *à Passionis auctore dicta, agendis Christianorum synaxibus seu conventibus designata atque accommodata fuerit. At quid ecclesiæ seu templo, dices, cum cœnaculo? Mirari desines, si ecclesiam illam popinam priùs fuisse, quàm in templum converteretur, animadverteris: ea enim ipsa ecclesia, seu templum, non aliud fuisse videtur, ac locus ille, quem sibi deberi caupones adversus Christianos contendebant, sed Alexander Christianis adjudicavit, rescribens, teste in ejus Vita Lampridio,* melius esse, ut quomodocumque illic Deus colatur, quàm popinariis dedatur. *Popinæ verò nomine hìc intelligo hospitium publicum, seu tabernam meritoriam, id est, locum in quo publicè hospites excipiuntur, esculenta & poculenta pretio venduntur quæstûs faciendi gratiâ, in cujus editiore parte cœnaculum, quod* Callistus *sacris Christianæ religionis usibus adaptarit, fuisse videtur. Locum hunc selegisse Callistus creditur, eò quòd insigni olim, ac, ut volunt, virginei partus, seu Nativitatis Christi prænuncio olim prodigio nobilitatum sciret: sic enim scribit Orosius lib.* 6 *cap.* 18: His diebus (*Octavio Augusto à Julii cæsaris nece imperante*) trans Tiberim è taberna meritoria fons olei terrâ exundavit, ac per totum diem largissimo rivo fluxit. *Exstat hodieque in S. Mariæ trans Tyberim prope aram maximam ad dexteram introeuntium foramen, quo oleum fluxisse traditio est, ferrea crate munitum, teste Moretto cap.* 6. *num.* 32. *Meminerunt hujus prodigii præter Orosium Dio Cassius, Eusebius Pamphili, aliique*

cujus fortè in Actis sit mentio,

D E F

A *ſcriptores his recentiores : Dio quidem Caſſius, ab Henrico Stephano excuſus anno* 1691, *lib.* 48 *pag :* 437 *his verbis :* Multa ante id tempus evenerant prodigia, idque inter alia, quod oleum apud Tiberim flumen ſcaturierat : *Euſebius verò his in Chronico, olympiade* 184 *:* È taberna meritoria trans Tyberim oleum terrâ erupit, fluxitque toto die ſine intermiſſione, ſignificans Chriſti gratiam ex gentibus.

condidit inter annum 217 & 222 ſub Macrino vel Heliogabalo

71 *Annus, quo S. Mariæ eccleſia à S.* Calliſto *condita, ſeu è popina publica in templum Chriſtianum converſa fuit, accuratè definiri nequit : id anno* 222 *factum oporteret, ſi, quod Baronius ad annum* 224 *num.* 5. *initium imperii Alexandri biennio, quàm par eſt, ſeriùs collocans ait, vi mox memorati reſcripti excitata fuerit : verùm eo reſcripto non videtur agi de loco publico, in quo Chriſtiana eccleſia eſſet excitanda, ſed quo excitata jam eſſet ; adeò ut eum locum Chriſtianis non conceſſerit primùm, ſed jam ab illis occupatum poſſeſſoribus ſuis noviſſimis reſcripto ſuo confirmarit Alexander, fortè adhuc cæſar. Equidem id poſtremum potiùs indicare videntur verba Lampridii, quæ integra accipe :*

B Quum Chriſtiani quemdam locum, qui publicus fuerat (*nempe popina publica*) occupâſſent, contrà popinarii dicerent ſibi eum deberi ; reſcripſit (*Alexander*) melius eſſe, ut quomodocumque illic Deus colatur, quàm ut popinariis dedatur, *quibus verbis agi videtur de loco jam à Chriſtianis occupato & poſſeſſo, de loco, qui publicus, ſeu popina publica fuerat, ſed jam talis non habebatur ampliùs ab ethnicis; in quo denique Deus jam colebatur. Adde* Calliſtum *cum Alexandro, menſe Martio anni* 222 *ad imperium evecto, menſibus tantùm aliquot, priuſquàm caperetur, vixiſſe, iiſque haud adeò pacatis, ut tum primùm de conſtruenda eccleſia ſollicitus fuerit ; cum vix ſuſcepto ab Alexandro imperii clavo, capti SS. Palmatius, & Simplicius fuerint & S. Calepodius gladio interfectus legatur in Actis num.* 6 *Kalendis Maji ejuſdem anni. Veroſimilius itaque eſt, conditam à* Calliſto *fuiſſe S. Mariæ trans Tiberim eccleſiam eo, quod ab anno* 217 *uſque ad Alexandri imperium fluxit, temporis ſpatio, imperante Macrino, vel Heliogabalo.*

C

publicè quidem notam, ſed mediocrem ;

72 *Ceterùm publicum Alexandri, litem Chriſtianis adjudicantis, reſcriptum fecit, tum ut S. Mariæ eccleſia evaſerit publica, tum ut in ea Chriſtiani Deum ſecuri colerent, ita ut etiam de via, utì Acta num.* 1. *inſinuant, ſacri eorum cantus audirentur. Non enim non nota ethnicis eſſe potuit, quam, his ſcientibus ac obnitentibus, Alexander Chriſtianis addixerat, ſeu potiùs confirmaverat, neque ignorare poterant ethnici eodem reſcripto conceſſiſſe Chriſtianis Alexandrum, ut Deum in ea ritu Chriſtiano colerent : Chriſtianos autem, impetrata ab Alexandro facultate moderatè ac abſque oſtentatione, ſic ut clauſis valvis & in ſuperiore eccleſiæ parte, utì in occultis eccleſiis fieri conſueverat, uſos fuiſſe, quis ambigat ? Quæ cum fieri non æquis viderent oculis jurifconſulti aliique Chriſtiani nominis infeſtiores hoſtes, credibile admodum eſt, cœpiſſe Chriſtianos criminari & perſequi. Quod autem ad eccleſiæ S. Mariæ* Calliſti *tempore ſtructuram attinet, neque prorſus humilem, nec admodum magnificam fuiſſe crediderim ac talem fere, qualem Morettus cap.* 5 *num.* 60 *deſcribit :* Baſilicam, *inquit,* Calliſtus ad formam ceterarum vel ſub perſecutoribus communiùs erectarum compoſuit : domorum ſcilicet, quas Lucianus, ſive autor Philopatrides his verbis deſcripſit legendis Tom. II Operum Luciani p. 1007 edit. Salmurienſis &c. » Pertranſivimus ferreas » portas & ænea limina, multiſque ſupera- » tis ſcalis, in domum aurato faſtigio infig- » nem (εἰς χρυσόφορον οἶκον ἀνήλθομεν) aſ- » cendimus, qualem Homerus Menelai fingit » eſſe. Atque ipſe quidem omnia illa contem- » plabar, quæ inſularis ille (Telemachus) » adoleſcens. Video autem non Helenam me » Hercule, ſed viros in faciem inclinatos & » palleſcentes &c. » id eſt, Chriſtianos modeſtiſſimo ſtatu ac tacitè orantes. *Verùm hæc de eccleſia inter eas, quas Deo ejuſque Genitrici publicè quidem excitatas Roma vidit, & præter quam non condidit aliam ex domo paterna, ut nulla fultus auctoritate Oldoinus ſcripſit, dicta ſint ſatis. Plura, qui volet, Morettum conſulat. Meminit idem ſcriptor cap.* 7 *num.* 96 *duarum imaginum (quarum altera, B. Mariæ de Clementia, in eccleſia ejuſdem B. Virginis trans Tyberim, altera apud moniales SS. Dominici & Sixti religiosè colitur) quas* Calliſtianas *eſſe nonnulli opinati ſunt ; ſed nullam à* Calliſto *fidelium oculis expoſitam cenſet eſſe credibilius, pro pontificum primis eccleſiæ ſeculis in ſimilibus rebus circumſpectione.*

D

E

Urbanum in carcere non videtur ordinaſſe ;

73 *S. Urbanus,* Calliſti *ſucceſſor proximus in Catalogo Pontificali Papebrochiano pag.* * 27 *Propylæi Maji legitur fuiſſe* ordinatus in carcere à Calliſto vicarius ; *verùm ſic anni Pontificatus utriuſque diſponi ordinarique poſſunt, ut ad vicariatus munera, quæ ab iſtis Pontificibus geſta ſint, recurrere non ſit opus : vicariatus in iſto quidem Catalogo aliàs item ſatis frequentes occurrunt, quod tamen in aliis paſſim non ſit, quos, quidquid reipſa de iſtis vicariatibus ſit, lubentiùs ſequor, quòd nulla me ſecus agendi neceſſitas urgeat. Deinde verò ſi S.* Calliſti *Paſſionem num.* 7 *conſulamus, vix fieri potuiſſe videtur, ut in carcere Urbanus ordinaretur à* Calliſto, *ad quem, excepto forſan primo captivitatis quatriduo, acceſſus non patebat ne noctù quidem : cautum enim erat,* ut ſi quis ad eum noctu veniret, occideretur. *Præterea S. Urbani in carcere ordinatio ſecundum Papebrochianum Catalogum facta fuerit die* XIII *Junii ; ſed veroſimiliùs à captivitate* Calliſti, *die* XII *Octobris occiſi, uſque ad ejus ſepulturam dies dumtaxat effluxiſſe decem & ſeptem, dictum eſt ſuprà num.* 29 *: ex quo in* S. Calliſtum *manus nondum fuiſſe injectas conſequitur, labente menſe Junio. Fateor S.* Calliſtum *ſecundum Acta poſt primum captivitatis ſuæ quatriduum, ſi ita vis,* diebus multis *fuiſſe emaceratum : fateor item ex noſtro calculo ſub diem* XXVIII *Septembris in carcerem fuiſſe conjectum : ſed opinor ſimul, dies decem, vel à primo captivitatis quatriduo uſque ad S.* Calliſti *necem elapſos, ſat fuiſſe numero mul-*

F

AUCTORE J. B.

tos, ut verè Calliſtus diebus multis *in carcere maceratus abs Paſſionis auctore diceretur, ſaltem comparatè ad SS. Simplicium, Calepodium, Aſterium, qui vix capti, & Privatum, qui vix à S.* Calliſto *ſacris undis ablutus, ſubiere martyrium.*

miraculis clarus

74 *Certius eſt,* S. Calliſtum, *cum in terris adhuc degeret, non uno prodigio divinitus fuiſſe decoratum : mirum verò haud eſt, ſi nullius, quod ante Paſſionis ejus tempus fortaſſe contigerit, notitiam habeamus ; cum Pontificum catalogi nonniſi breviſſimè præcipua ejus geſta, eaque admodum pauca, perſtringant ; auctor verò Paſſionis eâ, quæ ante hanc inchoatam Pontifex geſſit, planè non attingat. In his autem, quibus* Calliſtum *à Deo illuſtratum prodigiis Paſſionis ejus ſcriptor ait, ſunt milites decem ad rapiendos Chriſtianos unà cum* Calliſto *in quodam cœnaculo divinis laudibus vacantes miſſi, & cœcitate percuſſi num.* 2 ; *Julianæ à dæmone arreptæ teſtimonium :* Deus Calixti ipſe eſt Deus vivus & verus *num.* 3 ; *apparitio S. Calepodii S. Pontificem in ærumnis ſuis ad conſtantiam animantis,* B *& paratam illi æternæ beatitudinis coronam denunciantis num.* 7 ; *S. denique Privatus miles, ulceribus plenus, & à* S. Calliſto, *collato eidem ſacro baptiſmate, prodigiosè mundatus. Pluribus quidem S. Pontifex poſt vitam miraculis inclaruit, ſed de his alibi ſuus erit dicendi locus. Nihil hìc de virtutibus, quibus maximè enituit, dico, quæ ex ejus tum Geſtis, tum Actis colligi haud difficulter poſſunt. Nunc de ejus martyrio, quo illis coronam numquam interituram impoſuit, dicendum.*

martyrium ſubiit,

75 *Admittunt S.* Calliſti *martyrium non modò recentiores critici paſſim, ſed & inter hos etiam ceteris rigidiores, quorum certè numero adſcribendus Tillemontius, qui tom.* 3 *Monum. Eccl. pag.* 681 *Annotatione* 3 *deditâ operâ illud adſtruit, quamquam non tot Martyres, Alexandro imperatore, quot paſſim aliorum ſcriptorum opinione circumferuntur, paſſos fuiſſe contendat. Teſtantur idem Martyrium perennis Romanorum traditio, libri Liturgici, Kalendaria, Martyrologia tum antiqua, tum recentiora ingenti numero, & remotiſſimæ antiquitatis monumenta. Ex his unum* C *alterumque hoc quidem loci in medium protuliſſe ſufficiat. Catalogus Pontificum tom.* 1. *Aprilis pag.* 24, *ſub finem ſeculi* V *ſcriptus elogio* S. Calliſti *diſerta hæc verba inſerit :* Hic martyrio coronatur ; *quod non ex proprio ingenio aut opinione, ſed ex antiquioribus Faſtis didiciſſe Catalogi citati auctor omnino cenſendus eſt. Idem eſto judicium de auctore Indiculi ſeu Kalendarii à Bucherio editi, & ſub medium ſeculum* IV *confecti, qui cùm breviſſimi Kalendarii principio hunc titulum præfixiſſet :* item depoſitio Martyrum, *ſub ejuſdem Kalendarii calcem iſta ſubjecit :* Menſe Octobri. Pridie Idus, Calliſti, in via Aurelia, milliario III. *Quis martyr Calliſtus die* XIV *Octobris Romæ cultus ſepultuſque viâ Aurelia milliario* III, *niſi Sanctus ille, quo de agimus, Pontifex ? Vides itaque jam ſeculo* IV *habitum fuiſſe pro martyre, quid ni & ipſomet, quo martyr effectus eſt, ſeculo* III ?

quod immeritò Baſnagius

76 *Facere tamen non potuit Baſnagius,* D *quin in Annalibus politico-eccleſiaſticis ad annum* 219 *num.* 6 Calliſti *martyrium falſi ſuſpectum haberet ; licet* Calliſtum *pro martyre haberi ab eruditorum plurimis cum Baronio ; licet ut talem memorari in Kalendario Bucherii, ac in Martyrologio Roſweidi legi :* Romæ Calliſti Papæ & Martyris, *non ignoraret. Ut quid igitur ita cenſuit ? Quia nihil de* Calliſti *martyrio Euſebius memorat, ſive in Chronico, ſive in Hiſtoria : quia non is erat Alexander, qui tot martyres mortis ſupplicio perderet ; quia Maximini inter & Severi imperium pax Chriſtianis fuit, teſte Sulpicio : quia latas à Severo perſecutionis leges revocavit. Euſebius neque* Calliſtum *ſanctum uſquam dixit, neque omnes, quotquot vel in Oriente vel Occidente fuerant, cum ſcriberet, martyres memoravit ; in ſuſpicionem falſi ergo* Calliſti, *non dico martyrium, ſed vel ejus ſanctitatem, de qua nemo dubitavit, adducat. Adducat martyres omnes, Euſebio antiquiores, quorum nullam fecit mentionem. Num Alexander in Chriſtianos magìs, quàm in propriam uxorem pronus fuit ? In ſuſpicionem falſi igi-* E *tur adducat Herodianum, cum eam in exilium pulſam narrat, invito licet ipſomet Alexandro. Pax Chriſtianis fuit, imperante Alexandro : ergo nuſquam terrarum, hoc vel illo particulari loco turbarum aliquid excitatum adverſus illos fuit. Factum eſt ſcriptoris imperitiâ, ut facta quædam dictaque, minùs credibilia, dum ejus martyrium deſcribit, Alexandro affinxerit : ergo ipſummet* Calliſti *martyrium meritò ſuſpectum eſt. Alexander Chriſtianos eſſe paſſus eſt, fovit, imò, ſi ita vis, perſequi vetuit : ergo hoc ejus mandatum ab omnibus ubique ſanctè inviolateque ſervatum eſt. Huc Baſnagii recidit argumentandi ratio, quam à prudenti, verique amante viro admiſſum iri non exiſtimo. Quid interim Baſnagius ad Kalendaria, quæ ſibimet objicit ? Nihil prorſus ; niſi fortè, quod Bucherianum venerandæ antiquitatis monumentum* parvulum Kalendarium *appellet, quaſi hujuſmodi monumenta à mole ſua pretium habeant.*

falſi ſuſpectum habet.

77 *Non ut me Baſnagius vel ejus aſſeclæ audiant, poſtulo : ſed adeant Acta Martyrum ſincera & ſelecta Ruinartii ; illic pag.* 18 F *invenient S. Symphoroſam cum ſeptem filiis ; dein S. Felicitatem item cum filiis totidem martyrio procul dubio, quamquam Euſebius earum nuſquam meminerit, coronatas : invenient pag.* 59 *S. Irenæum epiſcopum Lugdunenſem & martyrem, de quo multo plura, quàm de* S. Calliſto *Euſebius ſcripſit lib.* 5 *cap.* 4, 20, *&* 26, *nulla ejus martyrii mentione facta. Novi Baſnagium S. Irenæi pariter martyrium vocare in dubium ; ſed Gregorio Turonenſi tum alibi, tum lib. de gloriâ Martyrum cap.* 50 *id verbis hiſce affirmanti :* Cui (*Photino martyri*) & merito & Sanctitate condignus Irenæus ſucceſſit epiſcopus per martyrium & ipſe finitus, *credere ſatiùs longè eſt, quàm Baſnagii conjecturis. Quid ? An non Sixti II martyrium, ut debet, admittit ? An non illum S. Stephano ſucceſſiſſe ait Euſebius lib.* 7 *cap.* 5 *Hiſt. Eccl., nec tamen uſquam martyrem dicit ? Quemadmodum itaque ex Euſebii ſilentio Xyſtum*

AUCTORE J. B.

A *Xyſtum II martyrem non fuiſſe malè quis argueret, ita nec audiendus, qui ex eodem S.* Calliſtum *martyrem fuiſſe negat, vel ideò, quòd uterque Bucheriano Opuſculo, cui titulus,* Depoſitio martyrum, *legatur inſcriptus,* Calliſtus *ad diem* XIV *Octobris, Sixtus verò ad* VI *Auguſti, quibus jam antea, ut martyres, honorari, colique Romæ ſolebant.*

Tillemontius, etſi Acta non probet, Calliſti tamen admittit martyrium,

78 *Conſulant Tillemontium Tom.* 3 *Monum. eccl. pag.* 251, *ubi ait :* Verùm illa (*eccleſiæ, de qua Sulpitius & Tertullianus, pax*) haud impedit, quo minùs aliquot ſub Alexandro martyres eſſe potuerint, ſicut ſub Philippo, qui Chriſtianus habebatur, & vel ſub imperatoribus, qui Eccleſiam vehementiùs protegebant, fuerunt ſive populi tumultu, ſive aliis eventibus quibuſdam; *quos inter numerare fas eſt, ſi quando accideret* (*uti accidit Alexandro*) *ut ii, quorum operam ſibi aut omnino neceſſariam, aut ſummè utilem principes ethnici credebant, animo eſſent Chriſtianæ religioni infenſiore. Legant Admonitionem Ruinartii in martyrium* S. *Marini militis, quæ pag.* 294 *ſic ſe habet.* Ex hujus beati viri martyrio patet, quàm parum tuta fuerit, quamdiu principes ethnici Romanum imperium tenuere, Chriſtianorum vita. Hic enim

B glorioſus miles, pace Eccleſiæ imperatoris edictis confirmata, in præcipua provinciæ civitate, ſine ullo gentilium ſacerdotum aut populorum tumultu, à judice ordinario, ob ſolam Chriſtiani nominis confeſſionem capite plexus eſt : *ſed neque negligant, ut id obiter moneam, ejuſdem Ruinartii in Aſturium, ſeu Aſterium, Romanæ urbis ſenatorem Annotatum hoc :* Nihil de ipſius martyrio habet Euſebius, ſed miraculum inſigne ab eo patratum refert cap. ſequenti, *puta* 17, *lib. 7. pag.* 264 *editionis Valeſianæ. Legant rurſum Tillemontium, qui ſanè Acta S.* Calliſti *haud nimiùm benignè habuit, tom.* 3. *pag.* 681 *ita diſſerentem :* Quamquam hæc (*varia, quæ paulò antè enumerarat, Paſſionis Calliſtianæ adjuncta*) falſa videantur, rarò tamen videas, Acta de ſancto quopiam ut martyre fuiſſe compoſita, niſi talis reipſa

C fuerit, aut aliquid ſaltem pro J. C. tulerit. *Imitentur denique hìc ipſummet Baſnagium, qui cum in Actis S. Cypriani Martyris quædam minùs ſincera ſibi viſus eſſet reperiſſe, ad annum* 258 *num.* 12 *materiem à forma ſecrevit, martyrium amplectens, ornatum autem temerè aliunde adjectum reſpuens : martyrium* S. Calliſti *agnoſcant : adjuncta falſa aut vero minùs ſimilia pro meritis carpant.*

cujùs S. Privatum

79 *Porro eodem, quo* S. Calliſtus, *alio tamen mortis genere, die pariter martyrii lauream Privatus miles adeptus eſt, quantùm ex Actis* S. Calliſti *num.* 8 *colligere fas eſt. Inſcriptus is eſt Martyrologio Romano ex his Actis ad diem* XXVIII *Septembris, quo etiam de illo actum eſt in Opere noſtro Tom.* 6 *ejuſdem menſis pag.* 59 *& binis ſeqq. Ratio, cur ad eum diem inſcriptus Romano Martyrologio ſit, haud alia fuit, quàm quòd Baronius, eo die* Calliſtum, *ac proin etiam Privatum, ex hac vita migraſſe cenſuerit, numerando retrorſum à die* 14 *Octobris, qua ſepultus* Calliſtus *fuit, uſque ad diem ejuſdem emortualem dies decem & ſeptem; quam numerandi rationem, tamquam probabiliorem tom. cit. Septembris amplexus eſt Conſtantinus Suyſkenus, ſed poſita magìs Baronianæ de emortuali* Calliſti *die, quàm probata ſententiæ veritate: cum autem ex iis, quæ ſuprà* § II *dixi,* Calliſti *dies emortualis potiùs cenſenda videatur dies* XII *Octobris, etiam hac die migraſſe ad ſuperos Privatum militem mihi quidem apparet veroſimilius. Quod verò Privatus in Roſweidiano Martyrologio ad diem* 14 *Octobris his verbis :* II Idus Romæ Calliſti Papæ (*N. B.*) & martyris & Privati militis, Calliſto *tamquam ejus ſocius jungatur, non ideò fit, quòd eo die uterque martyrium ſubierit, ſed quòd ſepulturæ die potiſſimùm celebraretur S. Pontificis memoria, à quo ejus martyrii ſocium iſtius Martyrologii auctor ſegregatum noluit, quòd eodem die utriuſque memoria celebraretur : neque in aliis antiquis Faſtis alium diem, ejus ſpeciatim cultui ſacrum uſquam reperi. Privatum annunciat Martyrologium Hieronymianum Florentinii ad diem* X *Maji, ſed Axiopoli; alterum ad* V *Junii, ſed in Africa; tertium ad* XXI *Auguſti, ſed Gavallis; quartum ad* XIX *&* XX *Septembris, ſed abſque loco; quintum ad* VIII *Octobris, ſed Antiochiæ vel alibi; ſextum ad* V *Decembris, ſed, ut apparet, in Africa; ſeptimum ad* X *ejuſdem menſis, abſque loco; Octavum denique ad* XVIII *Decembris, ſed Laodiceæ; ita ut illic nullum reperire ſit, qui paſſus ſit Romæ.*

D

E

(*ſed non, ut veroſimilius videtur,*

80 *Contrà verò ad diem* XII *Octobris* Calliſto *jungitur Saturus :* Romæ viâ Aurelia Caleſti Saturi *habet codex Florentinii; nec multùm diſſident Epternacenſis & Corbeienſis. Et rurſum ad diem* XIV *Octobris Florentinii codex, ſive Lucenſis ita habet :* Natalis S. Calixti. Romæ viâ Aurelia in cimiterio Calepodi. Cæleſti epiſcopi Saturi. *Epternacenſis, Florentinio Antverpienſis, vetuſtiſſimus :* II. Idus Octobris. Romæ Caliſti epiſcopi & depoſitio Paulini epiſcopi. *Corbeienſis :* II. Idus Octob. Romæ viâ Aurelia in cæmeterio Calepodii Caleſti epiſcopi, Saturi. *His aut ſimilibus fontibus ortum opinor, ut etiam in Auctariis Bedæ* (*quæ vide ante tom.* 2 *Martii pag.* XXXIV) *ad diem* XII *Octobris Romæ paſſus legatur S. Saturus. Quod autem ad Martyrologia Hieronymiana ſpectat, videtur tam ad diem* XII, *quàm ad* XIV *haud de alio, quàm de* Calliſto *noſtro ſermo inſtitui : hunc enim deſignare videntur &* Calixti, Caleſti *vel* Caliſti *nomen, & dignitas epiſcopalis ſeu Pontificalis, & S. Calepodii cœmeterium viâ Aureliâ. Verùm quid de Saturo, cujus in Actis nulla fit mentio? Dubitat Florentinius, num binominis fuerit Privatus, etiam Saturus dictus; quæ mera videtur eſſe conjectura, neſcio qua aliunde veriſimili ratione ſuffulta : mihi autem, laterculos dictorum martyrologiorum dierum* XII *&* XIV *Octobris conſideranti conferentique videtur S. Saturus ad alteram martyrum ad diem* XIV *Octobris memoratorum claſſem pertinere :* Calliſto *autem haud jungi niſi ex imperitia negligentiave librariorum eoſdem Sanctos perperam geminantium vel è propria ſede ad locum non ſuum quandoque transferentium.*

F

81 *Atque ita quidem mihi videtur res ſeſe* S. Saturum)

AUCTORE J. B.

habere, primò, quia, qui Florentinii Martyrologium ſcripſit, S. Calliſtum *ad diem eumdem, ſeu* XIV *Octobris (verba habes ſupra num.* 80) *neſcio, qua de cauſa bis memorat, adeò ut duos hìc* Calliſtos *memorari cenſeres, niſi de uno eodem Martyre illic agi, indicarent adjuncta, nomen, dignitas, palæſtra & ſepulturæ locus: ſicut autem hic geminatus* Calliſtus *eſt; ita & non modò geminatus videtur, ſed etiam è Cappadocia Romam translatus Saturus: ſequuntur enim hæc proximè:* In cappadocia. Lupi. Ampodi. Modeſti. Luciani. Saturnini. Simplici. Saturi. Placidis, *ſeu* Placidi. *Corbeienſe quidem ſemel dumtaxat* Calliſtum *memorat; ſed Saturum alterum Romæ, alterum item in Cappadocia collocat non ſine confuſione tamen: nam verbis ſuprà citatis proximè ſubduntur iſta:* In Cappadocia Lupanpodi (*hìc Lupus & Ampodus contrahuntur in unum*) Modeſti, Luciani, Saturnini, Simplicii, Saturi, Placidi. *Vero itaque ſimile fit & in hoc apographo perperam geminari Saturum, martyrem Cappadocem, Romamque transferri; quod ex eo adhuc verosimilius fit, quod in apographo Antverpienſi vetuſtiſſimo unicus Romæ hodie ſignetur* Calliſtus, *Saturus verò nullus; ſed geminus (iterùm fortaſſe malè) in Cappadocia. At inquies, licet ad diem* XIV *Octobris in Epternacenſi apographo Saturus* Calliſto *non jungatur, jungitur tamen ad diem ejuſdem menſis* XII: *Ita quidem ſe res habet: ſed nec ea lectio ſincera appareret & illuc Saturus non rectè videtur intruſus; alioquin enim, quid cauſæ fuiſſe dicemus, cur Saturus in Epternacenſi apographo non fuerit perinde repetitus ac in ceteris ſuprà citatis? Factum videtur ad diem* XII *Octobris in Epternacenſi ceteriſque apographis, quod in Lucenſi parvo, ubi apud Florentinium pag.* 1052 *ad eumdem diem ſic legitur:* IV Id. Calixti & Agri, *quem ſibi aliunde non notum ait: ego verò vix dubito, quin Agri nomine hìc veniat Euagrus, ad diem* XII *Octobris in Florentinii apographo ſic annunciatus:* In provincia Syriæ Sanctorum Euacri & Proſini. *Unde ut hìc* Calliſto *Euagrius librarii errore jungitur, ita veroſimiliter etiam S. Saturus in apographis ſuprà dictis. Sed fac denique lectiones in quibus Saturus, proximè à S.* Calliſto *memoratur, ſinceras eſſe: fieri potuit, ut Romæ die* XII, *vel* XIV *Octobris martyrium, ſed alio tempore Saturus ſubierit, quàm quo* Calliſtus. *Faciunt hactenus dicta, ut S. Saturum aut binominem, & alio nomine Privatum dictum, aut* Calliſto *martyrium ſubeunti ſocium fuiſſe, affirmare vereamur.*

alioſque, hìc memoratos, habuit ſocios,

82 *Confidentiùs* S. Calliſti *in Paſſione præter Privatum ſociis, licet diverſis diebus paſſos, adnumeramus martyres in Actis ejus memoratos nempe Palmatium, Simplicium, Calepodium, Felicem, Blandam, & Aſterium: De Privato jam actum eſt in Opere noſtro ad diem* XXVII *Septembris: de reliquis quinque ad diem* X *Maji; de poſtremo, qui* S. Calliſtum *tumulando martyrii quoque lauream conſecutus eſt, agunt Martyrologia Hieronymiana ad diem* XIX *Octobris apud Florentinium his verbis:* in Hoſtia Auſteri. In Oſtea natalis Aſteri. In Oſtia Auſteri presbyteri. *Unde colligo olim S. Aſterium cultum fuiſſe die* XIX *Octobris, licet hodie ad diem* XXI *ejuſdem mènſis Martyrologio Romano inſcribatur, eò quòd minùs rectè Acta* S. Calliſti, *ubi de S. Aſterio loquuntur, Romani martyrologii correctores, ut mihi quidem veroſimilius apparet, interpretati ſunt. Verba Actorum huc facientia hujuſmodi ſunt num.* 9: Poſt dies autem ſex tenuit Alexander Aſterium presbyterum, quem præcepit per pontem præcipitari: cujus Sanctum corpus inventum eſt in Oſtia, & à quibusdam Chriſtianis ſepultum (*poſtridie ab ejus, ut apparet nece*) in eadem civitate ſub die XIV calendarum Novembrium. *Memoratos hic* dies ſex, *quos dixi, correctores à die* XIV *Octobris, quo, ùt proximè dixerant Acta,* Calliſtum *Aſterius ſepelierat, numerarunt, quo pacto Aſterium die* XXI *Octobris, ut putabant, Oſtiæ ſepultum, ad hunc diem Romano martyrologio inſerendum exiſtimârunt. Sed, ut videtur minùs probabiliter; cum enim, uti ex Hieronymianis Martyrologiis paulò antè obſervavi, antiquitus S. Aſterius cultus* XIX *Octobris fuerit, veroſimiliùs ſex ſeptemve illi dies non à* XIV *Octobris die, ſed à* XII, *cui S.* Calliſti *necem ſuprà adſcripſimus, numerandi ſunt. Locus porro ſuus S. Aſterio in Opere noſtro ad diem* XXI *Octobris, quo martyrologio Romano inſcribitur, dari de more poterit.*

& monumenta quædam

83 *Addimus Calliſtiani martyrii ſociis bina paſſionis ejus monumenta hac noſtra memoria adhuc exſtantia ex Moretto in Auctario ad cap.* XI, *quorum alterum eſt lapis, cum quo (ut fert traditio) in Tiberim projectus fuit;* ſtat ille, *inquit Morettus*, per tactum ſacri colli Antiſtitis ſacratiſſimi conſecratus, lapis infixus foramini parietis baſilicæ S. Mariæ trans Tyberim, compoſitus ſuper exigua marmorea baſi, & crate ferrea catenaque munitus obfirmatuſque, ad dexteram introeuntibus partem paraſtatis ſuſtinentis arcum amplioris navis, fitque accurrentibus notus per hanc ſuperpoſito marmori inſculptam epigraphen: „ Hoc lapide ad collum alligato S. Calliſtus PP. in puteum demergitur & martyrio coronatur. *Citat item Morettus in hanc rem Hieronymi de Avila in Summario ſtatûs eccleſiæ S. Mariæ trans Tyberim verba hæc:* E regione fontis olei in media eccleſiæ navi ſupra marmoream baſin poſitus eſt marmoreus lapis, formâ ſpherica, catenâ colligatus. Traditio fert, hunc alligatum fuiſſe ad collum S. Callixti I Pontif. & M. cum, Alexandro imperatore, in puteum præcipitaretur. *Si vera eſt iſta traditio (citra contemptum hæc dicta ſint) credibile eſt, S. Aſterium in cœmeterium S. Calepodii viâ Aureliâ iſtum lapidem unà cum S.* Calliſti *exuviis pro veterum Chriſtianorum, martyrum corporibus inſtrumenta ſuppliciorum contumulare ſolitorum, more intuliſſe, ac dein unà cum S.* Calliſti *corpore in S. Mariæ trans Tyberim, qua de tranſlatione infra dicetur, fuiſſe tranſlatum, fideliumque veneration expoſitum.*

hodieque exſtant.

84 *Alterum puteus eſt, in quem projectus* S. Calliſtus *fuit, adhuc ſuperſtes; ſcribit de hoc Bernardus de Montfaucon cap.* XIX *pag.*

A 270 *Diarii Italici.* Hæret eccleſiæ S. Mariæ trans Tyberim cœnobium S. Callixti noſtrorum Caſſinienſium ... In ſacello quodam puteus extat, in quem projectum narrant S. Calliſtum Papam: *in ſacello, ex quo locus ille Caſinatibus monachis ceſſit: ſed olim, cum canonicorum S. Mariæ trans Tyberim locus is erat, in viridario palatii S. Mariæ trans Tyberim; itaque juxta eccleſiam S. Mariæ trans Tyberim ſitus. Quo verò tempore juris adhuc canonicorum S. Mariæ trans Tyberim erat, duplici præſertim uſui aquæ putei illius erant; ac primum quidem ex Moretto accipe:* Nondum avulſi è baſilicæ poteſtate putei venerationis pars erat, quòd ex eo aquæ juxta catholicum morem, ad uſum baptiſmaton per ſabbatha Paſchatis, & Pentecoſtes benedicendæ in dictæ baſilicæ fonte, haurirentur. Credo, quum ob recordationem collati aliquando ... ſacramenti per aquarum harumce miniſterium, tum ob earum ſanctificationem per exceptionem corporis S. Antiſtitis noſtri comparatam. *Alterum ex Martinello, cujus hæc verba Morettus citat:* Puteus cujus nymphâ baptizatus fuit Palmatius (*imò Privatus à* Calliſto *ſecundum Acta*) erat in domo Pontiani, extatque hodie intra monaſterium monachorum S. Juſtinæ in regione trans Tyberim ſacro cultui reddita & S. Calliſto dicata. In eun-
B dem puteum projectus fuit idem Calliſtus, & ejus aquam devotionis causâ fideles bibunt, febreque detenti ſæpe ſanitati reſtituuntur. *Ita Floravantes Martinellus Romæ ex ethnica ſacræ cap. 6 pag. 26.*

§ VII. Celebris S. Calliſti apud Martyrologos memoria.

S. Pontificem vetera Calendaria,

SUbdimus S. Calliſti *martyrio martyrologia & Calendaria aliquot cum vetera, tum recentiora, è quibus, quàm fuerit celebris ejus paſſim memoria, colligi abunde poſſit: omnia enim referri vix poſſunt, neque porro opus eſt. Prodeat inprimis Kalendarium Bucherianum, quod pag. 269 ſic habet:* Pridie Idus, Calliſti, in via Aurelia milliario III. *Kalendarium Frontonis pag. 141:* Die XIV menſ. Oct. natal. S. Callixti Pontif. *Kalendarium vetuſtum à Leone Allatio ex codice antiquiſſimo bibliothecæ Vaticanæ editum de eccleſiæ Occidentalis & Orientalis conſenſione col.*
C *1492:* Pridie Id. Octob. Natale S. Calixti Pontificis. *Corbeienſe ſeculi IX tom. 10 Spicilegii Dacheriani pag. 139:* II Id. Natalis ſancti Caleſti epiſcopi. *Corbeienſe aliud apud Marteneum tom. 3 Anecdotorum col. 1602:* II Id. Natalis S. Caliſti Papæ & Martyris. *Lyrenſis monaſterii ibidem col. 1625:* II. Id. Sancti Kaliſti Papæ. *Anglicanum apud eumdem veterum ſcriptorum tom. 6 col. 657;* II Idus S. Caleſti Papæ. *Stabulenſe ibidem col. 676:* II. Idus, Romæ S. Calixti Papæ XVI. Hic inſtituit jejunium quatuor temporum eſſe. *Verdinenſe ibidem col. 683:* II. Idus, S. Caleſti Papæ & martyris.

86 *Martyrologiis verò Hieronymianis,* D *quorum ſuprà num. 80 verba habes, adde aliud, quod ab annis mille compactum tom. 3 Anecdotorum à Marteneo inſertum ita habet col. 1561:* II Idus Octobris Romæ Callixti epiſcopi, Ampodi, Modeſti, Saturi, Lupi. *Ubi obiter obſervatum velim, Saturum non memorari veluti Paſſionis Calliſtianæ ſocium, ſed Ampodo, Modeſto & Lupo jungi, qui in Hieronymianis codicibus ad diem XII Octobris Cappadociæ adſcribuntur, quod indicio eſt, Saturum apud Cappadoces paſſum, Romæ à librariis non rectè, quod mihi videri aiebam ſuprà, fuiſſe adſcriptum. Ex Hieronymianis verò codicibus contractis Richenovienſis* Calliſti *ad diem tum XII, tum XIV Octobris meminit, & rectè quidem ad XIV hoc modo:* Prid. Id Octob. Romæ Caliſti Papæ & Martyris. Alibi Saturi. *Ita ut hìc Saturi denuo palæſtram à Romana plane ſegregatam videas. Ad diem utrumque ſignatur* Calliſtus *in Auguſtano S. Uldalrici; ad XIV in Labbeano. Gellonenſis apud Dacherium tom. 13 Spicilegii pag. 414 hæc verba ſunt:* Pridie Idus Oct. Romæ Caliſti Epiſcopi, Ampoti, Modeſti, Saturi.

Mærtyrologia Hieronymiana,

87 *Plura ſuppeditat Beda, qui, poſtquam ad diem X Maji S. Calepodium à* Calliſto *ſepultum, Palmatium & Simplicium inſtructos baptizatoſque dixit, ad diem XIV Octobris ex S.* Calliſti *Actorum fide hæc addit:* II Idus E Natale S. Calixti Papæ, qui in perſecutione Alexandri imperatoris (*ſeu potiùs eorum, qui, Alexandro imperium tenente, ſuum in Chriſtianos odium exercuêre*) diutiùs fame cruciatus, & quotidie fuſtibus cæſus per viſionem à presbytero ſuo (*S. Calepodio*) qui antea martyrium ſuum conſummaverat, conſolatus eſt: qui in carcere eodem poſitus quemdam militem nomine Privatum ab ulcere, dolore ac fœditate ſimul & infidelitate curavit. Quod audiens Alexander ipſum quidem militem juſſit plumbatis deficere: Beatum verò Calixtum per feneſtram domus præcipitari, &, alligato ad collum ejus ſaxo, in puteum demergi & in eum per (*lege:* deſuper) rudera cumulari. Poſt dies verò ſeptemdecim presbyter ejus Aſterius, cum clericis noctu veniens levavit in cæmeterio Calepodii pridie Idus Octobris. *Ad diem verò XXI Octobris Alexandri juſſu Aſterium è ponte præcipitatum ac Oſtiæ ſepultum ſcribens demum addit:* ſcriptum in Paſſione Calixti Papæ. *Libellus verò Bedæ apud Marteneum tom. 6 veterum ſcriptorum col. 647 habet:* II F Idus (*Octobris*) Natale S. Calixti Papæ & S. Lupi. *Hrabanus non ſolùm ad diem XIV Octobris in* Calliſto, *ſed etiam ad diem XXI in Aſterio iiſdem fere verbis utitur, quibus Beda: ſed, ubi de* Calliſto, *legit, non ut paſſim alibi legitur:* poſt dies ſeptemdecim; *verùm* poſt dies quatuordecim. *Ubi verò Aſterii captivitatem & cædem memorat, habet* Poſt dies tres, *cum alibi paſſim legatur:* Poſt dies ſex. *VVandelbertus ſic canit:*

Beda, Wandelbertus

Calliſtus pridie antiſtes martyrque trophæo
Præcellens multo & comitatus Martyre fulget.

Quæ carmina ſic reor intelligenda, ut verbis his: Martyrque trophæo præcellens multo.

AUCTORE J B.

SS. Martyres Palmatius, Felix, Blanda, Simplicius, quos ſacris undis abluit, indicentur : iſtis autem ; comitatus Martyre *S. Privatus, non ſolum à* Calliſto *baptizatus ac ſanitati reſtitutus, ſed eodem etiam die occiſus deſignetur.*

Uſuardus & Ado certatim celebrant;

88 *Uſuardi apud Sollerium* Calliſti *Annunciatio ſic ſe habet :* II Idus (*Octobris*) Romæ viâ Aureliâ, natalis beati Caliſti papæ & Martyris. Hunc Alexander imperator ſub diutina cuſtodia, fame cruciari, & quotidie fuſtibus cædi juſſit, tandem verò per feneſtram domus, in qua cuſtodiebatur, præcipitatus, victoriæ triumphum promeruit. *Obſervat hoc loci Sollerius, non tantùm S.* Calliſtum *hodie celebrari in Kalendariis vetuſtiſſimis, ſed etiam in Sacramentario Gregorii, ubi pag.* 156 *apud Menardum, ſed abſque titulo martyris, ejus Feſtum ſic notatur :* Pridie Idus Octobris Nat. S. Caliſti Papæ. *Sequuntur ibidem orationes tres, in Miſſa recitandæ, ſed nihil ſingulare de* S. Calliſto *complexæ : ſingulare autem eſt, quod in Uſuardi editione Lubeco-Colonienſi de illo legitur,* quòd promotiones Eccleſiæ ordinum gradatim fieri inſtituit, & induxit ſervare perpetuam caſtitatem miniſtris Eccleſiæ; *ſed hæc mera eſt Uſuardi interpolatio. Ado Uſuardo prolixior ſic loquitur :* Pridie Idus Octobris. Natalis S. Calliſti Papæ, qui ſedit in epiſcopatu annos ſeptem (*imò quinque*) menſes duos, dies decem, & ſub perſecutione Alexandri imperatoris martyrii gloriam adeptus eſt. Poſtquam enim Palmachium proconſulem cum omni domo ſua baptizavit, & ſenatorem Simplicium ac domum ejus, & Felicem cum uxore Blanda, quam à paralyſi curavit (*Palmatii precibus id tribuunt Acta*) & iidem ipſi ab Alexandro univerſi occiſi, gloriam martyrii conſecuti ſunt : ſed & poſtquam Calepodius presbyter ejus gladio martyrium ſumpſit, tentus eſt ab Alexandro, diutiſſimè fame cruciatus, & quotidie fuſtibus cæſus, atque prohibitum fuit, ne quis ad eum veniret. Si verò aliquis venire noctu auderet, comprehenſus occideretur. Qui cum multis diebus eſſet in cuſtodia, venit ad eum beatus Calepodius per viſum, & conſolabatur eum, dicens : Firmus eſto Pater, quia corona tua jam perfecta eſt. Erat ibi miles quidam nomine Privatus, ulceribus plenus, qui doloribus continuis cruciabatur. Hic miſit ſe ad pedes Calliſti, rogans ut ſanaret eum ab ulceribus & doloribus ſuis : quem mox ſanctus Pontifex ab ulcerum dolore ac fœditate, ſimul & ab infidelitate in nomine Sanctiſſimæ Trinitatis baptizatum curavit. Quod audiens Alexander, ipſum quidem militem fecit plumbatis deficere : beatum verò Calliſtum per feneſtram domûs præcipitari, & ligato ad collum ejus ſaxo in puteum demergi, & in eum per rudera cumulari. Poſt dies verò decem & ſeptem presbyter ejus Aſterius cum clericis noctu veniens, levavit corpus ejus, & ſepelivit in cœmeterio Calepodii viâ Aurelia pridie Idus Octobris, *quæ omnia ex Actis S.* Calliſti *deprompta eſſe ſatis perſpicuum eſt. Notkeri verba huc non transfero, quod nihil, quin à Martyrologis jam laudatis dictum ſit, complectantur. Romani Parvi,* D *quod ad diem* XIV *Octobris Pontificem & Martyrem noſtrum unà cum Privato etiam annunciat, verba habes num.* 71.

uti & recentiorum

89 *Accipe modò & recentiora aliquot Martyrologia, quibus ad hunc diem S.* Calliſti *nomen inſcribitur. Martyrologium Bellini :* Romæ via Aurelia Natale Sancti Calixti Papæ & Martyris : hunc Alexander imperator ſub diutina cuſtodia fame cruciari, & quotidie fuſtibus cædi juſſit : tandem verò per feneſtram domus, in qua cuſtodiebatur, præcipitatus, victoriæ triumphum promeruit. Hic conſtituit jejunium ter in anno fieri frumenti, vini & olei, ſecundum prophetiam. *Martyrologium ſeu Viola Sanctorum :* Romæ viâ Aureliâ beati Calixti Papæ & Martyris. Hic jejunium, quod priùs ter in anno fieri ſolebat, quater fieri debere, ut ſicut annus per quatuor volvitur tempora, ſic & nos quaternum agamus jejunium pro noſtrorum purgationibus criminum, quibus etiam quatuor temporibus promotiones graduum eccleſiarum prædictus fieri conſtituit. Item prohibuit ſacerdotibus ampliùs habere uxores & induxit ſervare perpetuam caſtitatem. Tandem ſanctus Calixtus pro fide tenetur ab Alexandro imperatore ſub anno Domini CCXXII, & ſub diuturna cuſtodia primò fame in carcere cruciatur. Secundò fuſtibus cæditur & mactatur. Tertiò per feneſtram domus ſuæ præcipitatur. Quartò, ſaxo ad collum illigato dimergi in puteum jubetur. Quem Auſterius presbyter inde levavit, & cum Calepodio E epiſcopo honorificè ſepelivit.

martyrologiorum

90 *Florarium MS. ſeculi* XV. Romæ viâ Aureliâ Natale beati Calixti Papæ & martyris. Qui ſedit in epiſcopatu annis octo, menſibus duobus, diebus decem. Hic conſtituit jejunia quatuor temporum, & clericis in ſacris Ordinibus conſtitutis continentiam indixit. Qui in perſecutione Alexandri imperatoris diutiùs fame cruciatus & cotidie fuſtibus cæſus per viſionem à presbytero ſuo Calipodio, qui antea martyrium conſummaverat, confortatus & conſolatus eſt. Qui adhuc in ipſo carcere clauſus quemdam militem nomine Privatum ab ulcerum doloribus ac fœditate ſimul & infidelitate curavit. Quod audiens Alexander ipſum quidem militem fecit plumbatis deficere : beatum verò Calixtum per feneſtram domus præcipitari & ligato ad ejus collum ſaxo in puteum demergi & ſuper eum rudera cumulari. Poſt dies verò XVII presbyter ejus Aſterius cum clericis noctu veniens levavit corpus ejus & ſepelivit in cimiterio Calepodii anno CCXXVI. *Martyrologium Galeſinii.* Romæ, viâ Aureliâ, Sancti Calixti Papæ & Martyris : qui, Macrino & Heliogabalo imperatoribus Eccleſiam gubernavit. In tanta autem rerum perturbatione nunquam ab ſanctiſſimi Pontificis officio potuit ulla oppugnationis vi dimoveri. Inſtituit quattuor anni tempora, quibus jejunium coleretur; multa ſapienter, & utiliter decrevit. Ædificavit baſilicam Sanctæ Mariæ trans Tyberim : cœmiterium viâ Appiâ extruxit. Cum multos, & in iis Palmachium virum conſularem, Simplicium ſenatorem, & Felicium, hominem nobili loco natum,

A natum, baptizâſſet : impiis vehementer exagitatus, tum comprehenſus, in cuſtodiam includitur : ubi quinque dies jejunus fuit. Inde eductus ac fuſtibus cæſus in ſummum carcerem conjicitur : inde à feneſtra præceps, in puteum dejectus, martyrio coronatur.

auctores, 91 *Martyrologium Romanum ex Uſuardo* : Romæ viâ Aureliâ natalis beati Calliſti Papæ & Martyris, qui Alexandri imperatoris juſſu diutiùs fame in carcere cruciatus, & quotidie fuſtibus cæſus, tandem è feneſtra domus, in qua cuſtodiebatur, præcipitatus, atque in puteum demerſus, victoriæ triumphum promeruit. *Martyrologium Gallicanum Sauſſayi :* Natalis ſancti Calixti Papæ & Martyris, qui Romæ viâ Aureliâ fame diutina in cuſtodia cruciatus, fuſtibus cæſus, demum è feneſtra præceps in puteum dejectus, egregium celebremque pontificatum magnificè inclyti certaminis trophæo conſummavit. Hujus corpus deinde à Chriſtianis hinc eductum & religiosè conditum, Notingus Brixienſis epiſcopus dono accepit à Sergio Papa, ſuaque in eccleſia multo cum honore collocavit. At precibus compulſus Euerardi marchionis, id ipſi de Italia benemerito, ob bellum adverſus Sarracenos fortiter geſtum, pro eximio munere conceſſit. A quo in Galliam tranſlatum, condecenti cultu, Cyſonii, cujus oppidi dynaſta erat, in cœnobio, quod in tanti Martyris venerationem condiderat, repoſitum fuit anno Chriſti triumB phantis octingenteſimo quinquageſimo quinto. At paulò pòſt, ſcilicet octingenteſimo nonageſimo octavo, cum Normanni Gallias miſeranda ſtrage vaſtarent, hinc, ne diriperetur ab infida gente, Remos tranſvectum, à beato Fulcone archiepiſcopo, deinde Martyre, cum ſacris ſancti Gibriani & ſociorum oſſibus reverenter ſuſceptum, ac in æde metropolitica ſanctæ Mariæ reconditum eſt, juxta corpus Sancti Nicaſii & beatæ Eutropiæ. Ubi ad hæc uſque tempora quieſcit : multa cum nominis ſui, quod hodierno ibi Natali colitur, celebritate. Servatur tamen apud Bellovacenſes in ſuburbicario cœnobio ſancti Quintini brachium dextrum ſanctiſſimi hujus Pontificis, quod Ivo abbas loci illius primus, poſtea Carnotenſis famoſus Antiſtes, è ſacrario Remenſi acceptum illic debita cum honorificentia depoſuit.

non tamen abſque erroribus, hic obiter indicatis.

92 *De tranſlatis aliò Româ reliquiis ſuo loco dicetur infra : nunc autem quædam quoad varias, quæ in citatis Martyrologiis occurrunt aſſertiones pauca curſim juverit obſervare ; ac primò quidem, quod in iis paſſim* S. Calliſtus *Alexandri juſſu neci datus dicatur,* C *non aliunde ortum apparet, quàm ex verbis Actorum, quæ ubi de factis dictiſque Alexandri loquuntur, minùs nobis ſincera, ob dicta* § 1 *videntur, haud ſatis ſtudiosè diſcuſſis : mallem verò in iis legere paſſum fuiſſe* Calliſtum ſub Alexandro ; *ita ut* Calliſtus *Alexandri quidem tempore, ſed non ipſo auctore è vita ſublatus dicatur. Dein* Calliſtus *ſecundum editionem Uſuardi Lubeco-colonienſem num.* 88 *inſtituit ordines eccleſiæ gradatim fieri, & ad perpetuam continentiam induxit clericos, quæ leguntur etiam in Viola Sanctorum ſuprà num.* 89 *& partim in Flor. MS.* Calliſtum *quidem multa utiliter & ſapienter inſtituiſſe credibile eſt ; at peculiare, aut de conferendis ordinibus, aut de continentia perD petua à clericis majoribus ſervanda, quæ lex cum ipſamet eccleſia nata eſt, decretum edidiſſe non invenitur apud antiquos, ne quidem in Epiſtolis ipſi falsò adſcriptis. Perperam item in viola citata legitur* Calliſtus *præcipitatus è feneſtra* domus ſuæ ; *captus enim afflictatus & præcipitatus è feneſtra in puteum fuit, cùm eſſet in domo Pontiani, ut Acta narrant num.* 7 *&* 8 *: perperam S. Calepodius vocatur epiſcopus, & ſepultus ab Aſterio, niſi verbis iſtis* cum Calepodio *tantùm dicatur ſepultus* S. Calliſtus *in eodem cœmeterio, cui à S. Calepodio nomen erat. Florarium porro Pontificatui* Calliſti *annos malè tribuit* 8, *eumque martyrio coronatum ſcribit anno* CCXXVI, *quadriennio, quàm id factum fit, ſeriùs. Neſcio item quas oppugnationes, quibus viriliter S.* Calliſtum *reſtitiſſe narret Galeſinius num.* 90 *laudatus, Macrino & Heliogabalo imperantibus, ſub quibus quidpiam paſſum fuiſſe* Calliſtum *Acta non produnt : denique Galeſinius* Calliſtum *dies* 5 *primùm fame fuiſſe afflictum ait, alibi paſſim invenio quatuor. Obſerva denique diem* XIV *Octobris, licet in variis è citatis ſeu Kalendariis, ſeu Martyrologiis dictus ſit* Calliſti Natalis, *non fuiſſe diem ejus martyrii, ſed ſepulturæ, ut Acta* E *non obſcurè teſtantur.*

§ VIII. Reliquiæ S. Calliſti Romæ : aliquæ ex illis in Germaniam, Belgium alioque tranſlatæ.

corpus Sancti ad eccleſiam S. Mariæ trans Tyberim

QUo loco S. *Aſterius functum Martyrio anno, uti diximus* 222, *die probabiliùs* XII *Octobris S.* Calliſtum *ſepelierit die ejuſdem menſis* XIV, *explicant Acta his verbis num.* 9 : Honorificè ſepelivit (S. Calliſti *corpus*) in cymeterio Calepodii viâ Aurelia : *addit liber Pontificalis ſeu Anaſtaſius* milliario III : *Conditæ illic manſere S. Pontificis exuviæ ſaltem uſque ad S. Julii, medio fere ſeculo* IV *defuncti, Pontificatum, qui ſuper illis ædem ſacram aut condidit, aut antè conditam inſtauravit vel auxit, quod Bucherianus Pontificum Catalogus, ſub Julii ſucceſſore Liberio ſcriptus abunde teſtatur his verbis :* Hic (*Julius*) multas fabricas fecit . . . Baſilicam in via Aureliâ, milliario III, juxta Calliſtum : *neque enim vero fit ſimile id feciſſe Julium, cum jam aliò S. Pontificis corpus tranſlatum eſſet : tranſlatum verò deinde fuiſſe ad eccleſiam S. Mariæ trans Tyberim, non dubium eſt ; cum illic illud invenerit ac nobiliore loco donârit ſub ara majori Gregorius* IV, *qui ab anno circiter* 827 *ad* 843 *Eccleſiæ præfuit. Inventi illic à Gregorio* IV, *ac nobiliore loco donati S.* Calliſti *corporis teſtis locuples Anaſtaſius in Gregorio* IV *hæc præter alia*

AUCTORE J. B.

quamplura ſcribens apud Morettum diſq. 1. *cap.* XI *num.* 21. Sed & Sancta corpora BB. Calixti & Cornelii & Calepodii in mediana plaga eccleſiæ (*S. Mariæ trans Tyberim*) tumulata poſt tergum populi licentia non condignè honorificabantur. Quod religioſiſſimus idem Papa non leve tulit, ſed ſolerti, ſolitoque ſtudio cum intima induſtria operam adhibens mirificum opus inchoans conſummavit. Nam, effoſſo clandeſtino antro, cum reverentia præfata Sancta corpora elevans in Occidentali plaga ejuſdem eccleſiæ hoc eſt in ambitu abſidæ honorificè collocando occuluit &c.

tranſlatum fuit, fortè à Gregorio III;

94 *Agi verò his verbis de* S. Calliſto *papa & martyre indicant S. Cornelius ex ſucceſſoribus ejus quintus, & S. Calepodius in eodem, quo* Calliſtus, *cœmeterio, & quidem ipſis S.* Calliſti *manibus ſepultus: à quo verò Pontifice, inter Julium & Gregorium* IV *medio ex cœmeterio* Calliſti *ad S. Mariæ trans Tyberim* S. Calliſti *corpus tranſlatum fuerit, determinando non ſum. Fortè id factum à Gregorio* III *inter annos* 731 *&* 742, *de quo Anaſtaſius*: Hic etiam baſilicam ſancti Calixti Pontificis & martyris penè à fundamentis dirutam novis fabricis cum tecto conſtruxit, ac totam depinxit *& forſitan S.* Calliſti *reliquiis ditavit; æquum ratùs, ut conditoris ſui poſſideret exuvias. Ut ut id ſit, ſeculi equidem duodecimi anno* 23 *poſſidebat adhuc eccleſia S. Mariæ trans Tyberim S.* Calliſti *corpus, ut teſtantur apud Morettum citatum num.* 26 *datæ eo anno Calliſti* II, *ejuſdem eccleſiæ bona privilegiaque confirmantis litteræ, in quibus iſthæc leguntur*: Ob majorem veſtræ eccleſiæ dignitatem & beatiſſimi Calixti Papæ & martyris reverentiam, cujus ſacro corpore idem locus habetur inſignis, & cujus nomine nos, licet indigni ſucceſſores, fungimur, præter illas duas ſtationes . . . tertiam concedimus celebrandam &c. *Quo loco reconditas fuiſſe à Gregorio* IV *S.* Calliſti *exuvias diximus, invenit Innocentius* II, *ab anno* 1130 *ad* 1143 *Pontifex, ùt ſcribit ſequentibus verbis auctor Hiſtoriæ conſecrationis eccleſiæ S. Mariæ trans Tyberim apud Morettum mox citatum num.* 27 *&* 28: Studuit idem SS. Præſul (*Innocentius* II, *noviſſimus eccleſiæ S. Mariæ reparator*) Sanctorum corpora, quæ in hac ipſa eccleſia requieſcunt, maximâ diligentiâ perquirere, & inventa ſunt iſta: videlicet SS. MM. & Pontificum Calliſti, Cornelii, Julii, Calepodii presbyteri, quibus corpus B. Quirini epiſcopi & Martyris, ſub idem tempus de catacumbis allatum, additum eſt; *repoſuitque Innocentius* III (*ab anno* 1208 *ad* 1216 *Pontifex*) *cum eamdem eccleſiam conſecravit; ut iterum ejuſdem auctoris iſta verba declarant*: Altare quoque majus, ſub quo SS. Callixti, Cornelii, Julii, Calepodii & Quirini corpora requieſcunt, conſecravit in honorem B. Mariæ Virginis Genitricis Domini noſtri Jeſu Chriſti. *His plura Morettus, ut exiſtere in S. Mariæ trans Tyberim* S. Calliſti *corpus oſtendat, accumulat. Hactenus à nobis ex illo allata ſatis plana ſunt, ac ſufficiunt, ut ſeculo* XII *ad exitum vergente, S.* Calliſti *corpus adhuc ibidem fuiſſe creditur: verùm difficulter conciliantur cum iis, quæ de* S. Calliſti *corpore ex Italia ad alias regiones tranſlato dicuntur; qua de re modò agendum.*

cujus oſſa aliquot Fulda ſub annum 836,

95 *Edidit Henſchenius tom.* 1 *Februarii B. Rabani Moguntini ex abbate Fuldenſi archiepiſcopi Vitam, à Rudolpho presbytero, ejus diſcipulo, ſcriptam, in qua pag.* 516, *Sabatinus quidam Romanus* S. Calliſti *reliquias aliquot ad Rabanum Fuldenſem id temporis abbatem Româ detuliſſe narratur ſequentibus verbis*: Poſt hæc anno ſequente (836) venit quidam laicus ab urbe Roma, Sabattinus nomine cum ſociis ſuis in Franciam (*Orientalem ſcilicet, in Alemannia*) ferens ſecum reliquias: auditoque nomine ſuprà memorati abbatis, cujus devotionem in divino ſervitio ac veneratione Sanctorum longè lateque fama divulgabat, venit ad eum VIII Kal. Maji, deditque illi oſſa S. Quirini Martyris . . . de corpore S. Cornelii Papæ oſſa XIII, de corpore S. Calixti Papæ decem . . . ille verò univerſa venerabiliter ſuſcepta, in arcam, quam ſuprà ſub duobus Cherubin poſitam diximus, ſupplici devotione collocavit. *Forſitan, cum Gregorius* IV S. Calliſti *corpus in decentiorem locum, ſeu ad aram maximam tranſtulit, pars reliquiarum ejus aliqua à reliquo corpore fuerit ſeparata, ex eaque nonnihil dictus Sabatinus, neſcio, qua arte induſtriave, ſibi comparárit. Allatæ porro ad Rabanum aliæ aliquantò poſt S.* Calliſti *reliquiæ: ſic enim Rudolphus cap.* 6 *pag.* 518 *pergit ſcribere*: Poſt hæc allatæ ſunt reliquiæ Sanctorum epiſcoporum Cornelii atque Calixti . . . Attulit autem eas quidam clericus Italicus, nomine Felix, anno ab Incarnatione Domini DCCCXXXVII die quinto menſis Aprilis. *Cæterùm* S. Calliſti *reliquias honorificè religioſeque Rabanus habuit, quas partim in ædc S. Bonifacii, ut Rudolphus tom. citato pag.* 521 *cap.* 7 *num.* 47 *ſcribit,* IV *Kal. Octobris per Regingaldum corepiſcopum Moguntinum reponi curavit; partim in Clingenſi diœceſis Spirenſis, Ordinis verò ea ætate Benedictini, monaſterio, ut teſtatur Rabanus ipſe, Poëmate de diverſis* 112 *ita canens, ſub titulo* In quarto altare, *eccleſiæ ſcilicet monaſterii Clingenſis*:

Præcurſor Domini, ſacer & Baptiſta Johannes
Sanctus Calliſtus, & Fabianus ovant.
Quos tu Chriſte Deus facias nos rite Juvare,
Cum precibus ſacris atque bonis meritis.

Quæ Rudolphus de his reliquiis ſcripſit, cum tantùm minora aliquot oſſa veroſimiliter fuerint, haud tantæ obnoxia ſunt difficultati, quantæ ea, quæ de tranſlatis S. Calliſti *in Belgium reliquiis, ac modò Remis ſervatis ſcriptores non pauci litteris conſignarunt.*

aliquot item obtinuit Cyſonienſe in Belgio monaſterium

96 *Ut Fuldenſe monaſterium, ita & Cyſonienſe Canonicorum nunc regularium monaſterium in territorio olim Tornacenſi, nunc Inſulenſi, Inſulas inter & Tornacum, notiſſimas Belgii urbes, ſitum, ſacris S.* Calliſti *exuviis, haud diu, poſtquam Fuldam allatæ fuere, ditatum fuit: qua de re etſi altum ſit in Monumentis*

A *Monumentis Romanis ſilentium, ea tamen apud Belgas Galloſque antiquitatis venerandæ ſuperſunt teſtimonia; ut res ipſa negari non poſſit. Variant quidem illa in Tranſlationis hujus adjunctis; at non in ipſomet facto: Primus, qui ea de reſcripſit fortaſſis, fuit anonymus Cyſonienſis, cujus lucubrationem MS. habemus, cui titulus:* Tranſlatio S. Calixti *ex MS. Cyſoniano deſcriptam; aliud item ejuſdem exemplar præ manibus habeo, deceſſoribus noſtris à Joanne Buzelino, ut apparet, miſſum, utpote ejuſdem ſcriptoris exſtanti apud nos de S.* Calixto *Papa & Martyre atque Cyſonienſis monaſterii Patrono lucubrationi MS. inſertam. Profitetur is anonymus, ſe ea miracula deſcribere, quæ per id tempus, quo ipſamet Tranſlatio facta eſt, contigerunt: poſtremum autem, quod narrat, factum ait in quodam monaſterii Cyſonienſis ſervo, cum ſcribebat, adhuc in vivis ſuperſtite, neque ullum de tranſlatis S.* Calliſti *Remos reliquiis verbum facit, licet hæc priorem non totis annis* 50
B *ſubſecuta ſit: unde rebus, quas ſcribit, ſaltem ſuppar fuiſſe videtur.*

ſub annum 854, uti probatur ex anonymo Cyſonienſi,

97 *Refert autem, uti infrà poſt Acta Paſſionis videre eſt, S.* Callixti *corpus à Sergio II Pontifice donatum primùm fuiſſe Notingo Brixienſi epiſcopo; qui cum id in monaſterium, quod moliebatur quidem, ſed adhucdum non perfecerat, inferre decreviſſet, interim in monaſterio quodam,* cella aurea *dicto, collocavit: dum verò id inde tranſferre voluit, cum moveri nulla vi poſſet, coactus Notingus fuit, id in cella aurea relinquere, donec id aliquot annis pòſt Euerardo comiti conceſſit, qui illud Cyſonium, prædium ſuum, in quo monaſterium exſtruxerat, detulit. Præfuit eccleſiæ Sergius* II *ab anno* 844, *quo Gregorio* IV *ſucceſſit, uſque ad annum* 847, *ſucceſſorem nactus Leonem* IV, *qui ad annum* 855 *vixit: hoc Pontifice, eccleſiæ Brixienſi Notingus præfuit, ſubſcripſitque Judicato Leonis* IV *& Ludovici* II *imperatoris in concilio Romano pro epiſcopo Senenſi contra epiſcopum Arretinum*
C *anno* 853, *uti legere eſt tom. 6 Antiq. medii ævi Diſſert.* 74 *col.* 395. Facta ſunt hæc (*tam S.* Calliſti *Cyſonium tranſlatio, quàm, quæ deſcribit, facta ea occaſione miracula*) anno Dominicæ Incarnationis octingenteſimo quinquageſimo quarto *inquit anonymus Cyſonienſis infra num.* 8. *Hinc corrigendum rectè monet Colvenerius in ſcholiis in lib.* 4 *Flodoardi cap.* 6, *Sigebertum vel additamenti auctorem, qui id anno* 884 *adſcribit: in Epitaphio autem feretri, ut idem Colvenerius ibidem etiam monet, annus notatur ſeculi noni* LV. *Ut ut id ſeſe habeat, erravit certò anonymus Cyſonienſis, cum ſcripſit num* 1: Tunc Sergius Papa, reſerato Calepodii cæmiterio, ubi noverat Sanctum ſepultum Calixtum, elevavit eum &c. *Sciebat enim Sergius* II S. Calliſtum *olim in cœmeterio S. Calepodii fuiſſe ſepultum: at ſimul ſciebat, eumdem à deceſſore ſuo proximo honoratiore loco fuiſſe donatum in S. Mariæ trans Tyberim: conſuluerit, ut rectè Ruzelinus in ſuis ad anonymum Cyſonienſem MSS. Annotatis arbitratur, tantummodò Acta Paſſionis S. Calepodii, in quibus in ejus quidem cœmeterio ſepultus, nihil autem de ejus in S. Mariæ trans Tyberim tranſlatione legi-*

tur, neſcieritque hujuſmodi tranſlationem priùs factam, quàm Notingo ſacrum pignus traderetur: at inde haud ſit conſequens, id reipſa à Sergio II Notingo non fuiſſe donatum.

AUCTORE J. B

D

98 *Confirmatur (quidquid de donatione Notingo facta cenſeas) S.* Calliſti *Cyſonium Tranſlatio ex charta Giſlæ, Euerardi conjugis, anno* XXX *Caroli Calvi, (obiit anno* 877 *regni ſui in Francia* 38) *confecta, in qua apud Florentium van der Haer, S. Petri Inſulis canonicum lib.* 1. *de caſtellanis Inſulenſibus pag.* 41, *ita loquitur:* Apud monaſterium fiſci Cyſonii in honore Domini noſtri & ſalvatoris, Sanctæ Mariæ ejuſdem Genitricis à me ſitum, quo venerandus & Martyr Chriſti Calixtus requieſcere dicitur. *Confirmat eamdem Tranſlationem Fulco, Remenſis ab anno* 882 *uſque ad* 900 *archiepiſcopus, apud Flodoardum, qui ſeculo* X *varia Fulconis ad varios, horumque ad Fulconem viciſſim Epiſtolarum fragmenta vel argumenta Hiſtoriæ Remenſi abs ſe ſcriptæ inſeruit. Verba ejus, quibus reliquiarum S.* Calliſti *Cyſonio Remos tranſlationem depingit, ac proin priorem eadem operâ confirmat, vel ideò huc ſiſtere*
E *viſum eſt, quò meliùs, in quibus Fulco vel Flodoardus ab anonymo Cyſonienſi diſcrepet, animadvertere lector queat. Sic igitur loquitur lib.* 4 *ſub finem capit.* 1. *quod partim eſt de Fulconis Epiſtolis ad Pontifices directis:* Adnotat etiam (*Fulco in Epiſt. ad Formoſum Papam*) qualiter Eurardus marchio Sancti Calixti Papæ & Martyris venerabile corpus à Romana ſede impetraverit, atque in ejus honore monaſterium in ſuo prædio conſtituerit. Quod prædium poſt ejus obitum ad filium ipſius Rodulfum abbatem hæreditario jure devenerit: qui res ipſas ſimul cum memorati Martyris gleba, vitæ ſuæ diebus abſque ulla contradictione tenuerit, & de ſeculo migraturus eaſdem res cum monaſterio & corpore ſacro Remenſi Sanctæ Dei genitricis eccleſiæ delegaverit, eamdemque rerum ſuarum heredem inſtituerit. Tunc verò Hucboldus quidam ſororis hujus Rodulfi maritus munus ejuſdem abbatis calumniabatur, & ab eccleſiæ Dei Genitricis jure conabatur auferre: Proinde precatur, ut
F quid ſibi ſit in talibus agendum, ſuis eum ſacris inſtruat litteris, & harum collationem rerum æterna ſtabilitate corroboret, atque contradicentes digna excommunicationis ultione percellat.

& Fulcone Aëp. Remenſi

99 *Reſcripſit Formoſus Papa ex voto Fulconis, eique Privilegium miſit, ut Flodoardus lib.* 4 *cap.* 2 *refert,* pro monaſterio Auennaco, atque pro eo monaſterio, quod Rodulfus abbas (*Euerardi filius*) in honore S. Calixti Martyris & Papæ ex hereditario proprietatis ſuæ jure conſtructum huic Remenſi conceſſerat eccleſiæ. *Scripſit itaque Fulco ad Hetilonem Noviomenſem ſeu Tornacenſem epiſcopum, in cujus diœceſi S.* Calliſti *corpus Cyſonii quieſcebat, ut id inde Atrebatum adduceret, Remos dein ſolemni pompâ transferendum: idem quoque à Dodilone, Cameracenſi epiſcopo, petierat;* At Dodilo (*ita Flodoardus lib.* 4 *cap.* 6) cum debuiſſet agere, quod petebatur, è contrà, filiationis ac fraternitatis poſthabitâ reverentiâ,

apud Flodoardum,

AUCTORE J. B.

in medio occurrens viæ & de manibus geſtantium ſacrum piguus abripiens, apud ſe repoſuit, dicens : non illud cuiquam ſe redditurum, niſi eidem Heteloni, in cujus dinoſcebatur fuiſſe parochia poſitum : & hoc ipſum novæ fraudis argumento geſſiſſe, quò valeret præfatum corpus ſacrum cuidam Hucboldo comiti (*duxerat hic, uti Marlotus lib.* 4 *cap.* 3 *ſcribit Engeltrudem, Rodulfi ſororem*) traderet. *Sed tandem voti ſui compotem factum fuiſſe Fulconem teſtatur Flodoardus lib.* 4 *cap.* 8 *ita ſcribens :* corpus etiam beati Calixti, conceſſa ſibi vel eccleſiæ Remenſi abbatia ejuſdem Sancti, Remos deduci fecit, & poſt altare Sanctæ Mariæ venerabiliter collocavit.

licet varient in tranſlationis adjunctis :

100 *Convenit itaque inter anonymum Cyſonianum & Flodoardum de corpore* S. Calliſti *in Belgium re ipſa tranſlato, licet uterque partim corrigendus ſeu benignè interpretandus ſit, partim in Tranſlationis adjunctis alter ab altero diſcrepet : benigna ſaltem interpretatione utrique indigent, cum ajunt,* S. Calliſti corpus *in Belgium fuiſſe, tranſlatum : non enim corpus* S. Calliſti, *ſed aliquas ejus dumtaxat partes poſſediſſe Cyſonium, ex iis, quæ ſuprà de reliquiis ejuſdem Pontificis Romæ Fuldæque ſervatis dicta ſunt, ſatis evincunt : neque porro eſt, cur hac in re illis aut venia, aut fides deneganda ſit : non venia, cùm contingat ſæpiſſime, ut hæc illave eccleſia dicta fuerit hujus illiuſve Sancti corpus poſſidere, cujus tantùm partem poſſidebat : patiamur itaque ab his aliiſque ſcriptoribus* corpus S. Calliſti *Cyſonium Remoſque delatum dici, ſed totius nomine partem intelligamus. Diſcrepat alter ab altero, cum anonymus Cyſonienſis,* S. Calliſti *corpus, ſeu potiùs reliquias à Pontifice Romano primùm Notingo, Brixienſi epiſcopo, abs hoc verò Euerardo comiti dono datas, ſcribit : contrà verò cum Flodoardus ſcribit, Euerardum eas à Romana ſede impetraſſe : verùm, ùt anonymus falsò credidit,* S. Calliſti *reliquias, paulò priùs, quàm in Belgium mitterentur, ex S. Calepodii cœmeterio extractas, quòd veroſimiliter Acta tantummodò Paſſionis* S. Calliſti, *in quibus illic ſepultus fuiſſe legitur, conſuluerit ; ita & Flodoardus ſeu, ſi mavis Fulco Remenſis archiepiſcopus,* S. Calliſtum *Romæ paſſum ſepultumque ex iiſdem ; imò & aliunde ejus reliquias in S. Mariæ à Gregorio* IV *haud ita pridem loco motas fuiſſe, fortè compertum habens, inde rectà in Belgium tranſlatas fuiſſe ſibi ſumpſerit : quæ ſeu verè ſeu falsò opinati illi ſcriptores fuerint, propterea tamen non vacillat facti fides. Præterea Anonymus Cyſonienſis ſcripſit, Euerardum* S. Calliſti *reliquias Cyſonium attuliſſe : Flodoardus Rodulfum : dubium eſto, num Euerardus per ſe, an per Rodulfum filium, id præſtiterit ; facta equidem tranſlatio eſt : alioquin Formoſus Papa litteris, quibus donationem monaſterii Cyſonienſis à Rodulfo eccleſiæ Remenſi factam confirmavit, Fulconem monere non neglexiſſet, integrum* S. Calliſti *corpus adhucdum Romæ ſervari. Fulconis ad Dodilonem litteras Marlotus adſcripſit anno* 897 : *tranſlationem reliquiarum* S. Calliſti *Remos Sauſſayus num.* 91 *citatus anno proximè ſequenti. Multò porro ſeriùs* S. Calliſti *brachium è Remenſi ſacrario ad S. Quintini in Bellovacenſi ſuburbio abbatiam per S. Ivonem, primum ejus loci abbatem, ac Carnutenſem dein epiſcopum, delatum fuit ; cum illa ſeculo tantùm* XI *à Guidone, Bellovacenſi epiſcopo, fundata fuerit, ut liquet ex Charta Philippi, Galliæ regis anni* 1079 *apud Loiſelium de rebus Bellovacenſibus cap.* 8 *pag.* 261.

quædam etiam ad monaſterium S. Michaëlis ad Moſam,

101 *En alteram corporis* S. Calliſti *Româ Tranſlationem ſub annum* 1026 *factam, ſi vera memorat anonymus, Nanteri abbatis tempore monachus, in Hiſtoria monaſterii S. Michaëlis ad Moſam in pago Virdunenſi à Mabillonio tom.* 2 *Analectorum pag.* 374 *& ſeqq. partim editus. Nanterus hujus monaſterii abbas, ut is anonymus narrat, Romam primùm devotionis causâ ; inde ad montem Garganum profectus, & hinc demum Romam redux, cum jam in procinctu eſſet, ut ad ſuos rediret, ſed non ſine Sanctorum, quarum illic magna erat copia, reliquiis ; abbatem quemdam, hoſpitem ſuum, enixè rogavit,* ne ſe vacuum (*anonymi verba ſunt*) fineret redire, ſed ſui voti compotem, ſi poſſet, efficeret. At ille obtulit ei quædam oſſa, dicens de corpore Stephani Papæ eſſe & Nemeſcii ejus diaconi : ea, ſi vellet, (*en conditionem indignam*) pretio emeret. Cui ille : (*Nanterus*) audivi, ait multos noſtrorum ſimili errore deluſos ; nec ſic facilè credas me poſſe deludi. Niſi enim videro ſepulcrum hactenus intactum, & cujus membra intus jaceant, me ſcriptura docuerit ; noveris nullatenus quidquam pretii à quoquam mihi extorqueri. Penes me, ait hoſpes, non eſt alia ſpes recuperandi : ſed quia te video inflexibilem ab hac intentione, fraterna tibi dilectione compatior, & ut hodie profectionem intermittas hortor, donec quemdam alloquar cimiteriorum cuſtodem (*planè egregium*) ſi quo modo tuis votis prodeſſe poſſim.

ùt fertur,

102 Hæc dicens, properat ad quemdam apud Sanctum Valentinum commorantem, cuncta, quæ didicerat, per ordinem edocet. Qui auditis hujuſmodi cauſis affatim gaviſus eſt, magis autem promiſſis illectus pecuniis (*en alterum ejuſdem imò pejoris, ùt paulò pòſt patebit, farinæ hominem*) aſſenſum præbuit, corpus Sancti Calliſti Papæ ſe daturum pollicitus, omniaque, ſicut abbas (*Nanterus*) requirebat, ſe oſtenſurum promiſit, & intactum uſque nunc ſepulcrum, & quemadmodum in geſtis Paſſionum (*quibus ?*) legitur, in ſuperficie tabulæ marmoreæ epitaphium exaratum, dummodo in dandis promiſſis fides adhibeatur dictis. Conventione igitur facta, ventum eſt ad cimeterium, in quo ſemper ardent lampades. Quo in loco altrinſecus fit juramentum, ab abbate cimeterii cuſtode in eodem loco, ùt libri Paſſionum & præſens epitaphium docebat, corpus eſſe Calliſti Papæ, propria manu jurante ; & è contra juſſu abbatis Nanteri (*à morbo convaleſcentis abſentiſque*) monacho ſuo ſuper ſacra ſpondente, quod promiſſum erat pecuniarum die denominato mittendum.

103 Poſt

A 103 Post compositas utrimque sponsiones monachus arrepta securi tentabat marmoreum avellere tabulatum, quo claudebatur sepulcrum. Nam undique cæmentarii artificio septum durius lapide fuerat effectum, nec ullo modo junctum potuit cæmentum dividi. Quin etiam retusæ secures & bipennes confringebantur, in eminenti loco prospiciente speculatore, ne aliquo superveniente furtum, quod cum grandi fiebat pavore, quodque illis in reatum, istis in remedium, quoquo modo foret deprehensum. Sed cum monachus nulla ratione marmoream tabulam, ut præfatum est, indissolubili glutino cæmenti valeret effringere; levata securi audaciùs librat ictum in tabulæ medium, quæ claudebat monumentum: defossumque thesaurum omni gemma pretiosius invenit repositum interius. Quod assumens detulit abbati ad hospitium, qui nondum ex toto convaluerat: sed domi recumbens cooperatorem monachum & sibi fideliter obsequentem inter spem metumque positus expectabat. Quem venientem & quod optabat deportantem ineffabili gaudio suscepit. Membra Martyris devotè complectitur, linteaminibus
B novis & candidis involvit, & cum omni festinatione in patriam accelerat reditum &c. . . .

translatæ fuerunt;

104 Peracto diu optatæ peregrinationis itinere, tandem cum thesauro, quod secum ferebat, ad locum, qui vetus monasterium nuncupatur, pervenit, & in ecclesiam sanctæ Mariæ parieti monasterii adhærentem membra beati Martyris in arca sigillo & cera munita cautus custos juxta altare diligenter deposuit. *Ita laudatus anonymus, rescissis tamen, quæ ad rei summam percipiendam minùs sum arbitratus necessaria. Addit deinde anonymus, undique eò ventum esse à fidelibus, ut S.* Callisti *patrocinio ab animi corporisque malis liberarentur, idque piis eorum votis à Divina pietate fuisse concessum. Verene, an non, Nanterus S.* Callisti *corpus ad suum monasterium Româ detulerit, neque liquidò affirmat, neque negat Mabillonius Tom. 4 Annal. Bened. lib. 54 ad annum 1026 num. 88; sed, relatâ historiâ, ait:* Hæc quo pacto cum translatione corporis sancti Calisti in Cisoniense monasterium per Evrardum comitem, indeque ad ecclesiam Remensem facta conciliari possint, aliis explicandum relinquo. *Ego verò, Nanterum, quantumvis cautè sibi*
C *procedere visus fuerit, ab infido pecuniisque inhiante cœmeterii, verosimillimè S. Calepodii, custode fuisse delusum puto, eò quòd seculo* XI *non amplius in illo cœmeterio, sed in S. Mariæ trans Tyberim, uti quæ suprà hujus § initio diximus, satis evincunt, S.* Callisti *corpus jam diu reconditum fuerit. Loculus, in quo id olim jacuerat, cum inde aliò translatum fuit, relictus fuerit vacuus; & ablato S.* Callisti *corpori aliud sancti cujusdam Martyris, fortassis Callisti (nam plures hujus nominis Martyres Romæ fuerunt) substitutum fuerit, tabellâque munitum marmoreâ, seu veteri, seu nova, quæ S. Papæ martyris nomen spectatorum oculis ad fallendam fortè exterorum pietatem offerret, quod cœmeterii custodibus, quibus id animi fuit, clam exsequi haud*

difficile fuit. Fecerit id, vel ab alio factum noverit, qui Nantero imposuit cœmeterii custos, & non facilè fraudem detegendam ratus, jure jurando affirmare, sese Nantero S. Callisti *papæ & martyris, ut ferebat inscriptio, tradere, pecuniæ cupiditate abreptus, non timuerit. Verùm hæc de locis, quæ S.* Callisti *corpus habuisse leguntur, dixisse sufficiat.* AUCTORE J. B. D

105 *Quod si de iis locis, quæ ex S.* Callisti *reliquiis partes seu frustra quædam se obtinuisse gloriantur, quæratur, vix fieri posse putem, ut singula memorentur: nos ex his nonnulla sparsim inventa hìc fistimus quidem, sed, quin his plura sint in orbe Christiano, minimè dubitamus. Morettus sæpiùs laudatus cap.* XI *num.* 70 *& seqq. citatis monumentis scriptorumque testimoniis, docet è S.* Callisti *reliquiis servari in ecclesia S. Sebastiani prope Urbem, caput; in oratorio S. Chrysogoni de brachio; in altari S. Agnetis de agone partem brachii; in altari S. Mariæ in Cosmedin brachium seu partem brachii; item sub ara ecclesiæ S. Thomæ de Parione, ab Innocentio* II *illic reconditam; in ecclesia SS. Sergii & Bacchi prope arcum Septimii partem brachii fragmenta ossium, seu reliquias minùs insignes in templo S. Pauli; in Transtyberino S.* E *Cæciliæ & Sociorum Titulo; in ecclesia S. Mariæ de ara Cæli; in ecclesia S. Anastasiæ; in ecclesia S. Simeonis de Ponte; in ecclesia S. Tryphonis; in æde S. Mariæ de Cappella; sub altari S. Matthæi in Merolana, collocante Paschali II; in ecclesia S. Nicolai de Funariis; in ecclesiis S. Salvatoris de Coppelle, S. Mariæ de Populo, S. Pauli à Columna Antonina, S. Eustachii, ac forsan in ecclesia S. Blasii de Planetta.* *Morettus alia ejus offa per Italiam.*

106 *In reliqua verò Italia servari item docet, Neapoli in S. Mariæ Majoris, Florentiæ in ecclesiis omnium Sanctorum, Metropolitana, S. Michaëlis Visdomini, & S. Johannini, olim Societatis Jesu, Bononiæ in ecclesiis S. Benedicti in Strada Galleria, S. Benedicti, S. Joannis in monte, & S. Stephani; Lucæ in S. Mariæ di Cortelandini, Cremonæ in cathedrali apud sacellum S. Joannis Baptistæ; Amalphi in cathedrali, & in cœnobio monialium SS. Trinitatis; Tuderti in cathedrali; in oppido Umbriæ Spelli in collegiata S. Laurentii; Prænestæ in S. Agapiti; in ecclesia veteri matrice oppidi Laurentilli; prope Urbem veterem in ecclesia SS. Trinitatis; Amiterni in S. Victorini; Buterii in Sicilia brachium, seu partem brachii. Hinc in Galliam, Britanniam, Hispaniam, & Ger-* F *maniam Morettus, citatis, ut antè, monumentis scriptorumque testimoniis, progreditur. Servari in Gallia, præter Remenses & Bellovacenses, de quibus jam dictum est, S.* Callisti *reliquias docet Rothomagi & in Massilienſi S. Victoris cœnobio; in Anglia verò fuisse olim Glastonii ex Monastico Anglicano tom. 1. pag. 6. In Hispania Valentiæ in templo cathedrali caput, seu potius de capite ex fide Tamayi. In Germania, præter Fuldenses & Clingenses (de quibus supra) Coloniæ apud PP. Dominicanos mandibulam; in ecclesia SS. Simonis & Judæ, uti & in collegiata Gosslarienſi; denique in altari,* ad S. Vitum & omnes Martyres *dicto monasterii Tegernensis in Bavaria.* *aliasque regiones sparsa memorat.*

AUCTORE J. B.

107 *Quod ad reliquias S.* Callisti *in Germania servatas attinet, addi his possunt & aliæ ex Crumlovio, Bohemiæ oppido, in Austriam delatæ ac Lincii in cæsareo sacello honorificè reconditæ; de quibus hæc ex litteris annuis collegii Viennensis societatis Jesu anni* 1614 *descripta ad decessores nostros P. Gamansius misit*: Per idem fere tempus beati Callisti Martyris ac Pontificis corpus (*aliquot ejusdem partes rursus intellige*) magna ex parte ab hæreticorum contumeliis vindicatum est, atque Lincii in sacra imperatoria cella honorificentissimè collocatum. Eas Beati reliquias imperatrix (*Anna, Mathiæ imperatoris conjux*) heroina religiosissima in sacello Crumloviensis arcis, marmoreo tumulo conditas cùm observasset, verebatur, ne Roscenses reguli hæretici ejus arcis domini, violâssent, sicuti sacellum exanguraverant: quam ob rem apud cæsarem Mathiam, conjugem suum egit, ut Crumlovio Lincium transvehendas juberet. Sacerdotem igitur nostrum, concionatorem suum (*P. Georgium Amende*) eo destinat cæsar, qui omnibus antè solerter exploratis, sacra ossa Lincium
B advehat. Si quidem constet ex integritate marmoris, loculorum & ossium, eis hæreticos abstinuisse manus impias, quod & constitit, inviolato planè comperto marmore, ac iis multò magis, quæ illo conderentur.

præsertim à Germanis

108 Hæc porro beati Martyris sacra pignora cum noster jam invecturus in aulam cæsaream esset, multa cum fide ac religione procedit obviàm imperatrix, sancteque venerans cæsari conjugi, ex podagra laboranti, propitium advenire Christi militem precatur: inde ad eumdem cæsarem properat, nuntiatura tam optati Hospitis felicem adventum: à quo prospera omnia & poscere & sperare quoque jubet ægrum imperatorem, neque frustra: ubi enim S. Calisto votum piè nuncupârat, mox artuum dolor omnis discussus est, ut postridie, cùm in ornatiorem capsam lipsana inderentur, ipse venerabundus ac valens adesset. Multam porro auctoritatem venerationemque ipsi Martyri, & cæsari fiduciam rogandi conciliârat repentina sacerdotis nostri sanatio ex graviore febre, qua urgente, mittenti cæsari ad reliquias advehendas, valetudinem fuisset excusaturus, nisi sacræ illius sarcinæ proxima vectura certiorem ei spem faceret sanitatis:
C quam sanitatem ipsi ex sepulchro sua ossa promenti Martyr, etiam ante vectionis officium, liberaliter repræsentavit. *Quæ quidem huc illata volui, ne beneficium, invocata S.* Callisti *ope, tam illustri capiti divinitus collatum perpetuæ forsitan oblivionis tenebris involutum, ex hominum memoriâ evanescat. Imperatrix eadem S.* Callisti *reliquias in Tyrolim Pragâ transmisit, ubi tamen adhuc aliquas servari scribit Pessina in Metropolitanæ S. Viti ecclesiæ Phosphoro pag.* 520: XIV Octobris S. Calixti Papæ & M. pars insignis de capite allata per Carolum (*imperatorem hujus nominis* IV) 1355. Erat quondam etiam pars potior corporis ejusdem, quam Anna imperatrix Matthiæ conjux in Tyrolim misit; *id est, ut opinor, plures S. Reliquias in Tyrolim misit, quàm Pragæ reliquerit.*

quibus hic & alia quædam

109 *Reliquiis Belgicis suprà memoratis addo eas, quas Aroasiense Canonicorum Regularium monasterium, altero lapide à Bapalma oppido Artesiæ, nactum est, in cujus reliquiarum Indiculo tom.* 1 *Januarii in B. Heldemari, Aroasiæ fundatoris, anno* 1097 *defuncti, Vita pag.* 834 *legitur*: S. Calixti, *videlicet reliquiæ, eò Remis verosimillimè delatæ. Quoad easdem verò hæc item insuper notanda veniunt ex Rayssio in Hierogazophylacio Belgico pag.* 153 *ita scribente*: Nuper, id est, anno ab incarnato Verbo MDCXVI Dominus Joannes de Rumaux abbas hujus loci (*Cisoniensis*) os femoris solidum & integrum sacri corporis excellentissimi Martyris Callisti Papæ à Remensibus impetravit, quod honorificè ac solenni pompa quinta decimâ Maji ad suum deferri curavit monasterium. *Pompæ tunc peractæ apographum ex Buzelini MS. dabimus infrà. Apographo isti subdit sequentia*: Ceterùm alia duo Pontificis nostri etiamnum ostendant regulares monasterii Cysonienfis canonici. Horum unum haud dubiè jam inde à temporibus B. Euerardi è sacro corpore sumptum fuerat, ut aræ templi inseretur, cùm, ipso procurante, fuit dedicatum: quod nuperrime detectum fuit, dum E illustrissimus Cameracensis archiepiscopus è vetusto altari reliquias extraxit, quas in novo à se consecrando constitueret.

D *Belgisque obtenta*

110 Alterum ab omni memoria publicè semper hactenus fuit expositum, ut majorem erga Martyrem cultum ac venerationem orantis populi excitaret. *Addit denique Buzelinus, S.* Callisti *reliquias insigni canonicorum S. Petri Insulis ecclesiæ, utì & parochiali templo pagi Lambersatensis prope Insulas paucis abhinc annis Remis fuisse transmissas. Forsan & in vico Jambe prope Namurcum, ubi sacellum sibi dicatum S.* Callistus *habet, nonnihil reliquiarum ejus colitur ab iis potissimùm, qui faucibus laborant, ut disco ex libello Gallico sub seculi proximè elapsi finem Namurci edito à P. Philippo à Visitatione, Carmelita, loci vicario. Quod denique ad Sancti Pontificis in Hispania servatas reliquias spectat, addi fortè possunt Valentinis suprà memoratis Hispalenses; quas anno* 1641 *in Hispaniam Româ tradictas, ac Hispalensi PP. Excalceatorum sanctissimæ Trinitatis de Redemptione captivorum monasterio datas refert P. Alexander à Matre Dei in Chronico Hispanico Ordinis part.* 3 *lib.* 8 *cap.* 21 *pag.* 112: Conventui nostro F Hispalensi (*distributa sunt ex multis aliis ibidem enumeratis, inquit*) sacra corpora S. Callisti Martyris & S. Narcissi Martyris: *verùm si id corpus integrum fuerit, & ex cæmeterio* Callisti, *uti is Chronographus videtur innuere, extractum,* Callisti *nostri ob hoc § dicta esse non potuit.*

adduntur.

A

§ VIII. Cultus ſacer variis locis S. Calliſto exhibitus.

Cultus ſacer Sancto Romæ,

S. Calliſti *cultum, tum alibi, tum Romæ potiſſimùm exhibitum latè proſequitur Morettus, Operis frequenter citati toto cap.* 12 *ejuſque Auctario, unde, quæ hâc de re ſequuntur, maximam partem delibata ſunt, additis paucis, quæ ad ejuſdem cultum in Belgio ſpectant. Quamquam compertum haud habeatur, an & quibus miraculis inclaruerit, tamen, quamdiu ejus in cœmeterio jacuerunt exuviæ, dubitandum haudquaquam eſt, quin illic invocari ejus patrocinium, honorarique cœpta ſit memoria, vel ab ipſomet ejus Martyrio & in cœmeterio S. Calepodii ſepultura: ſuadet id S. Aſterii ſacri ejus corporis ex puteo, in quem projectum, lapidibuſque obrutum fuerat eruendi, & honore tanto*

B *Martyri debito ſepeliendi ſingularis planè cura, quam ipſi adimere nec evidens vitæ periculum potuit. Suadent conventus ſacri in ejus honorem olim habiti, alter die* XII *Auguſti, alter* XIV, *uti ex Hieronymianis Martyrologiis non abſque veriſimilitudine credi poteſt. Fueritne ad ſancti reliquias in S. Calepodii cœmeterio ab antiquioribus ejus in Pontificatu ſucceſſoribus condita ædicula ſacra, non docent teſtimonia veterum.*

dicatis ejus nomini templis,

112 *Sed ad S.* Calliſti *ſepulcrum excitaſſe vel innovâſſe baſilicam, in qua & ſepultus fuit, S. Julium ab anno* 337 *Romanum Pontificem ex Catalogo Pontificum Bucheriano jam olim dictum eſt in Opere noſtro tom.* 2 *Aprilis pag.* 83 *num.* 2, *ad diem* XII *Aprilis S. Julio ſacram. Calliſtianæ hujus extramuranæ eccleſiæ nullum quidem exſtare veſtigium, neque quo tempore, cauſave diruta collapſave fuerit exploratum eſſe ait Morettus pag.* 274 *num.* 15 *citati cap.* 12 *: verum perſtitiſſe illam ad ſeculum uſque* XVI, *tum ex auctoribus variis, tum ex Albertini Libello de cœmeteriis anno* 1523 *vulgato, verbis :* Cœmeterium Calepodii viâ Aurelia apud eccleſiam S. Calixti. *Sortem ſimilem experta eſt altera Romæ S.* Calliſti *eccleſia, quæ in Urbe ad*

C *montem Cœlium exſtructa fuerat, de qua Floravantes Martinellus cap.* 12 *de templis Sanctorum obſoletis in Urbe pag.* 251 *:* S. Calliſti in Cælio, humile & exiguum erat anno MDLXXXVII. *Exſtat adhuc altera S.* Calliſto *dicata eccleſia, S. Mariæ trans Tyberim vicina, & S.* Calliſti *Martyrio nobilis, è domo Pontiani in templum olim converſa; ſed quo conditore, & num ſtatim à ſui exordio dicata S.* Calliſto *fuerit, haud ſatis liquet : veroſimillimum Moretto viſum eſt, id factum eſſe Romanam ſedem tenente Julio : hanc, cum antea juris eſſet eccleſiæ S. Mariæ trans Tyberim, Caſinenſibus monachis Paulus* V *anno* 1608 *conceſſit, in quorum monaſterii ambitu puteus, in quem projectus fuit S.* Calliſtus, *continetur, unde ſalutares aquas fi-*

AUCTORE J. B.

delium pietas haurit. Sacellum eidem ſacrum eadem habet eccleſia, uti & S. Mariæ trans Tyberim.

pictis imaginibus,

113 *Ad excitandam porro fidelium erga S.* Calliſtum *venerationem S.* Calliſti *imagines non ſolùm in binis mox memoratis eccleſiis, ſed & in aliis Urbis templis collocatæ fuere, ut in baſilicis Lateranenſi, Vaticana & patriarchali S. Pauli. Scripſit Adrianus ad Carolum Magnum in Epiſtola Apologetica ſynodi* VII *œcumenicæ (vide tom.* 7 *Conc. editionis Labbeanæ col.* 955) *inde à Conſtantini imperatoris temporibus ad ſuam uſque ætatem, id eſt, ad ſeculi* VIII *fere finem Sanctorum Pontificum Silveſtri, Marci & Julii icones* tam in muſivo quamque in ceteris hiſtoriis, cum ſacris imaginibus ornatis, *fuiſſe depictas : mentio his verbis fit eccleſiæ S. Mariæ trans Tyberim, quæ S.* Mariæ *dicta eſt, quòd ei primùm dedicata eſt*; Calliſti, *quòd eam condidit*, Julii, *quòd eam inſtaurârit. Quod ſi, Adriano Pontifice, ſacris hiſtoriis, imaginum ope expreſſis, tum temporis ornabatur, veroſimile admodum eſt, nec S.* Calliſti, *ejus* E *eccleſiæ conditoris, in eaque tum, ut paullò infrà videbitur, quieſcentis, martyrium non fuiſſe omiſſum, idque eò magis, quòd Gregorius* III *non diu ante Adrianum, teſte Anaſtaſio in eodem Gregorio*, baſilicam S. Calixti Pontificis & Martyris pene à fundamentis dirutam novis fabricis cum tecto conſtruxit, ac totam depinxit. *Uti etiam legitur in lectione ſexta, die S. Gregorio* III *ſacra, à canonicis cleroque S. Mariæ trans Tyberim recitanda. Depictum item fuit S.* Calliſti *martyrium in altera, de qua num.* 112, S. Calliſti *eccleſia, priuſquam Caſinenſibus monachis ceſſiſſet, pietate Cardinalis Moroni, uti Morettus citatus num.* 26 *probat ex Actis viſitationis S. Mariæ trans Tyberim anno* 1582 *vulgatis, ubi tit.* de eccleſiis ſubditis *folio* 19 *verſo hæc leguntur* : Extat alia nuda eccleſia (*id eſt, ſine lateralibus altaribus*) ſub invocatione S. Calixti tituli hujuſcemodi eccleſiæ S Mariæ, quæ eccleſia aliàs à bo. me. card. Morono variis & pulcherrimis picturis Hiſtoriam ejus (S. Calixti) repræſentantibus fuit ornata. *Templis hiſce addit Morettus num.* 28 *perantiquum S. Stephani ad montem Cœlium (olim* F *juris PP. Societatis Jeſu Collegii Germanici) in cujus parietibus Calliſtiani Martyrii hiſtoria depicta viſebatur; curâ nimirum Gregorii* XIII, *de quo ex Buidetho Morettus num.* 31 *hæc verba refert :* In monte Cælio in auguſta ac rotunda æde S. Protomartyris Stephani, ceu in theatro nobiliorum Martyrum trophæa ſecundum temporis ac hiſtoriæ ſeriem digeſta ordinatiſſimè pingi fecit, *ut ſuæ erga ſanctos illos Martyres venerationis monumentum apud poſteros eſſent.*

erectâ ſtatuâ, nummo cuſo, exhibitus :

114 *Haud abſimile venerabundi erga S.* Calliſtum *alioſque martyres animi teſtimonium præbuit Clemens* XI, *dum quatuor columnarum, porticum S. Mariæ trans Tyberim ſuſtinentium, faſtigiis SS. Cornelii, Julii, Calepodii, &* Calliſti *ſimulacrum marmoreum imponi voluit; dum grandiori baſilicæ ejuſdem campanæ, hæc inſcribi :* In honorem B. Mariæ de clementia & D. Calliſti, quam Hieronymus Cardinalis Ruſticuccius hujus baſilicæ titularis fieri curaverat,

A Clemens XI P. M. ære suo refundi jussit anno MDCCXIII ; *dum, perfecta S. Mariæ trans Tyberim portica, monetam* (Piastra *nuncupatam*) *cudi voluit, quæ S.* Callistum *ad pedes Sanctissimæ Dei Genitricis provolutum orantemque exhiberet. Non leve item cultûs sacri S.* Callisto *olim exhibiti documentum est vetustissimum scyphi vitrei fragmentum, sub hujus seculi initium in cœmeterio viæ Appiæ à Buldetho repertum ac in Museo Carpiniano collocatum : exhibet id S.* Callistum *tamquam senem venerabilem eo modo, quo apud Morettum inter* 5 *S.* Callisti *effigies earum primâ exhibetur pag.* 25. *Non leve, inquam, id sacri cultus S.* Callisto *exhibiti indicium est :* Adhibitum enim, *inquit Morettus cap.* 12 *num.* 38, censendum est Callistianum ejusmodi cyathum fuisse à fidelibus agapes, seu convivia celebrantibus post sacram liturgiam, divinamque psalmodiam actam in conventibus habitis præcipuè ad sepulchrum S. Pontificis viâ Aureliâ & ad conditorium viæ Appiæ (*à* Callisto *seu auctum, instauratumve*) ubi ad Callisti honorem sobriè hilariterque bibebatur.

B *celebritas, quâ ibidem*

115 *Festum olim Romæ geminum in ejus honorem fuisse institutum, alterum die* 12, *alterum* 14 *Octobris ex Hieronymianis Martyrologiis suprà num.* 80 *laudatis verosimile fit : postremum hodieque non Romæ solùm, sed & latè per orbem Christianum viget ; primum verò jamdudum desitisse videtur, verosimiliter ex eo tempore, quo in S. Mariæ trans Tyberim sacræ* S. Callisti *reliquiæ translatæ fuere, qua de re vide dicta num.* 93. *Eadem item occasione desierit æquè ad sancti in via Aurelia sepulcrum conventus haberi solitus. Preces, quibus tum invocatus fuerit sanctus Pontifex in divinis Officiis, nusquam exstant : at in Sacramentario Gregoriano apud Pamelium tom.* 2 *Liturg. pag.* 347 *sequentes in Missa* S. Callisti *die* 14 *Octobris dicendæ præscribuntur orationes :* Deus, qui nos conspicis ex nostra infirmitate deficere, ad amorem tui nominis nos per Sanctorum tuorum exempla restaura. Per. *Secreta.* Mystica nobis, Domine, prosit oblatio, quæ nos & à reatibus nostris expediat, & perpetua salvatione confirmet. Per. *Post communionem.* Quæsumus omnipotens Deus, ut & reatum nostrum munera sacrata purificent,

C & rectè vivendi nobis operentur effectum. Per. *Quamquam autem nulla in his Martyrii Callistiani mentio fiat, satis tamen id illi, ut suprà* § VI. *ostensum est, aliunde vindicatur. Statio, quam in viâ Aureliâ ex Frontonis Calendario haberi olim solitam fuisse scimus, post translatas in S. Mariæ trans Tyberim reliquias, & ante Gregorii* XIV *tempora jam desierat ; licet non desint martyrologia Gregorio* XIV *recentiora, in quibus statio diei* XIV *Octobris viâ Aureliâ pergat adscribi ; quod inde ortum est, quòd eorum auctores religioni sibi ducerent antiquiorum verba immutare ; cui malo, si quod est, mederi facilè potest, uti Morettus num.* 73 *monet, si pro* viâ Aureliâ *scriptum in iis* olim in via Aurelia *intelligamus.*

in S. Mariæ

116 *Ne quid autem detrimenti S.* Callisti *cultus ex abolitione stationis seu conventus ad viam Aureliam pateretur, institutum fuit,* D *ut ad S. Mariæ trans Tiberim conventus celebraretur die Dominica* 14 *Octobris proximè subsequente :* Præter illas duas stationes, quarum una infra Quadragesimam, & alia in proxima Dominica post festivitatem B. Callisti habetur, tertiam stationem in Dominicæ Nativitatis octavis à nobis sollenniter institutam, deinde per nostram, nostrorumque successorum præsentiam celebrandam concedimus, *inquit Callistus II, qui fortè & secundam ex his stationibus instituerat, in suo diplomate, è quo transcripsit mox adducta Morettus num.* 75. *Unde etiam apparet, summos Pontifices ad eam festivitatem accedere solitos fuisse : tenuit Pontificatum Callistus II ab anno* 1119 *usque ad* 1124. *Imminuta postmodum stationis, eò non amplius cum clero populoque die Dominica à* Callisti *festo proxima accedentibus Pontificibus Romanis, celebritas fuit : at non evanuit prorsus ; mansit nomen, mansere indulgentiæ, populique ad eas lucrandas ad S. Mariæ trans Tyberim eodem die qualiscumque concursus. Sic enim ea* E *de re habet libellus Officiorum propriorum ecclesiæ S. Mariæ trans Tyberim, dies, quibus in ea stationes celebrantur, enumerans :* Dominicâ post festum S. Callisti. Vetustissima : & memorata in litteris Callisti II. *Modicâ quidem pompâ, ut Morettus fatetur num.* 83, *statio ista celebratur ; reliquiæ tamen S.* Callisti *super altare fidelium veneration exponuntur, & tabularum ministerio lucrandarum eo die indulgentiarum notitia populo traditur.*

trans Tyberim,

117 *Imminuta ejus Dominicæ pompâ, crevit festi S.* Callisti *die* 14 *Octobris celebritas ; quæ quidem olim, tum cùm adhuc in cœmeterio S. Calepodii Callistianæ servarentur exuviæ, tum cùm intrà Urbem delatæ essent, cum Octava celebrata fuit, at pompa longè spectabiliore, ex quo stationis mox memoratæ honor decrevit :* Augustis illis conventibus obsoletis, *inquit Morettus num.* 85, liberior factus laudatus clerus (*S. Mariæ trans Tyberim*) nedum per octiduum ecclesiasticis precibus Callisti memoriam recolere non destitit religiosissimè, festum agendum suscepit pompâ maximâ. Tunc scilicet agi cæpere ritu summo Missarum solemnia Cardinalis titularis ministerio & præsentia persæpe decorata, quæ præcederet ac sequeretur divini cursus F prolixior & celebrior cantilena : ornari magnificentissimè basilica : patriciorum, plebisque concursus acciri, excitarique maximè sanctis ecclesiasticæ indulgentiæ illecebris ; *quam quidem indulgentiam fuisse plenariam ex Francisco del Sodo Morettus docet, sed ex temporaria, liberalitate Pauli* V, *perennitate donatam. Pontificis porro subdit hac super re litteras ex earum autographo tenoris hujusmodi :* Paulus V. Ad perpetuam rei memoriam. Splendor paternæ gloriæ, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementissima ejus majestate sperantium tunc præcipuè benigno favore prosequitur, cum devota ipsorum humilitas Sanctorum meritis & precibus adjuvatur. Volentes igitur ecclesiam S. Mariæ Transtyberim de Urbe aliquo speciali munere illustrare

A luſtrare de omnipotentis Dei miſericordia & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus authoritate confiſi omnibus utriuſque ſexus Chriſti fidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, qui dictam eccleſiam die feſto S. Calliſti PP. à primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis feſti hujuſcemodi ſingulis annis devotè viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ univerſalis Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die v Octobris MDCXV. Pontificatus noſtri an. XI. S. Cobellutius.

aliiſque Urbis

118 *Hæc in eccleſia S. Mariæ trans Tyberim : at neque S. Mariæ canonicis ſub idem tempus defuit cura, ut & in vicina S.* Calliſti *eccleſia debitus illi honor redderetur ; quippe die* XIV *Octobris ſolemne illic ſacrum celebrare aliquamdiu conſueverunt per ſe ipſos : ita enim habet apud Morettum num.* 89 *ſummarium ſtatus eccleſiæ S. Mariæ trans Tyberim Avilianum, anno* 1600 *conditum, tit. de eccleſiis ſubditis pag.* 64 *:* Ad eam (*vicinam S. Calliſti eccleſiam*) capitulum in Feſtivitate ejuſdem S. Callixti, quæ eſt die XIV Octobris, ſe confert, ubi celebratur Miſſa ſolemnis per canonicum, diacono & ſubdiacono canonicis illi miniſtrantibus. *Immutatus dein mos hic juſtis de cauſis fuit, intermiſſum ſacrum ſolenne, ſed cui Miſſæ planæ non per canonicos, ſed per beneficiatos celebrandæ ſubſtitutæ ſunt ; qua de re conſtitutiones Cardinalis Saulii anni* 1607 *cap.* 45 de ſacriſta minore *ita loquuntur :* Die feſtivitatis S. Calixti ad minùs quinque vel ſex Miſſæ planæ (*privatæ, in ejus eccleſia*) celebrentur, quia conventualis celebrabitur in eccleſia *S.* Mariæ, in qua requieſcit corpus ipſius Sancti : *verùm ſolemnior iterum S.* Calliſto *cultus in ea eccleſia reſtitutus fuit, poſtquam à cleri S. Mariæ trans Tyberim jure à Paulo* V, *ſummo Pontifice, avulſa, anno* 1608 *ceſſit monachis Caſinenſibus, qui, æde illa ſplendidiùs inſtaurata,* S. Calliſti *feſtum ſolemniore Miſſa, officioque divino per octiduum protracto celebrare cœperunt, impetratis etiam ad fidelium erga S.* Calliſtum *venerationem magis magiſque excitandam Indulgentiis.*

eccleſiis colitur ;

119 *Ex eadem cauſa eccleſiæ S. Sebaſtiani propter S.* Calliſti, *cui impoſita eſt, cœmeterium conceſſæ fuerunt indulgentiæ plenariæ die* XIV *Octobris lucrandæ : ſic enim apud Morettum num.* 95, *ſed verbis Italicis, ſcribit Petrus Fulvius in Theſauro Indulgentiarum cap.* 25. Die S. Calliſti Papæ, XIV (*Octobris*) in eccleſia S. Sebaſtiani ſunt indulgentiæ plenariæ propter cœmeterium dicti Sancti. *Fuerunt igitur hæ Indulgentiæ templo S. Sebaſtiani, ab anno* 1167 *Congregationi Ciſtertienſi, ut Panvinius de ſeptem Urbis eccleſiis cap.* 3 *pag.* 100 *ſcribit, tradito, propriæ ac determinato menſis Octobris diei affixæ ; ac proin diſtinguendæ ab illis, quas oſtii cœmeterii Calliſtiani viâ Appia inſcriptio ſuprà num.* 66 *relata memorat. Addit denique Morettus memoratis jam Urbis eccleſiis patriarchales baſilicas Lateranenſem, Vaticanam & Liberianam, in quibus, poſtquam Officia omnium SS. Pontificum ritu duplici recitandi facultas illis facta eſt, eodem ritu S.* Calliſti *feſtum celebratur ; celebrari autem per ceteras Urbis eccleſias à clero Romano ritus ſemiduplicis Officio Lectionum novem. Officium verò in S. Mariæ trans Tyberim, ubi & quotidiana S.* Calliſti *commemoratio fit, integrum exhibet auctario cap.* 12, *ubi & varia, quæ ad illud pertinent, fuſè explicat.*

uti & in reliqua Italia,

120 *Atque is quidem S.* Calliſto *cultus à Romanis exhibitus fuit, exhibeturque hodiedum : quis verò alibi gentium ? Templum olim habuiſſe ſuo nomini reliquiiſque dicatum prope Cluſium in Hetruria ac Senenſi territorio, ſed nunc dirutum, tradit Joannes Baptiſta Laurus in Annulo pronubo Deiparæ Virginis pag.* 23 : Non longulè (*à S. Muſthiolæ ad Clanim fluvium ædibus*) *S.* Calliſti (*veroſimillimè Pontificis & Martyris*) conſpiciebatur ædes, in qua hujus (*S. Muſthiolæ*) reliquiæ in urnam conjectæ religioſiſſimè colebantur, quæ ad divæ Muſthiolæ (*Calliſtianâ dirutâ*) mox tranſlatæ ſunt, & ad latus beatiſſimi corporis reconditæ. *Notatur ejus Feſtum in Calendario Miſſalis Mediolanenſis ſecundum morem Ambroſianum anni* 1522. *Cultus ſacri S.* Calliſto *jam dudum impenſi in Inſubria monumentum item affert Morettus num.* 51, *ubi Litanias cujuſdam apud Inſubres aſceterii, ſeculi* XII *uſum redolentes memorat ex MS. codice membranaceo, Pſalterium monaſticum continente, ub. ante S. Urbanum, & S. Fabianum, poſt Linum, Cletum, Clementem, Alexandrum, Sixtum & Cornelium Pontifices ſummos S.* Calliſtus *ſic invocatur : S.* Calliſte ora *: Cultum verò S.* Calliſto *non incelebrem in Anglia olim exhibitum fuiſſe rectè elicit Morettus num.* 101 *tum ex Epiſt.* 53 *part.* 2 *lib.* 5, *quam ad S. Thomam Cantuarienſem ejus nuncii ſcribunt, tum ex ſtatutis ſynodalibus Gilberti Ciceſtrenſis epiſcopi. Agitur in Epiſtola mox laudata de mandato quodam regio, reſque ad hunc modum concluditur :* Diem præſentis mandati pleniùs exequendi ponit & aſſignat vobis Dominus rex diem Jovis craſtinum B. Calixti Papæ. *Statutis autem ſynodi Ciceſtrenſis hic præmittitur titulus tom.* 2 *Conciliorum Britanniæ pag.* 183 *:* Statuta & adjectiones Domini Gilberti Dei gratia Ciceſtrenſis epiſcopi publicata in Majori eccleſia Ciceſtrenſi in ſynodo ibidem celebrata in die *S.* Calliſti Papæ anno Domini MCCXCII. *Reperitur etiam S.* Calliſtus *inſcriptus Calendario Breviarii Sarisburienſis, anno* 1557 *Pariſiis impreſſi, quod etiam Litanias, in ferias quadrageſimales diviſas, continet, in quibus fol.* 72 *inter Martyres primo loco S.* Calliſtus *invocatur, quem S. Urbanus proximè ſequitur.*

Galliæ,

121 *Haud minus celebrem fuiſſe in Gallia S.* Calliſti *cultum, colligi ex iis poteſt, quæ de ejus reliquiis Remis & Bellovaci honoratis dicta ſunt ſuprà : inſcribitur Kalendario Breviarii Remenſis anni* 1559 *ad diem* XIV *Octobris hoc modo :* Calixtus Papa

AUCTORE J. B.

& Martyr duplex minus : *alteri verò anni* 1630 *sic :* Calixti Papæ & Mart. Parvum duplex : *in Calendario S. Quintini typis Hemondi de Feure absque anni nota excuso :* Calixti Papæ & Mart. III Lect. *In Calendario Breviarii Bellovacensis anni* 1554 *:* Callisti 3 L. ; *sed ad diem* XV *Octobris ; nescio, an quòd eo die S.* Callisti *Bellovaci receptæ sint reliquiæ ; an (quod tamen magis arbitror) quia pridie illic celebriore cultu & Officio* IX *Lectionum S. Angadrisma virgo colitur, cui locum S.* Calliſtus *cesserit. In Calendario Meldensi anni* 1640 *:* comm. S. Callisti Papæ & M. *In Parisiensi anni* 1584 *:* Calixti Pa. & Mart. mem. *seu commemoratio : Plura ecclesiæ Gallicanæ Breviaria, quibus S.* Calliſtus *inscribitur, huc congeri possent, sed hæc, ut quantopere per Galliam illius veneratio diffusa sit, lector intelligat, sufficere reor. Sed singulare est, quod habet Calendarium vetus, ex codice Corbeiens. à Luca Dacherio tom.* 10 *Spicilegii editum, ac seculo nono, seu eodem, quo in Belgium, Remosque S.* Callisti *reliquiæ pervenerunt, scriptum, nempe & adventum reliquiarum ejus fuisse celebratum : sic enim ibi pag.* 133 *est legere :* V. K. (*Maji*) Advent. Callisti Papæ, & S. Valeriani. *Litanias veteres, cum infirmi inungerentur, cantari solitas exhibet Marteneus ex codice ecclesiæ Turonensis ante annos* 800 *exarato, de antiquis ecclesiæ ritibus tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* VII *pag.* 133, B *in quibus S.* Calixtus Martyr *invocatur, ac proximè post illum SS. Tiburtius & Valerianus Romani pariter Martyres ; ac propterea eumdem puto ac nostrum, licet aptiùs inter cæteros Pontifices Romanos martyrio nobiles, Stephanum, Linum, Cletum, Clementem, Xistum & Cornelium repositus fuisset : reperitur & alter S. Callistus in iisdem Litaniis ; sed inter SS. Confessores, aliunde mihi non notus ; verùm hic verosimillimè nihil ad nostrum. Idem qui noster, videtur S.* Calliſtus *apud eumdem Marteneum citati Operis tom.* IV *cap.* 27 *pag.* 524 *in Litaniis die secunda Rogationum Lugduni celebrari solitis, invocatus, à quo proximè invocatur S. Urbanus,* Callisti *fortè successor, idemque martyr Romanus. Dubius mihi planè est S. Calistus, qui invocatur in Litaniis aliis ex libello precum Floriacensi annorum circiter* 900 *excerptis, tom. cit. pag.* 631. *Vix autem dubitandum apparet, quin in Litaniis, in consecratione & coronatione regum Galliæ dici solitis, quas idem Marteneus cit. Operis tom.* 3 *pag.* 212 *exhibet, invocetur, ubi SS. Pontifices Romani non interrupta serie sequentes invocantur, continuò post SS. Apostolos hoc ordine :* S. Stephane. S. Clemens. S. Calixte. C S. Marcelle. ora.

Hispania, Lusitania, Germania,

122 *Si ex Gallia in Hispaniam transeamus, coli illic ejus festum discimus ritu semiduplici* XIV *Octobris ex Directorio Oriolensi anni* 1638, *Urgellensi anni* 1719, *Vicensi anni* 1720, *Valentino anni ejusdem, Tarraconensi anni* 1718, *Regii monasterii Populeti anni* 1721 *cum commemoratione, Gaditano anni* 1689, *Granatensi anni* 1678, *Cæsaraugustano anni* 1720, *Barcinonensi anni* 1719, *Hispalensi anni* 1656, *ex Directorio Generali Hispaniæ & Aragoniæ auctore Fr. Petro Thoma Oscensi anni* 1721, *Dertusensi ejusdem anni, Ilerdensi anni* 1719, *Calendario Missalis Toletani anni* 1551 ; *Breviarii Burgensis anni* 1502 *: Notatur item in Directorio Lusitano anni* 1717, *auctore Thoma Alvarez, capellano regio, & in Calendario Eborensis Breviarii anni* 1548. *Quàm Callistiani cultus studiosa quoque sit Germania, abundè lector colliget ex Kalendariis variarum Germaniæ ecclesiarum Breviariorum, è quibus aliquot, in quibus ad* XIV *Octobris S. Pontificis nomen inscriptum est, nominâsse sufficiet : in his sunt Calendarium præfixum Missali Speciali anno* 1512 *Argentinæ impresso, Coloniense anni* 1577, *Constantiense anni* 1561, *Erphordiense, Fuldense anni* 1670, *Herbipolense anno* 1507 *Venetiis impressum, Hildesiense anni* 1657, *Officiis ejus ecclesiæ Propriis præfixum ; Directorium Labacense anni* 1712 ; *Lubecense anni* 1513 ; *Mindense anni* 1515 ; *Moguntinum* E *anni* 1495 ; *Osnaburgense anni* 1516, *Passaviense anni* 1505, *Diurnale Ratisponense anni* 1507 ; *Salisburgense Calendarium Officiis ejus loci Propriis præfixum anni* 1689 ; *Spirense anni* 1591 ; *Wormatiense anni* 1576. *Notatur ad eumdem quoque diem S.* Calliſtus *in Calendario Breviarii ecclesiæ Strigoniensis in Hungaria, anni* 1814 ; *ecclesiæ Warmiensis in Borussia regia anni* 1516 ; *Caminensis in Pomerania anni* 1521, *ecclesiæ Slewicensis in Dania, anni* 1512.

Hannonia,

123 *Ut in Belgium denique nostrum redeamus, non solùm illic Cisonii, Lambersati prope Insulas & Jamniæ prope Namurcum, sed etiam in Hornainiensi Hannoniæ vico, pari fere à Valencenis & Duaco spatii intervallo distante, frequenti fidelium concursu honoratur ; uti & in Oratorio cujusdam nobilis prope Condatum pariter in Hannoniâ sito, ubi* Opitulatoris *nomen invenit. Ac de Lambersato quidem hæc Buzelinus in MS. de S.* Callisto, *penes nos exstante hæc scribit :* Hìc namque cui nomen ab olim est Lambersatum, ædes sacra visitur parrochialis ejus nomini consecrata, quæ neque modica est, neque parum culta, sive fabricæ molem consideres ornatumque, sive populi à plurimis annis è multis Belgii partibus venerandi Martyris ergo confluentis multitudinem. Pauci dies per annum abeunt, quin aliqui honorem impertiendi cultumque gratiâ ; ac munus offerendi & valetudinem impetrandi adveniant. Sed præcipua vis hominum undique accurrentium spectatur, cùm illic novemdiali cultu F beatus Pontifex celebratur. Neque olim multi defuerunt, qui Martyris opem illic malis suis abstergendis præsentissimam sensere ; neque modo parcior is Sanctus Vir medelam morbis flagitantibus opitulandi est. Quò minùs aliquas ejus suffragiis impetratas curationes possim memorare, injuriane temporum, an hominum negligentia effecerit, nescio · saltem, præter aliquas narrationes parum sibi constantes, & quæ tantùm sparguntur, nihil vel litteris traditum, vel coloribus depictum in tabulis deprehendo, præter illud, quod non ita pridem Insulensi civi Jacobo Bruneau contigit, dum repentè à totius corpo-

ris

A ris inexplicabili ac difficillimo curatu morbo (paralyſis ſpecies videbatur) poſt fuſas ad Divum preces votaque concepta levatus eſt. Virum ego apprime cognitum habeo, & non rarò propter integros vitæ mores Inſulenſis urbis magiſtratibus ornatum conſpexi. *De Hornaino autem hæc ſcribit :* Poſtquam enim illic in honorem S. Calliſti vel S. Euerardus vel conjux eccleſiam condidit, eò quòd ibidem ſacrum ejus corpus per iter ad tempus aliquod quieviſſet, dum ex Italia Cyſonium deferretur, haud levem is locus erga ſanctiſſimum Pontificem excivit convenarum religionem, quæ huc uſque propagata eſt adeò, ut etiam ideo S. Calliſti nomen is pagus induerit, quemadmodum certa tenent majorum traditione Cyſonienſis abbatiæ Regulares Canonici,

ac toto 124 *In ceteris etiam Belgii pleriſque eccleſiis & modò gaudere, & olim debito Sanctis honore gaviſum fuiſſe, docent earum tum vetera, tum recentiora Breviaria & Miſſalia, quibus ejus nomen ad diem* XIV *Octobris inſcriptum legitur : nonnulla hìc commemoro, Breviarium nempe Antverpienſe anno* 1496 *Venetiis excuſum, in cujus Calendario, parti æſtivæ*
B *præmiſſo, hæc habentur :* Pridie Idus (*Octobris*) Calixti Papæ Martyris III. lec. propriæ; *Atrebatenſe MS. membranaceum ; Audomaropolitanum, anno* 1518 *Pariſiis impreſſum, in quo ad dictam diem fit S.* Calliſti *commemoratio ; Gandenſe S. Bavonis anni* 1641, *ritu ſemiduplici ; Brugenſe S. Donatiani, anno* 1520 *Pariſiis impreſſum, in quo notatur S.* Calliſti *feſtum ad diem* XIII *Octobris, ob diem ſequentem S. Donatiano eccleſiæ iſtius patrono ſacrum ; Miſſale Cameracenſe anno* 1520 *Pariſiis impreſſum ; Breviarium Bruxellenſe S. Gudilæ Pariſiis anno* 1516 ; *cujus Calendarium ita habet :* Calixti & aliorum Martyrum, *id eſt, ut opinor, eo-* D *rum, quorum in Actis ejus fit mentio. Harlemenſe MS. in membrana ; Inſulenſe S. Petri anni* 1523, *Montenſe S. Waldetrudis MS. membranaceum, Miſſale Tornacenſe anni* 1498 *Pariſiis ; in quo Introitus Miſſæ :* Sacerdotes ejus induant ſalutare *&c. Collecta* : Deus, qui conſpicis nos ex noſtra infirmitate deficere ad amorem tuum nos miſericorditer per Sanctorum tuorum exempla reſtaura. Per. *Ex Sacramentario S. Gregorii. Breviarium Ultrajectinum anni* 1518, *quod ita habet :* Calixti Papæ & mart. Miſſa de hoc omni feria cantatur. *Idem legitur in Ordinario ejuſdem diœceſis anni* 1503 ; *Directorium pro eadem archidiœceſi, ac ſuffraganeis Harlemenſi, Daventrienſi, Leovardienſi, Groningana, & Middelburgenſi, anni* 1709.

125 *Miſſale Cameracenſe aliud, anno* 1527 *Pariſiis excuſum Miſſam in honorem S.* Calixti *celebrari ſolitam exhibet hujuſmodi : Introitus :* In virtute tua, Domine *&c. Collecta,* Deus, qui nos *&c. ut paulò ſuprà in Miſſali Tornacenſi. Epiſt.* Ad Hebreos. Omnis Pontifex ab hominibus aſſumptus *&c. uſque ad* : Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. *Graduale.* Poſuiſti Domine *&c. Verſ.* Deſiderium animæ tri- E buiſti ei. *&c. Euangelium* : Vigilate. *Offert.* Gloriâ & honore coronâſti eum *&c. Secreta.* Sacrificium, Domine, quod deſideranter offerrimus : gratum tibi beatus martyr Calixtus & Pontifex ſuffragator efficiat. Per Dominum noſtrum. *Communio :* Magna eſt gloria ejus *&c. Poſtcommunio.* Beati Martyris tui atque Pontificis Calixti quæſumus, Domine, precibus adjuvemur, & ejus digna ſolennia celebrantes tuo nomini fac ſemper eſſe devotos. Per Dominum.

passim Belgio.

ACTA MARTYRII

AUCTORE ANONYM. ANTIQUO.

Incendium publicum & aliquos fulmine ictos,

IN temporibus Macrini & Alexandri *a* divino incendio concremata eſt pars Capitolii à Meridiano, & intra templum Jovis ruit manus ſiniſtra aurea & eliquata eſt. Venerunt autem aruſpices & ſacerdotes ad Alexandrum, dicentes ut ſacrificiis placarentur Dii eorum. Hoc audito juſſit Alexander fieri petitionem eorum. Et dum ſacrificarent, ſubitò cælo ſereno, mane die jovis, *b* fulmine divino mortui ſunt quatuor ſacerdotes idolorum, & ara Jovis incendio concremata eſt. *c* : & factus eſt dies obſcurus, ita ut omnis populus Romanus fugeret foras extra muros. Et dum diſpergeretur populus per fugam, venerunt trans Tiberim in Urbem ad templum Ravennatium, *d* & audierunt in quodam cœnaculo multitudinem Chriſtianorum pſallentem : inter quos erat Calixtus epiſcopus cum clero ſuo. Audiens autem hoc unus ex conſulibus, *e* nomine Palmatius, multitudinem Chriſtianorum collectam in quodam loco, nuntiavit Alexandro dicens : Magne Princeps, hoc ſignum ideo factum eſt, quia civitas ſordeſcit. Si ergo purificata fuerit, gaudebimus ſimul de gloria culminis veſtri & Reſpublica fulgebit. Alexander dixit : Purificetur. Tandem declara nobis, quæ eſt iſta purificatio? Reſpondit Palmatius : Ut profani non ſint. Alexander dixit : Qui ſunt profani? Reſpondit Palmatius : Chriſtiani. Alexander dixit : Ego præcepi ſemel atque iterum, ut ubicumque inventi fuerint, puniantur, aut offerant diis immortalibus libamina. *f* Reſpondit Palmatius, dicens : Per claritatem veſtram ego audivi, cum triſtis eſſem propter ſignum quod factum eſt, quomodo canticis & incantationibus in quodam loco clamaret in regione trans Tiberim multitudo Chriſtianorum : unde non mirum, ſi cauſa hæc fecit hoc ſignum.

a

b

c

d

S. Palmatius adhuc ethnicus imputat Chriſtianis,

e

f

2 Dixit ei Alexander : Accipe poteſtatem, ut ubicumque eos inveneris, trahas ad ſacrificandum, ad placandos Deos : aut certè ex

ad capiendum S. Calepodium mittit milites,

AUCTORE ANOM. ANTIQ.

exquisitis eos tormentis afflige. *g* Tunc Palmatius accepta potestate, collecta multitudine militum, venit trans Tiberim, ubi collecta erat multitudo Christianorum cum B. Calixto : inter quos erat Calepodius *h* senex presbyter : & venientes in quoddam cœnaculum, *i* ingressi sunt decem milites : & cum ingressi fuissent omnes, hi decem milites subitò cæci facti sunt. Respondit Calepodius senex presbyter & dixit : Filii mei, quem quæritis? Illi autem clamabant dicentes : Accendite nobis luminaria, quia obscuratus est ante nos locus iste. Dixit autem Calepodius presbyter : Deus qui videt omnia, ipse cæcavit oculos vestros. Tunc palpantes illi decenderunt cæcati. Hæc autem cum vidisset Palmatius, timore territus, fugiens nuntiavit omnia Alexandro. Eodem igitur die Alexander jussit milites, qui cæci facti fuerant, ut in conspectu suo ducerentur. Et dum cognovissent milites, cæpit clamare : O cives optimi! Videte artem magicam. *k* Respondit Palmatius, & dixit : Si per magicam artem istud factum est, ubi sunt virtutes deorum nostrorum? Jubeat itaque pietas vestra afferri & immolari diis, ne pereat respublica propter eorum incantationes. Et præcepit Alexander, ut immolaretur Mercurio, & responsa cognoiceret. Emanavit autem præceptum *l* universo vulgo, ut omnes ad capitolium accurrerent de Urbe Roma; ita ut qui inventi fuissent in habitaculis suis die Mercurii, *m* omnes interficerentur; & misso præcone ita declaratum est, ut omne vulgus die Mercurii sine dilatione ad capitolium cum principe conveniat : qui verò non accurrerit, capite puniendum se esse cognoscat. Occurrente die supradicto omnis populus Romanus ad capitolium accurrit. Palmatius quoque cum omni domo sua venit ad capitolium cum porcis & vitulis. *n*

quibus excæcatis, *g* *h* *i*

k

l *curat sacrificia offerri Mercurio;* *m*

n

3 Et factum est dum occisione pecudum effunderetur sanguis, & incantarent carminibus sacerdotes; virgo templi *o* nomine Juliana, arrepta à dæmonio clamabat dicens : Deus Callixti, ipse est Deus vivus & verus : ipse indignatus est pollutionibus Reipublicæ vestræ, & conteret regnum mortale vestrum, quia non adoratis veritatem. Audiens hoc Palmatius, solus cucurrit ad B. Calixtum in regione trans Tiberim in Urbe Ravennatium; & misit se præcipitans & introivit in domum ubi collecta erat multitudo Christianorum, & cecidit ante pedes B. Calixti, dicens : Cognovi Jesum Christum esse Deum verum, quem dæmones confessi sunt hodie : per ipsum te adjuro, ut liberes me à cultura dæmonum & lapidum : baptiza me sicut prædicas. Dixit ei Calixtus episcopus : Noli deridere errando veritatem. Respondit Palmatius cum lacrimis, dicens : Domine, non derideo : quia cognovi in cæcitate militum, & in responsione virginis, quia Dominus meus Christus tuus est. Respondit Calepodius senex & dixit ad beatum Episcopum : Beatissime Pater, petenti baptismum noli denegare. Eodem tempore indixit Jejunium *p* ei uno die, & catechizavit eum : & allatam aquam de lympha pu-

territus voce virginis, *o*

accurrit ad S. Callistum baptizandus

p

tei, qui erat in eadem domo, benedixit : & depositò Palmatio in pelvim *q*, dixit ei S. Calixtus Episcopus : Credis ex toto corde in Deum Patrem omnipotentem, factorem visibilium & invisibilium? Respondit Palmatius : Credo. Et dixit ei : Et in Jesum Christum filium ejus? *r* Et iterum respondit : Credo. Et dixit ei : Et in Spiritum Sanctum, Ecclesiam Catholicam, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem? Et exclamavit voce magna cum lacrymis Palmatius : Credo Domine. Eadem horâ cœpit clamare & dicere : Verè vidi Dominum Jesum Christum verum lumen, qui me illuminavit. *s* Baptizavit autem & omnem domum Palmatii, & uxorem & filios, & promiscui sexus numero quadraginta duos. Ab eadem die cœpit Palmatius omnem facultatem suam pauperibus Christianis erogare, perquirens regiones & cryptas, ut ubicumque inveniret aut in custodia aut absconsos Christianos, de facultatibus suis victum vel tegumentum ministraret.

D

q

r

s *cum aliis 42 ex sua familia;*

4 Post dies verò triginta duos, *t* requiritur Palmatius ab Alexandro, cui nuntiatum est, quia Christianus est, & aliis suadet. Tunc Alexander jussit eum præsentari. Qui cum tentus fuisset à quodam Torquato tribuno, & missus in custodiam Mamertini; *u* post triduum *x* indicavit Alexandro Torquatus, Palmatium in custodia mancipatum. Tunc Alexander gaudens jussit eum sibi præsentari. Et vinctus catenis Palmatius ingreditur ante Alexandrum. Quem cum vidisset, jussit eum solvi, & dixit ei : Sic amens factus es, ô Palmati, ut deseras Deos, & quæras & colas hominem mortuum? *y* Palmatius tacuit. Dixit ei Alexander : Loquere fiducialiter : ne timeas. Respondit Palmatius dicens : Si datis licentiam, loquimur veritatem. Dixit ei Alexander : Excepta deorum injuriâ, loquere. Dixit ei Palmatius : Optime princeps, si advertas, non sunt dii, sed sunt factura hominum mortalium. Modò quidem cognoscat mansuetudo vestra, qui debent coli : qui fiunt aut fabricantur à mortalibus, quales sint, vos judicate. Sed precor ego infelix claritatem vestram : dicas deo tuo ut loquatur, & cum interogavero, respondeat : & cum hoc factum fuerit, non desero deos tuos, quos tu dicis? Dixit ei Alexander : Et quomodo à cunabulis tuis istos adorasti, & modò relinquis eos? Respondit Palmatius : Feci quasi infelix : modò autem cognovi quod verum est, de qua re precor Dominum Jesum Christum, ut ignoscat mihi, quia ignorans peccavi. Eadem horâ subridens Alexander, tradidit eum cuidam Simplicio senatori, dicens : Habe eum penes te sine aliquo timore : & mollibus sermonibus revoca eum ad culturam deorum; talem enim hominem Respublica necessarium habet. Accepto Palmatio, Simplicius senator vestimenta nobilia allata induit eum, & duxit in domum suam. Qui Simplicius præcepit uxori suæ, & majoribus domûs suæ, ut omnem domum Simplicii in sua potestate haberet. Tunc Palmatius jejuniis & orationibus vigiliarum vacans, non cessabat cum lacrymis Deum Patrem omnipotentem

vinctus coram Alexandro, *t*

u

x

y

profitetur fidem :

traditur S. Simplicio senatori,

potentem orare, & Jesum Christum filium ejus ut pœnitentiam ageret de errore suo.

paralyticam sanat ;

5 Veniens autem ad eum quidam Felix nomine, cujus uxor clinica jacebat annis quatuor in lecto, misit se ad pedes Palmatii, dicens : Confessor Domini nostri Jesu Christi exora pro ancilla tua uxore mea Blanda, ut liberetur de lecto doloris : & ego percipiam baptismum cum ea ; quia diu est, quod morbo paralytico tenetur & jam facultas nostra defecit. Tunc Palmatius, præsente uxore Simplicii, cecidit in terram, & cum lacrymis orare cœpit cum Felice dicens : Domine Deus, qui illuminasti servum tuum, da mihi lumen æternum Jesum Christum : salva ancillam tuam Blandam, & alleva eam de lecto doloris : ut cognoscant omnes, quia tu es creator omnium rerum. Eadem horâ venit Blanda pedibus suis currens ad domum Simplicii senatoris & dicens : Baptiza me in nomine Domini Jesu Christi, qui tenuit manum meam & sanavit me. Tunc Felix cœpit urgere B. Palmatium ut baptizaretur. Eadem horâ B. Palmatius misit ad S. Calixtum episcopum : & veniens baptizavit Felicem cum uxore sua Blanda. Videns hoc Simplicius, cecidit ad pedes Calixti dicens, ut cum omni domo sua baptizaretur. Tunc B. Calixtus episcopus fiducialiter dixit : congreget Dominus triticum in horreum suum, *z* & catechizavit omnem domum Simplicii, & uxorem & filios & familiam ejus ; animas, promiscui sexus fere sexaginta octo. B. Calepodius presbyter gaudio repletus, cœpit clamare in domo Simplicii, dicens : Gloria tibi Domine Jesu Christe, qui de tenebris dignaris ad lucem perducere facturam tuam, & de errore liberare. Hoc audiens Alexander, quia multitudo hominum baptismum percepisset per B. Calixtum episcopum, misit exercitum militum, ac tenuit omnes qui baptismum perceperant, quos præcepit capitis subire sententiam, & per diversas portas urbis Romæ capita eorum suspendi, ad exemplum Christianorum.

baptizati SS. Felix & Blanda & S. Simplicius cum familia,

z

capite plectuntur :

corpus B. Calepodii sepelitur in ejus cœmeterio.

aa

bb

cc

dd

6 Tenuit autem & B. Calepodium, quem fecit *aa* occidi gladio, & corpus trahi per civitatem sub die Kalendarum Maji : *bb* cujus corpus jactari fecit in Tiberim ante insulam Lycaoniam. *cc* In ipsis diebus fugit B. Calixtus cum decem clericis suis, & abscondit se in domum *dd* cujusdam Pontiani noctu, rogans piscatores quærere corpus B. Calepodii presbyteri. Quod inventum levantes de flumine, renuntiaverunt B. Calixto Episcopo. Tunc gaudio repletus est. Quod corpus Sanctum acceptum condivit cum aromatibus & linteaminibus, & cum hymnis, & sepelivit eum in cœmeterio ejusdem, *ee* sexto Idus Maji.

ee

ff

capitur S. Callistus,

7 Ab eodem die *ff* cœpit Alexander curiosè quærere B. Calixtum Episcopum. Et divulgatum est ei, quod esset in domo Pontiani juxta urbem Ravennatium : misitque occultè trans Tiberim & tenuit eum : præcipiens ut in eodem loco fame cruciaretur. Qui tamen cum quarto die nihil victûs accepisset, jejuniis & orationibus magis corroborabatur. Hoc audiens Alexander, jussit eum fustibus cædi omnibus diebus, & in eodem loco custodiæ mancipari, ut si quis ad eum noctu veniret, occideretur. Cumque multis diebus *gg* in custodia esset maceratus, venit ad eum B. Calepodius noctu per visionem, consolatus est eum dicens : Firmus esto, Pater : quia corona tua jam perfecta est : ut accipias à Deo condignam laboris tui mercedem. Beatus autem Calixtus insistens orationi, non cessabat Dominum deprecari.

gg

Privatum baptizat, demersusque in puteum hh

8 Erat autem ibidem quidam miles Privatus *hh* nomine, qui erat ulceribus plenus, & cruciabatur die ac nocte doloribus. Hic misit se ad pedes B. Calixti Episcopi dicens : salva me ab ulceribus meis : quia credo Dominum Jesum Christum Deum vivum & verum, qui sicut Blandam liberavit, potens est & me salvare ; quia diu est quod consumor, in afflictione doloris mei. Respondit B. Calixtus episcopus dicens. Si credis ex toto corde, fili, & in nomine S. Trinitatis baptizatus fueris, mundaberis. Privatus miles respondit : Ego credo, quia liberat & salvat me Dominus in baptismo, per manum tuam. Tunc B. Calixtus eum baptizavit, & ita à vulneribus & morbo, quo tenebatur, mundatus est. Et cœpit clamare dicens : Deus verus & Sanctus est Dominus Jesus Christus, quem prædicat B. Calixtus Episcopus : quia idola vana & muta consumentur : Deus enim æternus est Christus. Quod iterum audiens Alexander, iracundia plenus, eò quòd militem Privatum baptizasset, mittens fecit Privatum plumbatis cædi & deficere : Calixtum verò Episcopum per fenestram domûs præcipitari, ligatoque ad collum ejus saxo, in puteum demergi & in eo rudera cumulari. *ii*

ii

honorificè tumulatur kk

9 Post dies verò decem & septem *kk* venit presbyter ejus, nomine Asterius cum clericis noctu, & levavit corpus B. Calixti episcopi & honorificè sepelivit in cymeterio Calepodii viâ Aureliâ pridie Idus Octobris. Post dies autem sex *ll* tenuit Alexander Asterium presbyterum : quem præcepit per pontem præcipitari. Cujus Sanctum corpus inventum est in Ostia, & à quibusdam Christianis sepultum in eadem civitate sub die XII Kalendarum Novembris. regnante Domino nostro Jesu Christo qui vivit & regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

ll

ANNOTATA.

a Hæc, *inquit Henschenius, infra non rarò citandus, Tom. 2. Maji pag.* 501 *in Annotatis ad Passionem S. Calepodii & Soc. MM.* claritatis causâ ita legenda forent : „ A temporibus Macrini usque ad tempora „ Alexandri hæc gesta sunt : „ *Successit Antonino Caracalla mense Aprili occiso Macrinus anno* 217 *: Macrino Heliogabalus extinctus anno* 222 *die* VI *Martii ex Pagii calculo ; secundum Henschenium* X. *Zephyrinus Papa obiit anno* 217, *die* XXVI *Julii ex dictis num.* 30 *Comment. Prævii ; successit*

AUCTORE J. B.

Zephyrino Calliſtus *die probabiliùs ſecunda Auguſti, martyrio coronatus die* XII *Octobris, anno Alexandri primo.*

A b *Videſis dicenda ad litt.* bb.

c Additur in MS. Ultrajectino : „ Anno „ Domini CCXII. „ *Henſchenius cit. Porro nihil hactenus narrata præ ſe ferunt incredibile, cum & Suetonius his non admodum abſimilia in Galba ſcribat :* Noviſſimo Neronis anno . . . tacta de cœlo cæſarum æde, capita omnibus ſimul ſtatuis deciderunt : Auguſtique ſceptrum è manibus excuſſum eſt. *Ex Moretto in Annotatis in Paſſionem S.* Calliſti.

d *Verba ſunt minùs ordinatim collocata : rectiùs ſcripſiſſet auctor :* Venerunt trans Tyberim in urbem Ravennatium ad templum, *in cujus nempe cœnaculo Chriſtianos pſallentes Romani ex Urbe fugientes audiverunt. Videtur id templum idem eſſe, quod à* Calliſto *jam antè ſacris Chriſtianorum uſibus addictum, ac S. Mariæ dedicatum, Alexander, adhuc fortè cæſar, Heliogabalo res publicas parum curante, repulſis popinariis, Chriſtianis adjudicavit. De regione transtyberina, quam Ravennates claſſiarii incoluere, vide dicta Comment. prævii num.* 35.

B e *Conſules anno* 222 *ordinarii fuerunt Heliogabalus & Alexander ; ſed Heliogabalo potuit ſubſtitui Palmatius, quod Henſchenius, vel id muneris antea geſſiſſe, quod alii cenſent ; vel denique conſulis appellatio paulò latiùs ſumitur, quæ aliis etiam dignitatibus in Actis Sanctorum interdum attributa invenitur.*

f *Hujuſmodi reſponſum Alexandri, nullo juris ordine ſervato, nec ullo ſpeciatim objecto crimine, niſi quod profani, ſeu Chriſtiani eſſent, mortis ſententiam, niſi diis ſacrificarent, ferentis, nimiùm ab Alexandri humanitate & æquitate abhorret, quàm ut ex ejus ore profectum fuerit : illatum quidem S.* Calliſto *ceteriſque memoratis in hiſce Actis Martyribus mortis ſupplicium eſt, ſed, Alexandro invito, ac in Ulpiani ejuſve ſimilium machinationibus, etſi contra animi propenſionem, connivente potiùs, quàm jubente. Vide dicta Comment. prævii* § II.

C g *Idem eſto de hoc reſponſo judicium.*

h *Colitur die* X *Maji, ad quem Paſſionis ejus & Sociorum Acta illuſtravit Henſchenius ſuprà citatus.*

i *Partem ſuperiorem templi, de quo ad litt.* d. *In hujuſmodi cœnaculis in more fuiſſe Chriſtianis conventus ſuos habere, colliges ex dictis num.* 72 *Commentarii prævii.*

k *Palmatius quidem, quæ facta fuerant, Alexandro nunciaverit : at is meliùs de Chriſtianorum inſtitutis moribuſque, probè ſibi cognitis, judicabat, quàm ut ea magicis Chriſtianorum artibus facta continuò crederet. Videſis dicta num.* 21 *Commentarii prævii.*

l *Præceptum hujuſmodi, ut ex ſequentibus patet, & publicum & generale fuiſſet, ſaltem reſpectu Romanorum : at id ab ipſomet Alexandro datum fuiſſe, difficile creditu eſt : ſecus verò datum fuiſſe ejus nomine ab iis, qui & Chriſtianorum flagrabant odio, &, qua apud imperatorem valebant, auctoritate abutebantur.*

m *Vide infrà litt.* bb.

n . . . . . Mactatur vacca Minervæ, Alipedi vitulus, taurus tibi, Summe Deorum. *Ovid. lib.* 4 *Metamorphoſeon.* D

o *De Virginibus Romanis, etiam non Veſtalibus, vide Comment. prævium num.* 16.

p Advertat lector animum ad antiquos ritus in baptiſmo ſervatos. *Henſchenius cit. Act. Apoſt. cap.* 2 ℣. 38 *Petrus ait :* Pœnitentiam agite & baptizetur unuſquiſque veſtrûm in nomine Jeſu Chriſti.

q Ita Conſtantinus Magnus apud Anaſtaſium Bibliothecarium in Vita S. Silveſtri dedit „ pelvim ex argento ad baptiſmum, penſantem, libras viginti. „ *Ita idem. Plura ſi cupis, vide Morettum cit.*

r *Apud Morettum adduntur hæc :* Et dixit ei : qui natus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine ? Reſpondit Palmatius : Credo.

s *Lumen hoc videtur fuiſſe cœleſte & inſolitum.*

t MS. Vlimerii „ viginti duos : „ Ado „ triginta. *Henſch. cit.*

u Ad radicem Capitolii eſt locus, nobilitatus vinculis SS. Petri & Pauli & aliorum Martyrum, utì ſæpiùs diximus. *Henſch. cit.* E

x *Vide infra litt.* bb.

y *Atqui Chriſtum inter Deos coluit Alexander ipſe : non igitur amentiam Palmatio exprobrarit, nec ita contemptim de Chriſto locutus fuerit.*

z *Verba hæc, licet in S.* Calliſti *Officio olim recitata, ex ejus Actis ſumi potuere ; nec ex ejus ore magìs fortaſſe proceſſerint, quàm ea ex ore Alexandri, de quibus paulò antè.*

aa Martyrologium Bedæ : „ Fecit occidi à Laodicio. „ *Henſchenius.*

bb *Scrupulum movere nata eſt dies prima Maji hìc S. Calepodii neci aſſignata, num ſcilicet, poſita hac S. Calepodii necis epocha, quæ hactenus geſta in Actis dicuntur, ab Alexandri imperii principio uſque ad Kalendas Maji anni* 222 *fieri reipſa potuerint. Sic ea Morettus Diſq.* I *in Auctario cap.* 9 *&* 10 *pag.* 248 *fere diſponit. Imperare Alexander* F *cœpit anno* 222 *die* VI *Martii : ab hac die uſque ad* XIII *ejuſdem menſis potuit Alexander tabernam meritoriam, jam ante in Chriſtianorum templum converſam, reſcripto ſuo Chriſtianis addicere, & Capitolium tangi fulmine, ſi non ante annum* 222 *iſta contigerint. Factum fuerit Jovi primum ſacrificium (vide num.* I *litt.* b.) *die* XIV *Martii, qui eo anno, litterâ Dominicali F, dies Jovis fuit. Accuſari tum cœpti fuerint Chriſtiani, tamquam malorum, quæ acciderant, auctores. Exin die* XX *Martii, qui dies Mercurii fuit, factum fuerit Mercurio ſacrificium alterum, de quo num.* 2 *litt.* m. *Territus novo prodigio Palmatius baptiſmum petit : diem poſterum (vide num.* 3 *litt.* p.) *jejunio tranſigit : die* XXII *Martii baptiſmum recipit. Poſt dies* XXXII *(vide num.* 4. *litt.* t.) *Palmatium requirit Alexander die Aprilis* XXIV ; *eique ſiſtitur (vide num.* 4 *litt.* x.) *triduo poſt, ſeu die Aprilis* XXVII. *Sequenti triduo ſervatur Palmatius in ædibus Simplicii, Blanda, & Simplicius baptizantur : quarto autem poſt die, ſeu Kalendis Maji, S. Calepodius ejuſque Socii martyrium ſubeunt.*

cc *Seu Tiberinam, nunc S.* Bartholomæi *dictam, ob ædem huic ſacram. Ex Henſchenio.*

A dd *Postmodum conversam in ecclesiam, S.* Callisto *sacram.*

ee *Quod nimirum à S. Calepodio, cum junior esset, exstrui potuisse Henschenius censet pag.* 498.

ff *Quo, audita S. Simplicii ejusque familiæ ad fidem conversione, capi S. Calepodium ejusque Socios jusserat. Vide Commentarii præv. num*3 2.

gg *Sed non admodum multis : nimirum* 17.

hh *Alius à S.* Saturo *in Hieronymianis Martyrologiis ad diem* XII *&* XIV *Octobris annunciato. Vide Com. præv. numm.* 80 *&* 81. D

ii *Anno probabilius* 222 *die* XII *Octobris. Vide Comment. præv.* § III.

kk *Verosimilius à S.* Callisti *captivitate numerandos ex Comment. præv.* §. III *id est, à die circiter* XXVII *Septembris.*

ll *Verosimilius ex dictis in Comment. præv. num.* 33 *à nece S.* Callisti, *seu die Octobris* XVIII.

ACTA TRANSLATIONIS

EX ITALIA CYSONIUM

EX MS. JOANNIS BUZELINI.

Notingus Brixiensis ep. obtentum Romæ à Sergio Papa S. Callisti corpus,

EActum est igitur evolutis multis annorum curriculis, postquam glorioſa beati Martyris Calixti & sociorum ejus sub Macrino & Alexandro *a* Romanorum principibus Passio consummata est, Notingus *b* Brisciæ civitatis *c* episcopus divino ductus amore Romam ire disposuit; quatenus Dei ordinante clementia aliquem Sanctorum Martyrum à Romanæ sedis Antistite mutuans in monasterio, quod in prædio suo Domino præparabat, collocare valuisset. Cumque idem vir Dei Romam venisset, omnemque sui desiderii voluntatem in auribus Sergii Papæ, *d* qui tunc temporis Romanæ præsidebat ecclesiæ, effudisset, non cassis precibus obtinere meruit, quod petebat. Qui Sancti viri postquam se per aliquot dies sacris excoluere sermonibus, & tempus jam remeandi instaret : cœpit vir Dei Notingus vehementiùs insistere precibus, ut sui desiderii perficeretur ingressus. Tunc Sergius Papa, *e* referato Calepodii cœmiterio, ubi noverat Sanctum sepultum Calixtum, elevavit eum cum hymnis, ac debito tanto Patri honore. Tradidit enim Notingo pontifici quocumque divina pietas concessisset, portandum. Qui non modico repletus gaudio, Deique suffultus auxilio iter redire perrexit. Et quia locus, in quo Sanctissimum corpus plantare volebat, adhuc semiplenè perfectus fuerat, reputans secum indignum fore, si tantum thesaurum in imperfecto suo scrinio condidisset : dignum fieri judicavit, ut in monasterio, quod cella aurea vocabatur, *f* cui ipse spirituali regimine præsidebat, & sacer monachorum chorus diebus ac noctibus vigiliis & orationibus excubabat, paullulum requiesceret; ac sic demum ad suprà memoratum locum, quem in suo prædio præparandum statuerat, perveniret.

ac in cella aurea interim depositum,

2 Sicque factum est, ut in prædicto monasterio, quod cella aurea vocatur, aliquamdiu jaceret : ubi & miraculis præclarissimis coruscavit, & fidelium cordibus munerum suorum pocula propinavit. O inæstimabile divinæ dispensationis consilium, quàm dignum Famulo suo, ubi ad modicum requiesceret, exhibuit locum! Nam si antea propter hoc tantummodo cella aurea dicebatur, quia domus ipsa cameram habuerat deauratam, jam nunc decentissimè tota non modò ipsa cella, verùm etiam patria aurea appellabitur, in qua thesaurus diu in agro ecclesiæ Apostolicæ jacuerat, quem inveniens homo abscondit, & præ gaudio illius abiit, venditque omnia quæ habuit, & emit eum. Præfatus itaque Notingus pontifex monasterio cum omni reverentia & summo decore perfecto, tempus congruum perquirebat, quo Sanctissimum corpus ad sedem suam cum omni laude perduceret. Venerunt etiam aliarum Italiæ civitatum complures sacerdotes atque diaconi, omnisque gaudens populus ad tanti occursum pariter atque obsequium Patroni. Cumque dies statuta immineret, & omnes se ad hoc studium accingerent, elevantes eum de loco altius, quo ipse jacebat, deferebant foras usque in atrium ipsius ecclesiæ, & dum feretrum, in quo Sanctissima Christi Martyris membra jacebant ad terram, humeris suis deponerent, ut clerici ac populi multitudo, oratione completa, benedictione percepta, pars quidem ibi remaneret, pars verò reliqua cum Dei Famulo properaret, mirum atque ineffabilem in modum accipientes eum presbyteri, nullatenus à terra elevare valebant.

frustra ad destinatum locum transferre conatus,

3 Cumque alii atque alii presbyteri applicuissent, ut eum cum debita reverentia deducerent, ut verbis jam antea dictis utamur *g* tanto pondere eum fixit spiritus sanctus, ut corpus Famuli Dei immobile permaneret. Et dum vir sanctus suos bajulos ita prægravatos relinqueret, omnisque multitudo populi stupens atque admirans adstaret, quod agerent ambigentes, quò se verterent nescientes : presbyter, qui erat ecclesiæ custos, in qua Sanctus jacuerat Martyr, divino tactus numine venit, & arculam de feretro elevans sustulit, ac si nil ponderis detegisset. Videntes autem omnes populi miraculum factum, timuerunt & glorificaverunt Deum, qui in Sanctis suis est mirabilis, & in servis suis miseretur. Consilioque accepto, statuerunt, ut secundum quod de Famulo suo Dominus demonstraverat, ageretur, atque in eadem ecclesia servaretur : donec sua dispositione sedem illi placitam inveniret. Sicque factum est, ut per aliquot annos Sanctum corpus ecclesia suprà memorata possideret, & præsentiâ ejus sublimata crescceret.

EX MS. BUZELINI *Euerardo comiti donat*,

4 Ea igitur tempestate fuit vir nobilissimus Francorum natalibus oriundus, nomine Euerardus, *h* qui ducatum Foro-Juliensem divina ordinatione sub glorioso principe Lothario, Ludovici piissimi imperatoris filio, ac in gubernaculis successore nobiliter administravit . . . . . *i* Hic itaque omnia, quæ de B. Calixto facta fuerant, à dicentibus viris religiosis crebrius audivit : secumque tacitus cogitavit, quatenus per Dei voluntatem atque misericordiam Sanctum Dei Calistum à B. Notingo impetrare valuisset, atque monasterio, quod ipse in partibus Galliarum occiduis in prædio suo, quod dicitur Cysonius, in pago Tornacensi nobiliter struxerat, Domino opitulante, collocare meruisset. Cumque hujusmodi cogitatione ac desiderio diutissimè teneretur, curaque sanctissima assiduè morderetur : tandem divina ei gratia ostium misericordiæ suæ aperuit, atque omnia, quæ optaverat, indulgentissimè condonavit. Nam mox ùt tempus loquendi inter se condictum advenit, & verba suæ petitionis in auribus Notingi *k* episcopi fudit : statim vir venerabilis assensum dare non abnuit : sed cum omni alacritate mentis ac venerationis sub chyrographo, quocumque divina pietas concessisset, sanctissimum ei corpus deducendum esse permisit, reputans secum, quasi non eum sibi superna gratia monasterio suo portandum concedere voluisset, & Sancti ipsius Martyris membra pretiosissima illò vectari non elegissent, nequaquam se Vir Sanctus, Spiritu Sancto operante, fixisset, cum eum ad locum præmemoratum jam pridem transportare decrevisset.

h

i

B

k

qui illud sacerdotum humeris

l

5 Tunc vir Domini memorabilis Euerardus *l* omni gaudio repletus, & gratias Deo referens, qui fideles suos semper exaudire non cessat, si modò justum atque utile sibi fuerit quid optare, præparatis omnibus, quæ tantis ministeriis apta videbantur; adhibitisque sacerdotibus ac diaconibus, omnique reliqua cleri ac populi fidelis frequentia, cœptum opus perficere satagebat. Cum ergo dies statuta instaret, quo Sanctum Dei Martyrem à loco prædicto, qui cella aurea vocatur, elevare debuissent : affuerunt non

C pauciori numero, quàm priùs, ac penè è longinquis terræ partibus, locis ac patriis totius Italiæ populus ac clerus convenerunt, ut Sanctissimi patris sui Calixti, quasi ultimo beneficio ac oratione recreati, in pacis eum ac justitiæ semitam, atque ad mansionem, quam sibi voluntas Domini præparaverat, cum gaudio deducentes, sic domum unusquisque ad propria remearet. Et dum, dicta oratione, una voce respondissent : Amen, elevantes eum à loco, in quo jacebat, nullo gravati pondere efferebant cum hymnis & laudibus usque in atrium ecclesiæ, ubi antea gressum fixerat. Tunc data benedictione his, qui cum vero Israël profecturi erant, imposuerunt eum humeris sacerdotum veneranter atque honorificè deportandum, atque ita mutuò valedicentes, ac se alterutrum osculantes ab invicem discesserunt. O viam terque quaterque beatam, locaque præclarissima Sancti Martyris visita-

ta, calcata atque hospitata gestatoribus ! Quæ etsi asperitate ac difficultate horrebat, tamen Sancti ipsius meritis atque suffragio in nullo famulos suos ac ministros lædere prævalebat. Ferebaturque mons Domini super altissimos altior, ac sublimitatis suæ potentiam adhuc longè positus prænonstrabat.

D

in Belgium

6 Postquam igitur diversa terrarum loca & regna peragrantes circuirent, pervenerunt ad quamdam villam, quæ præter vulgare & antiquum nomen ob merita S. Quintini Martyris ibidem quiescentis, ejusdem nomine sæpius nuncupatur, *m* ubi quid miraculi per famulum suum Calixtum Dominus fecerit, reticendum esse non credimus. Erat namque ibi mulier quædam, quæ licet parentibus Christianis fuerit genita, tamen ab ineunti ætate oculorum cæcitate mulctata, perpetuò noctis horrorem torpebat. Hæc ubi à dicentibus audivit Sanctum Dei Calixtum prope illum locum transiturum, accepto quodam sui patrimonii servulo, *n* iter Sancti subsecuta est. Cumque Sanctum corpus ad locum, qui aquilæ silva dicitur, deportâssent, locumque ipsum ad pernoctandum habilem reperiissent : deposuerunt illud cum metu & reverentia. Officiis quoque divinis rite peractis, ad suorum refectionem corporum ire disponebant. Cum interea nuntiatum est à dicentibus, quod ibi essent germani fratres, qui ob patrimonia derelicta adversum se dissidentes, alterutrum sibi mortem infligere quærebant. Qui statim in conspectu ecclesiæ adducti sunt. Et dum adhuc iniqua pleni cogitatione, invidiæque & iracundiæ, ùt Cain fratricida, facibus accensi ante præsentiam Martyris in medio constitissent, mirum in modum ita subitò divinus eos timor perculit, ut in facies suas ruerent, veniamque de suis erratibus similiter exorarent. Tunc omnibus gratias Deo referentibus, qui salvat omnes, & neminem vult perire, à terra sublevati sunt, atque paternis admonitionibus castigati & viam pacis ingressi, ab illo die & deinceps unanimiter habitare cœperunt. Ob cujus miraculi testimonium incolæ terræ illius in eo ipso, ubi Sanctus requieverat, loco crucis signum fixerunt, quod usque hodie ibidem permanere dignoscitur.

m

E

n

F

non absque prodigiis delatum

7 Suprà memorata igitur mulier cæca Sancti vestigia subsecuta ad eum locum postera die pervenit : audiensque quod Sanctus ibidem requieverit, atque, miraculo facto, jam jam locum reliquerit, paululum gravata resedit, palpatumque Dominicæ signum crucis deosculari cœpit, taliterque se agens obdormivit. Cumque à somno evigilâsset, apertis oculis clarè omnia vidit, acsi omnino numquam aliquid cæcitatis in ipsis pateretur. O beatum locum agrumque pretiosum, in quo arca Domini (in similitudinem agri Areunæ *) requievit, quem pacificè pater sibi comparavit, factisque sacris miraculis sublimavit. Qui meritò non jam exaltandus jumentis est insipientibus, sed sacris potius est consecrandus atque ædificandus cultoribus : ubi odiorum petra in perpetuum confringatur ac dilectionis fraternæ vestis bis tincta texatur : ubi dæmonici erroris nebulæ vanescunt, ac lumen veritatis

* 2 Reg. cap. 24.

A tis cunctis fidelibus innotescit. Mox itaque mulier superni muneris auxilio roborata, gaudens & gratias agens alacri animo plantisque pernicibus ad locum, ubi Sanctus Domini paratam sibi accepturus erat mansionem, pervenit, servulumque suum, quem ducem ac comitem in sua cæcitate habuerat, B. Calixto tradidit, *o* seque, sacro sibi velamine superposito, in ecclesia ipsius consecravit. *p*

p

in Cysoniensi ecclesia collocat;

8 His itaque atque hujusmodi miraculis comitati Sanctorum artuum bajuli, lætantes ad locum superius memoratum Cysonium pervenerunt : surgensque omnis multitudo cleri seu populi finitimorum locorum, obviàm Sancto properabant, genuaque submissi in terram Dominum benedicebant, qui sui misertus, de suis sedibus tantum principem

B sibi mittere dignaretur. Tunc omnes uno animo unaque voluntate congregati cum melodiæ vocibus hymnisque, laudibus debitis Sanctissimum Christi Martyrem suæ domui intulerunt, ac in præparato sibi Mausoleo decentissimè collocarunt : ubi præstante Domino, quid miraculorum per idem tempus monstratum est, Domino opitulante, paucis subternotabimus, omnesque legentes humiliter obsecramus, ut non qualitatem, vel meritum dicentis attendant personæ, sed veritati miraculorum tanti Martyris fidem credulitatis accommodent. Sæpe enim dum persona dicentis attenditur, in verbo veritatis cæcutiendo claudicatur. Lux itaque illuminandis non gignit offendiculum, sed lippientibus suâ præsentiâ majoris doloris impertit emolumentum. Non enim ista miracula Dominus ostenderet, si credenda non essent. Si autem credenda, tunc pariter & scribenda; quod si scribenda, consequenter & legenda. Sed jam ad ipsa miracula, prout Dominus donaverit, narrando veniamus. Facta sunt autem hæc anno Dominicæ Incarnationis octingentesimo quinquagesimo quarto. *q*

q

ubi Sanctus

9 Postquam itaque omnes finitimi populi atque infirmorum diversorum catervæ Sanctum Dei martyrem Calixtum has in partes venisse cognoverunt, & signa, quæ per eum Dominus in via positum fecerat, audierunt,

C cæperunt sacrum locum, ubi requieverat, studiosiùs visitare, ac suis muneribus, prout quisque poterat, prono animo cumulare, quatinus divina eos pietas, quæ in Famulo suo miraculis radiabat, ejus meritis & orationibus ab omnibus noxiis eriperet, ac reddita corporum sanitate, corroboraret, & lætiùs atque securius Domino deservire prævalerent. Cum igitur nocte quadam, finitis matutinis Officiis, omnes ab ecclesia exiissent, seque post vigilias sopori dedissent : unus miserorum luminibus oculorum privatus, ante fores ecclesiæ restitit. Qui etiam per aliquot dies antea frequenter ibi visus fuerat, & quasi jam notus ab infantia omnibus habebatur. Hic itaque dum suæ cæcitatis miseriam animo deploraret, & à Domino per S. Calixti Martyris sui merita remedium postularet : instante auroræ articulo, subita corporis gravitudine depressus in somnum est resolutus. Apparuitque ei per somnum vir senex, niveo candore perfusus, & ultrà, quàm dici possit omni speciositate & pulchritudine decoratus. Qui blanda voce eum compellans dixit : Malalde (sic enim homo vocabatur) Quare, inquit, tam diu jaces ? Sed nunc jam surge : noli morari, & intra ecclesiam, & age gratias Deo. Expergefactus à somno, vidit omnia lucidè, currensque usque ad ostium ecclesiæ crebris ictibus cœpit pulsare, ut sibi intrandi aditus cederetur. Cumque custodes ecclesiæ ejus vocibus excitati veniissent, foresque illi referâssent, invenerunt eum, quem ante modicum cœcum reliquerant, sine ullo impedimento perspicua mobilitate suorum acie oculorum fuisse vigentem. Tunc itaque lætitiâ & gaudio repleti, Dominum pariter collaudabant in excelsis : certi quòd Dominus per præsentiam sui Famuli locum, in quo E jacebat, invisere & inhabitare dignaretur.

EX MS. BUZELINI

10 Per idem quoque tempus etiam aliud miraculum gestum est, quod minimè latere sancimus. Ecclesia namque, *r* quæ ibi constructa fuerat, antequam Sanctus Dei Calixtus Martyr deferretur, parva quidem atque inordinabili schemate ædificatà erat, nec poterat sua inordinatione & parvitate aliorum Sanctorum reliquias, quæ ibi plurimæ habebantur, stans atque immunis à casu servaretur : pars verò totius corporis ecclesiæ reliqua funditus erucretur. Atque ita fieri volebat ut postquam pars, quæ corruerat, ordinabiliter atque firmiter ex majori parte fuisset, Sanctorum reliquiæ conderentur, ac si demum pars reliqua, quæ residua fuerat, funditus similiter eruta à fundamentis ad lineam partis prioris erecta consurgeret : donec totum fabricæ opus ad perfectum uniformiter perveniret. Quod ubi præceptum artifices atque operarii perficere instarent, ac omnes circa muros ecclesiæ ipsius, ut caderent, totis viribus laborarent : subitò pars quædam maceriæ, in qua unus ex ipsis operariis sedebat, cum vasto sonitu corruit, ipsumque infinita magnorum lapidum atque cæmenti mole operuit. Tunc omnes dolore pariter atque amaritudine repleti (erat namque omnibus miserum videre, quod accidit) cœperunt vectibus ac pertícis, quas tenebant, rudera illi superlapsa huc illucque festinatò detrudere, donec ad ipsius miseri corpusculum, jam, ùt putabant, mortui pervenirent. Cum subitò ille, qui mortuus putabatur, lento conamine consurgens, paullulumque capite, quasi collisum dolens substitit : statimque post modicum receptis viribus, sic ad ipsum opus faciendum rediit, ac si in proprio corpore numquam ullam læsionem senserit. Et hæc quidem causa miraculi multis proficiebat in salutem, videntibus Dei virtutem per Sanctum Martyrem suum Calixtum in tanto periculo constitutis servis suis conservare sanitatem.

varia operatur

r

F

11 Quidam etiam puer nobilis, Engelburg nomine, altissimis secundum seculi dignitatem parentibus. Qui post infirmitatem modicùm convalescens, semiplena recuperatione donatus, contractus corpore mansit. Quod quidem parentes sui cernentes nimio mœrore repleti dolebant sibi de infirmitate

miracula,

EX MS BUZELINI

filium vivum ſibi redditum, quem ſine membrorum officiis inaniter vivere ſibi patiebantur contractum. Cumque hoc tædio per aliquot annos afficerentur, & eis jam omnis de recuperanda filii medicina deſperaretur, in mentem eis venit, ut cum muneribus ac donariis ad domum Sancti perducerent. Quod cum feciſſent, votorumque ſuorum munera perſolviſſent, domum reverſi ſunt. Factumque eſt, ut die altera poſtquam regreſſi fuerant, filius ipſorum lætus ac ſuavis veniret in conſpectum ſuum, ac omni moleſtia corporali ſubducta, firmis greſſibus integris exultanter incederet. Videntes autem parentes ejus quod factum fuerat, inenarrabili gaudio repleti, multò plura quàm priùs munera ac donaria præparantes filium ſuum ad Dominum & curatorem ſuum S. Calixtum reduxerunt ſtatueruntque, ut ſingulis annis, dum adhuc viveret, munera Domino & Sancto Martyri ſuo Calixto reverenti ac devoto animo in ipſo ſancto loco libenter offerret. Eodem quoque tempore quemdam alterum puerulum ab ipſa prima ætate ſurdum & mutum auditu pariter & loquela reformavit. Die quoque Aſcenſionis Domini, dum omnes Miſſarum ſolennia celebrarent, mulierem quamdam videntibus cunctis, à paralyſi ſublevavit.

è quibus

12 Alio verò tempore paralyticum quemdam erexit ac ei lumen oculorum revexit. Cuidam etiam juvenculæ puellæ, quæ fuerat anno pleno & dimidio cæca, lumen reddidit. Erat quoque in eodem monaſterio quidam ſervulus nomine Emmo, cui genuina nativitas oculorum quidem feneſtras apertas dederat; ſed lumen, quod per eas ad ſuum & alios corporis ſenſus infunderetur, denegârat. Quid aliud dici poteſt, niſi quod etiam de Saulo, adhuc in infidelitate poſito, dictum eſt: Apertis oculis nihil videbat *ſ*: quamvis longè diſſimiliter utrique illorum lumen ablatum ſit. Illi enim propterea ſubitò lumen ad tempus ſublatum eſt, ut quàm malè quamque infeliciter hactenus viderat, corruens in humilitatem pœnitentiæ, intelligeret, & poſtmodum purgatus in fonte baptiſmatis viſum fidei reciperet, quem ei infidelitas clauſit. Huic verò, quamvis in Chriſtum credenti ejuſque Sacramentis initiato, ideo lumen oculorum exuerat, ut in eo aliquod Dominus haberet, per quod Sanctum ſuum Calixtum magnificè mirificaſſet. Dei enim opus eſt non ſolùm malos & peccatores per bonos & juſtos curare: ſed etiam bonos & juſtos per bonos & juſtos, ut appareat hominibus, quantum differentiæ meritorum ſit apud Deum inter juſtum & injuſtum, bonumque ac bonum.

pauca duntaxat recenſet auctor anonymus.

13 Hic itaque ſervulus monaſterii, in quo miraculum factum eſt, aſſiduè Dominum deprecabatur, & ſicut alios innumeros infirmos, qui aliunde veniebant, per Sanctum ſuum jugiter curare dignabatur: ita etiam ſibi in eodem loco ſervienti, quod in ſe imperfectum fuerat, miſericorditer largiretur. Cumque hæc crebris, imò aſſiduis precibus tacitè atque incunctanter exoraret, ſubitò ei atque ex inopinato, ita divina pietas lumen ſparſit, acſi caliginem tenebrarum in oculis numquam antè habuerit: qui uſque hodie *t* in monaſterio eodem poſitus atque fideliter ſerviens, Domini beneficia, ſanctumque ipſius Martyrem Calixtum illuminatorem ſuum cunctis fidelibus prædicare non ceſſat. Et hic quidem pauca miracula dicentes, non ideo plura non ſcribimus, quaſi alia multa de illo memoramine digna ignoremus, ſed ut faſtidium legentibus in brevi quædam colligentes ſermone fideliter amputemus.

ANNOTATA

a *Sedit quidem* Calliſtus, *Macrino imperante, ſed martyrium ſubiit, imperante Alexandro.*

b *Interfuit concilio Romano anno* 853. *ſub Leone* IV.

c Brixia *in Longobardia ſub archiepiſcopatu Mediolanenſi & ditione Veneta.; Italis* Breſcia.

d *Hujus nominis* II. *ſedit ab anno* 844 *uſque ad* 837.

e *Gregorius* IV, *proximus Sergii deceſſor, S.* Calliſti *corpus, pridem in S. Mariæ trans Tiberim tranſlatum, ibidem honorificentiore loco donârat, quod à Sergio ignorari haudpotuit. Lapſus igitur in errorem eſt anonymus, Actorum S.* Calliſti *textum ſecutus, & S.* Calliſti *corporis in S. Mariæ trans Tyberim tranſlati neſcius.*

f *Cum id monaſterium Notingo ſubjectum eſſet, ſitum fuiſſe videtur extra Romam: ubi verò exſtiterit, irrito conatu indagavi.*

g *Id eſt, verbis ab aliis ſcriptoribus in re ſimili adhibitis & alibi lectis: Buzelinus ſimilem loquendi modum affert ex Vita S. Luciæ V. & M.:* Ac ubi eam cœperunt velle trahere ad lupanar, tanto pondere fixit eam Spiritus Sanctus, ut penitus moveri non poſſet.

h *Sacris Faſtis inſcribitur, coliturque Cyſonii ad diem* XVI *Decembris: fuiſſe dicitur dux Forojulienſis in Italiæ Dalmatiæque confiniis, comes Taxandriæ, Cyſonii, ubi ejus corpus ſervatur, Dominus: Vitam Gallicè ſcripſit Buzelinus: plura de illo dici poterunt ad dictum Decembris diem.*

i *Prolixè hìc excurrit Anonymus in laudes Everardi: ſed ea omittimus, quòd nihil faciant ad Tranſlationis Hiſtoriam.*

k *Fulco Remenſis archiepiſcopus num.* 100 *Comment. prævii citatus Everardum S.* Calliſti *corpus impetraſſe ſcribit* à Romana ſede; *nulla Notingi mentione injecta: forſan Notingus S.* Calliſti *reliquias Everardo haud dederit, niſi petitâ obtentaque à Romano Pontifice veniâ. Potuit etiam Fulco, tantùm ſciviſſe S.* Calliſti *corpus à Gregorio* IV *in S. Mariæ trans Tyberim honorificè collocatum fuiſſe: ignoraſſe verò, Gregorii ſucceſſorem Sergium aliquot S.* Calliſti *reliquias donaviſſe Notingo.*

l *Non Everardum S. Pontificis reliquias in Belgium, ſed Rodolfum, Everardi filium, detuliſſe, citatus num.* 100 *Comment. prævii Frodoardus ex Fulcone, Remenſi archiepiſcopo, ſcribit: rurſus igitur hìc Fulco Anonymuſque diſſentiunt: niſi dicatur tam pater,*

A *pater, quàm filius S.* Calisti *in Belgium reliquias per se comitatus fuisse, vel feciſſe pater cenſeatur, quod per filium fecit. Capſæ reliquiarum Euerardi comitis hi verſus inſcripti :*

Tempore quippe ſuo divino tactus amore
Octingenteno quinquageno quoque quarto
Iſtuc, quo decuit, advexit honore Calixtum
Pontificem ſummum, pro Chriſto martyrizatum.

m *Dicebatur aliàs* Auguſta Veromanduorum. *Frodoardus* caſtrum S. Quintini *appellat.*

n *Id eſt, mancipio, pro ſeculi iſtius more.*

o *Monaſterii Cyſonienſis addixit obſequio.*

p *Seipſam quoque ejuſdem eccleſiæ obſequio vitam excubiis, exercitationibus piis & à ſecularium conſortio ſegregatam actura conſecravit, etſi propterea ſtricti nominis monacha ſeu Sanctimonialis haud eſſet.*

q *Conſonant verſus ſupra citati, Meierus,*
B *Gazæus, Molanus in Natalibus SS. Belgii ad hunc diem : ſed ad diem* XVI *Decembris annum notat* 855, *& ita legi ait* in epitaphio feretri S. Euerardi. *Idem ait Colvenerius in Annotatis ad cap.* V *lib.* 4 *Hiſtoriæ eccleſiæ Remenſis à Flodoardo ſcriptæ, Molanum citans : malim adhærere Anonymo & verſibus capſæ reliquiarum Euerardi comitis inſcriptis; minùs audiendus Sigebertus, qui anno* 884 Calliſti *reliquiarum Cyſonium tranſlationem innectit; ſi tamen id Sigebertus ſcripſit.*

r *Plurimùm iſta obſcuritatis habent, niſi medica manus acceſſerit : ſi rectè conjicio, reſtitui utcumque locus depravatus ad hunc modum poteſt.* Eccleſia namque, quæ ibi conſtructa fuerat, antequam Sanctus Dei Calixtus martyr deferretur, parva quidem atque inordinabili ſchemate ædificata erat, nec poterat ſua inordinatione ac parvitate aliorum Sanctorum reliquias, quæ ibi plurimæ habebantur, [commodè capere : quapropter voluit (*Euerardus, ut puto*) ut pars una eccleſiæ] ſtans atque immunis à caſu ſervaretur : pars vero totius corporis eccleſiæ reliqua funditus erueretur : atque ita fieri volebat, ut poſtquam pars, quæ corruerat, ordinabiliter atque firmiter ex majori parte fuiſſet [ædificata, in ea] Sanctorum reliquiæ conderentur, ac [ſic] demum pars reliqua, quæ reſidua fuerat, funditus ſimiliter eruta, à fundamentis ad lineam partis prioris conſurgeret : donec totum fabricæ opus ad perfectum uniformiter perveniret.

f *Act.* 9 *v.* 8.

t *Dixerat num.* 3 *Anonymus deſcripturum ſeſe S.* Calliſti *miracula, quæ per* idem tempus, *quo ejus reliquiæ Cyſonium allatæ ſunt, facta fuere : circa idem igitur tempus, id eſt, circa annum* 854 *Cyſonienſis cœnobii ſervulus Emmo viſum recepit; quem, cum ſua ætate in vivis adhùcdum egiſſe, præterea Anonymus hìc dicat, nec ullum de tranſlatis Cyſonio Remos S.* Calliſti *reliquiis, quod ſub ſeculi noni exitum contigit, faciat verbum, eodem ſeculo ſcripſiſſe videtur.*

AUCTORE J. B.

D

E

F

PROCESSUS TRANSLATIONIS

C

RELIQUIARUM S. CALIXTI

PONT. MART. REMIS CYSONIUM

ANNO MDCXVI.

S. Calliſti reliquiæ Remis Lutoſam, *a*

PRidie Aſcenſionis Dominicæ anno MDCXVI Joannes Rachin, ſcriba illuſtriſſimi & reverendiſſimi Domini Ludovici à Lotharingia Remenſis archiepiſcopi, *a* in comitatu duorum nobilium miſſus à reverendo domino Claudio Dorignie juris utriuſque doctore, metropolitanæ Remenſis theſaurario, veniens Luthoſam *b* detulit cum litteris dicti theſaurarii thecam, in qua concluſum erat os unum tibiæ de corpore B. Calixti Papæ & Martyris; quas quidem reliquias reverendus admodum dominus Baptiſta Grammoy decanus Luthoſenſis, ciſtâ includens ſigillo ſuo obſerata, impoſuit altari capellæ ſuæ in eccleſia collegiata B. Petri, quæ quidem ibi remanſit uſque ad diem ſabbati ſequentem cum reverendus Pater Eraſmus d'Autel, Prior Cyſonienſis, à reverendo admodum domino Joanne Defrumaux abbate ſuo, Luthoſam miſſus cum domino Godefrido Saillart œconomo abbatiæ S. Nicolai Tornacenſis, & reverendo domino magiſtro Joanne de la Motte ſacræ Theologiæ apud Cyſonienſes lectore, aliiſque pluribus honoratis laicis, poſt celebratum à reverendo dicto domino decano ſacrum, dictus theſaurus rhedæ fuit impoſitus, circum ſedentibus hinc inde, decano, Priore, lectore & domino Joanne Biſeaux eccleſiæ Luthoſenſis canonico, presbyteris.

EX MS. BUZELINI

b

2. Sub veſperam ante portam dictæ abbatiæ S. Nicolai præfati *c* quatuor presbyteri in albis & ſtola, feretrum rubro ſerico panno tectum detulerunt uſque ad ingreſſum dictæ abbatiæ : ubi ante altare paratum, admodum reverendo domino D. Nicolao de Godebrye dictæ abbatiæ abbati *d* in pontificalibus exſpectanti cum ſuo conventu proceſſionaliter per eumdem cantu delatum eſt ad ſacellum domeſticum. Ubi, abſoluto Reſponſorio, Cantico

ac Tornacum advectæ; *c*

d

EX MS. BUZELINI

tico » Te Deum » cum collecta & Antiphona » Filia Hierusalem » muſicè decantato concluſum fuit Officium, religioſis dicti Cœnobii alternatim excubias noctis cum lumine peragentibus. Poſtridie celebrato ſacro per reverendum dominum Priorem Cyſonienſem de S. Calixto, eadem pompâ, quâ pridie cum cantu, tædis & campanarum ſonitu elatum eſt ſacrum pignus ad eccleſiam Majorem, necdum conſecratam, per venerandum abbatem prædictoſque presbyteros, altarique Majori impoſitum : & poſt cantica & thuriſicationem per clauſtra, rhedæ eſt impoſitum, tectum operculo byſſino auro argentoque variegato, aſſidentibus hinc inde quatuor prædictis presbyteris, amictis ſtola & amictu & dalmaticis rubri coloris, ſtipantibus latera pueris coronatis, byſſo ejuſdem coloris veſtitis : frontiſpicium autem rhedæ occupantibus in alba veſte tædiferis.

hinc Cyſonium

3 Ita proceſſum cum cantu muſico pſalmorum & modulorum ſacrorum per medium urbis Tornacenæ, inde Cyſonium uſque, proſequente dicto domino prælato & reverendis dominis B. Petro d'Anbermont, ſacræ theologiæ licentiato & canonico & officiali Tornacenſi, Domino Magiſtro Marco Norman altarium * ſedium ſacellano & domino temporali de Brenſe, multiſque nobilibus equitibus & clientibus præter turbam copioſam affluentem paſſim ad ſpectaculum. Ad mille paſſus ab urbe occurrerunt in cappis reverendi paſtores F. Antonius de S. Aubin, paſtor Camphinienſis religioſus, magiſter Joannes Roſerius paſtor d'Eplechin cum clero ſuo & omni populo, crucibuſque & vexillis, poſt thuriſicationem cantantes & currum præcedentes, populo ſubſequente. Quibus adjunxerunt ſe eodem apparatu ad quingentos à Cyſonio paſſus reverendi paſtores F. Antonius de Buiſſnes ſupprior & paſtor Cyſonienſis, F. Clemens le Comte paſtor Lounilienſis, monaſterii Cyſonienſis religioſi, cum infinita multitudine plebis.

feſto' apparatu deferuntur.

4 Ubi ventum fuit in conſpectum Cyſonii, occurrerunt proceſſionaliter religioſi in cappis, candelas accenſas tenentes, cum toto clero & populo, prælatique venerandi Cyſonienſis & S. Nicolai in pontificalibus : cantatoque in rheda moteto muſico, traditum eſt ſacrum pignus à duobus presbyteris in rheda remeantibus * inter manus duorum præcedentium, qui genuflexi dederunt prædictis venerabilibus prælatis ; à quibus altari ad id deputato impoſitum fuit, & poſt thuriſicationem multiplicemque cantum, denuò humeris prædictorum prælatorum à quatuor prænominatis presbyteris eſt impoſitum, iiſdem presbyteris latera ſtipantibus, fimbriaſque feretri tenentibus, duobus tædiferis antecedentibus, omnique clero in cantu vario magna cum ſolemnitate præcedente, pulſantibus campanis, ingreſſum eſt templum : depoſitoque ſacri pignoris feretro in medio chori cantatum eſt muſicè cum organis canticum » Te Deum » quo finito, habita eſt concio à R. P. J. Jordano Inſulenſi Dominicano, ac denique ſummum ſacrum in pontificalibus à venerando Cyſonienſi prælato cum muſica ſolemni eſt decantatum, totumque Officium diei eadem ſolemnitate eſt peractum, feriaque tertiâ ſequenti honorificè eſt in ſacrario repoſitum. In cujus rei teſtimonium nos infraſcripti reſpectivè teſtes, *e* dictam chartam nominum noſtrorum ſubſcriptione & ſigillorum appenſione communivimus. Actum in prædicto monaſterio Cyſonienſi anno, quo ſuprà, die Maji decima ſeptima.

* rema-nentibus

ANNOTATA.

a *Remenſem ſedem occupavit ab anno* 1605 *uſque ad* 1621.

b *Belgii oppidum in comitatu Hannoniæ.*

c *Ordinis S. Auguſtini, dictæ* A Pratis, *& olim juxta Tornacum ſitæ.*

d *Præfuit ab anno* 1608 *uſque ad* 1634.

e *Aberant à MS. noſtro ſubſcriptiones.*

DE SS. FORTUNATA VIRGINE, EJUSQUE FRATRIBUS CARPONIO, EVARISTO, ET PRISCIANO MM.

Cæsareæ in Palæstina.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Martyrum memoria in martyrologiis : antiquus cultus : Acta cujus ponderis : reliquiarum translationes : miracula.

S. D. *Anno* CCCIII. *vel seq. SS. Martyrum apud martyrologos mentio,*

ETsi quatuor hi Martyres in *Usuardino Hagenoyensi codice annuntientur die* XXX *Septemb. in Augia Majori Sueviæ insula diœces. Constantiensis, fortè quod ob quasdam translatas illuc reliquias eodem ibi die colantur, nihilominùs & apud Cæsaream Palæstinæ, & hoc eodem* XIV *Octob. die passos esse, constanter asseverant tàm Acta ipsa, quàm inter alios Vaticanus Codex, & Martyrologium Romanum hodiernum : Vaticanus quidem sequenti elogio satis distincto :* Apud Campaniam, Sanctæ Fortunatæ virginis, quæ passa est cum tribus fratribus suis Carponio, Evaristo, & Prisciano, apud Cæsaream, imperantibus Diocletiano & Maximiano, C Præside Urbano. *Romanum verò Fratres separat à Sorore, hanc ità annuntians :* Cæsareæ in Palæstina Sanctæ Fortunatæ virginis & Martyris, quæ in persecutione Diocletiani post equuleum, ignes, bestias, & alia tormenta superata, spiritum Deo reddidit : cujus corpus posteà Neapolim in Campania delatum fuit. *Illos verò hoc modo :* Item Sanctorum Carponii, Evaristi & Prisciani, fratrum ejusdem beatæ Fortunatæ, qui gladio jugulati, pariter martyrii coronam perceperunt. *Prætereo alios, qui vel solius* S. Fortunatæ, *vel simul Fratrum, sed magis jejunè meminerunt, martyrologos ; uti & Ferrarium, quod, quamvis plurima de his è Paulo Regio congesserit, nihil tamen memoret, quod non ex Actis haustum, contractumque sit.*

cultus antiquus,

2 *Antiquissimum horum Martyrum apud Neapolitanos cultum satis evincit pervetustum illud, quod præ manibus habeo, Neapolitanæ ecclesiæ Calendarium, illud, inquam, quod Seculo, ut censent, post Christum natum nono marmori incisum currentis nunc Seculi anno* XLI *in ecclesia S. Joannis Majoris, dum hæc reparanda erat, detectum fuit, notisque dein per Ludovicum Sabbatini illustratum, majoribus nostris primigenio charactere transmissum. Hoc Calendarium ad diem* XIV *Octob. sic habet :* XIIII p Gervasi & Prtasi Fortunæ *seu* Fortunatæ. *Fratrum quidem hic sicuti & in recentioribus nonnullis seu Calendariis seu Martyrologiis mentio non fit, verùm, cum simul passi sint, simul è Cæsarea Patriam in Campania, hinc Neapolim translata sint eorum corpora, satis apparet evidens, eo tempore, sicuti & nunc, licet Fratres fortasse sequenti die, cultum simul obtinuisse. Separatim à Fratribus* S. Fortunatam *coli hodiè Capuæ, testantur hujus ecclesiæ Sanctuarium, quodque typis anno* 1489 *vulgatum fuit, Breviarium, tres habens lectiones, Sanctæ huic proprias, & ex Actis, quæ infrà dabimus, depromptas. Cur verò* S. Fortunatæ *illustrior in ecclesia, hujusque Officio memoria sit, colligi posset ex his, quas Antonius Caracciolus curiosulo cuidam idem efflagitanti allegavit, rationibus, secundâ numerum : vel* quia prior illa cæsa est, *cui tamen Acta refragari videntur ; vel, quod magis arridet,* quia major virtus, audacia, & animi soliditas in Fortunata refulsit : *acriùs enim multò hæc habuit cum triplici hoste certamen, uti ex Actis, quæ jam ponderanda veniunt, lector facilè intelliget.* F

3 *Primus, qui horum Martyrum passionem posteris tradidit, fuit Autpertus presbyter,* Actaque *quem abbatem fuisse Cassinensem nonnulli putarunt ; sed aliud fundamentum, ut rectè notat Caracciolus, non habentes, nisi quod Cassinensis ejusdem nominis abbas eodem tempore in vivis ageret : verum quiscumque Autpertus hic fuerit, quandoquidem ipsemet fateatur, se rogatu Stephani* II *Neapolitani antistitis, idque peracta jam* SS. *corporum Neapolim translatione, calamum primùm exeruisse, jam à Mar-*

AUCTORE S. D.

tyrum epocha, quàm naſcente ſeculo IV *figemus, quingenti ferè anni excurrerant; ad quam temporum intercapedinem accedit locorum quoque diſtantia, ità ut, quidquid de horum Martyrum geſtis congerere potuit Autpertus, à nautarum potiſſimum narratione, Patrienſiumque traditione petendum fuerit. Autperti autographum extare in Neapolitana SS. Apoſtolorum bibliotheca, teſtis eſt ſtatim memoratus Caracciolus, inter cujus apographa recenſeri debere lectiones Officii S.* Fortunatæ *Neapoli anno* 1568 *excuſi, vel ideò opinor, quod, ſi dictas Lectiones numero* XLI *in unam legendam redigas, integra inde Martyrum paſſio, ipſis Autperti verbis, prout citata à Caracciolo aliiſque ex Autographo verba commonſtrant, per omnia veroſimiliùs conſcripta, coalitura ſit.*

hìc edenda;

4 *Licet autem prima Lectio hunc præferat titulum :* Paſſio Sanctæ Fortunatæ virginis & martyris, incipit prologus; *Prologum nihilominus deficere diſco è ſequentibus Caracciolì, qui autographum vidit, verbis :* Autpertus præsbyter . . . imitatus , . . ut ait, DD. Ambroſium, & Gregorium, de SS. Agnete & Felicitate locutos, paſſionem Sanctæ Fortunatæ nobis ſcriptam reliquit. *Nulla enim Gregorii Ambroſiive in Lectionibus hiſce fit mentio, unde ad Prologum hæc pertinere ſicuti & annum fortè, quo paſſi ſunt, exiſtimo. Similiter & in prologo Legendam ſuam Stephano epiſcopo dicaſſe Autpertum, tradit Bartholomeus*
B *Chioccarellus J. C. Neapolitanus pag. 72 & ſeq. his verbis :* extat etiam apud nos eorumdem martyrum Vita . . . Stephani hujus epiſcopi impulſu exarata, cui etiam dicata eſt, ut ejus præfatio docet : *hæc omnia licet nos deficiant, nihilominùs Lectiones haſce in unam Legendam redactas, uti verum Autperti apographum ob ſtatim dictas rationes amplexi, cum alia Acta haud ſuppetant, correctis, quæ non pauca occurrunt, mendis pauciſque anachroniſmis, prelo dabimus.*

quibus eorum quidem martyria anno 303 *vel ſeq. contigiſſe;*

5 *Paſſionis Martyrum epocham indicare videntur tum immaniſſima illa, quam refert Autpertus, Diocletiani & Maximiani per totum Chriſtianum orbem perſecutio, tum Urbani in Cæſarea Palæſtinæ præfectura : cum enim perſecutio iſthæc anno* 303, *ut eruditè ad hunc annum notat Pagius, à præ-*
C *fatis imperatoribus indicta primùm fuerit, eodem anno, quo teſte Euſebio Cæſarienſi, Urbanus Palæſtinæ præfecturam recenter adminiſtrabat, neceſſariò conſequitur, Martyrum noſtrorum agonem vel mox dicto anno, (non ante, quod Autpertum velle, ait Caracciolus) vel ſequenti contigiſſe. Vel ſequenti, inquam; exiſtimavit enim Caracciolus, eum anno* 303 *abſolutè innectendum eſſe, ea ductus ratione, quod Diocletianum & Maximianum ineunte ſequenti anno, nimirum* 304, *imperii faſces depoſuiſſe ejuſdem Euſebii authoritate omninò velit; ſed, quamvis obſcurè id ſignificet Euſebius, & Baronii, aliorumque eruditorum hæc quondam ſententia fuerit, poſteaquam tamen Lactantii liber de mortibus perſecutorum in lucem prodiit, unicuique, qui hujus cap.* XVII *pervolverit, fiet clarum, dictos imperatores anno tantummodo ſequenti* 305 *imperium abdicaſſe. Hinc neſcio, quomodo quidam, quêis & Baronius ipſe adſtipulari vi-* D *detur, Martyrum agonem ad annum* 308 *referre potuerint, quo nequè ſæpè dicti imperatores imperio ampliùs, neque Palæſtinæ Urbanus, ſed Firmilianus præerant.*

corpora verò primùm Patriam, deinde Neapolim

6 *Sanctorum corpora, prout ex Autperto apparet, haud diu apud Cæſaream quievere, ſed à nautis clanculo inde ſublata, &* per longiſſima, *uti ipſe loquitur,* maris itinera *ad Campanum littus delata apud Patriam urbem (de hac plura in annotatis) depoſita, ſepultaque fuere. Patrienſes verò rati divino id factum munere, quo Sanctorum honori ocyus conſulerent, baſilicam intrà urbem à fundamentis erigentes, ſacris hanc Martyrum pignoribus condecoravere : undè factum Camillus Tutini, qui & ipſe Martyrum Acta Italicè concinnavit, pag.* 107 *ait, ut Patrienſes Cælites hoſce uti urbis tutelares deinceps venerati ſint : verùm cum civitas hæc circà annum* 455 *ſolo æquata eſſet à Wandalis Campaniam ingreſſis, ſacra Martyrum corpora per* 200 *& amplius annos ſinè honore ſub ruderibus derelicta fuere; donec Stephanus* II, *Neapolitanorum antiſtes circà annum* 768 *creatus, ſacra hæc pignora perquiri, & Neapolim transferri juſſit. Tranſlatio hæc cum contigerit* regnante, *ut ait Autpertus,* Conſtantino & Irene matre ejus ac præſidente Romanæ ſedis Hadriano pontifice *hujus nomi-*
E *nis* II, *antè annum* 780, *quo Conſtantinus & Irene imperii habenas ſimul aſſumpſere, ſtatui nullatenus poteſt : utrum vero facta fuerit circà annum* 789, *ut Summontius, teſte Caracciolo, ſupputat, non auſim affirmare. Annum* 774 *aſſignavit Camillus, ſed authori huic ut hiſtoriographo magis, quàm chronologo confidentes, quæ ipſe à pag.* 110 *è Ms. monaſterii S. Gaudioſi de eadem Sanctorum oſſium tranſlatione refert, in medium proferemus.*

in baſilicam,

7 *Cum itaque Martyrum corpora ligneæ capſæ incluſa plauſtro Neapolim advecta eſſent, Stephanus antiſtes pontificalibus indutus ad locum, qui* Olimpiano *dicitur, propè monaſterium S. Gaudioſi obviam proceſſit ſacra pignora excepturus; aſt dum capſam, ut ad principem eccleſiam deferrent, è plauſtro levare nituntur, irritus omnis eorum conatus fuit; divinâ enim providentiâ factum eſt, ut neque capſa è plauſtro dimoveri, neque boves,*
F *quantumvis urgerentur, ad progreſſum flecti poſſent. Quo miraculo obſtupefacti antiſtes populuſque ad preces confugiunt, viſumque demum fuit, ſacras Martyrum exuvias in proximum S. Gaudioſi monaſterium deportare. Hoc ubi ſtatuerant, ſubitò boves velociùs ad dictum monaſterium properantes cunctis indicio fuere, divinæ eſſe voluntatis, ut inibi Sanctorum pignora deponerentur. Unde Stephanus reliquiarum capſam in eccleſia S. Gaudioſi, licet hoc taceat Camillus, eò uſque veroſimiliùs collocavit, dum novam, quàm jàm indè in Martyrum honorem meditabatur, eccleſiam perfeciſſet. Meminit hujus Joannes diaconus in Stephano ità ſcribens :* addidit etiam in Sancti Gaudioſi monaſterio baſilicam Sanctæ Fortunatæ, in qua corpus ejuſdem martyris allatum à Patrienſi eccleſia, ubi ipſa priùs voluit ſepeliri, magno cum honore condidit.

AUCTORE S. D.

A *unà cum monasterio S.* Fortunatæ *dicatam,*

8 *Neque solum basilicam hanc, sed etiam monasterium erexit monialium, quas eidem ecclesiæ inservire, & abbatissæ S. Gaudiosi subesse voluit, uti probatur è quodam instrumento, Longobardico charactere circà annum* 800 *conscripto, asservatoque in dicta S. Gaudiosi abbatia, cujus initium, prout extat apud Camillum, ità habet :* Gemma humilis Archidiacona, & Abbatissa monasterii Sanctorum Gaudiosi Christi Confessoris, & Sanctæ Fortunatæ Virginis, ubi eorum venerabilia quiescunt corpora, ancillarum Dei unà cum cuncta congregatione monacharum. *Tradit idem Camillus, præter antiquissimam hanc S.* Fortunatæ *basilicam, quæ usque hodiè, ni fallor, intrà monasterium S. Gaudiosi visitur, aliam à Neapolitanis in ejusdem Sanctæ honorem extructam fuisse, idque constare ait ex antiqua S. Georgii scriptura, litteris itidem Longobardicis ac longiusculis exarata, quæ sic incipit :* Imperante Alexio Porfirogenito magno imperatore anno 29 &c. die 1 men-

B sis Augusti 3 Ind. Neap. Sparanus Clericus, & Canonicus ecclesiæ S. Fortunatæ, quæ est in vico publico nominato Granci, in regione Furcillense. *Verum ecclesiam hanc vel interiisse, vel eamdem omninò esse cum capella* S. Fortunatæ *apud moniales S. Gaudiosi cum Caracciolo opinamur : sed ne his diutius immoremur, dispiciamus modò, quid porrò circà Martyrum corpora gestum fuerit.*

transiata Miraculis clarusse

9 *Absolutæ, quam suprà diximus, à Stephano antistite basilicæ illatæ vix reliquiæ erant, quin beneficentissimos sibi Christi Martyres experti fuerint Neapolitani : est enim antiqua, Camillo teste, apud moniales S. Gaudiosi traditio, inter alios Ramondellum Orsinum Tarantinum principem eorumdem interventu uxori suæ sanitatem divinitus obtinuisse ; unde & factum tradunt, ut multi multa donaria certatim eidem ecclesiæ obtulerint, ac princeps quidem Tarantinus pretiosissimam crystallinam crucem, quæ usque hodiè, testante Camillo, in ecclesia S. Gaudiosi asservatur. Tradit idem Camillus referri in quodam ejusdem monasterii MS. fures aliquandò noctu per fenestram irrupisse ecclesiam exspoliaturos, verum prædâ jam onustos, dum per eamdem fenestram egressuri forent, immotos adeò stetisse, ut in nullam sese partem vertere possent, donec facto mane à monialibus ecclesiam ingressis miseri sic inventi ac culpam confessi ablata reddidere, factique pœnitentes discessere. Contigit etiam, prout idem MS. docet, ut moniales*

C *S.* Fortunatam *aliquando in imagine depictam cuperent, ast, pictore jam accersito, ignorabatur Sanctæ, dum passa fuerat, ætas (de hac enim historico pictori constare omninò debet) unde nimiùm sollicito pictori Sancta ipsa nocte quadam in somno apparuit formam habens juvenculæ, testataque in hac ætate plurima se tormenta subiisse, disparuit ; quarè Sancta in ea ætate moribundæ similis depicta est. Verum quidquid sit de hac re, etsi eam fieri posse non abnuam, falsi tamen suspicionem movet tum insolita apparitionis ratio, tum quod Acta jam pridem exarata ætatem Martyris sat superque edocerent. Sed nunc ad certiora transeamus.*

& anno 1561

10 *Anno* 1561 *Laura Piscicella S. Gau-*

dioси abbatissa altare S. Fortunatæ, *quod casum minaretur, unà cum muro ecclesiæ instauratura, Josepho Philippo civitatis Cavensis architecto in mandatis dedit, ut quidquid in hunc finem necessarium duceret, audacter exequeretur ; unde hic altare ad solum destruendum ratus, sequenti nocte in somno formosissimam sibi adstare conspicit puellam, districtè inhibentem, ne dictum altare ipse contingeret, sed personæ digniori rem committeret. Territus hac visione architectus manè, quæ erat quinta Maji (non Martii, ut erroneè habet Baronius in notis ad martyrol. Rom.) ac dies Lunæ, rem aperit abbatissæ, quæ ecclesiam mox ingressa ante idem altare sese prostravit, divinam bonitatem enixè rogans, ut sibi inspirare dignaretur, quid consilii in hac re capiendum foret. Finita oratione sese erigens passus ferè duos recesserat, cum subitò major pars faciei altaris in pavimentum rueret. Partem dorsi decidisse scribit Paulus Regius, verum, quandoquidem ipsemet fateatur orasse abbatissam, uti ferè fit, ante altare, & miraculum agnoscere videatur in eo, quod ante* E *ruinam abbatissa ad duos passus regressa periculum evaserit oppressionis, hoc locum habere non potuit, nisi in parte altaris anteriori. Delapsa itaque hac parte, apparuit marmorea tabula satis ampla ; cumque abbatissa prodigio attonita aliquantulum subsisteret, decidit pariter & pars marmorei sepulchri, in qua sacra Martyrum lipsana intus servabantur.*

ibidem rursum

11 *Vulgato confestim prodigio, accurrunt moniales, sumptisque luminaribus, dum circumcircà altare preces fundunt, abbatissa rem denuntiat illustrissimo Octaviano Preconio episcopo Arianensi, qui Neapoli apud S. Laurentium iisdem diebus morabatur ; neque hic diu hæsitans ad monasterium S. Gaudiosi confestim convolat, ingressusque ecclesiam S.* Fortunatæ *invenit unà cum monialibus magistrum Ambrosium de Pontecorbo Dominicanorum provincialem & F. Vincentium de S. Angelo ejusdem monasterii confessarium, qui & ipsi ad spectaculum hocce accurrerant. Præmissa ergò prece, Arianensis cum duobus hisce presbyteris ad examen procedens, invenit primò in fundo altaris marmoream tabulam satis amplam, super qua exurgebat sepulchrum diversis distinctum cavis, uncisque ferreis benè munitum. In hujus sepulchri capite arca erat marmorea, in medio foramen habens, quod claudebatur craticulâ ferrea, verbis circum scriptâ sequentibus :* hic jacet corpus S. Fortu-

F natæ virg. & marty. & corpora fratrum ejus marty. *Sed priusquàm commodè inspici hæc arca poterat, dimovenda fuit, quæ superiùs altare cooperiens imminebat, marmorea tabula, ferreis constricta nodis seu anchoris, quæ fumo adeò arrosæ ac denigratæ erant, ut manifesto indicio essent, luminaria quondam ante hasce reliquias accendi consuevisse. Quodque altare hoc reipsa olim consecratum fuisset in eorumdem Martyrum honorem, argumento erant particulæ ossium & lini oleo tincti, capsula lignea cum quibusdam rubræ ceræ particulis, pulvere conspersis, quæ omnia intrà dictam tabulam, in medio per modum crucis excavatam, reperta fuere.*

12 *Dimoto hoc marmore, apparuit depic-* *reperta,*

AUCTORE S. D.

tum S. Fortunatæ *ejusque Fratrum martyrium; quare aperto primùm Sororis tumulo, invenere arcam, è ligno Marciano confectam, antiquissimam (illam fortè, quam Stephanus reperérat,) in qua S. Martyris ossa mirè fragrantia requiescebant, superimpositis desuper duabus chordulis seu seriebus globulorum, (coronas vocant) qui ex albicanti osse erant confecti, quorumque in una chordula 63, in altera 72 numerabantur. Levatam itaque ligneam hanc cum reliquiis arcam processionaliter cum accensis luminaribus ad sacristiam detulere, ac mox regressi, inter alias multas, quas in eodem loco detexere, S.* Carponii *exuvias invenere partem capitis, involutam velo serico auroque intexto, sed in medio lacero, quæ reliquiæ simul cum appositis quibusdam ramulis myrti odorem spargebant suavissimum: quod verò cernerent Martyri caput exiguum valdè fuisse, existimatum fuit, S.* Carponium *juvenem admodum martyrii palmam fuisse adeptum. Supererant jam SS.* Evaristi & Prisciani *reliquiæ, quas & paulò post juxtà eumdem locum reperientes cum S.* Carponii *ossibus in una capsula, hancque in quadam monasterii capella deposuere. Verùm cum Julius Pavesius archiepiscopus Surrentanus Neapolitanam diœcesim administraret, (Alphonsus enim Carafa metropolitanus Romæ à Pio* IV *detinebatur) abbatissa ab Arianensi veniam petiit, ut Surrentanus quoque accerseretur, qui vi officii inventas reliquias visitaret.*

novæque aræ inclusa,

13 *Annuente Arianensi, affuit brevi post Surrentanus, qui examine rite instituto, sacras Martyrum reliquias recognovit, cunctaque, quæ gesta fuerant, redigi jussit in actum publicum, qui usque hodiè in archiepiscopali Neapolitana curia conservatur. Manserunt autem S.* Fortunatæ *ossa in sacristia ecclesiæ, & trium Fratrum in prædicta capella, donec in perfecto jam altari, processionaliter priùs per urbem circumlata, honorificentissimè fuere collocata, exceptis tamen capitum partibus, quæ inclusæ fuere simulacro argenteo, quod usque hodiè cum insculptis Martyrum imaginibus in eadem S.* Fortunatæ *capella cernitur. Contigit, puto, ultima hæc translatio die tertia Augusti ejusdem anni* 1561; *nam in illum diem, teste Paulo Regio, Pius quartus largissimas concessit indulgentias omnibus utriusque sexus fidelibus, qui contriti & confessi eo die S.* Fortunatæ *capellam visitarent; neque his solùm, verum & iis, qui legitimè impediti, modo confessi & contriti essent, alterum nomine suo ad visitationem capellæ deputarent. Indulgentiarum bulla, sicuti & authentica inventionis & translationis Acta cum ad manum non sint, quæ hìc narravimus, Camilli Tutini & Pauli Regii authoritati potissimum innituntur. Acta quidem inventionis Caracciolo teste ita incipiunt:* Nos frater Octavianus Dei & Apostolicæ Sedis gratia episcopus Monopolitanus, & electus Arianensis, &c. *Monendus præterea hìc est curiosus lector, aliqua SS. Martyrum ossa ante memoratam num.* 10. *inventionem Pragam fuisse translata: tradit enim Pessina Phosphori ecclesiæ Pragensis pag.* 472, *quædam à Carolo* IV. *circa annum* 1356 *ad eamdem metropolim fuisse delata, inclusaque argenteæ thecæ deauratæ* cum leonibus & aquilis, æqualis tumbæ S. Januarii.

clarere perrexisse, edocemur.

14 *Nec prætereunda etiam sunt tria, quæ idem Camillus refert, Miracula, quorum primum ità contigit: dum apud inventas reliquias nocte moniales in orationibus vigilarent, conversa quædam religiosissimæ vitæ derepente concidit, animi deliquium passa. Advolant sorores, laturæ opem succumbenti, cum ecce diu loquelæ expers, sed demum ad se reversa, palàm testata fuit, duos se angelos vidisse, qui thuribulis sacras reliquias adolentes tanto coruscabant splendore, tanta majestate, ut animus sibi deficeret. Secundum ita se habuit: Faustina Caracciola marchionis Montisfortii uxor cum sterilis esset, ad S.* Fortunatam *pro habendo filiolo confugit, nec frustra; quod enim petiit, Sanctæ interventu à Domino meruit obtinere; quarè in gratam beneficii memoriam brachium confici jussit argenteum, & apud Sanctæ reliquias appendi, donato pariter & panno altaris (antependium vocant) pretiosissimo. Huic Miraculo tertium non absimile lego; altera enim matrona sterilis itidem, cum S.* Fortunatæ *capellam, quod intra clausuram monasterii esset, ipsa commodè visitare haud posset, rogavit monialem quamdam, ut per integri mensis spatium quotidiè capellam visitaret ad suam, videlicet obtinendæ prolis, intentionem. Expleto ergò mense, concepit femina, peperitque filiolam, quàm ut vivum beneficii monimentum quotidie cerneret, Fortunatam vocari voluit. Atque hæc sunt tria illa Miracula quæ è MS. sæpè dicti monasterii accepta Camillus Tutini memoriæ prodidit.*

PASSIO

EX OFFICIO PROPRIO DEPROMPTA

Auctore Autperto Presbytero.

CAPUT UNICUM.

Martyrum patria : natales : acerrimum certamen : decollatio : translatio corporum primò Patriam, dein Neapolim.

S. Fortunata *puellula Christiana*,

SAnctissimæ virginis Fortunatæ Cæsarea Palestinæ patria fuit : in qua nobilibus orta natalibus, cum adhuc puellaris ætatis ageret annos, totum, quod hic mundus blanditur, exhorruit. Cujus mater infidelis admodum, fratres verò Christianissimi erant. Despectis itaque, ut diximus, his, quæ secundum carnem in mundo possunt, * liberè relicto matris errore ad baptismum convolavit. Nec moris injectis, quin sacræ religionis habitum susciperet, quodque non solum illibatæ virginitatis studio ad perfectionis summam evexit, verum etiam effusionem sui sanguinis dedicavit : in brevi enim tempora longa consummans, & veluti gigas virtutum semitas citò percurrens ad palmam martyrii in * Domino protegente hoc modo pervenit. Tempore namque Diocletiani & Maximiani imperatorum persecutio immanissima *a* per totum orbem Christianos vexabat, unde factum est, ut quidam impiissimæ crudelitatis præses, nomine Urbanus *b* intrà civitatem Cæsaream multos pro nomine Christi vinculis astringeret, carceribus trudendo diversisque tormentis afficiebat.

* *an* : placent ?

* abundat

a

b

C

2 Uno siquidem impetu triginta & septem Christicolas apprehendens, ergastulis mancipavit, quos proxima sessione audire publicaque confessione gestiebat, inter quos devotissimæ virginis Fortunatæ tres pariter erant vincti germani, tanto durius afflicti, quantò in defensione fidei plus cæteris prompti ; quorum primus dicebatur Carponius, secundus Euachristus ; tertius Priscianus : Fortunata verò æqualem ergà Christi famulos affectum dilectionis ostendens una tantum puella comite, continua visitatione terebat limina carceris, impendens pro viribus quidquid valebat Dei martyribus. Dum hæc agerèntur, pervenit ad notitiam virginis quod sancti Dei confessores proxima essent sessione audiendi à præside : quæ immensis supernæ patriæ succensa desideriis ingemuit, & ait : O quis mihi tribueret martyribus Dei participem me fieri, ut simul cum eis per tormenta deficiens citius ad sponsum, & dominum meum Jesum Christum pervenirem ! quidam autem ex circumstantibus hæc audiens nuntiavit judici, qui secundus erat à præside, quomodò nec ad horam limina carcerum desereret, sed in excubiis vinctorum persistebat. Ille verò in exteriori illam custodia recludi præcipiens, quid dictum, quidvè fuerit factum præfici nuntiavit.

dum fratribus carcere detentis piè ministrat,

D

E

defertur, sistiturque præsidi :

3 Tunc præses furore succensus illicò sedens pro tribunali, jussit sibi beatam Virginem exhiberi, cumque ad officium præsidis introducta fuisset, fulgeretque divino irradiata lumine, locutus est agitans caput Urbanus ità ei : quomodò vocaris ? beata Fortunata respondit : quantum ad terrenam attinet generationem, Fortunata dicor ; quantum verò ad cælestem Christianam me esse profiteor. Præses dixit : nega nomen Christianitatis, & sacrifica diis omnipotentibus. Quod si nolueris, diversis omninò suppliciis interibis. Fortunata respondit : O si unius Dei cultui tu quoque te ipsum mancipare velles, falsis diis nequaquam servire suaderes ! an ignoras, neminem posse duobus dominis servire ? unum profecto sustinebit, & alium contemnet. Si igitur nulla ratio suadet, ut duobus absque offensione serviamus, quanto magis pluribus ? uni ergò serviendum, uni est per omnia placendum. Nec est alius præter unum, sicut error persuasit dæmonum. Audi ergo, præses, quid super his definiat dux Christianitatis, audi & crede, ut ad salutem animæ tuæ quoquo pacto possis pertingere. Scimus, inquit, quia nihil est idolum in mundo, & quod nullus Deus sit nisi unus ; nam si sunt, qui dicuntur Dii sivè in terra, si quidem sunt Dii multi, nobis tamen unus Deus pater, ex quo omnia & nos in illo. *c*

F

c

at nec hujus blanditiis minisque,

4 Præses Urbanus dixit : consule tibi, & adolescentiæ tuæ, sicut & nos consulere satagimus. Tene religionem, quam totus ab initio tenuit mundus, ne acerrima morte florem tuæ juventutis amittas : est mihi unicus filius : esto & tu singularis filia : junge te præclaris ejus lateribus, & eris mihi amabilior, quam totus hic mundus. Fortunata virgo respondit : filius tuus, cui me despondere cupis, tantum homo est ; meus autem

AUCTORE AUTPERTO.

autem ſponſus & Deus & homo eſt : ille quinque pedum ſpatio extenditur ſuper terram; iſte autem cælum pariter implet & terram : ille parum poſſidet terræ ; iſte poſſeſſor eſt cæli & terræ : illi poſtmodum abominabilis fætor, iſti ſemper delectabilis odor : ille eſt corruptor caſtitatis ; iſte conſervator eſt virginitatis ; cui dum adhæſero, ſemper virgo manebo : quem dum accepero, ſub una hora atque momento mille filios ſine dolore pariam, milleque nepotes : nec in parvulis nutriendis cura erit aliqua, quià ſimul cuncti perfectæ ætatis procedunt ex utero. Præſes dixit : hæc quidem, quæ narras, quis ambigat inſana mente prolata ? dic tu, quis hic talis & tantus eſt, de quo talia ac tanta præſumis. Fortunata reſpondit : dominus eſt Jeſus Chriſtus, quem tu ignoras. Tunc præſes juſſit eam in carcerem recipi, cogitans illam poſſe aliquo modo ab
B hac ſua intentione deflecti.

nec matris lacrymis victa

5 Mater verò beatæ virginis Fortunatæ nimio tenebatur afflicta mœrore reputans ſecum & dicens : quid putas, factum eſt de filia mea, quæ tot diebus non apparet ut ſolebat ? intereà venit ad eam nuntius, qui diceret : Fortunata filia tua propter Chriſtiana ſacrilegia tenetur in cuſtodia. Tunc illa pectus ſuum & faciem tundens, ingenteſque ejulatus ad cælum emittens feſtina pergit ad carcerem, visâque filiâ in lacrymas tota convertitur, atque ejulans pedibus ejus provolvitur, lavit veſtigia, & in querelam profiliens, mi, dixit, chariſſima & dulciſſima filia, quæ te inſania, quis te error invaſit, ut relicta gaudia * vitæ præſentis, ultro ad tormenta feſtines ? revocet te ſaltem ab hac ſtultitia tua affectus unicus genitricis. Memento, quod ego te genuerim, quod lactaverim, quod ad hanc ætatem uſque perduxerim, quod ſi fratres tui mente alienati non recordantur maternos affectus, tu ſaltem, quæ gratior cunctis, quæ ſemper amabilior fuiſti, noli ferreum poſſidere pectus, noli amariſſimos matris contemnere luctus. Cui beata Fortunata reſpondit : quid mihi & tibi eſt, O genitrix carnis ! jam parentelam ſpiritus diligo, & relictis terrenis genitoribus, cæleſtibus jungor. Quod ſi tibi ineſt aliquis circà me pietatis affectus, ille ſcit, quem amat opifex ſummus : crede in Chriſtum, qui eſt omnium vita, & noſtra nullus dividet conſortia. Gaudebas te filiam habuiſſe in terris : gaude potius martyrem obtinuiſſe in cælis, ſi tantum in Chriſtum me ſuadente credideris.

* relictis gaudiis

denuò producitur,

C 6 Ad quod dum mater taceret, nullum reſponſum filiæ dabat : tunc Virgo ad cuſtodem carceris converſa precabatur, ut eam ſineret Dei Confeſſoribus ſociari, qui in interiori cuſtodia tenebantur, dans aliquid pecuniæ, quam in uſu Sanctorum ſibimet reſervaverat. Tunc ille accepta pecunia permiſit eam ad Dei Martyres introire ; ubi dum ingreſſa fuiſſet, procidit ad pedes eorum deprecans & dicens : obſecro vos Chriſti famulos per illum, ad quem feſtinanter properatis, ut me ancillam veſtram comitem itineris & ſociam habeatis, ut nunc mihi contingat orationum veſtrarum ſuffragiis opitulari. Quibus beatiſſimi martyres auditis genua cum virgine ponunt, manus ad cælum D extendunt, lacrymas fundunt, preces emittunt, ſtatimque petitionis effectum conſequuntur : ſubitò namque illis orantibus, vox de cælo venit dicens : pax vobiſcum, exaudita eſt oratio veſtra : ſcitote autem, quia hanc per ingentem martyrii pœnam, vos verò per leviora tormenta ſuſcipiam in vitam æternam. Intereà impiiſſimus Urbanus juſſit exhiberi ſibi de carcere beatam Fortunatam, corpore nudam ſed Deo veſtitam : dumque introducta fuiſſet conſpectibus ejus, dixit præſes ad eam : quid in tot diebus circà ſalutem tuam tractaſti ? ſancta Fortunata reſpondit : ſalus mea Chriſtus eſt : cui ille : nega tandem infelix Chriſti tui nomen, & Deos incipe colere, ut poſſis pariter nobiſcum ad eorum conſortia pervenire. Quod ſi adhuc in tua ſententia perſiſtis, interire te faciam pœnis.

& poſt tormenta ſuperata,

E 7 Ad hæc Fortunata reſpondit : nec tantum inſipiens ſum, ut ſalutem meam abjiciens idolorum languoribus illiciari *, nec tantum timidà, ut ſimulacra contemnens tormenta paveſcam. Hæc igitur illa dicente, ampliori ſuccenſus furore, juſſit eam præſes Urbanus decalvari, & quaſi ad ignominiam generoſitatis ejus decalvatam publicè per civitatem circumduci. Cum autem dehoneſtaretur, nihil beata virgo dicebat, ſed tantum cœlos intuens internam ſui Sponſi pulchritudinem conſiderabat. Nec iſta rabido ſufficiunt cani : exquiſita & nova tormenta ſubnectens præcepit beatiſſimam virginem hirſutis ferræ dentibus quaſi lignum in duas partes dividi : quod dum miniſtri iniquitatis geſtirent implere, illa converſa ad Dominum pſallebat dicens : non timebo mala, quoniam tu mecum es *d* Domine : iterumque ingemiſcens ait : domine Jeſu Chriſte Sanctorum virtus & vita, te nunc deprecor, ne hoc me genus tormenti contingat : hoc autem, Domine, propterea rogo, non ut ego martyrii pœnam in aliquo fugiam, ſed ut in me tantilla puella virtutis potentiam Urbano præſidi ad confuſionem oſtendas. Ad quas nimirum voces ſectores illius diſſolvebantur, debilitabantur, cupiebant implere, quod fuerat juſſum, nec valebant. Serram quidem totis viribus trahebant, ſed carnem non contingebant. Dumque fruſtrà & in vacuum ſe laborare conſpicerent, tandem ad ſe reverſi dimiſerunt Virginem intactam.

* an : illiciar ?

d

poſt domitam belluarum,

F 8 Venientes ergo nuntiaverunt Urbano dicentes : non eſt homo ſuper terram, qui carnem iſtius poſſit laniare puellæ ; durior namque lapide, fortior eſt adamante : defecit famulorum tuorum virtus : debilitatus eſt omnis noſter conatus nec tantillum in corpore ejus vulnus infligere poſſumus, quantum punctus valet acus unius. Iis auditis, infremuit tyrannus, & inſaniſſimo tactus dolore rugitus potiùs quam voces emittens ajebat : heu, heu, heu, vincimur ! ſed reaſſumptis viribus excogitabat adhuc indecentia, ne contra Deum * & principes agens victoriæ ſibi adſcriberet triumphos. Fortaſſis enim beſtiarum dentes nequaquam eludet, cum per magicam artem ferrum eluſit. Denique juſſit iniquiſſimus præſes, amphitheatrum

* *lege :* Deos

AUCTORE AUTPERTO.

A trum ſibi præparari, ut ad iſtud ſpectaculum diverſi generis beſtiarum omnis civitatis populus conveniret, nec dies advenerat, & ecce adimpletur amphitheatrum virorum ac mulierum. Sedens tyrannus pro tribunali jubet feras dimitti : dehinc etiam præcepit beatam Virginem introduci : dumque introducta fuiſſet, ſtaretque in medio beſtiarum ad conſueta mox orationum arma confugit : ac deinde læta facie hilarique vultu populum ſpectantem ſic allocuta eſt : O generoſitas plebis, O ſpectaculum nobiliſſimæ civitatis, attendite, & videte nunc Chriſtianorum Deum, cujus ſit pietatis, quantumque valeat in terra is qui fecit cælum & terram.

quibus fruſtra objicitur, feritatem,

9 Ecce etenim rugit leo, murmurat urſus, totuſque membra ad ſaltum commovet leopardus; ſed audito Chriſti nomine citius quàm homines manſueſcunt : ut autem ſciatis hæc ita eſſe, converſa ad beſtias ait : Chriſtus, qui vos de terra formavit, ipſe imperet, ut feralem ſævitiam ad laudem & gloriam nominis ejus in manſuetudinem commutetis; & annuens eis manu, ut venirent,
B ſtatim ſubmiſſa cervice veniebant, pedeſque ejus gaudentes lingebant. Tunc immaniſſimæ ferocitatis leo exiliens ad tribunal præſidis cucurrit intendens ad beatam Fortunatam, quibus poterat nutibus, ut intelligeret illum dicere velle, quid fieri juberet de impio præſide : nam quantum ad ipſum erat, occidere illum omninò volebat. Tunc exclamans beatiſſima Virgo dixit ad leonem : præcipio tibi in nomine domini Jeſu Chriſti ne eum lædas, nec contingas; nos namque malum pro malo non reddimus : ſufficiat ei æternum ſupplicium, quod ei præparatum eſt poſt hujus vitæ exceſſum. His auditis, dum leo recurrit ad locum, in quó prius cum beata Fortunata ſteterat, fit clamor magnus populi & ad cælum uſque voces tolluntur, dicunt, ſæpius repetunt : unus Deus Chriſtianorum, qui fecit cælum & terram : unus dominus Jeſus Chriſtus, quem prædicat hæc beata Puella. Tunc nequiſſimæ intentionis Urbanus videns ſe ſuperatum, duplicato dolore congemuit & ait : væ, væ, væ mihi toties turpiter victo, quid jam in ſuppliciis novi excogitem non
C invenio.

e tandem gladio cum fratribus addicta, *f*

10 Unus autem ex paraſitis *e* ejus dedit conſilium dicens : terebrentur tali ejus, & gunphiis *f* ferreis configantur : quod cum factum fuiſſet, æquo animo illa ferebat tormentum. Cum autem diu victrix in pæna maneret, nec deficeret, juſſit impius præſes, ut ſententiam capitalem ſubiret : at illa comperto, quod per gladium vitam finiret, tota in gaudium converſa, oculiſque in cælum ac manibus protenſis, dicebat : Domine Jeſu Chriſte conſervator totius caſtitatis, qui me à cunabulis docuiſti, amorem hujus ſæculi à me tuliſti, qui me in paſſionis certamine roboraſti, & de manu impiiſſimi præſidis, ut cerno, jam liberaſti, collaudo & benedico nomen tuum, gratiarumque actiones perſolvo tibi ſponſo & domino meo, qui cum Patre & Sancto Spiritu vivis & regnas in ſempiterna & cuncta per ſæcula. Intereà Præſes Urbanus diſtulit martyrii audientiam, pavens, deteriùs ſe adhuc à viris confundi, quam fuerat à puella confuſus, unumque ſibi ſperans fore remedium, ſi eos pariter decollari juberet, juſſit, & factum eſt. Audiens autem beatiſſima Fortunata, quod ſecum pariter decollandi eſſent germani, converſa dixit ad ſpiculatorem : do tibi aureos viginti, ſi, quod rogo, facturum eſſe prómittis; at ille ait : ſi dederis, quod ſpopondiſti, faciam, quod hortaris, illa verò divinitus ſibi collatos aureos obtulit dicens : peto, ne corpora noſtra poſt necem inſepulta relinquantur, ſtatim ut mortis debitum perſolverint, humo tegantur; ſollicita namque ſum, ne igni crementur; quod poſteà ità factum eſt, ut ipſa petierat.

D

bis jam cæſis, & ipſa placidè exſpirat;

11 Decollatis autem tribus fratribus ejus, hoc eſt Carponio, Euachriſto, & Priſciano, antequam illa feriretur, ità cæpit orare : domine Jeſu Chriſte rex ſæculorum, qui me huc uſque non dereliquiſti, ſed ſemper invictam eſſe feciſti, creator totius bonitatis, reſpice nunc ſuper ancillam tuam, & tribue mihi viriliter conſummare, quod te adjuvante potui inchoare, quià tempus jam inſtat, quod corpus iſtud doloribus fatigatum anima deſerat, ſed ad promiſſa tua poſt ſupplicia tandem perveniat. Has dum Sanctiſſima virgo preces ad deum funderet, ſubitò vox de cælo intonuit dicens : veni, veni, veni, glorioſa Fortunata, & tranſi ad regnum ſumma cum gloria. His beata Virgo promiſſionibus animata gladiatorem admonuit dicens : accede, homo, accede, & quod tibi juſſum eſt, citius imple. Jam ille audiens volebat eam percutere, ſed tremefactus concidit, eique dixit : video, domina, quoſdam viros in albis, & virginum choros te circumdantes, unde & præ timore tabeſcentibus membris implere nequeo, quod dicis. Tunc illa pavens verba negantis cum ingenti voce clamavit, & dixit : Deus, qui es veritas æterna, & neminem tuorum fallis, qui me nunc quoque ad regnum tuum vocare dignatus es; Deus amator verus, & caſtus, cui ſuſpirant peregrinæ animæ, & in quem deſiderant angeli proſpicere, *g* fac me ſinè aliqua dilatione ſarcinam corporeæ fragilitatis deſerere, & ad capeſſendam tuæ di-
F vinitatis dulcedinem pervenire. Et hæc dicens emiſit ſpiritum. Collecta ſunt autem à Chriſtianis corpora Sanctorum martyrum Carponii, & Euachriſti ac Priſciani, & cum beata Fortunata dignæ ſepulturæ tradita.

g

quorum corpora primùm Patriam,

12 Quadam verò nocte venerunt nautæ, & notato ſibi loco, furati ſunt trium Fratrum ac beatiſſimæ Sororis, corpora, tuleruntque ſecum in navicula nullo ſciente, & navigaverunt longiſſima maris itinera : & ecce noctis medio deſcendentes angeli de cælo ſederunt in prora navis, ſedenteſque pſallebant dicentes : gloria hæc eſt omnibus ſanctis ejus *h*. Has dum illi voces audiſſent nimio timore collapſi ceciderunt in facies ſuas velut mortui : & ſubitò apparuit eis beatiſſima virgo Fortunata, dixitque eis : ſurgite & nolite timere : *i* Dominus vobis de cælo angelicos ſpiritus miſit, ut iter veſtrum dirigant ad locum, quo ad illuminationem multarum animarum corpora noſtra ſepulturæ tradatis :

k

i

AUCTORE AUTPERTO.

tradatis : & his dictis, ab oculis eorum visio sancta sublata est, antequam dies illuceſceret, ducatum itineris ex occulto angelis præbentibus. Venerunt nautæ cum beatissimis
A Martyrum corporibus in partes Campaniæ ad locum, qui dicitur Patria *k*, ibique fodientes sepelierunt illa, atque statim singuli reversi sunt in civitates proprias. Quod factum divina providentia quis ambigat, cum non suis sed aliorum civibus ex sublatis Martyrum corporibus consuluisse videantur: verum quia secundum evangelii sententiam lucerna accensa non sub modio, sed suprà candelabrum posita omnibus, qui sunt in domo domini, lucere debet, *l* cernentes accolæ Patriæ urbis talem thesaurum divinitus sibi esse collatum, quasi cæleste munus illud amplectentes cum jucunditate, & exultatione innumeras gratias Domino retulerunt. Deinde opitulantibus sanctis Martyribus mirificam basilicam in loco Patriæ condere studuerunt: quorum mira virtus longè lateque diffusa gratam lætitiam protectionis omnibus adeuntibus ministrabat.

hacque à Wandalis vastata,

13 His itaque gestis, qualiter corpus hujus
B sacratissimæ Martyris Neapolim postmodum translatum sit, sequens sermo seriatim demonstrat. Anno igitur à gloriosa incarnatione domini nostri Jesu Christi ferè quadringentesimo quinquagesimo secundo post obitum scilicet Valentiniani & Maximi augustorum, *m* cum Romanæ ecclesiæ beatissimus & primus Leo pontificatum ageret, rex Wandalorum gentis Gensericus ex Africa veniens, fultus auxilio Maurorum, Romam obtinuit, *n* occurrente sibi eodem Sanctissimo Leone pontifice, cujus supplicatio ità eum pacificavit, ut ab igne, & cæde, atque suppliciis abstineretur. Deinde per Campaniam sese Wandali Maurique effundentes cuncta ferro flammisque consumunt, captam intereà civitatem Capuam ad solum usque dejiciunt. Nolam nihilominus urbem, in qua erat Sanctissimus Paulinus *o* episcopus & alias quàmplures pari ruina prosternunt. Neapolim prætereà propter inclytam munitionem capere non potuerunt, extrinsecus illam depopulatam relinquunt.

Neapolim translata sunt.

14 Interea cum prædicta civitas Patriensis
C tunc penitus depopulata esset, nec debitam reverentiam Sanctorum reliquiæ habere possent, multis jam evolutis temporibus regnante scilicet Constantino & Irene matre ejus, ac præsidente Romanæ sedis Adriano pontifice, animadvertens Stephanus Parthenopensis *p* episcopus, cujus mentio superius facta est *q*, hoc nimii decoris esse, inito consilio cum sancto clero, simulque magnatibus, quod ad protectionem suæ urbis dignæ & glorioſæ haberentur, missis exequiis *r* sacræ martyris Fortunatæ corpusculum exinde elevans in monasterio puellarum Dei, quod beatus Gaudiosus *ſ* Africanus episcopus intus Neapolim construxerat, fugiendo scilicet Wandalorum sævitiam, qui tunc Africam invaserant, cum magna gloria, honore, cum hymnis & laudibus in ecclesiam, quæ ad nomen ejusdem beatæ Fortunatæ optimè refulget, eam collocare curavit, ibique hactenus splendidè & gloriosè coruscat. In quo loco jugiter vota & laudes Christi- D
colæ persolventes à domino commoda & beneficia mirabiliter consequuntur, patrante utique illo, qui est gloriosus in sanctis, in majestate mirabilis, faciens signa & mirabilia in cælo & terra, & perseverantibus usque in finem præmia largitur, & gaudia sempiterna. Passa est igitur Sanctissima virgo & martyr Fortunata quartadecima die mensis octavi, qui inscribitur pridie idus Octobris, ad laudem & gloriam salvatoris Dei, ac domini Jesu Christi, qui cum patre & spiritu sancto vivit & regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Auctorem hujus persecutionis primarium fuisse Galerium Maximianum docet Lactantius lib.* de mortibus persecutorum *capp.* IX. *& seq. de eadem etiam Eusebium lib.* VIII *à cap.* II *consulesis.*

b *De probrosissimo hujus præsidis exitu vide ejusdem Eusebii lib. de martt. Palæstinæ cap.* VII.

c *Ad Corintt.* I *cap.* VIII *VV.* 4 5 *&* 6. E

d *Psalm.* XXII *V.* 4.

e *Existimavit Bollandus in annot. ad Vitam S. Sori eremitæ die* 1. *Feb. per parasitos seu paresitos laniones denotari; sed malim adhærere Cangio, qui famulos fuisse domesticos interpretatur; nàm Petrus Damiani in vita S. Romualdi cap.* III *num.* 17 *ita scribit :* hujus vaccam comes quidam superbus, & tumidus, missis parasitis, impetu barbarico rapuit, ejusque carnes præparari sibi ad prandium ... præcepit. *Wilhelmus Gemeticensis lib.* VII *cap.* 10 *:* à duobus parasitis suis in via fecit eum subitò strangulari.

f *Melius* Gumphis, Gomphis *vel* Gunfis. *Juncturam sonant quorumdam corporum : hinc gallica vox* Gond, *quæ Græcis γόμφος seu clavus est, clavosque hìc per gunphios significare Autpertum velle, è contextu satis liquet.*

g *Pet.* I *cap.* I *V* 12.

h *Psalm.* CXLIX *V. ult.*

i *Mat. cap.* XVII. *V.* 7.

k *Hodiè* la torre di Patria *vulgò dicitur, estque speculatoria ista cum diversorio turris, quæ, teste Cluverio, cernitur in angusto illo* F
tramite, qui inter mare Tuscum seu Tyrrhenum & dexteram fluvii Glanis vel Clanis vulgò l'Agno *in mare labentis ripam interjacet. Verum locus hic, dum Martyrum reliquiis ditatus fuit, non* Patria *sed Linternum vel rectiùs Liternum dicebatur, & urbs erat Campaniæ seu terræ Laboris non tantum vetustissima & episcopalis, verum & colonia Romanorum eo facilè celeberrima, quod Scipionem Africanum acerrimum illum Romanæ libertatis vindicem, qui Urbem ob civium ingratitudinem liquerat, excipere meruerit, & apud se tumulare, insculptis, quod ipse petierat, sarcophago ejus sequentibus, quæ apud Valerium Max. lib.* V *cap* III *leguntur, verbis :* ingrata. patria. ne. ossa. quidem. mea. habes. *Hujus oppidi nomenclaturam derivatam puto à*

præterfluente

A *præterfluente Literno flumine, eodem, qui hodie Clanis dicitur, apud antiquiſſimos tum oratores tum poëtas ſatis celebris : unum audiamus Ovidium metamorph. lib.* XV *ità canentem :*

Hinc calidi fontes lentiſciferumque tenetur Liternum.

Verum exciſo à Wandalis circà annum 455 *Liternenſi oppido, cum ſola, uti Martinierus aliiquè aſſerunt, vox* Patria *mox poſitæ inſcriptionis legi ampliùs poſſet, turris in eodem loco brevi poſt erecta turris* Patriæ, *ſicuti & lacus, quem Clanis amnis ante oſtia ſua interſecat, lacus* Patriæ *uſque hodie dicta fuere. Neſcio verò, cur unus Baronius in Notis ad martyrol. Rom. reliquias horum Martyrum Puteolos primum & hinc Neapolim tranſlatas eſſe ſcribat, niſi quod erroneè fortaſſis aut oſcitanter pro* Patria *ſcripſerit* Puteolos.

l *Mat. cap.* v ℣. 15 *Mar. cap.* IV ℣. 21

B *Lucæ cap.* VIII ℣. 16.

m *Manifeſto hæc anachroniſmo laborant : non enim Valentinianus & Maximus auguſti anno* 452, *ſed* 455 *occiſi ſunt : Valentinianus quidem ante adventum Wandalorum dolo ipſius Maximi, hic verò dum Wandali jàm Urbi imminebant.*

n *De S. Leone actum eſt ab Henſchenio ad diem* XI *Aprilis.*

o *Quicumque alicujus notæ chronologos, & acta S. Paulini à Papebrochio ad diem* 22 *Junii illuſtrata conſuluerit, ſatis perſpiciet, S. Paulinum Nolanum antiſtitem id temporis jam à* 24 *omninò annis cœlum petiiſſe. Sed excuſat Autpertum Caracciolus*, quod ſæculo rudi, & prorſus illitterato vixerit ſcripſeritque.

p *Neapolis antiquitus* Parthenope *dicebatur à Parthenope, unâ è Sirenibus, illis nimirum deabus, quas fabulabantur ſyrtibus ſcopuliſque Tyrrheni maris inſidere, cantuſque ſui ſuavitate præternavigantes ad ſe allicere eo*

C *fine, ut navibus ſcopulis affixis, miſeros in mari detinerent. Crebra harum apud antiquos mentio : agmen ducat Silius, qui Partheno-* D *pes ſpeciatim ſic meminit :*

Sirenum dedit una ſuum, & memorabile nomen
Parthenope muris Acheloïas; æquore cujus
Regnavere diu cantus; quum dulce per undas
Exitium miſeris caneret non proſpera nautis.

Sed cum Ulyſſem per idem mare tranſeuntem attrahere non potuiſſent, tanto affectas mœrore aiebant, ut in mare ſeſe præcipitantes huc illucque diſperſæ ſint, quarum una Parthenope, quod in eo maris ſinu, ubi nunc Neapolis eſt, conſediſſet, urbi poſteà extructæ nomen ſuum communicaſſe fingitur.

q *In prologo nimirum, uti Comment. prævi num.* 4 *diximus.*

r *Exequiæ etſi plerùmque pro ipſo funere ſumantur, apud Zenonem tamen Veronenſem in ſerm. de* fide, ſpe, & charitate, *lintea denotant, quibus defunctorum corpora involvuntur. Ità Cangius. Unde ſuſpicor, idem hic velle Autpertum. Porrò ante hæc verba* miſſis exequiis *in Lectionibus propriis, incipiendo à voce* haberentur, *interſeruntur ſequentia :* Sic diſpoſuerunt : Jam olim id ipſum egerant de Sanctis Euticete atque Acurio, & cæteris præſulibus, de beato Januario, Proculo, Soffio, ac Severino, quod. *Sed hæc ut ſuperflua expunximus ; non enim ſolùm ſenſum perturbant, verùm nec Autperti eſſe, ſed è rudis cujuſdam interpolatoris penu adjecta, ſatis evincit, quod integer hic textus à Caracciolo citatus hæc admixta non habeat.* E

ſ *De S. Gaudioſo, cujus acta rhetoricè dilatavit idem Camillus, agendum erit ad diem* XXVIII *Octob. quo Martyrologio Romano extat inſcriptus.* F

DE S. GAUDENTIO EPISC. MART.

Arimini in Italia.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Sancti apud Martyrologos memoria : cultus : acta quantæ fidei : vitæ ſynopſis.

AUCTORE S. D.

An. CCCLX. *Sancti Arimini & alibi culti*

ARiminum, *vulgò* Rimini, *oppidum eſt haud ignobile, Adriatico mari in eo Italiæ tractu, qui hodiè* Romandiola *dicitur, conterminum, ac toti orbi tam ab Arianorum conciliabulo, illic anno* 359 *habito, quàm ab erecto Auguſto Cæſari ſuperbiſſimo triumphali arcu, aliiſque antiquis monumentis, paſſim notius, quàm ut prolixiori egeat deſcriptione. Apud hanc urbem ab ipſismet Arianis Martyrio affectus paſſim creditur S.* Gaudentius, *quem Ariminenſes uti ſuum quondam præſulem, martyrem ac protectorem, vicinoſque populos diutiſſimè veneratos eſſe, quinimò nec in Belgio noſtro cultu penitus caruiſſe, ſatis, quæ in decurſu dicentur, comprobabunt. È variis autem, quos hic prætereo, Martyrologis ſanctum hunc memorantibus licet neminem Maurolyco abbate reperiam antiquiorem, nihilominus extat ejus memoria in Martyrologio Romano vulgari hiſce verbis :* Arimini Sancti Gaudentii Epiſcopi & Martyris. *Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ more ſuo Actorum ſynopſin exhibet è Petro de natalibus, verùm, cum ab iis, quæ edemus, vix differat, eamdem prætermittimus.*

Acta, etſi anachroniſmo laborantia,

2 *Difficultas verò non parva oritur quoad hujus Sancti Acta, quæ ab Hippolito Mariano de verbo ad verbum fideliter, uti ipſemet infrà anno* 1595 *die* 1. *Jan. teſtatur, deſcripta ex antiquo codice membràneo, in archivo ven. ſocietatis S. Hieronymi & SS. Trinitatis de Arimino aſſervato majoribus noſtris tranſmiſſa ſunt. Vidit hunc codicem Clementinus nobilis Ariminenſis, qui & tradit partis* 1 *lib.* 11 *pag.* 147, *continere eum Vitas* C *S.* Gaudentii, *S. Marini, B. Arduini, multorumque aliorum Sanctorum ; jam verò cum idem hic auctor lib.* 1. *pag.* 123 *vitam S. Marini* 600 *circiter annis, ſcriptam aſſerat, perſpicuum fit, codicem hunc ſeculo* XI *veroſimiliùs antiquiorem non eſſe, proindeque parvam ab antiquitate, utpote* 600 *ampliùs annis poſt mortem S.* Gaudentii, *quam anno* 360 *innectemus, conſcriptum, ſibi adjungere auctoritatem. Neque hoc ſolùm, verùm etiam quàm levis veritatis indagator (ne dicam falſi fabricator) extiterit biographus hic, liquet è capite non uno ; nam primò quidem S.* Gaudentium *Romam veniſſe ſcribit anno quarto imperatorum Diocletiani & Maximiani, atque à Damaſo recenter in Pontificem electo inter clericos adjcitum, ſacris ſucceſſivè ordinibus, ipſoque dein epiſcopatu initiatum fuiſſe ; verùm Damaſi Pontificatum ampliùs* 60 *annis Diocletiani & Maximiani* E *imperio poſteriorem fuiſſe, nemo, puto, inficiabitur, qui eccleſiaſticos Baronii annales aliosve alicujus notæ chronographos ſuper hac re conſuluerit.*

3 *Ceterùm, ut leviora quædam taceam, refert in iisdem Sancti noſtri Actis, judicem quemdam Ariminenſem nomine Tau·um, qui blaſphemo ore Sacroſanctam ſumpſerat Euchariſtiam, divinam mox ſenſiſſe ultionem,* Ad quod ſpectaculum (*verba ejus ſunt*) interfuit venerandus Mercurialis, fortè & alii celeberrimi devenere epiſcopi : Rophilus Paphilienſis, Leo monte Feretranus, Marinus, Gaudentius ac Geminianus. *Eadem hæc omninò verba leguntur in Actis S. Mercurialis Forolivienſis epiſcopi, in Opus noſtrum à Papebrochio ad diem* 30 *Aprilis illati, quæque dum Sancti noſtri biographus ibidem reperit, non tantùm univerſam hanc Tauri tragœdiam, cui S. Mercurialis certò adfuiſſe à biographo ſuo dicitur, uti veram amplexus eſt, ac verbatim ferè deſcripſit, verùm etiam S.* Gaudentium, *quem cum aliis* fortè *dumtaxat adfuiſſe idem ſcribit, Tauro præfecto ac Martiano proconſuli velut ſacra myſteria communicantem introducit. Aſt verò quæ fides huic rei geſtæ adhibenda ſit, ſatis inſinuat ipſemet ſæpedictus S. Mercurialis biographus ita ſcribens :* Nos quoque ſtu- F *diosè habentes de Sanctorum geſtis indaginem, ad B.* Mercurialis Confeſſoris & epiſcopi Livienſis pervenimus tumbam ; ibique ejus inquirentes actiones, nihil ab illius accolis loci valuimus indagare, præter quaſdam nimium teneras actionum illius depictas imagines : ſed ut retulerunt à multis temporum emenſis luſtris Acta præſulis prædicti ablata fuerunt ab eis, *ea veroſimiliùs tempeſtate, qua barbari Italiam pervagantes loca ſacra, ea præſertim, quæ extrà civitatum mœnia erant, depopulabantur.*

partimque è picturis hauſta

4 *In*

AUCTORE S. D.

& fabulosa appareant, nihilominus edenda :

4 *In quæ verba Papebrochius in Comment. Prævi. ad vitam S. Mercurialis ità ratiocinatur :* Nunc porrò videamus, quid
A picturæ illæ exhibere potuerint, quidque eis vel ex propria auctoris conjectura vel ex populari narratione addi debuerit, ut historia vitæ aliqua texeretur. Primo loco occurrit punitio cujusdam judicis, eodem blasphemo ore sacram Eucharistiam sumentis, quo Christum sub ea præsentem negaverat, coram S. Mercuriali aliisque peracta. Judicem Ariminensem, Christianæ religionis contemptorem fuisse, quem pictura referebat, ex vulgi opinatione sumi debuit; qui ne anonymus esset, succurrit opportunè Taurus ille, sub Constantio Ariano præfectus Ariminensis; qui patribus Arimini ad concilium collectis, priusquàm disjungerentur, vim intulit; atque ut Uriacii & Valentis confessionem, subdolè contextam, velut catholicam reciperent, callidè induxit : quo nomine pessimè audivit apud Catholicos omnes, adeoque vitus idoneus est, cui prædicta blasphemia
B & mors condigna tribuerentur. *Taceo alia, quæ ex picturis hisce conjecit biographus S. Mercurialis, monitum tantummodò lectorem volens, quam parum fidei anonymus noster S.* Gaudentii *biographus mereatur, qui conjectantem auctorem uti veridicum sequi non dubitavit. Monito nihilominùs monendoque ulteriùs in Annotationibus lectore, Acta hæc quantumvis rudi, mutilo, vitioso que stylo exarata, cum antiquiora desint, cum aliis collata prelo subjiciemus.*

corruptam horum chronologiam

5 *Anonymum ætate sequitur Petrus de natalibus, in eo itidem hallucinatus, quod Sanctum aufugisse scribat à conciliabulo Ariminensi, jam à Damaso Papa episcopum ordinatum; constat enim, uti è Baronio rectè notat Ferrarius, Damasum Pontificem creatum esse anno tantummodò* 367, *vel, ut quidam volunt, exeunte præcedenti : cum itaque Ariminensi conciliabulo, quod anno* 359 *habitum fuerat, S.* Gaudentius *jam episcopus sese subtraxerit, non à Damaso, sed à quodam hujus antecessore necessariò fuit ordinatus. Undè Baronius Tom.* III *Annal. pag.* 740 *Acta hæc, (nostra videlicet) in quibus S.* Gaudentius *à Damaso Papa episcopus dicitur ordinatus, uti spuria rejicit, innuens sese vidisse meliora,*
C *sed neque hæc ei per omnia placuere, præsertim quod referant, Ariminensi concilio interfuisse S. Mercurialem, quem ipse jam ab anno* 156 *defunctum fuisse sustinet. Hinc nescio, quæ sint illa Acta, quæ nostris præfert Baronius, quandoquidem in suis ad Martyrologium Romanum Notis nullum alium, quàm Petrum de natalibus, citet S.* Gaudentii *biographum.*

historiamque si corrigamus, Sanctus circa an. 308 *Romam appulsus,*

6 *Duo prætereà habemus Vitæ Sancti hujus exemplaria excusa, Italicè ambo : unum Arimini anno* 1659 *per Joannem Franciscum Mainardum, monachum S. Bernardi : alterum Venetiis anno* 1665 *per Gaudentium Brunaccium, rhetorico more multum dilatata; quod vero ad historicam veritatem attinet, non videntur hi authores alia Acta quàm anonymi nostri, quem continuò citant, præ oculis habuisse, cæteris, quæ addiderunt, à traditione acceptis; neque multum ab invicem differunt, ast præplacet Mainardi chronolo-*

gia, qua servata, correctis paucis, Sancti gesta tum ex anonymo tum ex aliis breviter percurremus. Epheso itaque Joniæ celeberrima Inferioris Asiæ civitate oriundus S. Gaudentius *parentes nactus est Christianos ambos, quibus in dirissima Diocletiani & Maximiani persecutione pro fide sublatis jam orbatus Romam adhuc cathecumenus perrexit; ubi à Justino presbitero baptizatus, matronam quamdam nomine Eusticam adhuc gentilem, apud quam anno integro cum dimidio hospitatus fuerat, jam fidei rudimentis imbutam ad Marcellum Papam recenter electum perduxit, ut ab eo baptismi gratiam peteret. Contigit hoc circà annum* 308; *nam hoc anno Marcellus electus est, non anno* 304, *quod putavit Baronius; vacavit enim pontificatus post S. Marcellini martyrium annis quatuor, uti apud Pagium in Critica Baronii & apud Henschenium nostrum in Comment. ad Vitam S. Marcellini die* 26 *Aprilis videri potest.*

& sacris ad diaconatum usque initiatus

7 *Eusticâ ergò post triduum à Pontifice præsente* Gaudentio *baptizata, alteroque triduo, uti anonymus habet, exacto, idem pontifex* Gaudentium, *cujus Sancti vivendi propositum eadem occasione cognoverat, ad se accersivit, tonsumque minoribus initiavit ordinibus. Moritur dein Marcellus Pontifex, succeditque circa annum* 310 *Eusebius, quem Mainardus tradit* Gaudentium *ad majores ordines, excepto Sacerdotio, promovisse, post-*
E *quam jam per biennium Pontificatus sui eximia Sancti Viri merita expertus fuerat; sed fallitur; non enim Eusebius per biennium aut amplius, quod putavit Baronius, sed quatuor vel quinque ad summum menses tantummodò sedit, neque huic successit Sylvester, uti vult Mainardus, sed Melchiades, quæ omnia probata reperies apud Pagium & apud Danielem Papebrochium in propylæo Maji. Quare magis puto verosimile, S.* Gaudentium *dictos ordines non ab Eusebio suscepisse sed à Melchiade Eusebii successore.*

sacerdos demum effectus est,

8 *Mirum profectò, quantum cum hisce sacrorum ordinum gradibus simul adauxerit vitæ austeritatem, nam* præter quintam feriam & Dominicam diem, *teste anonymo,* nullum omnino cibum sumebat, *virtutibus adeo clarus, ut jam inde clypeo isto præcinctus videretur, quo Arii ecclesiam jamjam invasuri telum in Ariminensi posteà concilio strenuissimè traditur propulsasse. Fama hæc virtutum, quibus Romæ fulgebat* Gaudentius, *magis magisque increbrescente, jam currebat annus pontificatus S. Sylvestri circiter decimus quartus, æræ vulgaris* 327, *redditaque erat ecclesiæ pax, cum mox memoratus Pontifex* Gaudentium *ad se evocatum earum adeò ac familiarem habuit, ut eum, quoad vixit, secum*
F *detinuerit. Quinto vero, quo apud Sylvestrum (apud Damasum perperam scribunt anonymus & Pet. de natal.) morabatur, anno sacerdos est ordinatus, ac, immortuo demum anno* 335 *Sylvestro pontifice, liquit pontificias ædes, latuitque haud adeo notus usque ad annum ferè* 10 *pontificatus Julii, qui fuit Christi* 346, *cum denuo placuit divinæ providentiæ Sanctum suum illustrare.*

cumque curasset domoniacum

9 *Accidit enim id temporis, ut defuncto Ariminensi præsule, legati ab ea urbe Romam*

AUCTORE S. D.

cum litteris adventarent, novum à Pontifice poſtulantes antiſtitem, qui Ariminenſi populo, hæretico proconſuli magna ex parte auſcultanti, ocyùs ſubveniret. Litterarum exemplar mutilum licet, vitioſumque ut alia, apud anonymum ſic lego :

A

Domino perpetuæ ſanctitatis largitate
imbuto
Pentapolis cives
Obſequia in Chriſto, quem
Colimus perenne.

Clareſcat pudicitiæ veſtræ, quoniam noſter præſul de hoc obiit ſæculo; conſul verò Marſianus ad hæreſim tantum eſt devolutus, quod pænè maxima pars populi ad ejus normam flectit cervicem, præſtolamus clementiam pietatis veſtræ, ut nobis paſtorem mittere dignemini, ne oves tuæ pereant, ſed te faciente, Jeſu Chriſto D. N. Miſerante liberentur, & erroris deſtructionem ſequantur. In omnibus benè valete. *Dum hæ ad Pontificem litteræ deferuntur, opportunè accidit, ut miles quidam Tarſentius nomine diu vexatus à dæmonio inclamare non deſineret S.* Gaudentium, *ità vociferans :* Serve

B

Dei Gaudenti adjuva me, *conteſtante ſimul dæmone, ſe non niſi ſolius* Gaudentii *imperio hominem relicturum. Audiens talia Julius pontifex* Gaudentium *extemplò accerſi jubet, inquirit fidem ejus, aperitque dæmoniaci militis deſiderium. Tum Vir Dei, Miſsâ de more celebrata, partem ſacrificii, quam reſervarat, hoſtiam ſcilicet ſalutarem eidem militi porrexit, adſtantibuſque iiſdem, prout Mainardus ait, Ariminenſibus legatis, ſanum reddidit, quo miraculo plurimi gentilium, Judæorum, & hæreticorum permoti veram fidem amplexi ſunt.*

in præſulem datus eſt Ariminenſibus,

10 *Julius autem Pontifex, perſpectâ jam viri Sanctimoniâ, haud diu ſibi conſultandum ratus, quem Ariminenſibus paſtorem daret,* Gaudentium *mox epiſcopum conſecrat, & cum jure legati apoſtolicæ ſedis Ariminum dirigit, Romanis tanti viri diſceſſum haud parum lugentibus. Profectus ergò Româ cum legatis Antiſtes ad locum quemdam pervenit, qui Martana ſeu Martiana dicebatur, ubi paucos, quos reperit, Chriſtianos ſumma charitate inviſit, atque inter plurimos, quos verbis ſigniſque ad fidem jam perduxerat, infirmum quemdam genere haud obſcurum, à multis annis lecto affixum, & à medicis derelictum ſanitati ità reſtituit, ut è lecto ſtatim exiliens, exploſis idolis, veram fidem cum ſuis numero viginti tribus amplexus, & ſacro baptiſmate regeneratus ſit. Miſſâ dein celebrata, pauciſque, qui aderant, Chriſtianis ſacra communione refectis, vir Sanctus cunctis pacem ac benedictionem precatus, iter ſuum poſt decem dierum moram proſequitur, cumque in via ſociis vinum aliquando deficeret, fecit aquam vini ſaporem mirabiliter induere, per omnia itineris ſui loca verbum Dei prædicare, frementibus incaſſum gentilibus, & languores curare indefeſsè perſeverans.*

C

apud quos plurima patrat miracula;

11 *Adventare* Gaudentium *epiſcopum jam prænuntiarat Ariminenſibus rumor, cum ecce appropinquantem civitati obvia populi multitudo excipit, paſtoremque ſuum læta deducit ad urbis portam, quam dum ingreditur obviam habet non parvam infirmorum turmam, qui omnes, teſtante anonymo, recepta ſanitate, unà cum univerſo populo divinam collaudabant bonitatem, quod tantum ſibi antiſtitem largita eſſet. Atque hac eadem die, dum offert ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium, ſtatua Martis, quæ in medio ferè civitatis erat, aliaque, quæ ſupererant, idola derepente corruerunt; quo miraculo, & aſſidua* Gaudentii *prædicatione pagani complures ad lucem Euangelicæ veritatis adducti fuere. Contigit etiam poſt quatuor annos, ut neptis Euſticiæ, apud quam Romæ Vir Dei hoſpitatus fuerat, à maligno ſpiritu vexata, Ariminum adveniens Sancti præſulis opem enixè imploraret: (neque enim ulli niſi ſoli* Gaudentio *ſeſe dæmon ceſſurum candidè profeſſus fuerat) cum miſertus puellæ Præſul ſignavit os ejus ſigno crucis, cujus virtute conſeſtim liberata Romam læta repetiit.*

D

donec, ab indicto Ariminenſi concilio,

12 *Etſi verò vigilantiſſimus paſtor gregem ſuum optimè cuſtodiret, impedire tamen haud potuit, quominùs* Undecimo, *uti anonymus loquitur,* ordinationis ſuæ anno *univerſa Ariminenſis eccleſia turbata fuerit ob hæreticorum & Martiani proconſulis dogma. Hæreſim hanc Arianam fuiſſe, quæ ſub alis Conſtantii imperatoris eccleſiam diriſſimè exagitavit, cum Ughello, Brunaccio, Mainardo, Petro de natalibus, aliiſque paſſim exiſtimamus; cui cum* Gaudentius *unà, ſi Mainardo credimus, cum Marino ac Leone, quorum hunc presbyterum, illum diaconum recenter creaverat, pro viribus aliquandiu reſtitiſſet, imperator concilium Arimini indixit, ſpecie quidem, ut univerſali eccleſiæ bono conſuleret, reverà autem, ut patres ad ſubſcribendum Sirmienſi Arianorum profeſſioni vel ſubdolè vel violenter tandem induceret. Verum quadringenti & ampliùs catholici omnes, exceptis Arianis paucis, qui convenerant, epiſcopi, dolum illicò ſentientes damnarunt Sirmienſem profeſſionem, ac fidei Nicænæ unanimes ſubſcripſere. Cumque audiret à legatis concilii decreta imperator, jam ab Arianis præventus vim patribus inferre meditabatur; quare eoſdem legatos Adrianopoli, & patres Arimini, imminente licet hyemis aſperitate, tamdiu detinuit, donec ab expeditione, quam in barbaros parabat, redux foret.*

E

F

in concilia-bulum mox ituro,

13 Intereà, *inquit tom.* 11 *pag* 861 *Labbeus*, Ariani epiſcopi, qui Nicææ Thraciæ juſſu imperatoris (*callidè enim Arianorum ſuaſu concilium diviſerat*) novam fidei formulam ex ejuſdem Conſtantii ſententia ſub Nicæno nomine vulgatam ediderunt, & ad perfidiam hanc ſubſcriptione ſua approbandam, non tantum legatos Hadrianopoli, & epiſcopos reliquos Arimini detentos, præter Liberium pontificem & Servatium Tungrenſem, alioſque 18 (*inter quos S.* Gaudentius) epiſcopos fortiter reſiſtentes, omnes pænè totius orbis antiſtites metu exilii & tormentorum per vim induxerunt. *Præfectus erat eo tempore Ariminenſi civitati judex ſeveriſſimus (ſic eum anonymus vocat) nomine Taurus, cui hæc per litteras mandaſſe Conſtantium, teſtis eſt Sulpitius Severus, editionis Lipſienſis,*

A *Lipſienſis, anni* 1709 *lib.* 11 *cap.* 42, *nempè*, Ut ſynodum non antè laxaret, quàm conſentire ſe omnes ſubſcriptionibus profiterentur. Ac ſi qui pertinaciùs obſiſterent, dummodò is numerus intra quindecim eſſet, in exſilium pellerentur. *Verum* Gaudentius *ceterique Catholici antiſtites hunc numerum exceaebant, cernentesque, alios omnes timore perculſos imperatoris violentiæ cedere, à concilio, mox in conciliabulum tranſituro, ſponte ſua ſe ſubduxere, vicum quemdam eligentes, ubi conciliabuli eventum eminus ſpectabant, populumque copiosè illuc confluentem in fide catholica ſolidabant.*

facto receſſu, 14 *Vicus autem prædictus* Catholica *deinceps fuit appellatus, meruitque hujus rei monumentum obtinere ab eminentiſſimo cardinali Spada, quod apud Mainardum pag.* 108 *ſic legitur :* Anno 1637 ad vicum, qui in Ariminenſi ditione » Catholica » dicitur, ubi olim S. Gaudentius cum aliis paucis orthodoxis præſulibus ſeorſim ab Arianis ad ſynodum Ariminenſem convocatis convenit, dedit que occaſionem, ut pagus deinceps » Catholica » appellaretur, Bernardinus cardinalis Spada ad tantæ rei ſervandam memoriam, nec non ad teſtandum
B amorem ſuum erga provinciam, ac præcipuè Ariminum (ut è valle Lamonis Thomas Spada diu adhærens Malateſtis permanſit, quoadusque ipſe exierit Almæ Urbis ſenator, quo obiit anno 1458) titulum marmoreum erexit cum hac inſcriptione :

» Anno reparatæ ſalutis CCCLIX.
» Liberio Pont. Max. Conſtantio Imp. cùm
» hæreticorum fraudibus ingemiſcens orbis
» terrarum ſe Arianum eſſe miratus eſt Ex
» quadringentis epiſcopis ad Synodum Ari-
» minenſem convocatis, perpauci orthodoxi
» in hunc locum ventitantes, ut ſeorſim
» ab Arianis ſacra facerent, & catholica
» communione, catholicis impertirent, occa-
» ſionem præbuerunt, ut vicus ipſe catho-
» lica nuncuparetur, cujus nominis ratio-
» nem, ac totius rei geſtæ memoriam Cæ-
» ſar Cardinalis Baronius, annalibus eccle-
» ſiaſticis inſeruit.

C » Bernardinus Cardinalis Spada
» ad peregrinantium pietatem erudiendam,
» amoremque ſuum ergà patriam provinciam
» teſtandum, hoc ponto marmore indicavit.

» Anno Domini 1637 »

redux extra civitatem trucidatus eſt. 15 *Hunc præſulum ſeceſſum ægerrimè ferentes præfectus Taurus & conſul Martianus diriſſima quæque catholicis machinabantur; ſed nihil his territi invicti pugiles Chriſti, finito jam conciliabulo, ad ſedes ſuas plerique rediere.* Gaudentius *quidem cum aliis nonnullis Ariminum reverſus, coacto mox clero, acta conciliabuli reſcindit, & Martianum presbyterum conſulis propinquum excommunicat, eo quod Arianæ factioni obſtinatè adhæreret; unde acrius in ſe concitans odium conſulis, ab hujus militibus fuſtibus ac lapidibus impetitus extra portam civitatis martyrii lauream adeptus eſt anno Domini* 360, *Liberii pontificis* 9, *Conſtantii imp.* 24. *Atque hæc ſunt Sancti Acta, quæ ex anonymo aliiſque, quos citavimus, excerpta chronotaxi verosimiliori perſtrinximus, nolentes majorem his, quam nudis traditionibus (nam authenticis monimentis omninò carent) fidem adhiberi; imò adeò incerta, quæ de hoc Sancto circumferuntur, exiſtimat loco ſuprà cit. Tillemontius, ut contentum quemque eſſe velit ſciendo, eccleſiam Ariminenſem S.* Gaudentium *colere uti ſuum quondam epiſcopum, ſingularem patronum, & ſub Conſtantio imp. ab Arianis occiſum. Pro ceteris itaque Tauri & Martiani punitionem ſpectantibus, quæ ſuperiùs attigimus, quæque pro veris adoptarunt Brunaccius & Mainardus, ad Acta hiſque ſubjecta Annotata lectorem remittimus : quàm verò vellem, ut vel medio tantum digito monſtraſſet Baronius Acta illa noſtris anonymi antiquiora meliorave, quæ quomodò Clementinum, Brunaccium, Mainardum, aliosque, quos conſului, omnes latuerint, ſatis mirando non ſum.*

AUCTORE S. D. D

§ II. Miraculoſa corporis inventio : tranſlationes factæ primùm Arimini : hinc Senogalliam : poſtremò Montisbodium : altera reliquiarum inventio. E

Sacræ martyris exuviæ à cæca muliere

S*Acrum Martyris corpus ab iiſdem Martiani militibus in altum puteum projectum* 70 *annis, ſi anonymo credimus, ignotum jacuit, donec à quadam muliere, quæ cæca fuerat à nativitate, mirabiliter fuit oſtenſum. Rei geſtæ ſeriem, fabulis ab anonymo conſperſam, puriorem, uti apparet, exhibet Libellus juſſu Joachimi abbatis S.* Gaudentii *Arimini per D. Cæleſtinum ejuſdem monaſterii monachum conſcriptus anno* 1442, *ac majoribus noſtris à P. Franciſco Via, rectore collegii ſoc. ejuſdem urbis, tranſmiſſus, nunc verò apud Ughellum tom.* 11 *Italiæ ſacræ à pag.* 412 *typis mandatus. Complectitur hic libellus ſtationes ſeu loca indulgentiarum, quæ in eccleſia S.* Gaudentii *Arimini viſuntur, omnino novem, quarum octavam, quod è re noſtra ſit, huc tranſcribo, ut ſequitur :* Octava ſtatio ſeu locus indulgentiarum S. Gaudentii eſt in eadem eccleſia ſubtus in alio corpore inferiori ejuſdem eccleſiæ, quod dicitur confeſſio in capella SS. Martyrum Valentini & Victoris, quæ fuerunt ibidem mirabiliter reperta, cum corpore S. Gaudentii, ut recitatur in Hiſtoria paſſionis ſuæ, in quodam puteo, qui eſt à manu ſiniſtra prædicti altaris, ubi eſt lapis in terra marmoreus, per revelationem factam cuidam honeſtæ & religioſæ feminæ, nomine Abortinæ, quæ erat cæca à nativitate, & morabatur Ravennæ; hoc modo fertur : Quod cum jam dicta femina cæca eſſet Ravennæ, & quotidie cum magna de- F

AUCTORE S. D.

votione, & fide pro visu, seu oculorum lumine habendo Deum exoraret, & cùm in
A hac prece per multum tempus institisset, & perseveraſſet, fuit tandem sibi dictum per angelum, quomodo Deus exaudierat preces ejus, & ad hoc, ut visum recipere mereretur, quod deberet venire in civitatem Arimini, & ire ad ecclesiam S. Gaudentii, & dicere B Abbati ipsius monasterii, quomodò in prædicto loco confessionis in capella jam dicta erat quidam puteus coöpertus lapide marmoreo, in quo jacebant corpora SS. Martyrum Gaudentii, Valentini & Victoris, & quod inde extraherentur, & honore condigno venerarentur, addens quod cum eadem Sanctissima corpora reperirentur, & à dicto puteo extraherentur, & ab ipsa devote adorarentur, & deoscularentur, quod incontinenti visum recipere mereretur.

loci monachis

17 His præmissis prædictæ Sanctæ feminæ per angelum, ut præfertur, dictis, subjunxit femina eidem angelo, dicens: tu scis Domine, quia non video: neque per me
B ipsam ad aliquem locum, nisi deducar, pergere valeo. Tunc angelus accepit eam, & subitò, quasi in ictu oculi posuit ipsam in Arimino intra dictam ecclesiam S. Gaudentii, in illo loco, ubi prædicta SS. corpora erant, & dixit ei angelus: ecce filia dilecta, quia tu es nunc in ecclesia S Gaudentii de Arimino, & in capella, & loco, ubi preciosa corpora SS. Martyrum Gaudentii, & Valentini, & Victoris sunt, & ubi tibi dixeram, cum esses Ravennæ, quod deberes venire; nunc autem perge ad B. Abbatem hujus monasterii, & enarra sibi per ordinem omnia, quæ tibi evenerunt, prout facta sunt usque nunc. Tunc illa Sancta femina procidens in terram tota perfusa lacrymis præ nimio cordis gaudio, & agens gratias Deo, & illi Sanctissimo angelo, atque se sibi humillimè recommendans, angelus ille Sanctissimus, nunciusque divinus volavit in cælum: illa verò surgens ab oratione perrexit ad B. Abbatem, & ostenso sibi puteo, ubi illa Sanctissima corpora jacebant. Tunc iisdem B. Abbas adhibens plenam fidem verbis illius Sanctæ feminæ appposuit totam diligentiam suam super hac re à
C Deo sibi commissa, & specialiter injuncta, & convocatis multis servis Dei, tam religiosis, quàm clericis, atque sæcularibus honestis, & congregatis omnibus in dicta ecclesia S. Gaudentii cum abbate & monachis suis, idem B. Abbas intimavit omnibus omnia, quæ illa Sancta femina sibi dixerat, & quomodo ex parte Dei specialiter injunxerat, quod deberet extrahere illa Sanctissima corpora SS. Martyrum Gaudentii, Valentini & Victoris, quæ erant ibi in quodam puteo indecenter sepulta, ut inde extracta in loco condecenti reposita condigno venerarentur honore, & quod illa erat causa, quarè eos ibidem convocaverat, atque congregaverat, ideò quod omnes ibi astantes vellet cum eo pariter ad locum, ubi illa Sanctissima corpora jacebant, accedere, & ipsa inquirere, indeque extrahere.

mirabiliter ostensa

18 Tunc B. Abbas indutus pontificaliter cum suis consociis, & ministris, & omnes alii ordinati processionaliter cruce prævia, D
ut est moris, perrexerat valde solemniter, & devotè ad locum, ubi erant illa Sanctissima corpora, existente ibidem præsente illa Sancta femina cæca, quæ venerat revelare ipsa, ostendente locum S. Puteum, & præcipiente, ut ipsum fiducialiter aperirent. Quem cum aperuissent, & illa Sanctissima corpora reperissent, eaque mirabiliter, & ultrà humanum modum fragrantia extraxissent, & illa Sancta femina à nativitate cæca, cum magna devotione, & fide cum facie sua ea humillimè tetigisset, & incontinenti subitò oculos, & visum, quem numquam habuerat, perfectè, & mirabiliter recepisset, omnes, qui aderant, præ nimio stupore, & admiratione ex tanto, tamque magnifico Miraculo, coram ipsis facto, quasi extra se facti & super facies suas in terra prostrati adoraverunt Deum, ipsum laudantes, & glorificantes in Sanctis Martyribus suis Gaudentio, Valentino, & Victore; quorum sacratissima corpora reperire & habere meruerunt in ipsorum & totius civitatis E
præsidium.

non quidem 70 post mortem annis,

19 Tunc prædictus venerabilis pater abbas primò & posteà successivè omnes alii, qui aderant præsentes, cum magna reverentia & devotione perfusi lacrymis ex immenso cordis gaudio accesserunt ad venerandum, & deosculandum illa sanctissima corpora, & mirum in modum factum est, ut omnes illi, qui ea tetigerunt, fuerint perfectè curati, & liberati ab omnibus infirmitatibus, doloribus, & languoribus suis. Deindè deduxerunt ea in sacristiam ejusdem ecclesiæ, cum ingenti gaudio, magnoque honore cantantes: » Te Deum laudamus »; & ibi fuerunt in quadam capsa honorificè recondita, & à cuncto populo digno honore venerata, ubi similiter fuerunt multa Miracula facta, & ibi stetetunt illa sacratissima corpora per aliquod breve tempus, donec fuit factum sepulchrum lapideum, in quo ponerentur .... S. Gaudentius repositus fuit retrò altaris majoris in pulcherrimo sepulchro solemni & mirifico honore ..... *Juxtà hanc itaque narrationem, cui potiorem quam anonymo fidem tribuimus*, S. Gaudentii *corpus, unà cum corporibus SS. Valentini & Victoris MM. in eodem inventa sunt puteo, idque in Capella* Confessionis, *quæ eccleſiæ*, S Gaudentio *jam dicatæ, pars erat, dictâ etiam* Lacus Martyrum, *quod plurimi illic Christiani, qui Diis sacrificare detrectabant, ob ultimam fidei confessionem Martyrium passi & contumulati sint. Unde Suspicor Martyris nostri corpus non statim, quod vult anonymus, usque ad septuagesimum post annum latere cæpisse, sed brevi post è puteo levatum in dictam Capellam cum corporibus SS. Valentini & Victoris (de quibus in Opere nostro ad diem* 13 *Novemb. agetur) à Joanne hujus Sancti alumno & successore, uti insinuat Mainardus, translatum, & sub marmoreo lapide reconditum fuisse.* F

sed diu post, uti apparet,

20 *Tradunt Ughellus, Mainardus, aliique eumdem Joannem convertisse Capellam* Confessionis *in templum satis amplum & in honorem* S. Gaudentii *dedicâsse, unde & factum aiunt, ut templum hoc, obliterato nomine* Confessionis

AUCTORE S. D.

A feſſionis Martyrii, S. Gaudentii *deinceps appellatum fuerit. Defuncto autem Joanne epiſcopo, belliſque deſtructo priori hocce templo, Galla Placidia auguſta Imperatoris Valentiniani mater, quæ tum Ravennæ morabatur, Sanctoque ob Miraculorum famam mirè erat devota, novum, inquit Brunaccius, à fundamentis erexit, ſplendidiſſimiſque inſtruxit ornamentis. Quin etiam ſcribit Ughellus, ſtatim memoratam auguſtam egregiè quoque operam ſuam contuliſſe baſilicæ, quam extruxit Joannes, priori videlicet, verum de ſecunda, quam ipſamet ære ſuo complevit, intelligi debere cum Brunaccio opinamur. Contigit procul dubio hujus baſilicæ reædificatione, & Joannis epiſcopi morte, ut ignorari cœperit locus, ubi prædicta SS. corpora requieſcebant, donec tandem, per cæcam, quam diximus, mulierem mirabiliter oſtenſa ſunt loci monachis, qui, jam pridem conſtructo illic, ut eccleſiæ inſervirent, ſatis amplo monaſterio, (eſt ibi, uti quidam anonymus ait, inſignis illa hodie S. Bartholomæi abbatia extra urbis Ariminenſis mœnia poſita, & anno 1645 monachis reformatis S. Bernardi Ciſt. conceſſa) S. Benedicti Caſſinatis regulam poſteà profeſſi ſunt.*

decentiùs recondita, inde Senogalliam,

21 *Cœperunt veroſimiliùs Ariminenſes jam inde poſt mirabilem Sancti inventionem eumdem uti ſingularem apud Deum protectorem & patronum ſuum venerari; neque diu poſt fortaſſe nummos in ejus honorem excudi fecerunt, quorum unum argenteum à ſe viſum exhibet Ughellus Tom. cit. pag. 418, ſimilemque ferè Mainardus pag. 184, ubi videri poſſunt. Quieverunt autem* S. Gaudentii *exuviæ poſt altare majus jampridictæ eccleſiæ uſque ad annum circiter 590, quo tempore Senogalliam, dimidio ferè capitis excepto, miraculosè (per militem quemdam aſſerit Brunaccus) delatæ, à Sigiſmundo tunc Senogalliæ præſule honorificentiſſimè exceptæ ſunt, conditæque in arca marmorea, quæ exeunte ſeculo* XVII *in eccleſia S. Sebaſtiani extrà Senogalliæ urbis mœnia aſſervata adhuc cernebatur, & fortè uſque hodie cernitur cum ſequenti in anteriori monumenti facie ac ſemifracto lapide ad ſiniſtram inſcriptione:*

B

Sigiſmundus Senogallienſis epiſcopus hujus Sancti Gaudentii corpus in hoc tumulo ſolemniter collocavit.

Vix Sancti reliquiis gaudebat Senogallia, cum Miraculis adeò inclaruerunt, ut piiſſima, quæ tunc Veronæ agebat, Longobardorum regina Theodelinda Bavara, ſtudio devotionis accenſa, ſimul, ut peſtis, quæ diriſſima graſſabatur, flagellum Sancti interceſſione averteret, ſancta ejus oſſa venerabunda inviſit, nec diu poſt nobilem baſilicam ſumptibus ſuis excitari ac pretiosè exornari voluit in ea Senogalliæ villa, quæ S. Gaudentii Curtes *dicitur, ſtadiis vix* 12 *à civitate diſſitâ.*

C

tandem Montisbodium delatæ ſunt,

22 *Abſolutam baſilicam Sigiſmundus epiſcopus ſacris* Gaudentii *oſſibus condecoravit, dicavitque in ejus honorem, poſteà in abbatialem, commigrantibus illò Benedictinis, converſam. Direpta verò & ſolo æquata anno* 1264, *Senogalliæ urbe ab exercitu Manfredi Siciliæ regis & à factioſis Thibellinorum turmis, unà quoque templum hoc dejectum & monaſterium dirutum eſt; unde ſacra* Gaudentii *pignora ſub ruderibus derelicta manſerunt uſque ad annum* 1520; *quo tempore Capitaneus quidam Montisbodii è nobiliſſima Bergaminorum proſapia oriundus, pio accenſus zelo, arcam, capta occaſione, quæſivit, inventam aperuit, eductaque ſacra oſſa, quæ* 930 *annos inibi quieverant, ad eccleſiam S. Franciſci Minorum Conventualium ſuæ Montisbodii patriæ detulit; ubi à mox dicti Conventûs Patribus reverenter ſuſcepta muro turris decenter incluſa fuêre, appoſitis etiam, ut ſtatim videbimus, authenticis ſcripturis. Magnificum dein ab iiſdem Bergæminis antè præfatum murum erectum eſt altare* S Gaudentio *ſacrum, ut probatur ex ſequenti, quæ ſuperiùs in eo legitur, inſcriptione:* Divi Gaudentii corpori à majoribus ſuis huc allato, Jacobus, Lactantius, Robertus, Saluſtius, & Anibal de Pergaminis hoc altare dedicaverunt: *ad pedem verò altaris in muro ita ſcriptum erat:* Divi Gaudentii Epiſcopi & Martyris, qui ſub Martiano conſule Pridiè Idus Octobris apud civitatem Ariminenſem Martyrio conſecratus eſt, corpus in hoc tumulo Domino requieſcit.

D

earumque ibi denuò inventarum, & ex appoſitis

23 *Porrò requieverant jam* 70 *annis ſacra oſſa in dicto muro, multumque offuſcata erat Sancti Martyris memoria, cum denuo viſum eſt divinæ providentiæ eamdem illuſtrare; nam anno* 1591 *illuſtriſſimus Petrus Rodulphius de Tuſſignano Senogallorum præſul & comes univerſalem diœceſis ſuæ viſitationem inſtituens, dum apud Conventuales Minores Montisbodii ſuos antehac confratres divertit, eodem die, quæ erat* 16 *Octobris*, S. Gaudentii *oſſa, quorum notitia haud adeò certa erat, perquiri juſſit; quare aperto poſt altare muro turris, adſtantibus cum epiſcopo R. P. Joanne Angelo Acurio Conventûs Guardiano, cum univerſis Fratribus, & Bartholomeo Alberico epiſcopi Notario, inventa eſt capſa ex nuceo ligno confecta ſatis ampla chordiſque illigata, quam epiſcopus mox cum luminaribus accenſis reverenter è muro eauci mandavit, & ad ſacriſtiam deportari. Hic dum recluditur, veras* S Gaudentii *Reliquias inibi aſſervari, ſequentes, quæ adjectæ erant, teſtabantur ſcripturæ, quarum prior ſic erat:* In Dei nomine amen. Anno Domini MDXX. de menſe Martii in ultimo prædicti menſis fuit extractum corpus Sancti Gaudentii Martyris exiſtentis in quadam capſetta lignea, pice ligata cum cordis, & clauſa cum clavis coram teſtibus, videlicet D. Joanne Baptiſta Ventura, Ser Auguſtino, & Barnabeo Pijſſimo, & Fratre Antonio de Fortia, & Fratre Floriano, & Fratre Luca, & Fratre Joanne.

E

F

ſcripturis

24 *Altera*: In Dei nomine amen. Anno Domini MDXXI. die ſecunda Martii cum licentia D. Thomæ Mercurii Vicarii Reverendiſs. Domini Epiſcopi Senogallien una cum voluntate DD. Priorum, videlicet magiſtri Thomæ Betti, & Franciſci Ser Dominici, nec non R. P. F. Antonii de Fortia Guardiani præteriti, una cum voluntate Ven. P. F. Petri Simonis Guardiani futuri, F. Floriani, F. Baptiſtæ Baccalarii, Fratris Lucæ, & aliorum de dicta terra præſentibus Ser Bernardino Bartholomæi, Ser Perſimone Nicolæ,

AUCTORE S. D.

læ, Ser Auguſtino Franciſci, Jacobo Verzilli, Bernabeo Piſſimo, Antonio Mei, Ant. Baptiſtæ, Marco Guidi prædictum corpus
A fuit extractum de prædicta capſetta pici, & poſitum in Capella ejuſdem Sancti anno, menſe, & die ut ſup. F. Antonio Muratore del Convento. Ego Jo. Baptiſta Hieronymi Marci Guidi de conſenſu omnium ſcripſi manu propria. *Hæcque ita contigiſſe liquet ex atteſtatione prædicti epiſcopalis curiæ Notarii, quæ hujuſmodi eſt :*

Bartholomæus Albericus

Notarius curiæ epiſc. Senogall.

In Dei nomine amen. anno à Nativitate D. N. Jeſu Chriſti milleſimo quingenteſimo nonageſimo tertio indictione ſexta die decima ſexta menſis Octobris tempore pontificatûs ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Clementis divina providentia PP. VIII Pont. ſui anno ſecundo.

recognitarum

25 Fidem facio, & verbo veritatis atteſtor ego Bartholomæus de Albericis curiæ epiſcopalis Notarius & Scriba, qualiter admodum Illuſt. & Reverendiſſ. D. F. Petrus Rodulphius Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Senogallienſis & Comes; in viſitatione de anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo de menſe Octobris, dum eſſet in terra Montis Bodii diœceſ. Senogall.
B apud Fratres S. Franciſci Ord. Min. Convent. præcepit perquiri Oſſa S. Gaudentii Epiſcopi & Martyris in muro eccleſiæ S Franciſci penes altare S. Gaudentii condita, atque ita (Deo juvante) comperta ſunt in quadam capſa lignea cum ſcripturis intùs fidem facientibus de veritate ſanctarum Reliquiarum à me, & ab aliis, qui mecum erant viſarum, & ita fidem facio & atteſtor, ac in fidem has præſentes manu mea ſcripſi, & publicavi rogatus, & requiſitus.

Signum mei Notarii.

Hoc modo recognitæ Sancti exuviæ eidem capſæ denuò fuêre incluſæ, eodemque, quo venerant, modo, præſentibus jam etiam, qui à Tuſſignano vacati advenerant, terræ primoribus, ad eumdem locum reportatæ; clauſus dein eſt opere cæmentario murus, donec de loco tanto theſauro magis apto, decentiorique conventum eſſet.

In locum decentiorem

26 *Coacto ergò ſequenti die illius terræ Conventu, poſt maturam habitam deliberationem arcam demùm conficiendam ſtatuunt, quatuor clavibus reſerandam, quarum unam Magiſtratus, alteram Cuſtos ſacri Montis, tertiam Guardianus, quartam ſenior honoratiorve Bergaminæ ſtirpis conſervarent. Reſolutum etiam novam extruere publico ære ædiculam ſeu Capellam intrà ipſam eccleſiam, cujus primum angularem lapidem ipſemet, priuſquàm diſcederet, poſuit Tuſſignanus ac dein diœceſis ſuæ viſitationem proſecutus eſt. Perfectæ interim Capellæ picturiſque Sancti geſta mirè exhiben-*
C *tibus ornatæ Joannes Baptiſta è nobili Tranquillorum genere dono dedit arcam ex Iſtrio lapide confectam, poſitamque in eadem S. Franciſci eccleſia ſub altari, quod Tranquillinæ familiæ gaudebat patrocinio. Extracta itaque eſt hæc arca, & artificum ope adaptata, politaque in anteriori præſertim facie, ubi* D *rotunda inſerta eſt feneſtra pulcherrimo circumdata encarpo ſeu corollâ foliatâ cum ſequenti inſcriptione :* Coronam meruit, vivet in æternum, *clauſaque clathro ſeu crate ferrea, quæ quatuor itidem clavibus aperiri & unâ claudi poterat : ad dextram dictæ feneſtræ ſequentia inſculpta erant verba :* Sanctus Gaudentius Ariminenſis epiſcopus tempore Conſtantii imperatoris Ariani conciliabuli Ariminenſis acta reſcindens vario tormentorum genere à proconſulis militibus trucidatus eſt: *ad ſiniſtram hæc :* Sancti Gaudentii epiſcopi, & Martyris oſſa obſcuro loco condita poſt annos ſeptuaginta divinitus inventa in hoc monumento à F. Petro Tuſſinianenſi ex Ordine Minorum conven. Senogall. epiſcopo & comite inſpectante populo Bodiano, & ejus ſumptibus illata ſunt anno 1594. *Suprà verò in capite faciei :* Reliquiæ Sancti Gaudentii Martyris : *infrà autem :* Lavit ſtolam in ſanguine agni.

ſtatuta tranſlatio eſt in diem 3 Aug. an. 1594.

27 *Elaborata dein arca minor è cupro intus cypreſſo cooperta tinctaque colore purpureo, Italis* cremeſino, *cui Sancti oſſa primùm imponenda & ſic in lapideam arcam inferenda erant : confectum pariter & brachium argenteum gemmis quibuſdam intextum ſatis nobile in hunc finem, ut poſito intus brachii oſſe, anniverſaria tranſlationis die quotannis in proceſſione deferretur. Intereà verò Tuſſignanus,* E *quo pleniorem reliquiarum notitiam adipiſceretur, haud ignarus, quaſdam etiam Arimini in eccleſia* S. Gaudentii *aſſervari, litteras ſuper hac re dedit ad illuſtriſſimum Salicinum Ariminenſem tunc præſulem, qui examine ritè inſtituto, per Juſtinum Catanium vicarium ſuum Generalem reſpondit, ſequentes dumtaxat attamen veras ſolius capitis reperiri partes, videlicet : utraque oſſa ſuperciliorum, occiput, fruſtula duo oſſium ſuperauricularium, os medium inter oculos & maxillam; deficere verò maxillam ipſam, mentum, & partem oſſis, quod reſiduum efficit faſciæ collaris. Facta hac informatione, petitaque & obtenta à pontifice facultate, Tuſſignanus unà cum magiſtratu ac deputatis ſolemnem tranſlationem ſtatuit in diem* III *menſis Auguſti anni* 1594; *quarè non tantùm univerſus diœceſis Senogallienſis clerus populuſque ad hanc ſolemnitatem invitatus, ac præſcriptus, qui ſervandus erat, modus fuit, verùm etiam datæ ſunt à Tuſſignano litteræ ad illuſtriſſ. Ferrantem Farneſium epiſcopum Parmenſem & Marchiæ gu-* F *bernatorem, Gabrielem de Monte epiſcopum Æſinum, & Julium Ottinellum Fanenſem, ut præſentiâ ſua dignarentur eamdem ſolemnitatem cohoneſtare : quibus per litteras haud illibenter annuentibus congrua, ſicuti & univerſo adventuro clero præparata ſunt Montisbodii hoſpitia.*

A

§ III. Solemniſſima Reliquiarum tranſlatio à tribus epiſcopis cohoneſtata : cultus Sancti in Belgio.

Sacra pignora in ſacriſtiam delata

TRiduo antè præſtitutum tranſlationis diem advenit Senogallorum præſul Tuſſignanus ac die prima Auguſti prædicti anni 1594 *S. Franciſci eccleſiam cum præfecto urbis, primoribus, & frequenti populo ingreſſus, pontificalibuſque indutus cupream, quàm diximus, arcam ſacris oſſibus ſervandis deſtinatam, & brachium argenteum benedixit; quo facto R. P. Franciſcus Joannes Zabazzinus & R. P. Bartholomeus Vetuli de Corinaldo ſæpèdicti conventus guardianus nuceam arcam, in qua ſacra oſſa eò uſquè aſſervata fuerant, è muro turris reverenter educ. m eodem ferè, quo ante*

B *triennium, modo, ſonantibus ſinè intermiſſione campanis, organis tympaniſquè, ad ſacriſtiam deportarunt, præſentibus hìc, ut facti teſtes forent, M. Philippo Thegetti notario publico & epiſcopatus Senogallienſis cancellario, M. Hortenſio Duranti Montisbodienſi, & M. Scipione Colbaſſano territorii Montiſbodienſis cancellario publicis itidem notariis : adfuere pariter è Montisbodienſibus Iſidorus Fidelis capitaneus, M. Tiberius Verzelli & M. Joannes Antonius Micheli Bergamaſcus.*

& ritè examinata

29 *Dum ſic arca in ſacriſtia depoſita erat, Tuſſignanus eamden recludi quidem ſtatim volebat, ſed veritus populi, qui multus ſupervenerat, preſſuram, ſimul quod jam audita eſſet prandii hora, rem diſtulit, & nuceam cum reliquiis arcam includi juſſit archivo publico, quod in eadem ſacriſtia erat. Sumpto autem prandio, Tuſſignanus unà cum magiſtratu, primoribus, ac deputatis ad eccleſiam rediit, ac, ne quid muneris ſui deſideraretur,*

C *aſſumpſit ſecum Franciſcum Mariam Taſſoni Urbinatem, Ptolomeum Francolini peritiſſimos medicos, & Magiſtrum Innocentium Innocentii chirurgum pariter expertiſſimum, qui oſſa diligentiùs examinarent : aderant ſimul & prædicti tres notarii & Capitaneus Iſidorus cum M. Barnabeo Roberti, ea, quæ viderent, teſtaturi, cum, arcâ ex archivo elata, ſoluta, apertaque, præfati medici & chirurgus reliquias in ea ſervatas utì vera humani corporis oſſa, confecto deſuper per notarios inſtrumento, agnovere; erant autem oſſa ſequentium corporis partium : capitis, brachiorum, manuum, crurium, coſtarum & ſpinæ dorſi, proindèque totius ferè corporis oſſa, dimidio capitis, ut ſuprà monuimus, tantummodò excepto.*

novæ incluſa thecæ fuere, donec,

30 *His peractis, Tuſſignanus ſumptum reverenter os brachii involvit ſerico Multitio primum viridi, dein alteri Cremeſino ſeu purpureo, auro artificiosè intexto, ſicquè brachio argenteo in hunc, quem diximus, finem recenter confecto adaptavit, immiſitquè : deindè*

ſumens reliqua oſſa collocavit in arca cuprea, quæ primum candido ſubtiliſſimoquè ſerico, dein cryſtallo, ut videri reliquiæ poſſent, coöperta clauſaquè, in eodem archivo, dum ſolemnis proceſſionis dies illucesceret, depoſita fuit, accenſis circum circà luminaribus, & RR. PP. Conventualibus cum RR. PP. Capucinis eamdem aſſidua oratione ſtipantibus. Sequenti ergò die 2 Auguſti jam advenerant Parmenſis & Fanenſis epiſcopi, (Æſino enim per valetudinem non licuit) cum, cantatis ſolemniter per Tuſſignanum veſperis, pater quidam Franciſcanus, multa priùs in Sancti laudem præclarè ſermocinatus, publicavit indulgentias, quas Clemens VIII *ad magis excitandam fidelium devotionem largitus fuerat.*

AUCTORE S. D.

D

31 *Bullæ Clementinæ exemplar ſic ſonat :* Clemens Papa VIII univerſis & ſingulis præſentes litteras inſpecturis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum ſicut accepimus venerabilis F. Petrus epiſcopus Senogallien. die tertia Auguſti proximè futuri, reliquias S. Gaudentii epiſcopi & martyris ad eccleſiam terræ Montisbodii diœc. Senogall. proceſſionaliter transferre ac in capella ad illius honorem in dicta eccleſia exacta decenter collocare intendat. Nos ad augendam fidelium religionem & animarum ſalutem cœleſtibus eccleſiæ theſauris pia caritate intenti, omnibus utriuſque ſexus Chriſti fidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui proceſſioni præfatæ devotè interfuerint, ſeu dictam eccleſiam, & capellam die tranſlationis præſentis anni, & deindè ſingulis annis anniverſario ejusdem tranſlationis die viſitaverint, & ibi prò Chriſtianorum principum concordia, hæreſum extirpatione, & ſanctæ eccleſiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus . . . Datum Romæ apud S. Marcum ſub annulo piſcatoris. die XXIII Julii 1594 Pontificatus noſtri anno tertio. . . . .

publicatis indulgentiis,

E

M. Veſtrius Barbienus

F

32 *Facto mane deſideratæ tranſlationis diei, cunctiſque ad proceſſionem ritè diſpoſitis, Tuſſignanus Senogalliæ præſul (honorem recuſantibus Parmenſi & Fanenſi) ſolemnem inchoavit Miſſam, aſſiſtentibus primæ dignitatis clericis, dictoque evangelio tantisper ceſſavit, dum Octavius Palcutii Grammaticæ alumnus Sancti geſta brevi ſed venuſto hexametro carmine ceciniſſet : quo facto miſſâque peracta, ſacriſtiam unà cum magiſtratu, deputatis, & prædictis notariis ingreditur; ubi arca cum brachio argenteo ex archivo per RR. Patres Conventuales elata & ad principem aram deportata eſt, dein impoſita portatili pretioſèque ornatæ lecticæ, quam tres epiſcopi & Petrus Rotati Fanenſis vicarius levantes detulerunt uſque ad eccleſiæ januam, ubi excepta ab iiſdem patribus Conventualibus, ab his aliiſque clericis alternatim per deſignatas urbis plateas, adhibita etiam militum cuſtodiâ, ſub baldachino circumlata eſt : aſt contigit frequenti portatorum mutatione rumpi brachium argenteum, arripique ab aſſiſtente quodam presbytero, cujus in-*

die III Aug. per urbem circumlata

AUCTORE S. D.

tentionem ſiniſtrè interpretatus præfectus cuſtodiæ ad arma conclamat ; undè non levis impetum facientis populi naſcitur tumultus , periculo quidem plenus , ſed feliciter tum Sancti Martyris proculdubio interventu , tum Parmenſis epiſcopi authoritate ſedatus : ac nè quid porro ejuſmodi contingeret , Parmenſis ipse ſumptum in manibus brachium durante proceſſione deinceps portavit , dum intereà Senogallus & Fanenſis manum continuò arcæ habebant admotam , ſtipati jam munitiore militum cuſtodia , ne à premente undique populo (qui omnia civitatis loca compleverat) opprimerentur.

in novo mauſoleo depoſita,

33 *Sic progreſſi per principes urbis plateas pervenerunt ad monaſterium monialium, dictarum* à Conſolatione , *quibus Parmenſis ex ordine tantiſper egreſſus ſacrum brachium , ut & ipſarum devotioni fieret ſatis , oſtendit ; & mox ad locum ſuum reverſus proceſſionem secutus eſt : ac ubi demum ad eamdem S. Franciſci eccleſiam rediere , ſimulac clerus omnis cum magiſtratu introierat , extemplò clauſæ ſunt eccleſiæ januæ , & cuprea theca reliquiarum cum brachio argenteo in erectum noviter ſacellum , noviterque in eodem lapideum mauſoleum honorificè eſt illata , & appoſita ſequens in pergameno ſcriptura :* Sanctiſſima hæc oſſa & reliquiæ divi Gaudentii epiſcopi Ariminen & Martyris die primo mensis Auguſti 1594 indictione ſeptima pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris , & D. N. D. Clementis divinâ providentiâ PP. Octavi ab admodum illuſt. & Reverendiſſ. in Chriſto patre fratre Petro Rodulphio , Dei , & apoſtolicæ ſedis gratia episcopo Senogallien. & comite , commiſſarioq. ab eodem Sanctiſſimo D. N. specialiter deputato , aſtantibus magnificis Dominis Sigismundo Accurio , Ottaviano Guidio , Scipione Mancino , & Thoma Menchetto prioribus magnificæ communitatis Montisbodii , magnificis dominis Andrea Accurio , Ottaviano Guidio prædicto , Joanne Jacobo Paſcutio , & Baptiſta Francolino deputatis , ac magnificis dominis Franciſco Maria Taſſoneo de Urbino dictæ magnificæ communitatis medico phiſico , Tholomeo Francolino pariter medico phiſico , & Inocentio de Innocentiis de Montebodio chirurgo recondita fuere in præſenti archa , & omnia deſuper geſta in publicam & authenticam formam redacta à domino Hortenſio Durante not. pub. domino Scipione Colbaſſano cancellario dictæ magnificæ communitatis , meque Philippo Thigetto infrà ſcripto Reverendiſſ. epiſcopi prædicti cancellario , prout in inſtrumento rogato , ad quod &c. in quorum fidem &c. dat. in eccleſia S. Franciſci ejuſdem menſis Auguſti die 3 qua ſolemniſſima fuit facta proceſſio ; intervenientibus illuſtriſſimo & Reverendiſſ. domino Ferrante Farneſio epiſcopo Parmenſi provinciæ Marchiæ gubernatore , ac illuſtriſſ. & Reverendiſſ. domino Julio Ottinello epiſcopo Fanenſi & univerſo clero totius diœceſis Senogallien. maximaq. hominum frequentia.

incluſaque fuere :

34 *Claüsâ dein plumboque munitâ majori arcâ , antiſtites receſſere , donec factâ veſperarum horâ ad eccleſiam redeuntes id honoris Fanenſi dederunt , ut eaſdem inchoaret , à tribus muſicorum choris ſolemniter decantatas ; illuceſcente autem ſequenti die 4 Auguſti Parmenſis & Fanenſis epiſcopi ad propria rediere , Senogallus biduo adhuc manſit , donec altera die , quæ erat B. M. ad Nives , conſecratis lapidibus altaris , Miſſáque ſuper eaſdem reliquias celebrata , ſequenti die* VI *Auguſti & ipſe Senogalliam reverſus eſt. Atquè hæc ſunt celeberrimæ iſtius tranſlationis acta , quæ à Sciptone Celbaſſano Motisbodienſi cancellario Italicè conſcripta , & anno* 1597 *Æſii excuſa hìc in compendium redegimus , lectorem , qui plura deſiderat ad eadem , ſi velit , amandantes. Cæterùm antiquam illam , quam diximus , marmoream arcam , quæ ſub ruderibus eccleſiæ S.* Gaudentii *extrà portam civitatis Senogallienſis remanserat , petierunt & obtinuerunt anno* 1616 *Canonici Cathedralis capituli ejuſdem urbis à reverendiſſ. B. Ruſticucio à Ruſticuciis Sitriæ , (cui bona monaſterii S.* Gaudentii *anno* 1483 *à Sixto* IV *conceſſa erant) abbate commendatario , confectumque eſt deſuper inſtrumentum publicum per Valerianum Marchetti , publicum Roccæ Contradæ notarium : tranſtulerunt autem præfati canonici arcam hanc in ſuam S. Sebaſtiani eccleſiam , extrà civitatis mœnia ſitam , in qua & uſque hodie fortaſsè viſitur.*

Sancti autem cultus in Belgium uſquè

35 *Supereſt cultus , quem Sanctum hunc in Belgio obtinuiſſe initio diximus , & reipſa ſatìs antiquum hunc eſſe diſco è litteris Reverendi admodùm Domini Leonardi Schindelii paſtoris Begginagii Dieſthemienſis , anno* 1659 *ad majores noſtros datis : nàm eo tempore in dicti Begginagii valetudinarii ſacello , S. Leonardo ſacro , effigies erat* S. Gaudentii *antiqua adeò , ut vetulæ iſtius temporis eidem Schindelio teſtatæ fuerint , ſe eamdem à pueritia conſpexiſſe ; aſt ignotum fuiſſe videtur pictori martyrii genus , re enim diligenter examinata , comperi , martyrem in dicta effigie ſupinum humi incumbere juvenili & ſatìs ſpecioſa facie , ac manibus pedib. ſque jam mutilum ferrâ cœptum diſſecari ab humero dextro ad coxendicem ſiniſtram cum hac inſcriptione Flandrica , quam latinè ſic reddo :* Sanctus Gaudentius Martyr ; *jed aliter hunc Sanctum paſſum eſſe , è dictis facilè colligitur. Teſtatur quoque idem Schindelius , Martyrem hunc id temporis à podagrâ laborantibus invocari ſolitum , Miſſamque in honorem ejus celebrari ; verùm cultum hunc jam dudùm illic ceſſaſſe , ex eo ſuſpicor , quod dictam effigiem , fortè quod artem minus ſaperet , una aut altera jeu jacelli immutatione , ſeu altaris deſtructione in ſolarium aſportaverint.*

fuit propagatus.

36 *Similis per omnia Mechliniæ in gerontocomio Naſſavico imago viſitur , ſi ſolam excipias Flandricam inſcriptionem , quæ Latinè ſic ſonat :* S. Gaudentius medicus podagricorum. *Viſa fuit imago hæc Henſchenio noſtro à duobus circiter ſeculis depicta , proindèque numerabit hodie annos trecentos & ampliùs ; undè illud Mechlinienſibus laudi omninò vertendum , quod cum hujus imaginis antiquitate ſimul & uſquè hodiè ſervaverint S. Martyris cultum ; conſueverunt enim podagrici , chiragrici , aliiſque ejuſmodi doloribus cruciati hujus Sancti opem enixè implorare , luminaria*

A *luminaria non pauca antè eamdem imaginem accendi jubentes ; nec immeritò, nam circà medium elapsi ſæculi, pro ut idem Henſchenius teſtatur, complures aſſeruere, ac nominatim prænobilis dominus Serats, ſeſe, invocato hoc Sancto, levamen non modicum ab iſtiusmodi doloribus expertos eſſe : quarè & eo tempore die* XIV *Octob. dum feſtum ejus recurrit, ſolemnem obtinebat Miſſam, aſt morem hunc jam diu exoleviſſe, exindè colligo, quod nec umbram magìs ejusmodi ſciant RR. PP. Auguſtiniani, qui tamen à centum jam annis in dicti gerontocomii ſacello ſacra peregere ſoli, noſque hodiernum Sancti cultum accuratè edocuere. Famam eſſe, ſimilem etiam imaginem extitiſſe ſua ætate Lovanii in ſeminario Hibernorum, idem memoriæ prodidit Henſchenius, dubitavit autem, quodnam hoc eſſet ſeminarium, verum ſimilem imaginem nec in collegio Hibernorum, nec apud RR. PP. Dominicanos Hibernos nec apud Franciſcanos, inquiſitione ritè inſtituta, hactenus deprehendere potui.* AUCTORE S. D. D

ACTA FABULOSA

Ex Apographo Codicis MS. Ariminenſis confraternitatis S. Hieronymi & SS. Trinitatis, Auctore Anonymo, collato cum Petro de Natalibus aliiſquè.

B

CAPUT PRIMUM. E

Sancti patria : profectio Romam : ad ſacros ordines gradus : qua occaſione Ariminenſem epiſcopatum adeptus fuerit.

3. Gaudentius *Romam veniens Euſiticam*

IEmporibus Diocletiani & Maximiani anno quarto regnorum, cum per diversas partes paganorum perſecutio eſſet inserta, veniens quidam Vir nomine Gaudentius Ephesorum genere in civitatem Romam hoſpitavit apud quamdam matronam nomine Euſitica annum integrum & dimidium, quæ occultè domino famulabatur, & ſacri fontis undas totis intentionibus cupiebat. Intereà Damaſus *a* Vir clariſſimus Romanæ eccleſiæ episcopatum ſumpſit ; ut enim audivit Euſitica, quod Damaſus ſedis Romanæ eſſet epiſcopus, accerſivit ad ſe Gaudentium, cui ità alloquitur dicens : Famule Dei Gaudenti, ecce docuiſti me per plurimos dies credere unum Dominum antè ſæcula natum ex Patre, & Patrem sinè initio cum Filio, & Spiritu sancto in trinitate perfecta : nam antequam huc veniſſes, quasi tuba cum longinquis intonat, hæc vox apud meas perſonuit aures, ſed dum ſermo tuus circà nos claruit, profectò credidi, & mente devota obtemperavi, depoſco clementiam tuam, ut ſicut me credere feciſti veram trinitatem in unitate, ſic me introducas viam veritatis, ut dum ſacratiſſima aqua ero lota quouſque latenter ea apertiùs operari poſſim, operando vitam, quam promiſiſti, percipiam ſempiternam.

a

C

2 Ad quam Gaudentius ait : Domina, quod poſtulaſti, conferre non poſſum, *b* quià ſacerdotis miniſterium mihi traditum non eſt : tamen ſi toto corde crediderıs in dominum Jeſum Chriſtum, per quem ſalvaberis, qui mundum ab errore liberavit, ſæculum perditum recuperavit, ſponte ſe exinanivit formam ſervi accipiens *c*, qui cum eſſet in gloria patris nihil carebat, ſed omnia ſibi aderant, in tantum ſe humiliavit, quod de Beata Virgine Maria nasciturum ſe demonſtravit. Virgo virgine natus pro nobis morti ſe tradidit humiliatus, tertia die ſurrexit, ut à perpetua morte reſurgendo nos liberaret, per fœminam ſæculum corruit, per fœminam ſublevatum, per fœminam in diſperſionem datum, per fœminam Deo Patri eſt reconciliatum. Hæc audiens Euſitica corruit ad pedes Beati Gaudentii lacrymando dicens : Qui hoc non credit, ſtultus eſt & animalibus comparatus : Serve Dei altiſſimi, audivi, quod Damaſus Vir nobiliſſimus epiſcopalem dignitatem conſcendit, eamus & petamus ab eo, ut concedat mihi baptiſmi Sacramentum, ut poſſim regnum percipere æternum. Cui Beatus Gaudentius ait : Quod vis, Domina, faciamus. Ad quem Euſitica dixit : Poſt occasum ſoliś noctis tempeſtate cautiùs, ut poſſumus, properemus, nè fortè prosapia *d* experiatur, & priùs * accipiam, quod cupio, me interficiat quam

baptizari cupientem *b*

c

F

d

* *lege :* prius-

AUCTORE ANONYM.

terficiat *e*. Cui Beatus Gaudentius ait : Qui in perſecutione pro Domino dabit animam ſuam, in futurum inveniet eam perpetua gloria coronatam.

3 Cui & dixit Euſitica : Hoc amavi, & peto tamen ſine baptiſmatis officio ne efficiatur, hoc poſtulo à te - N - * audivi * audiendo credidi, quià qui ex aqua & Spiritu non renascitur, in paradiſum non ingreditur. Prima noctis horâ Euſitica unà cum Gaudentio perrexit ad Damasum epiſcopum : cum autem perveniſſent antè præſentiam episcopi, provoluti ad pedes ejus fortiter lacrymari cœperunt : quibus Beatiſſimus Damaſus : Quid eſt quod noctis hora hùc veniſtis ? Cui Beatus Gaudentius reſpondit dicens : Sanctiſſime pater poſtulamus clementiam veſtram, ut ad quod venimus, audiatis, audiendo coroboretis, quoniam veſtra roboratio ſatis eſt nobis neceſſaria, ex quo introivimus civitatem apud hanc nobiliſſimam matronam hoſpitavimus, & ut prævaluimus, cæleſti induſtriâ docuimus, ut ex quo pontificalem aſcendiſti gloriam, ad accipiendam gratiam ſacri fontis baptismatis, quantò citiùs ipsius exarſit animus. Cui Beatiſſimus PP. Damasus ità alloquitur dicens : Cujus nationis es ? Qui respondens ait : Græcorum : Ad quem Damaſus : Quarè hùc adveniſti ? Qui ait : cum eſſem puer, cum patre & matre miniſterium cathecumenis ſuſcepi. Intereà pater & mater interfecti, audivi quod apud Romam erat plebs maxima Chriſtianorum, quod audiens hùc ideò veni, quod gratiam baptiſmatis ſemper accipere optavi, & à Juſtino presbitero nuper ſum baptiſatus. Cui Damaſus : Et nunc quod vis ? Qui ait : Nihil cupio præter juſſionem veſtram agere.

4 Tunc juſſit Beatus Damaſus Euſiticæ ſurgere, & cœpit ſibi ità alloqui dicens : Euſitica, vide, ſi ex toto corde credis, quæ reſpondens ait : Ut iſte Famulus Dei Gaudentius me inſtruxit, ità credo. Cui Damaſus ait : Sunt tibi filii ? Quæ ait : Eſt mihi filia unica, quæ in hoc anno ſuſcepit virum, quæ sæpè in virginitate pollicita fuit permanere, ſed à parentibus *f* coarctata tradita eſt viro, quæ etiam, ſi poteſt, meum cupit imitari tramitem. Cui Damaſus ait : Redite domum & die tertia ad nos venire procurate, jejunium cum eleëmoſinis, ut prævaletis, pariter explete *g* ; quæ accepta benedictione cum gaudio ſimul cum Gaudentio remeavit ad propria, quæ per tres dies nullum omninò cibum ſumpſit, eleëmosinam autem pauperibus largiùs erogavit. Die verò tertia juxtà præceptum gratantur * ad Papam Damasum, cumquè vidiſſet eam Beatus Damasus ait : Quid vis filia ? Quæ ait : Peto, ut dones mihi baptiſmum, qualiter regnum percipiam æternum, cui dixit : Pater ſanctiſſime, audivi, & credo : audivi quod regnum æternum numquam corrumpitur, ſed ſemper permanet, in quo nimirum non invenitur luctus neque triſtitia aliqua, ſed ſemper, qui ibi ſunt, feliciter gaudent, & in tantum eorum eſt lætitia, quod à nemine per omnia intueri poteſt.

5 Tunc dixit Beatus Damasus : maximum nobis eſt gaudium ideò, quià ſermo tuus reſonando mirabilia Dei reſonuit in auribus noſtris. Mox juſſit afferri ſibi aquam, qua allata catechiſavit eam & dixit : Euſitica, ſi credis ex toto corde in Patrem & Filium & Spiritum Sanctum ? Quæ reſpondens ait : Credo ; & juxtà conſuetudinem Romanæ eccleſiæ ter perfudit eam, & Chriſmate linivit, & ipſa hora communicavit eam dans pacem & licentiam ſimul dimiſit illam. Poſt tres verò Dies Beatus Damasus misit ad Beatum Gaudentium & juſſit eum venire ad ſe, cui & dixit : Gaudenti, cupimus te habere in ordine Clericorum noſtrorum, cui Beatus Gaudentius ait : Non ſum dignus ad hanc dignitatem conſcendere, quia nec ſcientia prævalet, nec ſenſus abundat, ad quem Beatus Damasus ait : Fili, Dominus, qui eſt plenitudo ſcientiæ, poteſt tibi ſcientiam abundanter tribuere. Tunc Beatus Gaudentius acquievit ſermonibus ejus, Beatus verò Damasus juxtà consuetudinem Clericorum promovit eum. Cæpit Beatus Gaudentius jejuniis & oratſonibus plurimis se mancipare, ita ut præter quintam feriam & dominicum diem nullum omninò cibum ſumebat. Poſt duos autem annos ad leviticum ordinem *h* eſt provectus ; moratus eſt autem Beatus Gaudentius apud Papam Damasum annis ſeptem & menſibus quinquè & dimidium *i* ; in quinto verò anno provectus eſt ad presbiterii Ordinem, in quo multa Dominus exuberavit beneficia.

6 Interea Pentapolis *k* paſtor obiit, in cujus civitatis vocabulum Ariminenſis nuncupatur vel Cirenenſis *l*, quæ civitas ſita eſt provinciâ Flaminiâ *m* juxtà mare Adriaticum. Anno verò illo ſurrexit in civitate illa Marcianus conſul, qui & ipse erat hæreticus ; denegabat autem poſt mortem eſſe reſurrectionem, & hoc quod Chriſtiani credebant, profaniſſimum eſſe dicebat *n*, cumque hæreticorum palmites jam per plurima pullulabant, cives legatum miserunt ad Papam Damasum ita dicendo : » Domino per» petuæ sanctitatis largitate imbuto Penta» polis cives obſequia in Chriſto, quem » colimus perhenne. Clarescat pudicitiæ veſ» ſtræ, quoniam noſter præſul de hoc obiit » sæculo, conſul verò Marsianus ad hære» ſim tantum eſt devolutus, quod pænè » maxima pars populi ad ejus normam flec» tit cervicem ; præſtolamur clementiam pie» tatis veſtræ, ut nobis paſtorem mittere » dignemini, ne oves tuæ pereant, ſed te » faciente, Jeſu Chriſto D. N. miſerante li» berentur & erroris deſtructorem * ſequan» tur. In omnibus benè valete. » Audiens hæc Beatiſſimus Damaſus flere cœpit. Rex æterne, cui nihil impoſſibile eſt, cui omnis poteſtas ſubjicitur, cui omnis creatura famulatur, qui cælum & terram ex nihilo feciſti, qui pro ſalute generis humani deſcendiſti & formam noſtram ſuſcepiſti, exaudi obſecro famulum tuum, & infunde auxilium miſericordiæ tuæ de excelſo ſanctiſſimo ſolio tuo, ut te gubernante oves tuæ ne pereant, ſed augeantur in melius, & inimicus tuus, qui circa eas cogitat malum, perpetuæ damnationis crucietur incendiis.

7 Cumque

offert Damaſo Pontifici,

* *fortè :* nam

* *adde* &

qui cum eamdem poſt triduum reverſam

f

g

* *fortè :* gradiuntur

baptizaſſet, Gaudentium *facerdotem conſecrat*,

h

i

defunctoque Ariminenſi præſule,

k

l

m

n

* *ſubintelligе :* mittendum

eumdem occasione cujusdam militis

7 Cumque hæc & his similia prosequeretur, quidam miles nomine Tarsentius occurrit vexatus à dæmonio vociferans clamabat dicens : Serve Dei Gaudenti, adjuva
A me, quià ex quo dæmon me invasit, ità pro se clamavit & dixit, nisi Servus Dei Gaudentius venerit non hinc exeam, quo audito Beatus Damasus misit nuntium ad Gaudentium, & jussit eum venire ad se, accersivit ipsum clàm & dixit : Gaudenti obsecro te per D. Jesum Christum, quem colis,
o quæ sunt opera tua edicito mihi *o* ? Gaudentius ait : Opera mea nihil sunt, sed tantùm credo D. Jesum Christum filium Dei vivi cum Patre & Spiritu sancto ; cui Damasus ait : & nos similiter credimus, ecce
* Tarsentius N. * miles vexatus à dæmonio proclamat dicens : Serve Dei Gaudenti adjuva me & statim recesserunt ab invicem. Mox Beatus Gaudentius perrexit ad ecclesiam, juxta consuetudinem suam Missam celebravit, partem sacrificii sumpsit, reliquam verò dimisit : peracta Missâ perrexit ad antistitem, cui ità alloquitur dicens : Pater sancte, quamvis indignè Missam celebravimus, & aliquam sacrificii partem dimisimus, nunc si vobis placet, detur huic dæmoniaco, sub vestra dictione & sanctitatis imperio forsitan merito vestræ pudicitiæ à dæmonis liberabitur potestate.
B Cui Damasus ait : Vade, fili, in nomine Domini, qui paralyticos curavit, dæmones fugavit, diversis infirmitatibus infirmos liberavit, qui etiam mortuos suscitavit, & cujus discipuli in suo nomine majora perpetraverunt, in ipsius nomine da ei Eucharistiam.

à dæmone liberati episcopum ordinat ;

8 His sermonibus expletis . jussit Beatus Gaudentius adduci ad se hominem à dæmone obsessum, cumque duceretur, cœpit dæmon clamare & dicere : Serve Dei Gaudenti miserere mei, quià virtus sanctitatis tuæ me undique perturbat, recede & da locum egredienti ; cumque hæc audisset Beatus Gaudentius, flere cœpit cum maxima populorum turba simul cum Damaso D. * suo & apprehendit vexatum à dæmonio, corpus & sanguinem Domini tribuit. Tunc dæmon quasi cornix *p* cum vehementissimo fumo de corpore obsessi exivit, & exclamans dicens : Magnus est Deus Christianorum, quem devota mente colit Gaudentius Famulus ejus, in cujus nomine stare non potui. Multi enim ex Judæis simul & paganis credidere in Domino & baptisati fuere per virtutem, quam Dominus exercuit per Servum suum Gaudentium. Crevit autem opinio Beatissimi Gaudentii, ità ut ab omnibus veneraretur. Liberatus autem à dæmonio totis visceribus Dominum concupivit, & quidquid habuit, pauperibus erogavit. Baptisatus autem jam erat à Justino presbitero, post decem verò annos migravit ad Dominum. Pontifex verò Damasus cum fidelium populorum consilio Gaudentium ordinavit episcopum, atquè cum legatione apostolicæ sedis direxit Pentapolim. Intolerabilis luctus immensa tristitia circà omnes, qui aderant, ideo quià tam citò post acceptam benedictionem accedere nitebantur. *

* *an :* abcedere nitebatur ?

9 Egressus itàque Beatus Gaudentius episcopus Româ cum his, qui legationem detulerant, mœstus agebat dicens : Domine Deus Abraam, qui Famulo tuo Moïsi apparuisti, qui angelum ad Tobiam misisti, mittere dignare angelum tuum sanctum, qui nos perducat ad destinatum locum, ubi sine te pervenire non possumus : tu es mœstorum consolator, lapsorum sublevator, exaudi quæso servum tuum, adesto petitionibus nostris, & immensam tristitiam nostram in gaudium converte. Completa verò oratione ter flectens genua dixit : Miserere nostri Deus, exurge & adjuva nos. Profectus indè pervenit ad locum, in quo jàm fuerat civitas, quæ vocabatur Mariana *q*, nam parva Christianorum plebs ibi erat. Mansit autem Gaudentius episcopus ibi diebus decem, incessanter cœpit docere, nam quidam gentilis per multa temporis spatia infirmabatur, & ità ad nihilum erat redactus, quod nullo modo de loco, in quo stabat, surgere prævaleret. Cum autem audivit, quod Beatus Gaudentius episcopus regionem esset ingressus, misit ad eum, & fecit illum venire ad se ; cum autem ingressurus esset Beatus Gaudentius domum gentilis, prius signum crucis oppositit dicens : Domine Deus rex æterne, qui per crucem mundum salvasti, qui diversas infirmitates curasti, exaudi me & præsta per invocationem tui nominis, ut non
E solum istius gentilis corporis infirmitas curetur, sed etiam oculos cordis ejus illuminare digneris, ut sanus effectus tuum admirabile nomen dignè possit laudare : sic ingrediens domum dixit : » Pax huic domui » *r*.

quarè mox profectus in viagentilem infirmum,

q

r

priùs catechizatum,

10 Intereà ægrotus cum magna ejus salutatione susceptit petens ab eo medicinam dicens : ut video, Græcus es tu : qui respondens ait : ità est : cui miles : auditum est apud nos, præ cæteris Græcos uti medicinâ, ideò si prævales me curare, de nostris bonis prout vis, accipe : cui Beatus Gaudentius episcopus ait : est nobis medicina incomparabilis, quam si acceperis, statim salvaberis : cui miles ait : etsi incomparabilis est, quid mihi valebit ? Cui Gaudentius episcopus dixit : si vis abrenuntiare ignotos Deos, quos colis, qui seipsos adjuvare non possunt, nec alios liberare, & vis sequi salvatorem nostrum Dominum Jesum Christum filium Dei vivi, qui fecit cælum & terram firmavit, qui est Dominus Deorum & princeps principum, mereberis ab infirmitate, qua es detentus, liberari. Qui dixit : & quis est Dominus, qui fecit cælum & terram ? Beatus Gaudentius dixit : ipse est, qui caret initio & fine, qui antè sæcula natus, & in sæculo per virginem nasci pro salute hominum dignatus est, postèà spontè mortem suscepit, ut nos à morte perpetua liberaret, die tertia resurrexit, resurgendo verò vitam nobis præparavit æternam.
F

fanat, baptizatque.

11 Cum audisset hoc miles, ait : si facis, quod tu dicis, ut possim pristinam recipere sanitatem, tunc sequar salvatorem tuum, quem dicis verum esse Dominum. Statim Gaudentius jussit omnes egredi foras, qui flectens genua ait : invictissime rex æ-

AUCTORE ANONYM.

terne, medicorum medice Jesu Christe piissime, adesto precibus nostris, & medicamentum tuæ medicinæ adhibe huic ægroto, ut
A cum perceperit corporis sanitatem, te possit agnoscere, credere, laudare, & idola, quæ colit, toto corde respuere. Cumquè complesset orationem illicò surrexit ægrotus, ab
s infirmitate *s* penitus libera voce clamare cæpit dicens: Magnus est Dominus Jesus Christus Deus Christianorum, quem Gaudentius prædicat famulus ejus. Tunc jussit afferri sibi aquam & baptizatus est cum universa familia sua uxore & filiis numero videlicet viginti & tres.

ANNOTATA.

a *Vide dicta de hoc anachronismo comment. prævi.* § 1. *n.* 2.

b *Nempè licitè extrà necessitatem.*

c *Ad Philipp. cap.* XI. ℣ 7.

d *Id est* familia.

e *Sapere hæc videntur tempus persecutionis, adeoque ad Damasi Papæ tempora referri non posse.*

B f *Vix hæc quoque cohærere possunt, nisi per parentes conjanguineos seu familiares intelligas.*

g *Concilium Carthaginense* IV. *can.* 85. *ità statuit:* Baptizandi nomen suum dent, & diu sub abstinentia vini & carnium, ac manus impositione crebra, examinati baptismum percipiant.

h Ad diaconatum *verosimiliùs.*

i *Novem ut minùs annis apud Pontificem moratum fuisse, scribit Petrus de natall. in hunc modum:* Damasus autem Pontifex, cum de origine & religione Gaudentii ab eo cunctatus audisset: eum secum accersivit: ipsumque clericum fecit: quem & in suo servitio detinens: post biennium levitam ordinavit: deindè post septennium ad sacerdotium promovit.

k *Meminit hujus Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus in Compendio historiarum: ità autem vocatur à quinque civitatibus videlicet: Arimino, Pisauro, Fano, Auximo & Ancona, inter quas Ariminum olim fortè principatum tenuit.*

l *Nescio quid hic velit anonymus: respexit forsan ad Cyrenaïcam regionem ad mare Lybicum, quæ etiam Pentapolis dicta fuit ab hiscè quinque civitatibus: Berenice, Arsinöe, Ptolemaïde, Cyrene & Apollonia.*

C m *Antiquissima hæc est Italiæ provincia sic appellata à via Flaminia, quæ Flaminii consulis jussu Româ Ariminum usque lapidibus strata eamdem provinciam intersecabat.*

n *Quod si ità habuerit, videtur consul hic magis ad Paganismum, quam ad Arianam hæresim defeciisse.*

o *Pugnare videntur hæc anonymi verba; jam enim* Gaudentium *inducit velut ignotum Damaso disertè paulò antè testatus, fuisse Sanctum hunc integro omninò septennio eidem Pontifici contubernalem.*

p *Petrus de natal.* in fumi speciem.

q *Seu* Martiana *sic dicta ab idolo Martis; civitas enim hæc in ora Esii fluminis olim posita idolum hoc pro tutelari numine venerabatur, donec à Vandalico Vulcano devastata nominis tantummodo memoriam retinuit in vicino colle paucis incolis gaudente. Ità Brunaccius.* D

r *Lucæ cap.* X. ℣. 5.

s *Paralysin fuisse, vult Brunaccius.*

CAPUT II.

Ariminum ingreditur: insignia edit miracula: consulem & præfectum urbis divina ultione castigat: occiditur.

Ariminum veniens varia edit prodigia. E

PErsonuit autem apud paganos de mirabilibus Gaudentii episcopi, & voluere delere eum. Ipse autem dedit pacem omnibus, Missam celebravit, benedictionem tribuit, communionem sanctam concessit, ire cæpit gaudenter; nam itineris sui viâ multa per eum Dominus ostendit mirabilia, ita ut quadam die aquam in vini convertit saporem, cæcos illuminavit, plurimos dæmones effugavit. Interea Beatissimus Gaudentius Cirenensem *a* pervenit, cumque audisset populus civitatis, quod Gaudentius episcopus à sede Romana veniisset cum tantis mirabilibus atquè insignibus occurrit obviam extrà portam civitatis ferè stadio secundo *b* laudando & glorificando Dominum, qui talem eis concesserat pastorem. Cum autem intrasset Beatus Gaudentius portam civitatis, occurrit ei multitudo infirmantium, qui recepta sanitate simul laudabant Dominum dicentes: Magnus est Dominus Deus Christianorum, quem prædicat Gaudentius Famulus suus. Erat autem quasi medio civitatis

a

b

stationculum * Martis *c* quem pagani colebant: cumque Beatus Gaudentius Missam ageret prima die ingressionis suæ, fractum est stationculum, & universa idola comminuta sunt; multi enim ex paganis ad prædicationem Beati Gaudentii sunt conversi & Martianus hæreticus consul omninò obstupuit, prædicatio verò Gaudentii non cessabat, & paganorum conversio non deerat.

* statua

c

F

pulsoque ex obsessa dæmonio,

13 Post quatuor annos nepta Eusiticæ, apud quam hospitavit Beatus Gaudentius, vexata à dæmonio semper de corpore obsessa clamabat dicens: non egrediar de corpore istius puellæ, donec Gaudentius Ariminensis episcopus me exire jusserit. Tunc venit ad Beatissimum Gaudentium Româ rogans eum & dicens: Serve Dei Gaudenti, miserere mei: tunc Beatus Gaudentius nihil aliud fecit, nisi signum crucis in ore puellæ, & vociferando dæmon de obsesso corpore exiens dixit: Mirabilis est Deus Christianorum, quem Beatissimus prædicat Gaudentius,

A dentius, antè ejus præſentiam ſtare non potui. Tunc puella liberata à dæmonio totis viſceribus concupivit Chriſtum & accepta benedictione Romam rediit gratanter. In ipſo verò anno audivit Beatus Gaudentius de duobus clericis, qui & ipſi erant Dalmatiarum provinciæ, quorum primus Leo
d vocabatur, & alter Marinus *d*. Leonem ordinavit presbiterum, Marinum diaconum fecit, reliquos autem clericos plurimos promovit, in ſuis enim temporibus multa per eum Dominus apud Ariminenſem civitatem exercuit beneficia.

Tauro præfecto & Martiano conſule

14 Undecimo ordinationis ſuæ anno hæreticorum dogma videlicet Martiani conſulis in tanto ortum eſt, ut pænè omnis Ariminenſis eccleſia turbaretur. Intereà Beatiſſimus Gaudentius prædicare & exhortari populum non ceſſabat dicens : Nolite metuere, firmi eſtote, quià propè videbitis virtutem Domini noſtri Jeſu Chriſti. Non poſt multos dies Beatus Gaudentius Miſſam fecit ad populum, contigit autem eodem tempore, ut quidam ſeveriſſimus judex Ariminen-
e ſis urbis Taurus *e* nomine flagitia Chriſtianis inferret, atquè ſancta myſteria his, quæ
B idolis erant immolata, compararet. Ajebat deniquè, ſacra, quæ à ſummis Pontificibus erant immolata, in feceſſum mitterentur, ſicut ſceleſtiſſima ejus idolorum ſacrificia ac per hoc diverſas inſultationes inferebat in Chriſti ſacerdotibus. Undè accidit, ut Chriſtiani cum gentilibus maximum haberent conflictum. Martianus conſul officio aderat Miſſæ, ad quod ſpectaculum interfuit venerandus Mercurialis epiſcopus, fortè & alii celeberrimi devenere epiſcopi : Rophilus *f*
f Pipilienſis, Leo Monteferetranus, Marinus,
g Gaudentius, ac Geminianus *g*.

ob blaſphemias

15 Cumque idem ſceleſtus judex in prædicto perſiſteret flagitio, venerabiles epiſcopi Dei protecti clypeo reſiſtebant illi in potenti brachio, ſed ille in cœpta permansit nequitia, adeò ut nec veritus eſſet talia proferre nefanda, nec Chriſti ſupplex venerare-
h tur veſtigia, namquè à ſanctis præſulibus hoc petiit, ut quanta valerent, ſacra miniſteria conficerent, quià ipſa ut uſitato ſumptu ſumeret *h*. His Beatiſſimi auditis præ-
C ſules nimium effecti ſunt triſtes verentes ſancta myſteria profano ac iniquo tradere gentili, ſed ut non adnullarentur fidelium inſtituta Chriſtianorum, quod ſceleſtus petiit, ad ſui exitium obtinuit. Tandem capto venerandi antiſtites conſilio ſe in orationibus dedere diutius, quatenus Dei illis adeſſet clementia, ut judicis *i* . . . verteret, ſi non pœ-
i niteret *k* Igitur erecti ab orationibus amicti
k ſunt ſacris veſtibus, quæ ad cultum ſanctarum pertinent orationum, ac ſinguli magnis cum ſingultibus, diverſisque cum lamentationibus officia Miſſarum celebrant ſacratiſſima, quibus peractis denuò ſe in magnis ac jugibus proſtravere orationibus Dominum poſtulantes, ut illis dignaretur ſubvenire.

ad Sancti, ſuorumquè preces

16 Inter cætera ſic agebant : omnium regum Domine, tuam nobis miſericordiam oſtende, ut hic omnis mundus cognoſcat, quià hic nefandus tua ſancta commaculat : tu Deus omnipotens, qui Moyſi famulo tuo calliditatem Pharaonis regis Egypti tribuiſti ſuperare, & machinamenta magorum devincere, populumque Iſraëliticum ficco veſtigio fundum feciſti tranſire, atquè diverſas nationes ejus ſuo gladio interimere, & David famulum tuum ab innumeris perſecutionibus Saülis eruiſti, treſquè pueros de Chaldæorum rogo, & Daniel de leonum eripuiſti lacu, exaudi nos & concede, ab iſto iniquo & doloſo judice triumphum victoriæ exercere. Te etiam depoſcimus Domine Jeſu Chriſte, qui cum Patre & Spiritu ſancto coöperante cæco à nativitate lumen reddidiſti, quatriduanum Lazarum jam fætentem reſuſcitaſti, ut hæc tua ſancta myſteria, quæ nobis immeritis tuis famulis præcepiſti tuis fidelibus in ſumptus tui corporis & ſanguinis tradere, iſti judici ſacrilego, ſi te confeſſus non fuerit, ſint ad perpetuam damnationem, coöperante Patre unà tecum & Spiritu ſancto in ſæcula ſæculorum. Cumque à Chriſtianis dictum fuiſſet : Amen, ſancti præſules execrando judici ſancta myſteria appoſuerunt edenda *l* Cumquè *l*
ad perceptionem corporis & ſanguinis Domini horam perveniſſet, Beatus Gaudentius E
voluit communicare Martianum, ipſe verò renuit & ſumere recuſavit.

divinitus punitis,

17 Tunc judex Taurus avidè ac temerariè ea cæpit edere uſquè ad ſatietatem, quibus peractis inſultare cæpit Chriſtianis; ſed almifici præſules ſpem in Domino perfectam habentes, citò eum in perpetuam damnationem caſurum credebant. Denique eo in inſultatione perſiſtente, mox ultio affuit Deus à te *m*. Tunc Beatus Gaudentius *m*
dixit ei : Martiane, ſicut renuiſti Corpus & Sanguinem Domini ad remedium tuum accipere, ſic te paradiſus renuat, infernus capiat cum omnibus, qui tuam imitantur doctrinam, & hæc dicens, ſtatim Martianus cæpit vexari à dæmonio, judex verò latrinam petiit, ubi omnia vitalia cum inteſtinis amiſit; *n* nam prædicta judicis latrina *n*
ſuper pontum Adriaticum, quod hærebat Ariminenſi urbi, confiſtebat : ut autem vitalia cum inteſtinis ab ejus ſacrilego corpore fuerunt in pontum eversa, aſtantibus viſa ſunt eſſe ferina. Eo quoque defuncto, & in prædicto manente loco tunc qui ei aſſiſtebant, ad eum convenerunt putantes il- F
lum aliquibus immorari operibus, videnteſque ejus corpus exanime, ac ſolis jubar *o* ab ore per anum transverberari, cognoverunt eum interiiſſe, hæcque ſanctis patribus *o*
curavere deferre; quibus præſcitis ſancti patres Deo gratias retulerunt, atquè omni populo ad laudem Dei deſtinavere.

extrà civitatem cociditur

18 Hoc peracto triumpho eorum unuſquiſque ad proprias reverſi ſunt ædes; aſt per oppidum Cæſenæ *p* Beatus Mercurialis *p*
& Rophilus antiſtites ad Pupilienſem urbem cum aliis epiſcopis properantes Rophilus in ſua extitit ſede : Mercurialis ad ſua accelerabat venire. Cumquè audiſſent milites Martiani conſulis, quod Martianus ſtudio Gaudentii præſulis vexabatur à dæmonio quadam die comprehendêre Beatum Gaudentium, & duxerunt eum extrà civitatem quaſi ſtadio ſecundo non longè ab eo

loco

AUCTORE ANONYM.

A loco *q* in quo ſusceptus fuit à populo juxta lacum ad mare, & ibi eum tamdiu cum fuſtibus & lapidibus percuſſerunt, quo uſque ultimum finem vitæ ſupplicio expiravit in Chriſto. Reddidit autem Beatiſſimus Gaudentius epiſcopus animam Domino & oves ſuas commendavit altiſſimo. Tunc tyranni milites Martiani fodere foveam, quouſque pervenere ad aquam, & Chriſti martyris corpus cum fuſtibus & lapidibus projecerunt. Martyrisatus eſt autem Beatiſſimus Gaudentius martyr & epiſcopus apud Ariminensem civitatem sub Martiano conſule pridiè idus Octobris, regnante verò Domino noſtro Jeſu Chriſto. . . .

ANNOTATA.

a *Vide Annot. cap. præced. lit.* l.

b *Fortè uſque ad locum confeſſionis, de quo vide Comment. præv.* § II. *numm.* 19 *&*
B 20; *refert enim Clementinus lib.* 11. *pagg.* 148. *& ſeq, apud hunc locum non longè à via Flaminia extitiſſe eo tempore crucem grandem marmoream, ad cujus pedem tabula erat lapidea altaris formam habens : hanc ubi vidit* Gaudentius *ex equo deſiliens humi ſe proſtravit, dictamque crucem devotiſſimè adoravit : poſitis dein ſuper eamdem tabulam, quibus indutus erat, veſtibus, aſſumptiſquè ſacris, nudis pedibus confeſſionis locum inviſit, , veluti jam præſagiens, eumdem ſuo etiam ſanguine dedicandum. Hoc S.* Gaudentii *exemplum, prout idem Clementinus tradit, ſucceſſores Ariminenſes epiſcopi diu, imò uſquè ad annum* 1442 *imitati fuere ; nam hoc anno conſcriptus eſt libellus, quem Comment. præv.* § II. *memoravimus, ſtationum ſcilicet ſeu locorum indulgentiarum, in quo hæc narrantur :* Secunda ſtatio ſeu locus indulgentiarum in medio campi ſeu cæmeterii magni, quod eſt antè eccleſiam Sancti Laurentii, ubi eſt quædam crux magna lapidea, & lapis magnus junctus cum ea ad modum altaris, ubi epis-
C copus Ariminenſis noviter factus, quandò primò venit accipere tenutam, & regimen ejuſdem epiſcopatus, deponit veſtimenta ſua pariter & ſic humiliter & devotè intrat in eccleſiam S. Gaudentii ſingularis patroni dictæ civitatis Arimini, ad adorandum, ſeu venerandum ipſius corpus ſanctiſſimum, & cætera corpora & reliquias aliorum Sanctorum, quæ ſunt in eadem eccleſia ; quibus devotè adoratis, dignoque honore veneratis redit ad prædictum locum, ubi antè ingreſſum eccleſiæ depoſuerat veſtimentum & calceamenta ſua, & ibi induitur & calceatur aliis pannis, & calceamentis novis ſtatui ſuo condecentibus, tradens eidem eccleſiæ S. Gaudentii patroni ſui indumenta illa & calceamenta, quæ, ut dictum eſt, depoſuerat, & equum ſimiliter, in quo per viam equitaverat ; deindè aſſociatus à majoribus & nobilioribus civitatis intrat civitatem, & vadit ad epiſcopatum, ſeu eccleſiam cathedralem, in qua proceſſionaliter recipitur, & honorificè intromittitur, atque in ſede ſua epiſcopali, cum „ Te Deum Laudamus „ &c. ſolemniter inthronizatur. D

c *Ab hoc idolo civitatem hanc denominatam vult, teſte Clementino*, Cæſar Ranuccius *dicens*, Ariminum *Græcum vocabulum eſſe & Latinè ſonare* Mars maneo *: aſt rectiùs nomenclaturam hanc cum Janſſonio aliiſque paſſim geographis ſumptam dixiſſet ab Arimino amni nunc* Marecchia *dicto, qui apud eamdem civitatem pulcherrimum portum efficit, ac ſtatim in mare defluit.*

d *S.* Marini *Acta illuſtravit Joannes Veldius die* IV *Sept. S.* Leonis *Joannes Baptiſta Sollerius die* I *Auguſti.*

e *Conſule, quæ diximus Comment. præv.* § I *numm.* 3 *&* 4. *arbitratur autem Papebrochius in annotatis ad Vitam S. Mercurialis lit. f, Taurum præfectum, qui patribus concilii Ariminenſis juſſu Conſtantii imperatoris vim intulit, ab eo, qui hic notatur, diverſum eſſe*, illum enim non credimus, *inquit*, fuiſſe tam inſigniter impium : quam enim poteſtatem talis habuiſſet ? Imò ſuſpectum eſt nobis ipſum nomen, nè gratis huc E
fit traductum, acceptumque à perſona tam nominata & catholicis execrata ob impenſum Arianis favorem. *Nos quidem dubitare vix poſſumus, quin univerſa hæc tragœdia picturis adumbrata Tauro præfecto & Martiano conſuli à S. Mercurialis biographo ſtolidoquè populo afficta fuerit.*

f *De Sancto* Rophilo *ſeu* Ruſillo *egit Guilielmus Cuperus die* XVIII *Julii.*

g *S.* Geminianus *epiſcopus Mutinenſis colitur* XXXI *Jan. ubi viſum fuit Bollando geminos hujus nominis fuiſſe, verum, ſi ſcriptores Rerum Itall. tom.* II *partis* II *coll.* 687 *&* 692 *conſulamus, unus tantummodò adſtruendus videtur.*

h *Additur in Actis S. Mercurialis :* ac digereret, & in ſeceſſum emitteret.

i *Supplent eadem :* crudelitas ſe.

k *Addit Ecgraphum noſtrum :* in caſibus diverſis, *quæ ut ſuperflua omiſimus, magis circà verba laboraturi, niſi res ipſa univerſim diſpliceret ;* quis enim credat, *ait meritò Papebrochius*, ad unius, & quidem blaſphemi communionem plures ſimul ſacrificaſſe epiſcopos ? Idquè ut non annullarent fi- E
delium Chriſtianorum inſtituta ? Quænam hoc præcipiunt ?

l *Quæ ſequuntur uſque ad* tunc judex, *adjecit anonymus noſter picturarum interpreti temeritate, ne dicam mendaciis, facilè par.*

m *Hæc denuò uſquè ad* judex verò *ab anonymo noſtro addita ſunt, nequè negamus Martiani punitionem, ſed hunc non conſulem fuiſſe, ſed presbiterum Martianum, conſulis conſanguineum, Arianos obſtinatè tuentem, cum Petro de Natall. aliiſque nonnullis veroſimilius arbitramur.*

n *Noverat Anonymus ſimili mortis genere interiiſſe Arium, unde & idem affinxit Tauro.*

o *Ridicula hæc magis eſſe quam credenda, quis non videt ? quarè loco ſuperius citato lit.* n *rectè hæc notat Papebrochius :* ingenium, *inquit*, pictoris fuit, perradium, corpus blaſphemi penetrantem, exprimere ultricem Dei potentiam : ſed popularis ſtoliditas crudiùs accipiens, quod pictum videbat,

A debat, scriptorem nihilo prudentiorem inveniſſe videtur, qui etiam litteris hoc sic mandaret. Cæterùm cum nemo antiquiorum, qui queſti sunt de violentia illata patribus in Ariminensi conventu, meminerit vindictæ alicujus divinæ contrà Taurum præfectum exercitæ, satis clarum eſt, quæ picta cernebantur, non benè Tauro fuiſſe afficta. Paulus Bonoli, ut hunc scopulum evadat, ad alium æquè dubium se applicat, & Taurum sub Juliano apoſtata ad gentilismum transiiſſe suspicatur : adeoque diu poſt Ariminense concilium acta hæc eſſe : quæ tam facilè negantur, quàm aſſumuntur. AUCTORE ANONYM. D

p *Cæsena urbs eſt episcopalis in eadem Romandiola provincia ad Sapim fluvium, mœnia alluentem, poſita, ac media fere inter Ariminum ad Ortum & Faventiam ad Occasum.*

q *Vide suprà lit.* b.

APPENDIX

De prima corporis inventione

Auctore eodem.

Sancti corpus post 70 annos

SEptuagesimo anno poſt mortem clariſſimi Viri Gaudentii apparuit Raphael archangelus cum Damaso Papa in somnis mulieri nomine Abortina, quæ oculis corporis carebat, quæ Chriſtum colebat & apud Cæsaream *a* morabatur; & dixerunt ei · Abortina : quæ respondens cum nimio terrore ait : qui eſtis vos? Cui archangelus : ego sum Raphael medicina Dei, iſte senex eſt Damasus Papa Vir Sanctiſſimus, qui devota intentione Domino famulavit, qui eſt Alpha & Omæga *b* : ipse eſt Agios, Orania, Imas, Emmanuel : iſte eſt Damasus, qui Gaudentium Græcorum ex genere docuit, & demum Ariminensem ordinavit episcopum, qui à militibus Martiani interfectus eſt, & in foveam projectus juxtà lacum ad mare non longè à civitate, à porta, quæ solis ortum respicit, cujus egreſſus flectit quasi ad Meridiem, & cujus supercilium aureis litteris eſt infixum. Surge, vade ad Ariminensem civitatem, & narra omnia, quæ cernis, populo civitatis hujus, & dic sibi : Raphael angelus misit me ad vos, ut eatis extrà civitatem ad locum, in quo jacet Gaudentius episcopus; nam ipse quasi vivus consiſtit, ut educatis eum de fovea : erunt mihi oculi & videbo, & plurimos sanabit, vobisque maxima erit salus.

à cæca muliere revelatur.

2 Item dic populo civitatis hujus ut omnia, quæ mandamus, nè prætermittat. Tunc Damasus Papa ait : si enim prætermiserit aliquid, furore Dei peribit : ſtatim receſſerunt : & mulier surgens de itineris sui via cogitare cæpit dicens : quid faciam? Lumen non video : qualiter ibo? Tunc in nomine Domini mei Jesu Chriſti ambulabo, quia credo, quod potens eſt Dominus directum iter præbere cæcis & fecit sic. Cum autem egrederetur hospitiolo, sensit quasi arundinem in manu sua, & quasi præviatorem ante se procedentem : cumquè perveniſſet ad civitatem Ariminensem juxtà angeli præceptum agere cæpit. Mox ut sermo iſte personuit in civitate, populus juxta visionem mulieris per omnia explevit. Cum autem perveniſſet populus ad locum, ubi Beatus Gaudentius ſtabat erectus, suscipientes eum eduxere de fovea, cumquè eductus fuiſſet, juxtà pronuntiationem angeli, Abortinæ contigit videre, videre cæpit, & laudare Deum, totisquè visceribus se vovit Domino; & multi infirmi curati sunt in die illa : nam populus, ut vidit talia, magnificare cæpit Dominum, & corpus Beati Gaudentii mirè in marmoreo sarcophago reposuit, & devotè cein obtulit subjectionem Domino Deo, cui honor eſt & imperium sempiternum per infinita sæcula seculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Cæsaream hanc Cerviam fuiſſe interpretatur Petrus de natal. sed rectiùs Cæleſtinus, qui ſtationes ecclesiæ S.* Gaudentii *descripsit, mulierem hanc Ravennæ moratam fuiſſe tradit; nam hujus oppidi suburbium, nunc, teſte Hieronymo Rubeo, S.* Maria in Portico *dictum*, Cæsarea *olim appellatum fuit, ut apud Baudrandum videre licet.*

b *Apoc.* XXII ℣ 23. *fabulas fabulis addere ineptiſſimum compilatorem, ad oculum cuique patet. Consulesis dicta ab initio* § 11 *Comment. præv.*

DE SS. SATURNINO, LUPO, AMPODO, MODESTO, LUCIANO, SIMPLICIO, SATURO, PLACIDO MM. IN CAPPADOCIA.

C.B.

Sec. incerto.

Ex Hieronymianis apographis aliisque faſtis ſacris.

Martyres in Cappadocia paſſi, quos Hieronymiana hodie annuntiant,

OCto hic propoſitos fidei Chriſtianæ athletas Lucense apud Florentinium Hieronymianum apographum, aut, ſi mavis, ipsemet Hieronymianus hagiologi hujus textus hodie Cappadociam eis pro palæſtra aſſignans ſic memorat : In Cappadocia Lupi, Ampodi, Modeſti, Luciani, Saturnini, Simplici, Saturi, Placidis. *In horum nominum poſtremo redundare litteram ultimam, non eſt, quòd moneam. In Corbeienſi, quod apud eumdem Florentinium & apud Acherium in Spicilegio exſtat, Hieronymiano apographo, non* Placidis *ſed* Placidi *legitur ; verùm Apographi hujus librarius ſeu ſcriptor duo* Lupi & Ampodi *nomina plane diſtincta non pro duobus, ſed, veroſimillimè quòd in antiquiori, quod tranſcribebat, MS. Hieronymianorum exemplari nec sat concinnè exarata eſſent, nec ſatis invicem ſejuncta, pro uno eodemque vocabulo ultimamque primi litteram I pro R accipiens, è duobus illis Martyribus unicum, nomine* Lupranpodum *ſeu potiùs* Luprampodum, *effecit ; hinc autem factum, ut, quamvis adhuc ſex alios, quos poſt* Lupum & Ampodum *Lucense jam laudatum in Cappadocia annuntiat, hodie iſthac in regione pariter commemoret, non octo tamen, ut hoc, ſed ſeptem dumtaxat martyrio ibidem coronatos recenſêre queat videri.*

non septem tantummodò

2 *Aſt abs illo in dicto Corbeienſi apographo* Lupi & Ampodi *nomina perperam conflari in unum, argumento eſt, quòd nullum prætereà, in quo id fiat, Hieronymianum ſeu majus ſeu contractius apographum inveniatur, quodque contrà in Richenovienſi, apud nos tom.* XII *Junii à Sollerio inter contracta Hieronymiana apographa relato, hodie diſertè non ſecùs ac in Lucenſi majori,* Lupi & Ampodi *nomina invicem ſejuncta, ſignentur hoc modo :* Lupi, Ampodi. *Quare, cùm in nomina duo, quorum alterum* Lupi, *alterum* Ampodi *ſit, dividi oporteat, ſignatum in apographo Corbeienſi* Luprampodi *nomen, rectè enimverò non ſeptem tantummodò, ſed octo Martyres hodie in Cappadocia Lucenſe Hieronymianum apographum annuntiat, eique etiam hac in re ipſummet Corbeiense ſuffragatur.*

sed, quemadmodum quæ in medium

3 *Plures porrò etiam quàm octo Martyres hodie in Cappadocia numerandi erunt, ſi Epternacenſi ſeu Antverpienſi, quod majora inter ſeu non contracta Hieronymiana apographa computatur, quodque pariter apud Florentinium exſtat, apographo ſit ſtandum. Id enim poſt annuntiatam, quæ ab omnibus aliis Hieronymianis apographis abeſt, Paulini in Cantia depoſitionem ſic habet :* Et alibi Cappadociæ Campaniæ Saturi, Lupi, Ampodi, Modeſti, Luciani, Saturnini, Simplici, Saturi, Placidi, Domni, Lupi : *ubi duodecim, ſi librarius* Campaniæ *nomen pro nomine martyris acceperit, aut certè, ſi id non fecerit, undecim saltem recenſentur Martyres ; aſt Epternacense ſeu Antverpienſe Hieronymianum apographum in hodierno, quem ſuppeditat, Sanctorum laterculo videtur admodum confusum ac perturbatum.*

hìc adducuntur, suadent,

4 *Primò enim, poſtquam Romæ Calliſtum epiſcopum annuntiavit, mox ſubjungit :* Et depoſitio Paulini episcopi, *ac dein, inter vocem* episcopi *& voces, quas huic proximè ſubdit,* in Cantia & alibi Cappadociæ Campaniæ *adſcriptâ, quâ ſenſus claudi ſolet, interpunctionis notâ, martyres Cappadoces undecim, de quibus modò hîc, recenset ; ita autem S. Paulini depoſitionem non in Cantia ſeu Cantio, ubi facta eſt, ſed Romæ, ut apparet, perperam ſignat, dubiumque relinquit, martyremne etiam, an regionem ſignificare velit per* Campaniæ *nomen, quod, huc forſan à duodecima menſis hujus die, quâ cœlites aliquot in Campania memorârat, repetitione intempeſtiva ac inepta tranſlatum, undecim illis martyribus præmiſerit. Secundò Saturos duos, contrà ac in aliis omnibus Hieronymianis apographis fit, Luposque item duos Cappadociæ aaſcribens, ultimum ex his ab annuntiatione, quâ Cordubæ cum Aurelio ſeu potiùs Aurelia in Corbeienſi & Lucenſi Hieronymianis apographis ſignatur, tranſlationis S. Juſti perperam, ut apparet, interpoſita, quæ ab aliis abeſt, commemoratione, avellit ac ad Martyrum Cappadocum claſſem transfert.*

nec plures nec pauciores, quàm octo censendi sunt.

5 *Quare cùm nec Domnus, quem hiſce quoque accenset, aliunde ſit notus, solum illud Hieronymianum apographum, adeò è jam dictis hodie corruptum, perturbatum ac confusum, facere non poteſt, ut vel alterum è Saturis, alterumque item è Lupis, in omnibus prorſus aliis Hieronymianis apographis omiſſos, è martyrum noſtrorum Cappadocum numero haud expungendos, vel* Campaniæ *nomen, quidquid etiam eo ſignificatum quis velit, retinendum opiner ; cùm autem nihil, quod opinionem hanc à veritate alienam probare ſit natum, occurrat, eſt ſanè, cur nec plures, nec pauciores, quàm octo in Lucenſi Hieronymiano*

A *Hieronymiano apographo dijertè hodie expreſſi, Martyres Cappadoces ſtatuantur.*

duo ex his, Saturninus nempe & Lupus Hiſpaniæ à Pseudodextro,

6 *Duo porrò ex his,* Saturninus *nempe &* Lupus, *in pluribus etiam apud Sollerium Vuardinis Auctariis aliiſque faſtis ſacris ac in ipſomet Martyrologio Romano hodierno hodie ſignantur; veràm nuſquam in hisce locus, quo poſſi ſint, reperitur expreſſus. Hinc factum, ut qui ſpurium ſub Flavii Dextri nomine Chronicon conſinxit, in omnem quoscumque potuit Sanctos in Hiſpaniam trahendi occaſionem intentus, duos illos Martyres ſuo huic ſcopo aptos inveniens, eoſdem ad annum* 285 *Deobrigæ in Hiſpania, uti ad hunc diem apud Tamaium in Martyrologio Hiſpano, ubi & nonnulla pro loci hujus notitia è Bivario Pſeudo-dextri commentatore ac patrono, adducuntur, videre fas eſt, abſque ullo probatæ fidei vade antiquo collocarit; verùm ſic modò laudatis Hieronymianis apographis, quæ binos iſtos Sanctos Cappadociæ adſcribunt, hacque in re fidem modò apud omnes inveniunt, adversatur, audienduſque adeò non eſt.*

B *Romæ verò Ampodus & Modeſtus aliique à Galeſinio, ratione, non quam Florentinius*

7 *Nec tantùm Pſeudo-dexter huncque ſecutus Tamaius* Saturninum & Lupum, *ſed & Galeſinius* Ampodum & Modeſtum *alioſque noſtros omnes Martyres Cappadoces, Fortunato etiam Hieronymianis apographis ignoto auctos, neque tamen omnes & ſingulos nominatim expreſſos, perperàm alibi quàm in Cappadocia ſignat, in Martyrologio ſuo hodie poſt Calliſtum Romæ ſignatum eoſdem ibidem ſic annuntians:* Romæ præterea Sanctorum Martyrum Ampodii, Modeſti, Fortunati, Luciani & aliorum, *ſeu, ut opinor, reliquorum, qui hodie unà cum* Ampodo, Modeſto & Luciano *Cappadociæ in jam memoratis Hieronymianis apographis adſcribuntur; hosce autem omnes, ac proin* Saturninum *etiam &* Lupum, *à Martyrologo illo, cum locum, quo paſſi eſſent, nuſquam inveniſſet notatum, Romæ conſignatos Florentinius autumat pro more, quo, ut ait, celeberrimo huic fortiſſimorum fidei Chriſtianæ pugilum campo, in quo innumeri ferè ex his, ſanguine pro Chriſto effuſo, certárunt, adſcribere ut plurimum conſuevit Martyres, quorum palæſtram ignoravit.*

C *allegat, sed alia hic aſſignata ad id impulso,*

8 *Verùm apud Marteneum Novi Anecdotorum Theſauri tom.* 3 *vetuſtiſſimum, quod ab annis circiter mille ſcriptum notatur, Martyrologium quoque apud nos tom.* 7 *Junii exſtant Hieronymiana apographa contracta, Auguſtanum videlicet & Labbeanum, à Sollerio vulgata, in quibus, uti & in Gellonenſi, quod Acherius in Spicilegio exhibet, quodque ad Hieronymianorum claſſem reducitur, Martyrologio, librarii hodie poſt S. Calliſtum Papam M. Romæ absque ſubjecta, quâ ſenſus claudatur, interpunctionis nota annuntiatum mox Martyres alios, in priori quidem* Ampodum, Modeſtum, Saturum, Lupum, *in reliquis verò tres horum primos, omiſſo præ oſcitantia, qui in MS., quod tranſcribebant, ſignabatur, paſſionis loco, ſequentem in modum* Romæ Callixti episcopi, Ampidi, Modeſti, Saturi, Lupi, *vel, ſuppreſſo nominum horum ultimo,* Romæ Caliſti episcopi, Ampoti, Modeſti, Saturi, *commemorant, ſicque hoſce omnes non ſecus ac Callixtum Romæ adſcribendi anſam præbent. Quid ſi ergò liber MS., quem Galeſinius pro* Ampodo, Modeſto *ac ſociis, à ſe poſt S. Callixtum Papam M. Romæ annuntiatis, hodie in Annotatis laudat, ſimilis exſtiterit vel duobus jam dictis Martyrologiis vel alteri è modo etiam laudatis Hieronymianis apographis, hincque is Martyrologus poſt Calliſtum Romæ annuntiatum ibidem præterea* Ampodum, Modeſtum *ac Socios ſignárit?*

D

perperam adſcribuntur.

9 *Id certè Galeſinium ratione hac potiùs, quàm alterâ, à Florentinio aſſignata, impulſum feciſſe, nemo non, qui rem attentè expenderit, mecum, ni fallor, exiſtimabit. Porrò veroſimile apparet, modo etiam haud prorſus abſimili factum, ut in Corbeienſi & Lucenſi Hieronymianis apographis majoribus hodie Romæ unà cum Calliſto Papa* Saturus, *è Martyrum Cappadocum, ut apparet, claſſe perperàm eò tranſlatus & nihilominùs mox etiam in hac memoratus, annuntietur. Librarii ſcilicet, qui duo illa majora Hieronymiana apographa ſcripſerunt, è MS. antiquiori, quod duobus ſuprà dictis Hieronymianis apographis contractis eſſet ſimile quodque adeò unà cum Calliſto Papa SS.* Ampodum, Modeſtum & Saturum *Romæ hodie ſignaret, id fecerint, cumque tres hoſce Sanctos in pluribus Hieronymianis aliis Cappadociæ attribui viderent, regioni huic duos eorumdem primos pariter adſcripſerint, ultimum nihilominùs ſeu* Saturum, *ne alioquin Saturos duos, ut perperàm Epternacenſe Hieronymianum apographum facit, in una Cappadocia ſignarént, S. Calliſto Papæ Romæ adjunctum relinquentes. Verùm ſic equidem veluti Calliſti in Martyrio ſocius contra ſancti hujus Pontificis Actorum nec non Romani parvi ſeu veteris fidem, quæ Calliſtum non cum* Saturo, *ſed cum Privato milite, in Opus noſtrum ad* XXVIII *Septembris diem jam illato, Martyrium ſubiiſſe tradunt, perperàm obtruditur. Quare, cum* Saturus *aliique ſeptem hic propoſiti Martyres, quorum Martyrii epochæ determinandæ nihil ſuppetit, Romæ non magis, quàm Hiſpaniæ adſcribendi ſint, nihil ſupereſt, quàm ut Cappadociæ, utpote ibidem, ut jam docui, in ſuprà laudatis, quibus omnino eſt ſtandum, Hieronymianis apographis majoribus ſignati, attribuantur.*

E

F

DE SS. LUPO ET AURELIA, VEROSIMILLIME CORDUBÆ IN HISPANIA MARTYRIBUS.

Ex Hieronymianis aliisque fastis sacris.

C. B.

Seculo incerto. *Sancti, qui hodie*

Ribus heri, qui Cordubæ in Hispania passi sunt, Martyribus Fausto, Januario & Martiale in Opus nostrum illatis, duo Sancti alii, Lupus *videlicet &* Aurelia, *hodie in id, & quidem ut verosimillimè Martyres, ibidem pariter passi, veniunt inferendi. Sunt enim, quod cultui publico, à pluribus etiam seculis inducto, æquivalet, vetustissimis Hieronymianis apographis infrà allegandis hodie inscripti; etsi autem hæc binos istos Sanctos nostros, quorum posteriorem in Lucensi apud Florentinium & in Richenoviensi apud Sollerium Hieronymianis apographis* Aurelii *appellatione perperàm distingui, è pluribus aliis Fastis sacris mox laudandis, ei unà cum Corbeiensi Hieronymiano, tum majori apud Florentinium & Dacherium, tum minori seu contracto apud Sollerium & Marteneum,* Aureliæ *nomen consensu unanimi attribuentibus indubitatum apparet,* Martyrum *titulo haud condecorent, nec fuisse pro fide necatos, disertè asserant, vel ex eo tamen, quòd antiquissimis, ut dixi, Hieronymianis apographis exstent inscripti, Martyrio illos finiisse vitam, vero apparet simillimum, uti infrà ostendam. Morales interim & Martinus de Roa, prior nimirum, dum in generali Hispaniæ Chronico, anno 1574 in lucem emisso, lib. 10, cap. 25, posterior verò, dum in sua de Festis & Sanctis Cordubensibus lucubratione, anno 1615 publici juris facta, pag. versa 139 de duobus Sanctis nostris tractat, hosce verosimillimè exstitisse Martyres, haud affirmant; neque sanè mirum: tunc enim, è quibus id, uti ex infra dicendis intelliges, colligere potuissent, Hieronymiana apographa, utpote pòst dumtaxat à Dacherio aliisque vulgata, sibi prælucentia verosimillimè haud habuerint.*

Hieronymianis inscripti

2 *Et verò ut ne quidem MSS. forsan, quæ hæc complecterentur, præluxisse illis, putes, nulla omnino Hieronymianorum mentione facta, Bedam dumtaxat, & Usuardum pro se citant; hisce autem Marietta de Hispaniæ Sanctis, qui ibidem lib. 2, cap. 29 disertè* Lupum & Aureliam, *Ferrario aliisque hac ei in re assentientibus, appellat* Martyres, *Adonem etiam lib. 4, cap. 48 adjungit. Ac verosimillimè quidem, imò indubiè, cùm in puris & genuinis Bedæ, Adonis & Usuardi Martyrologiis hodie SS.* Lupus & Aurelia, *uti hæc consulenti patefcet, haud signentur, tribus istis scriptoribus Martyrologia, quæ, quamvis quidem Bedæ, Adonis & Usuardi nomina præferrent, sanctis tamen aliunde acceptis, quos hi non memorârant, aucta essent, præluxerint, ac ex illis Sanctorum nostrorum meminerint. Sanè in Barberiniana apud nos ante tom 2 Martii ad Bedam additione, in adjecta ad Adonis Martyrologium, quam unà cum hoc Rosweydus vulgavit, Appendice & in Greveniano apud Sollerium Usuardi Auctario SS.* Lupus & Aurelia *hodie comparent, paucis hisce vel haud multùm absimilibus verbis* Corduba civitate SS. Lupi & Aureliæ *annuntiati, verosimillimèque ex Hieronymianis apographis, quibus utique, qui iisdem etiam ferè verbis Sanctos nostros in Martyrologiis à se contextis hodie celebrant, Rabanus & Notkerus, imò etiam Beda, Ado & Usuardus ac proin & quæcumque ad hosce additamenta seu Auctaria antiquitatis palmam cedunt, primitus accepti, uti vel ex eo colligas, quòd quo modo mox allegando in Hieronymianis, eodem etiam ferè in dictis, tam quæ additionibus, ad Bedam, Adonem & Usuardum factis, aucta sunt, quàm quæ Rabanus & Notkerus adornârunt, Martyrologiis memorentur.*

& ideo ut martyres hìc dandi,

3 *Verùm, cum hæc indiscriminatim tam qui non finierunt, quàm qui finierunt Martyrio vitam, commemorare Sanctos soleant, sanè ex eo, quòd SS.* Lupum & Aureliam *hodie celebrent, inferri, hosce verosimillimè exstitisse Martyres, non potest; etsi autem etiam id inde posset inferri, nondum tamen ex eo, quòd Cordubæ illos signent, fuisse eosdem ibidem Martyrio coronatos, rectè existimaris. Subinde enim Martyres, quos celebrant, non iis, quibus passi sunt, locis, verùm aliis, quibus vel natales, vel cultum vel sepulturam sunt adepti, reponunt. At verò, ut ad id, quod præcipuè hìc probandum est, jam veniam, de Hieronymianis apographis aliter est loquendum. Hæc enim vix umquam alios, quàm qui pro fide occubuêre, commemorant, horumque, quos recensent,* locum & diem passionis, *uti Gregorii Magni ad Eulogium Alexandrinum epistolâ, à Sollerio in sua ad Usuardum præfatione num. 22 citata, docemur, assignant; quare, cùm majora seu non contracta Lucense & Corbeiense apud Florentinium, contractaque seu breviora Corbeiense & Richenoviense apud Sollerium & Marteneum* Hieronymiana *apographa hodie SS.* Lupum & Aureliam *annuntient, Cordubæque Corbeiense brevius, cui horum reliqua haud refragantur, sequentibus his verbis* Cordoba civitate Lupi, Aureliæ *reponat, inde enim verò, verosimillimè hosce &*

A *& esse Martyres & ibidem passos, haud ineptè intuleris.*

Cordubæ in hisce, 4 *Ast, etsi sic habeat, disertissiméque in quatuor illis* Hieronymianis *apographis* Lupus *&* Aurelia *Cordubæ adscribantur, nec Florez id ignorárit, is tamen, anne ad civitatem hanc ullo modo spectent ibidemque martyrio fuerint affecti,* Hispaniæ *sacræ tom.* x, *tract.* 33. *cap.* 9, *num.* 99 *& tribus seqq. revocat in dubium; id autem facit, primò quidem, quòd Saturninus, quem in Cappadocia passum inter omnes convenit, in Greveniano & Bruxellensi apud Sollerium Usuardi Auctariis cum* Lupo *&* Aurelia *jungatur, hincque, hosce pariter ibidem passos perperàmque adeò Cordubæ adscribi, meritò queat oriri suspicio; deinde verò, quòd, contrà ac in aliis* Hieronymianis *apographis fit, in Corbeiensi apud Florentinium apographo* Aureliæ *&* Lupo *Maximus addatur; verùm, etsi ex eo, quòd hic, ut ait, hodie in aliis Fastis sacris memorari haud inveniatur, erroris insimulari posse videatur dictum, in quo hodie annuntiatur,* Hieronymianum *apographum, inde tamen* Lupum *&* Aureliam *Cordubæ perperàm artribui, consequens non esse, quis haud videt? Ad duo mox memorata Usuardina apud Sollerium Auctaria jam venio. In Greveniano Saturninus cum* Lupo *&* Aurelia, *contrà ac Florez putavit, haud conjungitur. Hisce enim cum subjecta, quæ sensum completum indicat, interpunctionis nota Cordubæ annuntiatis, S. Saturninum & Lupum absque loco, cui eos attribuas, commemorat; Grevenus autem Sanctos, quos ita post alios, à se annuntiatos locoque determinato adscriptos, recenset, conjungere cum hisce eidemque omnes loco attribuere haud solet.*

etsi interim 5 *Sic, ùt quàm verum id sit, studiosus lector exemplo, quod plurium, facilè hîc allegari valentium, instar sit, perspiciat, heri post S. Lubentium presbyterum & confessorem cum subjecta, quâ sensus claudi solet, interpunctionis nota in territorio Trevirensi annuntiatum mox S. Conganum abbatem, non expresso, cui hunc adscribas, loco, refert, neque tamen ibidem à Greveno Conganum cum Lubentio conjungi ac proin, non secus atque hunc, territorio Trevirensi adscribi, veritate salva, quis affirmet. Quod modo ad aliud è duobus juprà memoratis, quod Bruxellense est, Usuardi Auctariis spectat, in hoc quidem, utpote sequentibus hisce verbis* in Corduba natale Sanctorum Saturnini, Lupi & Aureliæ *concepto, Saturninus, in Cappadocia passus, cum* Lupo *&* Aurelia *luculentissimè conjungitur; verùm, ne idcirco hosce in Cappadocia pariter passos ac proin Cordubæ perperàm annuntiari ac porrò adscribi suspicemur, impediunt Martyrologia, tum* Hieronymiana, *tum alia suprà laudata, quæ omnia, Saturnino omisso, SS.* Lupum *&* Aureliam *ibidem signant, quæque simul sumpta majoris certè facienda sunt, quàm unum, de quo hic sermo, Bruxellense Usuardi Auctarium, ex iis ipsis propterea in mox data, quâ constat, annuntiatione corrigendum, expuncto ex hac Saturnino, qui ad Martyrum, de quibus hodie jam egimus, Cappadocum classem spectat. Nec refert, in hac Saturninum cum Lupo conjungi; hunc enim à* Lupo, *S.* Aureliæ *socio, diversum esse, suadent eadem mox laudata Martyrologia, in quibus hic non Cappadociæ, sed Cordubæ adscribitur.* AUCTORE C. B. D

an ad civitatem hanc 6 *Hisce itaque consideratis, enim verò quæ de duobus dictis Usuardinis apud Sollerium Auctariis ac de Corbeiensi* Hieronymiano *apographo Florez affert, facere non debent, ut, an* Lupus *&* Aurelia *ad civitatem Cordubensem spectent, dubitemus. Ast, ut reliqua, quæ is scriptor in rem suam præterea allegat, intacta haud relinquam, ad diem proximè prægressum* Hieronymiana *apographa in SS. Fausto, Januario & Martiale annuntiandis confusione, ait, quàm maxima laborant, nec suo quemque ex hisce loco ponunt; cùm autem sic habeat, timeri potest, ne & similis labes in hodiernam SS.* Lupi *&* Aureliæ, *quam suppeditant, annuntiationem irrepserit, & ne hi, qui Cappadociæ deberent attribui, Cordubæ ibidem perperàm adscribantur. Ad hæc cum Corbeiense, quod Sollerius inter* Hieronymiana *contracta, à sese ad Alphabeticum Sanctorum sex primorum anni mensium indicem adjecta seu Martyrologii Usuardini parti secundæ præmissa, quinto loco recenset,* Hieronymianum *apographum ad* XIII *Octobris diem, quo ferè omnia* Hieronymiana *reliqua SS. Faustum & Marciam seu potius Martialem Cordubæ in* Hispaniis *consignant, ibidem, Fausto & Marcia seu Martiale omissis, SS.* Lupum *&* Aureliam *annuntiet, est sanè, cur Cordubæ in* Hispaniis, *SS. Fausti & Marciæ seu Martialis palæstræ, positi horum inde amotorum seu omissorum loco SS.* Lupus *&* Aureliæ *videantur perperàm adscripti. At dictum Corbeiense* Hieronymianum *contractum, prout ità Sollerius è MS., quod, è vetustissimo monasterii Corbeiensis codice excerptum, ad Papebrochium nostrum à Dacherio missum fuerat, loco mox indicato publici juris fecit, esse ad hanc & ad proximè prægressam diem mendosum, ex alia, quam è dicti monasterii MS. Marteneus thesauri novi Anecdotorum tom.* 3 *suppeditat, Corbeiensis ejusdem* Hieronymiani *contracti editione ostendam, cum paucis primò Sollerium ab impacta ei ibidem per Marteneum, quòd hanc non consuluisset, negligentiæ nota vindicáro.*

re vera 7 *Is decessor noster in memorato, quod à Dacherio, ut jam monui, cum Papebrochio nostro communicatum fuerat, MS. ad* XVII *Junii diem legerat:* Eodem die interfectus est Venerabilis Fulco archiepiscopus ab impio; *hinc autem, cùm verba isthæc* prima, *ut putavit,* manu *scripta essent, Fulcoque prædictus anno primum* 900 *fuerit interemptus, codicem illum ante sec.* x *fortasse adultum scribi non potuisse ac proin haud adeò esse, quàm censuisset Dacherius, antiquum, concluserit, dubitari etiam, an hic in Martyrologio isto evolvendo operam aliquam posuisset, meritò posse censens; verùm Marteneus, cum veterum scriptorum & monumentorum tom. VI., anno* 1729 *luce publica donatum, prelo pararet, id conspicatus, in observatione, Martyrologiis seu Calendariis aliquot antiquissimis, quæ tomo isti inseruit, præmissa, Sollerium idcirco sic carpsit:* Si vir, alioquin sagaciſſimus, nostram consuluisset *Corbeiensis contracti seu Brevio-*

A *ris* editionem, non ita facilè judicium suum præcipitaſſet; animadvertiſſet enim, hæc ipsa, quæ citat verba, non prima manu, uti aſſerit incunctanter, sed recentiori atque paulò aliter, quàm ipse legit, inter duas parentheses scripta esse hoc modo : (» Alia » manu. Eodem die interfectus est venera- » bilis Fulco archiepiscopus ab iniquo We- » netmero.) » Sed & aliquibus in locis suam potuiſſet emendare editionem.

pectare, 3 *Ita ille; verùm, si quo anno, quam ipse, & quo anno, quam Sollerius curârat, Corbeienſis contracti seu Brevioris editio lucem aspexerit, expendiſſet, non ita facilè hunc veluti hic, re haud sat diligenter ac maturè discuſſa, in judicando præcipitem corripuiſſet; utramque enim eodem anno* 1717 *prodiiſſe, ac proin, quam ipse adornarat, consuli verosimillimè à Sollerio non potuiſſe, animadvertiſſet. Verùm id hic, ne apud quemquam ſiniſtra, quam de laudato deceſſore nostro gignere potuiſſent mox huc transcripta Martenei verba, locum inveniat opinio, monuiſſe contentus, modò ad id, quod hìc è facta per*
B *Marteneum Corbeienſis contracti editione ostendendum, progredior. Ex hac alteram, à Sollerio curatam, emendari aliquibus in locis poſſe, Marteneus, ut verba ejus, proximè huc transcripta, produnt, exiſtimavit; etſi autem illa in re scriptori huic haud illico, quòd tam unum, quàm alterum è MSS., è quibus ambæ editiones iſtæ fuêre adornatæ, fuerit indubiè ex uno eodemque antiquiſſimo Corbeienſi codice excerptum, nec librarius, qui ex hoc illud, quo usus eſt Sollerius, transcripſit, oscitanter dumtaxat id feciſſe ſit censendus, aſſentiendum haud putarim, re tamen maturè examinata, eſſe saltem ad hanc proximeque prægreſſam diem è Corbeienſis brevioris facta à Marteneo editione corrigendam alteram, à Sollerio curatam, deprehendi.*

dicendi sint, 9 *Illa enim tertio Idus Octobris seu* XIII *mensis hujus die* In Spaniis Cordoba civitate *Faustum & Martiam seu Martialem, ac deinde secundo Idus seu* XIV *mensis ejusdem die* Cordoba civitate Lupum & Aureliam *annuntiat; cùm autem Corbeiense majus, è quo minùs seu breviùs desumptum esse seu contractum, inter omnes convenit, id etiam*
C *faciat, sanè ex hujus, quam fecit Marteneus, editione corrigenda est ad duos dictos dies altera, à Sollerio curata, quæ priori horum, non Faustum & Martiam, seu Martialem, sed* Lupum & Aureliam, *nulla omninò Fausti & Martialis mentione facta,* in Hispaniis Cordoba civitate *commemorat, ac deinde, posteriori seu secundo mensis dicti Idus vacuo relicto, mox ad* XV *seu mensis ejusdem Idus progreditur. Jam verò, cùm sic habeat ac proin Corbeienſis brevioris, quæ ad* XIII *SS. Faustum & Martiam, ac deinde ad* XIV *Octobris diem SS.* Lupum & Aureliam *Cordubæ annuntiat, editione, à Martineo adornata, sit standum, editio ejusdem Corbeienſis brevioris altera, à Sollerio curata, quæ, SS. Fausto & Martia seu Martiale, quos omnia ferè Hieronymiana alia ad* XIII *Octobris diem Cordubæ in Hispaniis signant, omissis, perperam tunc è jam dictis* Lupum & Aureliam *ibidem annuntiat, movêre nos*
D *non debet, ùt, an hi verè ad civitatem illam spectent seu Martyrio ibidem fuerint affecti, dubitemus.*

revocetur 10 *Quod modò ad maximam, qua in hesterna SS. Fausti, Januarii & Martialis annuntiatione* Hieronymiana *omnia apographa laborant, confusionem ac perturbationem spectat, nec ob hanc illa de re, nisi forsan ob nævos, à Sollerio in sua, tum ad Usuardum num.* 23, *tum ad Hieronymiana apographa contracta num.* 2 & 3, *Præfatione enumeratos, quibus ad dies propè singulos infecta sunt dicta apographa, definiri ex hisce nihil posse, quis velit, est dubitandum, maximè cum jam suprà laudata, tum ad Bedam, Adonem & Usuardum Auctaria, tum Martyrologia, à Rhabano & Notkero contexta, in quibus, ut jam docui, SS.* Lupus & Aurelia *Cordubæ hodie, & quidem disertissimè, annuntiantur, argumento etiam sint, verosimillimè olim multò plura, quàm modò reperiantur, extitisse* Hieronymiana *apographa, quæ Cordubæ non minùs disertè, quàm illa, SS.* Lupum & Aureliam *hodie annuntiârint, spectareque adeò ad civitatem illam seu martyrio ibidem, uti è jam dictis verosimillimè*
E *contigit, fuisse affectos, indicârint. Verùm in Opere nostro ad* XXII *Aprilis diem, qua de SS. Parmenio, Helyma & Chrysotelo, Cordulæ in Perside, ùt notatur, Martyribus, est actum, ibidem num.* 6 Henschenius *noster, civitatem illam, pro qua Baronius, quòd, ùt putavit, nulla nominis hujus civitas in Perside inveniatur, Corduenam, regni hujus urbem ex Ammiano Marcellino notam & ab Æthico in Cosmographia* Cordubennæ *nomine distinctam, poni debere, sese aliquando suspicatum, in suis in Martyrologium Romanum Notis prodit, in MS.* Hieronymi *codice* Corduam, *ab aliis etiam* Cordubam *nuncupari, observat.*

in dubium, 11 *Et verò Sanctorum iſtorum Acta prout in Laurentianis apud Surium ad* X *Auguſti diem exſtant, civitatem, in qua paſſi sunt, non* Cordulam, *sed* Cordubam *appellant, idque etiam ad dictum* XXII *Aprilis diem apud Florentinium* Hieronymianum *reginæ Sueciæ, ibidem interim Epternacenſi civitatem eamdem, quæ, quemadmodum Sollerius ad* XXX *Julii*
E2 *diem in suis in Usuardum observationibus docet, alias adhuc appellationes sortitur, nec* Cordulam, *nec* Cordubam, *sed* Corduam *appellante, apographum facit; cum autem sic habeat, nec dubitari queat, quin Persarum civitas, in qua Sancti modò memorati subiêre martyrium,* Corduba *subinde nuncupata inveniatur, erit fortaſſis, qui contendat, re etiam ipsa civitatem, nomine* Cordubam, *in Perside reperiri, poſſeque proinde ſintne ibidem, an Cordubæ in* Hispania *SS.* Lupus & Aurelia *paſſi, revocari in dubium. Eſt sanè, cur ita primo intuitu appareat, resque tamen secus haberet, ſi curata à Sollerio ac jam suprà memorato, quâ ad diem proximè prægreſſam SS.* Lupus & Aurelia in Hispaniis Cordoba civitate *annuntiantur, disertèque adeò huic* Hispaniarum *urbi attribuuntur, Corbeienſis brevioris additio foret admittenda; verùm cum ibidem non hæc, sed alterâ à Marteneo adornatâ, in qua ad diem quidem* XIII

seu

AUCTORE C. B.

A *seu* III *Idus Octobris* in Spagniis Cordoba civitate Fausti, Martiæ, *ad diem verò* XIV *seu pridie Idus Octobris* Cordoba civitate Sancti Lupi, Auriliæ *dumtaxat legitur, civitate Corduba, cui duo hi Sancti adscribuntur, in Hispaniis disertè haud statuta, standum ostenderim, necesse est, ut hîc aliò, quò difficultas, modò objecta ac à Persidis civitate, quæ etiam* Cordubæ *nomen habuerit, repetita solvatur, recurramus.*

attribuuntur,

12 *Cùm civitas, nomine Corduba, quæ extra* Hispaniam *sit, nusquam apud Geographos sive antiquos, sive recentiores ulla occurrat, nullam etiam re vera nominis hujus urbem extra Hispaniam vel inveniri vel umquam fuisse inventam, opinor. Nec, ut secus sentiam, movet me, quòd Persarum civitas, ubi Parmenius,* Helymas *& Chrysotelus passi feruntur, in suprà laudatis S. Laurentii apud Surium Actis* Hieronymianoque *apographo* Cordubæ *nomenclatione distinguatur. Id enim verosimillimè factum est eò, quòd pro* Cordulæ *seu* Corduenæ, *ubi martyres isti in MSS. antiquis signabantur, librarii, qui hæc transcripsêre, nominum affinitate, utpote unius dumtaxat alteriusve literulæ discrimine ea inter intercedente, decepti* Cordubæ

B *posuerint. Nec est, quod propterea putes, idem dici posse de librariis, qui è MSS. antiquis Martyrologia, SS.* Lupum *&* Aureliam *hodie commemorantia Cordubæque attribuentia, transcripsêre; Parmenius enim,* Helymas *& Chrysotelus, non in omnibus, in quibus memorantur, monumentis Cordubæ, sed in aliis quidem notissimæ civitati isti, in aliis verò Cordulæ seu Corduenæ attribuuntur;* Lupus *autem &* Aurelia *in omnibus prorsus in quibus locum habent, seu monumentis seu Fastis sacris, non Cordulæ seu Corduenæ, sed Cordubæ constanter adscribuntur, aut certè Cordobæ, quo nomine nobilissimam hanc* Hispaniarum urbem, *litterâ U mutatâ in O, Gothorum tempore venisse, Ambrosius Morales* Hispaniæ *illustratæ tom. 4 pag.* 361 *docet. Jam verò, cùm hæc sic habeant, atque adeò nec repetitum à civitate, nomine* Corduba, *quæ in Persia sita fuerit, argumentum facere debeat, ut, an SS.* Lupus *&* Aurelia *Cordubæ in* Hispania *passi sint, dubitemus, est*

C *sanè, cur, illo etiam considerato, verosimillimè hoc ibidem factum, ac proin ad civitatem hanc* Lupum *&* Aureliam *spectare arbitremur.*

ibidemque cultu

13 *At verò, inquit adhuc Florez suprà laudatus, cultu sacro ibidem* Lupus *&* Aurelia *nec gaudent nec umquam fuêre gavisi, cumque adeò hosce pro Sanctis suis Corduba haud habere videatur, non est sanè, cur huic nos eosdem attribuamus. Enimverò, cum* Lupus *&* Aurelia *nec Martyrologio Romano hodierno exstent inscripti, nec à S. Eulogio memorentur, fueritque, ùt Martinus de Roa in sua de Martyribus Cordubensibus lucubratione Latinè conscripta annoque* 1617 *vulgata pag.* 45 *docet, sec.* XVI *senescente statutum, ut è Martyribus ii dumtaxat, qui vel in Martyrologio Romano legerentur vel saltem è S. Eulogio noti essent, Cordubæ colerentur, tum certè ibidem cultu Sancti nostri haud fuerint gavisi. Hinc puto, à veritate haud aberraturum, qui ecclesiæ Cordubensis tabulas, in quibus à sese* Lupum *&* Aureliam *haud repertos, Ferrarius in Annotationibus, hodierno Sanctorum, quos in Catalogo generali recenset, laterculo subnexis, affirmat, fuisse vel tum, vel citiùs confectas* D *crediderit; tabulis enim hujusmodi seriùs seu sub seculi* XVII *initium confectis* Lupus *&* Aurelia *fuissent inscribendi, utpote tunc Cordubæ honore, quo Sancti solent, affecti, ut suprà laudatus Martinus de Roa nos docet. Suo quippe de Festis & Sanctis Cordubensibus* Hispanicè *conscripto, quod tunc vulgavit, Operi tum Calendarium, in quo Sancti diesque festi, quos ecclesia Cordubensis celebrat, dierum ac mensium, quibus hæc id facit, ordine exhibeatur, tum indicem, in quo iidem ordine alphabetico recensentur, præfixit;* Lupus *autem &* Aurelia *in Calendario isto juxtà ac in indice comparent.*

hodie forsan haud durante fuere aliquando gavisi,

14 *Verùm an Sancti cultu, quo tum Cordubæ fuêre gavisi, gaudêre hodieque ibidem pergunt?* Hodie *eos Cordubæ vel utcumque honorari ut Sanctos, deficientibus, quibus Florezium, qui, ut jam indicavi, contrarium affirmat, à veritate hac in re aberrare evincam, documentis, asseverare non ausim. Nec quidquam, quod præter jam dicta de iis commemorem, habeo in promptu. Fidei enim probatæ, quibus id faciam, monumenta desunt, nihilque in hisce, quod ad eorumdem in Fastis sacris suprà relatis memoriam nudaque fe-* E *re nomina adjici queat, invento. Hinc nullam omnino apud me inveniunt, nec apud virum ullum cordatum, ut opinor, inventura sunt fidem SS.* Lupi *&* Aureliæ *Acta, hodie in Martyrologio* Hispano *à Tamaio adducta, quæ Sanctos hosce fecisse conjuges ac ad Neronis tempora retulisse non contenta, eos præterea Illipâ seu Zelameo oppido, quod Tamaii patria erat, oriundos affirmant. Affert quidem hìc è suo, quem sæpissimè etiam alibi citat, MS. Auli Hali Codice Gothico sepulcrale, è quo hausta illa omnia sint, carmen, à Cypriano, Cordubensi archipresbytero, ut ait, conscriptum; verùm Nicolaus Antonius Bibliothecæ veteris Hispanæ lib. 6, cap. 7 num.* 145 *& seq. carmina, quæ pro germanis Cypriani archipresbyteri Cordubensis haberi debent, ac deinde alia, falsò huic ab impostore, quem propterea pseudo-cyprianum appellat, afficta, num.* 147 *& aliquot* F *seqq. recenset.*

à Tamayo elogio, quod planè commentitium est, ornantur.

15 *Porrò postrema hæc inter num.* 159 *numerans jam dictum, quod, non secus ac nonnulla alia pseudo-cypriani carmina vestiendis nudis Sanctorum verè Hispanorum Historiis excogitatum ait, sepulcrale SS.* Lupi *&* Aureliæ *carmen sic scribit:* Lupus & Aurelia Cordubæ in Hispania Octobris XIV die laudantur in Martyrologiis (*Auctis videlicet*) Bedæ atque Adonis; quibus recentiores, nil ultra de his addentes, consentiunt. Apertus invitavit campus Tamaium, ut liberè sub Cypriani persona divagaretur, eorumque conditionem, tempus martyrii & quod maximè fuit pretii, habitationem Martyrum in Illipa *seu potiùs, ut Nicolaus vult,* Julipa, urbe, Tamaii patria versibus (*videre hos apud scriptorem istum studiosus lector potest*) comprehenderet. *Ita ille, cujus ego huc verba, quod ad propositum nostrum faciant, nihilque Sanctorum Acta, à Tamaio adducta, facienda ostendant, duxi transcribenda.*

DE S.

DE S. CÆLESTE SEU CÆLESTIO EPISCOPO CONFESSORE

Metis in Lotharingia.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

§ I. Sancti in quibusdam Fastis sacris memoria, tempus quo translatæ sunt sacræ ejus exuviæ; Actorum, non edendorum, errores, & nominatim quoad Sancti ætatem, refelluntur.

C. G.

Circa initium sec. IV. *Sancti, in recentioribus Fastis sacris*

Anctum Cælestem *seu, ut à recentioribus vocatur, S.* Cælestium, *cujus jam bis in Prætermissis, ad diem videlicet 7 Maji ob translationem eo die in Actis notatam, & ad diem,* XIV *Octobris proximè prægressam, ob Claudii Roberti,* XIII *Octobris Sanctum coli asserentis, testimonium, nescio, unde haustum, majores nostri meminere, duobus locis Martyrologio, verùm non admodum antiqui, adscribunt : Metis quidem, celebri & antiquæ Lotharingiæ civitati editio Usuardi Lubeco-Coloniensis, in Auctariis apud Sollerium, ad hunc modum.* Methis civitate Sancti Cælestis secundi ejusdem urbis episcopi & confessoris; *addit Grevenus* : discipuli Beati Petri Apostoli : *mutilus codicis Luxoviensis textus ita habet :* Ipso die Cælestis episcopi ipsius civitatis : *breve etiam Sancti elogium ex Martyrologio proprio ecclesiæ cathedralis Metensis transcripsit Meurissius in historia episcoporum ejusdem ecclesiæ sic sonans :* Metis S. Cælestis episcopi & confessoris : *idem habet Castellanus ; prolixiori verò encomio eum exornat Saussayus, his verbis concepto :* Metis S. Cælestii secundi illius ecclesiæ episcopi, qui cum Sancto Clemente Româ hanc urbem proficiscens, eique in salutis opere gnaviter suffragatus, deinde post ejus felicem transitum ovium curam ex officio suscipiens difficillimis his temporibus, quibus in Christi caulas impiorum ira magis fremebat, tutelam gregis ingenti cum virtute sustinuit, postque annos XV hoc in pastorali munere strenuè juxta ac religiosè exactos, non nihil aucto domini peculio, servus fidelis migravit ad gaudium repromissurum. Sepultus fuit in Crypta S. Clementis, è qua demum ob rutilantia signa Beatitudinis à Drogone præsule elicitum venerandum ejus corpus ad Mauri-monasterium in Alsatiâ delatum fuit, ubi hactenus quiescens promerita in veneratione habetur. *Fontem, quem oratoriè dilatavit, videtur hic Martyrologus habuisse Chronicon Metense editum apud Acherium Tom.* VI *Spicilegii à pag.* 643.

2 *Ast Codex S. Gudulæ Bruxellis apud eumdem Sollerium, cui consonat Florarium nostrum MS., seculo* XV *inclinante exaratum, Sanctum antistitem Mauri-monasterio attribuit his verbis :* Mauri-monasterio S. Cælestis episcopi, discipuli B. Petri apostoli, qui cum Beato Clemente & Felice ad urbem Metensem veniens post primum in eadem urbe episcopus constitutus cælestem duxit vitam, & tandem ad Christum migravit, *nempe ob mox memoratam in illud sacri corporis Translationem, publicamque, quam ibidem S. Præsul consecutus est, venerationem, quam paulò latiùs Judocus Coccius in Dagoberto redivivo cap.* VI *exponit, relatæ sacrarum SS.* Cælestii *& Auctoris exuviarum ad dictum monasterium Translationi hæc subjungens :* hodieque istic (S. Cælestis *& Auctor*) multa in veneratione sunt præsenti sæpè ac prodigioso pellendis morbis, sed febribus maximè, auxilio, iisque, qui obstipo sunt corpore erigendis, si post fusas ad Deum preces subter tumbam, qua Sanctorum exuviæ requiescunt, transgrediantur. Extant & magnæ pontificum condonationes, quibus ad pristinam patronorum venerationem ac frequentiorem cultum invitati majores. *Dictum vero Ordinis Benedictini Cœnobium, depositionis Sancti nostri locum, Galliæ Christianæ auctores Tom.* V *col.* 866 *ita describunt :* Id quondam nominis [*Cella Leobardi*] habuit à S. Leobardo primo hujus loci conditore, sicuti à Mauro, in ordine abbatum quinto, Mauri-monasterium dictum est, vixisse vero S. Leobardum [*ad diem* XXXI *Decembris Martyrologio Universali à Castellano insertum*] sub Childeberto rege I quidam volunt, alii meliùs sub Childeberto II vergente ad finem seculo VI, conditum est tertio à Tabernis [*Gallicè Saverne*] in Alsatia lapide in honorem

memorati, corpus sacrum ad Mauri-monasterium in Alsatia

AUCTORE C. G.

A norem SS. Apoſtolorum Petri & Pauli & S. Martini, ut legitur in præcepto Theodorici IV cognomento Calensis apud Judocum Coccium in Hiſtoria Dagoberti Cap. 6 pag. 62, *nobis, qui habemus editionem Molshemiensem anni* 1623, *pag.* 56. *Mabillonius Tom. I Annalium Benedict. similia scribit de fundatione ejusdem monasterii, quam refert ad annum* 615. *Pauca nunc de tempore Tranſlationis dicenda ſunt.*

translatum est circa annum 828.

3 *In Actis nullæ temporis, quo Tranſlatio facta sit, notæ reperiuntur, neque auctor primæ Chronici Metensis partis, qui ut ex hujus fine colligitur, seculo* XII *floruit, plures quam laudatus supra Saussayus, profert, en ejus verba :* Sepultus eſt (S. Cælestis) ante fores Cryptæ S. Clementis : sed poſt curricula temporum à Drogone archiepiscopo Metense tranſlatus eſt in Elisatiam apud Mauri-monaſterium. *Drogo frater naturalis Ludovici Pii imperatoris anno* 823, *ut volunt Sammartani Tom* 3 *Galliæ Chriſtianæ pag.* 712, *episcopus factus eſt, & Sedem Metensem* 32 *annis tenuit, ita ut Tranſlatio hæc inter annum* 823 *&* 855 *collocari debeat : Cointius & Mabillonius hujus epocham*

B *figunt circa annum* 828 *ex laudato Coccio, qui sacras S.* Cæleſtis *& S. Auctoris exuvias non sine ingenti & religiosa pompa, quibusdamque editis in via prodigiis, (quæ qui latiùs scire desiderat, adeat Hiſtoriæ ejus Dagobertinæ Cap. VI) tranſtuliſſe Drogonem aſſerit, poſtquam is juſſu Ludovici fratris dictum Mauri-monaſterium, memorato anno* 828 *miserabile incendium paſſum, restauraverat.*

Actorum nullius pretii, nec idcirco ædendorum

4 *Res tam ante, quàm in episcopatu à Sancto antiſtite geſtas seculo* VIII *prorsus incognitas fuiſſe teſtatur Paulus Warnefridus Foro-Juliensis diaconus, qui eodem seculo libellum seu breve Chronicon, editum in corpore Hiſtoriæ Francicæ à pag.* 172, *& noviſſimè à Calmeto Tom. I Hiſtoriæ Lotharingicæ inter inſtrumenta, scripsit de episcopis Metensibus, enumeratis septem S. Clementis succeſſoribus hæc subjiciens :* Quorum omnium ſtudiis certum eſt creviſſe Dei ecclesiam, quamvis eorum nobis specialiter occulta sunt geſta ; *idem pro seculo* XII *probant, quæ recitatis num. præcedenti poſt pauca intermedia subdit, Chroniſtæ apud Acherium sequentia verba :* Cætera ejus (S. Cæleſtis)

C geſta, quamvis credantur magna, tamen nihil ad nos transmiserunt scripta priorum ; *ex quibus duorum scriptorum teſtimoniis non leviter argui poteſt, Acta Sancti noſtri, quæ in Codice noſtro pergameno, quondam Lucidæ-Vallis, abbatiæ Ordinis Ciſterciensis prope Senones, signato Q. MS.* 2, *habentur, seculo* VIII *atque etiam* XII *eſſe poſteriora ; certò eadem non paucis poſt memoratam tranſlationem annis scripta eſſe ex eo evincitur, quod hanc admodùm jejunè absque ullis personarum, temporis aliisve adjunctis memorent :* revoluto verò (*inquiunt*) aliquanto (*ab obitu*) tempore, ipsius sacratissimum corpus à religiosis personis Alsatiam est translatum, & in Mauri-monasterio nonas Maji honorificè reconditum ; ubi plurimi languidi diversarum infirmitatum sunt sanitati reſtituti & ad propria cum gaudio magno in-

D columes sunt reversi. *Cum igitur S.* Cælestius *circa initium seculi* IV *verosimiliùs, ut infra probabo, obierit, patet biographum longiori annorum intervallo à Sancto fuisse disjunctum, quàm ut res ejus gestas perspectas habere potuerit, præsertim cum ipsi idonea defuisse monumenta, prolata Pauli Diaconi & Auctoris Chronici Acheriani teſtimonia evincant. Cumque adeò parva, vel potiùs nulla Actis insit auctoritas, fabulisque, ut ex mox dicendis perspicuum fiet, scateant, ea prelo prorsus indigna censui.*

variæ

5 *Itaque, quod biographus ait,* Anglorum ecclesiam nova semper sobole fœcundatam *fuisse Sancti nostri operâ, cum hujus rei nulla alibi occurrat mentio, figmentum judico, non minùs à veritate alienum, quàm refutata à Bollando in Notis ad Acta BB. Mariani & Murcherati Tom. II Februarii pag.* 366 *& à Limpeno Tom. I Septembris pag.* 619 *fabula, de quibusdam discipulis à S. Mansueto, Sancti nostri in Gallias advenientis, ùt volunt Acta, comite, in Hyberniam ad prædicandum Euangelium missis : cæterùm Sanctum antistitem omnes episcopalis muneris partes sanctè ac laudabiliter explevisse facilè assentior, sed an ad id munus à S.* E *Clemente, cælo jam proximo, angelico jussu promotus fuerit, ætas biographi facit, ut vehementer dubitem, verearque, ut hoc ejus assertum plùs fidei mereatur, quàm alterum quoddam commentum, quo S. Clemens in quodam recentiori Vitæ ejus exemplari ab angelo accepisse dicitur successorum suorum omnium Catalogum, aureis litteris efformatum, de quo auctor Vitæ S. Deicolæ, circà medium seculi* X *scribens, apud nos Tom. II Januarii ita loquitur :* Juxta ordinem situum Metensem opulentissimam urbem video non mediocriter decussatam, cui in tantum divinitas consulere dignata est, ut omnium Apostolorum suorum vocabula aureis ibi apicibus rutilent, angelica sine dubio manu exaratis, promeruit autem felix ista primores patres istos Clementem, Felicem, Auctorem, Cælestem &c., *quem tamen Catologum à Calmeto tom.* I Historiæ Lotharingicæ *editum, imperante Carolo Magno, non angelica, sed humana exaratum esse manu inter auctores convenit.*

proponuntur fabulæ ; asseritaque in eis

6 *Ut cæteras de feris à venatoribus tutis, earumque vulneribus curatis, de filia regis Metensis resuscitata, quibus similia in Vita S. Mansueti, edita in Opere nostro Tom. I Septembris à pag.* 639, *post medium seculi* X *fabulatus est Adso abbas Dervensis in Campania, de serpentibus è finibus civitatis Metensis eliminatis (nisi hæc figuratè de idolis eorumque cultu sublatis dicta cum Calmeto in Dissertatione de episcopis Metensibus Historiæ Lotharingicæ præmissa & Benedictinis Scriptoribus in* Historia Metensi *anno* 1769 *typis vulgata interpreteris) missas faciam nugas, referunt Acta Sanctum nostrum Antistitem, qui, ut ajunt ;* Fertur septuaginta duorum unus extitisse, præsentiam Domini corporalibus oculis vidisse, *cum SS. Clemente Metensium, Euchario Trevirensium, Mansueto Tullensium primis episcopis & pluribus aliis à S. Petro Apostolo in Gallias missum, S. Clementi in convertendo ad fidem Christianam*

F

AUCTORE C. G.

A *anam populo Metensi fidelem fuisse adjutorem, eidemque episcopalis cathedræ in eadem urbe fundatori proximè successisse, adeoque secundum Acta S.* Cælestius *Metensem Sedem tenuit seculo* I *: favet opinioni huic cum quibusdam num.* 1 *&* 2 *citatis Martyrologiis laudatum Chronicon Metense apud Acherium, ubi sic legitur :* Beato Clemente ad cælestia migrante, S. Cælestis illi successit in officio episcopali, sedit quoque annis quindecim, sub Vespasiano VII, sub Tito II, sub Domitiano reliquis ; obiit tempore ipsius persecutoris sub Anacleto Papa. *Annum Christianæ æræ hæ notæ designant LXXXVI, quem etiam annum cum Florario nostro MS. expressit Meurissius ; verùm recentiora sunt hæc omnia, quam ut assertam à biographo proximam Sancti à S. Petro missionem confirmare multùm possint ; non immeritò igitur longè hinc abivit Castellanus, qui S.* Cælestii *episcopatum ad seculum* III *retulit, à cujus sententia nos non multùm recedentes, Sancti nostri obitum ad caput hujus Commentarii circa initium seculi* IV *collocavimus. Id autem ne immeritò fecisse videamur, rationes, ab iis, quibus moti Limpenus S. Mansueti &*

B *Perierus S. Materni, S.* Cælestii *secundum biographum nostrum & Adsonem in Vita S. Mansueti in Gallias advenientis comitum, episcopatus seculo* IV *illigarunt, haud dissonas proponere juverit.*

proxima Sancti à S. Petro in Gallias missio

7 *Latiùs hic monumenta ecclesiæ Metensis, originem suam ab ipsis Apostolorum temporibus cum pluribus aliis Galliarum ecclesiis repetentis, nec satis antiqua, nec satis idonea esse, ad faciendam fidem, ostendendo exspatiari possemus ; verùm cum hæc ad S. Clementem præcipuè spectent, uberiùs illud præstare poterit, qui ad diem* XXIII *Novembris ejus gesta illustrabit : nos interim hìc observamus quædam legi in Sancti nostri Vita, quæ si vera sint, ejus episcopatum ad tempora Apostolis multum posteriora referendum esse ostendunt : leguntur autem sequentia :* Quo (*fugatorum serpentium miraculo*) viso omnes ingentem tulere clamorem ad sydera, magnum & verum esse Deum Christianorum, certatim catechizari, catervatim baptizari ardentes . . . . tùm vero ecclesiam sub honore magistri sui Petri, Apostolorum principis constituit, quo fidelis populus ad agenda Missarum solemnia convenire & Catholici dogmatis mysteria sitibundo pectore valeret haurire ; rege vero necdum credente, filia ejus

C unica defungitur . . . . adest Beatus Clemens cum fideli illo collega indissociabili Cæleste, regis votum audiunt, in oratione procumbunt : quid plura ? Puella resuscitatur, vitæ restituitur, pater cum omni familia baptizatur, nomen Domini Jhesu ex tunc & deinceps liberè ac publicè ab omnibus prædicatur, colitur, veneratur & adoratur. *Hæc idcircò proponere volui, non quòd Sancti Vitam fide dignam judicem, sed quòd Paulus Diaconus in Vita S. Clementis edita à Calmeto Tom. I* Historiæ Lotharingicæ *inter instrumenta, quæ præcipuum est traditionis fundamentum, si fabulam resuscitatæ regis filiæ excipias, eadem scribat de Metensi civitate ad Christianam fidem conversa, de constructa à S. Clemente & dedicata S.* D *Petro ecclesia, cui & duas alias ab eodem Sancto constructas supperaddit, adeoque si, monumentis, quibus plurimum nituntur Metenses, insistere velimus, Sancto nostro Metensem Sedem tenente, ita ibi floruit, exterminatâ penitùs idololatriâ, multiplicatis fidelibus, tribus erectis ecclesiis, fundataque episcopali Sede, Christiana religio, quantùm ferè umquam aliàs ; id verò consistere non posse, nisi Sancti* Cælestii *episcopatus ad tempora seculo* I *multum posteriora referatur, evincunt testimonia sequentia.*

8 *Paucas usque ad annum æræ Christianæ* 250, *quo Decius & Gratus consulatum gessere, non in omnibus, sed aliquibus tantùm Galliarum urbibus erectas fuisse ecclesias, paucos Christianæ fidei cultores, frequentissima verò in omnibus civitatibus Deorum delubra, testatur Passionis S. Saturnini, editæ à Ruinartio inter Acta Martyrum sincera & selecta editionis Parisiensis anni* 1680 *pag.* 109, *Auctor anonymus, si non coævus, saltem suppar ;* Postquam (*inquit*) sensim & gradatim in omnem terram Euangeliorum sonus exivit, parique progressu (*sensim videlicet & gradatim*) in regionibus nostris Apostolorum prædicatio coruscavit, cum raræ in aliquibus civitatibus E ecclesiæ paucorum Christianorum devotione consurgerent, sed nihilominùs crebra miserabili errore gentilium nidoribus fætidis in omnibus locis templa fumarent, ante annos L, sicut Actis publicis, id est Decio & Grato consulibus, sicut fideli recordatione retinetur, primum & summum Christi Tolosa civitas Sanctum Saturninum habere cæperat sacerdotem. *Seculo etiam* IV, *quo S. Martinus ecclesiæ Turonensi præfuit,* Gallicanis in finibus ad paucorum *dumtaxat* notitiam ineffabilia Trinitatis Dominicæ Sacramenta *seu mysteria perveniſſe asserunt septem Galliarum antistites in epistola ad Radegundem reginam anno, ut omnes consentiunt* 570 *scripta ; cum igitur ea, quæ à Paulo Diacono in Vita S. Clementis, & ab anonymo nostro in Actis S.* Cælestii *de tota Metensi civitate ad fidem Christianam conversa, exstirpata idololatria, constructis ecclesiis narrantur, à I seculo, uti allata testimonia manifestum faciunt, sint prorsus aliena, necesse est, ut Metenses monumenta, quibus maximè nituntur, vel manifestæ contradictionis arguant, vel primorum suorum antistitum missionem ad tempus seculo I multum posteriùs differant ; utque aliquam veri speciem concilient ; non quidem Actis Sancti nostri, sed Actis S. Clementis, quorum hæc sunt verba apud Calmetum :* Ea tempestate, . . . cum Mediomatricum, . . . civitas . . . copiosis populorum turbis abundaret ad eam B. Petrus Apostolus Clementem nomine . . . Sublimatum pontificali dignitate direxit, *missionem hanc eo sensu intelligant, quem suppeditat Joannes Cordesius in dissertatione de tempore missi in Aquitaniam S. Martialis apud nos Tom.* 5 *Junii edita à pag.* 538 *:* Cum Romana [*ait*] ecclesia Petri Sedes fuerit semper appellata, illi qui ab ea Sede legati sunt, à Petro missi fuisse dicti sunt, licet à Petri successori-

ex Passione S. Saturnini, ex epistola septem episcoporum ad Radegundem.

F

bus

AUCTORE C. G. D

A bus longa post tempora venerint : quod plurimis scriptorum locis manifestum, confirmatur dignitate Bonifacii à Gregorio II in Germaniam Euangelii gratiâ legati, qui missus S. Petri dicitur in Caroli Martelli epistola & ap. 2 lib. v Capitularium.

quadam, quæ opponi posset, objectione

9 *Et quidem si talem, qualis à Paulo Diacono & Sancti nostri biographo depingitur, S. Clemente & dein S.* Cœlestio *episcopale munus gerentibus, re ipsa fuisse in sua urbe religionis Christianæ statum Metenses velint, allata auctoris Passionis S. Saturnini & septem episcoporum testimonia omninò exigunt, ut primos hos antistites aliquibus saltem annis seculo* IV *sub Constantino Magno, ante cujus imperium non tanto cum fructu, nec ita securè & liberè Euangelium prædicari, idololatria exterminari, & ecclesiæ publicè ædificari poterant, vixisse credant; at verò licet ii, qui pro primorum Metensium episcoporum seculo I missione pugnant, monumenta, eodem seculo religionem Christianam tam uberes Mettis feciſſe fructus afferentia, erroris sint accusaturi, Sanctum nostrum in eadem urbe, episcopatu seculo I functum non fuisse, nondum ex laudatis testimoniis consectarium esse contendent; hæc enim, inquient, etsi seculo*

B *I non ita, ut exstirpatæ penitùs idololatria, pluribusque erectis ecclesiis,* gentilium errore crebra nidoribus fœtidis *in Mettensi civitate* templa fumare *cessarent, dominatam fuisse fidem Euangelicam, evincant, quominùs tamen ibidem fundata jam tum fuerit ecclesia, sat magno fidelium, qui à proprio regerentur episcopo, numero constans, neutiquam obstare videntur.*

solutâ, & ex Sulpitii Severi Historiâ sacra rejicitur.

10 *Ita adhuc, ut gloriosam Metensis ecclesiæ antiquitatem tueantur, arguere possunt: ast, cum ante seculum III medium in* aliquibus *tantùm Galliarum urbibus pauci secundum laudatum Passionis S. Saturnini auctorem exstiterint Christicolæ, horumque devotione paucæ tantum erectæ fuerint ecclesiæ, nec eo quidem modo, quem ex adversariorum sensu proposuimus, in Metensi civitate ob majorem suam ab Italia distantiam, seculo I vigere potuisse Christianam religionem facilè quilibet agniturus est, qui in urbes Italiæ viciniores citiùs, quàm in longiùs ab eis dissitas, verosimillimè ex eadem Italia illatum fuisse fidei lumen, urbemque Lugdunensem, Italiæ multò viciniorem, Galliarumque tum metropolim, seculo demum II S. Photinum, anno* 177 *Martyrio coronatum, nactam fuisse*

C *primum episcopum, considerarit: adhæc cum monumenta, quibus tantam ecclesiæ Metensi antiquitatem vindicare conantur, non sint seculo* VIII *antiquiora, & manifestæ, ut ex dictis patet, contradictioni obnoxia, eamdem quoque antiquitatem plerisque aliis Galliarum ecclesiis, quæ similibus traditionibus monumentisque non sunt destitutæ, opinionis, quæ Sancti nostri episcopatum seculo* I *statuit, patroni pari de causa adscribere coguntur; jam vero, si in omnibus illis Galliarum urbibus, inter quas, imperante Carolo Magno, ea exarsit pro antiquitate ecclesiarum suarum æmulatio, ut primos suos antistites vel à S. Petro, vel à S. Clemente missos fuisse affirmarint, ac nominatim in Petragoricensi, Vellavensi, Catalaunensi, Cenomanoensi, Alvernensi, Turonensi, Parisiensi, Senonensi, Rhemensi, Meldensi, Aurelianensi, Rothomagensi ac tandem, qua de agimus, Metensi re ipsa jam inde à seculo* I *sat magno numero Christicolæ, episcopique his præpositi exstitissent; nullum quoad tempus susceptæ in Italia religionis Christianæ, nullum, etiam quoad modum, nisi forte, quod hæc jam tum magìs in Galliis, quàm in Italia floruerit, fuisse discrimen consequeretur; adeoque à veritate aberrasset Sulpitius Severus lib.* II *historiæ sacræ ita scribens :* Sub Aurelio Antonini filio persecutio quinta agitata, ac tum primum intra Gallias Martyria visa, seriùs trans Alpes [*quàm videlicet in Italia*] Dei religione suscepta; *aberrassent quoque auctor Passionis S. Saturnini,* raras in aliquibus *tantum* civitatibus *ante seculum* III *medium* ecclesias paucorum Christianorum devotione consurrexisse, *& septem episcopi, seculo* IV Ad paucorum *dumtaxat* notitiam, ineffabilia pervenisse Trinitatis Dominicæ Sacramenta *asserentes : id vero quoniam nemo, qui Sulpitium Severum, auctorem sanè gravissimum, seculo* IV, *auctorem Passionis S. Saturnini circa finem seculi* III, *& septem episcopos circa medium seculi* VI *in ipsismet Gal-* E *liis floruisse, & proinde res, quas de religionis primis seculis in Galliis statu memoriæ produnt, optimè perspectas habuisse expenderit, in animum sit inducturus, superest, ut ob horum testium authoritatem Sancti nostri episcopatus ad tempus seculo* I *posterius, quod* § *sequenti ex Metensium præsulum catalogis determinare utcumque conabimur, referatur.*

§ II. Episcoporum Metensium ordinatur Chronotaxis, & sancti ætas utcumque determinatur.

Nec symeon in serie episcoporum Metensium septimus seculo II, *nec Sambatius seculo* III, *ut quidam Catalogi volunt, methis sederunt;* F

L*Audatus Chronici Metensis, ab Acherio editi, auctor, qui annos Sedis, à Paulo Diacono Foro-Juliensi, primo Catalogi antistitum Metensium concinnatore, prætermissos, cuilibet ejusdem civitatis episcopo assignavit, & secundùm Chronologicam pontificum Romanorum & imperatorum seriem digessit, de S. Symeone septimo Metensium præsule ita scribit :* præfuit annis xxx ultimo tempore Antonini Pii, temporibus etiam Marci, Veri, Lucii Commodi imperatorum, tempore Aniceti, Soteris & Eleutheri, obiit sub Eleuthero & Commodo imperatore. *Annum ultimum Eleutheri Pontificis & Commodi, post patrem Marcum Aurelium imperantis, sextum Pagii critica in Annales Baronii innectit anno Christi* 185; *post S. Symeonem collocat Sambatium, vel, ut nomen ejus apud Meurissium, episcopum Medaurensem & Metensis ecclesiæ suffraganeum, variè legitur, Sambacum, Sambatum, quem sedisse ait* XVIII annis sub Apostolicis Eleuthero, Victore,

AUCTORE C. G.

& Zephyrino, temporibus Lucii Commodi, Helvii Pertinacis & Severi. *Annus ultimus Severi imperatoris & Zephyrini Papæ* 15 *secundum eumdem Pagium incidit in annum Christi* 211 *; post Sambatum recenset Rufum, Adelphum, Firminum, Leguncium, Auctorem, quem postremum Metensem Cathedram tenuisse, Attila Gallias depopulante, cum laudati Pauli Diaconi & Sigeberti Gemblacensis Chronicis asserit: verùm, præterquam quod* 240 *ferè annorum, quot inter annum* 211 *Sambatii, ut vult Chronista emortualem, & Attilanam Galliarum vastationem fluxerunt, spatium ampliùs sit, quam ut à quatuor episcopis Sambatium inter & S. Auctorem mediis, etiamsi hic jam aliquot annis ante Attilanam cladem fortè sederit, impleri potuerit, nisi sat diuturna Sedis vacatio excogitetur, nec S. Symeonem circa finem seculi* 11 *Commodo imperante, nec Sambatium circa initium seculi* 111 *sub imperatore Severo Metensi ecclesiæ præsedisse, sed eorum episcopatum multò seriùs collocandum esse Concilium Agrippinense ostendit.*

A

cum Victor, in eadem serie quintus anno 346, *uti ex Conciliis Agrippinensi*

12 *Concilii hujus, à variis Conciliorum collectoribus & nominatim à Labbeo Tom.* 2 *col.* 615 *& seqq. editi, Acta contra varias adversariorum, eadem ut dubia & suspecta traducentium, vel etiam ut falsa & supposititia planè reprobantium, objectiones, post Henschenium pluresque alios ejusdem Concilii insignes patronos, solidè vindicavit Cornelius Byeus in Operis nostri Tom. V Octobris à pag.* 594, *ubi lector dictum Concilium pro seculi* IX *aut* X *figmento haud habendum esse, sed verè locum habuisse probatum inveniet: in hac autem Synodo, quam anno* 346 *celebratam fuisse ei præfixæ hæ notæ Chronologicæ:* Post consulatum Amantii & Albini IV Idus Majas, *ostendunt, nominatus ac inter episcopos, qui nomine suo interfuturos miserunt, recensetur Victor Mediomatricorum, seu Metensium: duos hujus nominis Antistites vulgati probatioris notæ episcoporum Metensium Catalogi exhibent, ordine videlicet quintum & sextum. Cum igitur ex Concilio Coloniensi consectarium sit Victorem, seu primum, seu secundum, circa medium seculi* IV *Metensem Sedem tenuisse, consectarium ulteriùs fit, nec S. Symeonem nec Sambatium memoratis* II *&* III *seculis floruisse; cum in omnibus, quos consului, Metensium episcoporum Catalogis ambobus Victoribus postponantur. Ast, cum in episcoporum nomina, in Actis dictæ Synodi expressa, librariorum vel imperitiâ vel oscitantiâ errores irrepsisse ii etiam, qui vel maximè eam pro genuinâ habent, admittant, & proinde, si quis, uti non temerè posset,* Victoris Mediomatricorum *episcopi nomen erroneè ibi signatum reperiri, arguat, argumentum à Concilio Agripinensi ad figendam episcoporum Metensium Chronotaxim, petitum, elumbe prorsus fieret ac enerve, nihil esse, quod errorem hunc commissum esse magnopere suadeat, sed nomen Victoris in ejusdem Concilii Actis rectè verosimilius legi hic ostendisse juverit.*

B

C

& Sardicensi, probatur,

13 *Opinioni nostræ qua in Actis Concilii Agrippinensis Victoris nomen rectè expressum arbitramur, non leviter stabiliendæ subservit Synodus Sardicensis, quæ anno* 347, *post habitam Synodum Agrippinensem proximè sequenti, passim innectitur: missæ enim ad absentes episcopos, ut hujus Acta suffragio suo confirmarent, epistolæ Synodicæ inter Galliæ episcopos, ut videre est apud Labbeum Tom. II Col.* 679, *subscripsere duo Victores sine expressione quidem Sedium suarum episcopalium, hos tamen eosdem esse, qui in Actis Concilii Agrippinensis* Victor Vangionum, *seu Wormatiensium, &* Victor Mediomatricorum *seu Metensium nominantur, exinde persuasum habeo, quòd cætera omnia episcoporum nomina (excipe Sanctini & Pancharii, quæ frustra hìc quæres) dictæ epistolæ Synodicæ subscripta reperiantur, quæ in Actis Concilii Agrippinensis leguntur expressa; itaque, cum, si error in nomen Victoris Metensis episcopi, in Synodo Agrippinensi expressum, irrepsisset, futurum fuisse ut idem error in omnibus Concilii Sardicensis editionibus, in quibus, testante Pagio in Critica, Victor constanter legitur, repeteretur, haud sit verosimile, Victorem, qui in omnibus episcoporum Metensium Catalogis recensetur ordine quintus, cum paucos tantùm Sedis annos hujus successori cognomini iidem Catalogi tribuant, in Concilio Agrippinensi verè partem habuisse, & suffragio suo Acta Concilii Sardicensis confirmasse consequitur.*

D

soluta unâ, quæ ex Actis

14 *Aliter quidem inter majores nostros Henschenius in Commentario de S. Servatio Tom. III Maji pag.* 214 *& in exegesi historica de episcopatu Tungrensi & Trajectensi, ac etiam Sollerius in Commentario de S. Auctore Tom. II Augusti pag.* 536 *& seqq. senserunt, malè in Concilio Agrippinensi* Victorem *legi, hujusque loco* Auctorem, *qui in Catalogis Metensium præsulum recensetur post Victorem octavus, legendum esse contendentes: & profectò si Actis S. Auctoris Metensis à Paulo Diacono seculo* VIII, *& Actis S. Servatii ab Harigero, seu potiùs Herigero, abbate Lobiensi in confinio seculi* X *&* XI, *conscriptis, quæ utraque S. Servatium ex peregrinatione Romana, quam ad avertendam imminentem ex Hunnica irruptione galliis cladem Sanctus hic Tungrensis episcopus susceperat, redeuntem ad S. Auctorem accessisse, eumque de futuro civitatis Metensis excidio commonuisse produnt, atque ita duos hos Sanctos coævos faciunt, adstipulari velimus, cum præter eum, qui seculo* IV *Conciliis Coloniensi, Sardicensi & Ariminensi interfuit, alterum seculo* V *in Cathedra Tungrensi sedisse S. Servatium cum laudatis majoribus nostris non arbitremur, in dictis Conciliis partem habuisse S.* Auctorem, *non verò* Victorem, *adeoque hujus nomen falsò in iisdem expressum apparere, omninò fatendum est: ast quoniam, quæ laudatos Henschenium & Sollerium in hanc eo faciliùs, quòd communiorem tum, sed jam à plurimis eruditis rejectam, de pluribus ecclesiis in Galliis seculo* I *fundatis, sententiam sequerentur, & secundum hanc Victorem diu ante Concilium Agrippinense ecclesiæ Metensi præfuisse putarent, induxerunt opinionem, S. Auctoris & S. Servatii Acta, spectata horum ætate, magnam facere fidem haud sint nata, hæc potiùs ex sæpe dictis Agrippinensi & Sardicens*

E

F

A *Sardicensi Conciliis, quam ipsamet Concilia ex iisdem Actis corrigenda esse, meo quidem judicio, probabilius est.*

S. Auctoris 15 *Ut verò prorsus ita censeam, non parum adhuc indè moveor, quòd isthæc Pauli Diaconi & Harigeri de S. Servatio ad S. Auctorem accedente narratio non aliunde, quàm ex iis, quæ S. Gregorius Turonensis lib. II Historiæ Francorum scripsit, per meras conjecturas nata fuisse videatur: egerat hic Historiæ Francicæ S. parens citati libri cap.* V *de Romana S. Servatii peregrinatione, deque perceptâ revelatione, quâ* Apud domini deliberationem prorsus sancitum *esse*, Chunos in Gallias advenire *S. Servatius Romæ dicerat; tum relatis hujus Sancti reditu, obitu ac sepultura dictum Cap.* V *S. Gregorius finit: cap. deinde sequenti aliam narrat revelationem de S. Stephani Metis oratorio his verbis:* De quo Oratorio quæ à quibusdam audivi, narrare non distuli: ajunt enim, priusquam hi hostes venirent, vidisse VIRUM FIDELEM in visu quasi conferentem cum Sanctis Apostolis Petro & Paulo Beatum levitam Stephanum de hoc (*Metensis civitatis*) excidio & dicentem: . . . . quod si tantum facinus populi supercrevit, ut aliud fieri non possit, nisi civitas tradatur incendio, saltem vel hoc Oratorium non cremetur: cui illi ajunt, vade in pace dilectissime frater, Oratorium tantum tuum carebit incendio. *Has autem binas revelationes*

B *quarum priorem ex communi fama seu traditione S. Servatio, Romæ existenti, posteriorem verò, de qua dubitanter & ex particulari tantum quorumdam narratione loquitur, non S. Servatio, sed* Viro *cuidam* fideli, *cujus nomen verosimiliter non habuit compertum, S. Gregorius adscribit, atque ita alteram ab altera studiosè distinguit: Paulus verò Diaconus in unam confusas S. Servatio Romæ ostensas fuisse asserit, ex hac solùm conjectura, qua* VIRUM *illum* FIDELEM, *secundum mentem S. Gregorii à S. Servatio planè diversum, cui S. Turonensis antistes dictam de Metensi S. Stephani Oratorio revelationem cap.* VI *Historiæ suæ attribuerat, non alium fuisse putavit, quam S. Servatium, de cujus Romana peregrinatione, perceptaque de imminente Hunnorum in Gallias irruptione revelatione idem Sanctus cap.* V. *tractarat: huic autem semel positæ conjecturæ aliam, qua Metensem episcopum de futura Metensis civitatis clade à S. Servatio commonitum fuisse credidit, superaddere Paulo Diacono difficile non fuit; cumque præterea hic scriptor plures Hunnorum irruptiones in unam Attilanam cæteris*

C *famosiorem, cum laudato S. Gregorio Turonensi confunderet, & Attila in Galliis sæviente S. Auctorem Metensi ecclesiæ præsedisse aliunde fortè nosceret, ex mox dictis malè fundatis conjecturis facilè ansam arripere potuit S. Servatium & S. Auctorem, ætate licet disjunctos, & sub diversis Hunnorum irruptionibus viventes, consociandi.*

alteráque, quæ ex Actis S. Servatii 16 *Paulo Diacono satis consonat Harigerus, si excipias, quod ubi Diaconus ille Foro-Juliensis tam S. Servatium quàm S. Auctorem Attilanæ in Gallias irruptioni coætaneos statuat, Abbas hic Lobiensis, Attilæ disertè mentionem non faciens, ad alium anteriorem Hunnorum in Gallias ingressum, quem circa annum 384 accidisse probavit Henschenius ex verbis S. Ambrosii Maximo tyranno, conquerenti, quod* Banto comes barbaros sibi immisisset, *respondentis, quod non contra ipsum, sed* adversus Juntunghos, qui populabantur Rhætias, Hunnus accitus esset, *utrumque istum Sanctum antistitem referre videatur; cæterùm eádem, qua Paulus Diaconus duas suprà dictas revelationes, secundum mentem S. Gregorii Turonensis verosimiliter distinctas, in unam confudit, & S. Servatio adscripsit, laborat conjecturâ, eumdem de mœnibus Metensis civitatis ultrò ruentibus commentus est errorem, quo fit, ut Harigeri de S. Servatii ad S. Auctorem accessu narratio ex eodem Metensis Chronici auctore verosimiliter promanasse videatur, utque adeò rejectis hujus Chronistæ conjecturis, ruat quoque, quæ contra nostram, qua S. Servatium & S. Auctorem plurium annorum intervallo disjunctos fuisse arbitramur, opinionem ex Harigero movetur, difficultas: nec obstat quod hic Chronici episcoporum Tungrensium, Trajectensium & Leodiensium concinnator antiquiora, quæ laudat, S. Servatii Acta præ oculis habuerit, atque ex his idcircò narrationem suam texuisse videri posset, quandoquidem se eis, si tamen ipsamet sat sincera fuerint, errores aliunde haustos immiscuisse, dum ipso narrationis suæ exordio S. Servatium, in serie episcoporum Tungrensium,*

E *uti eruditi hodieque non dubitant, primum, in eadem serie decimum fuisse asserit, eidemque cœvum ex antiquis versibus, id tamen neutiquam, ut scitè observavit Dolmansius Tom.* IV *Augusti pag.* 40 *num.* 19, *innuentibus, S. Lupum, episcopum Trecensem in Campania, perperàm facit; sufficienter prodat.*

contrà movetur, difficultate, 17 *Cum igitur sic habeat, erroresque hi, quos Harigerus inter* multas à divina provisione tum temporis accensas faces, *seu inter multos SS. Viros ecclesiarum regimini tum temporis, quando videlicet, ut præmiserat,* S. Servatius ecclesiæ Tungrensi, præsidebat decimus *atque hic Sanctus* quærebat pro barbarica irruptione fieri reconciliatio, *præpositos, S. Lupum recensens, atque ita hunc antistitem, Attila Gallias depopulante, Trecensem ecclesiam indubitatè moderantem, S. Servatio æqualem statuens, committit, ab antiquioribus S. Servatii Gestis, si hæc sincera fuerint, abfuerint, & proinde aliunde ab hoc auctore in suam de S. Servatio lucubrationem sint illati, ipsam quoque de S. Servatio ad S. Auctorem accedente narrationem Harigerum aliunde, & quidem ex Pauli Diaconi Chronico mutuasse, errores, quos num.* 15 *notavimus, utrisque communes admodum verosimile efficiunt, præsertim, cum in præfixa Operi suo Præfatione, se Leodiensis* Sedis Pontificum tempora & gesta, quæ undecumque potuere corradi, ad *sua* usque tempora collegisse, *palàm faciat, : atque hinc ulteriùs, quemadmodùm ea, quæ Paulus Diaconus de S. Auctore, à S. Servatio, Româ redeunte, de imminente Metensis civitatis clade commonito, comminiscitur, incertis, ut antè observavimus, videntur inniti conjecturis,*

AUCTORE C. G.

incerta quoque esse & dubia, quæcumque Harigerus de S. Servatio ad S. Auctorem accessu memoriæ prodit, consequitur. Neque hæc minùs falsitatis suspecta forent, etsi etiam, secùs ac opinamur, ex Pauli Diaconi Chronico ab Harigero haud essent deprompta: præterquam enim quod hic scriptor plurima, à veritate longissimè devia, uti eruditis hodieque passim notum est, in litteras miserit, atque etiam in rebus, S. Servatii ætate posterioribus sit hallucinatus, à SS. Servatii & Auctoris episcopatu tot seculis vixit remotus, ut quæ de hisce SS. episcopis scribit, nisi sat firmo antiquiorum monumentorum testimonio confirmari queant, sint vel parvi dumtaxat in pretio habenda, vel etiam prorsus contemnenda; atque ita modo fit, ut ex incerto & dubiæ admodum fidei Harigeri testimonio S. Servatium & S. Auctorem Synchronos fuisse, & idcircò hujus posterioris nomen, Victori, *in Conciliis Agrippinensi & Sardicensi expresso, substituendum esse, evinci nullatenus possit.*

floruerit.

18 *Sane nec Harigeri nec Pauli Diaconi authoritas remorata est Sigebertum Gemblacensem, ne hic scriptor, quem exarata ab eis Chronica verosimiliter non latuerunt, SS. illos Metensem & Tungrensem episcopos ætate disjungeret ad annum* 453 *de Attilana clade ita scribens :* Auctor episcopus captivatur & *proximè subjungens :* Hoc excidium Galliis impendere Servatius Tungrensis longè ante in spiritu prævideratt, & Romæ à Petro apostolo hoc judicium Dei inevitabile fore didicerat : *igitur etiam, cum inter hujus Tungrensis episcopi Româ reditum & Sanctum obitum parvum admodùm temporis intervallum intercessisse ex S. Gregorii Turonensis Historiæ Francorum citato lib.* II *cap.* V *sufficienter pateat,* longe ante *hoc excidium, quod, ut laudatus Sigebertus innuit,* longe ante *prævidit,* & longe ante . . . . Romæ . . . . inevitabile fore *didicit, adeoque etiam* longe ante, *quam S. Auctor ecclesiæ Metensi episcopali munere præsideret, anno videlicet* 384, *circa quem annum initium habuisse videntur prænuntiatæ Galliarum strages, S. Servatius vivere desiit : atque ita quidem S. Servatium & S. Auctorem ætate fuisse disjunctos, ut prior circa memoratum annum* 384, *quem ei emortualem ex Wendelino Henschenius assignavit, obierit, posterior vero sub illatam ab Attilâ circa annum* 451 *Galliis stragem, uti docet laudatus Sigebertus ac etiam Paulus Diaconus, quamvis erroneè S. Servatium ad idem tempus referat, vixerit, & proinde à vero aberrasse Harigerum & Paulum Diaconum, qui eos consociarunt, persuasum mihi habebo, donec vel Valesii sequaces ex certioribus monumentis Servatium quemdam secundum circa medium seculi* V *in cathedra Tungrensi sedisse ostenderint, vel donec, ut Henschenius posuit, S. Auctorem & S. Servatium seculo* IV *coævos fuisse, majori quam Pauli Diaconi & Harigeri authoritate, quæ, spectatis hactenus hoc* § *dictis, magnopere officere nequit, quominus Victorem eodem seculo* IV *in Conciliis Agrippinensi & Sardicensi verè partem habuisse, uti omnia utriusque Concilii exemplaria demonstrant, verosimillimum maneat, probatum detur.*

ex quo sequitur, S. nostrum circa annum 320 *verosimiliter obiisse.*

19 *Jam vero quoniam Victor in serie episcoporum Metensium quintus anno* 346, *ut hujus nomen sæpe dictis Conciliis Agrippinensi & Sardicensi subscriptum ostendit, ecclesiæ Metensi præsederit, patet enormiter hallucinatum fuisse Chronistam Metensem apud Acherium, dum S. Symeonis obitum circa finem seculi* II, *& Sambatii hujus proximi successoris circa initium seculi* III *collocavit, : non immeritò itaque reliquam ejus Chronotaxim, cum annos primorum illorum antistitum pro arbitrio assignasse, eosque immodicè auxisse videatur, ut primum ejusdem sedis episcopum S. Clementem ad apostolorum tempora reduceret, rejicimus, eamque rectiùs hoc modo ordinamus, ut novem Metensis ecclesiæ præsules S. Auctorem Attilæ coætaneum inter & S. Sperum seu Hesperium Concilio Claromontano, anno* 535 *habito, subscriptum medii spatium* 80 *circiter annorum impleverint : spatium vero, quod reperitur inter annum* 451 *&* 347, *sufficiens est, ut eo tempore sedere potuerint partim S. Auctor & S. Victor & inter hos* 8 *posterioris successores. Porro cum à S. Victore usque ad Sanctum nostrum* Cælestium *duo tantum episcopi numerentur medii, SS. videlicet Patiens & Felix, detur his singulis decennium, Sancti nostri episcopatus longè ab apostolorum temporibus removendus erit, ejusque obitus circa annum* 320, *cui calculo adhærere etiam videntur Galliæ Christianæ auctæ auctores tom.* XIII *col.* 679, *quem tomum postquam hic Commentarius prelo jam paratus esset, nacti sumus, collocari poterit.*

DE S. DONATIANO EPISCOPO RHEMENSI CONF. BRUGIS IN FLANDRIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Sancti frequens in fastis sacris memoria : reliquiæ Rhemis in Flandriam translatæ : apud has inventæ Ebonis archiepiscopi Rhemensis litteræ impugnatæ.

S. D.

SENESENTE SECULO IV.

frequens sancti apnd Martyrologos

ANono æræ *Christianæ seculo, quo corpus S.* Donatiani *Rhemis urbe Galliæ notissima ad secundam Flandriæ metropolim, ubi colitur hodie, Brugas translatum fuit, celebrari adeò cæpit hujus sancti præsulis tam apud Gallos, quàm Flandros finitimosque populos memoria, ut non tantùm in recentioribus Usuardi apud Sollerium auctariis, Florario nostro MS, aliisque fastis sacris, verùm etiam in vetustioribus MSS. codicibus, ipsoque Martyrologio Romano vulgari locum sibi meritò vindicaverit. Agmen ducat Centulensis seu monasterii S. Richarii codex, qui in Sancti annuntiatione nonnihil prolixior est, atque hodiè sic habet* : Eodem die festivitas S. Donatiani septimi Rhemorum episcopi, cujus corpus in castro Brugensi magnæ reverentiæ habetur. *Pauciora, ut dixi, habent alii codices licet antiquiores & Martyrologia recentiora, si excipias Parisiense ad diem* XII *Octob. & Gallicanum Andreæ Saussayi, quod, cum latiùs more suo vela hìc explicet, simulque lectorem ad agitandarum mox controversiarum notitiam manuducat, haud abs re duxi verbatim recitare, ut sequitur* : Ipso die XIV *Octob.* Sancti Donatiani Remensis metropolis episcopi & confessoris. Qui ortu Romanus, filius Cornelii & Lucinæ, primam ætatem divinæ sapientiæ studiis exornavit. Obque virtutum Christianarum dotes ablegatus in Galliam ad religionem promovendam, & animas incolarum excolendas, sancto Materniano Remensi archipræsule ad Sedes beatas ascendente, selectus in ejus vicem, ecclesiæ illius nobilissimæ gubernacula ab anno Christi trecentesimo sexagesimo ad annum usque trecentesimum nonagesimum laudabili moderamine direxit.

præsertim

2 Demumque rerum admirabílium cælestiumque virtutum splendore coruscans, filius lucis, pacisque parens, & pietatis atque justitiæ egregius sator & cultor, cursu egregiè confecto, ad coronam emeritam properavit. Cujus tumulum miracula inde ingentia illustrarunt. Ob quæ cælestis gloriæ insignia, ut potens opitulator, à Balduino Ferreo Flandriæ marchione expetitus est, quatenus sacrorum ejus pignorum præsidio tota hæc regio Oceano vicina adversus Danos, Normannos, ceteramque Aquilonis barbariem muniretur. Annuente igitur Carolo Calvo Francorum rege, ab Ebbone archiepiscopo Remensi sacratissimum ejus corpus in scrinio conditum pretioso, Brugas ad ipsum Balduinum dono transmissum est : hoc cum monitu, ut ab eo congrua devotione observaretur : cum jam pridem comprobatum esset, virum miræ sanctitatis, pium exauditorem, & promptissimum apud Deum intercessorem se consuevisse præbere tam secularibus angustiis occupatis quàm peccatorum nexibus detentis. Igitur ab ipso principe magna cum devotione suscepto tanti cælitis corpore, in basilica sanctæ Mariæ collocatum est eximio cum ornatu. Radiavit autem illìc beatusHospes tot prodigiis, ut ædem sacram tandem suum in patrocinium, & titulum vendicarit, tantaque replevit meritorum glorià, ut demum ob claram ejus ibi memoriam ipsam ecclesiam Paulus papa IV in cathedralem erexerit, quæ etiamnum hujus beati nuncupatione pollet, perpetuisque præsidiis gloriatur.

Saussayum memoria,

ejusdemque ab episcopis synonymis Catalaunensi

3 *Quominùs verò recitata Saussayi verba, quæque alii de Sancti nostri translatione ac gestis scripsere, mox criticè percurramus, nonnihil morantur nos Baronius & Tillemontius, quorum hic Monumentt. ecclesiast. tom.* X *pag.* 463 Donatianum *nostrum à Catalaunensi ejusdem nominis fortè haud distinguendum arbitratur, ille verò, cum Cabilonensi itidem Synonymo confusum à nonnemine fuisse, in suis ad Martyrologium Romanum Notis ad hunc*

AUCTORE S. D.

hunc diem affirmat. Verùm ea, quæ Tillemontium movit ad id opinandum, ratio haud adeò fundata est, quantùm quidem hic auctor credidit; nam multò probabilius est, S. Nicasium, qui tertius fuit Sancti nostri successor, esse occisum circà annum 407 à Wandalis, quàm, quod putavit Tillemontius, anno 451 ab Hunnis, ut satis solidè contrà eumdem Tillemontium Pagiumque probatum reperies à Joanne Stiltingo nostro in Sylloge sua de S. Viventio, Donatiani *successore, ad diem* VII *Septemb., vel hoc unico argumento, quòd ea Wandalorum irruptio, in qua coronatus est S. Nicasius, referatur in epistola ad Ageruchiam à S. Hieronymo, diu ante annum* 351 *vitâ functo : unde nec potuit Sanctus noster circa annum* 410, *quod suspicatus fuit Tillemontius, utrique ecclesiæ Rhemensi videlicet & Catalaunensi præesse, sed quartus tantummodò ejus successor Baruc seu Barucius. Nec Sollerius, dum S.* Donatianum *Catalaunensem ad diem* VII *Augusti intulit in Opus nostrum, dubitavit, nec cuipiam alteri, qui S. Memmii Catalaunensis gesta ab eodem Sollerio ad* V *Augusti diem illustrata pervolverit, dubium fore arbitror, quin noster à Catalaunensi alius omninò fuerit.*

A

B

& Cabilonensi distinctio.

4 *Quòd verò spectat ad Cabilonensem, qui, quod Concilio Agrippinensi, anno* 346 *habito, subscriptus legatur, primus à plerisque indigitatur Cabilonensium præsul, tametsi hunc Baronius loco sup. cit. cum Rhemensi nostro nonneminem confudisse scribat, operæ tamen haud pretium est, ut propter unius alteriusve ignoti assertum, nostrum ab eo distingui debere operosiùs demonstremus ; patebit enim ex iis, quæ dicturi sumus § ult., Concilium istud Agrippinense Sancti nostri pontificatum satis diu præcessisse. Quare non alteri quàm Rhemensi ecclesiæ* Donatianum *nostrum præfuisse certum rati, modò ad primam corporis translationem, quam celebrior Sancti in ecclesia cultus Actorumque inquisitio subsecuta fuere, calamum quoque transferimus. Meminit celeberrimæ hujus translationis primus, qui suppar vixit, Flodoardus Hist. Rhem. lib.* I *cap.* 5 *his verbis :* Hinc (*post S. Maternianum*) Donatianus extitit episcopus : cujus etiam pignora maritimas in partes episcopii Noviomagensis vel Tornacensis perlata, vario signorum memorantur splendore decorata. *Plura de eo Molanus in natal. SS. Belgii, Surius, aliique recentiores ad hunc diem. Quo vero tempore hæc translatio fuerit peracta, definiri vix posset, nisi lucem ministrassent Ebonis archiepiscopi Rhemensis litteræ, quæ apud corpus S.* Donatiani *anno* 1096, *dum de antiqua in novam thecam transpositum fuit, à Berthulpho Brugensis capituli tum præposito, primùm fuere inventæ, & unà cum corpore in novam thecam repositæ.*

C

corpus quando sit in Flandriam delatum, etsi litteræ Ebonis archiep. Rhem. Brugis nobis missæ

5 *Edidere litteras hasce Molanus in Natal. SS. Belgii ad hunc diem, Miræus in Codice Donat. piar. cap.* XVI, *Surius, aliique non pauci ; sed cum sensum integrum, quem hi addidere, desiderari cernerem in MS, quod præ manibus est, apographo Codicis Cann. Regular. S. Martini Lovanii, piscari in ipso fonte malui, litterasque dedi ad eruditissimum amplissimumque dominum Wilhelmum Joris S. T. L, & Cathedralis ecclesiæ Brugensis Canonicum Graduatum & archipresbyterum, qui pro suo in sanctum Tutelarem amore ac studio precibus nostris longè majora unà cum universo S.* Donatiani *capitulo præstitit ; nam adjunctis sibi Sociis RR. DD. Ludovico Alberto Caytan ejusdem ecclesiæ Canonico, & Joanne Herdies Canonico itidem ac Secretario, non modò perscrutatus fuit episcopalis curiæ & capituli archiva, verùm etiam ex horum codice antiquo, in pergameno integrè conscripto & actis capitularibus apographum nobis sanè perutile ipsemet Brugis adveniens in Museum nostrum ultrò detulit, tam sua quàm prædictorum subscriptione testatus, traditum ecgraphum cum authographo per omnia concordare.*

D

6 *Dicti itaque Codicis auctor rem, prout anno superiùs dicto contigit, litterasque Ebonis ita exhibet :*

atque hìc recitatæ,

Translatio Sancti Donatiani.

AB incarnatione Domini anno millesimo nonagesimo sexto : VIII Idus Januarii regnante Philippo in Francia, episcopante Rabodone, Roberto Marchione Roberti Jherosolimitani filio, Berthulpho præposito (*de his vide Appendicis num.* 4 *Annott.* l, m, n, o) translatum est corpus Sanctissimi Patris nostri Donatiani Confessoris Christi : septimi Remorum archiepiscopi : de scrinio in quo diu requieverat : in aliud summo ingenio, opere artificioso & omni diligentia ei paratum à suis in hac ecclesia ministrantibus canonicis.

E

Et subscriptæ litteræ sunt inventæ in priori scrinio cum corpore :

» Ego Ebo indignus Remorum archi-
» episcopus hunc thesaurum super aurum &
» gemmas pretiosum tibi, gloriose marchio
» Balduine : nostrorum consilio clericorum
» transmitto : Donatianum scilicet septimum
» nostræ Sedis episcopum miræ sanctitatis
» Virum, pium exauditorem & promptissi-
» mum apud Deum intercessorem : tam secu-
» laribus angustiis occupatis : quàm peccato-
» rum sceleribus detentis. Quod nostris & an-
» tecessorum nostrorum temporibus miracu-
» lorum insignibus satis evidenter compro-
» batum est. Ejus Sanctique Remigii : ac
» innumerabilium Sanctorum vitæ scripta :
» Wandalorum vastatione scias esse deleta.
» Hunc attestatione divina tuæ fidei com-
» mitto : quatenus eum divino servitio in
» quantum vales honorifices & secularibus
» dites. Vale dilectissime in Domino. » *Celelebrata olim à Brugensibus fuit prima translatio eo, quo contigit, die* VI *Januarii, seu Epiphaniæ Domini, sicuti alia, quæ posteà contigit, ab iisdem hodiè colitur* XXX *Augusti.*

F

quæ denuo an. 1565 *in reliquiarum transpositione*

7 *Porrò eædem hæ litteræ anno Domini* 1565 *à Petro Curtio Brugensium protoëpiscopo denuò fuere repertæ, prout Acta capitularia Cathedralis ecclesiæ testantur, rem, ut contigit, sic referentia :* Jovis XI Octobris tempore missæ animarum, dominis in sacrario congregatis, domino decano præsidente, deliberato super ceremoniis servandis in translatione

A latione cistulæ lignææ cum corpore seu ossibus Sanctissimi Patris & Patroni nostri Donatiani in novum feretrum argenteum pro nunc existens in sacristia, ordinatum fuit, quod sabbatho proximo pridiè solemnitatis Sancti Donatiani sub horam primam ante vesperas dicta cistula transferatur & transponatur per episcopum Brugensem ad hoc & celebrationem requirendum, omnibus habituatis chorum frequentantibus ad hoc etiam convocandis, ut sic ex dicto sacrario per ostium versus navim ecclesiæ in chorum processionaliter deferatur, & Vesperæ confestim incipiantur, cum pitantia (*portione quadam fructuum*) in depositione feretri ab antiquo distribui consueta, prout omnia sic facta fuere dicto Reverendissimo cistulam feretro imponente, & primas Vesperas tantùm in pontificalibus celebrante.

repertæ fuerunt, lectæque,

8 Et in prædicta cistula corpus sive ossa Sancti Donatiani continente reposita fuit cedula (*scedula*) ibidem priùs inventa ac alia noviter concepta tenoris subsequentis : » » ab incarnatione domini anno millesimo » quingentesimo sexagesimo quinto mensis » Octobris die decima tertia, regnante His» paniarum rege Philippo Caroli quinti Ro» manorum imperatoris filio comite Flan» driæ &c. episcopante Petro Curtio primo » episcopo Brugensi, ecclesiæ cathedralis
B » præposituram obtinente, translata est per » eumdem episcopum cistula cum corpore » sanctissimi patris nostri Donatiani con» fessoris Christi, septimi Remorum archie» piscopi, de scrinio ligneo antiquo & de» trito, in quo diu requieverat, in aliud » argenteum, ponderis ducentarum viginti » septem marcarum, summo ingenio, opere » artificioso & exactissima curâ ac diligen» tiâ ei parari & extrui procuratum, à suis » tunc in hac ecclesia residentibus & sibi » ministrantibus decano & canonicis, utpo» te venerabilibus dominis Nicolao Tordo» mar decano, Jacobo Kervyn cantore, » Georgio de Vriese scholastico, Alexandro » Barradot, Marco Antonio Moscron, Fran» cisco Fiers, Gherardo Bachusio, Joanne » Hectvelde, Francisco Ghaele, Petro Par» do, Cornelio Claysshe, Joanne Reffert, » Francisco Heede, Nicolao de Heere, Li» vino Westerlyne, Antonio Robyn, Ar» noldo Woelaert, Jodoco Lambrecht, Jo» doco Baersdorp, Jacobo Hueriblock, Joan»
C » ne Brant, Antonio Monachi, Jacobo Pa» mele, Laurentio de Molendino, Silves» tro Veerse, Jeronimo de Boodt, & Fran» cisco Cordier » & litteræ præsentibus affixæ in priori scrinio ligneo fuerunt inventæ tenoris subsequentis : » incarnatione do» mini » &c, *ut suprà num.* 6 *cum unica hac discrepantia, quod hìc scribatur* Baldawine, *ibi verò* Balduine, *quod nobis perindè est.*

edocere possent, cum tamenimpugnentur à Meyero,

9 *Servavere eumdem tenorem, qui litteras hasce edidere, ad unum omnes; unde in MS. Codice cann. regg. S. Martini Lovanii malè omissa reor hæc verba* : Ejus sanctique Remigii, ac innumerabilium Sanctorum Vitæ scripta Wandalorum vastatione scias esse deleta. *Sed priusquam litteras illas stabili-*

endæ qualicumque chronotaxi adhibeam, venit priùs examinandum, num nativæ ipsius Ebonis fuerint, num suppositiæ sint aut suspectæ fidei. Posterioris esse generis censuere scriptores Galliæ Christ. auctæ tom. IX *col.* 5, *Guilielmus Marlotus, aliique pauci, quorum rationes ex sequentibus ejusdem Marloti verbis Hist. Metrop. Rem. lib.* I *cap.* XXX *ità accipe*: Hanc, *inquit*, translationem sub Hincmaro (*Ebonis successore*) contigisse necesse est, alioquin Chronologia non rectè cohæreret, cum Ebo ad Balduini tempora non pervenerit, qui inauguratus dicitur à Meyero, & tamquam comes ad fidem receptus anno 863, ut adversus Danos, & omnem Septentrionalem barbariem perpetuus foret regni Galliarum propugnator, Ebonis autem ante Balduini fortè natalem à sede suâ pulsi, referatur obitus ad annum 855. unde fit, ut prædicta Ebonis epistola ad Balduinum, quam Molanus & alii suis intexuerunt Chronicis, ob id primùm valdè suspecta sit, deinde quod falsò in ea dicatur, tam Remigii quàm Donatiani, & aliorum gesta Wandalorum vastatione fuisse deleta, cum Wandalorum imò & Hunnorum in Gallias irruptio Remigii ætatem longè præcesserit.

AUCTORE S. D. D

hujus contextus, nobis in speciem contrarius,

10 *Atque hæc sunt Marloti sequaciumque palmaria argumenta, quibus contendunt Ebonis litteras suspectas reddere vel supposititias; verùm quod primum spectat, seu peractam eo anno Balduini Ferrei inaugurationem, facilè ex eodem Meyero, si huic per omnia stare velit Marlotus, responderi potest; tametsi enim ante annum* 863 *amplissima illa, quam demum circà hunc annum à Carolo rege accepit, ditione Ferreus haud fuerit gavisus, scribit nihilominùs ad annum* DCCCXXXVII *idem Meyerus, mortuo Odacro* Flandrarum (*sic eum vocat*) præfecto *Balduinum Ferreum hoc eodem anno successisse, in Flandriæ nimirum comitatu, qui eo tempore parvis limitibus inclusus, non alius ferè erat ab hodierno Brugarum territorio, sive eo Flandriæ tractu, qui terra Franca seu Franconatus, vulgò* het Vrye *nuncupatur, ut satis clarè deduci potest ex Actis S. Anscharii ad diem* III *Feb. ab Henschenio illustratis, è Caroli Calvi & Ludovici Pii Capitularibus, ac diplomatibus, quæ longum foret enumerare. Huic ergo maritimo tractui, Flandra id temporis dicto, jam ab anno* 837 *præfectum fuisse Balduinum Ferreum, primus quidem Meyerus tradidit, sed quem secuti fuere Oudegherstius Annall. Fland. cap.* XVI, *Malbranquus de Morinis tom.* II *lib.* V *cap.* LXIII, *Antonius Sanderus Fland. illustratæ tom.* I *pag.* 27, *factaque est hodie communis ferè apud eruditos opinio, fundata non modò in nudo Meyeri asserto, sed in ipsis Ebonis litteris, quæ eò sanè magis tam à puritate quàm ab antiquitate merentur commendari, quod anno* 1096 *&* 1565 *repertæ fuerint ejusdem per omnia tenoris, quæque adeò Marloto suisque, ut eruditis quibusvis, non scopulo, sed potiùs argumento esse debuissent, Balduinum Ferreum, dum huic Ebo scribebat, reipsà tenuisse Flandriæ præfecturam :* Constat enim, *inquit pag.* 4 *Suppl. Diplom. cap.* 2 *Mabillonius*, Senatusconsultis, omniumque rectè sentientium judi-

AUCTORE S. D.

cio, ea (*instrumenta antiqua*) sincera & legitima esse reputanda, quorum falsitas nullis certis, indubitatisque argumentis evinci potest.

A

hinc pensata Hincmari, Iperii, biographi S. Winnoci, & Chronici S. Bavonis,

11 *Quod itaque Meyerus anno demum* 863 *Balduinum Ferreum inauguratum, regnique Francorum comitem appellatum esse perhibeat, id ita accipesis, ut Ferreus, qui eò usque præfuerat soli Flandræ comitatui, post initam cum Carolo pacem, ductamque ejus filiam in conjugem, non tantùm Flandram ipsam, quâ pellere eum rex ob raptum filiæ suæ nisus fuerat, sed universam insuper, uti creditur, Oceanum inter, Samonam, Scaldimque sitam & à prima Flandra postmodùm denominatam regionem, dotis nomine ab eodem rege obtinuerit. Verùm an nihil ultrà Balduino præstitit Carolus? Hincmarus archiepiscopus Rhemensis scriptor synchronus apud Flodoardum Hist. Rem. lib.* III *cap.* XII *Nicolao* I *Pontifici sic scribit :* Dominus etiam noster rex . . honorem Balduino pro vestra solummodò petitione donavit, *post celebratas nimirum Antissiodori cum juditha nuptias.*

B

Joannes Iperius in Sithiensi S. Bertini Chronico apud Marteneum tom. III *Anecdot. col.* 519 *ad annum* 862 *ita loquitur :* Rex prædictus (*Carolus*) ob amorem & honorem filiæ suæ Judich, Balduinum comitem Flandriæ auctorizabiliter instituit, eumque, heredes & successores ejus perpetuò comites nominari mandavit. *In Actis S. Winnoci abbatis Wormholtensis, quæ sec.* III *Benedict. part.* I *à pag.* 304 *à Mabillonio edita sunt, cap.* XV *sic legitur :* Karolus cognonomine Calvus Francorum in sceptris imperium agebat, Baldewinus ejusdem gener monarchiam Flandriarum gloriosè pollebat. *Chronicon S. Bavonis citatum à doctissimo Lesbroussartio in suis ad Oudegherstium notis tom.* I *pag.* 125 *ad annum* 867 *hæc habet :* Carolus Calvus . . . fecit eum (*Balduinum*) comitem, ut Flandriam in perpetuam hæreditatem obtineret, & omnes villas circà Samonam fluvium, ut putà Atrebatum, Hesdinum, Bapalmas, Morinum, Aream, & sanctum Audomarum.

C

inde Diplomatum Caroli Calvi, Car. Simplicis,

12 *Annè ergo rex Carolus ut hæreditario ita & proprio jure Flandriam Balduino regendam tradidit? Aliudve sibi haud reservavit nisi feudale servitium? Fateor, satis apertè id insinuare citata monumenta; nec dubium, quin rex, ubi jam Ferreo, filiæque suæ Nicolai operâ reconciliatus erat, ad ejusdem Pontificis preces concesserit ei amplius aliquid, tum ut caram sibi filiam regio more dotaret, tum ut Balduinum, cujus ferreum brachium timebat, à regni hostibus abstraheret, & sibi arctiùs devinciret. Verùm quandoquidem minimè constet, quid per honores Balduino à rege donatos designare voluerit solus auctor contemporaneus Hincmarus, aliaque antiquiora imò synchrona monumenta aliter se habeant, aliud quoque apparet dicendum : si enim spectaveris ejusdem Caroli Diploma anni* 877 *pro abbatia marchianensi in comitatu Atrebatensi apud Miræum notit. eccless. Belg. cap* XLI, *invenies ita de rebus, jam intra comitatus Balduini limites sitis, adhuc disposuisse Carolum, ac si directè sibi subjacerent; unde Henschenius in Comment. præv. ad Acta S. Adalbaldi ad diem* 11 *Feb.* § III *rectè intulisse videtur, loca illa* adhuc regno Caroli mansisse subjecta, non Balduino Ferreo, Flandriæ marchioni, illius genero attributa. *Quin etiam per aliud Diploma anni sequentis pro capitulo Tornacensi in nova collect. Miræi tom.* III *part.* I *cap.* VIII *confirmat idem Carolus dicto capitulo* mariscum (*paludem*) unum in pago Flandrensi. *Ità pariter Carolus Simplex ibidem part.* II *cap.* XIII *Diplomate anni* 899 *confirmat possessiones monasterii Elnonensis* in curtriaco, Mempisco, & Flandris, *nulla Flandriæ comitum facta mentione.*

D

13 *Quod verò citata S. Winnoci Acta attinet, conscripta circà medium seculi* XI, *tametsi in hisce tàm Balduinus Ferreus, quàm hujus filius Balduinus Calvus dicantur Flandriæ (vide num.* 18 § *seq.) monarches, quàm parum tamen Calvo licuerit, luculenter docet caput sequens* XVI, *quod hæc habet :* Successu intereà temporum surrexit in Flandria optimum inter millia caput Baldewinus cognomine Calvus . . . qui suspicione irruptionis adversæ partis, quæ jam post longum furorem vix quieverat, ductus, fines Flandriæ facilè usque ad id temporis accessibiles, & pervios hosti castris munierat, omnique in reliquum impugnationi clauserat. Tunc etiam locum Bergas dictum præsidio placuit munire . . . animo insuper quidquam honestè utile & utiliter honestum concepit, quod tam honestè quàm utiliter opere perfecit, sacrosanctum videlicet corpus B. Winnoci illò transferre . . . tenebat ea tempestate sceptra Francorum rex Karolus (*Simplex*) . . . quem præfatus Flandriarum monarches adiens (habuit enim apud ipsum plurimum posse) consilium animi sui regis roboravit consilio, & magnificavit privilegio. Nam mox ut animum regis super præfati loci mentione * convenit, proprii se voti compotem invenit : quia super eodem loco privilegium regale facilè obtinuit, affectusque sui effectum auctoritate regia promeruit. Tunc demum Sithiu perrexit ire, quò jam (ut diximus) timore hostili sacrosancti Winnoci membra contigit transferri. Et licet qua arte poterant obnitentibus Audomaricolis, sacrosanctum corpus abstulit, & ad locum Bergas, quo destinaverat, transtulit : quem jam regali & privilegio & munificentia (ut diximus) adeò ditaverat, ut cum Flandria honestam sui partem hodieque habeat.

ejusdemque S. Winnoci biographi

** fortè meliùs :* munitione.

E

F

14 *Vides itaque, non tantùm non licuisse Balduino Calvo sanctorum lipsana transferre, sed nec oppida aliave loca munire sine expresso regis Caroli consensu : & quidem quod attinet Sanctorum corporum translationem, audi canonem LI. concilii Moguntiaci, jussu Caroli Magni anno* 813 *habiti :* Deinceps verò corpora Sanctorum de loco ad locum nullus præsumat transferre, sine consilio principis vel episcoporum & sanctæ synodi licentia. *Igitur Calvus consulendo Galliæ regem, hunc uti dominum suum ac principem satis apertè recognovisse videtur. Vides pariter è citatis anteà monumentis, disposuisse reges Franciæ de terris, Ferrei ejusque filii comitatui jam annexis, ut proprio jure ad se pertinentibus :*

auctoritate, explicatur.

A *pertinentibus : unde cum nec ullum comitum Flandriæ sigillum nec diploma ante Arnulphi Magni tempora investigare valuerit impigerrimus illorum conquisitor Olivarius Vredius, satis certum apparet, Balduinum Ferreum & Calvum ejus filium tam Flandriam propriè dictam, quàm additas pòst à Carolo ditiones non aliter fere quàm regis nomine administrasse : adeò ut honores, quos Balduino præstitos Hincmarus ait, haud aliud fuerint, quam comitatûs Flandriæ, quo eum rex privaverat, recuperatio, titulus comitis regni, & jurisdictionis, quam suprà è Meyero descripsimus, ampliatio. Sic enim & Dadinus pag.* 18, *ad marginem citans Aymoïni continuatorem lib.* 5 *capp.* 27 *&* 37, *refert, eumdem Carolum dedisse honores Gerardi comitis Bituricensis Bosoni Richildis conjugis fratri ; Ludovicum item Balbum honores Bernardi Gothiæ marchionis divisisse, quales etiam nec alios intellexisse Hincmarum, vix dubium reor.*

§ II. Vindicatæ Ebonis litteræ : ex iisdem hausta tranſlationis epocha.

B

Aliud, quod è Caroli Calvi Capitularibus,

EXplicato jam, *quem Ebonis litteris opposuit Marlotus, Meyeri textu, transeo ad ejusdem Caroli Calvi Capitulare anno* 853 *de Missis Dominicis apud Silvacum editum, tum ut parvi antiquæ Flandriæ limites denuò innotescant lectori, tum (qui mihi scopus est) ut occurram alteri argumento, quod ex eodem deducere adversarii possent. In hoc itaque apud Miræum lib.* 1 *Donat. Belg. cap.* VIII *è Sirmondo, & apud Steph. Baluzium tom.* II *col.* 68 *num.* III *dicuntur* Immo episcopus *Noviomagensis seu Tornacensis*, Adalardus abba (*non Corbeiensis, ut asserunt Vredius & Miræus, qui tum obierat, sed Sithiensis vel S. Bertini*) Waltcaudus, Odelricus missi in Noviomiso, Vermendiso, Adertiso, Curtriciso, Flandra, comitatibus Engilramni, & in comitatibus Waltcaudi. *Intulit hinc Vredius Hist. Fland. part.* 1

C *pag.* 494, *quinque recensitos hìc comitatus reipsà pertinuisse ad Engilramnum, huncque eumdem existimavit cùm Ingelranno seu Inghelramo illo, quem Flandrensia Chronica filium fuisse Lydrici Harlebecani & post hunc Flandriam rexisse, constanter perhibent. Cumque Engilramni nomen subscriptum legeret sacramento, Carolo regi apud Carisiacum anno* 858 *præstito, ultrò putavit idem Vredius, eumdem semper Ingelramum non tantum usque ad mox dictum annum fuisse superstitem, verùm etiam ab anno* 853, *occiso à Nortmannis Nithardo, Franciæ maritimæ ducatum obtinuisse, hac ductus ratione, quod in citato Caroli Calvi capitulari videantur eidem attribui quinque comitatus. Quod si vera sit hæc Vredii opinio, pace ipsius inferri potest, hunc Inghelramum ante annum* 853 *non nisi comitem extitisse ; sed cujus, inquies, territorii ? Juxtà ipsum Vredium certò Flandriæ propriè dictæ, cujus marchionem cum circà annum* 840, *ut probabitur, vocet Ebo Balduinum Ferreum, concludere possunt adversarii, Ferreum circà id tempus Flandriæ marchionem reverà haud fuisse, imò fortè nec natum, ac propterea Ebonis litteras reddi valdè suspectas.*

AUCTORE S. D. D

16 *Extricaturûs hac sese difficultate Vredius tom. cit. pag.* 499 *hanc init viam :* Nunc vero, *inquit*, ad Ingelramum nostrum Flandriæ & Curtriciſi comitem revertamur, credibile omninò est, eum Cortraci aut Harlebecæ ferè commoratum fuisse, præsertim invalescente jam ætate, ac filio suo Balduino Ferreo juveni imperterrito, & fortissimi brachii, unde nomen accepit, Flandram omnem, quæ non Brugensem tantum, sed & Furnensem, & Bergensem, & Burburgensem districtum continebat, adversus Normannorum impetum vice sua defendendam, jam dudum ab anno 840 commisisse, eumque esse Balduinum illum marchionem ad quem, in Brugensi castro potissimùm residentem Ebo Rhemensium episcopus sacrum D. Donatiani corpus transmisit &c. *Verùm si adeò jam invalesceret Inghelrami ætas, ut otio magis quàm imperio congrueret, eritne ergò credibile, eum post tredecim annos, ut pag.* 494 *Vredius opinatur, creatum ducem universæ maritimæ Franciæ ? Sed neque hæc Vredius probare ullatenus valuit. Cernens insuper, adversari sibi Flandriæ Annales, qui unanimes tradunt fuisse Audacrum Ingelrami filium & Balduini Ferrei patrem, hunc è Genealogia comitum Flandriæ expunctum vult, pag.* 509 *ità scribens :* Conjicio confictum esse nomen è cura custodiæ maritimæ, dum exhortando custodes, sæpius pronuntiant : » Houd » vel Haud u wacker » quod nobis significat » vigilem te tene » unde natum Odacer & Audoacer, Ingelrami, seu Balduini agnomen, nataque fabula de Odoacro, Audoacro, seu Audacro, Ingelrami filio, Balduini patre. *Non immeritò sanè hoc nominis etymon conjecturam appellat ipsemet Vredius ; sed antequam plura de hisce dicamus, reverti lubet ad citatum capitulare Caroli Calvi, dictumque huic apud Carisiacum jusjurandum, utpote palmaria Vrediani systematis fundamenta.*

quodque Vredium pressit,

E

F

17 *Capitularis quidem contextus tametsi Vredio, quique ei subscripsit laudato superiùs Lesbroussartio satis appareat evidens, nihilominùs pace horum scriptorum dixerim, ita explicari posse, ut, sicuti quinque recensiti comitatus à comitatibus Waltcaudi haud expressis, ità pariter à comitatibus Engilramni fuerit distincti, atque ità fortè legendus sit :* Missi in Noviomiso, Vermendiso, Adertiso, Curtriciso, Flandra, & comitatibus Engilramni (*his etiam tacitis*) & in comitatibus Waltcaudi. *Sed dato etiam, quod hosce comitatus fortè ut dux aut comes primarius moderatus fuerit Engilramnus, alius hic sit oportet ab Inghelranno seu Inghelramo illo, qui locum tenet in Genealogia comitum Flandriæ ; nam præterquam quod ejus nomen subscriptum legatur juramento, Carolo regi apud Carisiacum præstito, meminere ejusdem apud Chesnium ad annum* 964 *Annales Fuldenses,*

argumentum solvitur,

AUCTORE S. D.

A *Iodoardus in Chronico ad annum* 870, *& Annales Bertiniani ad annum* 875, *atque adeò circà ea tempora, cum Balduinus Ferreus omnium scriptorum consensu Flandriæ & vicinorum locorum universo potiebatur imperio. Hæcque si advertisset Vredius, non habuisset necesse expungere Audacrum, & recedere à Flandriæ Annalibus, ab eaque comitum Genealogia, quam tom.* III *Anecdot. à col.* 379 *è MS. codice monasterii Clari-Marisci edidit Marteneus, cujusque prior pars eidem Marteneo scripta videtur ab auctore satis accurato statim post Bovinum prælium, id est post annum* 1217, *atque ità incipit :* Anno ab incarnatione domini DCCXCII imperatoris Constantini filii Hyrenæ primo, Karoli quoque Magni regis Francorum, posteà imperatoris Romanorum XXIV Lidricus Harlebecensis comes videns Flandriam vacuam & nemorosam, occupavit eam. Hic genuit Ingelrannum comitem, Ingelrannus genuit Audacrum, Audacer genuit verò Balduinum Ferreum. *In Chronico etiam Elnonensi apud eumdem Marteneum tom. cit. à col.* 1390, *& in antiquis Chronicis monasterii S. Martini Tornacensis, & apud Iperium Ferreus ubique appellatur Audacri filius.*

B 18 *Misso itaque, quod nimium Marloto favet, Vredii systemate, redeo ad suprà citata S. Winnoci Acta, quæ ibidem cap.* XV *de hujus sancti translatione hæc habent :* Karolus cognomine Calvus Francorum in sceptris imperium agebat, Baldewinus ejusdem gener monarchiam Flandriarum gloriosè pollebat. . . . his diebus mucro divinæ animadversionis de vagina sua eductus circà marina maximè loca ulciscenda frena laxavit : merito enim sui erroris populus terræ id promeruit : nam regio Danorum satellitem funestum de sinu suo evomuit, qui quæque circumcircà gladio igni absorbuit, maximeque in Flandriarum atque Mempiscorum confinio incredibili desævit exterminio. Unde contigit sacrosanctum corpus Beati viri (*Winnoci*) de loco propriæ quietis Woromholt efferri, & ad Sithiu in ecclesiam B. Audomari transferri. *Jam verò cum hæc Danorum irruptio ab auctore Chronici de gestis Normannorum ante Rollonem, à Chesnio tom.* II *à pag.* 655 *primùm editi, contigisse dicatur anno* 846, *sequitur, Balduinum Ferreum*

C *ante hunc annum, contrà quàm Marlotus eique adhærentes voluere, tenuisse Flandriæ præfecturam, cujus initium aliunde incognitum vel ideò circà annum* 837 *collocandum reor, quod id non tantum à Meyero asseratur, sed dein facta sit communis apud doctiores opinio, tam ipsis Ebonis litteris quam aliis fortè antiquis instrumentis innixa. Nec quemquam offendere debet, quod in citatis S. Winnoci Actis Balduinus vocetur gener regis Caroli, &* Monarchiam Flandriarum glorioso pollens; *primum enim per prolepsin intelligendum est, eò quòd constet, Ferreum ante annum* 962 *Juditham regis filiam haud abduxisse : quod verò spectat ad vocem* Monarchen, *unde &* Monarchia, *arbitrantur eruditissimi Cangius & Carpentierus, hunc titulum simpliciter esse* Honorarium.

solutis uno 19 *Facilè è jam dictis occurritur alteri, quod cudi posset, argumento, quodque hujusmodi est : si, inquient, Balduinus Ferreus non nisi parvum ad mare tractum rexerit, ut quid ergò in iisdem litteris intitulatur* gloriosus marchio, *eo videlicet nomine, quo dudum post hæc Flandriæ comites compellatos dumtaxat legimus ? Sed in promptu est responsio ; nam si vocis* Marchio *etymon, quodque huic correspondebat, primitivum marchionum munus spectaveris, non ibis, puto, inficias, aptissimè Ferreo eum fuisse ab Ebone tributum titulum ; neque enim aliud apud Dadinum, Cangium, aliosque etymologos denotat vox* Marchio, *quam marcæ seu limitis præfectum, seu, si mavis, comitem limitaneum, qualem reipsà Ebonis tempore ad oram Oceani seu occiduæ Franciæ limitem strenuissimè egisse Balduinum Ferreum, rebusque fortiter gestis insignem nomini suo gloriam comparasse, cum Vredio aliisque suprà memoratis opinamur. Hinc congruè Saussayus, dum ad diem* XXX *Augusti agit de Sancti nostri translatione, Balduini titulos distinxit sequentibus verbis :* Brugis in Flandria, *inquit,* translatio sancti Donatiani, Remensis episcopi, cujus venerabile cadaver in ecclesia S. Agricolæ sepultum, ibidem tamdiu jacuit, quousque Ebo, Rhemensis archiepiscopus, id religiosis votis concessit Balduini Ferrei marchionis : postque comitis Flandriæ, *nimirùm jam Caroli regis munificentiâ pluribus, uti diximus, ditionibus auctæ.*

D E

ac dictæ litteræ ex Actis S. Winnoci,

20 *Tertium, quo Marlotus ejusque sequaces sæpèdictas litteras impetunt, argumentum desumunt ex hisce Ebonis ad Balduinum verbis :* Ejus sanctique Remigii, ac innumerabilium Sanctorum Vitæ scripta, Wandalorum vastatione scias esse deleta. *Quo pacto, inquiunt, S. Remigii gesta potuere deleri Wandalorum vastatione, cum hæc Remigii ætatem diu præcesserit ? Sed numquid excusari utcumque potuit Ebo, quod, cum apprimè sciret, Acta S.* Donatiani *aliorumque complurium SS. periisse Wandalorum vastatione, & ea S. Remigii ex quadam fortè oscitantia aut inadvertentia adjecerit ? Vel quod magis apparet verosimile, numquid fieri facilè potuit, voluisse Ebonem sub nomine Wandalorum, gentis ob assiduas dirissimasque in Europa maximè Italia Franciaque vastationes per omnium tum ora adhuc volitantis, alios quosvis* F *regni Galliæ vastatores designare ? nam eodem modo Arnulphus Magnus Flandriæ comes in Diplomate § seq. recitando Wandalos pro Nortmannis usurpat, prout ibidem monebimus. Advertit etiam Bollandus in Comment. prævi. ad Vitam S. Anatolii die* III *Feb. §* 11 *peregrinos omnes per Gallias priscis seculis scotos vulgò dictos fuisse : item, ab historicis quibusdam exteros milites omnes, quamvis Gothos, Francos, Allemannos, Sarracenos, Hungarosve, Wandalos fuisse vocitatos. Unde non tantam verba illa implicantiam involvunt, ut eapropter hasce Eboni litteras abjudicantes aliunde quàm ex iisdem primæ Sancti nostri translationis epocham eruamus.*

alteroque, quæ adferunt, argumentis, vindicantur ;

& ex bis demum concluditur, Sancti corpus non ante annum 840,

21 *Fuit itaque Ferreus marchio Flandriæ calculo Meyeri ab anno* 837, *vel saltem, ut Vredius supputat, ab anno* 840 ; *quare cum ab*

AUCTORE S. D.

A *ab alia parte Ebo anno* 835, *teste Hincmaro adversus Gothescalcum in conciliis Galliæ tom.* II *pag.* 267 *apud Sirmondum, à sede sua fuerit dejectus, perspicuum fit, ante annum* 840, *quo demùm per Lotharium Ebo est restitutus, hujus litteras haud fuisse exaratas, aut corpus S.* Donatiani *in Flandriam deportatum. Neque dixeris, id fecisse Ebonem ante depositionem suam, aut hac durante, putà anno* 838, *ut asseruit in suo, quem Flodoardo subnexuit, episcoporum Remensium Catalogo Georgius Colvenerius; nam antequam depositus fuit Ebo, juvenis admodum erat Balduinus, nec Flandriæ verosimiliter præfectus;* depositus verò Ebo, *inquit pag.* 502 *laudatus Vredius*, neque accessum habebat ad reliquias, neque archiepiscopi Remorum titulum sibi attribuebat. *Porrò sedi suæ, ut diximus, per Lotharium anno* 840 *restitutus,* per totum circiter annum, *ut ait Hist. Rem. lib.* II *cap.* XX *Flodoardus*, hoc episcopium tenuit, donec Carolus, resumptis viribus, in Belgicam reversus est : quod audiens Ebo, relicta sede Remensi, ad Lotharium profectus est, *numquam dein reversus.*

sed, ut è Flodoardo

B 22 *Per unum ergò dumtaxat annum secundò Remensem Cathedram tenuisse Ebonem, adeò dilucidè hic tradit auctor suppar Flodoardus, ut planè nesciam, cur Annal. Brug. Caroli Custis, qui novissimè Brugis anno* 1765 *vernaculè prodierunt, tom.* I *pag.* 45 *dicatur Ebo sede sua pulsus anno demùm* 845 : *non quidem me latet, Hincmarum hoc anno Eboni subrogatum dumtaxat esse; verùm si dictorum annalium auctor mox citata Flodoardi verba, ut paulò post, nimirum pag.* 47 *præstitit, librique sequentis initium maturiùs expendisset, nullus dubito, quin alteram hanc Ebonis dejectionem, seu, si mavis, fugam anno* 841 *censuisset innectendam; accipe enim Flodoardi lib.* II *pag.* 150 *apud Sirmondum verba :* Igitur Ebo, *inquit*, post hanc depositionem suam in Cisalpinis fertur regionibus conversatus usque ad obitum Ludovici imperatoris, qui contigit anno incarnationis dominicæ DCCCXL, XII, *ut lib.* I *tradit Nithardus apud Chesnium tom.* II, *Kalendas Julii.* Quo imperatore defuncto, Lotharius ab Italia in Franciam venit : cui Ebo ad Wormaciam civitatem occurrit, eique Lo-

C tharius post aliquot dies sedem & diœcesim Remensem per edictum imperiale restituit. *Hoc autem Lotharii edictum, cujus exemplar mox subjungit Sirmondus, confectum dicitur* VIII Kal. Julii, in palatio publico Engilenheim, *seu in antiquissimo illo oppido, quod hodiè Ingelheimium vel Ingelheimum, vulgò Ingelheim dictum, ac Caroli Magni quondam sede condecoratum, Moguntiam inter & Bingium super Saletiam amnem haud procul à Rheno cernitur.*

& Nithardo discimus,

23 *Quarto itaque tantummodò post Ludovici obitum die peracta hæc esse, mox notati Kalendas prægressi dies quidem indicant, verùm kalendas apud Sirmondum aliosque corruptas esse, non immeritò ad hunc annum asseverat Carolus Coïntius; testatur enim loco mox cit. Flodoardus, Ebonem, dum Lotharium apud Wormatiam salutaverat, non statim, sed post aliquot dies dumtaxat accepisse imperiale edictum; unde, si hoc reverà* VIII *Kal. Julii fuisset conditum, concluderetur, Lotharium quatriduo multò celeriùs percepisse patris obitum, superasse Alpes,* (*nam his, teste Nithardo, tunc nondum excesserat*) *& Wormatiam usque pertigisse, quod nemo facilè, puto, crediderit. Quod verò Ebonem spectat, qui* in Cisalpinis, *ut Flodoardus loquitur,* fertur regionibus conversatus, *atque eo tempore morabatur in* Floriacensi *ad Ligerim diœcesis Aurelianensis monasterio, tametsi indubium sit, hunc Lothario, ob cujus utpote causæ tuitionem gradu suo dejectus fuerat, celerrimè iisse supplicatum, æquè tamen difficilè cum Coïntio credidero, eumdem pariter intrà quatriduum tam mortis Ludovici quàm adventus Lotharii fuisse factum certiorem, & eidem Lothario apud Wormatiam occurrisse. Necesse itaque est, seriùs hæc gesta esse, & siquidem Coïntio rectè videatur restituendus mensis Augustus, in Lotharii edicto sic legendum erit :* Actum in Engilenheim palatio publico in mense Augusto VIII. Kal. Septembris. *Tametsi nihil etiam officere videatur, quominùs peracta hæc fuerint* VIII *Kal. Augusti.*

illo exeunte vel seq. in Flandriam translatum esse.

E 24 *Sic ergo Remensi cathedræ, illegitimè licet, restitutus Ebo,* VIII *Idus Decembris Remis solemniter est receptus, uti ipsemet testatur in Apologetico, quod edidit, quodque tom.* VII *Spicilegii d'Acheriani pag.* 175 *videri potest : unde ut ad scopum pertingamus, cum uno circiter anno, ut suprà è* Flodoardo *notavimus, secundò occupaverit Remensem sedem, consequitur, eumdem sequenti anno exeunte, idque verosimiliùs simulac cruentissima illa apud* Fontanetum *clade debellatus à Carolo erat Lotharius, cum hoc aufugisse, proindeque non potuisse pignora S.* Donatiani *nisi sub finem anni* 840 *aut anno sequenti Balduino in* Flandriam *dirigere. Rectè hìc observat in rem nostram Vredius, fuisse admodùm familiare Eboni,* In partes infidelium invasionibus patentes (*verba illius sunt pag.* 505) Sanctorum reliquias aut dirigere aut asportare; ita enim antea Danorum apostolicus legatus cum esset, aliorum episcoporum Remensium sacra corpora vel ipse detulit, vel ad apostolicæ vineæ cultores eodem transmisit; qua de re hæc M. Adamus Hist. ecclesiast. cap 19 : » eodem tempore B. Ans-
» garius corpora Sanctorum, quæ dono E-
» bonis archiepiscopi susceperat, trans Al-
» biam fertur deportasse, & corpus quidem F
» S. Materniani apud Heiliganstad reposuit,
» Xisti verò & Sinicii, cum aliorum marty-
» rum patrociniis, in urbe Hammaburgii
» collocavit. Beati verò Remigii cimilia cum
» ingenti honore servavit Bremæ. » *Ita ut mirum nemini videri debeat, Ebonem post restitutionem suam corpus S.* Donatiani *Balduino, qui tale quid fortè rogaverat, quantocyùs transmisisse. Scio quidem huic nostræ opinioni adversari Bertinense, quod Meyero præluxit, Joannis Iperii Chronicon, conscriptum post medium sec.* XIV, *quodque, licet hìc apud Marteneum sit mutilum, non obscurè tamen insinuat, Carolum regem S.* Donatiani *lipsana* in iis, *ut ait, nuptiis, Balduini nimirum & Judithæ, Antisiodori celebratis, eidem Balduino tradidisse : verùm si Iperio, scriptori cæteroquin laudatissimo,*

AUCTORE S. D.

§ III Sancti corpus primùm Torholtum, dein Brugas delatum : cultus augeri cœptus : fundatum Brugis S. Donatiani capitulum: Acta Sancti conquiri incepta.

Corpus priùs Torholtum, A *Alia denuò lis oritur quoad Sancti corpus jam in* Flandriam *allatum: nam alii Torholti depositum fuisse, quievisseque per annos aliquot; alii Brugas seu ad Brugense castrum eodem tempore deportatum fuisse opinantur. Est autem Torholtum, seu, ut mavult Vredius, Toroaltum, vulgò* Thorout *antiquissimum* Flandriæ *oppidum in ipsa Salica lege expressum, Brugis tribus circiter cum dimidia leucis nostratibus Ipras versus, Ostendâ quinque ferè dissitum; à quo etiam portæ Gandensis & Iprensis, quèis Torholtum abitur, cognominatæ olim fuere* Torholtanæ. *Primus itaque, qui huc Sancti corpus allatum fuisse perhibuit, fuit Jacobus Meyerus sæpius jam memoratus, ad annum* DCCCLXIII *ità scribens :* Per id temporis spatium Calvus rex atque Ebo pontifex Remorum ad confirmandam Flandriæ pacem simul ut rudis ferocisque gentis cultu religionis remollescerent animi, divi Donatiani Remorum olim pontificis reliquias in Flandriam miserunt, quod quidem sacrum Balduinus donum primùm Turholt, deinde Bruggias reverenter comportavit, sedemque illi dedit in virginis matris ædicula. *Hæc Meyeri verba, quibus Colvenerius, licet aliter sentiat in Catalogo suo, § præced. num.* 21 *memorato, in Scholiis in* Flodoardum *lib.* I *cap.* V *subscripsit, ansam præbuisse videntur Marloto ejusque asseclis, tum litteras Ebonis à nobis jam vindicatas impetendi, tum aliam primæ Sancti nostri translationis epocham assignandi; aliis verò, qui easdem litteras admisere, suspicandi asserendive, corpus S. Donatiani Torholtum priùs circà annum* 841, *& dehinc post annos circiter viginti tres, pace* Flandros inter *& Francos stabilita, Brugas demùm perlatum fuisse; atque ità, inquiunt hi posteriores, conciliabitur utraque scriptorum opinio.*

non verò circa an. 863, *ut Meyerus vult*, 26 *Sed nescio equidem, qui tot tantosque scriptores secum trahere potuerit unus primusque, qui hæc asseruit, Meyerus: nam sicuti sæpiùs hic auctor criseos defectu minùs prudenter calamum exeruit, ità & in relato mox contextu jungendo Ebonem Remensem antistitem cum Carolo Calvo, idque post initam Calvum inter & Ferreum pacem, manifestum committit anachronismum; anno enim* 863, *quo id Ebonem Carolumque præstitisse, Meyerus tradit, jam à duodecim annis diem suum obiisse Ebonem, disertissimè scribit successor ejus Hincmarus apud Joannem Cordesium epist.* II *ad Nicolaum* I *papam his verbis :* Defuncto autem Ebone anno incarnationis dominicæ DCCCLI indict. XIIII XIII Kal. Aprilis &c. *Præterea spectatis Ebonis litteris, eáque, quâ hæ scribi potuere, epochá, falsum prorsus est, potuisse umquam Carolum (nam tunc assiduè cum Lothario dimicabat) communi cum Ebone consilio reliquias S.* Donatiani *in* Flandriam *mittere. Ea ergo propter parvi pendentes, quæ hic nudè Meyerus asserit, malumus insistere* Flodoardo, *hujusque verba, ut ad propositum veniamus, denuò repetere :* Hinc, *inquit loco* § I *cit*, Donatianus extitit episcopus, cujus etiam pignora maritimas in partes episcopii Noviomensis vel Tornacensis (*hæ ecclesiæ, teste Colvenerio, à tempore S. Medardi usque ad tempora S. Bernardi Claræ-vallensis unitæ fuerunt*) perlata vario signorum memorantur splendore decorata.

delatum quidem fatemur, 27 *Per hasce maritimas episcopii Tornacensis partes Brugas castrum designari, in hunc* Flodoardi *locum omninò sentire videtur Colvenerius, cap.* V *ità scribens :* Translatus est autem hic beatus pontifex ad insignem Flandriæ maritimæ civitatem, Brugas dictam, quæ ante subjecta fuit ecclesiæ Tornacensi. *Eodem ferè modo explicat* Flodoardi *textum Vredius pag.* 505 *:* Sed & clarè, *inquit*, suprà scribit Flodoardus : » D. » Donatiani pignora maritimas in partes e» piscopii Tornacensis transmissa esse » quæ aliæ esse non possunt, quam castrum Brugense, totaque terra franca ad mare sita, Flandra tum temporis appellata. *Neque enim Torholtum spectasse ad diœcesim Tornacensem, sed Teruanensem, liquet è missione Folcuini Teruanensis episcopi, ut è citato § præced. Caroli Calvi capitulari quarto loco seu num.* IIII. *deduci potest, ubi sic legitur :* Folcuinus episcopus, Adalgarius, Engilscalcus, & Berengarius, missi in comitatu Berengarii, Engilscalci, Gerardi & in comitatibus Reginarii. *In quæ verba Henschenium adisis tom.* I *Feb. pag.* 396. *tametsi ergò S.* Donatiani *pignora in Torholtano monasterio aliquantisper deposita fuisse non abnuam (clarè enim id scribit in litteris suis infrà citandis comes Flandriæ Arnulphus) non facilè tamen concessero, mansisse ibi usque ad initam Ferrei cum Gallo pacem, viginti tribus ut minimùm annis; præterquam enim quod antiqua, quæ id suadeant, monumenta haud suppetant, incredibile cum Vredio arbitror, reliquisse tamdiu Balduinum cara sibi adeò pignora in loco, contrà barbarorum irruptiones, quæ crebro tunc timebantur, haud satis, ut castrum Brugense erat, munito.*

sed videtur brevi pòst Brugas perlatum, 28 *Hanc Vredii observationem satis quidem perspectam habuit Carolus Custis, suprà § 11 memoratus; sed nescio, cur adeò audacter eidem Vredio opponat Colvenerium sequentibus part.* I *pag.* 46, *quæ Latina facio, verbis :* Quamvis, *inquit*, Vredius observet, non esse verosimile, hasce reliquias tamdiu Torholti fuisse derelictas, eò quòd locus

A locus foret apertus, tutiusque multò in Brugensi castro (ubi Balduinus suum habebat domicilium) servari possent : tradit tamen sæpè memoratus Colvenerius, corpus S. Donatiani jam in Flandriam deportatum, priùs in ecclesiam Torholtanam fuisse illatum, ibidemque per viginti quinque annorum spatium qnievisse. *Et fateor, satisque è jam dictis colligi datur, si Colvenerii Schol. cap.* v *jam sæpiùs citato, ejusque subnexum Remensium antistitum catalogum in* Donatiano *consideraveris, inveniri, hunc scriptorem, Sancti translationem hìc anno* 838, *ibi verò cum Meyero* 863 *velle affixam : verùm cum unam ab altera non distinguat, nec quidem meminerit nominis Torholti, dicere multò minùs potuit, Sancti corpus annis* 25 *ibi quievisse. Præterea, si tamdiu apud Torholtanos manserit thesaurus isthic, mirum videtur, nullum ampliùs extare vestigium factæ primæ hujus translationis annuæ memoriæ, seu apud ipsos Torholtanos, seu apud Brugenses, cum hi, uti* § 1 *num.* 6. *diximus, factam sub Bertulpho nudam corporis transpositionem quotannis olim recoluerint*

B *Multò igitur probabilius arbitror, non adeò diu Sancti corpus Torholti derelictum, sed brevì pòst Brugense ad castrum perlatum fuisse.*

non obstante, quod hìc solvitur, in contrarium argumento.

29 *Sed exsurgent hìc proculdubiò adversarii, dicentque : si corpus S.* Donatiani *ad confirmandam, ut Meyerus loquitur,* Flandriæ *pacem, Balduino missum non fuerit à rege Carolo, aut Torholto Brugas delatum, ut quid ergò hic Sanctus, ut se invenisse idem Meyerus affirmat,* Ferrei *principis temporibus* Firmator pacis *fuit appellatus ? Verum, cum Oudegherstius, quem secuti passim fuere recentiores, testetur sua adhuc ætate Flandros S.* Donatianum *nominasse patrem & actorem pacis, suspicor, malè à Meyero positam esse vocem* Firmator, *atque hujus loco restituendum esse* Pater *vel* Actor, *seu, ut quidam recentiores habent,* Flandriæ Pacificator. *Quod si ità sit, nonne aliunde cognomen hoc derivari potuit? Cum enim corpus ejus in Flandriam delatum variis, teste Flodoardo, coruscaret miraculis, indubium est, fuisse factum ingentem populorum concursum, Sancti intercessionem in quavis, ut fieri solet, tribulatione apud Deum inclamantium : mirum proinde, nemini videatur, quod, ingruente cum Gallis bello, confugerint* Flandri *ad tumulum S.* Donatiani, *atque hunc felicissimæ postmodùm secutæ pacis patrem vel actorem jure merito compellaverint. Valere, inquam, data responsio potest, si reipsà à* Ferrei *temporibus Sanctus ità fuerit appellatus : existimo enim cum Carolo Custis, infelici aliàs Chronographo, hoc Sancti cognomentum initium dumtaxat sumpsisse sub finem seculi undecimi, ortumque esse ea occasione, quod, cum absente Roberto comite oborta erat apud* Flandros *maximè Brugenses immanis seditio, producto S.* Donatiani *feretro & per plateas delato, malum derepentè cessaverit, uti cap.* 11 *miraculorum infrà latiùs videri poterit.*

Institutis in Sancti sacello XII *Canonicis Arnulphus comes præbendas,*

30 *Porro allatum Sancti corpus ad burgum Brugense collocari Balduinus voluit in ejusdem burgi sacello, divæ virgini sacro ; sed cum hìc ingentia ederet miracula, placuit eidem principi dictum sacellum innovare augere, & in honorem S.* Donatiani *dedicare ; unde & constitutum dicit in honorem S.* Donatiani *Arnulphus Magnus Flandriæ comes in privilegio seu Diplomate fundationis capituli Brugensis, quod post centum ferè annos datum fuit, & in vetusto, quem diximus, ejusdem capituli codice hunc præfert titulum :* Privilegium domini Arnulphi Magni, filii Balduini Calvi, comitis Flandriæ, de bonis ab eo legatis ecclesiæ sancti Donatiani Brugensi, tam præposito quàm XII canonicis. *Sequitur Diploma, quod conferam cum editione Miræi in Codice donat. piar. cap.* XXXIV, *in hunc modum :* In nomine sanctæ & individuæ trinitatis patris & filii & spiritus sancti. Amen. Ego Arnulphus dictus Magnus, Balduini Calvi genitus per Dei Misericordiam Flandriæ marchio, considerans, quia non habemus hìc manentem mansionem, sed futuram expectamus, in domino providens meæ ac illustris Athalæ meæ conjugis & consortis mei corporis animabus, ut per hoc salutem perpetuam & remedium nostrorum peccaminum invenire possimus, capellam in honore gloriosæ virginis & domini nostri * genitricis Mariæ & sancti Donatiani archiepiscopi à divæ memoriæ * Balduino Ferreo * avo meo zelo divini amoris accenso constitutam, & ab antiquo tempore (*à Lyderico, ut quidam volunt, Bucano, vel, ut alii plerique, ab Harlebeckano circà annum* 801) fundatam magnificare volens de consensu & voluntate sanctissimorum præsulum * & dominorum . . . Tornacensis (*Hadulphi*) & . . . Morinensis) *fortè Wicfredi*) episcoporum, duodecim præbendarum numerum in ipsa ecclesia statuo : & volo quod XII Canonici ibidem præbendati in eadem capella, in honorem Dei & ejusdem beatæ virginis & sancti Donatiani pro remedio animæ meæ dictæque conjugis meæ ac avorum & ceterorum parentum nostrorum, die noctuque horis congruis horas Canonicas pro vivis & defunctis devotè celebrent & sacrificia offerant.

C

31 Cui capellæ de prædictorum episcoporum ordinatione ac consilio quasdam decimas de his, quas mihi & prædecessoribus meis in comitatu seu marchionatu Flandriæ, de terris cultis & incultis, sanctissimi patres papæ Romani pro adjutorio expensarum nostrarum numeroramque militum, * pro expugnatione ac resistentia contrà Wandalos, (*Nortmannos intellìgit, uti* § II *num.* 20 *diximus*) qui Flandriam & alias terras vicinas cum ecclesiis in ipsis constructis crudeliter & dampnabiliter devastabant, & incendio tradebant, in feudum perpetuum concesserunt. Nec non & quædam alia bona in eodem comitatu pro eorumdem canonicorum vita & aliis ejusdem capellæ expensis, dono, trado, & præsenti chartâ concedo. Locorum verò, in quibus sunt decimæ ac bona ipsa sita, nomina sunt hæc * : ecclesia sancti Michaelis in villa Weinebriga * cum omnibus appendiciis, decimis, pratis, agris, mancipiis, vectigalibus, excepto regio fisco. (*Interserit hìc Miræus :* capella S. crucis in villa, quæ dicitur Gera, cum omnibus decimis & terris ad eamdem pertinentibus.) capella de Wara,

AUCTORE S. D. D

E

* *addit Miræus :* Jesu Christi

* *omittit bina hæc verba Miræus.*

* *Miræus* Balduino *tantum.*

* *Miræus : patrum*

F

decimas aliaque bona

* *Miræus rectius :* & nostrorum militum.

* *Sensus hic apud Miræum nonnihil mutilus est.*

* *Miræus :* Wemebriga.

AUCTORE S. D.

Wara, & quæ dicitur Ridervorda cum omnibus decimis & terris sibi attinentibus. Capella sancti Christoferi juxtà forum; ecclesia de Widisgatis & ecclesiâ de Kemlis *, cum omnibus terris, quæ ad nos pertinent ibidem. Bodium (*fundus, Flandris* Bodem) de Thicasbusca, bodium de Formosela, bodium de Ypris : ecclesia de Esna cum capellis suis : Dicasmutha & Clare : in parochia Ostkerka apud Budamflit in arat : * & pars alterius, & grex unus ovium cum terra tota.

A

* *Miræus :* de Kenilis.

* *rectè Miræus :* unum aratrum *confert*,

32 In parochia Redenburg terra tota. Item in eadem parochia Ostkerka VIII pisæ (*libræ seu pondo*) casei * : & de terra Mendal, de terra Roberti Henas IIII pisæ casei & denarii de vitulis * : de terra Herradi IIII pisæ casei & omnes denarii de vitulis : de terra Ofter VII pisæ casei & denarii de vitulis : de terra Wulfras VII pisæ casei & XV arietes & XXX vellera agnarum *, & XV vellera arietum, & XXX vellera agnorum : de terra Frowitte * III pisæ casei & denarii de vitulis : de terra Werenbaldi II pisæ casei & V arietes & X vellera agnarum & V vellera I agni & X agnorum : de terra Herradi V pisæ casei & XII arietes, XXIV vellera agnarum, & XII vellera arietum, & XXIV vellera agnorum : de terra Tancradi I pisa casei : de terra Everbaldi & Wulfildi, *seu, ut Miræus*, Wulfildis, II pisæ casei : in parochia Holthawe terra in Wegha, circiter XL mensur. diurn. in parochia Utkercke de terra Blidale * X pisæ casei : in Ostkercke terra Tanchradi L diurn. mensur. (*addit hìc denuò Miræus :* In parochia S. Mariæ terra pratorum XXXII mensur. diurn.) in parochia Madkerka terra, quæ dicitur Hadigaland.

* *Miræus* *melius* : agnorum.

* *idem :* Frobbine.

B

* *Miræus :* Blidase

33 Volo etiam quod prædicti canonici caput sibi habeant & majorem, qui nominetur præpositus, quem sibi liberè ipsi possint eligere ; & isti præposito hæc bona similiter do, trado & concedo ; quorum primum est : ecclesia Oorscamp cum omnibus decimis & terrà ibi sita : bodium in villa sarra cum XIIII bonariis & XVII mensur. diurn. in Liswega LXII mensur diurn. (*adjicit rursum hìc Miræus :* In Vutkercke LXXIX mensur. diurn.) in Dudzela LV mensur. diurn. in Michem XIII mensur. diurn. in Parochia sanctæ crucis XLVI * mensur. diurn. & I curtile (*villæ seu coloniæ genus*) ; in Wulpis circiter Dtas & V mensur. diurn. in Ostkercka CXXX oves cum terra : in Artrika I curtile : apud Dicasmuda CC oves cum terra : in parochia Lo V mensur. diurn. apud Brilazica LXX * mensur. diurn. in Jabeca XXX mensur. diurn. in Sarkenghem X mensur. diurn. in Liswegha XVI mensur. diurn. in Riedsela IX mensur. in parochia sanctæ Mariæ Brugensis IIII curte * & unum pratum : in parochia Sancti Salvatoris in castello forinseco II curtilia.

nec eorum præposito minùs largè provident :

* *Miræus :* XLV.

C

* *Miræus :* Busarica CXX.

* *Miræus melius :* curtilia.

34 Rogo insuper & jubeo atque mando, ut nullus prædictæ meæ Donationi contradicat, vel dictam capellam beatæ Mariæ ac sancti Donatiani impetat sivè impediat super bonis prædictis. Si quis autem his in aliquo contraire vel contradicere voluerit, quinquaginta * libras auri persolvat. Et si fuerit hæres meus (quod absit) exhæres sit, & maledictionem Dei & beatissimæ virginis matris ejus, & Sancti Donatiani, & omnium Sanctorum & meam incurrat. Si verò Donatarius sit ingratus, & dono meo careat, & meorum, & privetur à meis hæredibus ut ingratus. Actum Brugis II Kalendas Augusti anno dominicæ incarnationis DCCCCLXI. *Fundato in hunc modum Arnulphi comitis pietate munificentiâque Brugensi S.* Donatiani *capitulo, celebrari indies magis magisque cœpere Sancti fama cultusque ; cumque eapropter quilibet, ut fit, gesta ejus curiosiùs indagaret, idem comes litteras dedit ad Hugonem Remensem archipræsulem, quæ in sæpedicto Brugensi codice MS, & in nostro olim Vallicellensi, signato PMS.* 159, *quos simul conferam, sic sonant :* Reverendissimo patri, genere & sanctitate venerabili, Remorum archipræsuli domino Hugoni Arnulphus cunctorum in Francia comitum extremus perennem in Christo gloriam.

fundato ergo capitulo, ab Hugone Rhem. archiep.

* *Miræus :* quinquagentas.

D

35 Quamquàm seculi rebus justitiæ divinæ contrariis occupati simus, tamen oportet nos reminisci supernarum rerum, pro quibus adipiscendis nostri majores in hac lacrymarum convalle magnopere studuerunt desudare : quatenus & hìc & in futuro, donante Dei clementiâ, exinde exisierent religiosi & gloriosi. * Unde & noster avus divæ memoriæ Balduinus Ferreus, zelo divini amoris accensus, multas in suis locis construens ecclesias, multorum reliquiis Sanctorum curavit ditare eas, sciens certissimé, quod eorum ope ac intercessione cælestem posset ad gloriam attingere. Qui etiam præ ceteris Sanctorum pignoribus meruit impetrare ab episcopo sanctæ Remensis ecclesiæ Ebone (*non ergò ab Hincmaro, ut opinatus fuit Madotus*) Sanctissimum ejusdem sedis quondam præsulem Donatianum ; quem honorificè susceptum detulit ad cenobium, quod nuncupatur Turholt (*fundatum, ut creditur, à S. Amando sub Dagoberto* I, *ast à Nortmannis circà annum* 880 *Vredii calculo funditus eversum*) atque inde ad Bruggas portum, quo nunc quiescit, cum magno psallentium choro asportari fecit. Cujus quidem præsentiâ & protectione assidua gaudentes, verùm ejus Vitæ libello carentes, cum post reipublicæ curas eum recolimus, maxima anxietate perfundimur. idcircò vestram obnixè rogamus benignitatem, ut licet pro nostro quod implere quimus, obsequio minimè velitis agere, vel pro illius reverentia, in cujus sancta sede modò regi æterno famulamini, nobis illius vitam dirigere non cunctemini : oppidò enim de illo nostro vellem cognoscere aliquid patrono ; cujus patrocinio atque jugi suffragio nostra tuetur de hostibus, ac multiplici jucundatur fætu tellus. Dignum siquidem ducimus ejus habere notitiam, per cujus inclyta merita præsentia amplectimur commoda, & cælestia desideramus adipisci gaudia.

Sancti gesta per litteras hìc recitatas

E

* *omittit noster* religiosi.

36 Fatuum quippe videtur fore, quemlibet cujusquam sancti habere lipsanas & ignorare * eum colere ; cujus plebs omnis cum sacerdotali ordine gaudet solemnitate. Curæ ergò sit vestræ caritati, venerande pater,

F

postulat, cui Hugo rescribit,

* *noster rectius :* ignoranter.

A pater, noſtra implere vota, quò illius pariter nobiscum valeatis perfrui gratiâ, atque criminum obtinere veniam. Augeat veſtram in Chriſto gloriam ipſe ſanctiſſimus ſacerdos, cujus geſta noſſe geſtimus per vos. *Sequitur rescriptum Hugonis ad Arnulphum in hunc modum :* Omni devotione venerando, nobilitate clariſſimo, armorum virtute laudando, glorioſo marchioni Arnulpho Hugo omnium infimus * præſulum perennitatis decus cum rege æthereo. Miramur opiparè veſtrum in Dei rebus Sanctum ſtudium, quo præ ceteris noſtri temporis ſenatoribus polletis : cum in republica valeret veſtræ nimiùm fore occupata mentis intentio, nanciſci ſtudetis veſtris in eccleſiis Sanctorum reliquiis, * qui pro meritis atque actibus Cœleſti meruerunt potiri beatitudine. Beata namque eſt veſtra, dilectiſſime frater, inquiſitio, atque omnium populorum ore laudabilis jubilatio; quomodò, cùm ſecularibus polleatis nobilitatis pompis, tam efficaciter cogitare queatis de Cœleſtibus præmiis. Nimirum hoc negotio imitamini monita egregii prædicatoris Pauli dicentis : » qui utuntur hoc mun-
B » do, tamquam non utantur * » arduum ergo valdè eſt ac nimiùm difficile, ut omnium Sanctorum actus meritaque valeamus agnoſcere, quorum memoriam in noſtris oratoriis cupimus habere; præſertim cùm & antiquitatis tempore ignorentur, atque diverſarum ætatum terrenis intenti occupationibus noſtræ urbis præſules nihil horum cu-
raverint.

37 Et ut perſpicuum eſt multis, permittente credi poteſt aut volente ſuperna providentiâ, quæ cuncta mirabiliter diſponit, ac ſubtiliter providet, noſtrum ſanctum ſuggeſtum ſecularium proh dolor ſæpenumerò comitum polluit celſitudo; ejuſque reverentiam vilipendendo res ſacræ perierunt de ſancto loco. Cujus verò hoc acciderit reatu cleri an plebis, an alicujus priorum antiſtitum, regiſve neſcimus; licet, ut prædictum eſt, juſto Dei judicio id eveniſſe cognoſcimus : unde quæ veſtra à noſtra parvitate requirit induſtria ex aſſe * nequimus implere ob negotia ſuprà memorata. Non ſolùm autem Sancti Donatiani confeſſoris Chriſti ceterorumque vitæ, quorum ſacra amplectimur pignora, verùm etiam famoſiſſimi per
C orbem optimi confeſſoris Remigii libellus ex ejus vita editus ità fertur quondam deperiſſe, ut vix per vetuſtiſſimos tomos ſoricibus corroſos illius actus poſſet reperire pauca vir apoſtolicus * Hincmarus, quæ ad multorum utilitatem ſcriberet ſtudioſis lectoribus.

38 Igitur quia ex toto non valemus de beato confeſſore Donatiano veſtris ſatisfacere votis, ſaltem quod veracium narratione teſtium patefactum eſt nobis, per ſubjectam curabimus ſcripturam pandere vobis, veſtram omnimodis orantes magnificentiam, & eorum, qui hæc legerint, precamur ſolertiam, quò ex his gaudeant, donec * ad majora, ſi quiverint inveniri, perveniant. Neque hujus Sancti parva irrideant, qui multa impetrare valet à domino ſuis ſanctis precibus eis, qui eum humiliter quæſierint. Sep-

tiformis ſancti Spiritus gratia ſenſus veſtri illuminet intima, ac jugi ſuffragio concedat de inimicis victoriam, & ad perpetuam gloriam perducat. Amen. *Sermoni, qui subjicitur, codicum auctores hæc præmittunt :* Sancti genitoris genitique, adminiculante * flamine, incipiunt pauca de Vita & Actibus ſanctiſſimi præſulis Donatiani, edita à quodam epiſcopo Veronenſe, monacho Laubienſe. *Fuit hic Ratherius filius comitis Viennensis, episcopus primùm Leodiensis, dein ab anno 934 vel sequenti, ut Pagius numerat, Veronensis; verùm, quòd dictus sermo oratorius solummodò sit, imò & nauseam pariat, suffecerit ejus tantummodò mentionem injecisse, Miracula, quod in codice noſtro sequitur, cum aliis prelum subituro.*

39 *Poſt centum verò annorum curriculum, nimirùm circà medium seculi* XI, *Balduinus Pius seu Inſulanus & ipsé Sancti Geſta noscendi percupidus, egit apud Gervasium Remensem archiepiscopum, cujus responsum in iisdem codicibus hujusmodi est :* Dilecto filio Balduino, omnis honeſtatis decore redimito, Gervaſius Dei gratiâ Remorum archiepiſcopus in Chriſto ſalutem. Petiſti à me, tam genere quàm moribus nobiliſſime princeps, ut, ſi qua apud nos reperiri poſſent inſignis confeſſoris Donatiani ſcripta, quæ plurima * per illum Dominus dignatus eſt operari, miracula, ſumma diligentiâ invenirem, & inventa mox tuæ dilectioni tranſcriberem. Qua petitione me bene acceptum
E noveris, tum propter hoc, quod * ad ædificationem Sanctorum præcedentium patrum * poſteris eſt propaganda religio; tum quoque propter illud, quod tibi tam puris tamque honeſtis deſideriis occupato hac in re ſatisfaciendum putaverim. Quippe cum inter Occidentales principes penè ſolus inveniaris, qui Sanctorum reverentiam vel celebrationem animo teneas, & ad eccleſiarum reſtaurationem ædificationemque probitatis ſtudio curam intendas : qui ità in hujus ſeculi tempeſtatibus vivas *, ut honeſtiùs ſtudia probitatis exerceas, ut ſolerti ingenio præſentis vitæ fructus colligas, ut expectes futuræ : ità prudenti conſilio ſubminiſtres tranſitoria, ut non relinquas æterna. . . . *Impensè dein laudat Adelam comitissam, prolem, comitisque in terræ cultura induſtriam, ac pauca demum de opum ejus affluentia effatus ita prosequitur :* Propter iſtarum quidem ceterarumque tuarum virtutum inſignia,
F & propter inviolabile pignus mihi compertæ * tuæ dilectionis bibliothecas noſtras evolvi juſſi, ſtudioſèque, ſi quæ de Sancto Donatiano ſcripta reperiri poſſent, inveſtigari præcipiens.

40 Sunt quidem de virtutibus ejus inventa pauca, cum ſcripta fuiſſent multa; verùm propter antiquitatem temporis, & quamplures perſecutionum procellas jam abolita, & ideò de theſauris memoriæ deleta. Quod dilectioni tuæ mirum videri non debet, ſi tam antiqui confeſſoris miracula partim oppreſſit oblivio; cum felicis memoriæ prædeceſſor meus Hincmarus archiepiſcopus teſtatur, tempore Karli (*Martelli*) principis propter diſſidium & contentionem de prin-

AUCTORE S. D.

* *noster malè:* suppmus.

* *lege :* reliquias.

* *ad Corint.* 1. Cap. VII ℣. 31.

eadem periisse,

* *malè codex Brugensis :* ex hasce.

* *noster :* amplificus atque philosophus.

nec nisi pauca inveniri potuisse.

* *hanc particulam malè omittit Brugensis.*

* *Brugensis* : accumulante.

Miracula rogatus à Balduino Pio comite Gervasius archiep.

* *hanc vocem omittit Brugensis*

* *noster malè* : quæ * *Brugensis* : prima

* *Brugensis malè :* juvas.

* *Brugensis malè :* comparte.

respondet, sibi quasdam dumtaxat Sancti virtutes,

AUCTORE S. D.

cipatu inter eum & Ragemfredum, & propter frequentia civilia & parricidalia bella in Germanicis & Belgicis provinciis Chriſtianam religionem penè fuiſſe deſtructam. . . . *Interserit hìc quædam de gestis S. Remigii, quæ illuſtrata à C. Suyskeno videsis tom.* 1 *Octobris, aliaque nonnulla, ac postremò epistolam ità concludit :* Inter ceteras Galliæ clades quis expedire re * valeat, quantis calamitatibus Remenſis eccleſia ſit afflicta, ingruente illa Wandalorum perſecutione ſæviſſima, qua pretioſus pontifex Chriſti Nichaſius, in ipſo Sanctæ Mariæ templo capite truncatus glorioſo meruit coronari martyrio. Quapropter ſi ex antiquo tempore univerſalis eccleſia multarum ſcripturarum eſt perpeſſa jacturam, in noviſſimo autem ſeculi tempore Belgica, imò etiam Gallicana eccleſia propter ſævas perſecutiones multorum deflet ſe amiſiſſe monimenta Sanctorum. Licet dolendum ſit, non tamen eſt mirandum, ſi inter hos litigiorum turbines ſancti confeſſoris Donatiani diſparuere miracula.

A

** videtur superfluum.*

partim è scriptura partim è traditione innotuisse;

41 Nunc autem de virtutum ejus præſtantia, quæ partim ſcripta invenimus, partim in eo fuiſſe, divina donante gratiâ, non ambigimus, dilectioni tuæ tranſcribere compendioſè non differam, ut habeas, unde poſſis annis ſingulis tanti patris celebrationi vacare, & imitatione ejus per virtutum ſemitam gradiendo bonorum operum fructus extollere. *Sermonem Gervasii, qui subjungitur, quòd & ipse rhetoricus per omnia sit, nihilque ad historiam conducat, pariter omitto, exceptis paucis, quæ de Sancti obitu ac sepulturâ sub finem refert his verbis :* Hic eſt ergò Chriſti confeſſor Donatianus, qui Remenſem eccleſiam quantum illi divina conceſſit clementia, in ſanctitate ſervavit, & peracto hujus vitæ ſpatio pridiè Idus Octobris de hoc ſeculo migravit ad Chriſtum; cujus ſacratiſſimum corpus in baſilica ſancti Nicaſii ſepulturæ traditum eſt : (*Prolepsi utitur ; nam constat S. Donatianum obiisse diu ante erectionem ecclesiæ Nicasianæ*) in qua nos domino annuente abbatiam conſtituimus . . . Beatus quoque Remigius, qui ab illo in pontificatu fuerat nonus, ſacræ confeſſioni ipſius in teſtamento ſuo teſtimonium perhibet, dicens, quinque confeſſores proximos anteceſſores domini Nicaſii cum ſanctiſſima virgine & matre Eutropia in prædicta baſilica (*Joviniana, de qua* § *seq. num.* 57) fuiſſe conditos; de quorum numero sanctum Donatianum manifeſtiſſimè conſtat. *Quæ sequuntur usque ad finem ob suprà dictam rationem omittimus.*

B

C

nec plura adeptus fuit anonymus hìc memoratus.

42 *Extat & tertia de eadem re in codice noſtro epiſtola sequentem præferens titulum :* Domino ſereniſſimo & patri suo dilectiſſimo R. R. cum continua tranquillitate ſoſpitatis jucunditatem, ac præſentis vitæ curſu feliciter peracto, perpetuæ gloriæ beatitudinem. *Hujus epistolæ auctorem existimavit Molanus editionis anni* 1573 *in Notis ad hunc diem, fuisse clericum Brugensem, scripsisseque Richardo Remensi archiepiscopo, idque constare ait ex primis carminum litteris ; quod si ità sit, scripta fuerit senescente seculo* XIV ; *verùm hæc secus sese habere, non solùm liquet ex epistolæ, quam* § *seq. num.* 53 *prosequemur, contextu, sed etiam ex binis, quæ ab eodem anonymo narrantur, Miraculis, seculo* XI *patratis, quæque suo tempore contigisse, satis clarè insinuat. Epistolæ ergò initium sic sonat :* Perſcrutanti mihi & ſummo cum ſtudio aſſiduè laboranti, Remorum poſito in metropoli, quam venerandus pater Donatianus miræ ſanctitatis quondam ſeptimus glorioſè rexit epiſcopus, ſi qua de Vita & inclytis Actibus ejusdem piiſſimi principis poſſem invenire, & nulla proh dolor præter ea, quæ ante cognovimus, invenienti, dilectiſſime pater & domine, congruum viſum eſt, licet incompto ſermone ea, quæ apud nos noſtriſque temporibus per eum operari dignata eſt Deitas mirifica, paginæ inſerere, quatenus habeant poſteri, unde in tanto patre jucundentur, atque eum ſtudioſiori ſervitio venerentur. *Miracula, quæ subdit, cum solitis annotatis edemus.*

D

§ IV. Acta quædam suspectæ fidei in breviariis correcta : quo ordine inter episcopos Rhemenses, & quando sederit.

E

Acta, quæ Liciniam

SPectatis itaque, *quas præced.* § *recitavimus, archipræsulum Remensium litteris, quisque facilè perspiciet, nec seculo* X, *quo vixit Hugo, nec sequenti, quo Gervasius, quantavis hi curâ fuerint scrutati, quidquam reperiri potuisse de S.* Donatiani *gestis, Wandalorum aliorumve, ut ipsi cum Ebone inquiunt, vastatione omninò deletis. His verò non obstantibus, quidam neotericus, nescio quis, rem aggressus est, Sancti qualemcumque Vitam fabricatus, quem ne temerè nimiùm carpsisse videar, lubet hìc universam ejus historiam, prout in eodem nostro olim Vallicellensi codice legitur, in medium proferre, ut sequitur :* Temporibus, *inquit*, Aurelii principis, qui poſt Auguſtum Octavus, ante verò Decium Septimus extitit, Cornelius in urbe Roma princeps quidam opibus & genere clariſſimus cum uxore ſua Licinia nomine ab Urbe progreſſus, & ex conſultu totius ſenatus ad Gallias propter quorumdam rebelliùm importunitates compescendas cum exercitu magno deſtinatus, poſt multas victorias, poſt multos honores, armis & ſapientiâ acquiſitos, Venderilam urbem tunc opulentam juxta fluvium Marne ſitam pervenit. Ubi diademate capiti impoſito, rex eidem urbi, nec non omnibus provinciis circumjacentibus præficitur, quas omni tempore vitæ ſuæ armis ſtrenuè protexit, honoribus & facultatibus ampliavit, Conſilio roboravit.

F

miraculosè

44 *Quis fuerit Aurelius post Augustum octavus,*

A *octavus, & antè Decium septimus, quisve Cornelius ille princeps in Gallias id temporis profectus, solus fortè norit anonymus, qui hæc scripsit, anachroniſta: miror equidem, si tam illuſtris in Galliis extiterit Cornelius iste, à probatissimæ notæ historiographis planè fuisse ignoratum; Cornelio enim Salonino, qui à Valeriano avo cæsar creatus, ac in Galliam missus fuit, adaptari neutiquam posse anonymi dicta, satis norunt eruditi. De Venderila verò urbe consultum fuisse Colvenerium, disco è libello, quem ultrò mihi porrexit laudatus § 1 archipersbyter Brugensis, Joannis Jacobs ejusdem ecclesiæ canonici, ibidem anno 1638 typis edito, ubi pag. 76 in Annotatis ad Vitam S.* Donatiani, *rescripsisse idem Colvenerius dicitur*, Venderilam civitatem juxtà Matronam seu Maternam, *vulgò* Marne, fluvium nuſquam legi : *notat nihilominùs Hadrianus Valesius not. Gall. pag.* 590, *quod in vita MS. editaque à Sollerio ad diem* 1 *Julii, S. Theoderici presbyteri, non abbatis, ut ipse ait, dicatur* Rex Theodericus, Chlodovei Magni regis filius » Venderas ſu» per fluvium Maternam reverendo patri Re» migio. . . . Contuliſſe » *ac mox subdit* : Hic locus Venderæ ad Matronam hodieque nuncupatur Vendieres, *idemque sine dubio*
B *est, qui olim dictus fuit Venderila. Sed ne minutiis hisce diutiùs immoremur, ad anonymum redeamus, qui sic pergit :* Cujus facta inſignia cùm noſtri narratione eloquii ad plenum nequeant explicari, hoc unum ſaltem, favente Domino, in lucem proferre cupimus, quomodò videlicet glorioſum antiſtitem & æterni regis militem Sanctum Donatianum genuerit, quamque mirabilis ejuſdem confeſſoris egregii ortus & vita finisque poſtmodùm extiterit.

uno partu septem infantes,

45 Quadam itaque die dum præfatus rex venandi ſtudiis inſerviret, relatum eſt ei à quodam suorum, Liciniam gravi dolore partus afflictam pueros septem peperisse, eamque in extrema vitæ constitutam mortem vix evadere poſſe. At ille ſuprà modum rem admirans jurat, numquam à seculo tale quid audiſſe : miratur, unum patrem tot infantes uno tempore poſſe ſimul generare : quinimo aſſeverat & improbat ſingulos pueros ſingulos patres habuiſſe. Sed quid mirum? Nihil apud Deum eſt impoſſibile; nam ut ait Psalmiſta : » Omnia, quæcumque voluit,
* *Psalm.* CXXXIIII ℣. 6 » Dominus fecit in cælo & in terra * : » rurſus idem beatiſſimus rex & propheta, Domini magnificentiam opumque excellentiam admirans ait : » Quis Deus magnus ſicut
C » Deus noſter? Tu enim es Deus, qui fa» cis mirabilia, qui notam facis in populis » virtutem tuam. * » Verè huic regi populoque ejus Dominus noſter virtutum ſuarum mirabilia nota fecit, dum contra naturalem uſum pariendi ſeptem pareret filios,
* *Psalm.* LXXVI ℣℣. 15 & 16 quæ ſi unum tantùm aut fortè duos quarumdam more peperiſſet, ſtupendum ſatis & mirabile apud nos (*non utique apud nos*) judicaretur. Igitur rex, ut ſuprà diximus, ſtupefactus ob talis eventus admirationem partusque novitatem, qualiter hæc ità contingere poſſent, apud ſe cogitabat : jamque Liciniam alios præter ſe amatores habere ſuspicatus, arctiùs ſolito eam deinceps cuſtodiri præcepit, & ab omnium hominum colloquio per unius anni ſpatium, ne quid mali de ea ſuſpicari poſſet, prohibuit. AUCTORE S. D. D

46 Infrà quem terminum, ut erat ipſe ſolitus, ſpe procreandæ prolis ad eam ingreſſus eſt : utque mirabiliora Dei opera mirabilioribus innoteſcerent, plures prioribus novem videlicet genuit filios. Cum autem tempus pariendi veniſſet, eoſque ſimul regina peperiſſet, regi ſermo innotuit; revolvensque in animo, quàm diligenter eam per annum cuſtodierit, & ab omni tactu alieno ſecluſerit, comperit, non hoc adulterinum fuiſſe vitium, ſed potentiæ divinæ miraculum. Sicque Dei voluntate factum eſt, ut qui priùs ſeptem filiorum genituram, uno partu editam deputaverat ad contumeliam, jam cum gratiarum actione novem nuper editorum natalem commutaret in gloriam; qui fuerunt Lotharius, Patrichius, Saturninus, Victorius, Landricus, Galbertus, Frambertus, Gundulphus, Donatianus. Nec vacat à myſterio, priùs ſeptem, poſtmodùm verò novem pueros natos fuiſſe, quia quod ſeptiformis Spiritus Sancti gratia ad laudem & honorem ſuum ſemel condiderat, hoc nimirum Sancta Trinitas, quæ novenario diſtinguitur numero, (*phrasi utitur satis inepta*) E ne præfato regi quidquam apud Deum impoſſibile videretur, ſecundò mirabiliùs declaravit. *Memoratus suprà Joannes Jacobs pag. ibid. cit. notâ* 2 *varia similia fœcundarum mulierum exempla producit ex Zuingero in Theatro Vitæ humanæ lib.* 5 *vol.* 2, *sed quæ aliud nil probant, quàm fieri idem potuisse in Licinia, quod tamen, sic reipsà contigisse, non suadent antiquiora quàm anonymi hujus, certiorave monumenta.*

altero novem, inter quos S. Donatianus, *edidisse,*

Sanctumque à servo aquis injectum,

47 *Prosequitur dein in hunc modum :* Denique puerilibus annis domi tranſactis, cùm adoleſcentiæ ſuæ juventutis flore primæ proles regia pubeſceret, & ad militaria ſtudia, ùt mos eſt, faciles animos inclinaret, ſolus Donatianus, quæ ſurſum ſunt, ſapere cupiens, non quæ ſuper terram, oculos cordis, quamvis adhuc gentilis ad Deum ſemper intentos habebat, & licet ætate juvenis, antiquior tamen sapientiam diligenter exquirebat. Quia verò valdè longum eſt, ſingulas bonitatum ejus laudes enumerare, tamen operæ pretium eſt, illud egregium neſcientibus enucleare, qualiter illum ſub aquis demerſum triduo divina clementia cuſtodierit illæſum, & ad ſupernas auras ſanum & incolumem revocaverit. Quodam namque tempore, dum adhuc juvenculus in domo patris ſui moraretur, ceteri verò fratres per diverſas ſe extendiſſent regiones, egreſſus aliquando ſpatiatum, ut mos eſt nobilium, cum quodam ſervo ſuo pontem excelſum transibat; ſed humani generis inimico bonis ejus actibus invidente, ab eodem ſervo in amnem præcipitatus, & pro mortuo ibidem derelictus eſt : ſed Dei protegente miſericordiâ » non » hunc demerſit tempeſtas aquæ, neque abſor» buit profundum, neque urgere prævaluit ſu» per eum puteus mortis os ſuum : exaudivit » eum Dominus, quoniam benigna eſt miſeri» cordia ejus, ſecundum multitudinem ſuarum F

AUCTORE S. D. A

» miſerationum reſpexit in eum, nec avertit » faciem ſuam à puero ſuo, quem, dum tri- » bularetur, velociter exaudivit. *

* *Pſalm.* LXVIII ℣℣. 16, 17, & 18 *ex his per Dionyſium Papam*

48 *Exclamare hìc incipit anonymus, aliaque nonnulla inſerit, quæ, quòd ad rem non faciant, prætermitto; post hæc verò ità proſequitur:* Nam cum à vicinis cariſque parentibus de tali eventu clamor ingens & luctus maximus per totam illam urbem haberetur, contigit, Venerabilem ac Sanctiſſimum Dionyſium, qui poſt Beatum Clementem viceſimus ſecundus, antè verò Gregorium Dialogum Papa extitit quadrageſimus tertius, illic tranſitum habere, qui mox tanti doloris cauſam ſciſcitatus, cœpit pariter & ipſe Donatiani infortunium deflere. Non tamen de Domini pietate diffidens rotam plauſtri cum quinque candelabris totidemque candelis ſuperpoſitis celeriter ſibi afferri præcepit, factaque ad Dominum oratione ſuper undas rapidi fluminis demiſit. Rota autem cum lu-
B cernis accenſis ſuper amnem natabat, & tamquam à Deo docta ſacri locum theſauri reperiens deſuper quaſi clavis defixa hærebat. Tunc ex præcepto Servi Dei Dionyſii quatuor juvenes, ad hoc electi, in aquam deſcenderunt, Donatianumque viventem ſub rota illa jacentem de gonſo fluminis, omni ſpectante populo, ſanum eduxerunt. Juvenis iſte eximius, lucernæ meritò comparandus, cum candelabris dignè requiritur, quia poſtmodùm in domo Domini non ſub modio ſed ſuper candelabrum mirabili ſplendore refulgens, miræ ſanctitatis radios circumquaque diffudit.

eductum & episcopum consecratum esse, perhibent,

49 Quid plura? Fit undique concurſus populorum ad tam celebre ſpectaculum properantium: Dei laudantur magnalia: diaboli torpeſcit invidia, dumque ſe videt amiſiſſe, quod urbs illa per Deum gaudet ſe recepiſſe. Multi ergò adhuc gentilium errore diabolico impliciti, cum vidiſſent mirabilia & ſigna magna, quæ per fidelem Antiſtitem ſuum Dionyſium Dominus operatus eſt, relictis idololatriæ ſuperſtitionibus, ab eo baptizati ſunt, & crediderunt Jeſu Chriſto; cujus ineffabili potentiâ & admirandâ miſericordiâ Beatus Donatianus de inferis ad ſuperos reportatus eſt. Baptizavit autem eum memoratus Antiſtes in Remenſium civitate, & Catholicæ fidei ſacramentis informavit, ac poſtmodùm ejuſdem metropolis Archiepiſcopum ſeptimum ordinavit, anno Dominicæ Incarnationis ducenteſimo ſexageſimo ſexto, Aurelio Alexandro regnante Auguſto, qui poſt Aurelium Antonium quartus obtinuit imperiale ſceptrum. *Circà mirabilem* S. Donatiani *ex aquis eductionem, baptismum & episcopatum, hìc ab anonymo noſtro relata, notavit jam pridem idem Joannes Jacobs aliique, nullatenùs ea fieri potuisse per Dionysium Papam; præterquàm enim quòd conſtet, hunc Pontificem haud ampliùs undecim annis Romanam Sedem occupâsse, nec umquàm per Gallias fuisse itineratum, è dicendis infrà patescet, ejus mortem, quæ contigit sub finem sec.* III, *Pontificatum S.* Donatiani *centum ferè annis præcessisse. Tradit quidem Grammayus part.* IV. *cap.* VI. *in* Brugis, *Acta hæc partim ex libro Heriberti abbatis Hasnoniensis de restauratione sui monasterii, partim ex Flodoardo esse deprompta, verùm seu Flodoardum* D *Sirmondi, seu Colvenerii Chesniivè consulam, tale quid minimè reperio, nesciens pariter, qualis fuerit Heribertus ille Hasnoniensis abbas, nam hujus nomen à serie abbatum Hasnoniensium apud Scriptores Gall. Christ. auctæ prorsùs exulat.*

leviſſimæ censentur fidei, ideoque tres hìc recitatæ

50 *Sed quid tandem, inquies, de hisce Actis censendum? Candidè fateor, attentis iis ipsis, quasque* § *præced. recitavimus, Archipræſulum Remensium litteris, seu ex antiquis ecclesiæ Brugensis, quorum duo præ manibus habeo, Breviariis, seu hæc ex ipsis, quod magìs credo, deprompta velis, si non conficta sint, saltem suspectæ adeò apparere fidei, ut prudentissimè Henricus Josephus van Susteren, XIV. Brugarum gloriosæ memoriæ Præsul, anno hujus ævi* XXVI. *lectiones proprias in festo S.* Donatiani *cum capituli consensu sic legi præceperit: primam:* Donatianus patre, ut ferunt, Cornelio nobili Romano, & Lucinia in Galliis natus eſt. In E tantum autem crevit in eo cum ætate vitæ ſanctioris meritum, ut dignus fuerit, qui ad archiepiſcopalis dignitatis faſtigium ſublimaretur. Eſt in Gallia Belgica eccleſia Remenſis antiquiſſima & celeberrima, cui plures ſanctitate conſpicui epiſcopi ex ordine præfuerunt. Ad hanc regendam ſeptimo, vel, ut alii volunt, octavo loco (*de hac controversia infrà*) aſſumptus eſt Donatianus, ſubrogatus S. Materniano. Quo in munere ſe talem præſtitit, ut Beato Viventio aliiſque, qui in eodem eum culmine ſecuti ſunt, extiterit vivendi ſpeculum, & ſanctæ converſationis exemplar. Et ſanè quàm ſpectatæ virtutis fuerit, quantoque ſtudio incubuerit, ut divini verbi pabulum ovibus ſuis non deeſſet, conjici poteſt ex glorioſo Confeſſoris titulo, quo in dypthicis eccleſiaſticis inſignitur: ex verbis quoque S. Hieronymi, qui ſcribens adverſus Vigilantium, & iſtius ætatis Galliæ epiſcoporum ſe præbens encomiaſten, ait: » Gallia monſtra non habuit, ſed » viris ſemper fortiſſimis & eloquentiſſimis » abundavit. »

officii Brugensis

51 *Secundam:* Ex his verò, qui invincibili ſtrenuitate & eloquentiâ Gallicanam eccleſiam tantoperè illuſtrarunt, extitit utique Donatianus; qui & hanc laudem & egregiè facta in paſcendis Chriſti ovibus mira ſanctitate cumulavit. Quin & Remenſis archie- F piſcopi epiſtola ad Balduinum Ferreum cum ſacro ejus Corpore in Flandriam miſſa prædicat Donatianum miræ ſanctitatis Virum, pium exauditorem, & promptiſſimum apud Deum interceſſorem, tam ſecularibus anguſtiis occupatis quàm peccatorum ſceleribus detentis » quod noſtris » inquit » tempori- » bus miraculorum inſignibus ſatis evidenter » comprobatum eſt » verumtamen Acta ejus, & præcipuæ vitæ circumſtantiæ non ſatis explorata ſunt; quod Wandalis ſeculo quinto Gallias devaſtantibus, eadem cum multis aliis perire contigerit; ſed ad æternam memoriam ſcripta ſunt in cælis.

lectiones propriæ,

52 *Tertiam:* Poſtquàm igitur ſic præfediſſet paſtor egregius annis viginti novem, (*hoc an ità sit, inferiùs disquiremus*) mercedem laborum recepturus à Domino ad cœleſtem

A leſtem patriam migravit circà medium quarti ſeculi, pridiè Idus Octobris. Corpus ejus in eccleſia Sancti Agricolæ ſepultum, quæ Sancti Nicaſii, unius ſucceſſorum ejus nomine nunc appellatur, variis refulſit miraculis. Deinde autem per Carolum Calvum Francorum regem (*vide dicta § præced. num.* 26.) in amicitiæ & protectionis ſuæ teſſeram, ac Remorum archiepiſcopum ad Balduinum Ferreum Flandriæ comitem, piiſſimo dono miſſum, ac ſumma veneratione ſuſceptum Thoralti primùm tantiſper depoſitùm eſt, & demùm in burgo Brugenſi ad ſacellum Mariæ Virginis: quod idem Balduinus in Sancti Donatiani baſilicam (quæ nunc Sedes epiſcopalis eſt, *anno* 1559 *à Paulo IV. erecta*) magnificentiùs erexit, vario ſignorum ſplendore, ejuſdem Sancti meritis decoratam. Atque ità factum eſt, ut Beatiſſimus Pontifex ingenti populorum gaudio ipſius civitatis, & quæ nunc eſt diœceſis Brugenſis electus pa-
B tronus, magna religione colatur, ut totius tractus maritimi eximius tutelaris. *Similia ferè sed contractiùs leguntur in Breviario Remensi, anno* 1630 *Ludovici à Lotharingia archiepiscopi Remensis & capituli authoritate edito. Gandavi verò, ubi Officium Semiduplex obtinet die* XVI. *Octobris, Lectiones alias non habet, nisi de communi Confessoris Pontificis.*

sicuti & Miracula Actorum loco 53 *Attamen Sancti Acta, quæ sustulit Wandalorum impietas, utcumque supplent Miracula apud ejus tumulum posterioribus seculis patrata; quæ eo, quo referuntur in Codice nostro, ordine prelo dabimus. Primi, quod contigit in cæca facta muliere Ermengarde, auctorem haud assequor; secundum verò & tertium conscripsisse videtur anonymus ille, quem §. præced. num. ult. memoravimus, quique, ut dictis fidem conciliaret, epistolam ibidem recitari inceptam ità prosequitur:* Scribimus autem, non quæ aliqua vulgari aſſertione didicimus, ſed quæ à veridico ore veſtro percepimus. His verò pro modulo noſtro explanatis, coramque vobis peroratis, ac veſtri authoritate testimonii confirmatis, alia, quæ nos ipsi innumeris fidelibus mixti per eumdem gloriosissimum patronum patrari conſpeximus, ne oblivione consumantur, explicare proposuimus: quæ si quem Tulliana redundantem facundiâ audire contigerit, ne nostris pannosis dictionibus & inornatis indignetur, supplicamus & obtestamur, quia
C non aliqua supercilii præsumptione ista scribimus, verùm tanti patris meritorum insignia oblivionis negligentiâ prorsus posse ignorari pertimescentes, ad tempus simpliciter & humili stylo scripto commendamus; quousque quis philosophiæ fonte ad plenum potatus, facundiæ floribus ea decenter perornans velit elucidare. *Quæ sequuntur usque ad epistolæ finem, quod dedicatoria solummodò sint, omitto, satis ratus, concludere è recitatis verbis lectorem posse, bina, quæ in codice sequuntur, nosque ex eodem edemus, Miracula à coævo auctore, & oculato teste esse exarata.*

eduntur. 54 *Quod verò ordine quartum est, ac absente Roberto comite anno* 1097 *patratum, scriptorem nactum videtur haud adeò sibi propinquum, sicut illud quod proximè refertur accidisse in canonico Guatinensi seu Watinensi Themardo; hujus enim licet primi scriptoris ætatem codicis nostri auctor, seu is,* AUCTORE S. D. D *quem hic fortè fuit secutus, nullibi insinuet, constat nihilominùs ex Watinensi, quod tom.* III *Thes. anecd. à col.* 798 *è Dunensi codice Marteneus edidit, Chronico, extitisse & synchronum & rei gestæ spectatorem, nempe Ebrardum Watinensem canonicum, Odfridi, ejusdem monasterii fundatoris, discipulum; nam idem Marteneus in observ. præv. pag. mox cit. sic scribit:* Porrò codex Dunensis, ex quo illud descripsimus, illum tantummodò præfert titulum: » Chronicon monas-» terii Guatinensis » auctore non nominato; verùm Ebrardi nomen, quod primæ paginæ apposuit manus recentior, illum clarè indicavit, quem etiam non ambigimus auctorem fuisse sequentis opusculi de Miraculo, quod Brugis contigit anno 1088, cum S. Donatiani meritis paralysi curatus est Tamardus canonicus regularis Watinensis; nam idem in utroque opere stylus. *Quinimò fuisse hujus miraculi scriptorem Themardo admodùm familiarem, probant inter alia plura hæc ejus verba:* Retulit namque i-E dem frater (*Themardus*) nobis &c. *Item hæc:* Et quia conversantes à principio quotidiè illa videmus &c. *Sed hæc aliaque, è quibus auctoris ætas notari poterat, quæque supplebo in annotatis, addita studiosè omisit anonymus codicis nostri scriptor, ea fortè præsumptione abreptus, quod major sibi, quàm contubernali ac synchrono testi fides foret adhibenda. Undenam verò quæsierit postrema duo, quæ breviter narrat, Miracula, investigando non sum; attamen & hæc, tametsi majorem fortè, (de ultimo magìs intellige) quàm recitata superiùs Acta fidem haud mereantur, prelo, servantes, uti diximus, codicis ordinem, cum aliis subjiciemus, mox id facturi, nisi episcopatus Sancti tempus, aliaque nonnulla priùs inquirenda forent.*

Quemadmodùm à Flodoardo ex concilio Arelat. Bethausius, 55 *Hæc ut faciliùs assequamur, juvabit Remensium antistitum seriem à Bethausio seu Ibethausio usque ad S. Nicasium Flodoardi verbis priùs hìc exhibere:* Bethausius, *inquit,* qui cum Primogenito diacone suo primus ex hac Belgica provincia legitur Arelatensi primæ interfuisse synodo, relatæ per Marinum episcopum beatissimo papæ Sylvestro, Volusiano & Aniano consulibus, quæ habita est anno domini 314. post quem F Aper, deinde Maternianus . . . post quem Donatianus extitit episcopus . . . quem beatus Viventius tam celsis illustris vitæ meritis, quàm claro pontificatus sequitur ordine culminis . . . cui successit Severus . . . post præmissos præsules beatus Nicasius cultu sequitur pontificatus. *Verùm sicuti ex concilio Arelatensi Bethausium in Catalogum suum verosimiliùs inſulit Flodoardus, ità Marlotus aliique non pauci Dyscholium medium collocant inter Aprum & Maternianum, innixi pariter & ipsi conciliis tam Agrippinensi post consulatum Amantii & Albini anno* 346, *quàm Sardicensi sequenti anno celebratis; horum enim priori Dyscholius uti Remensis antistes, posteriori verò tacito episcopatus nomine subscriptus legitur. Non qui-*

AUCTORE S. D.

A

dem me latet concilii Agrippinensis acta à pluribus ut suppositicia ac tenuissimæ fidei, imò à nonnullis ut spuria fuisse traducta, verùm quàm infirma sint argumenta id suadentia, jam inde ostendére novissimi conciliorum Galliæ editores, & Cornelius Byëus noster in comment. historico-critico de SS. Sanctino & Antonino ad diem XII *Octobris. Quare & nos hujus potissimùm concilii authoritate permoti, secutique veteres Democharis catalogos, Dyscholio Aprum inter & Maternianum in Remensium præsulum serie medium locum concedimus.*

ita & à nobis ex conciliis Agrippinensi & Sardicensi

56 *Qui verò amplectuntur concilii Agrippinensis acta, sed Flodoardo, ut Colvenerius, scrupulosiùs inhærent, existimant, Dyscholium fuisse dumtaxat Remensem chorepiscopum, atque in hac dignitate præfatis conciliis subscripsisse; verùm licet Dyscholii tempore chorepiscoporum potestas satis, imò nimiùm ampla foret, eaque propter per canonem* 57 *Laodicenæ synodi penitus fuerit rescissa, probatum mihi nihilominùs velim, aliquandò chorepiscopis licuisse suffragium inter episcopos dicere, aut sententiam ferre, prout tulit Dyscholius in Agrippinensi concilio his verbis :* Qui Christum Deum negat, in ecclesia non potest permanere, dicente domino : » qui me negaverit coram hominiB » bus, negabo eum coram patre meo, qui
* *Mat.* x ℣ 33 *Luc.* xii ℣ 9. est in cælis * » & ideò Eufratam inter fratres meos arbitror & certè censeo esse episcopum non permitti. *Nec quemquam morari debet, Dyscholium Sardicensi synodo subscriptum legi post episcopum Ambianensem, Remensis suffraganeum, idque nudè sine addito vocis* Remorum; *sæpius enim in primævis conciliis servatus hic in subscriptionibus ordo non fuit, neque unicus Dyscholius, sed reliqui etiam episcopi omnes, tacitis locorum nominibus, præfato concilio nudè subjiciuntur; ast adeò clarè apud Harduinum & Labbeum loquuntur acta concilii Agrippinensis, ut nullus dubitem, quin, si ea nota habuisset Flodoardus, admisisset in Remensium præsulum catalogo Dyscholium æquè ac Bethausium; nam hujus notitiam, uti diximus, sola ei synodus Arelatensis verosimiliùs subministraverat.*

Dyscholius in Rhem. epp. catalogum infertur,

57 *Sed instant adversarii objiciuntque sequentia argumenta : S. Remigius, inquiunt, in prolixiori suo Testamento quatuor tantùm episcopos Remenses sepultos ait in ecclesia S. Xysti, quinque verò antecessores proximos S.* C *Nicasii in ecclesia Joviniana, seu S. Agricolæ, sic dicta à conditore suo Jovino Galliarum præfecto; ex quo inferunt, non plures quàm novem ante S. Nicasium esse admittendos. Secundò adducunt litteras Ebonis ad Balduinum Ferreum, Gervasii ad Balduinum Insulanum, & sermonem Ratherii Lobiensis à nobis suprà etiam allata; in hisce enim constanter, inquiunt,* Donatianus *vocatur septimus Remorum episcopus, qui, admisso Dyscholio, necessariò dicendus fuisset octavus. Verùm ex eodem hæc omnia fonte videnter hausta, nimirum ex prolixiori S. Remigii Testamento, quod quàm sublestæ sit fidei, sæpius majores nostri ostendére, noruntque eruditi passim omnes. Notatu dignior est epistola Hincmari ad juniorem Hincmarum Laudunensem, in qua S. Remigius vocatur* XV *Remorum archiepiscopus; sed præterquam quod & ipse Hincmarus prolixius S. Remigii Testamentum secutus fortassè fuerit, alio etiam modo componi poterit hæc difficultas : nam vehementer suspicantur scriptores Galliæ Christianæ auctæ, ex uno* Baruc *duos Flodoardum fecisse, nempe* Baruc & Barucium, exotica insolitaque, *ut ipsi loquuntur,* tam apud Gallos quàm apud Romanos nomina . . . errore ex eo nato, quod primigenium nomen alii barbarè, alii latinè redderent. *Hoc cum satis appareat probabile, rectè quidem Hincmarus S. Remigium appellarit* XV *Remorum archiepiscopum, falso licet fundamento innixus.*

D

& episcopatus Sancti epocha utcumque eruitur.

58 *Concesso itaque Dyscholio inter Remenses antistites loco, positoque, eumdemanno* 346 *subscripsisse concilio Coloniensi & sequenti Sardicensi, quo episcopatus sancti nostri epocham securiùs adhuc assequamur, juverit attendere Acta S. Materniani ad diem* XXX *Aprilis à Daniele Papebrochio illustrata; sed non placet cum eodem Papebrochio Dyscholium postponere Apro, tum quod id repugnet antiquioribus Democharis, aliorumque, qui Dyscholium admisere, catalogis,* E *tum quod pati id non videantur Acta S. Materniani, in quibus dicitur urbs Remensis sub præsule Apro diu triumphasse; posito enim post Dyscholium Apro, hujus episcopatum circumscribere coactus Papebrochius fuit octo aut decem annis, tempore, ut mihi quidem apparet, haud adeò diurturno. Contra verò si Aprum Dyscholio præposueris, cum Bethausius concilio Arelatensi subscripserit anno* 314, *& Dyscholius Agrippinensi anno* 346, *intercedit tempus satis notabile pro Apro, nihil enim vetat, Bethausium obiisse haud diu post concilium Arelatense, & Dyscholium initio sui pontificatus Agrippinensi synodo interfuisse; ità ut in hac hypothesi Aper triginta plùs minùs annis præesse potuerit. Ne verò hæc adeò strictè sumamus, demus, obiisse Bethausium anno circiter* 320, *& Dyscholium fuisse consecratum circà annum* 340, restant, sufficiuntque, *ut aiunt scriptores Gall. Christ. auctæ,* viginti anni pro diuturno illo Apri pontificatu. *Cum itaque S. Maternianus, ut Acta ejus produnt, decesserit anno pontificatus sui vigesimo tertio, nec Sancto Hilario, qui obiit anno* 367, *adeò diù, ut colligi ex iisdem Actis datur, supervixerit, sequitur ejus mortem ab anno* 370 F *haud multùm removendam, adeoque potuisse* Donatianum *circa idem tempus in Remensem cathedram sublevari. Fateor, in hac nostra hypothesi à morte S. Materniani usque ad martyrium S. Nicasii (nam hunc à Wandalis circà annum* 407 *occisum dixi)* 37 *dumtaxat intercurrere annos, qui quatuor antistites complecti debuere; sed nonne hi sufficiunt? Sanctus enim Nicasius martyrio præmaturè fuit sublatus, nec de aliis tribus constat, quod adeò diu vixerint. Sequi proinde eum velim, qui Sancti nostri mortem versus annum* 380 *statuendam judicarit.*

MIRACULA S. DONATIANI

è MS. codice Vallicellensi, notato apud nos Pms. 159, & collato cum MSS. S. Donatiani Brugensi, & S. Audomari lectionariis, auctoribus anonymis, & Ebrardo canonico regulari Watinensi.

CAPUT PRIMUM

Mulieri cæcæ, ac cuidam militi cæcitate divinitus percusso visus redditus.

B E

Ermengardis mulier Ostendana,

CLaret theologi Joannis testimonio, quod Christus sit vera lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum *a*. Hic per ministrum æterni luminis Sanctum Donatianum Miraculum operatus est satis per se splendidum, nec lucis alienæ laudis indignum : sed quia dignum est, opera lucis eis proponere, qui se filios lucis gratulantur, idcircò idem miraculum stili officio credimus, ut ex hoc & Deo gloria & fidelibus crescat piæ devotionis gratia. Est igitur pagus ubique gentium conspicuus noto cunctis vocabulo Fresia *b* dictus. Hìc oppidum situm est ab accolis Osdenne *c* cognominatum, monti Rorikesberg *d* vocabulo contiguum. In hoc ergo oppido quædam mulier Ermengardis dicta, cæteris fidelibus mixta, illis claruit diebus. Hæc mirabiliter Dei permissione cæcitate perculsa, sed mirabiliùs per Sanctum Donatianum Dei est miseratione salvata. Quod C raro fidelium testimonio tali contigit prodigio. Quadam ergò die puteum Rorikisput *e* dictum cum hydria adiit, ut ex eo aquam in usum familiæ deferret, cum ecce auribus ejus ex præfato monte sonus *f* admissus est, quasi sonus cytharārum aut tympano canentium, quasi sonus in choro dulci modulamine concorditer psallentium; & sicut naturale est humanum animum suavitate delectari cantilenæ, relicta mox super os putei hydriâ, ad montem tantæ suavitatis refectione abundantiùs explenda accessit.

a

b

c

d

e

f

cæca facta, S. Donatiani monitu

2 Ubi cum in parte montis sese prosterneret, ut intentum auditum dulcedine musica oblectaret, membra cantus suavitate soluta blandus sopor grata quiete depastus est, cui sopori deditæ quidam astu dæmonis assistens eam bulliente aqua perfudit, & gravi dolore sauciam reliquit : nàm ex valida vi æstuantis aquæ non tantum cæsaries carne & sanguine mixta defluebat, verùm etiam geminorum luminum olgemmeus *g* humor ità emarcuit, ut gemeret in se lucis gaudium in noctis horrorem subitò conversum. Sic per octo annorum curricula ægra alieno ductu trahebat membra : dubia bacillo regente alternabat vestigia. Ut autem ex sequentibus claret, hæc ei cæcitas accidit, ut ex hac in ea manifestarentur opera Dei, & Sancti Donatiani meritum clarificaretur in populo Dei. ergò elapsis, ut dictum est, in illa cæcitatis ærumna octo annis, cum jam nonus sacratissimam Dominicæ Incarnationis noctem mundo exultanti præsentaret, ecce adest cœlestis visitatio; namquè apparuit ei senex canis respersus, albis indutus, pastorali virgâ manum decorus, & eam hujusmodi est verbis allocutus : num, filia mi, * molesto fers animo, quod hac vexata es orbitate tempore tam diuturno ? Naturale, inquit, est, domine, molestè ferre, quod molestè solet accidere. Tum ille : accingere, filia, & castrum, quod vulgò Brugga *h* dicitur, adi festina; illic enim cœlestis tibi aderit medela, &, me patrono, in pristina geminorum luminum receptione lætitia.

g

** lege :* mea

h

F

Brugas petit,

i

k

3 Quomodò, ait, domine mi, Bruggam adibo, quæ & viæ & loci, & ipsius sum nominis ignara *i* ? Tunc senex apprehensa ipsius dextrâ & elatâ in altum cambutâ *k*, publicam ei viam, qua ad memoratum locum perduceretur, magna cum charitate monstravit. Post hæc venerabilis senex avertens se cæpit ire : ipsa verò, clamore post tergum recedentis emisso, sciscitabatur ab eo & personam & nomen. respondit autem se episcopalem personam esse nomine Donatianum. Ad hanc vocem mulier expergefacta à somno non minimùm pro hujusmodi visione est exhilarata : sed, cum dubietatis in corde ejus resederant vestigia, placuit sancto provisori salutis ejus eadem ratione & ordine, quem diximus, secundò & tertiò ei apparere, & quia scriptum est : » in ore duorum

AUCTOR. ANONYM.

» duorum vel trium testium stat omne ver-
» bum *l* » jam omni ambiguitate postposi-
A ta, fidelium fulta præsidio, ad castrum, de
l quo diximus, pervenit. Igitur anno humanati Verbi millesimo undecimo, videlicet die
m Kalendarum Maïarum, fratribus *m* sacra missarum solemnia celebrantibus, ecce mulier alieno ductu ecclesiam ingressa ad locum, in quo corpus Sanctissimi patris nostri Donatiani debito fidelium frequentatur honore, devotione magna & fide accessit perfecta.

atque in Sancti ecclesia visum pristinum

4 Ubi oblato & relicto, quem manu gestabat cereo, prostravit se in oratione, tam veniam pro delictis, quàm etiam recuperationem expetens amissi luminis. Cumque diutissimè oratum est, adest divinæ gratiæ respectus, à Sancto Donatiano promissus; & primò quidem ob contractorum remissionem nervorum, & vim immutandæ naturæ, brevi quidem & quasi momentaneo, sed tanto est dolore vexata, ut modica aquæ guttula refocillari cunctis Crœsi præferret divitiis. Cumque ab oratione surrexisset, o-
B culi guttatim stillabant sanguinem, & cum magno clamore laudis divinæ omnia cæpit clarè videre. In argumentum quoque fidei accurrens cum fratribus sacræ ædis præpositus, & experto tam visu, quàm etiam attactu diligenter omni eventu, rei fideliter credidit, & fideliter testimonium perhibuit. Cæperunt autem & qui præsentes hoc viderant, & qui absentes hoc auditu perceperant, magna & excelsa voce Deum magnificare, & Beatum Donatianum in tanto Miraculo magnis præconiorum concentibus extollere.

recuperat.

5 Hæc & his similia circà languentes operari solet Deus tam corporum, quam etiam humanarum curam gerens animarum: eò autem ampliùs animarum, quò has subtilioris naturæ dignitas, & cœlestis substantiæ amplior commendat nobilitas, cujus ineffabili benignitate præfata mulier exteriori lumine lætificari meruit. Magis ut ex hoc animabus nostris lux æterna resplenderet, quàm
C ut illam perituri citiùs luminis usus foveret: sed dices: quomodò animæ meæ ex hoc lux æterna resplendet? Inde videlicet, quod ex insoliti eventu prodigii exorta divinæ laudis materies ad laudem & amorem creatoris & animam tuam excitat, & affectum succendit. Undè jucundum sit nobis, divinis cum angelis & Sanctis die ac nocte insistere laudibus, & per mirabilem lucis ministrum Sanctum Donatianum ad auctorem æterni luminis tendere Jesum Christum Dominum nostrum, cui est cum Patre & Spiritu Sancto honor, laus, & jubilatio per æterna secula.

n Ad dedicandum Hasnoniense monasterium

6 *n* Cognovimus, fratres charissimi quædam celeberrima testium veridicorum assertione affatim confirmata, armariolo memoriæ commendari dignissima, cunctisque præsentibus matris ecclesiæ filiis & succedentibus præcordialiter amplectenda, per gloriosum patronum Donatianum Spiritus Sancti cooperante clementia propalata. Quæ licet nimis inculto sermone, ne negligenti oblivione conterantur, tenacibus litteris commendare, quam reticere maluimus. Postquam igitur serenissimus Flandriæ marchio Bal-
D deuuinus *o* cultor justitiæ, amator concordiæ, filius pacis, sub quo quodammodò illa prophetia impleri videri poterat, quæ dicit: » conflabunt gladios suos in vome-
» res, & lanceas suas in falces *p* » inter cætera, quæ indefessè excolebat, operum bonorum studia monasterium *q* in castro Hasnoniensi fundatum ad effectum perduxerat. ad idem monasterium altissimo Domino consecrandum, alter in hoc Salomon cognominandus, mirificos apparatus ex infinita divitiarum, quibus ad plenum exuberabat, copia parari constituit. Taliquè ac tantæ solemnitati cunctos Flandriæ optimates cum suis cohessentibus * adesse præcepit.

o

p

q

** an: cli-entibus? allatum est inter alia S. Donatiani feretrum, r*

7 Ad cumulum etiam honoris tantæ dedicationis, tamque sibi dilectæ festivitatis cunctorum corpora Sanctorum *r* totius sui principatus cum episcopis, præpositis, abbatibus, sibique subjectis, totus in Dei servitio devotus ac benevolus coadunari jussit. Undè factum est, ut cum Sanctorum reliquiis pretiosus patris nostri Donatiani cor-
E poris thesaurus stipatus magna procerum catervâ honorificè ad prædictum locum transferretur. Quo simul ac multo cum sudore perventum est, cum omnes absque magna difficultate locus ille capere non poterat, utpotè ubi tot populorum millia confluxerant, omnibus unum animo sedit consilium, quatenus foris juxtà oppidum tentoria figerent, ubi Sanctorum corpora observantes liberiùs Dei servitio insisterent. Populi autem undique catervatim ad corpora Sanctorum festinant, oblationibusque suis & orationibus per tot suffragia Sanctorum Deum sibi placari postulant.

apud quod dum quidam miles indevotam mulierem ingredi petentem

8 Inter quos contigit, quemdam militem, in quo mellifluæ pietatis Pater noster repausabat, subire tentorium, atque per tantum domus Dei mansionarium peccatorum suorum quærere remedium. Cumque antè Sanctum solo prostratus diu orationi incubuisset, surgens, feretrum, in quo incomparabilis thesaurus habebatur, adiit, & cum nimia devotione munus suum obtulit: cum autem sacro feretro osculum imprimeret, ecce quidam, adversùs quem humanæ naturæ vitiator diabolus auctor mortis, commentor fraudis, seminator discordiæ, inventor inimicitiæ, ac totius nequitiæ ipsum odii stimulis commoverat, ac totum in ejus mortem armaverat, ad genua ejus provolvi-
F tur, & in Dei nomine, gloriosique patroni nostri Donatiani humiliter veniam deprecatur, in te, inquiens, fallente animarum corruptore, deliqui, miserere mei, ut Deus misereatur tui: ille verò extomachatus è contrà luctatur, & nisi quantocyùs se dimittat, jam in præsentia Sancti mortis ei pericula minatur: verumtamen hic ab incepto non destitit, preces precibus, ut sui misereatur, accumulavit, & taliter inquit: mihi reo pedibus tuis suppliciter advoluto ignosce, quatenus ab indeficiente pietatis fonte Christo omnium peccatorum plena tibi conferatur remissio.

repellit, cæcus efficitur,

9 Quo viso, clerici cæterique, qui aderant fideles, pietate moti, se pariter cum eo

ad

AUCTORE ANONYM.

Sanctum invocans, & inimico reconciliatus,

A ad pedes illius mittunt, & cor à diabolo induratum ad pietatem emollire humilibus precibus conantur. At ille, utpote quem antiquus hostis totum possederat, neque tot precibus vincitur, neque lacrymis à duritia mentis mutatur, sed multò magis ad majorem furorem concitatur, & jam totus amaritudine fellis suffusus præ nimia, qua æstuabat, iracundia eos ulteriùs non sustinens extorsit se ab eis, atque cum animi indignatione à corpore Sancti discessit : sed Deus omnipotens contemptum emeriti militis sui diutiùs non ferens permanere inultum, digna miserum ultione insequitur, qua eum amborum luminum officio privat. Undè infelix gelido tremore totus concutitur, & quomodò ei tam subita cæcitatis infelicitas evenerit, admodum miratur, simulque inexplicabili, ut naturale est, dolore corripitur. Atque jam magis ac magis dolore accrescente pariter & timore, ulteriùs infelicitatis suæ casum silentio jam non valens contegere, quali quantave angustiâ intùs destitueretur, non minùs horrendis quàm miserandis ejulatibus denotare compellitur. Vestes etiàm
B scindit, pugnis pectora tundit, crines avellit, palmas collidit, genas unguibus dissecat, mortem invitat, ut veniat, sed quia remoratur, miseris adeò pigram esse incusat : & ut paucis absolvam, tam vehemens dolor erat, ut his, qui pii cordis aderant, ne se amens furiosè ageret, metum incuteret.

sed adstantium consilio

10 Quæ de re ejus miseriis nimiùm compatientes celeriùs advolant, quæ tanti causa sit doloris sciscitabantur, ut tristitiam patientiâ cohibeat, hortantur, & blandis consolationibus tam immoderatum dolorem delinire conantur. Verùm ille sermonibus eorum non acquiescens aut consolationibus, inter crebros singultus & alta suspiria tandem vix vocem lugubris prorupit in istam : liceat, domini mei, liceat mihi dolori meo satisfacere, liceat infelicitatis meæ casus saltem deflere, quos infeliciter videtis accidisse. Gaudium præsentis vitæ perdidi, lumen oculorum meorum momentanea infelicitate amisi, & mihi ultrà quid restat, nisi dolere. O mihi nimis pigram quis priùs accelerabit mortem? Quatenus tandem cum termino vitæ detur finis meæ tristitiæ. Heu me miserum omnium, qui Deum & Sanctum Dei graviter offendi; undè infeliciter cæcitatis nocte damnari merui. Quibus auditis, fratres, cunctique, qui his
C interfuere, fideles nimia admiratione sunt perculsi, & glorioſum Patronum nostrum ampliori dilectione, studiosiori etiam veneratione cœperunt laudare justum Dei judicium, qui velox adesse vindex contemptùs dignatus est Sancti sui. Homini quoque, ejus incommodis nihilominùs condolentes, sic aïunt : noli, frater, tantâ attenuari angustiâ, noli tam vehementi laniari tristitia, verùm justè Dei te sciens pati judicia, dolorem cohibe patientiâ, & adhuc spem habens de Dei misericordia, Sanctum Dei, à quo superbus, ac feritate animi plenus discessisti, humilis cum omni mansuetudine adire festina, atque, quod in eum deliquisti deflens, à copiosa ejus pietate veniam implora.

11 Tunc demum ille ad mentem rediens, consiliis eorum paruit, utque illò perduceretur, humiliter postulavit. Quid plura? Ad feretrum pii Patris nostri alieno ductu pervenit, in orationem se fudit, veniam pro delictis expetens, suspiriis, & obortis lacrymis per aliquod horarum spatia supplicationem suam protelavit, atque talia coràm omnibus addidit : O Sancte Dei, debitori meo omnia, quæ in me deliquit, ex toto corde ad honorem tuum dimitto, tantùm circà me tua cesset indignatio : surgensque ab oratione, projecta procul omni inimicitiâ, plena charitate cum eo fœdera pacis iniit. O filii pacis! O amatores concordiæ & charitatis! Hoc vobis sedeat animo, aurem accommodare benevolentiâ, quale divina pietas per mellifluum Patrem nostrum propter pacem operari dignata est miraculum, libeat intendere, & gaudere, ac studiosiori diligentia ea, quæ sunt pacis, ædificate.

visum recipit; unde oborto

12 Postquam autem pacem osculo sancto confirmasset, protinùs divina affuit misericordia, quæ ei lumen adeò ad plenum restituit, ac si nullas umquam cæcitatis tenebras pertulisset. Tunc ampliori quàm ulla effari potest lingua, repletus gaudio utrasque manus ad cœlum expandit, divinæ pietati, gloriosoque muneratori suo Donatiano ex intimis cordis medullis grates persolvit : præ nimio etiam, quo redundabat, tripudio indulgens lacrymis circumstanti sic inquit populo : O domini mei & fratres, omnes unanimes congratulamini mihi, in me ineffabilis misericordiæ Dei perpetrata laudate magnalia, in me venerabilis atque amabilis patris Donatiani elucidata mecum prædicate insignia; quia ego, quem ira Sancti oculorum orbaverat officio, ejusdem mihi repropitiante clementia, modò omnia clarè video. Talia eo referente, clamor populi ad cœlum attollitur, Salvatoris clementia, Miracula per Sanctum suum operata, laudatur, copiosæ pietatis pater ore omnium benedicitur, canticum laudis Deo altissimis vocibus à clero jubilatur, memorabile gaudium ab universis celebratur.

immenso omnium gaudio,

13 Talis quoque jucunditatis vocibus aures absentium percutiunt : quæ tantæ causa sit exultationis, adeò mirantur, atque se invicem ita adhortantur : eamus, properemus, curramus, & quid ibi factum, addiscamus, tamque feliciter gaudentibus nos adjungere satagamus. Advolant ergò utriusque sexus turba non modica, inopinata inveniunt gaudia, quæ per Sanctum suum operari voluit Deitas mirifica. Unde & ipsi laudes Deo voce dulciflua, ac mente reddunt devotissima : certatim insuper ad feretrum amplectendum Patris nostri festinant, Sanctumque infinitis muneribus honorant; & ut pro peccatis eorum apud divinam misericordiam sit melliflus intercessor, exorare non cessant. Quantæ etiam ibi lacrymæ sint obortæ præ gaudio, quanta omnibus salubris inerat exultatio, denodare succumbit modulus meæ facundiæ. Ad cumulum prætereà lætitiæ tam splendidi fama Miraculi aures glorioſi marchionis attigit, eumque non modica exultatione, utpote ducem strenuissimum, defensorem justitiæ constantissimum, religionis ac sanctitatis amatorem benignissimum replevit, undè subitò

AUCTORE ANONYM. A

ampliori desiderio ad cultum divinum totus accenditur, ad amorem pacis quodammodò revocatur, Deum corde & ore benedicens, qui tam dilectam sibi festivitatem pietatis suæ visitatione ornare dignatus est.

Sancti feretrum Brugas reportatur.

14 Piissimum quoque patronum Donatianum dignè honorat, & veneratur, majorique dilectione frequentans amplectitur. Procerum verò nihilominùs multitudo cum pio duce lætatur : sicque cum immenso gaudio dedicationis illius festivitas celebratur; omnibusque, pro quibus venerant, devotè expletis, unusquisque in sua lætus regreditur : gloriosus etiam Patronus noster cum hymnis & canticis fidelibus sustollitur, ac utriusque sexus comitante turbâ non modicâ cum honore & gaudio ad propria reducitur. Hujus igitur, fratres chariſſimi, Patris laudi indefessè insistamus, ejusque servitio sine intermissione invigilemus : hunc amplectamur, hunc veneremur, per quem tam lucida nobis declarantur Miracula, & pœnitentibus largitur venia : hunc, inquam, veneremur, ejusque patrocinio sincera devotione nos committamus, fidentes, nos ab omnibus nexi- B bus peccatorum per hujus suffragia absolvendos. Et si in bonis perseveraverimus, lumen æternæ claritatis, & hæreditatem ineffabilis jucunditatis accepturos, in qua ipse par angelis indutus stolâ beatæ immortalitatis, redimitus coronâ immarcessibili æternæ beatitudinis, expectans inenarrabile ornamentum stolæ duplicis, choris omnium associatus Sanctorum regnat cum Christo in sæcula sæculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Joannis cap.* I ℣. 9.

b *Id est, ni fallor, Frisia Occidentalis, pro more temporis* pagus *dicta, quæ vox idem hìc sonat, quod Gallica* païs, *Latinè* terra *seu terræ tractus, regio &c.*

c *Ostendam Flandriæ oppidum intelligendum puto, Germanici maris portu celeberrimum : nec mirum videri debet, hoc in Frisia ab anonymo collocari : nàm, quàmvis haud facile sit definitu, quo se limite continuerint* C *antiqui Frisones Occidentales, scribit nihilominùs Altingus tom.* II *pag.* 62 *in Germaniæ inferioris notitia, certum esse,* Frisiorum nomen ultrà Scaldim in Morinos aliquando fuisse prolatum, testibus, *inquiens,* Audoëno sæculi VII scriptore, qui Frisios contrà Andoverpum ponit, & antiquâ scedâ *apud Meyerum,* qua Ostenda Frisiæ oppidum vocatur.

d *Hujus apud Ostendam montis mentionem nec apud novissimos accuratioresque geographos, nec alibi ampliùs invenio.*

e *A monte sic dictum.*

f *Quorumdam fortè musicorum concentu excitatus.*

g *Ille forsan humor, quem chirurgi crystallinum vocant, sic dictus, quod gemmæ seu crystalli colorem præ se ferat.*

h *De hujus castri, urbisque vetustate, & nominis origine consulesis Vredium, diligentissimum antiquitatum Flandriæ indagatorem,* D *Flandriæ ethn. part.* I *à pag.* 405.

i *Imprudenter addidisse hæc videtur anonymus ; quis enim credat, mulierem hanc ignorasse tam nomen, quàm locum castri seu potiùs oppidi Brugensis, per totam tunc Flandriam celeberrimi, nec ampliùs tribus leucis Ostendâ dissiti ?*

k *Id est* baculo.

l *Deut. cap.* XIX ℣. 15. *Matt. cap.* XVIII ℣. 16. *Ad Corintt.* II *cap.* XIII ℣. 1.

m *Canonicos intellige, qui fratres ideò hìc nominantur, quod pro more temporis simul habitantes vitam ducerent regularem, nullis licet fortassè votis astricti ; nàm Grammayus pag.* 105 *agens de cathedrali Brugensi ecclesia cap.* II *ità scribit :* Supersunt adhuc loca scholæ, cœnaculi, dormitorii, imò cellularum memoria recens est, in quibus canonici non ità pridem solebant festis majoribus quiescere, imò ampliùs per annum, quem vocant, residentiæ, non nisi in claustri septo dormiens explebat. Degenerarunt autem canonici ab hac morum severitate, bellis frequentibus & difficillimis viam libertatis aperientibus. *Fusiùs de his Hubertus Waeghenaers, archidiaconus Brugensis, qui & refert extare Bullam Alexandri* III *anni* 1173, *quâ hic pontifex laudat & observari deinceps præcipit à canonicis S.* Donatiani *ejusmodi in communi vivendi normam. Tanto autem favore S. Donatiani capitulum prosecuti fuere Flandriæ comites, ut non tantùm canonicos in perpetuos domesticos adsciverint, verùm etiam capituli præpositum, magnum Flandriæ cancellarium, & monetæ magistrum ultrò declaraverint. Extat hac de re Diploma Roberti Jerosolymitani apud Miræum Not. eccles. Belgii cap.* CXII.

n *Alius hujus sicuti & sequentis cap.* II *Miraculi auctor est, uti diximus* § III *num. ult, & seq. num.* 53 *Comment. prævii.*

o *Montensis, filius Balduini Insulani, qui Flandriæ comes fuit ab anno* 1067 *ad annum* 1070.

p *Isaïæ cap.* II ℣. 4.

q *Antiquissimum hoc celebreque Hannoniæ monasterium cum ejusdem nominis vico Scarpo fluvio adjacet, una ferè leucâ nostrate ab oppido S. Amandi Duacum versus dissitum, de quo ita Iperius in Chronico suo Bertinen-* F *si :* Balduino Insulano Flandriæ comiti successit filius ejus Balduinus, à puero nutritus in aula imperatoris Henrici. Hic in adolescentiæ suæ tempore decidit in tantam infirmitatem, ut ei pater in manu candelam teneret, extremum spiritum exspectans. Et ecce subitò resumptis viribus, patri suo dixit : pater ab hac infirmitate evadam, si mihi dare volueris locum de Hanon, ut ibi monasterium ædificare possim. Hæc vera erunt, quia statim hoc mihi Sancti Marcellinus, & Petrus promiserunt. Pater annuit, & filius sanus effectus est. Subverso igitur Hanon castro, raptorum latibulo, ædificavit ibidem monasterium Hanonienſe in honore SS. apostolorum Petri & Pauli, & SS. martyrum Marcellini & Petri, & propter hoc vocatus est Balduinus Hanonensis.

r *Meyerus ad annum* MLXX *sic scribit :*

A Ea in dedicatione interfuiſſe reperio corpora Sanctorum Marcelli, Piatonis, Salvii, Amati, Donatiani, Vedaſti, Amandi, Audomari, Giſleni, Vincentii, Bertini, Winoci, Wandregiſili, Bavonis, Everardi, Euberti, Landelini, Hugonis, Aichadri, Euſebiæ, Rictrudis, Aldegundis, Ragenfredis, Reginæ, & Waldetrudis. *Moris quippe tunc erat, in sacrarum ædium dedicationibus variorum Sanctorum exuvias eò deferre.*

AUCTORE ANONYM. D

CAPUT II.

Mulier debilis & contracta sanata : periculosæ apud Flandros discordiæ Sancti ope compositæ : puero claudo gressus restitutus : paralytica curata.

Mulier Brugis miserè contracta & debilis

B Vidimus præterea, fratres dilectiſſimi, aliud ſplendidiſſimum, ſupernâ annuente clementiâ, per eumdem glorioſiſſimum Patrem noſtrum declarari Miraculum; quod quia ſilentio contegi indignum cenſuimus, prout potuimus, enucleare aggreſſi ſumus. Erat itaque in hujus piiſſimi Patroni caſtro *a* quædam paupercula, in annis ſenilibus conſtituta, occulto Dei judicio adeò effecta debilis & contracta, ut à talis uſque ad juncturas genuum, cruribus ejus ad coxas ſub una cute concretis, ſi alicubi ad vitæ neceſſaria eundum erat, naturâ incessûs omne adminiculum denegante, manibus ac genibus in modum cujuſlibet reptilis miſera miſerabiliter arreptaret. Tantiſque ac tantæ vi paſſionis atque dolore per quàm plures annos laborare ab innumeris loci hujus incolis viſa eſt; & cum diutinus dolor erat, & in nullo viventium antè viſa debilitas, omnis ſpes recuperandæ ſanitatis ei exciderat, ſed ſummæ bonitatis infinita miſericordia tempore diſpoſito diuturnorum ejus malorum miſerta, C quam juſtè flagellaverat, miſericorditer mulcere, ac conſolari dignata eſt.

a

monetur in somnis, ut adeat ecclesiam S. Donatiani;

16 Quadem autem nocte cum tot paſſionum miſeriis mulier fatigata tenuiſſimo ſopore perfunderetur, viſum eſt ei, quemdam ſtolâ miri candoris poderatum aſtitiſſe, ſui benignum viſitatorem adveniſſe, ac blanda voce taliter dixiſſe : tempus eſt, filia, tantis miſeriis finem adhibere : noli diutius laborare : verùm illam pervenire ad eccleſiam monſtravit digito, cum ibi, pro quibus flagellaris, peccatorum tibi à Deo plena conferetur remiſſio, ac per ejuſdem templi patronum Donatianum omni corporis tui propulſato morbo, perfectæ ſoſpitatis ditaberis commodo. Et ne, inquit, diffidas ſuper pollicitatione iſta, quia pro certo mirifica Dei miſericordia diſpoſitum habet, in te

electi militis ſui elucidare merita. His dictis, tantæ felicitatis promiſſor ab oculis jacentis diſparuit, eamque tam jucunda viſitatione affatim lætificatam, ſuperni promiſſi perfectè credulam reliquit.

quare in spem erecta,

17 Illa verò præ nimia novi exuberantia gaudii à leni quiete pellitur, & quæ viderat, ſecum revolvens, an iſta potiùs vigilanti, quàm dormienti ſibi oſtenſa ſint, admodum miratur : Deum quoque, oculis cum manibus in cœlum erectis, qui tantas ejus miſerias reſpicere dignatus eſt, voce, qua poteſt, laudat & glorificat : amabilem Patronum noſtrum, in quo, Spiritus Sancti gratiâ coöperante, promiſſæ ſanitatis omne pendebat gaudium, veneratur; ac per quem se divitiis potituram ſperat ſalutis, ſalutat : & facto manè domeſticis ſuis cæteriſque fidelibus, quæ ei viſa fuerant, ſeriatim explicat. Unde omnes, qui ſuis compatiebantur miſeriis, hilariores reddidit; utque cum omni devotione ac gratiarum actione cœleſtis viſitationis juſſa exequi ſatagat, ab his, qui ſani erant conſilii, inſtruitur. Verùm, quia, ut prædiximus, manibus ac genibus ad eccleſiam reptandum erat, (portari enim noluit) cum non ſine ſuo labore illuc pervenire voluit, quia etiam tantum laborem in obtutibus hominum aggredi erubuit, licet in hoc gaudia recuperandæ ſanitatis differre videretur, uſque in noctem expectare decrevit. E

noctu eò adrepit, ac sanitati

18 Noctis igitur inſequentis ſub ſilentio matutinales hymnos ſignis eccleſiæ concrepantibus, mulier de ſtratu ſuo ſe dedit, & ſegniter ac miſerabiliter reptando cum multo ſudore tandem ad eccleſiam Sancti, matutinalibus ferè finitis laudibuſque, pervenit : ibique cum altis ſuſpiriis ubertim perfuſis lacrymis, in orationem ſe fudit corde contrito & attenuato corpore, animæ ſuæ cunctorum abſolutionem facinorum, ac corporeæ promiſſæ ſanitatis efflagitans gaudium. Manſit autem ſine intermiſſione orans & miſericordiam Dei expectans uſque in horam diei primam : ſed quia fideliter poſtulavit, & patienter expectavit, ideò miſericorditer meruit exaudiri, mirificè meruit & conſolari; adſunt namque larga Dei beneficia, & caro præmortua paulatim cœpit reviviſcere : nervi naturalis uſus diu ademptum vigorem contrahere : venæ vivido ſanguine reſumpto tumeſcere, paſſimque nova ſanitas ſubrepere. Verùm in illa nervorum extenſione intenta F ſanitatis & morbi colluctatione, mulier nimiùm cœpit anguſtiari, valida vi paſſionis affici, præ nimia anguſtia ſudore tota perfundi, & jam tantam doloris acerbitatem ferre non valens magna voce clamavit : O ſancte Donatiane, pie pater, glorioſe pontifex, adjuva me.

plenè,

19 Quo audito, quidam ex fratribus ceterique fideles, qui diverſis eccleſiæ in partibus orationi incumbebant, admodum obſtupefacti, pariter & admirati ſe illò quantocyùs dederunt, & videntes pia opera miſericordiæ Dei, quæ fiebant, Deum glorificaverunt, eamque de, in quo jacebat, loco ſuſtollentes, ante altare, in honore melliflui Patris noſtri conſecratum, devotè collocaverunt. Ubi dum vix breviſſimæ horæ

AUCTORE ANONYM.

A ſpatio jacuiſſet, cutis, qua, ut ſupra diximus, crura cum talis uſque ad junctûras genuum femoribus miſerabiliter colligata erant, ſanguine effluente, rumpitur : crura atque coxæ per quam plures annos vitiatâ naturâ ſimul connexa ſeparantur : nervi cum venis naturalibus uſibus deputantur : crura extenduntur : pedes proprio officio adaptantur : quæque infirma ſanitati redintegrantur, omnique corporis dolore mulier adeò exuitur, ut nec aliqua quidem antiquæ infirmitatis ſigna in ea remanerent. Præter quod ex dirupta cute in cruribus ſanguis emanare videbatur. Unde hæc, utpote cui diuturna ablata fuerat miſeria, & nova ad plenum collata erant gaudia, ineffabiliter exhilarata, ante ſacroſanctum Patris noſtri altare ſe in pedes erexit, & obortis præ gaudio lacrymis, tenſiſque ad æthera palmis, Deum, qui tanta miſericordiæ ſuæ inſignia in ſe oſtendere dignatus eſt, ex toto corde ſuo adorans, benedixit, & venerabili patrono Donatiano, cujus inclytis meritis tam jucunda incolumitate ditata eſt, ex toto cordis affectu, in quantum valuit, grates perſolvit.

non modico veleri populique

B 20 Intereà prædicabilis Miraculi hujus gaudia circumquaque divulgantur : omnis, ut ità dicam, civitas ſuper laudabili glorioſi Præſulis facto congratulatur, ſigniſque eccleſiæ concrepantibus tota ferè collectio civium in eccleſiam principis ſui congregatur : ſacri etiam templi præpoſitus vir honeſtæ vitæ & clarus ac totius fons liberalitatis cum conventu fratrum advolans non modicum lætatur. Illa verò novis greſſibus fungens, cunctis ovantibus, ovanter ſe obtulit, in ſe magnalia Dei efficaciter operata oſtendit. Unde conceptum gaudium cunctis non mediocriter accumulavit. Hic namque clerus laudes Deo toto animi niſu in excelſis jubilat. Indè populi canticis, quibus licuit, exultant, Deum in tanto Patrono mirabilem univerſi benedicentes glorificant. Innumeris etiàm muneribus mulierem ditant : undique gaudia ſpiritualia reſonant, quæ ſi ad plenum explicare præſumerem, etſi Maronis mihi ineſſet facundia, puto, ſuccumberem. Tandem igitur poſt aliquot horarum ſpatia tam feliciter exultantium conventus ſolvitur, deque eccleſia quiſque in propria gratulabundus recipitur; ac mulier, quæ nuper illuc debilis miſerabiliter arrepſerat, modò turmis fidelium mixta incolumis & feliciter gaudens in ſua regreditur.

gaudio, restituitur.

C 21 Lætemur itaque & nos, fratres dilectiſſimi, omnes unanimes in Domino tam venerandi & amplectendi Patris in natalitio, hymniſque ac canticis ſpiritualibus omnium immoretur devotio : denegemus aditum triſtitiæ, quia adeſt dies ſummæ exultationis & lætitiæ : abſit procul in his gaudiis omnis clandeſtinus morſus invidiæ, qua affligitur corpus & interimitur anima : adſit charitas non ficta, qua non læditur proximus, ſed promeretur gloriam; quià tunc ſincerè Patris noſtri ſolemnia celebramus, ſi integram dilectionem invicem cuſtodiamus, & cor ab oris laudibus non disjungamus. Ut autem ità celebrare mereamur, & celebrando æternæ feſtivitatis participes efficiamur, ipſius auxilium humillimis precibus deprecemur, qui D tanti Patroni corporis incomparabili theſauro nos & locum noſtrum dignatus eſt ditare, qui per ejuſdem glorioſa Patris merita ab hoſte, fame & peſte nos non definit defenſare, miraculorum inſignibus lætificare, omnibuſque bonis irrigare, qui cum Patre & Spiritu Sancto regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Ortus apud Brugas immani tumultus,

22 *b* Libet nihilominùs, dilectiſſimi fratres, & alia quædam memorabilia per ejuſdem amplectendi Patris ſuffragia declarata pro modulo meo explicare, ne negligenti poſterorum oblivione tanta Patris inſignia omninò neſciantur. Tempore igitur, quo innumerabilis Chriſtianorum exercitus ad expellendos filios incredulitatis à loco, in quo tota promiſſio adimpleta eſt noſtræ redemptionis, Iheroſolymam ſunt profecti *c*, marchio quoque Robertus, *d* vir formâ elegantiſſimus, in multis millibus militum miles præcellentiſſimus, ſoli Auguſto cæſari in caſtris equitatus regendis æquiparandus, cum melioribus natu & militiâ Flandriæ totiuſque ſui comitatus primatibus Chriſto militaturus iter arripuit : cujus regimine ac tutelâ Flandriâ viduatâ, antiquus hoſtis indefinenter à prima origine mundi filiis pacis invidens, cum ſe in his, qui aberant, nullis tentationibus, nullis fraudulentis calliditatibus ad libitum perficere, nec in eis aptam ſibi ſedem invenire poſſe condoleret, tantas diſcordias, lites, fraudes & odia *e* inter eos, qui remanſerant, maximè Brugenſes fines inhabitantes diſſeminavit, ut magnâ diſcordiâ ex minimo ortâ, frater in fratrem, filiuſque in patrem manus extendere nullatenus reformidaret. Ex unius etiam iniquitatis fomite bella inteſtina, proh dolor, ſunt incepta, quæ ſine multa effuſione ſanguinis ſedari nequaquam poterant.

b

c

d

E

e

produco Sancti feretro, sedatur: claudus puer

f

23 His ergò & his ſimilibus inimicitiis civilibus undique accreſcentibus, juſſu præpoſiti *f* eccleſiæ ac conſilio fratrum corpus præſcripti ſanctiſſimi Patris noſtri extrà baſilicam, in honore ipſius fundatam, in qua frequentiſſimis benignus coruſcat virtutibus, cum magna devotione & ſupplicatione populi in plateam templo convicaneam die quadam delatum eſt : ibique utriuſque ſexus magna multitudine congregata, ſacerdote ad populum ſermonem perorante, inimicitias à corruptore ſpirituum antè modico tempore excitatas, quæ numquam auro vel argento in amicitiam redigi poterant, Spiritu Sancto animos omnium ſedante, per beatum Donatianum Deus pacare dignatus eſt; ita ut diruptis omnibus diſcordiæ vinculis, & obtuſis odii ſtimulis, cuncti unanimes inirent fœdera pacis, *g* ad manifeſtandum quoque populo, hujus pacis fœdera, divina annuente clementia, fore inita, fuit interim quidam puer, qui omni vitæ ſuæ tempore claudus *h* degerat, cum multis diverſarum auguſtiis infirmitatum detentus, juxtà feretrum Patris noſtri depoſitus, orationibus, quibus licuit, auxilium à beato Viro obnixè flagitans (viderat enim in ſomnis, ut ipſe affirmabat, ſe ab eodem Patrono ſanandum) ſanitati redintegratus.

F

g

h

& puella paralytica

24 Quod major portio populi Brugenſis, utpotè invicem ſibi diſſonantis, ad credendum

A dendum admodum tardi, non per Sanctum
i Donatianum, verùm per beatum Ilherum, *i* cujus feretro propiùs miser ille obrepserat, elucidatum fore astruebat. Unde fratres ecclesiæ vehementiùs, quàm sermonibus aut litteris scripto commendari possit, non manifestè tamen condolentes, manus & corda in cœlum fixi, Salvatoris clementiam deprecabantur, quatenus aliquod signum ad incredulitatem populi detergendam evidentiùs declarare dignaretur. Verùm cum usque ad horam diei sextam omnes orationem ad Deum protelantes ibidem demorarentur, nec tanta mora ullam spem futuri Miraculi promitteret, à suo frustrati desiderio alta suspiria ex imo pectore ingeminando sanctum Patronum nostrum reportabant in monasterium, ac omnis cœtus fidelium unusquisque ad propria regressus est. At quidam ex fratribus, licet crebris suspiriis ac multa redundatione lacrymarum confusi, tamen de gratuita misericordia Dei, qui non derelinquit sperantes in se, non diffisi in ecclesia remanserunt, & puellam quamdam, quæ ferè omnibus annis ætatulæ suæ paralytica degerat, super feretrum, in quo venerabilis piissimi Patris nostri corporis thesaurus cum reverentia reser-
B vatur, quàm devotissimè collocarunt.

curantur, 25 Hæc quidem tantis, quas tam dira passio solet excitare, molestiis angebatur, ut penè jam corpore præmortuo in solo vix ejus pectore vitalis spiritus anhelaret. Quid plura? cumque diu præ dolore aurum, quo sanctissimi Patris loculus decoratur, dentibus corrodens, palmis feriens, ac crebris lacrymis remedium sibi concedi postulans, feretro incubuisset, ingravescente infirmitate, à fratribus subtus feretrum in pavimento depositа est. Videres tunc illam miserabiliter angustiari, validissimo morbo coarctari in tantum, ut potiùs mortuam æstimares, quàm vivam : sed divina annuente clementiâ, per Beatum Donatianum spiritualis subsecuta est medicina, quia exsanguis facta, postquam exigua aquæ guttulâ est refocillata, baculo sustentans membra à feretro usque ad altare in honore sancti Patris nostri dedicatum nutando segniter tripodabat. Ubi simulac tanto itinere requievit fessa, ad feretrum medici sui, sustentatorium spernens baculum, velociter est regressa. Ubi in momento corporis totius sanitatem plenam recepit, ac si nullam umquam ægritudinem pertulisset.

ingenti adstantium & accurrentium lætitiâ. 26 Sentiens autem se expeditam, vidensque in se Dei elucidatam misericordiam, pro recepta libertate Deum & pium Donatianum, cujus intercessione hoc obtinuerat, vocibus altisonis cœpit magnificare : mutatur continuò adstantium dolor : lætitia renovatur : gaudium ab omnibus celebratur : funduntur
C præ gaudio lacrymæ, quæ antè obortæ fuerant præ dolore : tam elucida Miracula absentibus denodantur, quatenus eis unanimes in Domino congratulentur : fit continuò magnus populorum concursus, divinæ virtutis laudantium operationem, & concordi omnium acclamatione potentissimam Sancti Donatiani collaudantium interventionem : undique laudes Domino personant, signis ecclesiæ concrepantibus : » te Deum laudamus »

clerici devotè jubilant, viris & mulieribus Deum glorificantibus voce, qua poterant. Illa autem gaudens & exultans omnibus occurrit, ac in se Dei miserationem perpetratam elucidè ostendit. Hunc verè, fratres chariſſimi, confessorem nunc sanctissimum Patronum nostrum omnimodò nos decet venerari, laudare, atque assiduè ejus servituti invigilare, per quem nobis tam elucida fiunt Miracula : ab eo siquidem, qui fideliter precatur, gratum consequitur auxilium : ab eo certa verè pœnitentibus non denegatur indulgentia; quapropter hujus sanctissimi Patroni nostri humilitatem imploremus, quo apud divinam, cui infatigabiliter deservit, Majestatem pro nobis dignetur intercedere. Audivimus modò, paralyticam istam paralysis suæ, hoc mediante, suscepisse remedium. Credamus & nos, si ex toto corde pœnituerimus, per eum ab omni peccatorum nostrorum putredine mundandos, præstante domino nostro Jesu Christo, quem cælicus ordo laudat in excelso semper sub nomine trino in sæcula sæculorum. Amen. AUCTORE ANONYM. D

ANNOTATA.

E

a *In civitate Brugensi.*

b *Alius denuò hujus Miraculi scriptor extitit, ut monuimus* § IV *num.* 54 *Comment. prævv.*

c *Contigit expeditio hæc Urbani* II *hortatu circa annum* 1096.

d *Secundus hujus nominis, dictus* Jerosolymitanus, *quòd non tantùm cum ceteris Occidentis principibus crucem assumpserit, verùm adeò strenuè rem gesserit, ut non immeritò Augusto cæsari ab anonymo æquiparetur.*

e *Domesticum hoc Flandrorum dissidium refert Meyerus ad annum* 1097.

f *Bertulphi nimirum, ut patet è dictis* § 1 *num.* 6 *Commentarii prævii.*

g *Vide dicta* § III *num.* 29 *Comment. prævii. Porrò ad simile dissidium componendum corpus Sancti nostri cum multis aliis SS. corporibus fuisse adhibitum, idem tradit Meyerus ad annum* MXXX *sic scribens :* Indictus Aldenardæ à Balduino principe conventus, quo in conventu Hugo episcopus Noviomagensis cum omni Flandriæ dignitate, corpora item Sanctorum Gerulphi, Wandregisili, Ansberti, Vulfranni, Bavonis, Amandi, Pharahildis, Donatiani, Amelbergæ, Walburgis, Landoaldi, Vincianæ, Vedasti, Bertini, Winnoci, aliaque omnia Flandriæ sacra interfuere . . . . Hunc conventum factum invenio pro pace Flandrica, hoc est, si satis cerno, ad componendam domesticam discordiam, F in qua Flandri in duas divisi partes, alii Barbato patri, alii filio ejus Balduino Insulano, ut Hugo Floriacensis scribit, adhærebant.

h *Cæcum fuisse, malè asseruit Meyerus.*

i *De hoc consule Prætermissos ad hunc diem.*

AUCTORE EBRARDO

A

CAPUT III.

Themardus canonicus Watinensis à paralysi curatus : mulier ab injuncta sibi pœnitentia, ac quidem eremita a convitiis Sancti intercessione liberati.

a Ut mirabilis est Deus in omnibus sanctis suis, * *Codex Dunensis melius :* quales & ipsi vitæ merito.

a MIracula Sanctorum, quibus vel corporali præsentia in mundo claruerunt, vel his ærumnis assumpti apud ossa sua & memorias quotidiè redeunt, & ipsi, quales vitæ meritorum * fuerint, nobis indicant, & supernæ patriæ, in quam transierunt, ad gaudia capienda nos invitant : vivunt enim ibi, quia feliciter vivunt, quia mansuræ Jerusalem jam cives effecti, sic hujus habitationis, quæ dissolvetur, adhuc hospites juvant, * ut ab illa, in qua verè vivitur, * mansione numquam voluntate recedant. Ostendunt enim, ibi se posse impetrare, quod rogant, dum postulata conferunt, quæ, nisi feliciter ibi viverent, ad eos suspirantibus donare non valerent. Ex qua illa communi angelorum & hominum curia, quæ una per adoptionem jam est facta respublica, rex Christus præsidens singulis quibusque gentibus suą deputavit suffragia, ut corpus ejus, quod est ecclesia, ubique * pervigiles habeat suæ peregrinationis excubias, ne invidentis inimici per incautelam incurrat insidias; per hos enim rectores secundùm prophetæ vaticinium requirit oves suas ac visitat, ut, quod abjectum fuerit, reducat, quod confractum fuerit, alliget, quod infirmum fuerit, consolidet, & quod pingue ac forte, custodiat. *b*

B

* *idem* : visitant.

* *idem malè* : utique.

* *idem malè* : inititur.

b ita & in S. Donatiano; *nam Themardus quidam,*

28 Ex quibus unum de multis, quos diversis artibus mirificavit, emeritum suæ domus mansionarium, nobis marinis plebibus sanctissimum Donatianum confessorem delegavit, fidelem gregis præambulum, frugalem nutritium, votorum susceptorem, hilarem in omnibus datorem, medelæ largum, curationis scium, * salutis diuturnæ tutorem solertissimnm : qui non modò, ubi venerabilis corporis ipsius thesaurus honoratur, virtutibus coruscat, verùm etiam extra territorii sui limites multoties Miraculorum signis innotuit; quæ non tam scriptorum inopia, quàm sua semper curans, non quæ Jesu Christi, terrena sollicitudo negligenti oblivione delevit. De quibus memorabilia quædam dono Sancti Spiritus notificare suscepimus, quæ in Guatinensi *c* ecclesia per eumdem Patronum patrata cognovimus, fidentes, ab illo donari munera linguæ, qui linguas dat in munere.

C

* *idem malè* : Sanctum.

c

in pago Menapisco,

29 Est igitur pagus inter Legiam *d* fluvium & Flandrenses maritimos Menapia *e* cognominatus, cujus incolæ generali vocabulo ab Historiographis Menapii denominantur, gens antiqua & aspera, quæ à Romanis etiàm, ut veterum historia meminit, sine cruore * domari non potuit *f* : hæc non reperitur alieno aliquo sanguine inducta *g*, sed quæ sedes illis est & origo : hi fortissimis ac muratis oppidis inter se olim divisi commune denominativum pagi propriis à principio in Caletos & Batavos *h* subdivisere vocabulis. Pagi autem ipsius longitudo ab Oriente extenditur, atque ab Occidente, Enula *i* videlicet fluvio finem excipiente, terminatur; à cujus margine, paulatim succrescente cumulo, clementi proceritate mons gignitur, & plano deductu ad subsolanum egestus à Septentrione & Meridie, residentibus cumbis *k*, in altitudine tumulatur, nemoribus consitus, pascuis uber, arborum, ac diversi generis olerum adeò ferax, ut, si nolis procurare utilia, velis nolis, quasi desidiam laboratoris arguens, miro incremento germinet inutilia : prætereà tam salubriter flatibus ventorum expositus, ut aëris infecti seu nebularum, quarum confluentiam idem alveus exhalat, in crassitudinem coagulari non permittat.

D

d

e

f

* *omittit bina hæc verba Dunensis.*

g

h

i

k

30 Apparet quamquam * ex facili, quantâ populi frequentiâ suis diebus fuerit locus celeber; ad quem publicæ atque regales utrimque viæ convenientes adhuc præmonstrantur, quarum illa, quæ ob oriente diffusa illuc usque * dirigitur, alveo subterluente clauditur; altera verò Britanniam prospectans, ab Occidente in portum Oceani terminatur. In hoc ergò monte historiarum testimonio, quondam Batavorum colonia *l*, modò verò Guatinienſis * sita est ecclesia, à viro quodam religioso Odfrido *m* nomine à radice fundata : cujus bonæ conversationis, quam in illa promulgavit, initium inter duros & incultos homines multis dedit animarum provectum : nam cum primo sui adventus tempore locum vidisset solitarium, quemadmodum desideratum diu dilexit, & ecclesiolam *n*, quam inter vepres ac serpentes vilibus tabulatis contextam invenit, non pòst multum episcopalibus gestis *o* suscepit, clericorum habitationem instituit, & secundum regulam sub sanctis Apostolis constitutam vivere cœpit. Ad quem cum alii novitate vocis permoti, alii verò devotione & occulto gratiæ beneficio inspirati confluerent, & parvo principio re indies crescente, ampliorem fundavit, atque ad bene vivendi propositum plurimorum animos incitavit, ut & communi vitæ se libentes contraderent, atque omnium, quæ in sæculo habere videbantur, renuntiantes Christum hæredem facerent.

E

Watinensi videlicet monasterio,

* *Dunensis rectiùs* : quoque.

* *idem* : ad nos.

l

* *supple* : nostra *ex eodem.*

m

n

o

F

31 Inter quos convicaneus * quidam Hermarus nomine, vir fidelis, tunc etiam duos filios parvulos obtulit, atque sub regulæ jugo prædicto sacerdoti erudiendos tradidit; quos ille suscipiens paternè nutrivit, atque vitæ merito sub sancta societate degentes, prout ætas illa finebat, sub sacris ordinibus

canonicus factus regularis,

* vicinus.

servituros promovit; de quorum uno Themardo nomine relatione præclara per Sanctum Donatianum Deus ostendit Miracula, virtute fulgida, claritate perspicua, in se probabalia, alieni

AUCTORE EBRARDO D

A alieni teſtimonii non indigentia. *p* Hic igitur cum novennis juvenculus à parentibus in eodem cœnobio eſſet oblatus, in illa ſancta ſocietate pro modulo ſuo ſub diſciplina paſtorali regulariter eſt converſatus, promptus & obedienter domeſtica implebat officia: ad nutum monentis facilis operabatur injuncta; & quod provectior ætas competens agere non erat, * ut conſuetudo eſt in domo Dei minores inſtruere, in ſorte ſua cum coætaneis veniebat. Agebat ſic ſub ſcholaribus aliis tempus prolixius, & ad quod inſtituebatur, providentiâ Dei indies proficiebat in melius, & pubeſcentem ætatem ſub ſtudiis tranſigebat regularibus.

p

* *Dunenſis meliùs*: poterat.

32 Intelligebat jam tunc tutam viam eſſe ſub ductoribus tutam vitam vivere, ſub rectoribus tutum laborem * cum hujuſmodi laboratoribus: ſed ſub intuitu cernentis cuncta judicis quid tutum aut ſibi confidens eſſe queat, quod opificem ſui operis aliquatenus lateat, quod divini luminis acumen effugiat? Nulla tranſeunt, nulla ſuccedunt, omnia videt, omnia penetrat, ſcrutatur omnia, judicat omnia; neque opus habet, ut ſibi quis dicat teſtimonium de homine, ipſe enim novit, quid ſit in homine: ipſe in hoc famulo ſuo inviſibili judicio forſan ſciebat occultum, quod miſericorditer puniri voluit, ne tranſiret inultum; aut ſi proprie * puniri non debuit, ſalutiferum in eo judicium correptionis fratrum * indixit; nam decurſa, ut dictum eſt, minori ætate, jam grandiuſculus eminebat, jam calentis adoleſcentiæ terminos attigerat, cum acutiſſima, quam Græci paralyſin vocant, paſſione diſſolutus decubuit, ac membrorum deſtituta compage, à planta pedis uſque ad verticem dimidius *q* emarcuit: erat miſeranda facies præferentis vivum cum mortuo; cum adhuc tota corporis mole ſuperſtite, ſiniſtrum latus omne tuliſſet paſſio, ac vivos artus pars mortua ſibi deputaſſet officio.

paralysi tactus, * *lege*: laborare *cum Dunensi.*

B

* *Dunensis*: proprio reatu. * *lege*: nostræ *cum eodem.*

q

33 Et quia ſeipſo carere ſalus non erat, pondus tædioſum oculis omnium præferebat, quod in eo ne deperiſſet, morbus ipſe ſolidarat: jacebant à miniſterio vacua languida membra, & ſuperficiem ſolam humani corporis exhibebant nulli uſui congrua. Si quandò autem ad modicum remiſſa paſſione ad eccleſiam aut alicubi eundum erat, baculo ſuſtollente, vivum cadaver ſegniter ac fatigabiliter tripodabat: aut abſente cuſtode, dum ſe aliquandò minùs ſanè ad aliena movebat, miſerum hominem multoties in reptile quodlibet transformabat. Lingua ſine officio erat, vel ſi quid balbutiendo delatrabat, aliena ab intellectu, ac ſine ſenſu perſonabat. Longum eſt memorare per ſingula miſerias, & quas tam dira paſſio ſolet excitare moleſtias. *r* Cumque ferè per triennium hujuſmodi martyrii dilatio protenderet, nec jam ſpem recuperandi * ullam inveterata morbi affectio promitteret, irremota * ſemper cum fide poſtulantibus divina miſeratio affuit, & diuturna calamitate *s* afflictum, à beneplacito ſuo non tamen derelictum fuiſſe demonſtravit.

& *dirè cruciatus*,

C

r

* sanitatem. * *Dunensis malè*: in re morata. *demum in somnis*

34 Nam cum ſancti Nicolai * anniverſarius natalis adveniſſet, ac frequentior ob ejus memoriam ad ſupra memoratum locum populus * confluëret, idem frater quadam in ſe mentis alacritate inter ipſa flagella * commonitus petiit, quatenus communi lætitiæ, quam celebrandam noverat, cum ceteris fratribus intereſſet. Deductus autem ad vigilias noctis, officium lectionis, quod ſibi licere poſtularat, devotus implevit, ſed invalitudinem non ferens, antè alios finitis laudibus ad ſtratum rediit. Vix tenuiſſimo ſopore ſolvitur, ut, quemadmodum fieri ſolet, facilè dormiens potiùs te vigilare credas, cum ecce ſubita luce cubile, in quo jacebat, omne perfunditur, in qua magnificos duos viros ad ſe venire de improviſo conſpicatur, quos officioſa ſedulitate ſenior quidam præcedens quaſi obſequentis vicem ante tantam dignitatem gerere videbatur. Ipſi autem admodum decenti gravium perſonarum inceſſu hinc inde ponè ſequebantur. Terretur inopino lumine frater, atque inviſo antehàc formarum atque habitus fulgore totus concutitur, & quidnam, incertus, faceret, ſolam eorum, quos aſpiciebat, præſentiam tremulus admiratur.

* *Dunensis*: nostræ

t

35 Is autem, qui eos antecedebat, quaſi familiaris viſitator propiùs accedens lectulo aſtitit, & aliquamdiu tacitus habitudinem jacentis exploravit, quem cum diligentiùs deſuper intuentem intueretur, priorem atque eccleſiæ loci * fundatorem Odfridum domnum, qui ante biennium vitâ diſceſſerat, togâ regulari ſplendificum hunc eſſe recognovit: gratulatione ſtatim attollitur, gaudio interiori relevatur, inopinatum enim reditum diu amiſſi patris oſculatur, &, quo valuit, nutu cœlicum illum conventum ac reverentiâ veneratur. *t* Tum ſenior: numquid dormis, fili? Et ille: numquid poſſe me, pater, dormire credis, quem eminenti * ac tam gravi debilitate vinculatum cernis? Somnus namque aufugit ab oculis, quemadmodum ſanitas à membris. Ad hæc ſenior: vide, inquit, fili, & ex latere ſtantes innuebat, vide, inquam, Sanctum Donatianum Bruggenſem hunc eſſe, ac tui viſitatorem veniſſe cognoſcas. Iſtum autem Blandinienſis cœnobii *u* conſervatorem ac manſionarium beatum Gudwalum *x* aſſiſtere nec minùs ambigas.

videt Odfridum, SS. Gudwalum & Donatianum,

E

* *idem malè*: imminenti.

u

x

à quibus se S. Donatiani *ope*

36 Quorum ultrà humanum modum ad coruſcos vultus & infulâ epiſcopales dum ſtudioſiùs aciem oculorum intendit, formas & corporum qualitates in memoriam ſibi depinxit, & velut alicujus vitales ad huc carpentis auras ſtatum & proprietates ità fratribus * expoſuit: erat, ait, ſanctus Donatianus ſtatura æqualis, quæ nec longitudinem nimis excederet, aut ſui parvitate perſonæ dignitatem deprimeret, ſcapulis latis, pectore virili, & inextenuato, cervice toroſa, facie rotunda & hilari, oculis grandibus & claritate vivacibus *, naſo directo, labiis ſummotenus expreſſis, obeſa fronte, auribus patulis & arrectis, circà tempora per ambitum frontis cicinnos * denſioribus canis reſperſus, retrò autem capillaturâ planâ, naturalem colorem vix rara albedine interlucente. Beatus autem Gudwalus altitudine procera, omni ſuperficie membrorum eminentior, formâ elegans, multi temporis ſenex & ætatis maturæ, nivibus candidatus. His dictis, ad beatum Donatianum converſus: en, inquit, Vir Sancte,

F

* *idem*: nobis.

* *idem*: Micantibus * *fortè*: crispos

AUCTORE EBRARDO A

Sancte, Deus præcepit, ut hunc canonicum sanes : qui etiam in hac Christi proxima nativitate Bruggas ad tuam curiam veniet, ac suæ mensuræ filum argenteum duos Anglicos appendens pro munere tibi deferet : quo etiam dono singulis annis, dum vixerit, revoluto termino rediens altare tuum honorabit.

sanandum,

37 Cui Sanctus respondit : laudo. Numquid, Sancte Dei, verbum non ampliùs addes ? Medicus designaris, & promissum medicinæ uno solo verbo concludis ? Munus propositum audis, & spe augendi muneris non altercaris ? Securitatem fiendæ sanitatis accipis, & oblata duo minuta * non spernis ? Tam longa viâ venis, & pro itinere mercedis nihil requiris ? Non Arabs, non Indus, non dives virga species mittit, quales portas, & quia dono possedisti, vili pensas ? Diversis tamen quæstibus lucrantur * medici, diversis impositurationibus acquirunt medici, diversis modis seipsos extrudunt medici, multis assertionibus promittunt, multis promissionibus fallunt, tu autem omni ambiguitate postposita, multiloquio non uteris, aviditate pretii non caperis, sed » laudo » quinque litteris & duabus syllabis totum hominem sanare confidis. Dives littera, dives sensus, dives responsio ; magna medicina in parva dictione, magna salus in brevi conscriptione, * atque ideò non eges prolixa circumlocutione. *y*

* *Dunensis malè :* munera.

* *idem malè :* conluctantur.

* *sequentia omittit Dun.*

38 Et apprehensam jacentis manum morbidam senior dextræ Sancti inserui, eumque sub hujusmodi verbis attentiùs commendavit : accipe, inquit, O Sancte Dei hunc canonicum pro illo uno de tuis, quem tibi nomino, qui nisi velociter vitam correxerit, jam in Dei præsentia damnandum prædico. *z* Frater autem ad horam hunc taceri voluit, quid de seipso revelationis complerctur, tacitus expectavit, & quemadmodum Sanctorum consecretalis fuit audiendo, ità quoque cautus reum non prodidit detegendo, quia nulli umquam, quis esset, indicare voluit, præter eumdem ipsum, quem revelatio denotavit. *aa* Retulit etiam frater idem fratribus, * eum à se posteà commonitum antè mortem suam attentiùs ad lamenta fuisse conversum. Intereà cœlicus ille conventus solvitur, & relicto, qui cum eis venerat, seniore, sanctus uterque divertitur. Senior autem sollicitudinis instantiâ adhuc alia quædam domestica dispositurus in ipso lumine subtitit, atque discipulum, quid deinceps ageret, diligenti eruditione ampliùs informavit.

y aliaque secreta

z

aa

* *Dunensis :* nobis

C

39 Vade, inquit, fili, ad fratres nostros, & cambarium *bb* eorum ante hoc aliquod tempus rebus humanis exemptum intolerabiliter cruciari nuntia ; sed eorum precibus, si unanimiter pro illo egerint, à Deo brevi concedendum fideliter indica, & ne inquies, diffidant de venia, quia per eos redimetur pro certo de pœna. Addas etiam tuis assertionibus, ne anniversarium Gregorii Papæ septimi de cetero negligentiâ transeant, sed annis singulis celebri obsequio solemnitatem amplifico * decreto firmavit, & rectè vivendi viam in ea nobis paterna traditione promulgavit. Quod si devotè complere voluerint, non frustrari remuneratione fine dubio affirmes ; quià vir sanctus est, & magni meriti, & in multa gratiarum actione Deus suscipiet, quod mando pro eo fieri. Ità consummata visione Sanctorum comitatus vestigia senior quoque abcessit, & fratrem præ anguslia spiritus multo sudore velut aquâ perfusum dereliquit, vix enim onus visionis propter sui difficultatem sustinuit : sed non tam quod in stupore mentis vidit, licet penè exæstuantem terruit, quàm odoris fragantia, atque recipiendæ sanitatis jam spe gratia delectabiliter refovit. *cc*

edocetur.

bb

* *Dun. rectiùs :* apostolico

D

40 » Jam sol astrigeras cursu properabat » ad arces, & roseâ stellas cæcabat luce mi» nores » cum à leni * quiete frater percellitur, & se magis certum vidisse cœlicolas, quàm dormisse miratur ; qui statim ordine recomputato, ad confessionem eorum, quæ viderat, in confessum fratrum quantocyùs pervenit ; atque mirantes præ gaudio & de promissa salute alacriores reddidit, & de cœlesti visitatione loci in magnam spem unanimiores excitavit. Fit interim præterions decursus temporis longior, atque salutaris terminus, quandò se nostri Salvatoris nativitas acceleret, cupienti animo peroptatur : salutat quotidie adventus diem : salutat futuræ sanitatis sponsionem : solùm sancta statio veniat : jam securus loquaci * conscientià de sua statione jactat : dilationem passionis diuturnæ non reputat : lucescat dies, quem Virginis proles, & idem Dei filius sacrat : nihili pendit membra torta, corpus contractum, dum sustinctur dies pollicita, quæ reddat erectum : sed venit ad votum tardior, & quæ elementorum * ministerio remoratur, inhianti suspirantis desiderio prævenitur.

cc expergefactus visionem fratribus pandit,

* *idem malè :* alienus.

E

* *idem :* loquitur : in.

* *idem* qui alimentum.

41 Tandem verò jussu prælati ac fratrum consilio, parata profectione, iter optatum arripuit, atque Bruggas ad locum Sancti triduo ante natale Domini multo sudore pervenit ; quem prima nocte liberalis quidam de fratribus suscepit hospitio ; sed cum causam præpositus *dd* ecclesiæ cognovisset, statim in domo sua diversorium habere concessit. Unde quia ecclesiæ contigua esset, facilè ante Sanctum deponi potuisset. Et ordinatis ad ejus custodiam officiis, idoneas personas cum eo de fratribus, qui omni benevolentia aderant, dereliquit : *ee* ille sollicitus ad alia tractanda longiùs abiit. *ff* Cumque jam consummata vesperlinali synaxi, nox imminere cœpisset, (erat enim, quæ proximas Dominicas vigilias antecedebat) ecclesiam adiit : ibique aliquamdiu moratus, dum orationum vota persolvit, tam magna subitò difficultate deficere cœpit *gg*, ut, dum redire pararet, per se nullo modo prævaleret ; ex quodam enim horrore superinfuso, ut antè Sanctum pervenit *hh*, æstus latens viscera per ima statim cucurrit, ac deinde ad exteriora pervagatus singula membra sensim carpere cœpit. Undè totum corpus simul copiosissima sudoris inundantiâ promanavit ; quæ etiam pòst multis diebus irrecuperato latere siccari non potuit. *ii*

cc

dd

ee

ff

F

gg

hh

42 Tortus autem aliquamdiu dum accrescentem dolorem * non sufferret, ministrorum manibus ad lectulum ab ecclesia reportatus,

ii sanitatem.

* *Dunensis :* defectionem.

AUCTORE EBRARDO D

A tatus est. Videres tunc hominem diversis anfractibus * anguſtiari, occultis quibuſdam fatigabiliter ſuggeſtionibus huc illucque verſari, nihil ſtabile, nihil certum agere, remedium paſſionis multiplici mutatione quærere, *kk* nunc aptiùs jacere, nunc ſedere commodiùs; ſed nec locus ad quietem, nec lectus ad requiem tentationibus tot fatigata membra commodabat; ita ut excruciatum doloribus ne furioſè ageret, cuſtodes aliquamdiu formidarent, nec tamen ad tam varios motus, quibus humana compages in ſe reformabatur, victi cedere; imò nunc fomenta caloribus adhibere, nunc ad refocillandum vixdum anhelanti frigora miniſtrare, interdum ad aliena conantem ſtrenuè cohibere, inter omnia mirari tantam valetudinem in non valente. Tum interim latus illud, quod diu * ſtolidum jacuerat, paulatim rigore ſoluto calere, crebris momentis lubrepente rigore titillare, nervorum connexiones ad uſus priſtinos reparari, manus cum lacerto, cum pede, ſæpius tentatis reflexionibus, crus ab inguine redire; donec ſenſim repens undique ſanitas, quaſi poſt medicantis tactum à ſummo uſque deorſum hominem redintegravit, atque inter ſibi conſidentes veloci ſaltu ſe in pedes erexit.

* *idem malè:* à fratribus.

kk

* *idem malè:* quamdiu.

convictis de Miraculo omnibus, ll

43 Mœror in gaudium, luctus in exultationem continuò permutatur, & qui paulò ante compatiendo teſtes circumſteterant *ll*, jam congratulando undique confluebant, tentant, contingunt, & an ità ſe habeat, ut factum eſt, præ nimia ſigni admiratione aliqui adhuc ambigentes, multiplici experimento alii videre audita, alii non ſemel audire viſa, quaſi novum ſemper amica ſtipantes * curioſitate, concertant. Stat medius, & argumenta fidei circumferens quibuſque obviantibus gaudenter exponit, atque in his, quæ videbant, monſtratis indiciis certiores reddit. Tunc omnes, unuſquiſque videlicet impenſi famulatus fructum per ipſum offerre Deo cupientes, iter ad eccleſiam cum eo acceleránt. Sed velut amplificus * Eneas novis greſſibus fidens non ille auxilium, non ille lumen quæſivit, imò per difficilia & anguloſa loca ſolus omnes alios antevenit. Subſequuntur curioſi, qui ad miniſterium præcedere debuiſſent, & quod nulla impactione ſe læſerit *mm*, Deum glorificantes plus mirantur.

B

* *idem malè:* ſtupentes.

* *idem:* Apoſtolicus.

mm

integrè recuperat.

44 Ut autem adhuc major fidei firmitas appareret, ipſe à ſuperiori baſilicæ ſolario, ubi intraverat, nemine regente ante altare, quod majus appellant, per cochleam celerrimè deſcendit, filum argenteum, ſicut injunctum erat ei, in ipſo ad Sancti corpus obtulit, atque in eodem loco multis veniis *nn* quas niſi ſanus facere non potuiſſet, brevi ſpatio ſe in oratione afflixit. Hujuſmodi probationibus, ne momentaneo impulſu aliquo contigiſſe crederent, ſpectantibus, qui aderant, ſatisfecit, ad quietem rediit, Matutinis ejuſdem noctis interfuit *oo*, die facta nihilominùs in choro continuè ſanus apparuit, portatoribus ſuis ipſe ſaliens dapifer eadem die ad menſam miniſtravit, & omni ambiguitate detersa, ſecunda nocte Dominicas vigilias cum pleno conventu celebravit: die autem ipſa Natalis Domini prælatus eccleſiæ publica ſtatione, eodem fratre attestante, de omnibus, quæ

C

nn

oo

accideránt, in ſermone ad populum credibiliter peroravit. Erat annus Incarnationis Domini milleſimus octogeſimus octavus, indictio undecima *pp*, cum in eccleſia ſancti Donatiani patris noſtri hoc præclarum Miraculum conſummatum eſt, atque ante corpus ejuſdem Sancti cum magno cleri plebiſque triumpho fideliter recitatum ad laudem & gloriam Dei Patris, & Filii ejus Jeſu Chriſti Domini noſtri, qui cum eo & Spiritu Sancto vivit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

pp

45 *qq* Tempore priſco mulier quædam fuit, quæ multis peccatis impedita erat, namque ſuum conjugem occiderat, & ſuos pueros extinxerat; quæ dum diu ſic peccatrix erat, pœnitentiam talem ab epiſcopo ſuo ſumpſit, quatenus ſemper catenis ligata circum brachia circaque latus fuiſſet; ſed Deo auxiliante nocte quadam, cum ſe ſomno dediſſet, viſio quædam ſibi humillimis vocibus nuntiavit, quod citò Venderiam, *rr* quæ urbs ſita erat ſuprà littus Marnæ, pergeret, atque in eccleſiam S. Donatiani confeſſoris intraret, & ad chordas ſignorum collum ſuſpenderet, illicque catenas à lateribus & brachiis, peractâ pœnitentiâ, deponeret. Quæ properè ſurgens ac Deum laudans ad eccleſiam proceſſit, & quæ ſibi juſſa fuerant, complevit. Quo audito populus & clerus ad eccleſiam cucurrerunt, & Deo gratias, qui tanta Miracula pro Sancto Donatiano fecerat, reddiderunt.

qq

mulier ab injuncta sibi pœnitentia,

rr

E

46 Dehinc non poſt longum tempus quidam eremita infrà nemora hæſitaverat, quique diu Beatiſſimi Donatiani ſocius fuerat, quem populus vicinus invidioſum pro corporis ſanctitate ictibus crebris talibus more ſolito percutiebat. Quadam verò die pulcherrimam ei mulierem dæmonis monitu, quæ ſanctitatis ſuæ opera convitiaret, nequiſſimè transmiſit. Illa itaque, ut erat dæmoniis obſeſſa, lacrymans, proclamans, vociferansque ad ſanctiſſimum eremitam properavit, & ab eo pro tempeſtate nimia hoſpitium rogavit: quam cum Sanctus aſpiceret eremita de quodam infirmo viſitato veniens, cur ei tanto dolore onerata lacrymaretur, interrogavit. Illa quoque ei reſpondens ait: mi domine, ſylveſtres feræ, quapropter te, ut recipias in hoſpitium me famulam tuam, deprecor, nimio terrore perſequuntur.

& quidam eremita

F

47 Tunc ſanctus miſericordiâ commotus hoſpitii ſui fores eam abſque ulla mora ſubintrare præcepit: quod cum vidiſſet diabolus, irâ maximâ repletus, mulierem clamare excelſa voce feſtinavit. Audiens autem hæc eremita, humillima voce juſſit eam tacere; ſed illa magis monitu dæmonis clamare cepit. Ille autem feſſus præ nimio clamore præcepit mulieri in lectum ſuum ſecum intrare; & confeſtim mulieris amore incenſus lucernam incendere fecit, ſique inferni pœnas pati poſſet, cruciatu diro tentavit. Quare igne digitos exarſit, & interim diei lux acceſſit. Tunc homines vicini & deriſores iniquitatis ad ſanctiſſimi hoſpitium proclamando cucurrerunt, & ſanctum eremitam convitiari voluerunt. Quo audito, eremita Sanctus miſit ad Sanctum Donatianum, & ſuis verbis ſanctiſſimis crediderunt, poſtea

à convitiis Sancti ope liberantur.

AUCTORE EBRARDO

laudem Deo cantaverunt. Pòst non longo tempore Sanctus Donatianus defunctus est & magno honore magnoque fletu sepultus est. *ss*

A

ANNOTATA.

a *Hujus Miraculi auctor est Ebrardus : Consule etiam dicta* § IV *num.* 54 *Comment. prævv. de editione Martenei è codice Dunensi : sed hujus prologum, quod nimiùm sit prolixus, nec ad rem faciat, omittimus.*

b *Ezech. cap.* XXXIV ℣. 16.

c *Supple* nostra *è Marteneo ; hanc enim voculam sicuti & alias infrà & ad marginem notandas studiosè noster omisit, uti statim citato litterâ* a *loco monuimus. Porrò* Watanum *seu* Vatanum *vicinis Flandris* Waten, *Gallis autem* Ouate *dicitur, fuitque castrum olim munitissimum, unà cum monasterio canonicorum regularium S. Augustini, in Artesiæ limite, ad Agnionem fluvium, ab Audomaropoli Gravelingam versus duabus circiter leucis dissitum.*

B d Lisa *plerumque vocatur, & nascitur apud Lisburgum in comitatu Artesiæ ; hinc pertransiens Teruanam, à Carolo* V *imperatore solo æquatam, Ariam, fanum S. Venantii, Minariacum, Armentariam, Meninas & Cortracum Gandavi in Scaldim labitur.*

e *Pars est antiquorum Menapiorum, de qua mentio est in divisione regni Ludovici Pii ad annum* 835, *& in diplomate Caroli Calvi anni* 864. *pro Gandensi S. Bavonis monasterio, & alibi sæpius ; ubi passim* Menapiscus *seu contractè* Mempiscus *pagus appellatur, eratque is ferè terræ tractus, qui Legia flumine ad Meridiem, Oceano & antiqua Flandria ad Septentrionem, Cortracensi & Gandensi districtu ad Orientem, & Teruanensi ad Occasum terminabatur. Ità Wastelainus. Attamen si Divæum in suis Galliæ Belgicæ antiquitatibus, Adrianum Schrieckium in primo suo indice Geographico, & Josephum Scaligerum in Notitia veteris Galliæ consulas, negare vix poteris, quin latiùs aliquantò patuerit Menapiscus pagus, sed quousque, non est loci hujus ad amussim determinare, nec facilè id aliquis poterit.*

C

f *Numquam planè debellatos fuisse à Romanis Menapios, contendit Vredius Hist. Fland. prod.* II *pag.* 5 *ità scribens :* Tametsi Cæsar dicat (*lib.* 6 *belli Gall.*) posteà pacem cum iis factam, eisque Comium Atrebatem Belgam custodis loco relictum : cum ipse Comius posteà rebellarit, ipso cæsare teste, (*lib.* 7) numquam, ut supra Dio asseruit, Menapii planè debellati fuerunt, qui præter sylvas suas & paludes habebant insuper insulas, ubi etiam, aridissima æstate, à Romanis erant omninò immunes. *Passi quidem fuerant à Q. Titurii Sabini & L. Arunculeii Cottæ exercitu terræ suæ vastationem, sed ipsi* se in densissimas, *ut lib.* 3 *ipse Cæsar loquitur*, sylvas abdiderant, *effecti Romanis ubique formidabiles.*

g *Censet Wastelainus in sua Galliæ Belg. descriptione pag.* 199, *veros Menapios extitisse illos, qui veniente in Galliam Cæsare, unam alteramque Rheni ripam occupabant, nec aliunde hos, de quibus modò agimus, quàm ab illis denominatos, eò quòd ob communem causam invicem confœderati forent.*

D

h *Ignota fuit hæc Menapiorum divisio Wastelaino, Wendelino, Vredio aliisque, quos consului, omnibus, nec uspiam reperio, fuisse aliquando Batavos inter Menapios recènsitos.*

i *Eumdem esse credo cum Agnione, qui hodiè* Aa *nuncupatur, irrigatque fanum S. Audomari, Watanum, & infrà Gravelingam Oceano immiscetur. Vide dicta suprà littera* c.

k *Est locus declivis & propensus in vallem desinens.*

l *Idem tradere loci incolas, testis est Grammayus, qui & credit, coloniam hanc ductam fuisse à Romanis, redactis in potestatem Batavis ; atque id clarum evadere ait* ex historiarum collatione, itinerum militarium delineatione, repertorum præcedenti seculo numismatum inspectione.

m *Sacerdos erat, eòque missus fuit, adnitente Roberto Frisio, sed malè à Grammayo vocatur* Olfaidus.

E

n *Erat ædicula S. Richarii, quam Alfuinus presbyter Odfrido cesserat. Adi Meyeri Chron. Fland. ad annum* 1072.

o *Fortè :* accepta ab episcopo facultate.

p *Accipe è Marteneo, quæ studio noster hìc siluit, sequentia :* Et quia conversantes à principiò quotidiè illa videmus, quotidiè oculis aspicimus, quotidie manibus contrectamus, volumus etiam quosque fideles ea nobiscum admirari, nobiscum venerari, & licet non præsentes, vel in scripto nobiscum contueri. *Adisis dicta* §. IV *num.* 54 *comment. prævv.*

q *Correptus ergo erat, ut Græci vocant, Hemiplexiâ, seu semiapoplexiâ.*

r *Superaddit hìc Marteneus sequentia :* Nam dies sine quiete, noctes insomnes, dum à fratribus continuatas, ac majora recolo specialiùs, narrare minora prætereo. Sed unum satis mirandum pono, quod partem vivam corporis, quam præmortuam trahebat, tanta passionis adjumento collata virtus roborabat, ut non solùm non deficeret, sed quod languentibus accidere non solet, duobus aut tribus retinentibus aliquando valentior obsisteret. Qui tam indomitabilis vigor nec ante passionem umquam extitit, nec sanitate recepta ulteriùs in eo remansit.

F

s *Legit Marteneus :* diuturnitate ; *sed, ut apparet, malè contraxit in unam binas voces in Dunensi codice pro more temporis fortè abbreviatas.*

t *Sequitur hìc integra fere columna apud Marteneum, sed hanc non recito, eò quòd Ebrardi verosimiliùs non sit, sed à Dunensis codicis auctore adjecta.*

u *Vetustissimum illud est, atque ita appellatum à Blandinio monte apud Gandavum, cui inædificatum fuit inter Legiam & Scaldim amnes, estque hodiè D. Petri abbatia, totius Flandriæ facilè celeberrima, gaudensque amplissima tam fori quàm poli jurisdictione.*

x *Acta S. Gudwali episcopi, cujus reliquiæ ad Blandiniense monasterium circa anno* 959 *fuere*

A *fuere delatæ, in opus nostrum intulit G. Henschenius ad diem* VI *Junii.*

y *Marteneus hìc inserit sequentia :* Donatianus vocaris, à donatione nomen accepisti, dona, mi domine, convenienter edissere, quid respondisti, imo ipse resolvas » laudo » quod dixisti. An non ità, Sancte, aisti? Ergo senior à Deo te missum asseris, curialem illius te profiteris? » Laudo. » Veredarium cælestem te fateris, inter summa & ima discurris. » Laudo. » Medicum fieri me præcipis, hujus curationem mihi impendis » laudo » adventum ejus ad me disponis, inter meos curiales moraturum promittis » laudo. » ne appareat ante Deum vacuus intendis, pretium oblationis appendis. Ergo hoc » laudo. » Restat ergo, Sancte Dei ut manum in tua jam recipias, & sanatum, postquam ad te venerit, ad sua remittas. Restat, ut vivifica manu contractum tangas, & ad portandum sui portatorem facias. Suscipe ergo grabato decumbentem, & resigna nobis non ut solet, miserabiliter tripodantem.

z *Plura hìc denuò, quæ habet Marteneus, ob allegatam supra lit.* t *rationem omitto.*

aa *Repetenda sunt, quæ dixi lit. præced.*

bb Cambarius *cerevisiæ confector est seu braxator.*

cc *Repetesis dicta litt.* z.

B dd *Cum infrà num.* 45 *dicatur Miraculum hoc accidisse anno* 1088, *præpositus S. Donatiani tunc erat Rayerius, qui & Raynarius & Raynardus dictus fuit; nam hic occurrit anno* 1080 *in privilegio Roberti, filii Roberti Frisonis, & Flandriæ comitis pro confirmatione possessionum monasterii Messinensis, ubi se nominat vice-cancellarium; verùm dum posteà anno* 1089 *subscripsit diplomati ejusdem Roberti, absolutè utitur titulo cancellarii.*

ee *Marteneus hanc periodum sic exprimit :* Et ordinatis ad ejus custodiam officiis (*ministris*) idoneas personas cum eo de fratribus, qui omni benevolentiâ aderant eis, & commendatum dereliquit; *sed penultima hæc verba superflua videntur sensum interpolantia.*

ff *Repeto dicta litterâ* z.

gg *Marteneus :* tam subita concussione viribus deficit.

hh *Omittit Marteneus verbum :* pervenit *hujus loco scribens :* hìc . . .

ii *Rectiùs hìc Marteneus :* quod etiam post sanitatem receptam multis diebus in recuperato latere siccari non potuerit.

kk *Omittit hoc membrum Marteneus.*

ll *Marteneus rectiùs :* tristes; *sed minùs rectè :* constiterant.

mm *Addit Marteneus :* nocte ac periculoso in transitu, cum intactum reperissent.

nn Veniæ *sunt genuflexiones seu corporis molestæ quædam inclinationes, quæ religiosis in pœnitentiam imponi solent.*

oo *Omittit bina hæc membra Marteneus.*

pp *Corrigendus itaque Meyerus, qui Miraculum hoc refert ad annum* MLXXVIII, *quo currebat Indictio I.*

qq *Consule dicta num.* 54 § IV *Commentarii prævii.* E

rr § IV *num.* 44 *comment. prev. adisis.*

ss *Unde quæsita hæc sint, ignoro; equidem ipsi Rhemenses episcopi nil de ejus gestis invenire potuêre.*

APPENDIX

De quibusdam Reliquiarum visitationibus & translationibus, haustis ex registro Actorum capituli ecclesiæ cathedralis Brugensis, nobisque ex ejusdem capituli consensu benignè communicatis.

ACTA ANNO MDLXXXIV.

C *Visitantur Sancti Reliquiæ, & novæ thecæ imponuntur: a b*

LUnæ VIII^{a} Octobris in camera archivorum ..... ipso reverendissimo præsidente.

Cum propter bella intestina in toto Belgio, his superioribus annis exorta, & rebellionis ac seditionis motus *a* in civitate Brugensi *b* major pars cleri ab eadem civitate expulsa fuisset, & ad varias provincias dispersi, inhibito & cessante publico Catholicæ religionis exercitio, templisque, monasteriis & capellis spoliatis, & ab hæreticis ac rebellibus occupatis, altaribusque & imaginibus confractis, tandem divini numinis beneficio (Flandriæ tumultibus sedari incipientibus) civitas Brugensis ad Sanctæ Matris ecclesiæ gremium, ac serenissimæ regiæ Majestatis obedientiam reducta est, multique ex clero reversi, pace ac reconciliatione *c* ejusdem civitatis, cum maximo Catholicorum gaudio, die XXV Maji 1584 publicatâ, cumque ob vicinum festum Sancti Donatiani patroni ecclesiæ cathedralis, opportunum videretur, Reliquias ejusdem Sancti Donatiani, superioribus annis extra ecclesiam secreto ac satis humido loco collocatas & custoditas, ad eamdem ecclesiam referri atque visitari, hinc est, quod eodem anno 1584 mensis Octobris die nona, regnante Hispaniarum serenissimo rege Philippo, comite Flandriæ &c., ac illustrissimo principe Parmensi Alexandro *d* has provincias pro sua Majestate gubernante, atque episcopante reverendissimo Domino Remigio Driutio, secundo episcopo Brugensi, visitata est in camera supra sacristiam cistula lignea antiqua & detrita, cum corpore seu ossibus & Reliquiis dicti Sanctissimi Patroni nostri Donatiani

F *d*

c

EX REG. ACT. CAP. BRUG.

Confessoris Christi per præfatum reverendissimum episcopum Brugensem, præsentibus & sibi assistentibus decano & canonicis tunc residentibus, nempe venerabilibus Dominis Nicolao de Heere decano, Jacobo Eckio archidiacono, Laurentio de Molendino cantore, Alexandro Barradot, Antonio Monachi, Remigio Driutio officiali, Matthia Lambrecht archipresbytero, Jacobo de Heere, & Andrea Bottyn canonico secretario capituli, & fuit capitulariter ordinatum, confici novam capsulam ligneam ad depositionem prædictæ antiquæ cistulæ cum ipsis Reliquiis, ac eidem antiquæ imponi hanc Visitationis cedulam cum duabus Reliquiarum translationibus, *e* hìc infra registratis, quæ anno 1695 in pergameno scriptæ, eidem antiquæ cistulæ impositæ nunc inibi repertæ non fuerunt, nec non idem feretrum solemniter & processionaliter deferri per ecclesiam in ipso instanti festo Divi Donatiani *f*.

ANNO MDLXXXVII.

2 Lunæ XII[a] Octobris domino reverendissimo præsidente.

pars separatim ponitur, ac feretrum circumfertur:

Tunc etiam pars Reliquiarum Sancti Donatiani inclusa est per reverendissimum Brugensem cristallo *g* ornato argento deaurato ad devotionem & venerationem populi, præsentibus dominis Nicolao de Heere decano & Alexandro Barradot fabricario. *h*.

ANNO MDCIX.

Actum in capitulo ordinario Martis postridiè divi Clementis XXIIII[a] Novembris domino decano præsidente.

Domino reverendissimo superveniente & præsidente, capitulariter conclusum & ordinatum fuit, crastina festivitate Sanctæ Catharinæ ferendam processionem generalem, ut observatum fuit ab anno 1593, quo, die Sanctæ Catharinæ, rebelles ac fidei Catholicæ hostes hanc civitatem hostiliter invadere & intercipere tentarunt *i*, in gratiarum actionem Deo reddi solitam, pro tunc & hactenus conservata civitate Brugensi, cum delatione feretri Reliquiarum Sancti Donatiani, per majorem circuitum, si aura patiatur, cum statione & Missæ solemnis celebratione in hac ecclesia, quæ processio ob aëris intemperiem & continuam pluviam delata est per ambitum claustri, locum Maelberch, circum Burgum rectà ad ecclesiam, ubi Missâ decantatâ, solemniter organizatum & musicè decantatum fuit canticum. » Te Deum laudamus » cum Collecta sub finem per celebrantem in summo altari, feretro remanente in choro usque ad Completorium, quo finito repositum fuit superius feretrum suo loco, cum organizatione & decantatione » Christo coherens concio » cum Collecta per celebrantem in sua sede, & moteto per cantores musicos decantato, ac pulsu campanæ Naes. *k*.

Reliquiæ priùs ostensæ

3 Notandum, quod ipso die Sanctæ Catharinæ manè inter octavam & nonam, dominis decano & canonicis in loco capitulari congregatis, ac prælatis S. Andreæ & d'Eechoute, atque burgimagistris utriusque senatus, Brugensis & Franconatûs, & diversis nobilibus ac notabilibus civibus præsentibus, reverendissimus dominus, prævia decenti adhortatione, Reliquias Sancti Donatiani pridiè visitatas ostendit, easque coram omnibus inclusit cum litteris suæ paternitatis, & aliis præcedentium visitationum cistulæ eburneæ, in principali feretro repositæ, deinde habituatis ex choro ad capitulum per ambitum processionaliter egressis, ipsum feretrum, per gradum ambitus claustri, delatum est per dominos archidiaconum & archipresbyterum ad chorum, præcedentibus habituatis cum decantatione responsorii: » ô Sanctissime Pater &c. » atque paulò post egressa processio per minorem ambitum ob pluviam ut supra.

includuntur capsulæ eburneæ:

4 Carolus Philippus de Rodoan Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ episcopus Brugensis, perpetuus & hæreditarius Flandriæ Cancellarius &c., omnibus & singulis præsentes litteras visuris, lecturis & audituris salutem in Domino. Posteaquam religione avitâ postliminio restitutâ, & Calvinistarum cessante persecutione, hujus cathedralis ecclesiæ Brugensis sacrosanctæ Reliquiæ è diversis erutæ forent locis & latibulis, ac inter eas relata fuisset major pars calvariæ cum variis ossibus corporis Sancti Donatiani hujus ecclesiæ Patroni, simul & binæ litteræ sanæ & integræ sibi cohærentes, hisce transfixæ, quibus constabat, primam visitationem, à translatione earumdem Rhemis in Flandriam, factam anno ab Incarnatione Domini millesimo nonagesimo sexto, octavo idus Januarii, regnante Philippo *l* in Francia, episcopante Radbone *m*, Roberto marchione, Roberti Hierosolymitani filio *n*, Berthulpho *o* præposito, invento quoque in priori Scrinio instrumento donationis Ebonis Rhemorum archiepiscopi, dictis litteris inserto, quemadmodum & Acta alterius Visitationis subsequutæ per reverendissimum Petrum Curtium primum hujus civitatis episcopum, videlicet anno 1565 mensis Octobris die decima tertia, idque sub Hispaniarum rege Philippo Caroli V. Romanorum imperatoris filio, visa denique Acta relationis statim à reductione dictæ civitatis, sub reverendissimo Remigio Driutio secundo episcopo, nos desuper auditis & mediante juramento examinatis personis suprascriptorum conscriis, & nominatim venerabili domino Stephano Davila, ætatis octoginta aut circiter annorum, dictæ ecclesiæ à quinquaginta tribus annis de gremio chori capellano, easdem Reliquias repurgatas, & ex dicto priori scrinio seu trunco decavato translatas cum omnibus munimentis prædictis, in cistula ebore diversis imaginibus elato * obductâ, & huic ligneo feretro exornato impositâ, decenter & debita cum veneratione inclusimus, anno Nativitatis Dominicæ millesimo sexcentesimo nono, mensis Novembris die vigesima quinta, indictione septima, pontificatûs Sanctissimi Domini nostri Pauli V. anno quinto, regnantibus Alberto & Isabellâ Clara Eugenia Infante Hispaniæ, archiducibus Austriæ, ducibus Burgundiæ, Brabantiæ, comitibus Flandriæ &c. idque in præsentia reverendorum ac venerabilium dominorum Nicolai de Heere, dictæ ecclesiæ decani, Arnoldi à Mechlinia archidiaconi, Andreæ Bottyn cantoris, Servatii Quynckeri

* celato

A archipresbyteri, Huberti Audiantii pœnitentiarii, Remigii Driutii officialis, Michaëlis Inghelmont, Adriani de Croy, Joannis van Blootacker, Adriani Pryeels, Martini Jacobs, Joannis Crocquet, Jacobi van Hecke, Joannis Cerezo, Petri Bellechier, Jacobi Damhoudere, Maximiliani de Croy, Leonardi Neyts, Joannis Beltram, Judoci Faignaert, Joannis Morotii, Joannis Jacobs, & Roberti Ghiſelynck canonicorum, Joannis Bonnier & Joannis Montani abbatum monaſteriorum reſpectivè Sancti Andreæ & Bartholomæi, Gaſparis de la Torre præpositi eccleſiæ collegiatæ & parochialis Beatæ Mariæ Brugenſis, nec non nobilium virorum Joannis de Gras dictæ civitatis Schulteti, Franciſci Pardo burgimagiſtri, Franciſci de Boodt primarii ſcabini, & Joannis van Belle primarii ſcribæ ejuſdem, Philippi van der Burcht, Caroli van Boonen, Anthonii de Winnezeele, Lucæ Wingaert Burgimagiſtrorum Franconatûs, atque aliorum honorabilium utriuſque ordinis virorum, in quorum fidem & teſtimonium præſentes litteras fieri, & ſigilli noſtri
B appenſione, ſecretariique ſubſcriptione muniri fecimus & juſſimus. Datum Brugis die & anno, quibus ſupra, & ſignatum, de mandato reverendiſſimi domini præfati, Arnoldus Stalpart Secretarius.

ANNO MDCXLIX.

Jovis 14. Octobris.

consentiente capitulo Brugensi, episcopus Gandavensis

5 Domini in Actu ſolemnis tranſlationis Reliquiarum S. Donatiani in choro per R. D. Decanum interrogati ad inſtantem requiſitionem R. Domini Epiſcopi Gandavenſis conſenſerunt, ex feretro S. Donatiani reſervari particulam articularem ex oſſibus ejuſdem S. Patroni, Rmo. Domino Epiſcopo prædicto gratitudinis ergò donandam: & inſuper aliam partem earumdem Reliquiarum recludendam in capite argenteo S. Donatiani deferendo in proceſſionibus, quando non erit commodum geſtare feretrum.

Sequitur copia actæ translationis Reliquiarum S. Donatiani ex antiquo feretro in novum hìc registrata ad futuram memoriam.

ANtonius Triest Dei & Apostolicæ sedis gratiâ pridem Brugensis, nunc Gandavensis episcopus &c. Universis & singulis præsentes litteras visuris, seu legi audituris, salutem in Domino sempiternam. Promotioni cultûs Sanctorum studiosè semper intendimus, scientes Deum Sanctum Sanctorum in Sanctis suis honoratum, Sanctorum cultores certiùs ad Sanctorum in æterna beatitudine societatem disponere, & efficaciùs perducere. Cum itaque absoluto nuper opere novi feretri sacrarum Reliquiarum Sancti Donatiani pontificis & confessoris civitatis & diœcesis Brugensis singularis patroni ex mirifica liberalitate perillustris ac R.mi quondam domini Servatii Quinkeri, nostri in episcopatu Brugensi successoris, adm. RR. DD. decanus & capitulum ecclesiæ cathedralis S. Donatiani Brugensis, desiderantes pro posse accelerare executionem piæ intentionis prædicti R.mi Domini Servatii, septimi episcopi Brugensis, sede episcopali Brugensi nunc denuo vacante per mortem perillustris ac R.mi Domini Nicolai de Haudion, dicti de Glebrechies, nostri etiam ibidem successoris, & octavi episcopi Erugensis, ex pacifico suo temporali regimine ad æternam pacem novissimè evocati, nos debita cum instantia requisierint, quatenus prædictas sacras ejusdem Sancti Reliquias in eadem ecclesia cum solemnitatibus & ceremoniis opportunis in idem feretrum novum transferre dignaremur. EX REG. ACT. CAP. BRUG. D

Reliquias, prævìè viſitatas oſtensasque,

6 Hinc est, quod nos ea de causa Brugas expressè profecti anno Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo nono, mensis Octobris die decima quarta, p.to * Sancto Donatiano sacrâ, sedente in cathedra S. Petri Romæ Innocentio Papâ ejus nominis decimo, regnante Philippo quarto rege Hispaniarum comite Flandriæ &c. ac pro eo Belgium Burgundiamque gubernante Guillelmo Leopoldo archiduce Austriæ &c. Accessimus supra dictam ecclesiam cathedralem, ibidemque pontificalibus induti cum ministris & lumine, præsente clero ac honorabilibus viris infra nominatis, & frequenti populo, in theatro ad hoc ante summum altare chori ejusdem ecclesiæ erecto, decantato priùs hymno E » veni creator Spiritus » jussimus ad nos adferri antiquam capsam seu feretrum Reliquiarum S. Donatiani, in medio dicti chori ante nostrum adventum expositum, quod prævia diligenti visitatione reperimus debitè occlusum, appertoque de mandato nostro dicto antiquo feretro, reperta fuit in eo parvula cistula eburnea, pluribus figuris de historia Genesis affabrè facta, appensa clavi ad annulum argenteum per modum manubrii supra dictam cistulam affixum, quæ clavis erat involuta pergameno, ad quam cistam ad latus in fine erat sera, qua cistulâ cum eadem clavi aperta, lectis priùs alta voce tribus litteris in eadem introclusis in pergameno scriptis cum una chartacea, præsentibus transfixis, extraximus ex eadem cistula eburnea magnam partem calvariæ, & alia plura ossa majora & minora p.ti S. Donatiani, satino rubro nitidè involuta, & inter duas culcitras hactenus in eadem cistula asservata, eaque discoöperta, & integra inventa, omnibus præsentibus veneranda exposuimus & exhibuimus ac p.tam calvariæ partem separatim in Corporali mundo & reliqua ossa in alio corporali etiam mundo simul juncta decenter manibus nostris involvimus, & in præsentia
C nostra eadem Corporalia consui curavimus F filis lyssinis, * excepta parte spinæ dorsi, quam p.ti adm. RR. Domini decanus & capitulum petierunt reservari, & per nos parvæ capsulæ, recludendæ in capite argenteo ejusdem S. Donatiani in eadem ecclesia, includi, atque insuper particula articulari, ad quam eosdem RR. DD. de clero ejusdem ecclesiæ, aliosque notabiliores præsentes tam ecclesiasticos quam seculares ad osculum dictarum sacrarum Reliquiarum ante summum altare p.ti chori per ordinem admisimus.

* an byſſinis?

in eamdem thecam reponit, præsentibus tam ex seculari

7 Postmodum omnes easdem Reliquias dictis duobus Corporalibus inclusas simul junximus, & in novo ser.co rubro filis sericis ejusdem coloris involvimus: denique idem involucrum inclusimus p.tæ cistulæ eburneæ,

EX REG. ACT. CAP. BRUG.

(quam prævie juxta præscriptum Pontificalis Romani unà cum capsula lignea, rubro fluello circumdata, ac p.to novo feretro majori argenteo benediximus) unà cum præsentibus nostris litteris, aliisque, prout præfertur, transfixis, inter duas culcitras, ex satino rubro ab una parte, & albo ex alia perfectas, eamdemque cistulam apposito nostro sigillo ab utroque latere in cera rubra impresso imposuimus. Acta fuerunt hæc in choro sæpedictæ ecclesiæ cathedralis S. Donatiani Brugensis, anno, mense, & die, quibus supra, præsentibus in eadem solemni translatione admodum reverendis ac venerabilibus Dominis, videlicet nobili Domino Carolo Van den Bosch, J. U. licentiato, p.tæ ecclesiæ decano, capellano oratorii capellæ suæ Ma.tis catholicæ in Belgio, & uno ex vicariis vacantis episcopatus Brugensis, nobili Domino Antonio à Burgundia juris canonici licentiato, archidiacono, etiam uno ex vicariis vacantis episcopatus Brugensis, Domino Bartholomæo de Crits S. T. licentiato, cantore, domino Huberto Waghenaers S. T. licentiato pænitentiario, Domino Xpiano * Van den Berghe S. T. licentiato, domino Petro Knudde, domino Petro Van Volden, nobili domino Joanne Theodoro Schotte S. R. E. protonotario J. U. licentiato, domino Andrea Dath, domino Bernardo Van Thienen J. U. licentiato, domino Arnoldo Crabeels S. Th. licentiato, nobili domino Petro Courtewille J. U. licentiato, officiali Brugensi, etiam uno ex vicariis vacantis episcopatus Brugensis, domino Zegero Strymersch, domino Cæsare Van Nieuburch J. U. licentiato, nobili domino Eugenio De Vicq J. U licentiato, domino Donatiano De Meyere J. U. licentiato, domino Frederico Illewerve, domino Joanne Baptista Van Zype J. U. licentiato, domino Alexandro de Meulenaer J. U. licentiato, domino Antonio Van Wambeke, nobili domino Joanne Sucx J. U. licentiato Pbris, * nobili domino Conrardo Antonio de Haudion J. U. licentiato, Diacono, nobili domino Joanne Baptista Van Broucke subdiacono ejusdem ecclesiæ canonicis, ac reliquo ejusdem chori clero.

A

B

* Christiano

* presbyteris

C

quàm religioso clero,

8 R.dis admodum patribus, ac dominis domino Henrico Van Zype S. Andreæ prope Brugas, domino Nicolao Van Troostenberghe S. Bartholomæi de Eechoute intra Brugas respectivè abbatibus, R.do admodum ac nobili domino Jacobo de Bernemicourt J. U. licentiato collegiatæ ac parochialis ecclesiæ B. Mariæ Brugensis præposito, R.do domino Joanne Le Monier J. U. licentiato, officiali & canonico ecclesiæ cathedralis S. Bavonis Gandavensis, R.dis patribus P. Joanne Pypenpoy priore, & P. Guillelmo Van Haecht procuratore Carthusianorum Brugensium, P. Hermanno Prevost priore, & Alberto Van Watervliet religioso Ordinis Guillelmitarum conventus Brugensis, P. Francisco de Schryvere priore, & P. Jacobo Reyssens Ordinis S. Dominici conventus Brugensis, P. Martino Van Venne priore, & P. Cyrillo Van Veken concionatore Ordinis Carmelitarum reformatorum conventus Brugensis, P. Athanasio Alleys guardiano, & fratre Christophoro Mussel religioso Ordinis Recollectorum conventus Brugensis, P. Andrea à S. Maria priore, & patre Juliano à Sancto Petro lectore Ordinis Carmelitarum discalceatorum conventus Brugensis, & aliis honorabilibus viris cleri Brugensis.

D

sicuti & ex nobilium ordine quamplurimis:

9 Præsentibus etiam nobilibus & honorabilibus viris ac dominis Excellentissimo viro ac Domino Alphonso marchione Stroffii à concilio militari suæ Ma.tis, & superintendente militiæ provinciæ Flandriæ, nobili domino Francisco Van Haveskercke toparchâ de Watervliet, ac Magno Baillivo civitatis Brugensis & territorii Franconatensis, nobili domino Andrea de la Coste toparchâ de Straeten burgimagistro primario Brugensi, nobili domino Alphonso de Gras toparchâ de Bouchoute burgimagistro communitatis Brugensis, nobili domino Ludovico Van Haveskercke barone de Wynghene, burgimagistro communitatis Franconatensis, nobili domino Ludovico Van Haghen equite aurato toparchâ de Lembeke, nobili domino Marco Alberto T'arasola de Ognati equite, nobili domino Francisco Rorgeley burgimagistris territorii Franconatensis, nobili domino Alexandro de Meulenare exconsule Brugensi, nobili domino Petro Ulrico de Haudion de Giebrechies, & in præsentia plurimorum aliorum R.orum atque honorabilium utriusque ordinis virorum, in quorum omnium fidem ac testimonium has litteras propria manu signavimus, nec non majori nostro sigillo ac secretarii nostri signaturâ communiri fecimus. Signatum erat: » Antonius episcopus Gan» davensis & super plica: » de mandato » perillustris ac R.mi domini episcopi P.ti » P. Simon secret. » Appensumque erat magnum sigillum ejusdem R.mi domini in cera rubra impressum. Infra scriptum erat: » con» cordat hæc copia cum litteris originalibus, » quod ego infra scriptus Secretarius R.mi » domini episcopi Gandavensis attestor » & signatum: » P. Simon secret. »

E

F

pars verò earumdem includitur capiti argenteo,

10 *De reservatis parte spinæ dorsi & particula articulari habes sequentem actum capitularem:* Declaravit R. D. decanus, quod juxta hesternam resolutionem in choro reservata sit ex feretro S. Donatiani pars spinæ dorsi reponenda in capite argenteo ejusdem S. atque etiam particula articularis donanda R.mo Domino Antonio Triest, episcopo olim Brugensi nunc Gandavensi: domini resolverunt, fore requirendum P.tum R.mum dominum, ut eamdem partem spinæ dorsi dignetur includere P.to capiti argenteo cum suis litteris inclusis, prout hodiè fecit, & P.tam particulam articularem eidem R.mo domino donarunt, decretis desuper litteris opportunis sub sigillo ad causas. *Actus autem translationis partis spinæ dorsi in caput argenteum hujusmodi est:* Antonius Triest Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ pridem Brugensis, nunc Gandavensis episcopus, notum facimus, quod nos sede episcopali Brugensi nunc vacante ad instantiam admodum R.dor. Dominorum decani & capituli ecclesiæ cathedralis S. Donatiani confessoris pontificis per nos in hesterna solem-

ni trans-

A ni tranſlatione omnium Reliquiarum S. Donatiani deſumptam ex ciſtula eburnea, in qua eædem Reliquiæ fuerunt recluſæ, die datæ præſentium incluſimus huic capſulæ quadratæ, fluello rubro circumdatæ, eamdemque capſulam etiam recluſimus in capite argenteo ejuſdem S. Donatiani, in choro & proceſſionibus publico cultui exponendo, in quorum fidem præſentes propria manu ſignavimus, ac ſigillo noſtro & ſecretarii ſignaturâ muniri fecimus in eccleſiæ cathedrali P.ta anno Domini MDCXLIX menſis Octobris die decima quinta.

& altera dono datur epiſcopo Gandavensi.

11 *Sequitur actus donationis particulæ articularis, factæ Gandavensi episcopo in hunc modum :* Decanus & Capitulum eccleſiæ cathedralis S. Donatiani Brugenſis notum facimus, quod ſacra particula articularis, cui præſentes noſtræ affiguntur, fuerit ex prævia noſtra reſolutione per R.mum D. Antonium Trieſt pridem Brugenſem nunc Gandavenſem epiſcopum in heſterna ſolemni tranſlatione ſacrarum Reliquiarum S. Donatiani confeſſoris pontificis, & patroni noſtri desumpta ex

B theca ſeu ciſtula eburnea, in qua eædem ſacræ Reliquiæ fuerunt recluſæ. Quam ſacram particulam articularem P.to R.mo Domino Antonio Trieſt de eccleſia noſtra optimè merito gratitudinis ergo donavimus & donamus per præſentes. In quorum fidem præſentes ſigillo noſtro ac ſecretarii ſignaturâ muniri fecimus anno 1649 menſis Octobris die 15â. *p Porrò ecgrapho, R. D. Caytan, quo in hac Appendice usus sum, hæc subduntur :*

> Facta collatione cum Originali, concordantiam atteſtor hac 30â menſis Novembris 1791 de mandato Reverendorum adm. ac Venerabilium Dominorum Decani & capituli Eccleſiæ Cathedralis S. Donatiani Brugenſis.
>
> J. Herdies Can. Secret.

C

ANNOTATA.

a *De hisce Belgii tumultibus concinnè, ut notum est, tractavere Famianus Strada Romanus è Societate Jesu, & eminentissimus cardinalis Bentivoglio pontificius in Belgio legatus : hic Italicè, ille autem Latinè, quos & consulere poteris.*

b *Quam sortem in iisdem Belgii motibus subierit Brugensis civitas, nemo facilè accuratiùs explicarit, quàm Carolus Cuſtis, plùs semel à nobis in Comment. præv. citatus, tom.* III *Annall. Brugg. fere ab initio.*

c *Peracta fuit hæc reconciliatio Tornaci* 22 D *Maji, verùm an* 25 *ejusdem mensis Brugis fuerit publicata, dubitare me facit idem Carolus Cuſtis, eò quòd pag.* 133 *tom. cit. satis apertè innuat, id factum fuiſſe die præcedenti. Malim nihilominùs insiſtere actui huic capitulari, utpote eodem anno confecto.*

d *Bellicam hujus virtutem, & præclarè pro catholico rege in Belgio geſta fusè loquuntur auctores citati litterâ* a, *& Annaliſtæ poſteriores plurimi.*

e *Has Comment. præv.* § 1 *à num.* 6 *edidimus.*

f *Hic subdit ecgraphum nostrum sequentem notam :* Argenteum feretrum, cujus infra fit mentio, (*factaque à nobis fuit numm.* 7 *&* 8 § 1. *Comment. prævii, in duabus, de quibus lit. preced, Reliquiarum translationibus*) juſſu & mandato ſtatuum generalium, qui propria authoritate uſurparunt & occuparunt regimen & gubernacula harum inferiorum regionum, unà cum aliis eccleſiæ jocalibus, (*monilibus, gemmis, aliisque id genus pretiosis ornamentis*) ablatum fuit anno 1579, capitulo fruſtrà ſe opponente & contradicente, prout latiùs conſtat ex regiſtris capitularibus. E

g *Non ampliùs reperiri id hodiè, teſtatur in litteris ad me datis archipresbyter Brugensis, unde & putatur disparuiſſe ob similem temporum iniquitatem.*

h *Fabricis ecclesiæ aliisque ad capitulum spectantibus præfecto.*

i *Consule Carolum Cuſtis tom.* III *pagg.* 199 *& seq.*

k *Fortè majoris ac ita cognominatæ à S. Donatiano, vulgò :* St. Donaes.

l *Filio Henrici I.*

m *Hic &* Rabodo, Radbodus, Rabodus, *seu* Raboldus *à nonnullis dictus, episcopus erat Noviomagensis & Tornacensis, in cujus diœcesi tunc Brugæ erant.*

n *Nonne ipsomet Jerosolymitano ?*

o *Hic Ipris ob necem S. Caroli Boni Flandriæ comitis in furcam actus est, anno, ni* F *fallor,* 1127.

p *Præter particulam articularem, episcopo Gandavensi conceſſam, alterum S.* Donatiani *pignus Insulas transiatum lego, ulnam videlicet; Arnoldus enim Rayſſius in Hierogazophylacio Belgico, de collegiata ecclesia S. Petri Insulis, pag.* 424 *sic scribit :* Prætereà os majus cubitale, vel ulnam S. Donatiani, quondam Remorum archiepiscopi, præbet videndum argento tectum, inſignique arte formatum brachium. A Domino Ludovico Domeſſent hujus ædis theſaurario & canonico venit olim id munus.

DE S.

DE S. FORTUNATO EPISCOPO CONF. TUDERTI IN UMBRIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Sancti memoria in martyrologiis : natale solum : episcopatus : obitus : reliquiarum translationes : antiquus cultus.

S. D.

ANNO DXXXVII.

Sanctus, cujus primus meminit Usuardus,

TUdertum, *Italis Todi, antiquissima Umbriæ apud Tiberim flumen civitas dici vix potest, quanta cum magnificentia splendoreque anno* 1596 *transferri viderit sacras quinque cœlitum exuvias, videlicet SS. Romanæ & Dignæ virginum, SS. Cassiani & Calisti episcoporum MM. &* S. Fortunati *Tudertini quondam antistitis. Et quidem S. Romanæ Vitam illustravit Bollandus ad diem* XXIII *Februarii. S. Dignæ Sollerius ad diem* XI *Augusti : S. Cassiani Boschius ad diem* XIII *Augusti : S. Calisti idem ad diem* XIV *Augusti. Solus itaque supersit S.* Fortunatus, *de*
B *quo modò agendum. De hoc Sancto antiquiora Martyrologia, si Usuardi excipias, silent omnia, nec aliundè, quàm è S. Gregorii Dialogis hunc Usuardus quæsiisse vel idcircò videtur, quod verbis propemodum Gregorianis eumdem annuntiet ; neque alius fere quàm Usuardinis Martyrologium Romanum verbis usum Sanctum hodiè sic celebrat :* Tuderti Sancti Fortunati episcopi, qui (ut beatus Gregorius refert) in effugandis spiritibus immundis immensæ virtutis gratiâ emicuit.

e Pictavis ortus,

2 *Plura de eo Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ è Gregorii præsertim Dialogis, estque unicus omninò Gregorius, cui, quidquid de Sancti hujus gestis posteritati innotuit, acceptum referri debet ; agit autem de eo Dialt. lib.*
C *1 cap.* X, *testatus illic, ea, quæ refert, sese partim à Juliano ecclesiæ defensore, qui S.* Fortunato *intima familiaritate convixerat, partim à sene quodam Tudertino, qui eumdem apprimè noverat, didicisse. Caput hoc integrum quod è solis Sancti Miraculis constat, descripsere Surius & Lippomanus, Petrus de natalibus in compendium redegit ; ast plurima ad Sanctum illustrandum addidere Jacobillus & Possevinus, quorum quidem prior tom.* II *Sanctorum Umbriæ pag.* 340 *è Lectionibus antiquis MSS. in episcopatu Spoletino, quibus & Lectionem Officii Tudertini de S. Calisto S.* Fortunati *decessore, & Ughellum adstipulari video, Sanctum hunc è Pictaviensi Galliæ oriundum tradit civitate, quem, uti mox citata Tudertina Lectio habet, è Galliis Romam fortè sacra limina visitandi gratiâ proficiscentem S. Calistus Tudertinus tum temporis antistes hospitio excepit, eximiâ mox hujus Viri sanctimoniâ usque adeò permotus, ut eumdem Româ dein reversum in episcopalis curæ coadjutorem elegerit.*

ac Tudertinæ ecclesiæ præfectus,

3 *Rexit autem Tudertinam ecclesiam S. Calistus ejusdem Jacobilli calculo ab anno* 524. *usque ad annum* 528. *ea nimirum tempestate, quâ imperante Justiniano, & sedente Felice IV. Gothi Ariani extremum Italiæ minitabantur excidium. Anno itaque* 528, *mox nempè ut Calistus ad cœlum evolaverat, in episcopatum successit* Fortunatus, *qui eamdem ecclesiam novem omninò annis nempè ad annum* 537. *sanctissimè gubernavit, tanto in dæmones potitus imperio, ut integras nonnumquam legiones, testante id S. Gregorio, ex obsessis fugaret corporibus. Hæc licet ex Actis edendis lectori melius innotescent, unum tamen, quod silet Gregorius, prætereundum non est perquàm felix sanè Tudertinis Miraculum : anno enim à partu Virginis* 537. *(prout Possevinus & ex eo Jacobillus, aliique passim scribunt, constansque apud Tudertinos fert traditio) Gothi, vastatis jam, Arianæque hæresis labe conspersis variis per Italiam locis, Tudertum arctissima premebant obsidione, cum Sanctus Dei præsul pro civitatis suæ incolumitate cœlum inclamans Gothos obsidionem solvere mirabiliter coëgit ; in cujus beneficii gratam memoriam Tudertini quotannis* 29. *Junii, testantibus id mox dictis scriptoribus, Vesperis de*
E *hoc Sancto in ecclesia ejus nomini dicata solemniter decantatis, solemnem instituunt processionem, non quod eadem hac die, quod erroneè putat Jacobillus, sed sequenti, uti Possevinus & Ughellus rectè habent, civitas à Gothis liberata sit.*

signis clarus post novennium obit :

4 *Porrò his aliisque signis ac prodigiis clarus, cum gregi suo per novennii spatium cunctarum virtutum exemplis præluxisset, demum anno* 537. *plenus meritis ad cœlum feliciter emigravit. Diem obitus licet Possevinus, Jacobillus & Ferrarius rotundè assignent decimumquartum Octobris, quo, eodem Jacobillo teste, in Tudertina civitate, hujusque diœcesi ritu duplici colitur, hanc tamen diem Sancto postremum reverà fuisse, affirmare non ausim ; etenim quamvis Usuardus eumdem hoc die annuntiet, quandoquidem non nisi è Gregorii Dialogis tempus nullum exprimentibus ab Usuardo, ut suprà vidimus, in Martyrologium suum,*

indè

A *indeque in Romanum hodiernum hoc die illatus videatur, id non alia ratione factum putes, nisi pro mero Usuardi arbitrio, more, ut Sollerius observat, recentioribus etiam usitato, ut Sanctis nempè in Gregorii Dialogis sine natali die repertis diem tribuant arbitrarium. Asserit verò Ughellus, S.* Fortunatum *decessisse pridiè Kalendas Julii, eâdem nimirum die, qua apud Tudertum hujus Sancti precibus fugati sunt Gothi; verùm unde hæc Ughellus hauserit, assequi non valeo. Dubitat Sollerius noster, num fortè haud credant Tudertini trigesimam Augusti diem Sancto emortualem fuisse, eò quòd hoc die solemniùs festum ejus ibidem recoli observet Castellanus; sed cujusmodi hæc solemnitas sit, aut quo instituta fine, altè silent Possevinus & Jacobillus; unde & nos silere hìc malumus, quàm temerè quid conjicere.*

ejus Reliquias in ecclesia sui nominis conditas,

5 *Corpus S.* Fortunati *sepultum tradit Possevinus ibidem Tuderti in ecclesia S. Cassiani; Jacobillus autem in cathedrali. Verum dixerit uterque, modò cathedralis Tuderti ecclesia, quæ hodiè, teste Ughello, sub nomine Annuntiationis B. Mariæ Virginis dedicata est, id temporis S. Cassiani fuerit. Ut*

B *ut est, pergit dein Jacobillus, traditque, aliàm haud diu pòst in hujus Sancti honorem satis honorificam constructam esse ecclesiam, S.* Fortunati *deinceps appellatam, in eamque S. corpus translatum esse. Destructam verò priùs fuisse S. Cassiani ædem, & in ejus loco præfatam S.* Fortunati *excitatam, ideo suspicor, quòd Possevinus illàm, quæ S. Cassiani fuit, hodiè S.* Fortunati *dici, disertè scribat. Cesserat ecclesia hæc ab anno* 1254 *Fratribus Minoribus Conventualibus Tuderti, cum circà annum* 1292 *eamdem (hæc in Catalogo episcoporum Tudertinorum Ms. invenisse se ad annum* 1389 *testatur Waddingus) ob vetustatem satis humilem & fortè collapsam Tudertini solo æquantes, novam, quam mox à fundamentis incepere, intra paucorum annorum spatium absolverunt, antiquâ multò ampliorem, magnificentioremque; eademque hæc est basilica, sub cujus principe altari anno* 1301, *iisdem Waddingo, Possevino, & Jacobillo testibus, Nicolaus Armatus, Tudertinus eo*

C *tempore præsul, decima nona Augusti die S.* Fortunati *corpus unà cum corporibus SS. Cassiani, Calisti, Romanæ & Dignæ collocavit.*

à variis Pontificibus approbatas,

6 *Extant etiam variæ Pontificum bullæ, inquit pag.* 120 *Possevinus, inter quas nominatim recenset illas Alexandri V, Bonifacii VIII, Urbani VI, & Bonifacii IX, per quas dicta SS. corpora, prout loquitur idem Possevinus,* reſpectivè authenticata ſunt, *id est, ait Boschius noster in Comment. præv. ad Vitam S. Cassiani,* agnita legitimè non tantum univerſim ut corpora Sanctorum vera, & cultu digna; ſed etiam ſigillatim unumquodquè tamquam verè illius Sancti, cujus nomen gerebat. *Harum bullarum duas tantummodò se vidisse fatetur Boschius, illam nimirum Urbani VI anni* 1380 *& Bonifacii IX anni* 1390, *quas exhibet Waddingus Regesto Pon-*

tificio ad tom. IV *Annalium Minorum pag.* 176 *& seq; neque plures nobis videre licuit. Cum verò Sancti corpus à Nicolao Armato depositum est, jam truncum verosomiliùs fuisse, disco è Chronico Sigeberti ad annum* 969: AUCTORE S. D. D *etenim hoc anno Theodericus Metensium episcopus Ottonem imperatorem sibi sanguine junctum per triennium jam in Italica expeditione comitatus, Metas rediens, inter alia, quæ secum asportavit, Sanctorum corpora recenset Sigebertus & illud S.* Fortunati, *Tudertini episcopi & confessoris, quod tamen de quadam corporis parte, non de toto intelligendum esse, è dictis satis superque liquet. Subdit dein idem Sigebertus, quòd Theodericus sacra illa pignora collocarit in ecclesia S. Vincentii Martyris, quam recenter in insula urbis Metensis extruxerat.*

7 *Hæc obiter: at modò ad laudatum Possevinum redeamus, qui ita pergit:* Ubi, *nempe sub ara majori supràdictæ ecclesiæ jam posita,* ſemper multa cum devotione culta fuerunt uſque ad annum MDLXXX, *quo, dirutâ, eò quòd majorem basilicæ partem occuparet, veteri arâ, ut nova commodiore loco erigeretur, inventa sunt inibi die decima tertia Decembris quinquè illa sacra corpora, in quatuor thecis lapideis, ferreis plumbeisque laminis munitis, benè conservata, intra vetustissimum sepulchrum, cum sua quælibet epi-* E *graphe, plumbo incisâ; atque hæc quidem S.* Fortunati, *quæ cæteris antiquior erat, ità legebatur:* Hæ ſunt Reliquiæ beatiſſimi Fortunati epiſcopi & confeſſoris DCCVIII. *Subnexum hunc annum illum esse, quo thecæ corpus inclusum est, nemo, puto, inficias ibit; licet namque Jacobillus alium longè diversum substituat, nempè* M. CCVIII, *Possevino hìc potiùs standum idcircò censeo, quòd author hic magis ex professo, ut ajunt, (id enim ab Angelo Cesio, Tudertino id temporis antistite, rogatus fuerat) rem hanc tractarit, imo ipsemet fortasse has thecas, utpote suo tempore repertas, accuratè satis inspexerit.*

demum anno 1580

Tudertinus præsul in sacristia deponit;

8 *Porrò statim memoratus Tudertinus præsul, cujus cum licentia assensuque altare hoc destruebatur, reclusis thecis inspexit singulorum corpora, populoque, qui, ut in talibus assolet, accurrerat frequentissimus, palam ostendit, tandemque in sacrario, dum novum, quod meditabatur, opus perficeretur, honorificè deposuit, condiditque. Hæc constare ait* F *Possevinus ex instrumento publico, confecto die* 28 *Decembris ejusdem anni, per manum Francisci Astancolli, publici Tuderti notarii. Sperans interim procul dubiò episcopus novam aram, novumque sub ea mausoleum ob civium devotionem brevi tempore perfectum iri, egit apud Pontificem Maximum Gregorium XIII, Bullamque obtinuit, datam die* X *Junii sequentis anni* 1581; *cujus licet verba à Boschio nostro, sicuti & Sanctorum corporum translationis series in Comment. præv. ad Vitam S. Cassiani diligenter, concinnèque exhibeantur, nihilominùs in gratiam illorum, quibus hic Tomus ad manum non est, vel hunc aut Possevinum consulere nimis obtingit laboriosum, compendio eadem hìc repetam, ea insuper ductus ratione, quòd inter quinque hosce Cœlites S.* Fortunati *apud Tudertinos fama magìs gloriosa sit.*

9 *Bulla ergò, quam dixi, ita sonat:* Om-

AUCTORE S. D.

nibus utriusque sexus Christi fidelibus, verè pœnitentibus & confessis ac sanctissimo Eucharistiæ Sacramento refectis, qui ecclesiam S. Fortunati Tudertinam eo die, quo translatio corporum Sanctorum Fortunati, Calixti & Cassiani, ac Sanctarum Romanæ & Dignæ virginum ex sacristia dictæ ecclesiæ, ubi hunc reperiuntur, in aliud sepulchrum sub altari novo in ipsamet ecclesia honorificè & decenter præparatum, fiet; & deinde singulis annis die translationis hujusmodi, à primis vesperis usque ad occasum solis ejusdem diei devotè visitaverint, & ibi pro pace inter Christianos principes conservanda, ac hæresum extirpatione sanctæque matris ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem misericorditer in Domino perpetuò concedimus . . . Datum Tusculi, sub annulo piscatoris, die x Junii MDLXXXI Pontificatûs nostri anno decimo. Cæ. Glorierius. *Indulgentias hasce Clemens* VIII *extendit etiam ad diem sequentem anno* MDXCVI *die* 1 *Aprilis.*

donec, obtentis indulgentiis,

A

in recèns constructo jam mausoleo,

B

10 *Verùm Bulla hæc satis quidem maturè obtenta post sedecim annos usui tantummodò venit; eò usque enim nempe ad annum* 1596 *ob civium impotentiam, prout loquitur Possevinus, res hæc dilata est; donec tandem Cesius antistes protractum diu opus partim ære suo, partim à civitate accepto, ante diem quintam Maii anni mox dicti, feliciter absolvit: nam hoc anno, erecto jam versùs chorum magnifico altari, sub eoque sacello cum insigni è marmore versicolori mausoleo, die octava Aprilis promulgavit edictum, quo omnem civitatis & diœceseos clerum populumque edocuit, sacra corpora die* v *Maji transferenda esse, unà præscribens modum, quem in hac solemnitate servari vellet. Ast fama hæc diœcesis provinciæque Tudertinæ limites longè egressa ab Urbe ipsa, aliisque Italiæ civitatibus locisque tantam excivit populi multitudinem, ut præstituto die* v *Maji, testante id pag.* 129 *Possevino, Tudertum quadraginta circiter numeraret hominum millia, ad spectaculum hoc incredibili cum devotione concurrentium.*

magnificentissimo apparatu,

C

11 *Tudertini verò post hoc pontificis sui edictum diutiùs haud morati, apparatum longè, quàm speraverat Cesius, splendidiorem instituêre: erecti enim per urbem triumphales arcus, poëtica Italorum arte mirè condecorati: instructa pretiosioribus ornamentis templa, palatiaque ac domus præcipuæ: compita & plateæ, per quæ designata erat processio, ritè mundata ornataque; in tantùm ut hæc solemnitas partim episcopo, partim civitati constiterit sex circiter scutorum millibus: undè haud immeritò sanè totam hujus apparatus seriem posteritati tradidit laudatus sæpe Possevinus, ad quem curiosum Lectorem, si velit, remittimus; ac nostrum intereà erit præstitum Sanctorum corporibus cultum considerare.*

denuò inspectæ ac recognitæ,

12 *Die quarta Maji seu pridiè translationis illustrissimus Cesius coram serenissimo urbis gubernatore Joanne Carolo Cappello, magistratu, ac populo lustravit denuò, recognovitque, ut ait Possevinus, sæpè dictas SS. Reliquias, & in quatuor thecis cypressinis, intus serico obductis, reclusas singulas sigillo suo munivit, adjecta cuilibet thecæ inscriptione plumbo incisa: primæ hæc erat:* Hìc requiescit corpus S. Fortunati episcopi Tudertini & Confessoris; *secundæ*: Hìc requiescit corpus S. Cassiani episcopi Tudertini & Martyris; *tertiæ*: Hìc requiescit corpus S. Calixti episcopi Tudertini & Martyris. *Atque hæ quidem inscriptiones renovatæ fuerunt, non item, quæ quartæ affixa erat:* Hìc requiescunt corpora Sanctarum Virginum Romanæ & Dignæ. *Hæc ita peracta esse, constat ex Instrumento publico, inquit Possevinus, per Lucam Albertum Petti curiæ episcopalis notarium confecto.*

die 6. Maji anno 1596

13 *Porrò quintâ Maji, quæ erat eo anno Dominica tertia post Octavam Paschæ, (currente enim littera dominicali F, Pascha in diem* XIV *Aprilis inciderat) circà meridiem sacra Corpora ex ecclesia S.* Fortunati educta (*verbis utar laudati Boschii*) post triumphalem per urbis loca præcipua, & mirificè adornata circuitum, (qui incredibilem undantis populi, *plateas, domorum tecta, tabulataque complentis*, multitudinem non religioso minùs, quàm augusto spectaculo horis omninò quatuor tenuit) ad eamdem ecclesiam rediere; ubi in pegma, principem antè aram instructum, elata, cum admota custodia, ut ardentissimæ omnium pietati fieret satis, exposita permanserunt usque ad sequentis diei Vesperas, à triplici musicorum choro decantatas; quandò episcopi quatuor, *scilicet Tudertinus, Spoletinus, Narniensis & Perusinus*, sublatas à pegmate cypressinas hierothecas, in novum sub altari novo sacellum singuli singulas intulerunt; *S. Calixti quidem Tudertinus, S.* Fortunati *Spoletinus, S. Cassiani Narniensis, & SS. Dignæ & Romanæ Perusinus.*

E

conditæ sunt,

14 Ibi continuò, *pergit Boschius*, coram assistente cum primoribus urbis gubernatore in alias totidem capsas ligneas plumbo, ferro, stanneisque cum episcopi tum populi Tudertini sigillis communitas, inclusæ, atque ita deinde in forulis intrà marmoreum sepulchrum lapideis, opere cæmentario firmissimoque altè obstructis, contumulatæ fuerunt, & mausolei fastigio desuper imposito coronatæ. *Ad dextram versùs campanile posita est hierotheca S. Calixti, dein S* Fortunati, *super quam, ait Possevinus, plumbo incisa generalis hæc legebatur inscriptio:*

F

Clemente VIII. Pont. Max. sedente.

ANno Domini MDXCVI. v Maji Angelus Cesius episcopus Tudertinus, Cam. Apost. clericus præsid. Reliquias SS. Cassiani & Calixti Mart. & S. Fortunati Conf. Tudertinæ ecclesiæ episcoporum, ac SS. Dignæ & Romanæ Virg. conditas sub altari majori, in medio ferè hujus eccl. sito; sedente Greg. XIII. Pont. Max. die XIII. Decemb. MDLXXX. inventas, in hoc sacellum à se constructum, solemni ritu transtulit, & decentiùs collocavit. ✠ *Locus sigilli episcopi Tudertini.*

quibusdam aliò antè translatis.

15 *Vix differt recitata inscriptio ab alia ejusdem Cesii jussu marmori in eodem sacello insculpta. Cæterùm, quid illustrissimus*

hic

A *hic præsul Cesius in horum Sanctorum decus gregisque sui salutem porrò operatus fuerit, quæque in ejus laudem viri quique spectatissimi profuderint elogia, facilè quisque agnoscet, cui Possevinum hac de re consulendi otium tempusve fuerit. Nos verò ut alias quasdam Sancti Reliquias indagemus, redibimus ad Jacobillum, qui subdit in fine, quasdam anno 1583 inventas atque recognitas esse in majori basilica Cantazaræ in ulteriori Calabria, quasdam asservari in ecclesia Andriensi regni Neapolitani, ac in hujus Sancti honorem varias dedicatas esse ecclesias; præsertim, inquit, in territorio Tudertino, Spoletino, Ternii seu Interamnæ, Assisii & Hispelli; unde satis concludere licet, Sancti hujus cultum celeberrimum esse.* D

VITA SEU POTIUS MIRACULA

Auctore S. Gregorio Magno Diall. Lib. I. Cap. X. ex Trimestri quarto Laurentii Surii cum aliis collato.

CAPUT UNICUM.

B *Sanctus obsessos à dæmonibus liberat : cœco visum restituit : equum rabidum mitigat : quemdam Gothum divinitus percussum sanat : mortuum resuscitat.* E

Sanctus à muliere obsessa

VEnerabilis quidam vir in Tusciæ partibus fuit, Fortunatus nomine, Tudertinæ antistes ecclesiæ : qui in effugandis spiritibus *a* immensæ virtutis gratiâ pollebat, ità ut nonnumquam ab obsessis corporibus legiones dæmonum pelleret, continuo orationis studio intentus, objectas contra se eorum multitudines superaret. Hujus Viri familiarissimus fuit Julianus, nostræ ecclesiæ defensor *b*, qui ante * longum tempus in hac urbe defunctus est. Cujus ego quoque hoc didici relatione quod narro : quia sæpè gestis illius usu *c* familiaritatis intererat, ejusque pòst memoriam ad instructionem nostram, quasi favi dulcedinem in ore retinebat. Matrona quædam nobilis in vicinis partibus Tusciæ nurum habebat : quæ intra breve tempus, quo filium ejus acceperat, cum eadem socru sua ad dedicationem oratorii B. Sebastiani martyris fuerat invitata. Nocte verò eadem, qua subsequente die ad dedicationem prædicti oratorii fuerat processura *d*, voluptate carnis devicta, à viro suo sese abstinere non potuit. Cumque mane facto conscientiam deterreret *e* perpetrata carnis delectatio, processionem verò imperaret verecundia : plus erubescens vultum hominum, quàm Dei judicium metuens, cum socru sua ad dedicationem oratorii processit. Mox verò, ut reliqui * S. Sebastiani martyris *f* oratorium ingressi sunt, eamdem prædictam matronam *g* malignus spiritus arripuit, & coram omni populo vexare cœpit, ejusdem verò oratorii presbyter, dum eam vehementissimè vexari conspiceret, ex altari protinus sindonem tulit, eamque operuit. Sed & hunc similiter repente diabolus invasit. Et quia ultra vires voluit quidquam præsumere, compulsus est & ipse cognoscere in sua vexatione, quid esset.

2 Hi verò, qui aderant, puellam in manibus ex oratorio sublatam, ad domum propriam reportaverunt. Cumque hanc antiquus hostis vexatione continua vehementer attereret, propinqui sui eam carnaliter amantes, & amando persequentes, ad obtinendum salutis remedium maleficis tradiderunt, ut ejus animam funditus extinguerent, cujus carni magicis artibus ad tempus prodesse conarentur. Ducta est itaque ad fluvium, atque in aquam mersa : ibique diutius incantationibus agere malefici moliebantur, ut is, qui eam invaserat, diabolus exiret. Sed miro omnipotentis Dei judicio, dum arte perversa unus ab ea repellitur, in eam subitò legio *h* intravit. Cœpit ex hoc illa tot motibus agitari, tot vocibus clamoribusque perstrepere, quot spiritibus tenebatur. Tunc inito consilio, parentes ejus suæ perfidiæ culpam fatentes, hanc ad venerabilem Virum Fortunatum episcopum deduxerunt, eique reliquerunt. Qua ille suscepta : multis se diebus ac noctibus in orationem dedit, tantoque annisu precibus incubuit, quantò & in uno corpore contra se assistere legionis

dæmonum legionem, ex altero pellit unum:

a
b
* *Supple* non
c
C
d
e
* *lege* reliquiæ
f
g
h
F

AUCTORE GREGOR. MAGNO.

aciem invenit. Quam * post non multos dies ita sanam atque incolumem reddidit, ac si in ea jus proprium diabolus numquam habuisset. Alio quoque tempore idem Vir, omnipotentis Dei Famulus, & ex obsesso quodam homine immundum spiritum excussit. Qui malignus spiritus cum vesperascente jam die secretam ab omnibus * horam cerneret, peregrinum quempiam esse simulans, circuire cœpit civitatis plateas, & clamare, O Virum sanctum Fortunatum episcopum : eccè quid fecit : peregrinum hominem de hospitio suo expulit. Quæro ubi requiescere debeam, & in civitate ejus non invenio. Tunc quidam in hospitio cum uxore sua & parvulo ad prunas sedebat : qui vocem ejus audiens, & quid episcopus ei fecerit, requirens, hunc invitavit hospitio : sedere secum juxta prunas fecit. Cumque viciſſim aliqua confabularentur, parvulum ejus filium idem malignus spiritus intravit, atque in easdem prunas projecit, ibique mox ejus animam excussit. Qui orbatus miser, vel quem ipse susceperit, vel quem episcopus expulit, agnovit.

* *alii* cum

A

* *lege* hominibus

cæco visum, equo rabido sanitatem,

3 *Petrus* : Quidnam hoc esse dicimus, ut occidendi ausum in ejus hospitio antiquus hostis acciperet, qui hunc peregrinum æstimans, ad se hospitalitatis gratia vocâsset? *Gregorius :* Multa, Petre, videntur bona, sed non sunt, quia bono animo non fiunt. Unde & in Euangelio Veritas dicit : Si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. *i* Quia cum perversa est intentio, quæ præcedit, pravum est omne opus quod sequitur, quamvis esse rectum videatur. Ego namque hunc virum, qui dum quasi hospitalitatem exhiberet, orbatus est, non pietatis opere delectatum æstimo, sed episcopi derogatione : nam pœna subsequens innotuit, quia præcedens illa susceptio sine culpa non fuit. Sunt namque nonnulli, qui idcirco bona facere studeant, ut gratiam alienæ operationis obnubilent. Nec pascuntur bono, quod faciunt : sed laude boni, qua cæteros premunt. * Qua de re existimo hunc Virum, qui malignum spiritum in hospitalitatem suscepit, ostentationem boni potiùs intendisse, quàm operam, ut meliora, quàm episcopus, feciſſe videretur, quatenus ipse susciperet eum, quem vir Domini Fortunatus expuliſſet. *Petrus.* Ità est, ut dicis : nam finis operis probat, quod munda intentio operationis non fuerit. *Gregorius* : Alio quoquè tempore, dum oculorum quidam lumen amisisset, ad hunc deductus, interceſſionis ejus opem petiit, & impetravit, Nam cum vir Dei oratione facta, oculis ejus signum Crucis *k* imprimeret, ab eo protinus, luce reddita, nox cæcitatis abscessit. Prætereà equus cujusdam militis in rabiem fuerat versus, ita ut à multis teneri vix potuisset : sed quoscunque potuit, invaderet, & eorum membra morsibus dilaniaret. Tunc utcumque à multis ligatus, ad Virum Dei deductus est. Qui mox ejus capiti extensa manu signum Crucis edidit, cunctam ejus rabiem in mansuetudinem mutavit : ita ut posteà mitior existeret, quàm ante illam insaniam fuisset.

B

i

* *fortè* deprimunt

C

k

Tunc idem miles equum suum, quem celerrimè ex Miraculi imperio à sua vesania vidit immutatum, eidem Sancto Viro decrevit offerendum. Quem cum suscipere ille renueret, ipse verò in precibus, nè despiceretur ejus oblatio, perseveraret : Sanctus Vir mediam duarum partium viam tenens, & petitionem militis audivit, & munus recipere pro hac exhibitia virtute recusavit, priùs namque dignum precium præbuit, & postea equum, quem sibi offerebat, accepit. Quia enim si non susciperet, eum contristari conspexerat : charitate cogente emit, quod necessarium non habebat.

D

duobus pueris à Gothis abductis

4 Neque hoc silere de hujus Viri virtutibus debeo, quod ante dies ferè duodecim audivi. Quidam namque adductus est senex pauper, atque ut mihi senum collocutio esse semper amabilis solet, studiosè hunc, undè esset, inquisivi. Qui se esse de Tudertina civitate respondit : cui inquam, quæso te pater, num Fortunatum episcopum nôsti? Qui ait : Novi, & benè novi. Tunc ipse subjunxi : Dic ergo, si qua illius Miracula nôsti, & desideranti mihi, qualis vir fuerit, innotesce. Qui ait : Homo ille ab istis hominibus longè fuit, quos videmus modò. Nam quidquid ab omnipotenti Deo petiit, ità dum peteret, impetravit. Cujus hoc unum narro Miraculum, quod ad præsens animo occurrit. Quadam namque die Gotthi juxta Tudertinam civitatem venerunt *l*, qui ad partes Ravennæ properabant, & duos parvulos puerulos de possessione abstulerant, quæ possessio præfatæ Tudertinæ civitati subjacebat. Hoc cum viro sanctissimo Fortunato nunciatum fuisset, protinus misit, atque eosdem Gotthos ad se vocari fecit. Quos blando sermone alloquens, eorum priùs studuit asperitatem placare : ac pòst intulit, dicens : Quale vultis precium dabo, & puerulos, quos abstuliſtis, reddite, mihique hoc gratiæ vestræ munus præbete. Tunc is, qui prior eorum esse videbatur, respondit, dicens : quidquid aliud præcipis, facere parati sumus : nam istos parvulos nullatenus reddemus. Cui venerandus vir blandè minatus, dixit : Contristas me, *m* & non audis patrem tuum : noli me contristare : nam non expedit tibi *n* : sed idem Gotthus in cordis sui feritate permanens, negando discessit. Die verò alterà digressurus, rursus ad episcopum venit : quem iisdem verbis pro prædictis puerulis iterum episcopus rogavit. Cumque ad reddendum nullo modo consentire voluisset, contristatus episcopus, dixit. Scio quia tibi non expedit, quod me contristato discedas.

E

l

m

n

F

libertatem,

5 Quæ Gotthus verba despiciens, ad hospitium reversus, eosdem pueros, de quibus agebatur, equis superimpositos cum suis hominibus præmisit. Ipse verò statim ascendens equum, subsecutus est. Cumque in eadem civitate ante beati Petri Apostoli ecclesiam veniſſet, equi ejus pes lapsus est : qui cum eo corruit, & ejus coxa mox fracta est, ità ut in duabus partibus os esset divisum : levatusque in manibus, reductus est ad hospitium. Qui festinus misit, & pueros quos præmiserat,

præmiserat, reduxit, & viro venerabili Fortunato mandavit, dicens : Rogo te, pater, mitte ad me diaconum tuum. Cujus diaconus dum ad jacentem veniſſet, pueros, quos redditurum se episcopo omnino negaverat, ad medium deduxit. Eosque diacono illius reddidit, dicens : Vade, & dic domino meo episcopo : Quia maledixiſti mihi, eccè percuſſus sum : sed pueros, quos quæſiſti, recipe, & pro me, rogo, intercede. Susceptis itaque puerulis, diaconus ad episcopum reduxit : cui benedictam aquam *o* venerabilis Fortunatus dedit, dicens : Vade citiùs, & eam super jacentis corpus projice. Perrexit itaque diaconus, atque ad Gotthum introgreſſus, benedictam aquam supra membra illius adsperſit. Res mira, & vehementer ſtupenda : mox ut aqua benedicta Gotthi coxam contigit, ità omnis fractura solidata eſt, & saluti priſtinæ coxa reſtituta, ut horâ eâdem de lecto surgeret : & ascenso equo, ità cœpit iter agere, ac ſi nullam unquam læſionem corporis pertuliſſet. Factumque eſt, ut qui sancto viro Fortunato pueros cum precio reddere obedientiæ subjectus noluit, eos ſine precio, pœnâ subactus, donaverit. His igitur expletis, ſtudebat adhuc senex de eo & alia narrare. Sed quia nonnulli aderant, ad quos exhortandos occupabar, jamque diei tardior hora incubuerat, venerabilis Fortunati facta mihi audire non licuit : quæ audire, ſi liceat, semper volo.

ac defuncto vitam reſtituit.
** lege* Marcellus

6 Sed die alia idem senex rem de illo magìs mirabilem narravit, dicens : In eadem Tudertina urbe Marcellinus * quidam, bonæ actionis vir, cum duabus sororibus suis habitabat : qui eveniente moleſtia corporis, ipso sacratissimo vesperascente jam sabbato Paschali defunctus eſt. Cujus corpus cum longiùs eſſet efferendum, die eodem sepeliri non potuit. Cumque mora eſſet temporis ad explendum debitum sepulturæ, sorores ejus morte ejus afflictæ, occurrerunt flentes ad venerabilem virum Fortunatum : eique magnis vocibus clamare cœperunt : Scimus quia Apoſtolorum vitam tenes, leprosos mundas, cæcos illuminas. Veni, & resuscita mortuum noſtrum. Qui mox ut cognovit earum fratrem defunctum, flere & ipse etiam de morte ejus cœpit, eisque respondit, dicens : Recedite, & hæc dicere nolite : quia juſſio omnipotentis Dei eſt, cui contraire nullus hominum poteſt. Illis itaque discedentibus, triſtis ex morte ejus manſit episcopus. Subsequente autem die Dominico, ante exurgentis lucis crepusculum, vocatis duobus diaconibus suis, perrexit ad domum defuncti, accedensque ad locum, ubi corpus jacebat exanime, ibi se in orationem dedit. Expleta autem prece, surrexit, & juxta corpus defuncti sedit. Non autem grandi voce defunctum vocavit, dicens : Frater Marcelle. Ille autem ac ſi leniter dormiens, ad vicinam vocem quamvis modicam fuiſſet excitatus, ſtatim oculos aperuit, atque ad episcopum respiciens, dixit : O quid feciſti? Cui episcopus respondit, dicens : Quid feci? At ille ait : Duo heſterno die venerunt, qui me ejicientes ex corpore, in bonum locum duxerunt. Hodie autem unus miſſus eſt, qui dixit : Reducite eum, quia Fortunatus Episcopus in domum ejus venit. Quibus verbis expletis, mox ex infirmitate convaluit, & in hac vita diutiùs manſit. Nec tamen credendum eſt, quia locum, quem acceperat, perdidit : quia dubium non eſt, quod interceſſoris sui precibus potuit poſt mortem meliùs vivere, qui & ante mortem ſtuduit omnipotenti Deo placere.

AUCTORE GREGOR. MAGNO

ANNOTATA.

a *Addendum est* immundis, *seu ut aliis placet*, malignis.

b *Officium defensorum commodum pauperum præcipuè spectasse videtur ; nam lib.* v. *epiſt. indict.* XIII. *epiſt.* XXIX. *Gregorius Vincomalum, quem recenter defensorem crearat, pauca præfatus, sic alloquitur :* . . . Officium ecclesiæ defensorum accipias : ut quidquid pro pauperum commodis tibi à nobis injunctum fuerit, incorruptè & vivaciter exequaris.

c *Alii* ausu.

d Procedere *apud Ambrosium & Gregorium, aliosque comptures ecclesiasticos scriptores significat loca sacra adire religionis ergò, uti in sermone 17 Ambrosii, & sæpius in Epistolis Gregorii videri potest. Idem quoque significasse videtur tempore Tertulliani ; nam E.* 2. *ad uxor. C.* 4. *ità loquitur :* Si procedendum erit, numquam magis familiæ occupatio obveniat.

e *Romanos pro piaculo habuisse ecclesiam adire post congressum quamvis licitum, testatur Hieronymus in Apologetico ad Pammachium, ubi sic scribit :* Quarè Martyres ire non audent? Quarè non ingrediuntur ecclesias? Hæc mulier, haud dubiè Sacram Eucharistiam percepit, quod conjugibus poſt opus carnale legibus ecclesiasticis est interdictum. *Vide Can.* omnis homo *de consecratione dist.* 2. *& Mabillonium in Notis ad Ep. Vaselini abbatis Tom. I. Annall. pag.* 346.

f *Bollandus in Comment. præv. ad Vitam S. Sebastiani die* 20. *Jan. hoc Miraculum recitans hæc subdit :* Ne quis autem revocet in dubium, eænè fuerint S. Sebastiani Reliquiæ, an cujuspiam alterius Sancti, sed ad S. Sebastiani sacrandum ædiculum isthìc locatæ, Zacharias Papa ita vertit : ἠνίκα δὲ τὰ λείψανα τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Σεβαστιανοῦ, ἐν τῷ εὐκτηρίῳ εἰσήλθον : mox ut Reliquiæ Sancti Martyris Sebastiani in illud oratorium ingressæ sunt.

g *Legendum est :* Eamdem prædictæ matronæ nurum, *uti ex contextu liquet.*

h *Jacobus de Voragine in Vita S. Sebastiani ità scribit :* Sed mox, dum incantaretur, judicio Dei legio dæmonum, id est sex millia sexcenti sexaginta sex in eam ingreſſi, ipsam acriùs vexare cœperunt. *Ideò procul dubiò legionem hanc totidem dœmones præcisè complexam esse putavit, quod Romanorum legiones (uti observat Cornelius à Lapide commentans in illud Marci cap.* v. ℣. 9. Legio mihi

A nomen est, quia multi sumus) *tot aliquandò milites numeraverint; ast vehementer suspicor, hanc interpretationem non Jacobi de Voragine esse, sed inepti cujusdam additoris, istiusmet fortè, quem Tom. I. Jan. in Præf. pag.* 20 *Bollandus haud immeritò carpit; adeò namque barbarum per totam ferè Jacobi Legendam nominum Sanctorum Etymologum egit, ut risum moveat multum, fidem verò vix ullam mereatur. Legit hunc fortasse auctor Florarii nostri MS, qui dictam legionem, dum Sanctum nostrum annuntiat, eodem dœmonum numero circumscribit.*

i *Matth. Cap.* VI. ℣. 25.

k *Signum crucis à primis Christianis frequentissimè usurpatum, habes è Tertulliano L.* D *de Coron. Mil. C.* 3 *: de ejusdem verò efficacia in patrandis miraculis lege Petavium Tom. II. in Epiphan. pag.* 57. *Narrat Gregorius Nazianzenus Orat. III. in Julianum, hunc apostatam summo in metu ac discrimine ad crucis signum confugisse, eoque dœmones fugasse.*

l *Forsan tum etiam obsederunt. Vide Comment. prævi. num.* 3.

m *Addunt aliqui* fili.

n *Codices MSS. constanter legunt :* Ne non expediat tibi.

o *Aquæ benedictæ usum antiquissimum esse, & mira quandoque operatum, docet Epiphanius hær.* 30. *Ebionit. num.* 12.

DE S. MANECHILDE VIRGINE

IN DIŒCESI CATALAUNENSI CAMPANIÆ GALLICÆ.

B E

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Notitia oppidi quod à Sancta nominatur: hujus in fastis sacris memoria: cultus ecclesiasticus: C. G. Vitæ institutum, ætas, Acta qualiacumque edenda.

SÆC. VI. Sanctæ, quæ oppidi hic descripti, patrona est,

IN extremis Campaniæ Gallicæ versus Lotharingiam finibus medio fere Catalaunum inter & Verodunum itinere ad Albæ seu Albiæ (Gallicè l'Auve) & Axonæ (Gallicè l'Aisne) confluentes non ignobile diœcesis Catalaunensis situm est oppidum, quod unà cum castro sibi adjuncto à S. Manechilde *nomenclationem sortitum, (Latinè)* Fanum C S. Manechildis *(Gallicè)* S. Menehou *aut* S. Menehoud *nuncupatur. Id oppidum eamdem Sanctam, quæ ab aliis* Magenhildis, Manehildis, Menehildis, *aut paulò etiam aliter, hicque à me, communiorem nomen istud efferendi modum secuto,* Manechildis *vocatur, in patronam sibi à pluribus jam seculis, uti ex infra dicendis patebit, adscivit, eamque ut talem ibidem hodièquè honoratam modò hic in Opus nostrum, in quo quatuor modo ejus SS. Sorores Pusinna nempe, Hoyldis, Lutrudis & Ama ex iisdem omnes, ex quibus illa, nobilibus parentibus Sigmaro & Lutrude natæ, ad dies quatuor diversos, prima quidem ad* XXIII *Aprilis, secunda ad mensis ejusdem* XXX, *tertia ad* XXII *Septembris, & quarta denique ad* XXIV *posterioris hujus mensis diem locum obtinuere, inferimus.*

memoria in Fastis recentioribus, & cultus ecclesiasticus in diœcesi Catalaunensi

2 *Memoria quidem hujus Virginis in Martyrologiis antiquioribus & classicis non reperitur, non desunt tamen recentiores Hagiologi, qui eam passim fastis sacris à se concinnatis ad hanc diem inseruere : ac primò quidem Molanus in additionibus ad Usuardum eam refert cum brevi hoc elogio :* In territorio Catalaunensi Sanctæ Manegildis Virginis. *Idem legitur elogium in Martyrologiis Germanico, Universali Gallico Castellani & in Catalogo Generali Sanctorum Ferrarii; Arturus in suo Gynæceo paulò prolixiùs habet elogium :* In territorio Catalaunensi Sanctæ Maneghildis virginis, quæ fide & mente pura Christo deserviens ad felicis æternitatis viam sibi comparandam animum induxit. *Memoriam quoque ejus celebrant Nicolaus de Guerrois in Sanctitate Christiana Trecensium ad annum* 470, *Carolus Rapinius in Annalibus Ecclesiasticis diœcesis Catalaunensis & Lahierus. Neque id immeritò faciunt : cultu enim ecclesiastico non tantum hodieque gaudet, sed & pluribus retrò seculis honorata fuit, quod de Catalaunensi quidem diœcesi Petrus Testenoirius in libello, quem scripsit de Vita & laudibus S.* Manechildis, *Gallico idiomate Parisiis anno* 1632 *impresso, qui penes nos est, evictum dat ex mandato Archambaldi Catalaunensis* F

A *nensis episcopi, quo post peractam quarumdam ejus Reliquiarum ad suprà memoratum S. Manechildis oppidum anno* 1379 *translationem, cultum eidem Sanctæ virgini quotannis deferendum præcepit, & indulgentias* 40 *dierum, deinde à Richardo archiepiscopo Remensi, & ab ipso summo pontifice Clemente* VII *auctas, ecclesiam ejusdem oppidi per Festi ejus Octavam devotè visitantibus concessit. Testenoirii, quæ huc faciunt, verba sunt hujusmodi.*

antiquus & hodiernus & in Bituricensi

3 Qui (*Archambaldus*) per authoritatem pontificalem mandavit, ut Festum ejusdem Sanctæ (Manechildis) singulis annis solemniter celebraretur cum Octava tam à clero quàm omni populo suæ diœcesis. *Et licet tempore, quo scribebat Testenoirius, in plerisque locis ejusdem diœcesis mandato laudati præsulis non ampliùs pareretur, tamen illud tùm temporis cùm in monasterio S. Urbani, tùm in ecclesia oppidi S. Manechildis observari solitum fuisse asserit his verbis:* & quamvis in omni ferè loco ejusdem diœcesis jam derogatum sit mandato, quod dederat supradictus episcopus Catalaunensis de celebrando ejus Festo, non definit interim celebrari adhuc hodiedùm solemniter in ecclesia S. Urbani, & nominatim in nostra cum Octava, cujus tempore exponuntur Reliquiæ ejus in altari cum accensis luminaribus omnium ve-

B nerationi, ad honorandas ejus virtutes, procurandam ejus gloriam in terris, & implorandam ejus interceſſionem in cælis. *Hodierni quoquè in eadem diœcesi ejus cultus testem habemus Godescardum, tom* IX *de Vitis Sanctorum asserentem ejus Officium reperiri in Breviario Novo Catalaunensi, quod quale sit defectu ejusdem Breviarii dicendo non sum. Neque intra terminos tantùm diœcesis Catalaunensis ejus cultus celebritas concluditur, siquidèm & in patronam ecclesiæ collegiatæ in oppido Paludello* (*Gallicè* Palluau) *in extremitate diœcesis Bituricensis versus ducatum Turonensem super Angerim fluvium sito, quæ ex nomine quoque ejus ecclesia S.* Manechildis *nuncupatur, ut videre licèt in Registro Beneficiorum ejusdem diœcesis, assumpta sit, & proinde tamquam talis celebriter ibi colatur.*

C *ejusdem Vita breviter perstringitur*

4 *Porro hæc sequentia ex Vitis sororum ejus, quæ modò in Opere nostro datæ sunt, ex Legendâ S. Pusinnæ Lovanii impressa, ex laudatis Arturo, Rapinio, Teſtenoirio & ex propriis ejus Actis, de quibus infrà plura, de S.* Manechilde *comperta habemus: hæc inter septem sorores, ex nobilibus in pago Pertensi parentibus Sigmaro & Lutrude genitas, natu minima, cum iisdem sub disciplina optimi presbyteri Eugenii in domo paterna doctrinâ Christianâ imbuta, cum iisdem quoque postea à S. Alpino Catalaunensi episcopo sacrum virginitatis velum accepit; dein usque ad obitum parentum, in domo paterna sanctè vixit, quibus morte sublatis, ad locum* Bienvilla *dictum, qui ex hæreditate paterna ei obtigit, secessit, in quo peregrinationis suæ loco usque ad mortem, in sacro virginitatis statu & in culmine perfectionis obitam, permansit, sese continuis pœnitentiæ rigoribus exercens, raròque in publicum prodiens, nisi ut cum sorore sua S. Ama, quæ non procul ab ipsa locum secessus sui habebat, colloquia* AUCTORE C. G. D *spiritualia misceret, vel nisi eam religio ad ecclesiam, vel pietas ad succurrendum proximis, præsertim pauperibus, vocaret.*

& ætas 5 *De seculo verò, quo vixit hìc specialiter agendum non foret, sicut nec de eo egit Pinius in duabus ejus sororibus Lutrude & Amâ, utpote ex Commentario Prævio ad Vitam S. Alpini satis determinato, nisi eam laudatus Castellanus in Martyrologio Universali Gallico secùs ac de Sanctis ejus sororibus scripsit, eumque secutus Godescardus tom.* IX *de Vitis Sanctorum contra sententiam Pinii seculo* VII *adscripsissent: cùm autem tempus quo Sancta hæc Virgo floruit ex tempore episcopatus S. Alpini, à quo, ut modo diximus, virginitatis velum accepit, vel maximè innotescere debeat, mirum sanè est laudatos Castellanum & Godescardum episcopatum S. Alpini ad medium seculi* V *retulisse; equidèm ut Sancta nostra ad seculum* VII *referri valeat, necesse eſt, ut episcopatus S. Alpini saltem ultra medium seculi* VI *protrahatur, quod an fieri possit, hìc examinabimus.*

ex ætate S. Alpini 6 *Nullus hùc usquè auctor S. Alpinum in Catalogo episcoporum Catalaunensium Lupo postposuit, sicuti nec ei postponi posse ex his certum evadit: Vita utraque S. Alpini, à Stiltingo in opere nostro ad diem* VII *Septembris edita, attribuit ei* 47 *episcopatûs annos, quot anni, teſte laudato Rapinio, in omnibus monumentis ei quoque tribuuntur; diuturnum ejus fuisse episcopatum ex Vita prima S. Lupi episcopi Trecensis, quæ ab omnibus pro optimæ notæ & auctoris synchroni opere habetur, conſtat: deinde antequam ad episcopatum Catalaunensem proveheretur, ejusdem S. Lupi Trecensis, qui ab anno* 426 *aut* 427 *usque ad annum* 479 *Trecensem cathedram tenuit, fuit discipulus: fuerit jam annos fere* 20 *natus, quando primùm ad disciplinam S. Lupi accessit, quos ei attribuit prioris ejus Vitæ scriptor, & alter ejus biographus* adolescentem *jàm tùm eum* solertiſſimum *vocat; fueritque sub disciplina S. Lupi* 15 *tantùm annis, licet laudatæ ejus Vitæ diuturniori ipsum tempore sub disciplina ejus mansisse insinuent: eum enim sub ejus disciplina* Ecclesiaſticorum Canonum & divini juris F peritiſſimum evaſiſſe & eccleſiaſticarum causarum judicem, ſive Officialem fuiſſe, conſtitutum *asserunt: fuerit proinde natus non seriùs, quam anno* 444: *atqui Lupus Catalaunensis anno* 535 *synodo Arvernensi subscripsit: sequeretur igitur, si S. Alpinus Lupo Catalaunensi successisset, etiam posito, eodem anno* 535 *eumdem Lupum obiisse, S. Alpinum ætatis anno saltèm* 90 *ad cathedram Catalaunensem assumptum fuisse, adjunctisque, quibus in episcopatu vixit, annis* 47, *ad* 130 *& amplius annorum ætatem ascendisse, quod longè ab omni abest verosimilitudine; ex hisce igitur S. Alpinum jam ante annum* 535 *obiisse, adeoque Sanctam nostram non ad seculum* VII, *sed ad* VI *spectare satis est manifestum.*

investigatur, fugi- 7 *Quinimò S. Alpinum proximum Amandini, qui anno* 461 *cathedram Catalau-*

nensem turque circa

AUCTORE C. G. *medium seculi VI.*

nensem tenebat, fuisse successorem ex his convincitur: prioris Vitæ S. Lupi Trecensis scriptor, qui non seriùs, quàm circa initium seculi VI *scripsisse existimatur, de S. Alpino tamquam vivente, ut observat laudatus Stiltingus, & multos jam annos in episcopatu habente loquitur:* Sanctum quoque Alpinum (*inquit*) Catalaunicæ pontificem civitatis, resplendentem prærogativâ diutinæ sanitatis, locis pluribus non est silendum, quàm sæpe dæmonum purgator extiterit; *ex his verbis intulit Tillemontius longo tempore S. Alpinum fuisse episcopum, adeoque jam tum hæc scribente eodem biographo; jàm verò S. Alpinus tùm temporis, seù circà initium seculi* VI, *non ità longum tempus in episcopatu exegisset, nisi proximè successisset Amandino, cùm hic concilio Turonensi, anno* 461 *habito, legatur subscriptus. Idque vel maximè ex Concilio Venetico, ex quo S. Alpinum jam anno* 465 *episcopum fuisse, verosimillimè collegit Stiltingus, confirmatur: verba laudati Stiltingi hìc audiamus:* S. Perpetuus Turonensis antistes duo celebravit Concilia, alterum in urbe suâ Turonensi anno 461, cui cum aliis novem episcopis subscripsit Amandinus Catalaunentis, alterum Venetiis in Britannia Armorica, cujus annus est incertus, sed passim illud Concilium sigitur circa annum 465: huic Concilio sex subscripsere episcopi sine expressione urbium suarum episcopalium, atque inde fit ut duorum aut trium sedes episcopales sint ignotæ. Inter hosce autem ignotarum sedium episcopos est Albinus tertio loco subscriptus, quare vehementer suspicor hunc esse Alpinum nostrum Catalaunensem, præsertim quia decessor ejus Amandinus interfuit concilio Turonensi & quidem solus ex Remensi provincia: nam idem fuit utriusque Concilii præses S. Perpetuus. *Adde, inter episcopos Galliæ nullum Albinum præter Alpinum Catalaunensem, cujus nomen* Albinus *primitùs fuisse, & dialecto Germanica in* Alpinus *detortum laudatus Stiltingus non dubitat, illo tempore reperiri. Ex dictis igitur satis est certum S. Alpinum, etiam admissis* 47 *episcopatus ejus annis, circa initium seculi* VI *& probabiliter ante annum* 512 *obiisse, atque adeò S.* Manechildem, *quæ velum virginitatis à laudato præsule accepit, non ad seculum* VII, *sed, ut summùm, ad seculi* VI *medium referendam esse. Determinata jam Sanctæ nostræ ætate ad Acta ejus progredior.*

Sanctæ Acta brevia, etsi non magni pretii, tamen dabimus.

8 *Habemus illa admodum brevia à R. P. Vignerio olim transmissa, ac ex veteri Codice ecclesiæ oppidi & castri S.* Manechildis *excerpta, quæ tamen neque ab antiquitate, neque à gravitate multùm sunt commendanda. Ea enim non esse seculo* 14 *antiquiora, atque ita plus quàm* 8 *seculis post Sanctæ Virginis decessum scriptis mandata, inde patet, quòd translationem quarumdam Reliquiarum, quam anno* 1379 *contigisse signant, ad oppidum, quod ejusdem Sanctæ nomine gaudet, referant: deinde præter ineptam quamdam ad nomen Sanctæ allusionem nihil de Gestis ejus particulare, præter hæreditarium, ad quem post parentum suorum obitum secessit, locum continent; translationes verò sacrarum ejus Exuviarum inverso ordine, & inversis quoque episcoporum Catalaunensium, sub quibus eædem peractæ sunt, nominibus, uti infra latiùs observabimus, narrant: nec tamen omni authoritate carent, primò quidem in dictis translationibus; haud diù enim post translatas ad oppidum S.* Manechildis *ejus Reliquias concinnata videntur; deinde nec in aliis, quia hæc ex Vitis Sororum ejus, quæ modo in Opere nostro datæ sunt, robur accipiunt, quæ proinde quamtumvis exigui pretii huic Commentario subnectenda censui. Exaravit quoque libellum de Vita & Laudibus ejusdem Sanctæ idiomate Gallico circa annum* 1632, *quo Parisiis impressus est, Petrus Testenoirius civis, presbyter, uti colligo ex ejus sacrarum litterarum scientia, & fortè etiam parochus oppidi S.* Manechildis, *qui se ea, quæ scripsit, ex antiqua ejusdem S. Virginis Legenda, & ex veteribus quibusdam fragmentis & chartis, quæ in variis ecclesiis, & nominatim in ecclesia S. Urbani servabantur, percepisse testatur, ex quibus tamen nec ipse, præter velum à S. Alpino acceptum, locum demorationis, sepulturæ ac translationes Reliquiarum, de quibus mox agam, multa hausit, quæ non aliis quoque Sanctis Virginibus sint communia.*

§ II Quo loco Sancta fuerit sepulta: quandonam & quo inde sacræ ejus exuviæ fuerint translatæ: & an tunc primùm, cum harum pars cum S. Manechildis Fano fuit communicata, coli ibidem Sancta cœpta sit.

Sanctæ corpus post obitum sepultum Bienvillæ.

LAudatus *Testenoirius habitationis Sanctæ nostræ locum hoc modo describit:* Locus habitationi ejus destinatus Bienvilla appellabatur vicus situs suprà fluvium Matronam, qui adhuc retinet idem nomen, & hodiedùm pertinet ad dominam de Chastel. *Reperitur idem vicus eodem, quo hic descriptus est, modo in tabulis geographicis Guillelmi de l'Isle in pago Pertensi inter oppidum S. Desiderii & Joinvillam; locum quoque deinde sepulturæ ejus in eodem vico collocat Testenoirius:* Assignavit (*inquit*) ea quæ acceperat à patre suo, ad succurrendum illorum (*pauperum*) necessitatibus, & ad exstruendam domum Dei in loco, in quo vita durante certaverat pro ejus servitio; corpus ejus fuit humatum in eâdem ecclesiâ. *Idque vel maximè veritati congruere arbitror: etenim, ut ex Vitis SS. Pusinnæ & Lutrudis constat, idem locus,*

A *locus, quem eædem Sanctæ vitâ & virtutibus suis illustraverunt, eis quoque & emortualis & sepulchralis fuit, duarum vero aliarum ejus sororum Hoyldis & Amæ uti locus domicilii, ita & sepulturæ ignoratur: quapropter id etiam S.* Manechildi, *quod Sanctis ejus germanis, contigisse, ejusque corpus in eodem vico post ejus obitum sive in ecclesiâ ibi ædificatâ, sive in oratorio quodam, quod haud dubiè ibi habuit, conditum fuisse omninò asserendum est.*

ex eodem sepulturæ loco translatum fuit ad abbatiam S. Urbani circa annum 866,

10 *Manserunt autem sacræ Sanctæ Virginis Exuviæ in prædicto vico humatæ, quousque partim ad ecclesiam monasterii S. Urbani in pago Pertensi prope Joinvillam, partim ad Conthense castrum in pago Freduno translatæ sunt, quod tribus ferè ab ejus decessu seculis contigisse ex laudato Testenoirio, ex adstipulantibus ei laudatis Actis, Arturo in Gynæceo Virginum & Rapinio manifestum fit: verba hìc iterum Testenoirii Latinè reddere libet:* Suscitavit (*Deus*) episcopum Catalaunensem nomine Archanradum, qui constituit tribus aut quatuor abinde (*à Bienvilla*) leucis congregationem religiosorum S. Benedicti in ecclesia in honorem divinum dedicata sub nomine S. Urbani, quæ videtur adhuc hodiedum prope Joinvillam, licet tantum umbram ampliùs retineat antiquæ suæ pulchritudinis: idem optimus præsul

B juffit transferri in eamdem ecclesiam corpus gloriosæ nostræ patronæ, cum solemnitate & gaudio omnium Christianorum, & poni juxta Reliquias ejusdem gloriosi Martyris. *Cum verò Archanradus, sive Erchanravus sive etiam Archanraus abbatiam S. Urbani anno* 865 *secundum Mabillionem tom.* 111 *Annalium Benedictinorum, apud quem exstat diploma à Carolo Calvo pro eâ exstruendâ datum, & Galliæ Christianæ auctores absolverit, & usque ad annum tantùm* 867, *quo obiit, episcopatu Catalaunensi functus fuerit, pauco pòst absolutum idem monasterium tempore, circa annum videlicet* 866 *eò translatum fuisse sacrum Sanctæ Virginis corpus necesse est.*

excepto capite, quod ad castrum Standunum eodem tempore translatum est;

11 *Laudata Sanctæ Virginis Acta hìc in nomine episcopi, quem vocant Archambaudum, à laudato Testenoirio discrepant:* Congregatione autem (*inquiunt*) monachorum ab Archambaudo Cathalaunensi episcopo factâ constructa est & coadunata ecclesia in honorem S. Urbani, ubi translatum est corpus

C Sanctæ Virginis cum gaudio & festivitate solemni & positum cum pignoribus martyris venerandi. *Sed aperto facilique propter nominum vicinitatem errore ecclesiæ monasteriique S. Urbani constructionem, atque ita ad illud translationem Reliquiarum Sanctæ nostræ Archambaldo attribuunt, quod ex dicto Caroli Calvi diplomate, in quo se* Hortatu dilectæ *sibi* conjugis Hirmintrudis & deprecatione venerabilis Erchanravi Sanctæ matris ecclesiæ Catalaunensis episcopi *ad prædictum monasterium fundandum incitatum fuisse profitetur, ab Archanrao sive Erchanravo peractum esse manifestum est. Pergit deinde Testenoirius:* Et ut memoria Sanctæ ejus vitæ in diversis terræ partibus conservaretur, sacrum ejus caput fuit translatum ad castrum Conthense in vico Freduno, ita tum temporis appellato.

Laudata verò Acta hisce fere consentientia hæc habent: Absque capite, quod in castello de nomine ejus condito in pago Fraudu- AUCTORE C. G.

D nensi debito reconditum veneratur honore. *Ex quibus Actorum atque etiam Testenoirii verbis, eodem tempore, quo reliquum corpus ad S. Urbani abbatiam, ad prædictum castrum, quod à Testenoirio* Conthense, *sive castrum de* Contho *vocatur, & in Actis castrum S.* Manechildis *appellatum fuisse insinuatur, caput translatum fuisse colligitur. Hujus quidem castri notitiam post diuturnam inquisitionem nullam inveni, nisi in Notis à R. P. Chifletio laudatis Actis subnexis, qui notavit prædictum castrum eo tempore vocatum fuisse* Stadunum *vel* Standunum, *à quo pagus circumjacens & archidiaconatus dicitur* Stadunensis *vulgò* Estenois, *ipsumque Actorum auctorem, qui illud depravavit in* Fraudunum (*ac ita quoque Testenoirium, qui in Fredunum*) *diversumque ab oppido & castro S.* Manechildis *fecit, corrigendum esse monuit.*

in qua abbatia potior ejusdem pars fortè adhuc hoc tempore servatur:

12 *Duo hic adhuc testimonia adducenda sunt, quæ prædictam sacri ejus corporis ad abbatiam sæpius memoratam translationem mirificè confirmant; alterum Henschenii in commentario de translatione reliquiarum S. Urbani in Opere nostro* 25 *Maji, ubi hæc scribit:* Simul indicandum (*fuit*) in eadem abbatia duas alias capsas haberi, quarum una potiorem partem continet ex corpore S. Mane- E childis, cujus festum agitur XIV Octobris. *Alterum Baugieri tom.* 11 *Memoriarum Historicarum Campaniæ pag.* 155, *ubi post descriptionem ejusdem abbatiæ ait:* Videtur in ecclesia ejusdem abbatiæ capsa S. Manechildis ex tabulis tantùm dictis, ad quam corpus ejus post mortem fuit apportatum ex vico Bienvilla. *Thecam verò argenteam, quâ primitùs sacrum illud corpus inclusum fuit, à militibus direptam fuisse, innoxiis tamen inclusis Reliquiis, conqueritur Testenoirius; cum verò post hujus seculi auctorem Baugierum dictas exuvias aliò fuisse translatas non sit verosimile, eas in eâdem abbatiâ hodièque asservari credere licet.*

ex eâ deinde pars quædam ejusdem corporis

13 *Elapsis à memorata ad abbatiam S. Urbani translatione sacrarum Sanctæ Virginis Exuviarum plùs quàm* 5 *seculis, quasdam earumdem partes os videlicet principale unius brachii & costam integram ad oppidum, quod ex nomine ejus S.* Manechildis *Fanum appellatur, delatas esse testatur iterum hac in re fide dignissimus Testenoirius, ita de hac translatione scribens:* Et pluribus post hæc annis nobilis eques Joannes de Saulx dominus de Cernonno (*Cernacum, credo, in pago Dulcomensi Gallicè* Cernay en Dormois) & Castri Buffini (*Gallicè* Buffy le Chateau) *duobus tribusve leucis Catalauno distantis,* . . . . supplicavit humiliter reverendos & religiosos viros abbatem & conventum dictæ abbatiæ S. Urbani, ut concederent partem aliquam dignissimi ejusdem corporis, ut inde ordinaret ho- F norabile quoddam reliquiarium; cujus humilibus petitionibus volentes satisfacere, concesserunt ei, consentiente toto eorum capitulo, grandem & nobilem partem, os videlicet principale brachii & integram costam

AUCTORE C.G.

. . . . . quos magnos thesauros curavit decentèr includi in capsis argenteis deauratis . . . . & ex alterâ parte considerans, quod ecclesia parochialis castri & villæ, quæ à primâ sua institutione ejusdem magnæ Sanctæ nomine gaudebant, necdum ditata fuisset vel minimâ ejus Reliquiâ . . . . . pro semper assignavit venerabiles istas Reliquias, ita, ut supra dixi, inclusas, ecclesiæ S. Manechildis.

Delata est ad oppidum S. Manechildis *anno* 1379,

14 *Enumeratis deindè pluribus personis, quarum nomina invenit in Chartis dictarum Reliquiarum, quæ illi translationi interfuerunt, hæc subjungit :* Pretiosus iste thesaurus fuit nobis hùc apportatus anno salutis 1379 ultimo Caroli v regis, dicti sapientis, quo tempore reverendissimus in Deo pater Archambaldus sedem episcopalem tenebat in civitate Catalaunensi. *Testenoirio consonant hic laudata S. Virginis Acta, nisi quod iterùm erroneè episcopum Archanradum pro Archambaldo sive Archambaudo notent :* Hujus autem sacratissimi corporis (*inquiunt*) in Urbani Sancti monasterio quiescentis per nobilem virum Joannem dominum de Cernonno militem portio certa brachii unius videlicet & costa translata fuit, & collata & in perpetuum assignata ecclesiæ parochiali villæ, quæ

B virginis hujus nomine nuncupatur, anno domini M. trecentesimo septuagesimo nono Carolo rege regnante, & venerando patre domino Archanrando Cathalauni præsulante. *Præterquam enim quod, ut suprà monui, horum auctor priùs narrans translationem ad oppidum S.* Manechildis, *posteriùs ad monasterium S. Urbani ordinem historiæ invertat, facili propter vicinitatem nominum errore nomina quoquè episcoporum Archanrandi sive Archanrai & Archambaudi sivè Archambaldi invertit : sicut enim certum est constructionem abbatiæ S. Urbani, & ad eam corporis S.* Manechildis *translationem Archanrao, ita quoque translationem prædictæ ejusdem partis ad memoratum oppidum Archambaldo, qui anno* 1379, *quo translatio isthæc ab ipsismet Actis ponitur, episcopatu Catalaunensi, ut*

C *videre est apud Galliæ Christianæ auctores, fungebatur, adscribendam esse certum est.*

ubi jam pluribus seculis

15 *Porro licet demum anno* 1379 *dictas Sanctæ nostræ Reliquias memoratum oppidum acceperit, diuturno tamen ante eumdem annum tempore nomine ejusdem Sanctæ indigitatum, hæcque inibi cultu ecclesiastico honorata fuit : etenim Laurentius Leodiensis, continuator historiæ episcoporum Virdunensium, ante medium seculi* XII *scribens, duos jam tùm sub nomine S.* Manechildis *ejusdem oppidi Dominos recenset; alterum quidem, cui coævus extitit, Albertum S.* Manechildis *dominum, alterum verò, cui suppar, Monassem comitem Rethelensem & S.* Manechildis *sub Theoderico XL Virdunensi ab anno* 1045 *usque ad annum* 1088 *episcopo, adeòque seculo* XI *dominum : unde, jam tùm seculo* XII *atque etiam* XI *idem oppidum S.* Manechildis *communiter dictum, & proinde jam tùm multo tempore, quin imò si laudato num.* 13 *Testenoirio adstipulari licet, à primâ jam institutione & fundatione suâ; (quod tamen ab institutione & fundatione ecclesiæ ejusdem oppidi, quod Adrianus Valesius antiquiùs nomen* Auxuenna *habuisse ex Itinerario Antonini non improbabiliter opinatur, intelligendum est) eo nomine gravisum fuisse, patet.*

D

16 *Hac forte ratione inductus Bailletus cum se secuto Godescardo corpus Sanctæ nostræ ad prædictum oppidum post ejus mortem portatum, sivè in eodem humatum fuisse, ac ex profluente indè cultus ejus celebritate nomen ejus eidem impositum fuisse, perperàm asseruit, hæc tom.* III *de Vitis Sanctorum scribens :* Post mortem (S. Manechildis) corpus ejus fuit portatum ad ecclesiam villæ Auxuennæ, ... cultus ejus ibi factus est tam celebris, ut urbs perdiderit antiquum suum nomen, & non fuerit amplius cognita nisi sub

E illo (*nomine*) S. Manechildis, quod portat adhuc hodiedùm. *Ast cum ex dictis constet memoratum oppidum corpus ejusdem Sanctæ numquam, nec fortè ante annum* 1379 *quasdam ejus partes, si vera censuerit qui eas à S. Urbani cœnobitis expetivit, & eidem oppidodonavit, Joannes Cernaci dominus, possedisse, ex eo, quod in patronam ejusdem S.* Manechildis *assumpta, & tamquam talis pluribus, antequam eò delatæ essent ejus Reliquiæ, seculis ibi culta fuerit, idem oppidum nomen ejus sortitum esse arbitror cum laudato Valesio, qui in suâ Galliarum Notitia ad vocem* Auxuenna *hæc habet :* Auxuennæ nomine ab Æthico designari puputo oppidum Sanctæ Manechildis vel Manegildis S. Manehou vel S. Menehoult vulgò dictum à patrona loci : *pronum quippe satis erat, ut Sancta Virgo Campana & celebris in Campania memoriæ in patronam Campanæ urbis & ecclesiæ adsciscereiur, tamquam talis celebriter ibi coleretur, & exindè nomen suum eidem ecclesiæ & oppido communicaret, licet nullæ tùm ejus ibi existerent Reliquiæ, sicut verosimiliter nec ullæ existunt in ecclesiâ Collegiatâ oppidi Paludelli, & tamen hæc ecclesia eam patronam habet, ut suprà num.* 3 *observavi, & ex ejus etiàm nomine ecclesia S. Manechildis appellatur.*

culta fuerat tamquam patrona.

F

ACTA

Ex veteri Codice Ms. oppidi & castri S. Manechildis.

Sacræ Sanctæ Virginis, in loco solitario defunctæ, Exuviæ
a

MAnechildis soror minima Sanctæ Amæ virginis fuit patre Cygmaro *a* matre Lutrude progenita, quæ nobilitate sæculi specialiter lucens, divinâ magis nobilitate inclyta, postquam à beato Alpino antistite sanctimoniæ sumpsit propositum, incomparabilis inter filias hominum apparuit differentiâ meritorum. Dedit ei pater suam inter sorores partem, & funiculum hæreditatis, ubi manſitaret, deſerviens Deo fideliter ſub habitu caſtitatis; fuit autem Bienvilla *b* locus (nomine antiquo ab authore,*) qui ſuper Matronam fluvium ſitus, multis ac diverſis humanitatis noſtræ commoditatibus floridus ac fortunatus, hanc maximam ac præcipuam à Deo promeruit; ut virginis commanentiâ & habitatione dominum habitatorem videretur habere; felicitates quippe ejus in tantum providentiâ divinitatis * accrevit, ut virgine gloriosa ibi demorante demoraretur & Deus. Hæc igitur Virgo ſancta atque gloriosa, quam dominus omnium dilexit, non sine causa Manechildis appellatur; MANECRUIN Hebraicè, idem Latinè quod numerus vel completio & HILA exaltata vel exaltatio designatur. Hæc autem virgo sapiens, quæ omnia Dei mandata complevit, quam dominus omnium dilexit, quam dominus vigilantem inveniens, acceptâ lampade sumptoque oleo eam secum introduxit ad nuptias, vitæ suæ cursu sanctiſſimo consummato, inter choros angelorum & virginum numerata, jam diu exaltata *c* gaudet in cælis, & nunc suâ sanctitatis memoriâ & Reliquiarum suarum præsentiâ nobis grandis exultatio manet in terris.

b
* hæc verba uncis inclusa videntur abundare
B
* accreverunt
C
c

tribus in locis, hic nominatis

2 Sic ergo Manechildis vel Manechilda rectè dicitur, cujus cœlum animâ, terra vero corpore decoratur. Hujus autem sacratiſſimi corporis, in Urbani Sancti monaſterio quiescentis, per nobilem virum Joannem dominum de Cernonno *d* Militem portio certa brachii unius videlicet & coſta tranſlata fuit, & collata & in perpetuum aſſignata eccleſiæ parochiali villæ, quæ virginis hujus nomine nuncupatur, anno domini M. trecenteſimo septuageſimo nono *e* quarta decima die mensis Octobris, quæ dies eſt natalis virginis ejusdem, illuſtriſſimo Francorum Carolo rege regnante & venerando patre domino Archanrando *f* Cathalauni præsulante. Congregatione autem monachorum ab Archambaudo *g* Cathalaunensi episcopo factâ, conſtructa eſt & coadunata ecclesia in honorem Sancti Urbani, ubi tranſlatum eſt corpus Sanctæ virginis cum gaudio & feſtivitate solemni & positum cum pignoribus martyris venerandi, absque capite, quod in caſtello, de nomine ejus condito in pago Fraudunensi, *h*, debito reconditum veneratur honore *i*. Hujus autem digniſſimi corporis brachium & coſta ad parochialem, ut dictum eſt, ecclesiam, quæ virginis hujus nomine decoratur, tranſlata sunt temporibus ibidem perpetuis honoranda.

h
i

Igitur Dei providentiâ tripartitum eſt hoc venerabile corpus; caput enim in antedicto caſtro cum reverentia veneratur; nobilis autem illa tranſlata portio prædicta in hac Sanctæ Manechildis ecclesiâ devotiſſimè colitur, atque complectitur, & totum ipsius sacratiſſimi corporis residuum in ipso Sancti Urbani monaſterio honorificè conservatur. E

ſunt honoratæ.

D
d
e
f
g

ANNOTATA.

a *In Vita S. Lutrudis* Sigimarus & Sicmarus, *in Vita S. Hoyldis* Signarus, *& alibi communiùs* Sigmarus *appellatur, ut observat Perierus in Notis ad Vitam S. Lutrudis.*

b *De hoc loco vide Comment. num. 9.*

c *Ineptiſſimè hîc auctor ad nomen Sanctæ allusit.*

d *Cernacum in pago Dulcomensi (Gallicè) Cernay en Dormois.* F

e *Alteram quidem quarumdam Sanctæ Virginis Reliquiarum ad ecclesiam castri S.* Manechildis *anno* 1174 *ab Henrico I Campaniæ comite factam esse asserit Baugierus tom. I Memoriarum Historicarum Campaniæ, sed unde hìc auctor translationis hujus, tàm Testenoirio, quàm Actorum auctori ignotæ notitiam hauserit, nescio.*

f *Archambaudo sive Archambaldo.*

g *Archanrando sive Archanrao, quod utrumque ex dictis in Comment. num.* 11 *&* 14 *liquet.*

h *Staduno vel Standuno, de quo vide Comm. num.* 11.

i *Eſt hîc ὕστερον πρότερον sive inversio historiæ; priùs enim corpus S. Virginis ad abbatiam S. Urbani delatum eſt, & ex ipso posteà monaſterio ad oppidum S.* Manechildis *dictæ ibi partes sunt tranſlatæ.*

DE S. RUSTICO EPISCOPO CONFESSORE

TREVIRIS IN GALLIA BELGICA

COMMENTARIUS HISTORICO-CRITICUS.

S. D.

§ I. Sancti memoria in fastis sacris, cultus, ætas.

Circa an. DLXXIV. Sanctus, qui, fastis sacris hìc memoratis inscriptus,

INsigne nobis hodiè fragilitatis humanæ, divinæque misericordiæ occurrit documentum in S. Ruſtico *Trevirensium anſtitite, in quo sicuti abundavit delictum, ità pariter abundavit & gratia. Hujus quidem Sancti memoria in martyrologiis antiquioribus seu classicis haud reperitur; verum, etsi sic habeat, is tamem hìc sibi locum in Opere noſtro vindicat: hodiè enim faſtis sacris recentioribus, ipsique etiam Martyrologio Romano hodierno extat inscriptus. Ad hæc, quod caput eſt, jam à centum ampliùs annis ante decretum, anno* 1634 *ab Urbano VIII latum,* B *quo hic venerabiles Dei servos, nondum ab ecclesia vel beatificatos vel canonizatos, cultu publico, nisi hunc forsan jam vel à centum ampliùs annis, vel per communem ecclesiæ consensum, vel per patrum virorumque sanctorum scripta, vel denique per sedis Apostolicæ ordinariive longiſſimi temporis scientiam ac tolerantiam obtinuiſſent, honorari deinceps vetuit, cultu hujusmodi fuit gavisus, uti patescit ex iis, quæ mox in medium adducam, cum de faſtis sacris Sanctum hodiè, ut jam indicavi, commemorantibus, fuero locutus. Martyrologium Romanum hodiernum Sancti hodiè sequentem meminit in modum:* Treviris S. Ruſtici episcopi: *nec multò pluribus verbis id ipsum faciunt tria, in quibus is hodie occurrit, Usuardina apud Sollerium auctaria. Horum dumtaxat, quod Molani eſt, huc transcribo. Breviter id sic habet:* Treviris S. Rus- C tici episcopi & confeſſoris.

prolixiori etiam, quod huc transcribitur, elogio à Saussayo ornatur,

2 *Aſt Sauſſayus, qui in Martyrologio à se contexto Sanctum quoque hodie celebrat, elogio in hunc finem utitur sat prolixo, quod, ut ab ipso ſtatim Commentarii hujus initio quoddam Geſtorum Sancti compendium ſtudioso lectori exhibeam, integrum huc transcribo, sequentibus his conceptum verbis:* Treviris S. Ruſtici secundi nomine illius sedis episcopi & confeſſoris, qui cum per virtutum gradus eam ad cathedram conscendiſſet lapsus deinde in flagitium carnis, & prodigioso infantuli, patrem ex nomine matremque indicantis, ad pœnitentiam hortante S. Goare presbytero, quem innocentem premebat, invitatus, Dei non tàm judicio, quàm beneficio è cæno peccati se erigens, labem profuso gemitu expiavit. Adjutusque sancti ipsius Goaris, qui ſeptennis orationis opem ipsi pollicitus fuerat, aſſiduis apud Deum precibus, ad tantæ puritatis evasit gloriam, ut factis juſtitiæ & pietatis ſtudiis, actibusque perfectæ caſtimoniæ, priſtinam non modò recuperaverit religiosi nominis exiſtimationem, verùm & longè uberiorem sibi laudem probatiſſimæ conversationis, qua pontificium mirè decorabat, peperit. Quousque tandem Deo & hominibus gratus meritorum plusquam dierum cumulis provectus, ad regni cœleſtis, quod solis patet puris mentibus, fruitionem, omni decore nitens gratiæ pertransivit. *Tale eſt, quod integrum hùc transcribendum duxi,* Ruſtici *elogium; modò ad id, quod jam suprà de cultu ejus probandum insinuavi, aliaque eò spectantia sermonem converto.* E

cultuque publico centum ampliùs annis, uti, quæ hìc

3 *Illuſtriſſimus Hontheimius in Prodromo Hiſt. suæ Diplom. Trev. tom.* 1 *pag.* 390 *ita scribit:* S. Ruſtici episcopi Trevirensis dies feſtus affigitur XIV Octobris . . . de eo plura refert Wandelbertus noſter Prumiensis in Vita S. Goaris lib. 1. pauca ibidem cap. XIII de ejus pœnitentia memorat, de Sanctitate aut religioso cultu nihil addit, sed nec Martyrologio suo Metrico nomen ejus inseruit: quippe tum non erat moris, sanctos in Martyrologio describere, quibus nullus erat cultus publicus. In Prumiensi Catalogo sæc. XI Sancti titulo non honoratur; sed nec in antiquioribus noſtris Calendariis locum invenit . . . . quod aliquoties repetivimus, multos fuiſſe Sanctos litteratis & aliis etiam notos, quibus nullus in ecclesia cultus . . . . *Ità is scriptor,* S. Ruſtico *nec sec.* IX, *quo scripsit Wandelbertus, nec sec.* XI *cultum publicum delatum fuiſſe, insinuans; verum etsi argumenta, quibus id à vero alienum probem, haud suppetant, fuiſſe saltem Sanctum, quod, ut Operi noſtro inseratur, sufficit, à centum ampliùs annis ante Urbani VIII decretum, hìc suprà num.* 1 *laudatum, cultu hujusmodi gavisum, evincit, quod penes nos extat, quodque certo ante sec.* XV *finem fuit conscriptum, Kalendarium, breviarii diœcesis Trevirensis parti hiemali præfixum; hoc enim, quod, qui per totum anni cursum diebus singulis Sancti in diœcesi Trevirensi colendi sint, aſſignat, quartâ decima Octobris die* S. Ruſticum *unà cum S. Caliſto papa colendum præscribit; ut enimverò, cum id antè sec.* XV *finem, ut è jàm dictis consequitur, obtinuerit locum, Sanctus centum ampliùs annis antè mox iterum memoratum,* F

AUCTORE S. D. D

A *memoratum, quod anno* 1634 *latum fuit, Urbani VIII decretum cultu publico fuerit gavisus.*

adducuntur, ostendunt,

4 *Adhæc Scheckmannus, S. Maximini Treviris cœnobita, ac cœnobii sui bibliothecarius quoddam de patronorum Trevirensis S. Paulini collegiatæ ecclesiæ gestis ac reliquiis conscripsit Opusculum, quod in altera, quam Teutonicè à Joanne Enen sacræ Theologiæ Treviris doctore concinnatam ac* gestorum Trevirorum medullam *nuncupatam, idem Scheckmannus in linguam Latinam convertit, lucubratione fol.* 52, *uti hoc cum priori dicti Opusculi pagina conferenti apparebit, citatur; quare cum lucubratio isthæc anno* 1517, *uti ex epistolis dedicatoriis, quas præfert, fas est colligere, fuerit contexta, oportet, ut certè non seriùs, quam eodem anno* 1517 *dictum Opusculum fuerit conscriptum; in hoc autem Scheckmannus, perstrictis, quæ infrà dabo,* S. Rustici *Gestis, sic scribit:* Anno à Natali Domini milleno quingenteno decimo quinto de indulto sedis Apostolicæ (*nempe Leonis X*) sepulchro Dei aperto, tanta erupit fragrantia, talis suavissimus omnium adstantium perfudit nares odor, qualem numquam hausissent olfactu, firmiter credentibus cunctis, illùc authorem suavitatis adveniſſe, mirificasseque Sanctum suum Rusticum. Conclusum tùm pari consilio, gloriosum ejus Caput foris reservandum, quod intuitum mortalibus

B præberet pœnitendi incitamentum, & assecurationem tutissimam, quia Deus misertus est pœnitentibus.

antè Urbani VIII decretum, an. 1634 *latum, fuit gavisus,*

5 *Adhæc ad Opusculi ejusdem calcem sacras, quæ in Trevirensi S. Paulini ecclesia servantur, reliquias enumerat, hasque, quibus etiam* S. Rustici *Caput accenset, in translationis S. Paulini festo publicè Treviris solemni cum processione, senatu Treverico, ac copiosa tùm cleri tùm populi multitudine præsente, fuisse ostensas, adjungit; quare cum hæc ante annum* 1518, *utpote in Opusculo, ante annum hunc, ut mox docui, concinnato litteris mandata, accidisse sit necesse, tumque Sancto nostro delatum fuisse cultum publicum, arguant, consectarium indè etiam fit, ut hoc ille centum ampliùs annis antè Urbani VIII decretum, anno* 1634 *latum, jamque plùs semel hìc memoratum, fuerit gavisus.*

C

ac porrò post id sec. XVII gaudere perrexit,

6 *Eodem porrò honore, Sanctum sec.* XVII *currente adhuc gaudere perrexisse, fidem facit, quod anno* 1645 *Treviris fuit excusum,* Lectionarium de Sanctis quibusdam *Trevirensis Officii ad usum & ritum Romani Breviarii accommodatum, in quo hodiè lectio ordine tertia,* de S. Rustico *recitanda proponitur. Hanc vel idcircò quòd tempori, quo Sanctus vixit, determinando viam quodammodò sternat, integram huc transcribo. Sequentibus his concipitur verbis:* Rusticus, cui pontificalis cathedra Trevirensium obtigit, detecto arcano libidinis peccato, quod commiserat, agniti sceleris pudore, & acri pœnitentiâ tactus, remedium opportunum adhibuit, septennio sibi desumpto, quod in Deiparæ matris æde ad Martyres sanctè pièque ad eluendam noxam traduxit. Qui deindè vigiliis & inediâ attritus, post naufragium secundâ tabulâ arreptâ, melioris æternæque stationis portum felicissimè obtinuit pridiè Idus Octobris Christi anno suprà quingentesimum septuagesimo tertio, in ecclesia B. Paulini conditus, & in Sanctorum numerum repositus est. Multa ipse post mortem edidit Miracula, & eò gratiùs sui desiderium excitavit, quo securiùs Christianæ pœnitentiæ exemplum reliquit. Disciplinam castitatis ardor libidinis excussit; sed igne charitatis excoctus sacerdos hujus vestigia flammæ sic obruit, ut in eo nescias an plùs pœnituisse, quàm non peccasse profuerit. *Ità lectio laudata; at dispiciamus modò, an rectè Sancti obitum anno* 573 *inrectat.*

ad pœnitentiam de peccato, in quod lapsus erat, à S. Goare fuit excitatus; cum hic autem

7 *Fuisse* S. Rusticum *ad pœnitentiam de impudicitiæ peccato, in quod jam episcopus Trevirensis lapsus erat, agendam à S. Goare paucis dumtaxàt annis, priusquàm hic moreretur, excitatum, constat è duabus Sancti hujus Vitis, quarum alteram anonymus sec.* VII *scriptor, alteram Wandelbertus anno* 839 *conscripsit. Ut itàque, an* S. Rusticus, *qui excitanti Goari obsecutus haud multis annis pòst nec diu antè hunc obiit, anno* 573 *obiisse rectè dicatur, definire utcumque possimus, juverit antè omnia in emortuale S. Goaris tempus inquisivisse. Id Browerus in Annalibus Trevirensibus cum anno* 575 *ac proin cum regno Sigeberti, qui secundùm Pagii in Baronium Criticam, cujus hìc in Childebertorum ac Sigebertorum regum annis designandis sequi lubet calculos, ab anno* 565 *usque ad annum* E *579 in Austrasia regnavit, conjungit, hancque Broweri opinionem tamquam probabiliorem & veriorem Pinius ad* VI *Julii diem in Commentario Actis S. Goaris, ab anonymo conscriptis, prævio censuit amplectendam; verùm Cointius & Mabillonius, hosquè secuti Calmetus & Bailletus, S. Goarem sub Sigeberto III, qui ab anno* 638 *usque ad annum* 656 *Austrasiæ regnum tenuit, anno circiter* 649 *è vivis excessisse contendunt. Nec erit, cur id prorsus immeritò abs illis contendi dicatur, si per Childebertum, Francorum regem, sub quo ex Aquitania in Germaniam venisse S. Goarem anonymus Actorum Sancti hujus scriptor apud nos loco mox cit. ait, non Childebertus I, qui ab anno* 511 *usque ad annum* 558, *sed Childebertus II, qui ab anno* 579 *usquè ad annum* F *596 regnavit, debeat intelligi. Id itaque hìc indagemus.*

sub Childeberto non II sed I, uti ex anonymo, quo potiùs, quàm Wandelberto,

8 *Childebertus I extitit Clodovei, à S. Remigio ad fidem conversi, filius; Childebertus autem II ejusdem Clodovei non filius sed pronepos dumtaxàt fuit; quare, cum Childebertus, sub quo ex Aquitania in Germaniam venisse Goarem, laudatus anonymus scribit, disertissimè abs hoc vocetur Clodovei filius, Goarem sub Childeberto non II sed I ex Aquitania in Germaniam venisse, est credendum. Childebertum quidèm, sub quo S. Goar in Germaniam transiit, non Clodovei filium, sed ex Clodovei prosapia ortum, Wandelbertus in S. Goaris Vitâ scribit, sicquè contortæ interpretationi, qua filii nomine pronepotem apud anonymum intelligi vult Mabillonius, ansam præbuit; verùm hìc non Wandelberto, sed anonymo, qui Wandelberto antiquior, est standum.*

AUCTORE S. D

9 *Erit quidem fortassis, qui hìc reponat, antiquiora* S. Goaris *Acta, quam sint illa, quæ à sec.* VII *scriptore anonymo conscripta ad* VI *Julii diem edidimus, Wandelberto præluxisse, huncquè illa secutum, Childebertum, sub quo S. Goar in Germaniam venit, Clodovei non filium, sed dumtaxàt* è Clodovei prosapia ortum, *asseruisse. Res sanè haud omni destituta fundamento potest videri : Wandelbertus enim in S. Goaris Vita differt adhuc in aliis à Sancti hujus Vita, ab anonymo sec.* VII *scriptore contexta. Ac primò quidem, S. Goarem antè suum in Germaniam adventum extitisse sacerdotem, sub lucubrationis suæ initium scribit, anonymo dumtaxàt docente, sacerdotem fuisse Sanctum, sed an antè, an post suum in Germaniam adventum ordinatus fuerit, non adjungente ; deinde verò, S. Goarem post septem annos, quibus sese pro* Rustico *pœnitentiam acturum promiserat, expletos tribus adhuc aliis annis ac totidem mensibus afflicta fuisse valetudine, ac tum demum excessisse è vivis, sub lucubrationis ejusdem finem tradit, anonymo tres hosce posteriores annos intrà illos annos septem, quibus pro* Rustico *pœnitentiam egit S. Goar, computante.*

A *quòd hic, contrà ac non nemo extendat, S. Goaris Acta,*

B

10 *Quarè cum Wandelbertus, sese in scribenda S. Goaris Vita perantiquorum exemplarium veritatem fide integra prosecutum, solamquè sermonis, quæ eruditos non parum offendere poterat, simplicitatem corrigere studuisse, sub finem affirmet, dicendum apparet, Wandelberto antiquiora, quam sint illa, quæ ab anonymo sec.* VII *scriptore contexta in Opus nostrum, ut mox dictum, jam intulimus, S. Goaris Acta præluxisse, ac ex his illum hausisse jam dicta, quæ scribit, nec in S. Goaris Actis, in Opus nostrum jam illatis, invenit. Ità ratiocinari queunt, qui, quò S. Goarem in sec.* VII *rejiciant, Childebertum, sub quo hic in Germaniam concessit,* è Clodovei prosapia ortum *rectè à Wandelberto asseverari contendunt ; verùm cùm ipsimet anno circiter* 649, *ac proin sec.* VII, *obiisse S. Goarem, statuant, qua ratione, quæso, hujus Acta, quæ Wandelberto præluxerint, fuisse queunt antiquiora Actis, ab anonymo sec. ejusdem scriptore concinnatis, ac in Opus nostrum ad* VI *Julii diem jam illatis ? Dicentnè forsan, hæc quidem sub sec.* VII *finem, illa verò proximè à S. Goaris obitu seu eodem sec.* VII, *nondum diù media sui parte elapso, fuisse contexta ? Verùm id probari nullo pacto potest, nec Acta, quæ Wandelberto præluxere, necessariò ab Actis, quæ ab anonymo sec.* VII *scriptore concinnata in Opus nostrum jam intulimus, æstimanda sunt diversa ; hæc enim & in argumento, quod tractant, & in narrationis, quam præbent, substantia ad amussim ubiquè cum Actis à Wandelberto conscriptis, uti hæc cum illis conferenti patescet, conveniunt, ipsequemet hic scriptor suppeditat, undè judices, qua ratione factum esse queat, ut nihilominùs in iis, quæ suprà retulimus, differat ab Actis, quæ ab anonymo sec.* VII *scriptore contexta in Opere nostro jam dedimus.*

C

Sancti ejusdem Actis, in Opere nostro jam datis, antiquiora sibi prælucentia habuisse nec videatur,

11 *Sibi enim non diversa S. Goaris Acta, sed diversa Actorum eorumdem* exemplaria vetusta & perantiqua *præluxisse, sub lucubra-*

nec debeat, certò est standum, Vitæ S.

tionis suæ finem insinuat. Quid si igitur S. Goaris Acta, quæ apud nos loco suprà cit. jam extant excusa, sub sec. VII *initium fuerint conscripta, horumquè deinde sec. eodem annis aliquot jam provecto, varia exemplaria fuerint confecta ? Quid si porrò à nonnullis è librariis, à quibus id tùm factum, quæpiam in antiquioribus, quæ transcribebant, eorumdem Actorum exemplaribus pro genio suo temerè aut certè non satis prudenter mutarint, hæcque deindè sibi prælucentia Wandelbertus sit secutus ? Ità enimverò, ut hic, etsi antiquiora, quàm sint, quæ ab anonymo sec.* VII *scriptore concinnata edidimus, S. Goaris Acta haud habuisset, litteris tamen, suprà relata, in quibus ab anonymo isto differt, mandarit, facilè contingere potuisse, nemo non videt. Ut ut sit, Wandelberto equidem antiquiora, quam sint quæ vulgavimus, S. Goaris Acta præluxisse, ex iisquè, Childebertum, sub quo S. Goar in Germaniam transiit, non extitisse Clodovei filium, sed ex hujus dumtaxàt prosapia ortum, innotuisse, neutiquam est certum ; cumquè nullus, quin Wandelberto antiquior, qui, quæ vulgavimus, S. Goaris Acta sec.* VII *contexuit, scriptor anonymus sit, revocet in dubium, hoc potiùs, quàm illo standum, ac proin Childebertum, sub quo S. Goar in Germaniam venit, extitisse nominis illius primum, seu Clodovei, ut prodit, filium, opinor.*

Goaris Scriptore. D

E

12 *Nec tantùm, quæ jam dixi, ità me opinari faciunt, verùm etiam Felicius, quem, Goare in Germaniam primùm appulso, Trevirensi ecclesiæ præfuisse episcopum, anonymus Actorum S. Goaris apud nos scriptor memoriæ prodit : cum enim secundus S. Maximini Treviris abbas, qui in vetustiore monasterii istius abbatum Indice* Felicius *inscribitur,* Fibicius *fuerit vocatus, Felicius & Fibicius seu Febicius, quemadmodum, teste Hist. Diplomat. Trevirensis tom.* III *pag.* 1004 *Hontheimio, in Annalibus MSS. S. Maximini ad annum* 511 *Alexander Wiltheimius observat, quasi unum idemque reputantur nomen ; in vetustissimis autem apud nos tom.* 4 *Septembris pag.* 366 *&* 400 *& apud Hontheimium Hist. Diplomat. Trev. tom.* I *pag.* XXIV *episcoporum Trevirensium Catalogis unus dumtaxàt hosce inter nomine* Fibitius, *toto illo tempore, quo Childebertus seu I seu II regnavit, invenitur, proximè ante Apruncu-lum, cui Nicetium proximè successisse, Gregorius Turonensis in Vitis Patrum cap.* VI *luculentissime tradit, signatus.*

argumento-que aliunde petito

F

13 *Quarè cum is, uti apud Harduinum in Conciliorum Collectione tom.* 2 *pag.* 1183 *lit. C. videre licet, concilio Arvernensi anno* 535 *celebrato interfuerit, consectarium est, ut certè ante annum hunc Fibicius seu Felicius sedem Trevirensem occuparit, ac proin ut S. Goar, quo è dictis in Germaniam primum appulso, Fibicius seu Felicius Trevirensium erat episcopus, eò non sub Childeberto II qui ab anno* 579 *usque ad annum* 596, *sed sub Childeberto I, qui ab anno* 511 *usque ad annum* 558 *regnavit, advenerit. Laudati quidem Trevirensium episcoporum Catalogi seu Elenchi omni errore vacui*

probatur, ex Aquitania

haud

A *haud deprehenduntur ; verùm, etsi sic habeat, ob iis tamen sine gravi causa recedendum non esse, censent passim eruditi, hìcque causam hujusmodi, ob quam in illis Felicius seu Fibitius proximè ante Aprunculum perperàm signari existimetur, haud invenio.*

in Germaniam advenerit,

14 *Porrò cum Childebertus I, sub quo in Germaniam S. Goar concessit, anno 511 regnare sit primùm exorsus, necesse est, ut id certè is Sanctus antè eumdem annum 511 haud fecerit, id autem haud seriùs etiam, quàm anno circiter 520 abs illo factum, sequentem in modum ostendo : Nicetius, cujus suprà memini, fuit anno 527, uti ex Cointii in Annalibus ad annum hunc supputatione, quam calculo suo decessores nostri ad 1 Julii diem in Commentario, Actis S. Galli Arvernensis episcopi præmisso, num. 4 probarunt, palam fit, ad Sedem Trevirensem evectus, cumque hanc Aprunculus, proximus ejus, uti è mox dictis liquet, decessor, 7 circiter aut 8 annis occupasse videatur, Felicius seu Fibicius, qui in suprà laudatis episcoporum Trevirensium Catalogis proximè ante Aprunculum ponitur, fuerit verosimiliter anno circiter 520 è vivis sublatus ; cum autem sic habeat, S.*

B *Goar, qui sub Childeberto, regnare primùm anno 511 exorso, & sub Felicio seu Fibitio Trevirensi episcopo, anno è jam dictis circiter 520 vita functo, in Germaniam venit, id verosimillimè eo temporis spatio, quod ab anno 511 usque ad annum 520 excurrit, nec seriùs quam postremo hoc anno fecerit.*

ac dein sub Sigeberto non III,

15 *Jam verò, cum S. Goar, dùm in Germaniam transiit, jam fuerit, ut Wandelbertus docet, sacerdotio initiatus, ac proin pro ecclesiæ, quæ tum viguit, disciplina triginta ut minimum annorùm (Thomassinum de veteri & nova ecclesiæ disciplina Part. I, Lib. II, Cap. 68 videsis) verosimillimè extiterit, consectarium è jam dictis fit, ut, si, quemadmodùm Mabillonius aliique suprà laudati volunt, usque ad Sigebertum III, qui ab anno circiter 638 usquè ad annum 656 regnavit, Vitam protraxerit, nec priùs, quàm anno 649 excesserit è vivis, annorum ampliùs centum & quinquaginta, dum id accidit, ætatem habuerit ; cum id autem, etsi etiam in senectute bona obiisse ab anonymo Vitæ scriptore dicatur, planè incredibile appareat, eum us-*

C *que ad Sigebertum III in vivis haud mansisse superstitem, est dicendum ; cum autem, uti ex Vitis ejus ab anonymo & à Wandelberto conscriptis liquet, cum Sigeberto, sub quo obiit, annis aliquot vixerit, ac proin nec sub Sigeberto II, utpotè qui paucis dumtaxat diebus regnarit, vitam terminasse queat, nihil superest, quàm ut sub Sigeberto I. cum Browero & Pinio illius obitus statuatur.*

sed I, uti è jam allegatis,

16 *Ac id quidem omninò faciendum idcircò etiam opinor, quod Mabillonius aliiquè, qui sub Sigeberto III anno circiter 649 S. Goarem obiisse volunt, Fibitium seu Felicium, sub quo hic in Germaniam venit, &* Rusticum *seu Sanctum nostrum interjicere inter Modoaldum & Numerianum Trevirenses episcopos cogantur, refragantibus quibuscumque melioris notæ Trevirensium episcoporum Catalogis, qui, quamvis alibi subindè invicem dissonent, hìc tamen omnes medium inter Modoaldum & Numerianum, ut Callesius in ecclesiæ Germaniæ Annalibus lib. 7 num. 125 rectè observat, haud agnoscunt.*

AUCTORE S. D.

D

insuper habitâ Sigeberti Chronographi, & MS. Ultrajectini authoritate, concluditur,

17 *Scio quidem, opinioni, quæ S. Goaris obitum sub Sigeberto I anno circiter 579 è vivis sublato, collocat, adversari Sigebertum Gemblacensem & MS. Ultrajectinum S. Salvatoris, apud nos in Comment. Actis S. Goaris prævio num. 14 memoratum ; hoc quidem, dum ait :* Anno Mauritii imperatoris decimo septimo S. Goar veniens ex Aquitania claret in Gallia ; *ilte autem, dùm in Chronico suo ad annum 600 sic scribit :* S. Goar veniens ex Aquitania claret in Gallia ; *verùm sic S. Goaris in Galliam, seu in eam Germaniæ partem, quæ tunc Galliæ Orientali, seu Austrasiæ accensebatur, adventum statuunt eo tempore, quo nullus ampliùs erat rex Francorum nomine* Childebertus, *adversanturquè adeò tam Wandelberto quàm anonymo Vitæ S. Goaris scriptori, qui ambo hujus in Germaniam adventum, Childeberto Francorum rege, accidisse, tradunt. Adhæc, præterquam quod quinque ampliùs seculis à Goaris ætate abfuerit Sigebertus, quàm infelix Chronographus extiterit, norunt critici, qui* dudum, *inquit Schuzius,* chronologiam in operibus ejus sæpè spuriam esse, perspexere, *ita*

E *ut parum fidei hìc ei tribuamus, sicuti & MS. Ultrajectino, utpote nec ipso Sigeberto vetustiori, imò ex eodem ferè descripto, uti ex styli verborumque in multis consonantiâ opinor.*

excesserit è vivis anno circiter 575,

18 *Sigeberto itaque & Ultrajectino, quod memoravi, MS. missis, sub Sigeberto I excessisse è vivis S. Goarem cum Pinio & Browero, ut jam indicavi, existimo. Verùm cùm is ab anno circiter 565 usque ad annum 579, ac proindè annis circiter quatuordecim regnarit, cuinam ex hisce S. Goaris simulque S.* Rustici, *qui, quemadmodum ex dicendis apparet haud diu antè hunc obiit, mors est innectenda ? S. Goar post miraculum omnis retrò secuturæ posteritatis memoriâ dignissimum, sub Sigeberto rege editum, quo falsi à calumniatoribus criminis accusatus innocentiam suam coram* Rustico *Trevirensi episcopo, frequentiquè ecclesiasticorum consessu probavit, septem adhuc annis, si anonymo Vitæ ejus scriptori fides adhibenda sit, in vivis mansit superstes, annoque dein octavo, cum septennalem, quam in sese pro* Rustico *susceperat,* F *pœnitentiam implesset, ad superos migravit ; id autem, si audiendus sit Wandelbertus, tribus annis ac totidem mensibus seriùs accidit ; quare, cum equidem Sigebertus, sub quo, è vivis, ut jam monui, anno circiter 579 sublato, miraculum illud accidit, diemque extremum clausit S. Goar, nec uno dumtaxàt alterovè mense antè primum è duobus hisce eventibus regnare incepisse, nec statim post secundum vivere desiisse videatur, eum ego à veritate haud multum aberraturum putem, qui miraculum illud annis circiter duobus post aditum à Sigeberto regnum seu anno circiter 567, Goaris verò obitum anno circiter 575 aut sequenti accidisse, crediderit.*

Rusticus, *utpote haud diu, ut apparet, ante hunc mortuus, an. circiter 574 obiisse videtur.*

19 *Quod modò ad tempus, quo S.* Rusticus *obierit, spectat, Sigebertus, dum miraculo, quod è dictis anno circiter 567 accidit, patefactum fuisset impudicitiæ, in quod* Rusticus

AUCTORE S. D.

ticus *Trevirensis episcopus lapsus erat, peccatum, hunc exauctorare ac S. Goarem, uti ambo hujus biographi narrant, sufficere in sedem Trevirensem voluit, ac dein, cum Goar id tunc modis omnibus detrectasset, septem annis pòst, uti iidem biographi referunt, de eo creando Trevirensium episcopo iterùm cogitavit; cum autem tunc* Rusticus *peccati, ob quod deponi meruerat, maculam diuturnæ pœnitentiæ operibus eluisset, à Sigeberto de creando Goare Trevirensium episcopo iterùm tunc, non quòd* Rusticus *exauctorandus esset, sed quod jam obiisset, cogitatum fuisse, huncque proinde, utpote haud diu ante S. Goarem, uti è jam dictis pronum est colligere, è vivis sublatum, anno circiter 574 vivere desiisse, existimo, eò etiam impulsus, quòd haud diu post septennalem, quæ statim, ut apparet, à miraculo jam sæpè memorato, fuerat incæpta, pœnitentiam expletam obiisse communiter credatur.*

§ II. Ordo, quo inter episcopos Trevirenses sederit, Acta brevia, sepultura.

B

Treviris Nicetium inter & Magnericum sedisse Rusticus *probatur,*

Nicetium inter & Magnericum Trevirensem sedem occupasse S. Rusticum, *æstimari non immeritò potest; ad hanc enim non nisi post horum primum, nequè tamen post secundum fuit evectus, uti è jam dicendis patescet. Sigebertus I, cum regnare incepisset, Nicetium Trevirensi sedi, è qua pulsus fuerat, extemplò, ut Gregorius Turonensis in Vitis Patrum cap.* 17 *docet, restituit; quare, cum Nicetius certè primo regni Sigeberti I initio Trevirensium extiterit episcopus, & tamen, uti ex iis, quæ § proximè prægresso disseruimus, nemo non concludet, eodem Sigeberto I regnante Trevirensem sedem* Rusticus *etiam occupârit, oportet, ut hic ad illam, non nisi post Nicetium fuerit evectus. Id porrò haud pariter post Magnericum est factum: Magnericus enim certò ultrà annum* 590, *uti apud nos ad* VI *Julii diem in Commentario Actis ejus prævio num.* 10 *videre fas est, vitam protraxit; quare si demùm post illum ad Trevirensem cathedram evectus fuerit S.* Rusticus, *consectarium erit, ut certè Sigeberto I, qui anno* 579 *obiit, regnante, haud extiterit Trevirensium episcopus, contrà ac S. Goaris Acta, ab anonymo sec.* VII *auctore conscripta, ac apud nos vulgata apertè exigunt, ut quisquè ex iis, quæ § proximè prægresso diximus, haud difficulter agnoscet.*

C

Hontheimiusque, qui oppositum contendit, minimè id,

21 *Vidit id Hontheimius,* Rusticum*que nihilominùs pati medium inter Nicetium & Magnericum haud volens, eum Historiæ Diplom. Trevirensis Tom. I. in archiepiscoporum Trevirensium serie à se contexta pag.* LX. *intercalum esse posse, ut Wandelbertus sec.* IX. *scriptor, dùm, quæ* S. Rusticus, *jam Trevirensis episcopus gessit, in Vita S. Goaris narrat, à veritate aberrarit,* uni regum, *Sigeberto videlicet, nominis istius primo,* ea applicando, quæ ad alium fortè, *Theodoricum nempè, qui ante annum* 527 *seu priusquàm Nicetius crearetur Trevirensis episcopus, in Austrasia regnavit,* pertinebunt. *Verùm quæ* Rusticus, *jam existens Trevirensis episcopus gessit, non tantum in S. Goaris Vita, à Wandelberto conscripta, verùm etiam in altera, quam anonymus Sec.* VII *scriptor exaravit, narrantur, eaque tam hic quàm ille jub Sigeberto rege patrata, dilucidè tradunt; ut enimverò Hontheimius, utpote non tantum cum VVandelberto, sed & cum posteriore hoc scriptore, qui, ut jam docui, VVandelberto est antiquior, manifestissimè pugnans, deserendus meritò hic sit.*

D

quod rationibus hic adductis vult,

22 *Ast, ut* Rusticum *proximè haud successisse Nicetio, huncque adeò inter & Magnericum statui haud posse medium tueatur, ità adhuc loco proximè cit. ratiocinatur:* Pugnat .... pro immediata successione Nicetii & Magnerici Ebervinus abbas in Vita S. Magnerici cap. 1. num. 1. ibi: » decedente apud » urbem Trevericam sanctissimo Nicetio, » ejusdem urbis episcopo successit in episcopatu Magnericus.» Ab hoc non differt Venantius Fortunatus in Carmine de S. Magnerico, quod Tom. I. pag. LII edimus, quem de immediata successione Nicetii & Magnerici intelligi, & verbis & sensui convenientius est, præsertim si in auxilium vocentur antiquiora Trevirorum Diptycha, quæ hunc quoque ordinem servant. Durius est, quod his Browerus l. cit. objicit, dum hos Catalogos nudos sine ratione pontificum Indices compellat. Sanè iis rationem pondusque addit proprium ævum par antiquissimis, quæ habemus, monumentis, nec non eorumdem formandorum servandorumque cura, quam hujus Dissertationis §. I. indicavimus, quæque nos hactenus movit, & in futurum movebit, ut ab iis non recedamus, nisi authoritate coævorum indubiorumque documentorum.

E

ex Ebervino

23 *Talia sunt, quæ Hontheimius hìc affert, argumenta nobis contraria; sed quod ad Venantium Fortunatum, &, qui huic subscripsit, Ebervinum abbatem spectat, non pigeat iteratò hìc audire Browerum, qui in rem nostram ita ratiocinatur:* Habebunt fortè, quo fidem morentur historiæ, qui Venantium Fortunatum meminerint facere Magnericum Nicetii magistri successorem, cui quidem, fateor, subscribit etiam Ebervinus abbas Nicetio Magnericum in ipsius Vitæ memoria subrogans ... quod itaque Fortunatus Magnericum Nicetio jungat, id ità capias licet, ut usurpato sermonis genere etiam intervallo secutum idcircò non negaverit, nam discipulum, atque ex ipsius Nicetii schola profectum, seriùs etiam ad summum id perveniisse fastigium quid vetat?

F

& Fortunato

24 Jam si verum est, quod provinciales tradunt historiæ, Rusticum, abdicato sacerdotio septem ipsos annos inclusum, contractam

AUCTORE S. D.

A tractam pœnitentiâ eluisse maculam, negari iterum non potest, ejus episcopatum, sivè ab ipso statim Magnerico, seu quo alio episcopo provinciali administratum, & ob eam ipsam labem admissi dedecoris, in obscuro fuisse, atquè ità rectè etiam Nicetio Magnericum, Rustico præterito, dari successorem. *Mirum sanè hanc Broweri interpretationem usque adeò non suffecisse Hontheimio, quin pergat oggerere Venantium Fortunatum, præsertim cum Venantius in eodem Carmine Magnericum etiam Auctoris successorem nominet his verbis :* Autorisquè pii successor dignus haberis, *inter quem tamen & Magnericum integrum ad minùs seculum intercessit : & verò cum id sic habeat, quid, quæso, vetat, quominùs Magnerici & Nicetii successio cum* Rustici *intervallo intelligatur?*

antiquioribusque Trevirorum Diptychis conficere,

25 *Veniamus modò ad* antiquiora Trevirorum Diptycha, *quibus ob rationes suprà à se allegatas, adeo, ut ità loquar, agglutinatus est Hontheimius, ut ab iis,* nisi authoritate coævorum indubiorumque documentorum *recedere nolit, carpens Browerum, quòd hosce Catalogos flocci pendat; verùm cum à Diptychis illis seu antiquissimis episcoporum Trevirensium catalogis recedi, si gravis id faciendi ratio occurrat, absque ullo piaculo posse, ipsemet Hontheimius loco non uno fa-*

B *teatur, haud satis perspicio, cur id hìc faciendum haud putarit; gravior enim à catalogis illis recedendi ratio afferri posse haud videtur, quam si ea ipsa in re, de qua quæstio est, deprehendantur erronei; id autem hìc obtinet locum. De ordine enim, quo Trevirenses inter episcopos reponendus sit* S. Rusticus *disceptatur; eo ipso autem in ordine erroneos esse eo loco illos catalogos, palam est ex eo, quod* Rusticum *proximè præponant Nicetio, quem non* Rustico *sed Abrunculo proximè successisse, Gregorius Turonensis, ut jam suprà monui, luculentissimè docet.*

sed cum Gregorio Turonensi

26 *Hontheimius quidem Hist. Dipl. tom.* 3, *pag* 962 *sic scribit :* Nos Turonensem & Venantium Fortunatum secuti, hunc ordinem servamus : Fibicius. Aprunculus. Rusticus. Nicetius. Magnericus. &c. *Verum à Turonensi Nicetium* Rustico *proximum successorem, contrà ac indicat Hontheimius, haud*

C *dari, unicuique, qui, quæ Gregorius in Vitis patrum cap.* VI *suppeditat, verba considerarit, manifestum fiet. Sunt autem sequentia :* Tunc etiam & Aprunculus Treverorum episcopus transiit; congregatique clerici civitatis illius ad Theodoricum regem : Sanctum Gallum petebant episcopum : quibus ille ait : abcedite & alium requirite : Gallum enim diaconum alibi habeo destinatum. Tunc eligentes S. Nicetium episcopum acceperunt. *Quid disertiùs contrà Hontheimium in rem nostram dicere potuit Turonensis?*

ac secummet ipse pugnare ostendit;

27 *Adhæc Hontheimius ibidem, quæ jam dixi, scribens, secummet ipse pugnat, dum Hist. Dipl. Trev. tom.* 1 *à pag.* LVII *episcoporum Trevirensium seriem texens, Aprunculum in hac Nicetio proximè præponit, ità scilicet faciendum ratus, quod id exigere mox recitata Turonensis verba, tunc observarit.*

Nec dubito, quin pariter in ea Nicetium in-

ter & Magnericum positurus Rusticum *fuisset, si considerasset tempore Aprunculi, quem inter & Fibicium collocat* Rusticum, *non Sigebertum, sed Theodoricum in Austrasia regnasse, ac proin, ut ante Aprunculum* Rusticus *ponatur, neutiquam pati, tam quæ anonymus sec.* VII *scriptor contexuit, quam alia à Wandelberto concinnata S. Goaris Acta, utpotè apertissimè, uti è jam suprà dictis liquet, exigentia, ut non sub Theodorico, Sigeberti patruo, sed sub ipsomet Sigeberto* Rusticus *sedisse credatur.*

nec dubium, quin, si hæc considerasset, ipsemet ordinem, quo sedisse Rusticum *statuimus, admisisset.*

28 *Adhæc ut minùs etiam, quin Hontheimius, si prædicta considerasset, concessurus locum* Rustico *Nicetium inter & Magnericum fuisset, dubitandum opiner, ipsemet is scriptor in suprà laudata, quam contexuit, episcoporum Trevirensium serie facit. In hac enim, postquam anno* 566 *è vivis excessisse Nicetium, docuit, Magnericum anno demum* 573 *creatum esse Trevirensem episcopum, affirmat, sicque ponendo inter utrumque* Rustico *spatium relinquit. Verùm quidquid tandem Hontheimius, si jam dicta expendisset, fuisset facturus, nos equidem Broweri & Pinii opinionem ob rationes jam allegatas secuti, locum in Trevirensium episcoporum serie Nicetium inter & Magnericum* Rustico *concessimus.*

E

Huius non alia, quàm quæ in S. Goaris Vita leguntur, gesta innotescunt. Hinc lectori ex Scheckmanno

29 *Porro hujus, ut suprà monuimus, gesta non alia, quam quæ de ejus lapsu ac pœnitentia narrantur in S. Goaris Actis innotescunt; ediderunt hæc Surius, Coïntius, Mabillonius, Callesius ac ad* VI *Julii diem Pinius noster cum Notis, Commentario, quem illis præmisit, subnexis. Hos lector, sciendi, quæ ad* Rusticum *spectant, avidus, potest adire, verùm ut labori huic parcere, si velit, queat, eorum omnium, quæ in Actis illis ad* Rusticum *spectant, epitomen hìc exhibeo ex Scheckmanno, qui, cum ab anonymo Vitæ S. Goaris scriptore non nisi penes succinctiorem narrandi modum discrepet, audiri hìc meretur.*

horum epitome, quæ, qua ratione S. Goar fuerit de objectis

30 *Brevi igitur S.* Rustici, *quo hunc peccati à se commissi maculas eluisse pœnitentiâ, indicat, præmisso elogio, ita scribit :* Verùm rem gestam peroremus : Deo dilectus sanè Goar summâ præditus erat sanctitate, summæ abstinentiæ deditus, quam tamen charitatis amore, ac intuitu hospitalitatis plerùmque, si affluissent peregrini, sol-

F vebat; undè quasi jejunii impatiens, quorumdam invidentium sinistra accusatione, ac falsâ suspicione apud Rusticum episcopum proclamatus, jussu episcopi citatus est, & comparere compulsus. Proclamatoribus ergò suis & legatis, quorum alter Albiwinus, alter Adaluuinus dicebatur, Goar congreditur, quos inedià confectos, penèquè deficientes membris, lacte ferino à tribus cervis mulso, eorum artus perungendo lassos in vigorem pristinum restituit.

apud Rusticum *purgat,*

31 Sistitur Rustico episcopo humilis præsbyter Goar vir per omnia rectus & simplex usquè adeò (ut) pallium suum solari radio per anguli cujusdam rimam splendescenti appenderet, putans fore vectem ligneum; sed ligni duritiam, sed retentaculi officium radiantis solis coma non negavit. Hæc mirifica opera

AUCTORE S. D. A Rustico magicis artibus adscribente, Goar se humiliter excusans ait : Deus justus, fortis & patiens, scrutator cordium, & secretorum inspector novit, me nihil prorsus artis magicæ aut sciſſe aliquandò aut scire : feras neque mulsiſſe ullis incantationibus : itidemtenus vestem meam in solis radio pendere haud satis scio, sed in fuste roboreo. Quod manè comedere dicor & bibere, videat & judicet omnium cognitor Deus, gulæ vitio id, an charitatis Officio egerim.

hicque, cum occultum, quod commiſerat, peccatum Miraculò, ad preces S. Goaris patrato, patefactum fuisset,

32 Hæc prosequente Goare supervenit clericorum quidam Geobisus nomine, gestans infantem tres noctes natum. Quo viso Rusticus ad vota sibi cuncta venisse gavisus, heus, inquit, aulicos suos alloquens nunc opera Goarina probabuntur (an) ex Deo vel adversario emergant. Tum ad Goarem conversus dixit : age, infantulus genitores propriis designet vocabulis. Affligi tunc videres Goarem, angi & contristari, nequientem tamen nèc audentem, neque volentem refragari episcopi præceptis, sed lacrymis ora perfusum in Trinitatis nomine trium noctium infantem jubet edicere pandereque parentes. Cum ille fandi impos protenta in episcopum manu absolutissimè respondit : B iste Rusticus episcopus pater meus est, mater autem mea Flavia vocatur.

ad pœnitentiam fuerit

33 At præsul justo se Dei Judicio deprehensum cernens pronus advolvitur Goaris pedibus, summiſſis precatibus veniam deprecans, suorum apud Altissimum obtineat indulgentiam peccaminum : quod ille indefessè se facturum pollicitus est. Tunc Rusticus ultronea (ut pertulimus) suscepta pœnitentiâ septennali, omnibus verè pœnitentibus exemplar meruit esse & speculum : hincque effectum est, (ut) fieret posteà resurrectio & profectus, quibus antè destructio fuerat & scandalum. De pòst in Sancta rusticitate vitam ducens sine crimine tandem felici fine quievit pridiè Idus Octobris. *Hæc sunt, quæ fusiùs ab anonymo & Wandelberto relata pro compendii munere huic Commentario inserui.*

adductus, exponit, hic exhibetur, D

locusque, quo is hanc egerit, alterque, quo fuerit ſepultus, assignantur.

34 *Ubi pœnitentiam peregerit Sanctus* Rusticus, *silent anonymus & Wandelbertus ; Scheckmannus autem in elogio Sancti prævio recentioresque, monasterio B. Mariæ ad littus Mosellæ septennio inclusum eum fuisse, memorant, S. Goare interim, ut ei pollicitus fuerat, Deum pro eo sine intermissione orante; donec tandem plenissimè expiatus æternæ felicitatis portum tenuit, humanæ fragilitatis memorabile sanè exemplar, lapsisque veræ pœnitentiæ speculum. Locum sepulturæ obtinuit, teste eodem Scheckmanno, in ecclesia S. Paulini ibidem Treviris* in absida lateris dextri à tergo altaris B. Joannis Evangelistæ juxtà baptisterium. E

DE SANCTA ANGADRISMA VIRGINE ET ABBATISSA

Bellovaci in Gallia Belgicâ

C F

SYLLOGE DE GESTIS ET CULTU.

§ I. Sanctæ in fastis sacris memoria, natales illustres, abbatia, miracula quædam, an sit distinguenda ab Angarisma, tempus obitus.

C. G.

CIRCA ANNUM DCXCV. *Sancta in sacris Fastis hoc die*

Bellovacum seu Bellovacum (*vulgò* Beauvais) *antiqua Galliæ Belgicæ civitas inter præcipuos patronos suos, quorum jam duo locum in Opere nostro, S. videlicet Ebrulphus ad diem 25 Julii, & S. Geremarus ad 24 Septembris obtinuere, hac die colit S.* Angadrisma, *cujus quidem in Martyrologiis antiquioribus & classicis memoria non reperitur; Martyrologium enim Usuardi, in quo hoc ejus elogium :* Pridie Idus Octobris in territorio Belvacensi Sanctæ Andragisinæ virginis, *haberi testatur l'Oiselius in Monumentis suis Bellovacensibus, ad usum ecclesiæ Bellovacensis auctum fuisse oportet, cum id in sincero Usuardini Martyrologii textu non extet : ast sacris fastis recentioribus passim, diversis tamen diebus inserta est : Molanus in primis in Additionibus ad Usuardum sic eam ad-*

A *ad* XIV *Octobris annuntiat :* In territorio Belvacensi S. Angadrisinæ virginis ; *Martyrologium ecclesiæ S. Gudulæ Bruxellis :* Civitate Belloacensi S. Angadrisinæ virginis, sponsæ S. Ausberti archiepiscopi Rothomagensis. *Codex reginæ sueciæ sub num.* 428*:* Beloacus S. Andragisinæ virginis. *Florarium nostrum MS.* item Adrogisinæ virginis. *In his nomen ejus* Angadrisma, *prout jam passim appellatur, perfectè non exprimitur, sed cum cultûs locum Bellovacum assignent, dubium esse nequit, quin designetur S. nostra* Angadrisma *: eodem die memoriam ejus celebrant Martyrologium Germanicum, Aubertus Miræus, idem Molanus in Natalibus SS. Belgii, Castellanus in Martylogio Universali, longiori verò ex ejus Actis elogio eam more suo exornat Saussayus, quod apud ipsum videri potest.*

& XXVII *Martii memorata,*

2 *In fastis autem Benedictinis die* XXVII *Martii, ut apud Dorganium, Menardum & Wion, qui citatis elogiis rectè addunt* & abB batissæ, *annuntiatur : quæ sit hujus transpositionis ratio, ignoro, nisi fortè, ut asserit Coïntius ad annum Christi* 683 *nullum tamen laudans auctorem, sit dies translationis, de qua pluribus agendum erit* § *sequenti. Memoria quoque ejus celebris est apud alios auctores : scripsere enim de ea S. Antoninus parte* II *Chron. titul.* XIII *cap.* VI § XX, *Vincentius Bellovacensis lib.* XXIII *cap.* XCIX, *Petrus de Natalibus lib.* III *cap.* CVIII, *cujus in pluribus hìc hallucinantis errores correxit Henschenius in Commentario prævio ad vitam S. Ansberti in Opere nostro ad* IX *Februarii, Antonius Ypesius in Chronicis Benedict., Malbrancius in antiquitatibus Morinensibus, & Petrus Louvetus in antiquitatibus Bellovacensibus, qui omnes sua fere desumpserunt ex Vita S. Ansberti ab Aigrado monacho Fontanellensi eidem Sancto, atque ita quoque Sanctæ nostræ coævo scripta, unde etiam deprompta est Vitæ S.* Angadrismæ, *quam ex pervetusto codice VC Claudii Jolii* C *canonici Parisiensis exscriptam inter collectanea nostra inveni, prima & maxima pars, cui auctor anonymus laciniam quamdam assuit satis ineptam, & pauca admodum particularia ejus Gesta continentem ; hanc proinde Vitam, Mabillonii, qui & eam luce indignam censuit, exemplum sequens, non edam, sed ex laudata S. Ansberti Vitâ, ad cujus, in Opere nostro ad diem* IX *Februarii editæ caput* I *lectorem, S. nostræ Acta in primo suo fonte videre desiderantem, remitto, ejus hìc Gesta exponam, adjungamque ea, quæ ex aliis auctoribus comperi, legitimum ejus cultum pòst hæc ostensurus.*

& in territorio Teruanensi nobiliter nata,

3 *Sanctam nostram* origine Tarvennensem *fuisse, seu in territorio Teruanensi, ut id explicandum reor, ita dicto à nobili olim urbe Teruana ad Legiam fluvium in Morinis, cujus nunc à Carolo* V *imperatore excisæ sola supersunt rudera, natam scribit Mabillonius in Notis ad Vitam S. Aigulphi abbatis Lerinensis, quod & ex Vita S. Ansberti verosimillimum evadit, in qua Aigradus monachus patriam Sanctæ designare videtur his verbis :* Genitor quoque hujus sanctæ Virginis illustris Robertus & frater ejus Altbertus avunculi erant Sancti patris Lantberti successoris in ordine regiminis B. Vuandregisili, originem ducentes ex territorio Taruanensi : *patrem, ut ex recitatis verbis constat, nacta est Robertum sive Rotbertum insigni nobilitate conspicuum, & sub Chlotario* III, *qui ab anno* 656 *usque ad annum* 669 *regni apud Francos gubernacula tenuit, regii annuli gerulum, seu, ut volunt Lanouius & Feronus de Cancellariis Franciæ, ejusdem regis cancellarium : ipsius autem Roberti prosapiam ex antiquis comitibus Bononiensibus, Teruanensibus & Turnhemiensibus deducere conatus est Malbrancius lib.* III *de Morinis, eumque Renticæ (Gallicè* Renty*) oppiduli, duabus à Teruanæ ruderibus leucis siti, comitem fuisse non tàm ex certis probatisque monumentis, quàm ex dubiis conjecturis asserit.* AUCTORE C. G. D

solutis miraculosè sponsalibus cum S. Ansberto contractis, E

4 *Annus quo in lucem edita est, cùm extrema, in qua obiit, senectus ignoretur, incompertus est ; constat verò eam religiosè educatam, cum ad ætatem nubilem perveniisset, à parentibus desponsatam fuisse Ansberto nobilissimo pariter juveni : ast illa toto corde virginitatem illibatam servare cupiens, Deum ut corporis orisque venustatem à se auferret, certum, ut rebatur, tuendæ pudicitiæ præsidium, precata est, statimque tetrâ leprâ, nulla medicorum arte sanabili, faciem suam sensit obductam, at simul ac (sponso, qui pari tenebatur virginitatis studio, socero ac parente annuentibus) sanctimonialem deinceps vitam actura, sacrum velamen à S. Audoëno archiepiscopo Rothomagensi accepit, pristinæ formæ nitorem dignitatemque recepit. Miram hanc amissæ recuperatæque venustatis historiam pòst Bailletum, qui eam solita sua hypercrisi paululum arrosit, tandem, si non negare, saltem dissimulare modernus quidam auctor Gallus in Legenda suâ Gallicâ, in hunc modum visus est :* Angadrisma incidit in morbum periculosum, ex quo ei post recuperatam sanitatem grandis remansit difformitas : *ast licet miracula à quibusvis auctoribus* F *in Sanctorum Vitis relata non indiscriminatim credenda esse fatear, cum tamen hoc in laudata S. Ansberti, quam hìc interpolatam esse, cum mirabiliora plurima in multis aliorum Sanctorum Actis frequenter occurrentia à nemine in dubium vocentur, ostendi nequit, disertè narret Aigradus, ab omnibus, uti & ab ipsomet Bailleto in tabula Critica tamquam auctor gravis & coævus laudatus, malo cum enumeratis supra, de Sancta nostra scribentibus auctoribus mirum hoc prodigium ut verum suspicere, & Deum mirabilem in Sanctis suis agnoscere, quam laudato S. Ansberti biographo sine ulla ratione fidem abnegare.*

à S. Audoëno velata, abbatissa facta fuit

5 *Diuturnus nimis fuit S. Audoëni episcopatus, utpote secundum receptam nunc Coïntii opinionem ab anno* 640 *usque ad annum* 683 *extensus, ut ex eo tempus, quo Sancta Virgo velata est, utcumque definiatur ; illud tamen hinc non improbabiliter conjici potest : postquam deo consecrata esset,* vir Domini (*ut ait Aigradus*) Ansbertus in aulam regis licet nolens à genitore perductus, sicut erat acumine ingenii clarus, cœpit esse aulicus scriba

AUCTORE C. G.

scriba doctus, conditorque regalium privilegiorum & gerulus annuli regalis, *posteàque relictâ aulâ aliquibus saltem annis sub regimine S. Wandregisili in cœnobio Fontanellensi monachus vixit: facile igitur septem aut etiam plures inter obitum S. Wandregisili, quem anno 667 innexuit Boschius in Comment. prævio ad ejus Vitam, & sanctæ Virginis consecrationem fluxerunt anni, ut proinde hæc non seriùs, quàm anno 660, collocari debeat. Deinde præfecta cœnobio virginum fuit, quod duabus fere Bellovaco leucis distans, & eo in loco situm, ubi nunc vicus cognominis in decanatu Monchiacensi, ut tradit Louvetus, Oratorium dicebatur vulgò* Oroër *sive* Orouer, *sicuti reliquas dignitate anteibat, ita humilitatis studio superavit, in vestitu cæteroque corporis cultu modesta, jugi abstinentiæ & precationi dedita, præcipua religione SS. martyres Lucianum, Maximianum & Julianum (de his actum est in Opere nostro* VIII *Januarii) quorum sæpe visitabat sepulchrum, venerari solita; splendebat in ea fulgor quidam eximius castitatis, patientiæ, obedientiæ, pietatis erga egentes, quorum plurimos largâ stipe sustentabat.*

A

B

Cœnobii Oratorii, à S. Ebrulpho conditi,

6 *An autem simul ac à S. Audoëno sacrum velamen acceperat in dictum cœnobium se receperit, an alibi vitæ religiosæ fundamenta jecerit, ac tandem ad regendam Oratorii familiam evocata fuerit incertum est; si tamen constet fides Miraculo, quod ex Louveto num. jeq. referam, eam aliquo tempore sub sanctimoniali habitu privatam egisse vitam verosimilius est. Cæterùm sacrum illum virginum parthenonem nomenclationem originemque suam sumpsisse ab Oratorio, quod S. Ebrulphus sibi eo loci condiderat, cuique posteà plura sacra ædificia accesserunt, refert ejusdem Sancti biograghus his verbis:* Constructo sibi (*S. Ebrulphus*) oratorio eo in loco, qui postmodùm à posteris Oratorii appellatione designatus est, eo quod plures orationis domos haberet, sine intermissione ibi domino famulabatur; *narratæ deinde ejusdem Sancti in dicto suo Oratorio sepulturæ hæc subdit:* Inde transactis aliquot annis matrona quædam nomine Theclana nobilis & religiosa eminentiore structurâ sepulchrum ejus adornavit, vir quoque illustris & sapiens Theodebertus Parisiorum episcopus .... Ibi domino templum ædificavit, ubi & alia diversis Sanctorum dicata nominibus ædificia constructa sunt, unde locus idem, ut suprà diximus, Oratorii nomen sortitus est, beata denique Angadrisima (Angadrisma) virgo & abbatissa ibidem cum Sanctis virginibus & viduis religiosis Sanctâ conversatione vixit, & vitæ suæ felix propositum consummavit.

C

claruitque miraculis in Vita adhuc degens.

7 *Adjungit Louvetus eam post consummatum sanctissimè vitæ suæ cursum plurimis à Deo Miraculis illustratam in album sanctarum Virginum relatam fuisse; nullum tamen miraculum singillatim edicit, præter hæc duo, quibus Deus Sanctitatem ejus, dum in vivis erat, illustravit: alterum tamquàm majorum traditione acceptum ac ejusdem lipsanothecæ incisum: priusquam videlicet monasterio præficeretur, ultro opem obtulisse accendendis cereis ac lampadibus templi cujusdam abbatiæ, in quo divinis quotidie assistebat officiis, inque eam rem lumen petere solitam à pistore eo loci, qui nunc* Drogonis pueri *vocatur, vulgò* de Druon l'enfant, *commorante, qui indignatus quotidie se adeò intempestivè ab eâ interpellari, ardentes prunas in sinum ejus jacit, quas illa in templum corpore vesteque illæsa detulit, quod factum ut pistor didicit, ultrò ad Virginem accurrit ac humi procumbens supplex veniam precatur: alterum ex laudata S. Ebrulphi Vita haustum, quod Coïntius in Annalibus ecclesiasticis Francorum, unà cum relata num. præcedenti cœnobii Oratorii origine inter fabulas relegat, deceptus errore, quo S. Ebrulphum, integro seculo juniorem fuisse & initio seculi* VIII, *adeòque pòst Sanctæ nostræ ætatem vixisse, sibi persuasum habebat ex diplomate quodam Chilperici, quo hic rex precibus Dodonis Bellovacensis episcopi & Ebrulphi abbatis incitatus monasterium S. Luciani instaurandum decrevit, & quod ipse perperàm attribuit Chilperico* III, *ut ex ipso diplomate in Commentario prævio ad ejusdem S. Ebrulphi Vitam, & Chilperico I, si tamen genuinum sit, tribuendum esse Cuperus evicit. Miraculum autem est hujusmodi: eo videlicet tempore, quo cœnobio suo abbatissa præerat, corripuerat S. Mariæ basilicam, à Chrodoberto sive Theodeberto Parisiensi antistite tempore S. Bathildis reginæ exstructam, incendium, videbaturque cæteris illic sacris ædificiis pernicies imminere: cumque nihil contrà grassantem latè flammam ars & industria humana proficeret, S.* Angadrisma *ad S. Ebrulphi tumulum accessit, & reclusa in eo sacra ejus ossa reverenter contra flammas extulit, quæ continuò cœperunt minui, & tandem penitus extingui, quibus extinctis Sancta virgo sacra pignora linteaminibus mundis & sericâ telâ involuta, in tumulo suo iterum recondit. Hæc nec plura Sanctæ Virginis Gesta mihi innotuerunt.*

D

E

Quæritur nùm distinguenda sit ab Angarisma?

8 *Celebris est quæstio an S. nostra* Angadrisma *eadem sit, quæ Angarisma, & proinde an cum abbate Lerinensi, sive is tum fuerit Rigomirus, sive Prigonius, ex insula Caprasia S. Aigulphi corpus paucis post ejus martyrium, quod in dicta insula circà annum 681 subiit, diebus Lerinum deferri curaverit, ejusdemque caput & brachium dextrum ad monasterium suum transtulerit, ut narrat Adrevaldus in ejusdem S. Aigulphi Vita: resolvit hanc in Commentario prævio ad eamdem Vitam, & totam hanc Adrevaldi narrationem inter fabulas reputavit solidis rationibus Stiltingus, quæ ibidem videri possent; cum tamen hæc quæstio vel maximè huc pertineat, eam, uti à laudato Stiltingo citato loco resoluta est, compendio repetam.*

F

quæ cum solummodò cognita fit ex Adrevaldi in Vita S. Aigulphi fabulis

9 *Occasionem quæstioni dedit ipsemet Adrevaldus hæc scribens:* præterea nuntii (*de S. Aigulphi martyrio Lerinum delati*) participem faciunt quamdam abbatissam Angarismam nomine, quæ in vicino monasterio sororibus præerat sanctimonialibus, à Sancto viro à primævâ ætate tam in scripturis Sanctis quam monasterialibus imbuta doctrinis, &

AUCTORE C. G.

A *post pauca monasterium, cui Angarisma præerat,* Oratorium *vocans. Oratorio autem tùm temporis præerat abbatissa S. nostra* Angadrisma*; itaque ex Adrevaldi verbis Angarisma eadem fuisse videtur, quæ S.* Angadrisma *: verum graviter, ut advertit Mabillonius, lapsus est Adrevaldus Oratorium vicinum Lerino fuisse scribens, quod non in Provincia, in qua Lerinum, sed in territorio Bellovacensi, adeoque longissimè à Lerino situm fuit, cui proinde dictum cœnobium & ipsum quoque abbatissæ nomen parùm notum fuit : præterea cum nihil tùm de Angarisma, cùm de separatione capitis & brachii à reliquo S. Aigulphi corpore, quæ etiam tam paucis post ejus agonem diebus, est admodùm incredibilis, habeatur in prima ejusdem Sancti Vita, quæ & melioris notæ, & scripta ante Adrevaldi, duobus pòst S. Aigulphi & post memoratam abbatissam seculis scribentis, ideòque magna in hisce authoritate destituti, ætatem existimatur, meritò totam hanc de Angarisma narrationem suspectam habeo, & inter fabulas, in scribenda sæpe dictâ Vita Adrevaldo, ut ostendit laudatus Stiltingus, passim familiares reputo.*

B

& Vincentii Barralis conjecturis, non putatur extitisse.

10 *Nec majorem hic fidem meretur alius S. Aigulphi biographus Vincentius Barralis, qui Adrevaldum fere secutus est, eumque pro arbitrio suo mutavit & auxit : advertit hic Adrevaldi Oratorium in insula Lerinensi collocantis errorem, & eum corrigere tentans, Oratorio monasterium Arlucense substituit, ipsamque Angarismam patriâ Blesensem faciens, eam à S.* Angadrismâ, *quæ patriâ Teruanensis fuit, neque cœnobio Arlucensi umquam præfuit, distinxit; & huic correctioni post longam dubitationem tom.* 1 *Annalium Benedict. acquievit Mabillonius, nondum visâ laudatâ primâ S. Aigulphi Vitâ : sed nullum ad corrigendum Adrevaldi errorem fundamentum habuisse Barralem quàm fallaces conjecturas, ideòque Adrevaldi errorem per alium Vincentii Barralis errorem mutatum fuisse, observavit iterum laudatus Stiltingus; verba ejus hic audiamus :* vidit hic scriptor (*Barralis*) cœnobium nullum fuisse in insula Lerinensi, quod Oratorium diceretur, hac de causa Arlucum substituit, ... patria Blesensem facit (*Angarismam*) non aliâ opinor

C de causâ, quam quòd ab Adrevaldo dicatur per S. Aigulphum à primæva ætate tàm in scripturis Sanctis, quàm monasterialibus imbuta doctrinis; hinc enim facilè conclusisse videtur Barralis eâdem cum Aigulpho civitate natam fuisse; *cum igitur Angarisma ex solis Adrevaldi fabulis, & Barralis conjecturis innotuerit, sicuti factum de ea relatum est mihi incredibile, ita & eam, si distinctam à S. nostra* Angadrisma *velis, in rerum natura tum temporis extitisse, donec id ex melioribus monumentis ostendatur, non opinabor. Hæc igitur de hac controversia dicta sufficiant, ad annum & locum Sanctæ emortualem progredior.*

obiit Sancta, ut conjicitur

11 *Convenit inter auctores Sanctam eodem circiter anno ad meliorem vitam transiisse, quo ejus olim sponsus S. Ansbertus; excipe Martyrologium Parisiense, quod obitum S. Ansberti anno* 695, *&* S. Angadrismæ *anno circiter* 698 *illigavit; quam autem ob rationem ignoro : equidem annus ejus emortualis ex hac solùm conjectura viætur assignari, quòd, cum Sancta S. Ansberto fuerit desponsata, facilè inde colligatur eos pares ætate fuisse, & proinde circà idem tempus verosimiliter obiisse : itaque cum annus* 695 *S. Ansberto emortualis fuerit, ut ostendit Henschenius in Comment. prævio ad ejus Vitam, aliique passim tradunt auctores, circà eumdem annum S.* Angadrismam *hanc vitam cum meliore commutasse probabiliter statui potest.*

D

ex anno emortuali S. Ansberti,

12 *Castellanus autem in Martyrologio suo Universali Gallico annum* 698 *S. Ansberto emortualem ad marginem notavit, ac deinde circà eumdem annum S.* Angadrismam *obiisse posuit : præluxerat ei Mabillonius, qui in Notis ad Vitam S. Ansberti, quam dedit in Actis SS. Ord. Benedict. sec.* 2 *pag.* 1049, *ac deinde pag.* 1063, *ubi compendium dedit Vitæ S.* Angadrismæ, *eumdem annum utrique quoque emortualem assignavit ex apographo quodam Chronici Fontanellensis, in quo hæc habentur :* Anno IV Childeberti regis

E Francorum, qui erat VIII ducatus Pipini majoris ducis, anno V præsidente in sede apostolica Sergio papa, anno X imperante Justiniano minore augusto gloriosæ memoriæ almificus vir Rotomagensis urbis pontifex Ansbertus cælestia regna petiit, qui est annus dominicæ Incarnationis DCXCV indictione VIII quinto iduum Februariarum : *ex congestis hìc notis Chronologicis, minimè, ut ipsemet observavit, sibi consonis annum solummodo Childeberti regis* IV, *qui in annum æræ Christianæ* 698 *incidit,* (*incepit enim regnare, ut rectè ostenait Pagius in Criticis, anno* 695 *ante diem* 23 *Martii*) *retinendum censuit laudatus Mabillonius; verùm cum illud apographum in congerendis notis Chronologicis fuerit tam infelix, meritò de ejus sinceritate dubitari potest, præsertim cum ea in pluribus ejusdem Chronici exemplaribus non reperiantur : non enim ea habentur in Chronico Fontanellensi juxta codicem, ut fertur, MS. Fontanellæ, nec in exemplari quod edidit Acherius, neque etiam in MS. nostro ex codice Rubeæ vallis cum alio Tornacensi collato, in quibus omnibus exemplaribus è*

F *contrariò corpus S. Ansberti ex basilica S. Pauli, in qua primò conditum fuerat, in ecclesiam S. Petri apostolorum principis à S. Baino translatum fuisse legitur* Anno dominicæ Incarnationis 704 . . . qui erat decimus gloriosi regis Hildeberti &c. *Postquam in prædicta S. Pauli basilica* Annis novem *requievisset; convenit in his annus æræ Christianæ* 704 *cum anno Childeberti X, pluribusque notis Chronologicis in iisdem exemplaribus signatis, ut videre est in Commentario prævio ad vitam S. Wandregisili in Opere nostro ad* XXII *Julii, ità ut hanc Chronographiam omnes adoptarint, unde, neglecto, quod protulit Mabillonius, apographo, S. Ansbertum anno* 695 *ex hac vita discessisse concludere licet.*

circà annum 695

13 *Mabillonius quoque, qui ut aliquod saltem tempus tùm abbatiali, quod Fontanellæ, tùm episcopali, quod Rothomagi S. Ansber-*

AUCTORE C. G.

tus gessit, muneri relinqueret, tàm diù, quàm poterat, ejus decessum in Actis SS. Ord. Benedict. differre cogebatur; cum in Observationibus prævіis ad Vitam S. Hermelandi monasterium Antricense eumdem Sanctum, ad petitionem S. Pascharii Nannetensis episcopi à S. Lantberto Fontanellensi adhuc tum abbate, & S. Ansberti eo in munere prædecessore ad id operis directum, anno tantùm 696 absolvisse scripsisset, semetipsum Tom. I Annalium Benedict. non immeritò correxit, ubi & exordium Antricensis monasterii anno 675, & S. Ansberti obitum 795 illigavit, eoque anno eumdem Sanctum vivere desiisse invictè probat ex Chartâ privilegii cuidam ignoto monasterio, S. Mariæ dicto, concessi, quæ signata erat die VI Martii anno secundo Childeberti gloriosissimi regis : *huic autem privilegio inter alios subscripsit Gripho sine expressione quidem Sedis suæ episcopalis, qui tamen quin fuerit episcopus Rothomagensis eruditi jam non dubitant, adeoque jam anno Childeberti regis II sive Christi DCXCVI cathedram Rothomagensem, quam S. Ansbertus viduam reliquerat, tenebat : obstrepit quidem & Reginaldum proximum fuisse S. Ansberti successorem ex Actis corruptis S. Wlfranni probare nititur Coïntius, sed prolatum à Mabillonio instrumentum præ oculis non habuisse videtur, nec ejus rationes tantæ sunt, ut lectorem multùm remorari debeant.*

in cœnobio suo Oratorio.

14 *Locum, quo Sancta nostra felicem animam exhalavit, designat Louvetus antiquitatum Bellovacensium Lib.* III *Cap.* VI, *ubi hæc scribit :* Tandem hæc Virgo ex hac vita transiit in cœlum . . . . post consummatum in omni pietate & sanctitate in abbatia sua Oratorio vitæ suæ cursum; *idque, ut opinor, ex laudata S. Ebrulphi Vita ; in qua iisdem penè verbis auctor ejus anonymus Oratorium fuisse Sanctæ locum emortualem indicat :* Beata denique (*inquit*) Angadrisima Virgo & abbatissa ibidem (*in monasterio Oratorio*) cum sanctis Virginibus & viduis religiosis sancta conversatione vixit & vitæ suæ felix propositum consummavit, *cumque illud undequaque admodum sit verosimile, frustrà id pluribus stabilirem ; addit laudatus Louvetus corpus ejus in sæpe dicto cœnobio requievisse usque ad tempora Normannicarum in Gallias irruptionum. Eo autem tempore, quo illud in cœnobio Oratorio quievit, sanctam Virginem cultu ibidem sacro honoratam fuisse tum Miracula quæ vivens mortuaque patrasse fertur, tum verò maximè corporis ejus, de qua infra, Translatio suadent : an verò tùm temporis Officio etiam proprio culta fuerit, edicere non ausim : quamquam enim ejus Vita, quæ in sex Lectiones divisa in pervetusto Claudii Joly Canonici Parisiensis Codice reperitur, satis, ut quæ Normannicæ irruptionis, aut factæ hujus occasione Translationis neutiquam meminerit, antiqua videatur ; quo tamen tempore primum ea divisio facta fuerit, quantave sit ejus Codicis vetustas, haud habeo exploratum.*

§ II. Cœnobii Oratorii per Normannos destructio, Corporis S. Angadrismæ Bellovacum Translatio, cultus ejus ibi & alibi insignis.

Oratorium à Normannis

QUamvis quin egregiè constituta reliquerit *S. nostra* Angadrisma *tum religiosam suam familiam, tum ipsum suum monasterium dubitandum non sit, miseram tamen post ejus decessum Oratorium fortunam excepisse, nec multùm ab ea, quæ Flaviacense monasterium, de quo in Commentario prævio ad Vitam S. Geremari in Opere nostro actum est, obruit, dissimilem, ex Nicolai I Pontificis, confirmantis concessam à Carolo Calvo Odoni Bellovacensi Flaviaci & Oratorii cum ecclesia Bellovacensi conjunctionem decreto seu bulla, quam, cum quatenus ad rem nostram pertinet in Opere nostro citato loco oculis subjecta sit, hic integram repetere omitto, constat : illud enim unà cum Flaviaco civili grassante seditione primævum suum amisisse splendorem, ac pro magna sui parte destructum, tandem à barbaris in Galliam irrumpentibus funditus eversum fuisse ; ita ut à Virginibus religiosis ampliùs inhabitari nequiret testatur in laudata sua bulla Pontifex :* Quæ tamen (*inquit*) monasteria (*Flaviacum & Oratorium*) & priùs quidem quam secularibus collata fuerant, propter civilis discordiæ seditionem non parùm fuerant destructa, & nunc propter barbaricam incursionem penitus sunt eversa, adeò ut non solùm rebus privata sint propriis, verùm canonicorum, sacrarumque Virginum chorus, qui priùs illic habitaverant, ex maximo inde sit ablatus, & ecclesiæ totaque ædificia simul sint destructa.

unà cum Flaviaco sub annum 851 destructum fuit

16 *Oratorium tamen aliquo vigore, licet fortè in facultatibus ædificiisque diminutum (an enim post primam suam cladem, quemadmodum Flaviacum, restauratorem nactum fuerit, latet) usque ad annum* 831 *floruisse, ex testamento seu largitione S. Ansegisi abbatis dicto anno* 831 *condita, quam exhibet Chronista Fontanellensis apud Acherium tom.* III *Spicilegii editi anno* 1659, *patet, ubi inter plurima, quæ diversis legavit monasteriis, hæc habentur :* Ad Oratorium monasterium solidos 15 *: post memoratum verò annum non multo tempore extitisse, imò anno* 851, *quo, ut testatur alter Fontanellensis Chronista, cujus fragmentum ab anno* 841 *usque ad annum* 856 *edidit Chesnius tom.* II *de Scriptoribus Historiæ Francorum*, Classis Normannorum fluvium Sequanam ingressa est ipso die tertio Idus Octobris duce Hoseri . . . Belloacus interea urbem cremarunt & Flaviacum monasterium, *eversum funditus à Normannis fuisse arbitror : licet enim hoc disertè*

A *disertè de Oratorio non asserat laudatus Chronista, cum tamen & urbem Bellovacensem cremarint, & monasterium Flaviacense, in agro Bellovacensi situm eodem impetu everterint Normanni, satis verosimile est, Oratorium, in eodem Bellovacensi agro situm, babaricum eorum, in sacra præcipuè loca consueto more sævientium, furorem non evasisse; sanè cum anno* 831 *sæpedictum Oratorium adhuc extaret, & jam anno* 863, *ut conqueritur Nicolaus Pontifex in laudatâ supra Bullâ eo anno data, penitus esset excisum, ejus ruina nulli verosimiliùs anno, quàm* 851, *quo barbari territorium Bellovacense vastando percurrerunt, adscribi potest.*

nec umquam postea restitutum:

17 *Caverat quidem disertè Nicolaus Pontifex laudato suo Decreto ut monasteria prædicta Flaviacum & Oratorium restaurarentur, sed in eo Oratorii fortuna inferior fuit, quod, quamvis amborum restauratio ob assiduas, ut reor, barbarorum incursiones pluribus annis fuerit neglecta, tandem Flaviacum fuerit seculo XI à Drogone episcopo Bellovacensi reædificatum, Oratorium verò, cujus omnes possessiones Capitulo Bellovacensi attribuerat Wa-*
B *rinus ejus decessor, in suis ruinis manserit sepultum. Idem tamen Drogo alium insignem Virginum parthenonem, dictum S. Mariæ ad S. Paulum in pago S. Pauli prope mœnia civitatis Bellovacensis, verosimiliter ut locum Oratorii suppleret, ædificari, & tam amplè tum ex propriis tum ex aliorum fidelium oblationibus dotare curavit, ut inibi congruè* 55 *& plures perpetuo alerentur moniales: videsis hæc omnia apud laudatum Louvetum Historiæ Bellovacensis Lib.* IIII, *ubi longum eorum, qui bona sua dicto S. Pauli Cœnobio contulerunt, exhibet Catalogum.*

at Sanctæ corpus Bellovacum tum temporis translatum,

18 *Hæc paulò latiùs dicta sunto, tùm ad convellendam eorum opinionem, qui, testante l'Oiselio, S.* Angadrismam *Cœnobio S. Pauli præfuisse abbatissam perperàm credunt, inter quos & Aubertum Miræum in Fastis Belgicis, ut infrà videbimus, numerare licet, cum illud* 340 *annis, ut ex dictis patet, post ejus decessum sit ædificatum; tùm ut clariùs innotescat tempus, quo sacræ sanctæ Virginis Exuviæ ex*
C *cœnobio Oratorio ad collegiatam S. Michaëlis in civitate Bellovacensi ecclesiam, in qua suo tempore eas adhuc asservari testatus est litteris ad Majores nostros datis Claudius Franciscus à Paula le Fevre d'Ormesson decanus Bellovacensis, translatæ fuerint: Normannis enim, Hastingo duce, territorio Bellovacensi ruinam minitantibus, corpus sanctæ Virginis ad memoratam S. Michaelis ecclesiam translatum fuisse auctores unanimiter tradunt post Louvetum, qui lib.* 3 *cap.* 6 *post narrata, quæ compererat, S.* Angadrismæ *gesta hæc scribit:* ejus corpus remansit in dicta Oratorii abbatia usque ad tempus Normannorum, quo translatum fuit in ecclesiam S. Michaelis Bellovaci, quando (*corpus*) S. Ebrulphi fuit positum in ecclesia principali, quæ in eis adhuc hodie sunt. *Et iterùm eodem Lib.* 3 *Cap.* 11 *memorans damna per Normannos, Hastingo duce, ditioni Bellovacensi illata ait:* Ad eorum (*Normannorum*) adventum delata fuit Bellovacum corpora & Reliquiæ SS. Ebrulphi, Justi, Gcremari & Angadrismæ, ubi huc usque servata sunt. AUCTORE C. G.

in ecclesia S. Michaëlis fere totum hodieque servatur,

19 *Porrò an totum sanctæ Virginis corpus in S. Michaelis ecclesia hodieque asservetur, & quædam illius partes ad alias ecclesias non sint delatæ mihi incompertum est: equidem aliquas ejus Reliquias aliò delatas esse non memorant laudati Louvetus & l'Oiselius, neque etiam dominus d'Ormesson in litteris ad prædecessores nostros datis; Bailletus verò, licet fateatur non multas ex sacro ejus corpore Reliquias aliis ecclesiis fuisse divisas, aliquam tamen ejus partem cathedrali ecclesiæ Noviomensi concessam fuisse affirmat hæc ad hunc diem scribens:* Non videntur multæ factæ fuisse distributiones Reliquiarum ex ejus (S. Angadrismæ) corpore, quamdam ejus parvam partem canonicos ecclesiæ Noviomensis habere, non potest negari, qui in compensationem quasdam Reliquias S. Eligii episcopi sui dederunt ecclesiæ S. Michaelis Bellovaci; *cujus rei fides, cum non indicet unde hoc didicerit, sit penes auctorem; an verò re ipsâ canonici Noviomenses quasdam Reliquias S. Eligii, de cujus corporis possessione tam acerbè quondam eos inter & religiosos* E *monasterii S. Eligii litigatum est, ecclesiæ S. Michaelis contulerint, ad diem* 1 *Decembris, quo S. Eligii Acta, Cœlo favente, illustranda erunt, examinari poterit.*

cultusque ejus sacer

20 *Post adeptum sacrum ejus corpus Bellovacenses præcipua religione S.* Angadrismam *coluisse Joannes de Marigniaco vulgò* (de Marigni) *ejusdem civitatis episcopus declarat Decreto suo dato anno* 1321, *quo festum ejus anterioribus temporibus per cessationem ab operibus servilibus à populo celebrari consuevisse testatur; exhibet hoc Decretum Lib.* 3 *Cap.* VII *laudatus Louvetus, unde illud huc transfero:* Joannes miseratione divina Belvacensis episcopus omnibus presbyteris parochialium ecclesiarum in civitate & suburbio constitutis salutem in Domino sempiternam: cum sanctorum patrum institutiones & præcepta* ecclesiæ, sanctorum corpora ac etiam Reliquiæ ab ecclesia militante, exemplo triumphantis debeant venerari: nosque bonorum & fide dignorum pia insinuatione intellexerimus, quod in civitate & suburbio festivitas B. Angadrismæ Virginis (cujus corpus in ecclesia B. Michaelis Belvacensis venerabiliter requiescit) in prædicta civitate & suburbio semel in anno cessando ab omni opere servili olim consueverit à Christi fidelibus venerabiliter observari ac etiam festivari, nosque intellexerimus, quod civitatenses & alii de dicto suburbio nobis subditi à prædicta pia veneratione suâ ducti negligentiâ cessant penitus ac desistunt: hinc est, quod nos nolentes prædictæ piæ & venerabili consuetudini nostris temporibus in aliquo detrahi ac etiam derogari, sed eam, in quantum cum Deo possumus, ampliari cupientes, vos & quemlibet vestrûm monemus & hortamur in Domino, vobis & cuilibet vestrûm nihilominus in virtute Sanctæ obedientiæ ac sub suspensionis pœna districtè præcipiendo mandantes, quatinùs moneatis in generali omnes parochianos vestros & subditos

* *fortè* institutione & præcepto F

AUCTORE C. G.

A subditos, & ipsos ad hoc efficaciter piis monitis ac prædicationibus merita ipsius Virginis exponendo, & recitando salubriter inducatis, ut ipsi sub excommunicationis pœna secundo Idus Octobris (quo ipsius festivitas ceu nativitas in ipsa ecclesia prout moris est debet solemniter celebrari) venerabiliter festivent ab omni exercitio & servili opere cessando penitus, ac desistendo deinceps semel in anno hujus Virginis festivitatem secundo Idus Octobris cum omni veneratione celebrare studeant ac etiam festivare. Nos verò de omnipotentis Dei misericordia & Beatæ Mariæ Virginis BB. Apostolorum Petri & Pauli omniumque Sanctorum meritis & interceſſionibus consisi omnibus verè pœnitentibus & confessis, qui festivitatem Virginis memoratæ devotè festivaverint, ac ecclesiam B. Michaelis prædictam ob reverentiam ipsius Virginis personaliter festo prædicto visitaverint, viginti dies misericorditer de injunctis sibi pœnitentiis relaxamus. In cujus testimonium &c. Datum anno 1321 primo die Jovis ante festum B. Marci Evangelistæ.

B

tum Bellovaci,

21 *Hoc itaque Decreto primariò antiquam populi Bellovacensis erga Patronam suam, quæ tum temporis intercederat, devotionem pœnis terrens, & indulgentiarum præmiis alliciens renovare studuit laudatus Bello-*

C *vacensis antistites, secundariò verò & obiter festum ejusdem solemni in ecclesia ejusdem urbis Officio suâ etiamnum ætate celebrari consuevisse adstruit : præcipuam tamen ejus festi solemnitatem in ecclesia S. Michaelis peragi arbitror : in Kalendario enim & Compendio MS. Breviarii Bellovacensis, editi anno* 1554 *ejus Officium non adeò solemne notatur ; in Kalendario ad diem* XIV *Octobris ita notatum est :* Angadrismæ virginis 9 lect. *& in Compendio Breviarii præscribitur* Oratio exaudi *de communi Virginum & 9 lect. propriæ : accrevitque postea ejusdem festi splendor per institutam à Ludovico XI Galliarum rege anno* 1473 *ob liberatam obsidione urbem Bellovacensem & repressa Burgundiæ Ducis arma, quod beneficium meritis & interceſſionibus S.* Angadrismæ *præcipuè referebat acceptum, annuam processionem solemnem, in qua sospitatricis Sanctæ lipsanothecam honorificè per urbem circumferri præcepit, ut videre est apud l'Oiselium, qui ejusdem regis huc pertinens Diploma exhibet inter instrumenta Historiæ suæ Bellovacensis pag.* 350 *: addit Bailletus translationem ejus in S. Michaelis ecclesia recoli* IV *Februarii, ad quam tamen diem in prælaudatis Kalendario & Breviario nullum de ea Officium signatum reperi.* D

22 *Celebrem etiam ejus cultum esse in S. Pauli virginum parthenone testatur Aubertus Miræus in Fastis, qui certè, cum scribit eam* coli in monasterio Virginum prope muros urbis Bellovacensis, cui abbatissa, *ut quidem ille conjuit,* præfuit, *de hoc S. Pauli virginum asceterio, ut ex ante dictis liquet, intelligendus est : neque de cultus ejus ibi celebritate ullus dubito, cum ejusdem asceterii moniales, ut ex Gallia Christiana tom.* IX *col.* 813 *intelligo, monasterium suum eodem in loco, in quo priùs extiterat Oratorium, ædificatum esse, & de S.* Angadrisma *velut abbatissâ quondam suâ glorientur. Habet præterea, ut ex Registro beneficiorum diœcesis Parisiensis patescit, Sanctæ Virgo sacellum nomini suo dicatum in ecclesia collegiata S. Marcelli, eo in loco exstructa, ubi olim vicus erat suburbanus, S. Marcelli sepulturâ donatus ; ut tradunt laudatæ Galliæ Christ. auctores tom.* VII *col.* 15 *: nunc autem, urbe auctâ, suburbium Parisiense est, à S. Marcello* Suburbium S. Marcelli *pariter nuncupatum.* E

tùm in monasterio S. Pauli & Parisiis viget.

F

A

AUCTORE M. S.

D

DE SANCTIS AGRATO ET CASTURO SEU AGRICIO ET CASTURIO EPP. CONFF.

VIENNÆ ALLOBROGUM.

SYLLOGE HISTORICO-CRITICA.

§1 Episcopatus Viennensis S. Agrato vindicatur; hujus & Casturi memoria in Fastis sacris; uti & cultus ecclesiasticus.

SANCTUS AGRATUS CIRCA INITIUM SECULI VIII, AC FORTE CIRCA ANNUM 711 SANCTUS CASTURUS SECULO INCERTO.

Incerta eſt Præsulum Viennensium

Quod jam aliquoties Majores noſtri de luxata ac perperam digeſta Præsulum Viennensium Chronologia protulerunt, id, ni actum in Opere agerem, hic jure merito foret repetendum, ac præ reliquis ea, quæ Sollerius 1 *Julii in Actis S. Martini Viennensis episcopi adducit; id enim idem Sollerius apositè fieri poſſe teſtatur* 1 *Auguſti S. Vero itidem Viennensi Præsuli sacrâ:* Non oscitanter, *inquiens*, expendimus, quàm parum fundata sit primorum Episcoporum Viennensium series, ambiguaque proinde tota iſtius temporis hiſtoria, nullo superſtite veteri monumento, cui quis tutò innitatur, scriptoribus autem recentioribus ita implexis (*quod aptè in rem noſtram prolatum infrà videbimus*) ut, quid ex iis erui possit, non facilè intelligas. *Sollerio concordat Cointius, varia Tom.* 3 *pag.* 507 *propiùs ad S.* Agratum *pertinentia interserens: agit enim loc. cit. de prophetia S. Clari Abbatis S. Marcelli, cujus Acta* 1 *Januarii pag.* 55 *Bollandus illuſtrat & ibidem num.* 10 *integrum prophetiæ textum æquè ac Cointius exhibet: verba autem ad inſtitutum noſtrum præ ceteris facientia hæc sunt:* Fratres mei secundum Apoſtoli dictum, per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei, quid mihi à Domino revelatum sit, non tacebo. Sex episcopos iſta noſtra civitas, *nempe Viennensis*, sub pace temporis Chriſti ecclesiam gubernantes habebit, poſtquam illi dormierint, sub septimo episcopo gravissima persecutio paganorum erit, & iſta civitas juſto Dei judicio illis ad dispergendum tradetur.

B

C

Chronologia, uti & eorumdem

2 *Hisce, quibusdam interjectis, subjungit Cointius:* Videtur hìc nobis agendum de sex episcopis, qui diœcesim Viennensem poſt S. Georgium, cujus tempore Clarus abbas è vita migravit, pacificè feliciterque gubernarunt, priusquam episcopus fieret Auſtrebertus, in cujus pontificatum illa calamitas incidit. Præsulum Viennensium varii Catalogi, diversæque sunt epochæ, nec expertes mendorum. Apud Democharem inter Georgium & Auſtrebertum in cathedra Viennensi sedent hi quinque pontifices, Deodatus, Blidranus, Eoldus, Gerardus, & Bobolinus. Apud Boscium Blidrano, seu ut ipse vocat, Blidiano subrogatur Agratus, omittiturque Gerardus, cujus meminerat Democharis. Boscium secuti sunt Chenutius & Lievræus. Severtius illo loco eosdem exhibuit Antiſtites, sed Eoldum Blidiano & Agrato, *de quo nos infra*, præposuit, Robertus quatuor tantùm nominavit, expuncto Agrato, idem præſtiterunt Sammarthani. Chorierus lib. 9 cap. 18 Clarum abbatem sub Caldeoldi pontificatu mortuum tradit. *At perperam, ut Vitam S. Clari loc. cit. inspicienti patebit; cum miraculo ad petitionem Clari pueri in sedatione fluctuum Rodani facto, proximè cap.* 3 *subjungat S. Clari biographus:* Erat tunc temporis vir ſtrenuus & Deo placitus Viennensis ecclesiæ Antiſtes Cadoldus. *Imo capite sequenti etiamnum Clarus à biographo puer appellatur, cumque vaticinium, quo de agimus, inſtante S. Clari vitæ termino editum sit, non sub Cadoldo, seu Caldeoldo, sed sub Georgio, contigiſſe, cum Cointio vero videtur censendum similius.*

E

F

Catalogi; quorum aliqui,

3 Hinc *Chorierus, subdit Cointius,* sex proximos Caldeoldi succeſſores scripsit Landalenum, Bobolinum, Deodatum, Blidranum, Agratum, & Eoldum. In tanta scriptorum discrepantia, quid de ea re sentiamus, paucis accipe. *Quæ, cum ad nos non pertineant, hìc transferenda non arbitramur; sed parem eſſe in Villarii apud Chenutium pag.* 479, *ac Maupertuyi Catalogis discrepantiam, quorum prior quatuor, alter verò quinque inter Georgium & Auſtrebertum episcopos medios numerat, præmonemus. Confirmat hæc insuper Tillemontius tom.* 3 *not.* 3 *pag.* 620 *& seqq., varia eruditè congerens, ex quibus liquet,*

AUCTORE M. S.

quèt, quàm vacillans, ac parùm fundata sit Præsulum Viennensium chronotaxis: imò verò non tantum horum præsulum dubia est chronotaxis, sed & incertum apud quosdam est, imò falsum, Sanctos nostros Præsules, quod de Casturo *haud difficulter concesserò, Viennenses insulas umquam tenuisse: negant Saussayus, Sollerius noster, & quidam, in quibus desideratur* Agratus (Casturus *enim in omnibus deest*) *Catalogi. Saussayus quidem in hunc modum Sanctos nostros in Supplemento Martyrologii Gallicani annuntiat:* XIV Octob. Viennæ Allobrogum SS. episcoporum Agrati & Casturi incertæ sedis Antistitum, ac conspicuæ sanctitatis confessorum. *Sollerius autem, cujus verba præ ceteris urgent, cuique Sammarthani præluxerunt, sequentia, ut S.* Agrato *suum inter Viennenses pontifices deneget locum, tom. 2 Jul. pag.* 484 *in Actis S. Eoaldi adducit fundamenta.*

uti & Ado S. Agratum *omittunt:*

4 Ipsum, *nempè Eoaldum*, ordine XL, *inquit*, statuunt Sammarthani post Claudium Robertum rejecto Agrato, seu Algrato, quem Chenu XLI numerat, Sanctum nostrum loco quadragesimo secundo reponens. Democharis Catalogus imperfectior est. Pro Agrato stant Boscius in Bibliotheca Floriacensi, Le Lievre, & Chorier; verùm cum Adoni notus omninò non fuisse videatur, hujus in hac parte negativa auctoritas, recentioribus istis mutua describentibus, longè prævalet, quamdiu ex certis monumentis, quæ cum Adonis Chronico conferenda sint, Agrati istius pro eo tempore existentia non probatur. Appendix ad Adonis Martyrologium, ubi XIV Octobris Agratus memoratur, id necdum evincit. *Hæc Sollerius, qui tantum sanè Adoni non detulit* 1 *Julii pag.* 14 *in Actis S. Martini: cum enim num.* 1 *retulisset primorum Viennensium episcoporum ætatem ac Gesta non satis esse exacta, hæc subdit:* Dùbitationes eas omnes fortasse dispelleret, saltem comprimeret Adonis auctoritas, si ejus Chronicon purum & integrum supereset, nam quod vulgatum habemus, tam parum Chronologicum est, ut nemo hactenus Viennensium episcoporum seriem rectè ex ipso ordinare potuerit. *Hisce equidem non obstantibus, pondus suum inesse Solleriano Argumento, cum non nisi per sesquiseculum à* S. Agrati *temporibus remotus Ado floruerit, candidè fateor, ast illud utcumque solutum, ac illi, ut Sollerius innuit, satisfacturum me reor, si negativo positivum opposuero.*

at alii rectiùs

5 *Extat penes nos Apographum Calendarii Viennensis MS., in cujus capite hæc leguntur,* Ex antiquo Calendario, Viennensis Missalis, aut Breviarii, in quo præposito verbo Vien. sequentes Sancti indicantur: *quod solos fere enumerans Viennenses episcopos ad* 14 *Octobris hæc habet:* Agrati & Castuli epp. c. *Cui conforme Breviarium anni* 1522, *cujus & meminerunt Majores nostri die præcedente in Prætermissis, isthæc in rem nostram præscribit:* Sancti Callixti Papæ, & Martyris, ac Sanctorum Agrati, & Castoli episcoporum. Ad Vs Caplm. justi in perpetuum ℣. Exultent justi. Ad Magn. Antip. Beatus (*sed pertinens integra ad S. Callistum*) Oratio. Deus qui nos conspicis ex nostra infirmitate deficere: ad amorem tuum nos misericorditer per Sanctorum tuorum exempla restaura. Per Dominum nostrum. *Eadem planè Oratio, quæ soli Callisto præscribitur in Sacramentario Gregoriano apud Pamelium tom. 2 Liturg. pag.* 347, *utì & in Missali Tornacensi anno* 1498 *Parisiis impresso, ceterisque.* Invitatorium regem Martyrum. Antip. Beati pauperes. Ut in communi plurimorum Martyrum. *Sub uno de communi Martyrum Sancti hi celebrantur officio, quam tamen Martyrii lauream Sanctis nostris obtigisse, frustra alibi quæro; hinc ob S. Callistum Martyrem, die* XIV *coli solitum, qui præcipuas in solemnitate partes obtinet, officium de Martyribus, licet Sancti nostri Martyrio vitam haud finierint, fuisse præscriptum, opinor. Quamvis porrò Sanctos nostros episcopos Viennenses extitisse prædictum Calendarium disertis verbis non exprimat, nihil inde contra nos concludi potest, cum nec in aliis hujus urbis præsulibus idem præstet. Num verò Calendarium hoc Adone sit antiquius, probare haud potis sum, imò cum & ipse Ado ultimo quidem, suo tamen recensetur loco, ni nomen hoc postea sit adjectum, recentiùs illo fortè videri posset judicandum: hinc si planè non satisfaciat Calendarium istud, Sollerianumque Argumentum penitùs non evincat, en aliud, ut apparet, satis validum.*

præsulum Viennensium

6 *Exstat inter MSS. nostra Sanctorum Viennensium præsulum Catalogus Codice S* 19, *unius supra quadraginta Viennensium Episcoporum sacris fastis adscriptorum continuam exhibens seriem, quos inter occurrit* S. Agratus *ordine* XXXVIII; *cumque Sanctorum series in Austrebertо desinat, ad eum primitùs tantum pertigisse Catalogus iste videtur, seculoque plus integro, hæc si sic habent, Adonis tempora antecedit. Hæc autem sic se habere, ex sequentibus opinor: Catalogus iste constante, eodemque stylo ad Austrebertum usque procedit, exprimendo scilicet S. Antistitis nomen, notamque unam chronologicam in plerisque adjiciendo: ut* S. Nectarius sub constantino, Juliano, Joviniano S. Agratus sub Childeberto. *Prætergresso autem Austreberto, omissis Villicario & Berterico, qui in Adone, aliisque Catalogis nominantur, pergit in hunc modum:* Proculi commemoratio sub Pipino. Bernardi, *quamvis sancti*, commemoratio viri solertis ingenii & eruditi. *Cum verò ad* S. *Adonem Catalogus pertingit, tempus sedis illius clarissimè, quod aliàs nullibi fit, his verbis exprimit:* S. Ado ep. miræ sanctitatis vir anno DCCCLXXXV. rexit ecclesiam XVI annis sepultus in ecclesia Apostolorum. *Quæ discrepantiæ, si recentioris manûs additiones clarè non indicent, eas tamen suspicandi plausibilia subministrant fundamenta. Imò citatis modò verbis, quod alteram additionem innuit, uno quasi halitu octo simul præsulum in hunc modum:* Otranni, Bernomi, Ragenfredi, Alexandri, Soboni, Theubaldi, & Leudegarii *commemoratio recensetur. Quàm porrò fidelis, quàmque suo sit conformis autographo Catalogus iste, ex sequentibus patebit.* Nicetio *in autographo deerat* Simplicius *successor, quod advertens Apographi nostri auctor, hæc subjungit:* Post hunc

A hunc *nempe Nicetium* fuit B. Simplicius epiſc. ad quem B. Zozimus Papa ſcripſit, qui tamen in Catalogo, neſcimus qua de cauſa, non ponitur. *Ex his igitur non immeritò dictam mihi ſedere opinionem, confido.*

numero adſcribunt, 7 *Accedit his, at ut infra videbimus in Appendice, Adonis Martyrologium, uti & alia mox citanda, variique Viennenſium Præſulum Catalogi, levioris quidem chronotaxeos, aſt non ita levis equidem auctoritatis, ut horum ſcriptores epiſcopos pro arbitrio finxiſſe, ſuſpicari queam, nec ad id ſuſpicandum inducere me poterit unicum Adonis ſilentium: imò cum auctores hi, ſua ſe deſumpſiſſe ex antiquis, authenticisque monumentis aſſeverent, licet chronotaxis confuſa ſit, eos ſaltem præſulum, quos enumerant, nomina reperiſſe, nec ipſe, puto, Sollerius negaret. At dicet hic fortaſſe non nemo, me ex Adonis, aliorumque Martyrologiis in vanum quærere* Agrato *præſidium, cum iisdem ipſe met parum fidam: ea enim* Caſturum *æquè ac* Agratum *Viennæ epiſcopum ſediſſe conſtanter annotant, quo non obſtante, ut ipſe haud difficulter concedo, ſummopere permanet dubium, num umquam* Caſturus *Viennenſem diœcesim fuerit epiſcopus moderatus. Aſt alia planè pro*

B Agrato, *alia pro* Caſturo *ſtant monumenta: nam ne in uno quidem* Caſturus *occurrit Catalogo, nec quidquam (deme Martyrologos, ſup. cit. Calendarium ac Breviarium) reperire datum eſt, unde vel cum ſolâ rationis umbrâ ei Viennenſis cathedræ regimen attribuam. Cum ex adverſo varia ſint, quæ, ùt modò vidimus, infraque videbimus,* Agratum *Viennæ epiſcopum ſediſſe aſſerunt, & confirmant, quibus ſi Martyrologia, eaque non ita recentia jungamus, ad infringendum negativum Sollerii argumentum, ea haud parum conducunt. Hæc puto Sollerio ſufficerent, ut S.* Agrato *locum ſuum inter Viennenſes Præſules non ultra cenſeret denegandum; quod ſi hisce nondum acquieſceret, eidem par pari reponerem; duplex enim in cathedra Viennenſi ſedit Simplicius, Simplides, aut Simplidas, prior ordine undecimus, poſterior verò decimus ſextus Vien-*

C *nenſis extitit epiſcopus, primum & ipſe agnoſcit Ado, alterum fruſtrà apud eumdem quæres, quo non obſtante Adonis ſilentio, utrique, ut Viennenſi epiſcopo, locum in Opere noſtro Bollandus conceſſit, prioris quidem* XI *Februarii, alterius vero ejusdem menſis* III, *ut citatis diebus eſt videre, Acta commentans.*

quamquam ordine vario: de Caſturo *res planè eſt incerta, aſt* 8 *Ordinem porro S.* Agratus *in Antiſtitum Viennenſium Catalogis ſortitus eſt varium: MS. enim ſup. cit. eumdem exhibet ordine* XXXVIII, *Boscius, Chenutius, Lievræus, ac Maupertuyus eidem quadragesimum inter Viennenſes Pontifices locum aſſignant; Severtius verò tom.* 3 *Hiſt. epiſc. Lugdunenſis pag.* 201 *eumdem ordine quadrageſimum tertium extitiſſe præſulem aſſeverat: aſt altum apud hos omnes de S.* Caſturo *eſt ſilentium; quapropter, num verè epiſcopus Viennæ ſederit, aſſerere non ausim: hinc enim eum ut talem habent plerique Martyrologi, illinc eum omittunt, quotquot inſpexi, Viennenſium præſulum Catalogi, nec quidquam reperi, unde conſtans illa & indivulſa apud Martyrologos (Caſtellanum*

excipe) Casturi *cum S.* Agrato *connexio originem trahat, imò, ſi nomen & epiſcopalem ſeclueris dignitatem, ne verbum quidem de Sancto hoc apud antiquos æquè ac recentiores me reperiſſe memini: hinc num verè in Viennenſium præſulum numerum veniat, definire non valens, malui tamen eumdem in Titulo, Martyrologis id quodammodò exigentibus, ac verâ ipsius ſede ignotâ, ut talem exhibere. Utcumque ſe res habeat, legitimum ei æquè ac* Agrato *cultum ſuum eſſe, & quod ſup. num.* 5 *vidimus Breviarium, & quæ proferam Martyrologia evincunt. Ceterùm fidem, quod ſpectat epiſcopatum S.* Agrati, *quam in Prætermiſſis die præcedente datam lector reperit, ex præcedentibus liberatam confido.* AUCTORE M. S. D

cultus utriusque, ut ex diverſis ſacris Faſtis, quibus 9 *Martyrologium Adonis ex MS. S. Laurentii Leod. itidem MS. ſequentem hodie Sanctos hos annuntiat in modum:* Apud Viennam Sancti Agrati epiſcopi & Confeſſoris, & Sancti Caſturi ejusdem urbis epiſcopi. *Eadem verba recurrunt apud Mosandrum, qui & illa ut Adonis genuina habet; aſt illius non eſſe, ex tribus codicibus Mosandrianis vetuſtioribus detexit Rosweydus, verba citata ab Adone puro reſecans, & in Appendicem ad hunc diem rejiciens, cui & noviſſimè Dominicus Georgius in Adonis Martyrologio Romæ typis anno* 1745 *vulgato conſonat. Florarium noſtrum MS.* Apud Viennam S. Agrati epiſcopi & confeſſoris, & S. Caſturi ejusdem urbis epiſcopi. *Meminerat insuper Sanctorum noſtrorum, ut obſervatum eſt in Prætermiſſis die præcedente, aſt nominibus parumper luxatis, idem Florarium noſtrum hoc modo:* SS. confeſſorum Agricii, & Caſturii epiſcoporum. *Aſt* non dubito, *pergit in citatis Prætermiſſis Byæus,* quin designentur Sancti, qui aliis Agratus & Caſturus seu Caſtulus aut etiam Caſtolus vocati, sequenti quidem die à Greveno, poſtridie vero in Lubeco-Coloniensi Usuardi apud Sollerium Auctario annuntiantur. *Nec, unde alios ab hodiernis probem, quidquam occurrit, cum nomina illa, uti ea exprimit Florarium, fruſtrà alibi quæsierim. Ferrarius in Topographia ad verbum* Vienna: 14 Octob. Agratus & Caſturus epiſcopi. *Similia habet Grevenus apud Sollerium in Auctariis:* Viennæ Sanctorum Agrati & Caſturi ejusdem urbis epiſcoporum. *Iisque omnibus prolixius, at certò non verius, MS.* Martyrologium S. Viennensis ecclesiæ (*verba sunt Tituli*) nuper reformatum, & maxime à S. Adone Archiepiscopo ejusdem ecclesiæ disposition, labore & ſtudio Joannis Le Lievre S. Theologiæ doctoris, ejusdem ecclesiæ canonici, abbatisque S. Ferreoli inſtauratum, *sequens de Sanctis noſtris habet elogium:* Viennæ S. Agrati Viennensis Archiepiscopi, qui tempore beatiſſimi Ludovici Francorum Regis Sanctitate apud Viennam XLIV Præsul floruit, quo tempore habita sunt concilia quatuor pro pace & bono ſtatu ecclesiæ, scilicet apud Moguntiam, Lugdunum, Tolosam, & Parisios. Eodem die natalis S. Caſtuli ejusdem civitatis Viennensis, ut fertur in Martyrologio, Archiepiscopi & confeſſoris, qui tamen apud probatos auctores incertus eſt. *Utut porrò Martyrolo-*

D E E E E 2 *gium*

AUCTORE M. S.

gium hoc Adonis dicatur, veriùs tamen Lievræi eſt; cum Adoni ſive in Chronico, ſive in Martyrologio, ut rectè observavit Sollerius, Sancti noſtri prorsus ignoti sint, ac insuper inepta Lievræi chronotaxis, quam infrà videbimus, oſtendit.

A

Sancti hi inſcribuntur, liquet, omninò certus eſt.

10 *Eadem penè totidem verbis habet* Ordo & series Sanctorum Sanctæ & antiquæ Viennensis ecclesiæ metropolis Allobrogum in Gallia, prout in Martyrologio digeruntur, curâ R. P. Petri Francisci Chiffletii, *inquit Sollerius in Actis S. Martini sup. cit.*, extractus, quem anno 1661 Viennæ exiſtens Papebrochius totum descripsit sub hoc titulo: Martyrologium &c. *ut num. superiore vidimus, uti & Hiſtoria Lievræi de antiquitatibus Viennensium. Aſt* eadem utriusque Oratio, *pergit Sollerius*, eadem sententia, cumque ab eodem Lievræo Antiquitatum Viennensium hiſtoriæ auctore compilata sint, nihil profectò mirum, si & Martyrologium & Hiſtoria eadem utrobique comminiscantur, pauciſſimis exceptis, quæ curiosus lector per se facilè observabit *Id hîc notaſſe sufficiat, ne cum Lievræi chronotaxis infra occurrerit confutanda, hæc fruſtra oporteat resumere. Martyrologium verò Hilariaci monaſterii S. Naboris, uti & Usuardi editio Lubeco-Coloniensis apud Sollerium in Auctariis die sequente Sanctos hos in hunc modum annuntiant:* idibus Octobris, *verba sunt Martyrologii S. Naboris*, apud Viennam S. Agrati episcopi & confeſſoris, & S. Caſtuli ejusdem urbis epis. *Editio autem Lubeco-Coloniensis:* Apud Viennam Sanctorum Agrati & Caſtuli ejusdem urbis episcoporum Confeſſorum. *Solius S.* Agrati, *quod & supra num. 8 monuimus, his verbis:* Prope Viennam in Delphinatu S. Agrati confeſſoris: *de episcopatu silens, hodie meminit in suo Martyrologio Universali Caſtellanus.*

B

§ II. Sedis S. Agrati tempus, à scriptoribus variè dispositum, indagatur.

C

In tempus, quo S. Agratus, *quod de S.* Caſturo *ignotum eſt, floruerit, inquiritur;*

QUo verò tempore *Sancti noſtri floruerint, modò eſt disquirendum, & imprimis, S.* Caſturi *quod ſpectat ætatem, ac vitæ tempus, ut modò dixi, nihil occurrit, unde ea determinem: hinc, quo Seculo Sanctus hic in rerum natura extiterit, æquè ac Viennensis ipsius præsulatus in incerto, donec lux major affulgeat, prorsus sunt relinquenda. Verùm id in S.* Agrato *locum haud obtinet, cum varii varia Chronotaxeos adferant argumenta, quorum præcipua subjungo: Catalogus num. 6 citatus S.* Agrati *ætatem indicat his verbis:* S. Agratus ſuffectus eſt Blidrano, *de quo* XXII *Januarii Bollandus agit in Prætermiſſis*, regnante Childeberto Francorum rege. Obiit Idibus Octobris. *Chenutio Boſcius ſuccedat, qui clariùs in juo Elencho hiſtorico pag.* 41 *ad propoſitum noſtrum hæc aſſerit:* Suffectus eſt Blidiano S. Agratus Viennensis Pontifex, qui imperante Leone, atque Francos Childeberto per ſtrenuum Grimoaldum regente, vixit. Cujus tempore Anaſtaſius imperator à Tyberio captus, ac ſacramento aſtrictus clero nomen dedit. Deceſſit 11 Idus Octobris. *Hi ergo Sanctum noſtrum jub Chilaeberto, id eſt, hujus nominis III, floruiſſe ajunt: tenuit porrò Childebertus regnum, ut teſtatur Henſchenius in Exegeſi præfixa Tom.* 3 *Aprilis pag.* XI *num.* 28, *usque ad annum* 711. *Henſchenio adſtipulatur Bouquetus, ac mirum in hoc anno Childeberti extremo ſtatuendo, aſſerit Du Four apud Bouquetum Tom.* 3 *pag.* 697 *eſſe Chronographorum conjenjum; huic Chronotaxi & ipsa ætas Grimoaldi, Pipini Herſtallii ſcilicet ex Plectrude filii, anno* 714, *teſte Henſchenio ac plerisque Chronographis, occiſi, planè convenit.*

D

Boſcii ad id indicandum Chronologia

12 *Quæ verò citatus Boscius superaddit, in hunc modum Tom.* 4 *pag.* 454, *licet minùs quidem feliciter, ut ex infra* § *III dicendis patebit, Blidiani ordinem & tempora, obvios secutus auctores, disposuerit, explicat, ac corrigit Cointius:* Deceſſit, *inquit*, & hoc circiter anno, *nempe* 707, Blidramnus, seu Blidianus Episcopus Viennensis .... ſancto Blidiano Agratum ſubrogandum probavimus (*aſt ubi id probarit, fruſtra apud ipsum quæro*) de quo sic Joannes Boscius in Antiquitatibus Viennensibus, ſuffectus eſt &c. *Quæ num. præcedenti vidimus. Pergit porrò*, Illo die in Supplemento Martyrologii Gallicani, *id eſt Sauſſayi ſup. cit.*, Viennæ Allobrogum memoria recolitur ſanctorum Epiſcoporum Agrati & Caſturi incertæ ſedis Antiſtitum, ac conſpicuæ ſanctitatis Confeſſorum. Sed Agrati ſedes haberi non debet incerta: ſedit enim Agratus in cathedra Viennenſi, locumque in Antiſtitum Viennenſium Catalogo inter ſanctos Blidianum, & Eoldum meritò ſibi vindicat. Eccleſiam Viennenſem rexit Blidianus ſub regibus Clodoveo II, & Childeberto III; Eoldus Epiſcopus jam erat anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo quinto, cum Saxones in regionem Hattuariorum irruperunt, ut obſervabimus ad illum annum, quo Dagobertus rex illius nominis III vitam clauſit. Atque inde colligimus Agrati pontificatum, ut in poſteriores annos Childeberti III regis, ſic & in priores annos Dagoberti III regis incidiſſe.

E

à Cointio emendatur

13 Fallitur autem Boſcius, cum ait Agrati pontificatum in illud incidiſſe tempus, quo purpuram depoſuit Anaſtaſius, induit Leo, priùs enim quam Anaſtaſius imperium abdicaret, Eoldus Agrato in epiſcopatum Viennenſem ſucceſſit, & Anaſtaſio exauctorato, non ſtatim ſuffectus eſt Leo, ſed Theodoſius, cui Leo poſteà ſubrogatus eſt. Alio loco Chronologiam iſtorum imperatorum examinabimus. Interim textum Boſcii ſic corrige. Suffectus eſt B. Blidiano Sanctus Agratus Viennenſis Pontifex, qui Francos Childeberto & Dagoberto per ſtrenuum Grimoaldum regentibus vixit, deceſſit 11 Idus Octobris. Vixit Grimoaldus Major-domus ad annum uſque Christi septin-

F

septingentesimum decimumquartum, nec ultrà hunc annum superstes & in vivis fuit Agratus episcopus. *Quæ verò de irruptione Saxonum in regionem Hattuariorum Cointius refert, ea ipsa anno 715 contigisse, ex Annalibus, ut apud ipsum videre est Tom. cit. pag. 550, Petavianis, Tilianis, Fuldensibus, & Chronico Sandionisiano, certum est. Subnectit porrò verbis proximè citatis Cointius :* Ado in suo Chronico addit, Eoldum episcopum ecclesiæ Viennensi præfuisse cum Saxones in regionum Chatuariorum irruperunt. *Verùm id Ado, aut quivis ei notas marginales addidit, saltem in editionibus Parisinâ anni 1561, ac Basileënsi anni 1568, quibus utor, non ad annum 715, sed 717 ad marginem notatum refert. Ast Adonis textus infrà redibit.*

cui Maupertuyus, ast

14 *His utcumque digestis refragatur tamen Maupertuyus, novissimus, qui mihi præluxit, rerum Viennensium scriptor, Sanctumque nostrum episcopum sedisse scribit anno Christi 715 sub Gregorio II : ipsum loquentem audiamus in Historia de Sanctitate Ecclesiæ Viennensis Gallicè vulgata ; hujus ergò pag. 88 hæc ad marginem tradit :* Sanctus Agratus XL Archiepiscopus anno J. C. 715, Gregorii Papæ II secundo, sub Majoratu Caroli Martelli. *In Catalogo verò suæ Historiæ præfixo Sanctum hunc anno 716 asserit floruisse ; de cetero prædictis conformis utrobique assignat Sancti nostri successori Eoaldo annum Christi 718. Sedit porrò Gregorius II, ut Baronio placet ab anno 714, verius autem, ut habent Papebrochius, Cointius, ac Pagius ab anno 715. Hinc, si floruit S.* Agratus *anno 715, perperàm allegatur Gregorii II secundus, aut si hujus anno secundo, annum Christi 716 utrobique Maupertuyus assignasse debuisset ; quod verò Caroli Martelli Majoratum spectat, hujus initium Henschenius in utroque Stemmate genealogico præfixo Tom. 3 Martii, ac 3 Aprilis anno 716 collocat, quem quidem annum ut ejus primum Francorum Annales non exprimunt, eodem tamen Majorem-domûs fuisse apertè innuunt, imò Carolum anno 715 id muneris inchoasse, idque inter eruditos satis convenire, modò, ut videre est Tom. 2 Octobris pagg. 536 & 537 in Actis S. Magdalvei Nott.* i & cc, *Majores nostri observarunt.*

ratione neutiquam solidâ, refragatur ;

15 *Ex his consequens fit, Maupertuyi chronotaxim, si Caroli Martelli Majoratum spectes, modò Sanctus noster sub eo floruisset, satis verò esse conformem : verùm Sanctus hic ad ea tempora pervenisse non potuit, ut infrà clariùs videbimus, cui & Ado, qui Caroli Majoratu inchoante, seu anno 715, Eoaldum Antistitem S.* Agrati *successorem Viennensem diœcesim moderatum esse pag. 207 scribit, refragatur : Viennensem igitur scriptorem hac in re necesse est deseramus ; nec movere quemquam debet Maupertuyum in Historiæ suæ fronte, eam ex authenticis ac originalibus monumentis de archivio episcopatûs ac capituli acceptis asserere esse conflatam ; id enim & reliqui omnes, quamvis in innumeris ferè discordes, in Operum suorum capite confidenter enuntiant, ut hinc & ipsos fontes turbidos nonnemo suspicetur, ac locum communi adagio,* dulcius ex ipso fonte bibuntur aquæ, *hic sentiat denegandum. At dicet fortè quis in gratiam Maupertuyi Chronotaxeos, Adonem in Chronico pag. 207 tantummodò meminisse Eoaldi ad annum 717 ; hinc S.* Agratus, *qui Adoni ignotus est, ad illa tempora pervenisse videtur. Verùm etsi Ado primam tantum anno 717 ad marginem notato, Eoldi, ut ipse vocat, injecerit mentionem, eumdem tamen ut sedis ejus primum non venditat, & dato hanc Adoni fuisse mentem, parùm referret, cum tota illa Adoniana periodus perperàm ibidem disposita, ad annum 715 sit transferenda : eo enim anno* Carolus Pipini filius è carcere evasit, *eo anno* Saxones terram Matuariorum, *id est Hattuariorum*, devastaverunt, *quæ tamen, si Adoniani Chronici Notæ marginali credamus, anno 717 demùm evenerunt.*

AUCTORE M. S. D

16 *Modò Lievræum audiamus*, cujus imperitissima distribuendorum temporum ratio, *ait meritò Solerius 1 Julii in Actis S. Martini Viennensis episcopi*, satis evidenter ostendit, quam apud Viennenses incertus sit primorum, *imò & posteriorum, ut jam vidimus, infraque videbimus*, istorum episcoporum calculus. *Lievræus ergò in Historia de antiquitate & sanctitate vrbis Viennensis Gallicè vulgata, hæc in rem nostram pag. 178 scribit :* Sanctus noster Blidianus moritur 11 Calendas Januarii, cui in ecclesia Viennensi successit S. Agratus regnante Ludovico I cognomine Pio Caroli magni filio, qui strenuus Apostolicæ Sedis defensor extitit. Leonem enim III ab inimicis suis tutatus est, ipsumque Stephanum V in Gallia suscepit, cujus manibus ipse cum Irmingarde reginâ uxore coronatus est . . . . S. Agratus moritur III Idus Octobris, quo sedente, dictus rex Ludovicus quatuor fieri procuravit concilia pro pace ecclesiæ. Moguntiæ, Lugduni, Tolosæ, & Parisiis. *Hæc ille. Quæ sanè à reliquorum calculo integro plus seculo distant : concilia enim quatuor, quæ Sancto nostro sedente Lievræus celebrata asserit, unà cum Baronio & Pagio, Labbeus, Harduinus, ac Mabillonius anno 829, ut apud ipsos anno cit. est videre, rectè collocarunt.*

Lievræus autem

17 *Verùm Lievræum pro arbitrio hæc scripsisse, quæ proferam, luculenter ostendunt, in* Epistolâ *namque* generali *apud Labbeum Tom. 7 Conc. col.* 1590 quam Ludovicus Pius imperator ex placito Aquisgranensi misit de conciliis episcoporum in quatuor regni partibus congregandis. *imperator ipse metropolitanos enumerans, ut appositè advertit J. Sirmondus apud Labb. Tom. cit. col. 1667 jussit Lugdunum convenire præsules* ex Lugdunensi prima, Viennensi, Alpibus maritimis, & Narbonensi secunda. *Horum porrò metropolitanorum nomina rex in hunc modum exprimit :* Ubi, *id est Lugduni*, Agobardus, Bernardus, Andreas, Benedictus, Agericus cum Suffraganeis suis similiter conveniant. *Viennensis verò Præsul Concilio Lugdunensi, cujus Acta perierunt, præsens, fuit S. Bernardus, cujus Vitam illustrat Bollandus Tom. 2 Januarii die* XXVIII *pag.* 544, *quem tamen Concilio Lugdunensi Bollandus, Henschenius verò Agobardum Tom. 1 Junii, die* VI *pag.* 748 *interfuisse, haud observarunt. Extitit autem Bernardus seu Barnardus secundum Se-*

turpiter hallucinatur, ut ex historiographis aliis

AUCTORE M. S.

A *vertii Catalogum episcopus ordine* LII, *secundum Chenutium* LI, *secundum Lievræum*, *Maupertuyum*, *ac Villarium* LIX, *secundum Sammarthanos verò* LVIII. *Eumdem porrò Concilio Lugdunensi interfuisse testatur Maupertuyus :* In Concilio Lugdunensi, *inquit Gallicè pag.* 107, cum suis Suffraganeis aderant quinque Metropolitani, Agobardus Lugdunensis, Bernardus Viennensis, Andreas Tarentasiensis, Benedictus Ebrodunensis, & Agericus, cujus Sedes ignoratur. *Imò est Aquensis juxta Pagium, ut modò videbimus. Huic adstipulantur Sammarthani*, nominatur, *inquiunt in editione anni* 1656, *Bernardus* in Concilio Lugdunensi 828, *imò* 829.

ostenditur, imo somniis indulsisse videtur,

18 *Confirmat modò dicta Pagius in Critica Baronii ad annum* 828, *quo eminentissimus annalista conciliorum ut anno sequente celebrandorum mentionem fecerat, en Pagii verba tom.* 3 *pag.* 535 : Tertio verò, *inquit*, apud Lugdunum ubi Agobardus Lugdunensis Archiepiscopus, Bernardus Viennensis, Andreas Darentasiensis, Benedictus, Agericus cum suis Suffraganeis similiter conveniant. Hi duo Archiepiscopi alii esse non

B possunt, quam Aquensis & Ebredunensis. *His aptè Agobardi tempora conveniunt, cujus cum S. Bernardo amicitiæ & ipse Lievræus meminit; eum enim, licet hæc non ita per omnia firma Henschenio appareant, ab anno* 815 *usque ad annum* 840 *Lugdunensi cathedræ in eorumdem præsulum Catalogo Chenutius præsedisse scribit. Ast penitiùs quodammodò Lievræum intueamur, videamusque, num Historiographi sinceri partes egerit, num econtra somniis indulsisse, imò num Chronologiæ involvendæ, quod alibi ipsi exprobrat Sollerius, studuisse censendus sit : paginâ enim* 177 *apud ipsum hæc verba sunt :* Moritur *nempe Carolus magnus* Aquisgrani mense Januario anno 814, Catalogo Sanctorum à Paschali III licet schismatico adscriptus, ecclesia enim ob miranda hujus monarchæ magni gesta canonizationem hanc toleravit. *Hisce subnectit morientis imperatoris ad filios præclara monita,*

C *ac verba ex ipso à nobis num.* 16 *relata, quæ omnia ipso Lievræo teste annis* 813 *ac* 815, *cum Baronium his annis citet, contigerunt, quæ, an verè subsistant, unicè intendens Sancti nostri Chronotaxi, modò, de quo lectorem præmonitum volo, non inquiro.*

cum notas chronologicas absque delectu

19 *Sequitur porrò pag.* 178 *S.* Agrati *in cathedra Viennensi proximus successor S. Eoaldus, seu ut ipse scribit, Edoaldus, cujus elogia dum deprædicat Lievræus, hæc paginâ sequente subjungit :* Excellens hic ac pius pastor suo tempore recepit donum pretiosarum Reliquiarum, quas ad ipsum misit Constantinus Papa anno 713, una cum sequente, *quod & profert*, rescripto. *En per seculum integrum antecedit successor decessorem, & ne in numeris typographi suspiceris errorem, faciunt sequentia, quæ eâdem paginâ producit :* Ado Viennensis, *inquit*, narrat Constantinum Papam fuisse natione Syrum, hominem benignissimum, præcellentem humilitate, ac charitate præcipuè in succurrendis pauperibus cariori tempore. Sanctè hic moritur anno 714 *imò* 715, *quo Gregorius II* (*vide num.* 14) *ejus successor sedere cœpit. Insuper* D *S. Edoaldo supparem facit Sanctum Joannem Damascenum, cui manum præcisam ex testimonio Baronii anno* 727 *asseverat. Huic Edoaldo succedit S. Bobolinus, ast ipsummet Lievræum differentem audiamus :* S. Bobolinus, *inquit*, numeratur 42 Viennensis Archiepiscopus, tempore ejusdem Leonis tertii hæretici, regnante Dagoberto II Francorum Rege, cum bonus justusque Princeps Grimoaldus occisus est Leodii, ubi patris visitandi gratiâ advenerat.

Viennensibus episcopis assingat,

20 *Testudinem planè imitatur Lievræus, ac, si ita pergat, brevi ad S. Pauli, ut sibi imaginatur, primi Viennensis episcopi tempora ordine retrogrado pertinget. Dagobertus enim* II, *si Henschenio Lievræus credat, anno* 680 *occisus fuit; ast error hic in Lievræo planè tolerabilis, si modo error vocari queat, cum post ipsius tantum tempora celebris illa inter historiographos de tribus Dagobertis quæstio, eruditorum aures pulsare cœperit : hinc Dagobertum* III *anno* 715 *mortuum, eum indicare voluisse, ex Grimoaldi, ut modò vidimus anno* 714 *occisi, tempore luculenter patet; ast hinc palpabiles nondum desunt parachronismi : paginâ namque præcedente Constantinum Papam obiisse scripserat Lievræus* E *anno* 714, cui per aliquot annos, *ut ibidem ait, supervixit Edoaldus Sancti Bobolini decessor : qui ergo Bobolinus anno* 714, *Grimoaldo, testibus Henschenio, Pagio, & totâ fortè chronographorum turbâ, extremo, Viennensi cathedræ præsedisse potuit? Quomodo insuper S. hic Bobolinus secundum Lievræum ordine* XLII *sedisse potuit sub Dagoberto* II (*puta* III) *cui annus* 715 *extremus fuit, & Sanctus noster secundum eumdem ordine* XL *episcopus sub Ludovico I Caroli magni filio, qui ferè integro seculo Dagoberto* III *floruit posteriùs? Pergit intereà Lievræus suo more Catalogum pertexere, donec tandem in S. Volfero ad saniorem quodammodò chronologiam redire velle videatur, ac velut oblitus eorum, quæ pagg.* 177 *&* 178 *scripserat, ad indicanda S.* Agrati *tempora, eadem prope, ut quandonam Volferus floruerit, explicet, repetit, ac repetere cogitur.*

F

& seipsum oscitantiæ condemnet,

21 *Ast clariùs etiam seipsum Lievræus confundit, seseque parum cordatum agere scriptorem ipsemet prodit pag.* 195, *cum sanctum Bernardum proximum in sede Viennensi Volferi successorem dilaudat his verbis :* Sequitur S. Barnardus 49 Archiepiscopus, vir sublimis virtute, pietate, ac eruditione, Archipræsul consecratur Viennensis post S. Volferum, inchoante regno Ludovici Imperatoris dicti Caroli filio. *En epocham ipsam eamdemque, quam suprà S.* Agrati *initio terminis vix variatis posuerat. Conciliorum tantùm, quæ verè Barnardo seu Bernardo sedente celebrata sunt, meminisse debuisset, & notæ chronologicæ, quas suprà ineptè, ut S.* Agrati *tempora indicaret, adduxit, Sancto Bernardo per omnia convenirent. Sufficiant hæc pro specimine, ut lector de Lievræi lucubratione judicium ferat, plures interea, si cui otium fuerit, hujus generis anachronismos facilè deteget, ac diversis in Opere nostro locis detectos inveniet : ast diutiùs his ineptiis displicet immorari,*

A *morari ; & hoc ergo rejecto, ad Severtium alterum de rebus Viennensium scriptorem properamus, qui, quid velit, vix intelligo. En integram de* S. Agrato *periodum tom.* 3 *pag.* 201 *accuratè descriptam.*

nihilo Lievræo melior Severtius, qui

22 XLIII. S. Agratus ex Chenutio, & Lievræo, obmutescentibus Demochare & Villario, tardiùs sedit ex sequutis præmissis justioribus calculis, quam ferant tempora Childeberti II Francorum regis morientis initio anni cit. septingentesimi decimi quinti, & malè allati à Bosco, ac Chenutio cum toto cursu Agrati, qui Antistes jam verè sedit ab anno 716, coætaneus præfato regi Dagoberto II, nec non mediis fere annis 26, quibus imperabat Leo III Isauricus hæreticus, inchoans anno citato. Ea propter Agratus vixit ad annum usque circiter septingentesimum vigesimum, ut minimum, etiam juxta reformatam paulò aliorum mentem. *Quantùm ergo Severtium capio, agit de Childeberto, ac*

B *Dagoberto utroque hujus nominis III, licet annum Childeberti emortualem, cunctis obnitentibus chronographis anno* 715, *qui talis Dagoberto extitit, perperam innectat : Childeberto enim tertio, ut num.* 11 *vidimus, annus* 711 *extremus fuit. His ergo positis carpit Severtius Chenutium ac Boscium, errorisque arguit exinde, quod S.* Agratum *sub Childeberto asseruerint floruisse : hunc porro ut probet errorem, subtiliter, ut ipsi videtur, imprudenter tamen procedit ; movet enim de loco suo Eoaldum Sancti nostri successorem, eumque* Agrato *& Blidrano præponit, hac quantum assequor ratione ductus.*

perperam Viennensium episcoporum Catalogum invertit,

23 Hic *nempe Eoldus, inquit,* certè antecedit Blidrannum, quia ad eum scripsit Constantinus Papa, mittens ei Sanctas Reliquias pro cathedrali ecclesia Viennensi tunc recèns constructa, qui Papa nota præcipua hujusce loci non est prætergressus annum septingentesimum decimum quartum (*imo, ut modò aliquoties vidimus, obiit* 715) dum eo saltem pervenit ex Genebrardo. Unde coacti sumus tutiore via Præsulem hunc præmittere sequacibus Blidranno & Agrato, qui tamen apud

C alios scriptores antecedunt, tempora exactiùs non perscrutantes. Quâ in re non est habenda levior ratio ad confusos Leonem imperatorem & Dagobertum II (*puta* III) regem Francorum, quos illi authores crassâ Minervâ inserunt tempore istius episcopi, licet ei minimè concurrant, sed regnarint posteriùs. *Ast vellem & ipse exactiorem hujus pro arbitrio suo Catalogi inversionis adferret rationem : quod enim decessorum tempora ità disponat, ut ad annum* 714, *si Eoaldus in suo persistat loco, pertingere non valeat, id sibi imputet; cum plerùmque pro libitu episcoporum tempora distribuat, ducemque cœcum, Lievræum puta, Baronio ac Adone in S. Georgio* XXXIX *Præsule, & fortè alibi præferat. Si enim, anno* 714 *currente, ut sentit Cointius, S.* Agratus *obierit, quidni Constantinus Papa, cui annus* 715 *extremus fuit, ad S. Eoldum, seu Eoaldum S.* Agrati *successorem litteras dedisse potuit ?*

24 *Quâ verò ratione Severtius asserat Leonem imperatorem, & Dagobertum II (puta III) regnasse episcopatu S. Eoaldi posteriùs, non video: adiit quidem Leo imperium anno* 716, *& consequenter Eoaldo in sententia Severtii posteriùs : ast Dagobertus III diadema regium sumpsit anno* 711, *fato functus dimisit* 715, *cumque secundum Severtium S. Deodatus* XL *præsul sedem Viennensem occuparit anno* 713, *Eoaldus* 714, *Blidrannus* 715, *consequens fit, S. Eoaldum in sententia Severtii Dagoberto synchronum fuisse, ac ipso regnante floruisse : nec confundenda sunt utriusque principis regna, cum Dagobertus ad Leonis imperatoris initia, anno isthæc præcedente mortuus, non pervenerit. Imò nec extra dubium Rescripti, quod præcipuam ordinem invertendi ansam præbuit, ut infrà videbimus, auctoritas est : subtimidè de eo agit Sollerius :* si vera est, *inquit in Actis S. Eoaldi num.* 1, Constantini Papæ ad eum epistola inferius citanda. *Et num.* 4 Hæc . . . ex epistolâ Constantini Papæ, quam profert Bos- E cius, fidelis opinor talium monumentorum disquisitor. *Similia duo idem Boscius in cit. Elencho pagg.* 42 *&* 43 *profert Rescripta, unum à Gregorio, aliud à Zacharia Pontt. Austreberto Viennensi episcopo data ; sed utrumque ad annum* 719 *pag.* 517 *Cointius asserit commentitium, hujus enim generis Rescripta exiguam apud criticos fidem invenire solent. Consequens igitur hinc fit, ordinis invertendi Severtio haud satis fuisse fundamenti ; omnes insuper, quotquot inspexi, Catalogi constanter Eoaldum* Agrato, *aut si is absit, Blidrano, aut Blidiano, licet præsuit hic, ut modò videbimus, seculo præcedente floruerit, postponunt, quorum auctoritas Severtii asserto, nullâ ratione firmato, plurimùm debet prævalere. Quòd autem auctores alios tempora exactiùs perscrutari neglexisse asserat, gratis ipsi concesserо; ast quod in aliis culpat, nec ipse evitat.*

AUCTORE M. S. *ac in Chronologia labitur.* D

§ III. Tempus proximorum S. Agrati decessorum inquiritur : quo tempore S. Agratus sedere inceperit, obieritque, utcumque statuitur. F

Viennensium præsulum propius S. Agratum *præcedentium,*

UNum *adhuc supereſt, quod Chronotaxi num.* 11 *dispositæ maximè obsistere videatur; tot namque antistites tantillâ temporum intercapedine Viennenses insulas sumpsisse, susceptasque deposuisse ; numerat enim ex Adone Sollerius Tom.* 2 *Julii die* VII *pag.* 484 *inter Caldeoldum & Eoaldum posterioris Acta recensens, medios hos, secluso* Agrato, *præsules : Dodolenum, Bobolinum, Georgium, Deodatum, Blidranum, addo ego* Agratum, *hosque Pontifices Adonem secutus ab anno* 696 *usque*

AUCTORE M. S.

usque ad 718, *imò ex propria sententia* 715, *aut, ut loco cit. num.* 2 *asserit, ad summum* 716 *Sollerius admittit floruisse; fatetur quidem iteratò Sollerius brevissimas esse tot episcoporum periodos, seseque hæc ægrè amplecti insinuat:* At cum ex Chronico Adoniano, *inquit*, certiora educi nequeant, his eatenùs inhærendum, donec distinctiora eruantur. *Verùm hic errorem in Adonis Chronico hujusque descriptoribus cubare, non ultrà dubitandum ratus, altiùs horum præsulum tempora indaganda, ac antiquiora monumenta operosiùs censui consulenda, ex quibus non infeliciter, ut opinor, quorumdam, utinam omnium, tempora eruo. Antequam verò illa distinctiùs propono, videnda sunt ea, quæ Sollerium præcipuè, ut hasce breviores episcoporum periodos admitteret, impulerunt; en ergò Sollerii rationes num.* 2 *allatas:* Utut plures, *inquit*, jam memoraverim, qui de Viennensibus episcopis scripsêre, exactam eorum chronologicam seriem nemo hactenùs ordinavit.

A

ac subsequentium tantillo tempore numerus,

26 Ætatem Chaldeoldi ex Adonis Chronico reduxerat Bollandus ad annum, à nescio quo ibi notatum, 696, quocircà jam dixi multos brevi tempore episcopos Viennæ sedisse, etiam dum ad annum 718 in eodem Chronico signatum, collocarentur S. Eoaldi principia. Interim si rectè considerentur omnia, non tantum insulas tunc non suscepisse, sed neque ad eum annum pertigisse videtur Sanctus. Interponitur S. Eoaldus apud Adonem epochis duabus non ignotis. Primam collige ex Chronici verbis pag. 207: » Carolus Pipini filius ex alia uxore, cum captus à Plectrude, Pipini quondam uxore, teneretur, auxiliante Domino evasit. » Notant hæc annum 715 » & tunc » inquit Chronicon, Eoldus Viennensis episcopus jam habebatur » . . . . . paulo post . . . . subjungit. » Dagobertus rex, annis quinque regnans, mortuus est. » Hæc nos ducunt ad annum 716, ad quem, ut summum differri potest S. Eoaldi obitus. *Cum ergo Sollerius nihil haberet, uti nec ipse habeo, duabus his epochis opponendum, his non immeritò inhærendum, censuit, & ex consequenti rectè circà annum* 715 *S. Eoaldi obitum statuit figendum. Verùm*

B

C *Cadeoldi ordine* XXXIV *episcopi ætatem nec Bollandus, nec Sollerius eidem inhærens, sunt assecuti. Bollandus quidem in suo de Cadeoldo Commentario* XIV *Jan. pag.* 975 *annum præsulis hujus emortualem non exprimit, in margine tamen more nobis consueto episcopum hunc circà annum* 696 *obiisse notat, quod num.* 3 *non obscurè confirmat: cum enim ex Boscio*, Cadeoldo Viennensem ecclesiam administrante, rerum potitum in Oriente Justinianum, apud Francos Clodoveum Dagoberti filium, ac Theodoricum *retulisset, hæc subjungit:* Ast in Clodoveo falli videtur: nam Clodoveus Dagoberti filius anno 660 decessit, quando Cadeoldus Edicti successor necdum episcopatum erat adeptus. Potius Clodoveum III Theodorici filium scribere debuisset: hic enim anno Christi 690 regno admotus . . . . tenuitque id ad annum 694.

27 *Eumdem porrò Cadeoldum ad annum* 685 *ac seq. sedisse ex Epistola Joannis V Papæ, à Boscio recitata, num.* 4 *Bollandus asserit; verùm audiamus de hac Cointium dissentem; priùs tamen, qua de causa de citata Cointius agat Epistola, cum ad rem pertineat, videamus: Cointius Tom.* 3 *pag.* 508 *sex illos episcopos Georgium inter & Austrebertum, de quibus nos sup. num.* 2, *commodè reperire nescius, id videtur iniisse consilii, ut Caldeoldum, ut ipse vocat, & Edoaldum diversos fuisse statueret episcopos; ratio autem quæ fundamentalis videtur eidem, hæc est: Caldeoldus colitur* XIV *Januarii, Edoaldus autem sacris Fastis inscribitur ejusdem mensis* XIX; *cum ergo, dies quibus coluntur, diversi sint, Sanctos procul dubio diversos esse, qui coluntur, est arbitrandum. Verùm præterquam, quod in nullo Catalogo, nec in Adonis Chronico uterque distinctè episcopus statuatur, levis sanè momenti est duplicata illa annuntiatio, & apud Martyrologos obvia, ut Prætermissos & in alios dies relatos apud nos inspicienti, fiet evidens. Hinc nihil obstat, quominùs cum Bollando Cadeoldum & Edoaldum seu Edaldum eumdem arbitremur: aliud planè est de S. Eoaldo seu Eoldo S.* Agrati *successore, quem à S. Cadeoldo illius Acta illustrans,* 7 *Junii Sollerius docet distinguendum. Modò Cointium de cit. Epistola differentem audiamus:* Boscium, *inquit loco cit. num.* XXI, qui utrosque in errorem traxit, commentitia fefellit hæc Epistola, quam Joannes Papa per felicem presbyterum Edaldo Viennensi episcopo transmisisse fertur. *Recitatâ porrò Joannis Papæ Epistolâ, pergit in hunc modum.*

à Sollerio, ægrè licet, admissus, D

28 Illam Epistolam Joanni Papæ quinto attribuit Boscius hac ad marginem notatiunculâ. » Iste fuit Joannes V, qui sedere cœpit anno Domini 685. » Boscio adstipulatur Saussayus in Panoplia clericali, (*quam inspicere non licet*) p. 1 l. 3, c. 1. Refragatur ratio temporis. Nam Caldeoldus, quem auctores illi cum Edaldo confundunt, multò citiùs pontificatum gessit. Idcirco quidam recurrunt ad Joannem quartum, qui non Edaldo quidem, sed Caldeoldo coævus esse potuit: ecclesiæ enim præsidere cœpit anno Christi sexcentesimo quadragesimo, vitamque clausit anno Christi sexcentesimo quadragesimo secundo. Verùm litteræ suprà recitatæ nullius sunt auctoritatis, quia Edaldo titulum archiepiscopi usumque pallii concedunt, & unum ex Sancti Pauli discipulis primum ecclesiæ Viennensis Antistitem fuisse testantur. Adde quod epistolas, quæ continentur in libello antiquitatum Viennensium apud Boscium, si de Viennensis ecclesiæ initiis, & prærogativis agunt, supposititas aut certè suspectæ admodum fidei esse credimus, atque ita habendas jam docuit Joannes Launoius cap. 2 in Discussione responsionis ad dissertationem de duobus Dionysiis. *Ad rem certò est Cointii censura, cum Archiepiscopi nomen non nisi seculo nono ad mediam sui partem vergente in usu communiter esse, cœperit,* Tamque antiqua, *ut in Actis S. Metropoli*

E

cum documentis spuriis innitatur, rejicitur, ac

F

A *Octob. pag.* 211 *num.* 5 *Majores noſtri aſſerunt*, ecclesiarum non modo Trevirensis, Coloniensis & Tongrensis, sed multarum etiam aliarum in Galliis origo, ab eruditis hodie plerumque vel revocatur in dubium, vel planè rejicitur. *His ergo epiſtolis miſſis, aliunde supra dictorum præsulum tempora, quantum per hasce tenebras licet, disponamus.*

quorumdam ejusdem

29 *Prior itaque, qui mihi è septem à Sollerio enumeratis occurrit episcopis, Dodolinus eſt, alio nomine teſte Cointio tom.* 3 *pag.* 183 *Landalenus dictus; Cointio præivit Bollandus hujus Dodolini* 1 *Aprilis Acta illuſtrans, ac ex sententia recentiorum eumdem cum Landaleno aliqua tamen cum formidine, cum hæc in fine verba adjiciat :* An diversi ſtatuendi sint Landalenus, Dodolinus, seu Dolinus inquirant Viennenses, *asſerens eſſe confundendum : eumdem interea & nos opinamur, nec tamen Cadeoldi succeſſorem, verùm ejusdem deceſſorem ſtatuimus ; rectène an secus judicet lector ex sequentibus : interfuit Landalenus synodo II Cabilonensi, habitæ sub Clodoveo II rege,* Sed quoto ejus anno, *in-*

B *quit Bollandus proximè citatus*, non liquet. Refertur à Sirmondo ad annum DCL, qui in Notis docet habitam saltem esse ante annum DCLVIII. *Pagius verò, quem vide, more suo eruditè tom.* 3 *pag.* 39 *synodum hanc ante annum* 653 *probat fuiſſe celebratam, ac Cointii conjecturam, qua eamdem anno* 644 *celebratam ſtatuit, asſerit eſſe levem. Consequens ergo fit ex dictis, Landalenum ante annum* 653 *Viennensem diœcesim fuiſſe moderatum. Imo eamdem synodum anno* 650 *celebratam eſſe communiter scriptores tradunt, titulusque concilio adscriptus his verbis confirmat :* Concilium Cabilonense ; *Sirmondus tom.* 1 *Conc. Gall. pag.* 489, Clodovei II evocatione VIII Kalendas Novembris in urbe Cabilono (*Chalon sur Saône*) celebratum circa annum Chriſti DCL Martini Papæ II, Clodovei ejusdem Regis VI. *Titulum eumdem Labbeus describit, Harduinus autem consultò, ut videtur,*

C *annum Clodovei* VI *reticuit.*

urbis antistitum

30 *Quot porro annis ante, quotque poſt eamdem synodum Landalenus floruerit, dicendo non sum : id unum in confeſſo eſt, S. Landalenum concilio Cabilonensi sub Clodoveo II Cabilone in S. Vincentii basilica celebrato interfuiſſe, eique his verbis poſt Lugdunensem præsulem calculum suum adjeciſſe :* Landalenus episcopus ecclesiæ Viennensis his conſtitutionibus subscripsi. *Id verò concilium Cointius anno* 644, *alii autem communiter, ut diximus, anno* 650 *volunt contigiſſe : dissidium ex eo potiſſimum capite oritur, utrum anni sedecim, quibus regnavit Clodoveus II, omnes à morte patris ejus Dagoberti sint inchoandi, an verò sex annis priùs, quibus cum patre regnârit, de quibus consule Pagium, Cointium, Valesium, aliosque : nobis enim sufficit concilium Cabilonense ante annum* 653 *teſtante Pagio certò eſſe celebratum. Sequitur modo Cadeoldus Landaleni succeſſor ; sed an proximus ? negat Bollandus ad diem* XIV *Januarii (varia Cadeoldi nomina videsis ibidem) de eodem agens, ac innixus denuò spuriâ (iisdem enim ac sup. cit. vitiis laborat) apud Boscium Agathonis Papæ ejusve succeſſoris Leonis ad Edictum epiſtolâ, eumdem Edictum Cadeoldi ſtatuit deceſſorem. Cum autem rejectâ hâc epiſtolâ nihil, unde Edictum hocce tempore sediſſe definiam, suppetat, eum potiùs ante Landaleni tempora sediſſe suspicor, aut si verè Landalenum inter & Cadeoldum episcopus fuerit, breve, ut ex dicendis conſtabit, sedis illius tempus fuiſſe oportet.*

AUCTORE M. S.

D

31 *Varia inter, quibus Cadeoldus subscriptus legitur, publica inſtrumenta, primum apud Sirmondum tom.* 1 *pag.* 495 *occurrit* Privilegium libertatis monaſterio sancti Dionysii conceſſum à Landerico episcopo Parisiacensi. *Privilegio huic subscribit primò ipse Landericus, tum Munemundus Sedis suæ, ut & ceteri faciunt episcopi, tacito nomine : verùm cum Munemundus (Mabillonio, Pagio Aunemundus, Chenutio ac Severtio in Præsulum Lugdunensium Catalogo Annemundus dictus) Canderico, qui Chenutio, ac Severtio Gaudericus eſt, Concilio Cabilonensi subscripto, succeſſerit, procul dubio Lugdunensis præsul venit intelligendus. Sequitur porrò Privilegio subscriptus Gauualdus seu Gouvaldus, qui in ejusdem Privilegii confirmatione, ut modò dicam, dictus legitur Chaoaldus; quamvis porrò utramque hujus nominis efformationem inter à Bollando Cadeoldi nomina allata non reperiam, ita equidem sunt affinia, nempe Caocaldus, Caldeoldus, Caldeolus, Cadeolus, ut pro illius temporis more, aut amanuenſium incuriâ paucæ litteræ luxatæ manifeſtè appareant. Datum hoc Privilegium scribit, in Notisque concordat, anno* 658, *de quo ſtatim, Sirmondus, apud quem hac Privilegium concluditur clausulâ :* Facto Privilegio sub die Julii in anno XV regnante Cludovico gloriosiſſimo rege. *Sequitur modò apud eumdem Sirmondum pag.* 497 Conventus Clipiacensis, in quo Clodoveus rex auctoritatis suæ præceptum de eadem monasterii libertate conscribi juſſit ann. Chriſti DCLIX Vitaliani Papæ III Clodovei ejusdem regis XVI *Conventui huic Cadeoldus, qui Chaoaldus hîc*

E

ordo

F *dicitur, interfuit, in eoque Clodovei Præcepto, quod ex authographo Mabillonius de re diplomaticâ lib.* 6 *cap.* 7 *exhibet, subscripsit his verbis :* in Chriſti nomine (*hæc apud Sirmondum desunt*) Chaoaldus consenciens subscripsi.

apud Adonem,

32 *Quo verò anno Conventus hic celebratus fuerit, haud modica eſt inter eruditos disceptatio : Sirmondus loco cit. habitâ annorum Clodovei ratione eumdem celebratum asſerit anno Chriſti* 659 ; *huic concordant Labbeus, uti & Harduinus, eumdem ad marginem annum Præcepto apponentes. Cointius verò ad annum* 653 *pag.* 374 *& seqq. pluribus de hoc Præcepto diſſerens, num.* XXXI *idem hoc anno à Clodoveo rege pro sancti Dionysii monaſterio ex aliorum opinione asſerit emiſſum ferri. Calculum suum opinioni huic tom.* III *ad annum* 662 *pag.* 39 *num.* 2 *Pagius adjicit, Baroniumque in hunc modum corrigit :* Dicitur *Clodovei Præceptum nempe* »datum sub die x Kal. Julias an. XVI regni noſtri Clipiaco» ideoque Baronius perperàm hoc anno ejus meminit, cum annus ille XVI Clodovei inciderit in annum Chriſti DCLIII *Henschenius autem*

AUCTORE M. S. *autem die* x *Junii in Actis S. Landerici, quibus coronidem, utpote paralysi correptus,*
A *Papebrochio prosequente, haud imposuit, ejusdem Landerici Privilegium (de quo num. præced.) anno* 651 *concessum, Conventumque anno subsequente celebratum asserit, en verba :* Factum, *inquit num.* 4, illud Privilegium anno XV, regnante Chlodoveo, ergo Christi DCLI, sequenti verò anno subscripsit idem Landericus Præcepto ejusdem Chlodovei, de eadem monasterii S. Dionisii libertate, in Conventu Clipiacensi concessâ. *Nec tantùm dati Privilegii, ac Clodovei Præcepti annus revocatur in dubium, verùm, & utrumque Privilegium nempe æquè ac Præceptum Clodovei (vide Germonum disc.* 2 *part.* 3 *cap.* 2 *pag.* 180 *& seqq. Cointium ad annum* 652 *num.* XXIX *& seqq.) ab eruditis impugnatur.*

ac obvios Catalogos 33 *Ast non gravatè feret lector, si Sirmondi de his eruditè, æquè ac compendiosè agentis, eorumque sinceritatem modestè innuentis, verba inaudierit : ita ergo apud Labbeum ad calcem supradicti privilegii tom.* 6 *col.* 489 *habet :* Porro Privilegium illud, *inquit*, ab
B aliquot annis non secus ac san-Germanense, san-Medardense, Turonense sancti Martini, aliaque ejusdemmodi oppugnarunt, propugnaruntque viri pereruditi, quorum scripta extant in manibus omnium, nec nostrum inter eos tantas componere lites. Illud tantummodò Sanctissimi Pontificis Cælestini subjiciam effatum, omnium seculorum approbatione consecratum, ac Vincentii Lirinensis, plurimorumque sapientissimorum scriptorum suffragiis corroboratum : » Desinat incessere novitas vetustatem, firmâ ac pacificâ complurium annorum successione roboratam, multorumque Romanorum, nostratiumque pontificum, regum Franciæ Christianissimorum aliorumque principum diplomatis identidem renovatis communitam : desinat ecclesiarum quietem inquietudo turbare » &c. *Hæc ille. Quæ si sic habent quocumque anno Privilegium datum, Conventusque celebratus statuatur, opinioni nostræ non obest;*
C *cum inter omnes conveniat, Concilium Cabilonense, cui Landalenus interfuit, Privilegium Landerici, ac Conventum Clipiacensem præcessisse : audiamus Henschenium in Actis proximè citatis, eodem num.* 4 *differentem :* Supra memoratus, *inquit*, decessor Autbertus, aut potiùs Audobertus fuit : in cujus episcopi vicem ipse Landericus etiam subscripsit Concilio Cabilonensi, sub Clodoveo II habito; sed quoto ejus anno nescitur. *Verùm pace doctissimi viri dixero, in vicem Audoberti non Landericus, sed Germoaldus subscripsit, constanter enim Sirmondus, Labbeus, & Harduinus Germoaldum Audoberti nomine subscripsisse his verbis notant :* Germoaldus Abba in vicem Audoberti Episcopi ecclesiæ Parisiacæ subscripsi.

dispositus, 34 *Idem porrò Concilium Cabilonense tempore Landerici Privilegium, quod unicè intendimus, præcessisse, inter alia innuunt, annus Clodovei* VI *qui Concilio, ac* XV, *qui Landerici adjungitur Privilegio, imò Concilio interfuit Candericus seu Gaudericus Lugdunensis Præsul, Privilegio verò subscripsit Mu-*
D *nemundus, aliis Aunemundus, ejusdem Canderici successor ; consequens ergo fit Landalenum Concilio subscriptum, Cadeoldi, seu Chaoaldi,* qui, *testante Mabillonio lib.* 6 *de re diplom. pag.* 467, in vulgato Adonis Martyrologio Caoëldus, Viennensis, *nequaquam successorem, sed verè decessorem extitisse. Imò &, quod magìs urget, perrexit Viennensem diœcesim Cadeoldus sub Clotario Clodovei II successore, moderari ; subscribit enim amplissimo Clotarii III anno* VII *à Bertefrido Ambianensium episcopo monasterio Corbeiensi concesso Privilegio, diciturque à Bertefrido Ethoaldus, subscribit verò Chaoaldus : de quibus ità Cointius ad annum* 662 *num.* XXV : Quorum episcoporum nomina initio Privilegii recitantur, notæ sunt & sedes, præerant enim ecclesiæ Remensi Nivo seu Nivardus, Lugdunensi Genesius, Viennensi Ethoaldus sive Edoaldus aut Eualdus vel Edoldus . . . . . Sed episcoporum, qui Privilegio subscribunt, diœceses non ità facilè distingui possunt . . . Viennensem regebat Ethoaldus, qui Chaoaldus
E vitio librarii scriptus videtur. *Verùm mendum cubare in Ethoaldo, si tale dicendum sit, potiùs quam in Chaoaldo, cum & aliis instrumentis constanter in hunc modum subsignet, opinor.*

ex antiquioribus 35 *De anno verò, quo Privilegium hoc datum est, dissentiunt Sirmondus ac Cointius : Sirmondus enim tom.* 1 *Conc. Gall. pag.* 502 *notat annum* 664 *ac Clotarii III regis* IV, *typographi fortè vitio, cum* VII *disertè in Privilegio habeatur. Cointius verò anno* 662, *ut apud ipsum anno cit. num.* XX *est videre, id contigisse tradit : cum verò secundum Henschenium in Stemmate Genealogico novissimè recognito, ac tom.* III *Aprilis præfixo, Cointium, ac Pagium Clotarius anno* 656 *regno, & quidem testante Pagio ad medium usque Novembris provecto (Clodoveus enim II, ut num.* XVII *Pagius asserit, vivebat adhuc hebdomade secunda mensis Novembris) admotus sit, cumque Privilegium datum notetur* sub die octavo Idus Septembris, *id mense Septembri anni* 662 *contigisse, fiet consequens. Quot porrò annis à dato Privilegio Chaoaldus seu Cadeoldus superstes fuerit, ac num eidem Georgius successerit, unde definiam, non habeo ; asserit quidem Cointius Georgium ad annum* 660 *sedisse, verùm id non subsistere, ea, quæ modo vidimus, liquidò satis ostendunt ; ad Adonem ergo redeamus, apud quem ad annum* 696 *Cadeoldi successor refertur Dodolenus, quem modò cum Landaleno confundendum, Cadeoldique decessorem statuendum vidimus. Sequitur ad annum* 699 *Bobolinus, quem proximè Georgius excipit ; en verba Adonis pag.* 202 : Bobolinus Viennensis ecclesiæ episcopus insignis claruit. Post quem Georgius magnæ virtutis episcopus in eadem urbe constituitur. *Georgio ad annum* 706 *succedit Deodatus, ac ad annum* 714 *Deodato Blidramnus, Blidranus, seu Blidianus.*

monumentis 36 *Verùm & hìc denuò Adonis ordo, quem ceteri sequuntur, turbatus est ; Blidramnus enim non seculo* VIII *ultrà decennium provecto, sed seculo præcedente Viennenses infulas gessit. En asserti rationem. Interfuit Blidramnus*

Placito

A Placito Theodorici filii Clodovei de Chramlino episcopo Ebredunensi in synodo publica deposito, & facultate eidem concessa res suas post degradationem retinendi. *Meminit enim cit. Diploma, à Mabillonio lib.* 6 *de re Diplom. pag.* 469 *ex autographo exhibitum, Blidramni ferè circà medium in hunc modum :* Unde Genesio, Chadune, Blidramno, Landoberchto & Ternisco, qui metropoli esse videntur, vel reliqui quamplures episcopi ipsus * Judicantis * in nostri præsentia fuit consciſſus, atque de supra dicto episcopato rejectus. *Dati autem Diplomatis annus Mabillonio loc. cit. est* 678; *clausula verò Diplomatis hæc est :* Datum medio mense september, annum v rigni nostri, Marlaco in Dei nomine feliciter. *Hinc Pagius à Mabillonio dissentiens, rectiùs Diploma anno* 677 *datum contendit :* Annus quintus, *inquit ad annum cit. num.* VIII, Theodorici regis eo in loco iniens intelligendus. *Cum enim Childericus anno* 673 *mense Julio in vivis esse desierit, eodem anno Theodoricus nuper exauctoratus è monasterio extractus est, ut novissimè nos docent Benedictini S. Mauri in Arte examinandi temporum notas in regum Francorum Chronologia, hæc enim pag.* 531, *quæ Latinè reddo, Gallicè habent :* Anno 673 Theodoricus è monasterio extractus est, & licet statim à morte fratris rex proclamatus haud fuerit, annos tamen regni à die fratri extremo, numeravit. *Consequens ergo fit, anno Christi* 677, *mense Julio Theodoricum annum regni sui quartum complêsse, quintumque, uti Pagius contendit, inchoâsse.*

* ipsum
* Judicantes

B

hîc allatis] 37 *Quanti autem fecerit citatum Diploma Mabillonius, licet intereà eruditis omnibus (vide Germonum Discept.* 2 *cap.* 7 *pag.* 254) *æquè non probetur, ex ipso videamus :* Insignis, *inquit lib. cit. pag.* 470, hæc charta de Chramlini Ebredunensis episcopi dejectione, quæ ante hac ignorata est, imò Chramlinus ipse ignotus. Hîc subscribunt Metropolitani quinque Genesius Lugdunensis, Blidramnus Viennensis. *Cetera apud ipsum vide. Sequuntur modò, ut num.* 35 *diximus, Bobolinus & Georgius ; hos si quis ordine inverso disponeret præsules, sex illos episcopos, Georgium annumerando, ut verba Prophetiæ innuere videntur, à S. Claro designatos, nempe Georgium, Bobolinum, Deodatum,* Agratum, *Eoaldum, & Bobolinum II, aptè reperiret : verùm cum apud eruditos, quo circiter tempore, sub quo pontifice Clarus obierit, quamque desolationem indigitârit, non conveniat, nec quidquam, unde id conficias, è biographo extundi valeat, his ultrà non arbitror immorandum. Brevia porrò horum præsulum Bobolini ac Georgii fuisse regimina Adonis Chronicon innuit, eosque seculo septimo ad finem vergente floruisse testatur, cum tamen & eosdem Theodorico III imperante infulas Viennenses tenuisse asserat, Georgium circà annum* 690 *easdem deposuisse, sedemque Deodato successori reliquisse, consequens sit oportet ; Theodorico namque, cui, testibus Pagio ad annum* 688 *numm.* III & IV, *ac Benedictinis S. Mauri in citata Chronologia, annus* 691 *extremus fuit, in vivis agente, &*

C

ipse Georgii successor Deodatus, ut apud Adonem est videre, Viennensem diœcesim episcopus fuit moderatus.

38 *Ut ergo modò dicta in compendium contraham, ordinem chronologicum horum Viennensium præsulum à Landaleno seu Dodolino exordium sumendo, quantum è Diplomatibus Privilegiisve assequor, sequentem ferè in modum sese habere arbitror : anno* 650 *Concilio Cabilonensi Landalenus subscripsit, ac infulas Viennenses tenuit, cumque illius ad episcopatum promotionis exordium, æquè ac obitûs tempus lateant, eumdem infulas successori Cadeoldo, seu Chaoaldo (ni fortè per menses aliquot medius sederit Edictus episcopus) qui ante annum* 653 *Privilegio libertatis monasterio S. Dionysii à Landerico concesso subscripsit, reliquisse consequens sit oportet ; perseveravit porrò in episcopatu Cadeoldus ad annum usque* 662; *eo enim anno subnotat amplissimum Clotarii III anno* VII *à Bertefrido Ambianensium episcopo monasterio Corbeiensi concessum Privilegium : quis verò illi extremus fuerit vitæ annus, frustrà divinavero, uti & num inter Cadeoldum ac Blidranum, qui anno* 677 *placito Theodorici filii Clodovei interfuit, medii fuerint episcopi ; quod si tales non fuerint, uti reverà fuisse ex antiquis monumentis monstrare haud valeo, hi ab anno* 677 *usque ad annum* 691 *Viennenses infulas gesserunt episcopi, Blidranus, Bobolinus, Georgius & Deodatus ; posterior enim regnante Theodorico, Adone teste, ut die sequente eidem sacro latiùs dicemus, episcopus fuit, ac proin ante annum, seu saltem anno* 691 *præsulatum suum exorsus est.*

D

39 *Adiit ergo circà annum* 691 *Viennenses infulas S.* Agrati *decessor Deodatus, id enim Adonis Chronicon (annis quantumvis perperàm ad marginem dispositis) evincit :* Francis, *inquit Ado pag.* 204, adhuc Theodoricus regnabat. Deodatus Viennensis episcopus magnæ parsimoniæ vir florebat. *At quo annorum numero præsul hic, cujus res gestæ die sequente illustrandæ veniunt, diœcesim Viennensem est moderatus, ac quo demùm anno Sanctus noster eidem est suffectus ? Hîc hæreo, nec unde illud solidè conficiam, habeo : Adonis enim Notæ chronologicæ, quas proximè citatis verbis subjungit, confusæ sunt ac inversæ, exorditur namque periodum suam his verbis :* Philippicus imperator annum unum, menses sex. *Narratisque quibusdam, quæ ad Philippicum spectant, ac anno* 711 *& sequente, teste Pagio, contigerunt, in hunc modum periodum claudit :* Theodoricus rex Francorum mortuus est, qui regnavit annis XIX. *Obiit autem Theodoricus, ut modò vidimus, anno* 691. *Nec clariora sunt, ut apud Adonem videre est, ea, quæ hisce subnectuntur : ceteros verò rerum Viennensium quod spectat scriptores, nec inter illos, quo anno Sanctus noster ad episcopatum evectus sit, convenit : Maupertuyus enim in Catalogo anno* 716, *in Opere* 715, *Severtius S.* Agratum *anno* 716 *episcopum sedisse, ac ad annum usque* 720 *perseverasse scribit : Cointius verò eumdem sub Childeberto III, cui annus* 711 *extremus fuit, ac hujus successore Dagoberto III floruis-*

E

F

AUCTORE M. S.

corrigitur, ac

emendatur ; Sanctus autem præsul

AUCTORE M. S.

se contendit. Lievræus integro plùs seculo aberrat. Catalogus MS., Boscius, ac Chenutius eum insulas Viennenses sub Childeberto tenuisse asserunt : quem ergo determinatum annum tantas inter discrepantias omni antiquitatis monumento destitutus eligam ? Proferant ipsi Viennenses, si quid apud illos valeat Sanctorum suorum gloria, aut antiquitatis amor, sincera, si quæ possident, monumenta, & quæ modò desunt, alibi grati supplebimus.

Agratus *circa initium seculi* VIII *floruisse, circaque annum* 711 *obiisse videtur,*

40 *Interea S.* Agratum, *donec Galliæ Christianæ auctæ tomus ille, qui Viennenses archiepiscopos, additis de more instrumentis, complecti debet, in lucem prodierit, circa seculi* VIII *initium floruisse, ac Viennensem diœcesim moderatum fuisse, cum citatis Catalogo MS., Boscio, ac Chenutio hanc ob rationem opinamur : Deodatus S.* Agrati *decessor Theodorici imperio ad finem vergente, seu circa annum* 691 *florebat, Eoaldus autem Sancti nostri successor anno* 715 *Viennæ episcopus, ut ex Adone, Sollerioque suprà vidimus, sedebat. Hinc S.* Agratum *tempore duabus his epochis, sat aptè apud Adonem dispositis, intermedio, ac perperàm Blidramno, ut num.* 36 *diximus, attributo, floruisse, ac fortè, ut vult Cointius anno* 707 *sedisse, Viennensibusque omnigenarum virtutum splendore præluxisse, fiet consequens. Plura igitur cum de episcopatûs exordio monumentorum defectu dicenda non habeam, ad ejusdem annum extremum æquè obscurum utcumque determinandum, me transfero. Severtius in præsulum Viennensium serie anno* 720 *S.* Agratum *cœlitum sedibus exortum fuisse contendit, ast perperàm procul dubio, cum ad annum* 715 (*vide, quæ numm.* 23, *&* 24 *diximus*) *Sancti nostri successor Eoaldus floreret; hinc Cointius S.* Agratum *anno* 714 *fatis cessisse asserit, verùm, unde id solidè conficiat, nihil adducit ; quapropter Sanctum nostrum circa annum* 711, *insulas deposuisse, ne nimiùm successoris tempora, cui annus* 715, *aut fortè* 716, *docente Sollerio, extremus fuit, coarctentur, haud improbabiliter conjici posset ; conjici, inquam, posset, nulla enim, quæ quidem viderim, id definiunt vetera monumenta, imò nec quidquam indicant, unde annus S.* Agrati *emortualis sat propè erui posset; hinc latiori modo ejus ad Superos transitum* fortè circa annum 711 *in margine supra notavi, incertus an ad illum annum pervenerit, an verò eumdem prætergressus anno* 712 *aut sequente animam ab omni nævo mundam, multisque bonorum operum manipulis onustam, in manus sui reddiderit Creatoris.*

die, licet 14 *Octobris vero appareat similior, incerto.*

41 *Quod modò diem spectat emortualem, nec ipse ceteris absimilis ac, ut observatum est apud nos die præcedente in Prætermissis, est incertus. De tribus enim auctores litigant diebus ; hodiernum Boscius ipsi extremum fuisse contendit, contradicunt Lievræus, qui præcedente, ac Chenutius, qui die decimumquartum subsequente S.* Agratum *in vivis agere desiisse statuunt, nec, unde sua probent asserta, quidquam adducunt ; cum porrò in sacris ubique fastis, si modo Martyrologium S. Naboris, ac Usuardi editionem Lubeco-Coloniensem exceperimus, constanter hodie S.* Agratus *annuntietur, cumque unà cum S. Callisto hodie coli solito, cultu Viennæ Allobrogum, ut è Breviario num.* 5 *citato vidimus, gaudeat ecclesiastico, ac de translatione, ut aliàs sæpe fieri assolet, nemo quinquam insinuet, potiùs Sanctum nostrum hodie, seu pridie Idus Octobris fatis cessisse, insulasque Viennenses deposuisse, quam alio seu à Lievræo, seu à Chenutio citatis diebus, opinor : licet enim Sancti quidam die alio, quam quo præcipuè in ecclesia coluntur, vitâ functi fuerint, multò tamen frequentiùs ac vix non quotidianum est, ut dies, ecclesiasticæ sanctorum venerationi dicatus, idem prorsus cum illo sit, quo & felicem animam cœlo inseruerunt, quod, cum nihil in contrarium Lievræus Chenutiusve adferant, de S.* Agrati *festo die non temerè credi posse videtur. Plura de Sanctis hisce præsulibus monumentorum penuriâ dicenda non habeo, antequam autem vela contraham, illud lectorem præmonitum volo, me hocce § inquirendo potiùs, quàm resolvendo antistitum quorumdam ordinem invertisse ; hinc, si quis obvium apud Adonem, Catalogosque ordinem, ac breviores illorum præsulum à Sollerio, ægrè licet, admissas periodos, evicerit retinenda, quæ hic inquirendo attulimus, promptâ retractatione, gratoque animo corrigemus.*

DE S. BURCHARDO EPISCOPO CONFESSORE

HERBIPOLI IN GERMANIA.

J. B.

§ I. S. Burchardi Acta, & gesta usque ad susceptum episcopatum.

ANNO DCCLIV. *Acta S. Burchardi, dudum promissa,*

§§§§§ S. §§§§§ Burchardi, *qui primus Herbipolenses in Franconia, Germaniæ provincia, insulas gessit, jam dudum in Opere nostro non semel facta est mentio, Actaque ad hunc diem, quo Herbipoli (incolis* Wurtzburg *ad Mœnum fluvium) colitur, danda promiserunt Majores nostri: Prætermissis insertus est ad diem 2 Februarii, quòd eo die ex hac vita excesserit, locumque propterea invenerit in Martyrologiis Galesinii, Felicii, Canisii, & Anglicano Wilsoni. Item ad diem* VIII *ejusdem mensis, ad quem, non tamen addita, cur id faciat, ratione, eum David Camerarius retulit. Ad diem* XXV *Februarii, ubi citantur Galesinius, Wion & Bucelinus, qui ad eumdem de illo agunt diem, festumque ejus Herbipoli celebrari legitur feriâ* V *post SS. Dionysii, Rustici, & Eleutherii. Ad diem* VIII *Julii, quo signatur in Florario MS. sed loco non suo. A nostro alius est Burchardus, de quo item ad diem* XI *Octobris in Prætermissis, à Ferrario in Catalogo SS. Martyrologio Romano non inscriptorum, memoratus, nempe Wormaciensis episcopus de quo videri possunt, quæ ad diem* XX *Augusti dicta sunt item in Prætermissis.*

gemina damus, vetustiora ex anonymo, recentiora

2 *Acta S.* Burchardi *habentur gemina; altera ab anonymo quodam, aliunde ignoto scripta; eaque admodum brevia & jejuna. Edidit hæc Henricus Canisius tom.* 4 *antiquarum Lectionum pag.* 651 *& seqq. editionis Ingolstadiensis; tom. verò* 3 *editionis Amstelodamensis pag.* 5 *& duabus seqq. ex MSS. membranis monasterii Aichstadiensis Ordinis Prædicatorum. Non meminit anonymus hic translationis S.* Burchardi *ab Hugone, Herbipolensi episcopo, factæ sub annum* 984: *unde eum ineunte seculo* X *vixisse suspicio est: altera longè prolixiora sunt & scripta ab Egilwardo, cœnobii S.* Burchardi *prope Herbipolim monacho, ut Trithemius ait lib. de Viris illustribus sui Ordinis citatus à Surio. Trithemius quidem lib.* 3 *cap.* 186 *de S.* Burchardo *scribit:* Ejus autem Vita diligenter conscripta est; *ast à quo tacet. Horum Actorum apographum ex antiquo MS. monasterii S. Stephani Herbipoli ad Majores nostros Antverpiam anno* 1726 *detulit Joannes Fridericus Schannat rerum Fuldensium editor, in quorum Prologo abbatis nomen, cujus imperio scripta sunt, litterâ majusculâ P; auctoris verò litterâ E utcumque indicatur: in margine verò abbati nomen* Pelgrimus, *scriptori verò* Eggithdius *attribuitur. Sitne postremum nomen idem, quod Egilwardus; an autem ex codice lectu difficili obliteratoque non rectè exscriptum, nescio: ut ut sit, auctorem equidem fuisse monachum Benedictinum, cœnobii S. Andreæ, seu, uti etiam nuncupatur, S.* Burchardi, *alumnum fuisse ex ipsomet auctore colligitur; quippe qui monasterium, cujus erat, ab ipso (S.* Burchardo) *primò fundatum, dicat in Prologo lib.* 3, *postea verò per sacri corporis ejus præsentiam sufficienter nobilitatum. Ad calcem Prologi libri citati num.* 45, *acturus de translatione S.* Burchardi *ad S. Andreæ monasterium per Hugonem Herbipolensem episcopum sub seculi* X *finem facta, stilum se ait, omissis miraculis à S.* Burchardo *priùs patratis, convertere* ad ea potissimè, quæ nostris gesta sunt vel geruntur temporibus; *unde aut eodem tempore, aut abs illo non admodum remotum fuisse, cùm de S.* Burchardo *scripsit, conjicere licet: perperam igitur illum Possevinus in Apparatu sacro ad annum* 800; *Vossius de Script. Latinis ad* 1300 *retulerunt. Prodit insuper idem scriptor, unde, quæ narrat, sumpserit; primùm quidem lib.* 2 *cap.* V *infrà num.* 37 *ita loquens:* Hæc itaque licet pauca de multis B. Burchardi virtutibus, doctrinis & exemplis juxta facultatem ingenioli nostri digesta sufficiant, quæ decerpta quidem à nonnullis antiquariorum relationibus satis simpliciter exaratis nostras in manus devenerant: *dein verò addens scriptis antiquioribus ad Actorum calcem num.* 53 veridicam præcedentium patrum relationem.

ex Egilwardo.

3 *Idem Scriptor, sive Egilwardum, sive alio quocumque nomine appellare libuerit, Acta S. Kiliani episcopi & Martyris prolixiora conscripsit, interpolatis ejusdem Martyris Actis antiquioribus simul & brevioribus; quæ utraque excusa & illustrata habes tom.* 2 *Julii ad diem* VIII *ejusdem mensis; ubi pag.* 618 *num.* 13 *in Actis S. Kiliani prolixioribus hæc leguntur:* Qualiter autem venerabilis

AUCTORE J. B.

nerabilis Pontifex publicitus episcopalem sedem VVirziburg primus promeruit (S. Burchardus) & quomodo Martyrum (*SS. Kiliani & Sociorum*) corpora de loco, ubi indecenter posita fuerant, sustulerit, in Vita ipsius, prout poterimus, manifestare curabimus; *id quod sanè fit in Actis S.* Burchardi *prolixioribus. Pari itaque passu tam in dictis S. Kiliani, quàm in* Burchardi *Actis processit, utraque antiquiora liberaliter interpolando; utinam ubique ex vero. Scripta ab Egilwardo Acta Surius exhibet ad diem* XIV *Octobris, sed Prologo mutila, mutatoque non nihil stilo. Edidit item Acta S.* Burchardi, *Notisque illustravit Mabillonius Sec.* 3. *Benedictino part.* 1. *pag.* 698, *non solùm antiqua & breviora, sed etiam prolixiora Egilwardi, rescisso tamen integro Egilwardi lib.* 1, *cui Acta antiquiora substituit. Nos utraque integrè dabimus infrà; prolixiora verò ipsiusmet Egilwardi stilo saltem propiora.*

A

S. Burchardus, nobilis Anglus,

4 *Convenit utrisque Actis de S.* Burchardi *patria & generis conditione:* Venerabilis Burchardus, *inquit anonymus num.* 2. Anglorum genere nobilis, nobilior factus prosecutione divinæ religionis. *Egilwardus verò statim à Præfatione, præmissis nonnullis de ecclesiæ Anglicanæ à S. Gregorii ætate incremento,* nobilis nobilissimum parentelæ *germen appellat,* quæ tam rebus, *inquit,* quàm genere clara, divini timoris insignibus notabatur ab omnibus prædita. Seseque per id præcipuè non tantùm convicaneis & contribulibus, sed & universo regno præbuit famosissimam, quòd in bonis actibus nulli generationi terræ illius se patiebatur esse secundam. *Addit deinde num.* 5, *sed tacente id prorsus anonymo:* Tradunt etiam aliqui, quòd iidem germani (Burchardus *& Suidunus*) magno Bonifacio archiëpiscopo non solùm compatriotæ, sed etiam carne fuissent consanguinei. *Anonymus non modò* Burchardum *in Anglia, sed etiam in Occidentali Anglia natum fuisse videtur innuere, num.* 4, *cum Bonifacii ad Zachariam Romanum Pontificem verbis illum* ab Occiduis partibus adveniisse *affirmat; & hoc quidem pacto utcumque confirmatur, eamdem Angliæ partem tum Bonifacio, tum* Burchardo *natalem fuisse: natus porrò Bonifacius fuit in West-Saxoniâ seu in Saxonum Occidentalium regno, in quo sitæ erant provinciæ Southamptonia (ubi in Nutcellensi monasterio monachus Bonifacius fuit) Bercheria, Wiltonia, Dorsetia, Devonia (in qua idem vitam monasticam exorsus est) & Cornwallia; quarum aliqua mundo edi S.* Burchardum *verosimiliter viderit. Sanguinis vinculo junctos fuisse Bonifacium & Sanctum nostrum nusquam anonymus innuit, minùsque vero fit simile: falsum verò est, S. Swithunum (seu ùt in apographo nostro legitur, Suidunum)* Burchardi *fratrem germanum fuisse: neque enim hic alius intelligi videtur posse, ac S. Swithunus Wintonienses episcopus, cum num.* 5 *Swithunum, abs se memoratum, in Anglia episcopum fuisse Egilwardus dicat; hic autem Wintoniensis episcopus sub annum* 862 (*vide tom.* 1 *Julii pag.* 327) *è vivis excesserit; id est, seculo integro & plus eo à S.* Burchardi *obitu, utì in hujus Commentarii decursu ostendetur.*

B

C

Videtur id audivisse Egilwardus ex hospitibus Anglis, Gutwino & Adelmaro, qui id se in Legendis Anglicis legisse dixerint: at cujus farinæ fuerint Legendæ istæ vel ex hac de Burchardi *& Swituni cognatione fabula, non temerè, ut reor, colligi potest.*

D

ex patria à S. Bonifacio evocatus,

5 *Par nobilitati generis in* Burchardo *inde ab ineunte ætate morum innocentia ac pietas fuit:* Hic ab annis puerilibus Deo se vovens, *inquit anonymus num.* 2, quantùm ætas permittebat puerilis, festinabat ad studium bonæ operationis: *quibus fortasse verbis non modò piam sanctamque* Burchardi *indolem; sed etiam susceptum à puerilibus annis monasticæ vitæ institutum indicatum voluit; pluribus quidem hoc loci verbis Egilwardus utitur; at nihilo plus refert, quod quidem S.* Burchardo *potiùs, quàm cuilibet alteri futuræ sanctitati præludenti puero proprium sit ac singulare. Paulò factus adultior, relictâ patriâ, deliciisque generis sui, peregrinatum abiit in Galliæ quamdam partem; ut quidem anonymus ait; nempe* Comatæ (*ut anonymi interpolator Egilwardus addit, sed nihil, cum omnis Gallia sic dicta fuerit, plus explicans*) *ubi, donec ad S. Bonifacium, qui Moguntinæ ecclesiæ, ùt anonymus num.* 2 *ait,* E *præerat, sanctitatis ejus famâ excitus accessit; sponte igitur sua, si anonymi verba spectes, ad Bonifacium sese è Francia contulit: at si Egilwardum audias, ex Anglia S. Bonifacii sive legatis, sive litteris evocatus fuit: ita enim scribit num.* 10: Accidit autem divina, quæ disponit omnia suaviter, providente sapientia, dum in agro Dominico vir idem Bonifacius per omnia Apostolicis desudaret viribus, seges etiam verbi Dei multam jam in messem cresceret; præcavens venerandus heros, ne paucitas operariorum fervens opus impediret, quamplures coöperatores à sua patria, quos idoneos noverat, legatis atque litteris ad excolendum novale Dominicum, quod novare cœperat, asciscebat. Inter quos inclitus & in omni religionis testimonio nominatissimus presbyter Burchardus ad nuptias Agni vocatus, geminæ charitatis bis tincto cocco præcipuè rutilabat. *Ecce S.* Burchardum *non è Gallia, sed è Britannia à S. Bonifacio in Germaniam evocatum: scio quidem dici posse, aut* F *in patriam rediisse interim* Burchardum, *aut evocatum fuisse è Gallia: verùm quo solido antiquitatis testimonio & vade idoneo? Unde fit, ut* Burchardi *in Francia sub peregrini habitu commoratio mihi veniat in suspicionem falsi, putemque ipsum, patriis hactenus finibus non egressum, Bonifacio invitante, in Germaniam, adjutricem operam Bonifacio collaturum, properasse. Et ita quidem existimo, quòd Othlonus in Vita S. Bonifacii apud Mabillonium sec.* 3 *Benedict. part.* 3 *pag.* 4 *S.* Burchardum *inter eos, quos ille ex Anglia evocavit, nominatim recenset his verbis:* Unde in provinciam patriamque suam mittens, exinde tam feminas, quàm viros religiosos, scientiaque varia imbutos plures venire fecit, suique laboris onus divisit. Inter quos erant præcipui viri Burchardus & Lullus, Willibalt & Wunnibalt frater ejus, Witta & Gregorius. *Othloni autem dictis non repugnat Vita tertia S. Bonifacii tom.* 1 *Junii*

A *nii ab Henschenio edita, quamquam hæc ibi legantur pag. 482 num. 4.* Alios etenim ex gente sua (*elegit Bonifacius*) alios ex parte Franciæ, nonnullos etiam de finibus Hiberniæ, quatenus adessent sibi coöperatores in vineam Domini. Ex quibus fuerunt hi, Wigbertus ex parte Anglorum, beatus Gregorius ex nobili prosapia Francorum, Sturim verò venerabilis & Lul, Memgoz, Willibaldus suusque germanus Winibaldus, & alii quamplures, quorum nomina perlongum esset dinumerare per singula. *Non enim quotquot ex Anglia in Germaniam evocati fuerunt, illic nominatim recensentur, & stante adductorum verborum veritate, Winnibaldo ex Anglia in Germaniam evocato addi ex Othlono S.* Burchardus *potest.*

jam tum fortè monachus,

6 *Porrro verò cum verbi Dei præcones ex Anglia excitos* viros religiosos *Othlonus nuncupet interque hos verosimiliter ex dictis S.* Burchardus *numerandus sit, vero item sit simile S.* Burchardum *priùs in aliquo Angliæ monasterio vitam exercuisse monasticam, quàm in Germaniam evocaretur; id quod innuere pariter videtur anonymus num. 5 citatus, cum S.* Burchardum *dicit à puerilibus annis se*
B *Deo vovisse, & ad studium bonæ operationis festinâsse. Egilwardus quidem num. 12 S.* Burchardum *appellat presbyterum, neque quidquam adfert lib. 1, unde monachum fuisse, eruas: verùm id manifestò affirmat num. 46 infrà, ubi de Megingaudo (is est Memgoz in Vita tertia S. Bonifacii memoratus) hæc scribit:* Hic itaque beatorum Bonifacii, Burchardi, Lulli ceterorumque, quos huc de Anglia divinus amor adduxerat, comperegrinus & compatriota, nec non professione monachus, sicut & illi, nullatenus mutans vel inficiens rigorem propositi &c. *Trithemius lib. 4 de viris illustribus sui Ordinis cap. 184 S.* Burchardum *ait fuisse monachum* cujusdam cœnobii in Anglia: *quodnam verò id fuerit, Pitseus aperit de Scriptoribus Angliæ ætate IX ad annum 791 ita scribens:* Sanctus Burchardus Ordinis Sancti Benedicti monachus Anglus in cœnobio Nuiscellensi, S. Bonifacii discipulus: *eodem nempe, in quo S. Bonifacium aliquando monachum egisse indicavimus suprà num. 4, quo de hæc lego*
C *Itinerarii Lelandi col. 8* Bonifacius fit monachus in Exanceſtre & postea petiit Huntscel monasterium, ubi venerabilis Winbertus abbas præfuit. *Sed vellem S.* Burchardi *in eo monasterio commorationem majoris antiquitatis testimonio firmare possem.*

sub ann. 725

7 *At non minùs verosimile est, S.* Burchardum *monasticum institutum fuisse complexum, postquam ad S. Bonifacium accessit; sicque existimasse videtur Egilwardus, eum primò, cum apud S. Bonifacium esset, presbyterum tantùm apellans, quem postea dixit, fuisse monachum. Willibaldus verò in Vita S. Bonifacii tom. 1 Junii pag. 467 num. 37 testatur, quamplurimos è Britannia in Germaniam advenas regulari S. Bonifacii se institutioni subdidisse, è quorum numero Sanctusne noster fuerit, necne, unde liquidò definiam, nihil suppetit. Definiri certiùs potest, quo saltem circiter anno in Germaniam venerit:* *factum id tam anonymus, quàm Egilwardus scribunt, cùm jam S. Bonifacii fama longè lateque increbresceret; cui consonat Willibal-* D *dus mox citatus his verbis:* Sicque Sanctæ rumor prædicationis ejus diffamatus est, in tantumque inolevit, ut per maximam jam Europæ partem fama ejus perstreperet; & ex Britanniæ partibus servorum Dei plurimi ad eum, tam lectorum, quàm etiam scriptorum, aliarumque artium eruditorum virorum, congregationis conveniret multitudo: quorum quamplurimi regulari se ejus institutioni subdiderunt, populumque ab erraticæ gentilitatis profanatione plurimis in locis evocavere; & alii quidem in provinciam Hessorum, alii etiam in Turingiam dispersi latè per populorum vicos verbum Dei prædicabant. *Inde verò mox Willibaldus subjicit Gregorii II Pontificis obitum, qui accidit anno 731. Præmiserat autem Willibaldus verbis mox transcriptis ordinationem S. Bonifacii in episcopum Romæ factam anno 723; ejusdem in Hassiam reditum, & in Turingiam profectionem, ubi monasterium Ordorpense condiderat: itaque ad Bonifacium inter annum 723, & 731 S.* Burchardus *aliique* E *suprà memorati Anglo-Saxones accessisse videntur, nempè sub annum 725, cui S.* Burchardi *in Germaniam adventum illigant Baronius in Annalibus, Alfordus in Annalibus ecclesiæ Anglo-Saxonicæ, Georgius ab Eckhart in Commentariis de rebus Franciæ Orientalis lib. 21 num. 30, P. Ignatius Gropp, S. Stephani cœnobii Herbipoli Ordinis S. Benedicti professus in Vita S.* Burchardi *Germanica part. 1 cap. 2.*

in Germaniam venit,

8 *Etsi verò non undequaque vera consona sint, quæ de suprà memoratis Apostolicis viris à Bonifacio ex Angliâ sub annum 725 evocatis scribit Othlonus, ut vel ex Gregorio, qui non Anglus, sed Francus fuit, patet; non tamen ex eo numero expungendus est* Burchardus, *ùt propterea vult Cointius in Annalibus ad annum 724 num. 9, quòd, apud Egilwardum nihil fecisse legatur, ex quo ad Bonifacium accessit, donec Pippinum Majorem-domus Bonifacius adiit, Childerico III rege, annis facilè decem à Gregorii II obitu in regem inaugurato. Nam Egilwardus, etsi nullum S.* Burchardi *peculiare factum, quod eo temporis intervallo contigerit,* F *quod à* Burchardi *adventu usque ad Bonifacii ad Pippinum Majorem-domus accessum fluxit, referat, satis tamen innuit universim,* Burchardum *ab adventu suo per tempus aliquod morum suorum sanctitate, atque in obeundis ceterorum S. Bonifacii adjutorum exemplo ministeriis sacris sedulitate omnium sibi amorem conciliasse: sic enim ille num. 12:* Ex hoc tempore (*quo exceptus à Bonifacio primùm fuit*) nobilissimo Sanctorum virorum collegio sub magisterio summi præsulis Bonifacii consociatus Deo dignus presbyter Burchardus cœpit ab exemplis singulorum solidam suæ conversationis sanctitatem veluti quibusdam pigmentis accuratissimè condire & in illorum comparatione seipsum totamque transactam vitam despicere; indeque factum est, ut pro morum honestate vitaque in omnibus permaximè laudabili in brevi omnibus esset

amori

AUCTORE J. B.

amori & honori. *Rursum, ut Egilwardus scribit num.* 5, *Bonifacius Zachariæ asseruit,* A hunc (Burchardum) ab occiduis partibus ante annos aliquot in suum suorumque contubernium adveniſſe. *Item lib.* 2 *cap* 3 *seu num.* 27 *ait*: Gloriosus autem Antiſtes Burckardus Chriſti Martyribus (*SS. Kiliano & sociis*) dono dedit, immo sponsæ ecclesiæ Wirziburgensi prædia in dotem contulit, quæ dudum cum S. Bonifacio commorans & cum ipso palatium regale frequentans vel parochias circuiens conquisierat, seu pretiis in suæ proprietatis jus ab ingenuis viris comparaverat. *Ex quibus abunde patet, quàm temerè Cointius asserat, non legi quidquam à* Burchardo, *antequam Bonifacius Pippinum, Romam unà cum* Burchardo, *ut quidem Egilwardo placuit, iturus, adiret, gestum fuisse, vel ipso, quem citat, Egilwardo teste.*

quam, dum, Romano itinere

9 *Innuit porrò num.* XI *&* 12 *Egilwardus,* Burchardum, *cùm ad Bonifacium venit, ætate fuisse virili & sacerdotio decoratum: præterea vaticinanti Bonifacio fore, ut ad episcopalem dignitatem eveheretur, respondisse Egilwardus ait:* Ego verò etiamsi ad id, quod loqueris, me idoneum non esse veraciter profiteor, tamen, quodcumque mihi per tuam B Sanctitatem imponitur, oneri non obluctor: *quæ quidem* Burchardum *annos ætatis suæ triginta aut plures jam tum numerasse ex Egilwardi mente ostendunt. Eadem quoque mens fuit Anonymo, qui num.* 3 *Bonifacium de* Burchardo *advena sic loquentem inducit:* Gaudete, Fratres, ecce misit Dominus Virum contubernialem, cui committi debeat ovile Dominicum in VVirzburgensi urbe à B. Kiliano collectum: *at num.* 4 *juvenem fuisse dicit, cùm ad Bonifacium primùm accessit; ubi Bonifacius* Burchardum *ad Herbipolenses infulas evehendum, Zachariæ Pontifici commendans inducitur dicens:* hunc juvenili ætate ab occiduis partibus advenisse, secumque usque ad perfectam ætatem degentem se nihil in eo reperisse, quod pontificali officio videatur contraire. *Quibus quidem verbis confirmatur id, quod suprà dixi, nimirum* Burchardum *aliquamdiu priùs Apostolicis muneribus functum fuisse, quàm ad Pippinum Majorem-domus Bonifacius accesserit, Romam unà cum* Burchardo, *ut quidem Egilwardus scribit, petiturus. Verùm, quod de juvenili* Burchardi *in Germaniam advenientis posteriore loco ait, non solùm iis, quæ num.* 3 *dixerat, videntur haud satis cohærere; sed etiam S.* Burchardum *aut anno circiter* 725 *adhuc juvenem fuisse, aut annos tantùm circiter* 30 *numerasse anno* 741, *quo præesse Ecclesiæ Zacharias cœpit, reliquæ S.* Burchardi *vitæ historiæ, ex infrà dicendis omnino repugnat. Neque verum est, quod uterque biographus scribit, Bonifacium* Burchardo *comite, & Zacharia Pontifice, Romam adisse. Ex Willibaldo enim in S. Bonifacii Vita tom.* 1 *Junii pag.* 464 *num.* 22 *compertum habemus, illum Romam fuisse profectum ad Gregorium* primo secundum & noviſſimo (*Gregorio* III) priorem. *Iterum anno* 723 *ad eumdem Gregorium* II, *à quo tunc creatus est episcopus,* C *ibia. pag.* 466 *num.* 30 *&* 32. *Tertiò denique ad Gregorium* III *pag.* 468 *num.* 30, *à quo factus fuerit archiepiscopus. Numquam verò aliàs iterum Romano itineri sese dedisse in antiquioribus ejus Vitis legitur, neque quartum id iter Romanum, neque causas, ob quas id susceptum fuisset, tacituris.* D

non interruptis sudoribus irrigat, ditatur aliquot prædiis.

10 *Ex quo in Germaniam S.* Burchardus, *sub annum ex dictis* 725, *venit, quid, donec pontificalibus infulis decoratus fuit, præclari gesserit, neque anonymus ejus Vitæ scriptor, neque Egilwardus enucleatè prodidit: dubitandum tamen non est, quin laboribus Apostolicis gnaviter incubuerit iisque ad episcopalem dignitatem viam sibi straverit, ut colligi potest tum ex Egilwardi verbis suprà citatis, tum ex donationibus à Francorum principibus ea tempestate ipsi factis, quas inter recentiores nonnulli scriptores, utì Ignatius Gropp. part.* 1 *cap.* 4 *&* 5 *monet, referunt Norlach, à Carolo Martello ipsi concessum; ab aliis verò Murbacum, Homburgum, Murhard & Sluchteren: priore loco instituisse* Burchardum *erudiendæ juventuti scholas; Septemtrionalem Franconiam sudoribus suis irrigasse, à quibus, cùm aliquando defatigatus cessaret, in silvam Buconiam sese abdere solitum in loco, cui nomen* Burchardrod, *id est,* Burchardi *quies, leucis aliquot à Kissinga dissito, ac sic dicto, quòd illic, ut opinantur indigenæ, amissas vires recreare soleret; amicitiam denique cum S. Amore, abbate Amorbacensi coluisse, & frequentia de re Christiana promovenda contulisse consilia. Eximendum è locis S.* Burchardo *donatis censet Groppius Amorbacum, ut quod S. Pirminio à Ruthardo, comite de Franckenberg concessum fuerit. Reliqua S.* Burchardo *donata censet, vel à Carolo Martello, vel ab ejus filiis Pippino vel Carolomanno; non à Carolo Magno: Pippino verò id tribuendum foret, si fides corrupto Caroli Magni, anno* XX *regni ejus dato, quo* Neustadeum, Hohenburgum, Amerbachum, Sluchternam & Murhartum *Wirceburgensi sedi confirmat, diplomati habenda esset: hæc enim in eo leguntur:* Nos ergo Burchardo (cui parens noster Pipinus, nondum tunc episcopo, de iis locis assensus erat) & successoribus hæc petita concedimus. *Ad calcem Diplomatis signantur tamquam testes Zacharias Papa, & archiepiscopus Bonifacius, qui quidem tum jam dudum è vivis excesserant. Adde his Austrasiæ regnum à Caroli Martelli obitu, qui anno* 741 *Idibus Octobris contigit, procurásse non Pippinum, sed Carolomannum; anno verò eodem* Burchardum *ordinatum fuisse episcopum, ut mox videbimus; atque adeò vix inveniri posse tempus, quo has donationes* Burchardo, *nondum scilicet episcopo, Carolomannus fecerit.* E F

§ § § § §
§ § § §
§ § §
§ §
§

A

§ II. S. Burchardus fit Wirceburgensis episcopus : varia partim confert, partim acquirit ecclesiæ suæ bona : SS. Kiliano & sociis templum condit, eorumque reliquias bis transfert.

S. Burchardus *saltem ab anno* 742, *ùt ex Concilio Liptinensi,*

I*Am ab annis circiter* 17 *S.* Burchardus *Franconiam apoſtolicis ſudoribus irrigaverat, cùm, prout vaticinatus in ejus adventu S. Bonifacius fuerat, Sedi Herbipolensi primus episcopus factus eſt; qui enim eumdem agrum priùs ſanguine irrigârat S. Kilianus nusquam ſedem fixam habuerat.* Burchardus *itaque ex noſtro calculo in episcopum Herbipolensem ordinatus fuit haud seriùs anno* 742 *: at huic*

B *calculo repugnat Egilwardus, qui id factum scribit anno* 751, *quem sequuntur auctor Chronici Wirceburgensis, à Baluzio tom.* 1 *Miscellaneorum editus pag.* 502, *Annaliſta Saxo & abbas Urspergensis : repugnant auctor Annalium Francicorum apud Freherum, Marianus Scotus, Lambertus Schafnaburgensis, Sigebertus, qui anno* 746 Burchardum *ordinatum tradunt. Verùm pro Ordinatione S.* Burchardi *haud seriùs anno* 742 *facta ſtant Karolomanni in Concilio Liptinensi, anno* 743 *Kalendis Martiis Liptinis in agro Cameracensi celebrato, in quo confirmati fuere canones Concilii habiti anno* 742, *verba in Præfatione Liptinensis Concilii, quæ sic se habent :* Ego Carolomanus dux & Princeps Francorum anno ab Incarnatione Domini DCCXLII, XI videlicet Kalendas Maji, cum Concilio servorum Dei, & optimatum, episcopos, qui in regno meo sunt, cum presbyteris ad Concilium & Synodum pro timore Chriſti congregavi, id eſt Bonifacium archiepiscopum, & Burchardum, & Regenfri-

C dum, & Wintanum & Witbaldum (*aliàs Willibaldum*) & Dadanum, & Eddonumac reliquos episcopos cum presbyteris eorum.

S. Bonifacii,

11 *Habemus igitur* Burchardum *jam inde ab anno* 742 *episcopum; sed an Herbipolensi sedi affixum? Succeſſerat Gregorio* III *Zacharias mense Decembri anni* 741, *cui summæ dignitatis apicem mox scriptâ ad eum epiſtolâ* (132 *apud Serarium*) *gratulatus, suamque erga sedem Apoſtolicam teſtatus obedientiam, ita pergit Bonifacius :* Neceſſe quoque habemus indicare Paternitati veſtræ, quia, per Dei gratiam, Germaniæ populis aliquantulum percursis, tres ordinavimus episcopos, & provinciam in tres parochias discrevimus, & illa tria oppida sive urbes, in quibus conſtituti & ordinati sunt, scriptis auctoritatis veſtræ confirmari & ſtabiliri precantes desideramus. Unam eſſe sedem episcopatûs decrevimus in Caſtello, quod dicitur Wirzaburg : & alteram in oppido, quod nominatur Buraburg : tertiam in loco, qui dicitur Erphesfurt, qui fuit jam olim urbs paganorum ruſticorum. *Succeſſerat item Carolo Martello anno eodem, quo Zacharias, mense Octobri defuncto, Carolomannus filius, qui cum Synodum celebrare se velle Bonifacio significâſſet, petiit ex eadem epiſtolâ, ut id bonâ Pontificis veniâ fieret, sicut reipsa loco quidem Germaniæ incerto, sed anno* 742, *ex num. superiore, celebrata fuit ac sequenti anno in Liptinensi Synodo confirmata. Annuit Zacharias Bonifacii poſtulatis epiſtolâ* (142 *apud Serarium*) *datâ* Kalend. April. imperante Domino piiſſimo, auguſto Conſtantino, à Deo coronato, magno imperatore. Anno viceſimo quarto imperii, indictione XI, *vel* X, *uti Baronius monet, cùm scripta ea epiſtola fuerit ante Synodum Liptinensem, quæ indictione* XI *celebrata eſt.*

12 *Anno igitur* 742 *jam Herbipoli ordinatus episcopus fuerat : at hunc non alium fuiſſe à S.* Burchardo *efficitur ex Zachariæ epiſtola* (*inter Serarianas* 133) *anno eodem & die, quo proximè memorata ad Bonifacium, scripta ipsimet* Burchardo; *quàm eò quòd Sancto noſtro honorifica sit, integram huc transcribo.* Dilectiſſimo nobis Burchardo Sanc-

& Zachariæ Papæ

E

tæ ecclesiæ Wirziburgonensis * Zacharias Papa. Domino cooperante & sermonem confirmante ad dilatandam Chriſtianitatis legem & orthodoxæ fidei tramitem ad docendum, juxta quod prædicat hæc Romana ecclesia, cui Deo auctore præsidemus, innotuit nobis sanctiſſimus ac reverendiſſimus frater & coëpiscopus noſter Bonifacius nuper decreviſſe & ordinaſſe in Germaniæ partibus episcopales sedes, ubi præeſt veſtra dilectio, & provinciam in tres divisiſſe parochias. Quo cognito, cum magna exultatione, extensis ad sidera palmis, illuminatori & datori omnium bonorum Domino Deo & Salvatori noſtro Jesu Chriſto gratias egimus, qui » facit utraque unum. » Flagitavit autem à nobis per suas syllabas jam dictus sanctiſſimus vir per apoſtolicam auctoritatem veſtras confirmari sedes. Pro quo & nos, ardenti animo & divino juvamine, auctoritate beati Petri principis Apoſtolorum, cui data eſt à Deo & Salvatore noſtro Jesu Chriſto ligandi solvendique poteſtas peccata hominum, in cœlo & in terra, confirmamus, atque solidas permanere veſtras sedes sancimus episcopales, interdicentes ipsius principis Apoſtolorum auctoritate, à præsenti omnibus & in futuras generationes, ut nullus audeat contra eandem veſtram ordinationem, quæ dignante Deo, ex noſtra præceptione in vobis facta eſt.

**al.* VVirziburgenſis

F

litteris ostenditur,

13 Et hoc interdicentes, ut nullus audeat, juxta sanctorum canonum traditionem, ex alio episcopatu ibidem tranſlatari, aut ordinare episcopum, poſt veſtram de hoc seculo evocationem, nisi is, qui Apoſtolicæ noſtræ sedis in illis partibus præsentaverit vicem. Sed nec unus alterius parochias invadere, aut ecclesias subtrahere præsumatis.

AUCTORE J. B.

tis. Nam si, quod non credimus, si quis ille fuerit, qui contra hanc noſtram præceptionem temerario ausu venire tentaverit, sciat se, æterno Dei judicio, anathematis vinculo eſſe innodatum. Si quis verò Apoſtolica servaverit præcepta, & normam rectæ & orthodoxæ fidei fuerit aſſecutus, benedictionis gratiam consequatur. De cætero, petimus divinam clementiam, ut confirmet & corroboret hoc quod operatus eſt Dominus in vobis : & charitas Dei, gratia, & pax vera sit cum spiritu veſtro. Sanctiſſimi & dilectissimi nobis, toto conamine elaborate pro fide Chriſti, & ad miniſterium ejus perficiendum decertate : ut cum egregio Apoſtolo mereamini dicere : » Bonum certamen certavi, » cursum consummavi, fidem servavi. De » reliquo reposita eſt mihi corona juſtitiæ, » quam reddet mihi Dominus in illum diem » juſtus judex. Salutantes vos in Domino valere optamus. Bene valete. Data Kalend. April. imperante Domino Conſtantino magno imperatore, anno vicesimo quarto, imperii ejus anno 11 (*à morte patris*) indictione XI; *anno* 743. *Ita se habet Zachariæ epiſtola eodem tenore pluribus episcopis eodem tempore scripta. Similem saltem Zacharias scripsit ad Wittam seu Albuinum Buribergensem in Haſſia episcopum, quæ Serario* 131 *eſt.*

imò ab anno 741

14 *Ex binis modò adductis monumentis, quibus quid solidi opponi poſſit, non video, evincitur S.* Burchardum *in episcopum Wirceburgensem non seriùs anno* 742, *& quidem, non à Zacharia, sed ab ipsomet Bonifacio fuiſſe ordinatum; quod ita intellectum cupio, ut tum non designatus aut electus dumtaxat, sed etiam consecratus fuerit; idque ab anno* 741. *Probatur id partim ex Concilio Germanico, quod anno* 742 XI *Kalendas Maji seu* XXI *Aprilis habitum fuit, partim ex Sanctimoniali Heidenheimensi, quæ Vitam S. Willibaldi, æqualis sui & consanguinei descripsit : in illo enim S. Willibaldus Eyſtadiensis episcopus inter ejus Concilii episcopos à Carolomanno* (*verba habes suprà num.* 10) *nominatim recensetur, ut adeò mense Aprili anni* 742 *Willibaldum episcopum fuiſſe neceſſe sit. Sanctimonialis autem Heidenheimensis tom.* 2 *Julii pag.* 511 *num.* 42 *de tempore, quo consecratus in episcopum fuit, sic loquitur :* Sanctus Willibaldus quando in episcopatum consecratus erat, habebat quadraginta annos & unum. Et tunc erat autumnale tempus : . . . . tribus hebdomadibus ante natale S. Martini, *ut paulò pòſt adjungit; id eſt, exeunte Octobri : consecratus igitur in episcopum S. Willibaldus erat jam inde ab anno* 742 *; verùm à quibus?* Statimque poſteaquam illuc veniebat (*in Thuringiam Willibaldus*) *inquit Sanctimonialis ibidem num.* 41, Sanctus Bonifacius (*pòſt factus*) archiepiscopus, atque Burchardus & Wizo episcopatûs authoritati illum ordinando consecraverunt. *Consecratus igitur jam tum & ipse* Burchardus *in episcopum fuerat, non regionarium & nulli certæ sedi affixum; sed Herbipolensi, ex litteris Zachariæ pontificis suprà datis. Fert quidem Eyſtadiensium traditio, S. Willibaldum sibi datum fuiſſe episcopum anno* 745; *sed pro anno* 741 *ſtat auctoritas longè major.*

in Ep. Herbipolensem consecratus,

15 *Eidem anno S.* Burchardi *episcopatûs initium innectit Mabillonius Sec.* III *Bened. parte* 1 *in Observationibus ad Vitam S.* Burchardi *prævius pag.* 699, *quæ jam diximus paucis perſtringens; ubi etiam meminit Litterarum encyclicarum à Zacharia ad Galliæ & Germaniæ episcopos*, initio sui pontificatus, *inquit, miſſarum, quæ* Burchardo *etiam* Vurtzenburgensi episcopo *inscribuntur apud Serarium Epiſt.* 136 : *at cum etiam Reginfrido Rothomagensi episcopo pariter inscribantur; Epiſtola autem* 144 *meminerit Grimonis, Reginfridi deceſſoris, velut in vivis adhuc superſtitis, eaque scripta sit anno Arthabasdi & Nicephori imperatorum* III, *æræ vulgaris* 743, *annis aliquot seriùs forsitan Reginfridus cathedram Rothomagensem occupare cœperit, scripseritque hanc ad Bonifacium Zacharias Epiſtolam. Meminit item Mabillonius Epiſtolæ* (19) *plurium Germaniæ episcoporum nomine scriptæ ad Æthelbaldum regem Merciorum, in cujus fronte S. Bonifacius, ac deinde, interjectis nonnullis*, Burchardus *& Willibaldus sequuntur : ſtudent his litteris episcopi illi Æthelbaldum à gravibus quibusdam, quibus irretitus erat, vitiis avocare : simili zelo ductus Bonifacius scripsit & ad Cuthbertum, Cantuariensem archiepiscopum de corrigendis Anglorum vitiis Epiſtolam inter Serarianas* 105 : *adeò ut eodem tempore utraque scripta videatur; & quidem ante Cloveshemiense Concilium anno* 747 *celebratum : nam Bonifacius inter alia hæc in poſteriore Epiſtola ad Cuthbertum scribit :* Statuimus, ut singulis annis unusquisque episcopus parochiam suam circumeat, populum confirmare & plebem docere, & inveſtigare, & prohibere paganas observationes, spurcitias gentilium (impiorum *legit Spelmannus*) divinos vel sortilegos, auguria, phylacteria, incantationes vel omnes spurcitias gentilium; *quæ iisdem magna ex parte verbis leguntur ejusdem Concilii canone tertio : unde iterum appareat, falli Egilwardum, ejusque hac in re sequaces, dum anno demum* 751 *Wirceburgensem cathedram adiiſſe tradunt. Ad S.* Burchardi, *jam Wirceburgensis episcopi, geſta progredior.*

partim suæ,

16 *Res à S.* Burchardo, *jam ad sedem Herbipolensem evecto, præclarè geſtas parcè admodum Anonymus retulit; satisque habuit eum à vigili gregis sui cura, mansuetudine, orationis ſtudio, in egenos liberalitate & egregia etiam in senectute corporis forma commendare : factum verò peculiare nullum adfert, si quæ de elevatis abs illo SS. Kiliani & sociorum MM. reliquiis dicuntur, excipias. Plura quidem dat Egilwardus; sed parum ordinatè : nos rerum geſtarum ordinem, quantum aſſequi conjecturâ poterimus, sequi conabimur. Ac primò quidem anno* 741 *S. Willibaldum à* Burchardo *in episcopum Eyſtadiensem consecratum fuiſſe jam vidimus suprà. Eodem porro anno, aut sequenti ecclesiæ Wirceburgensi seu Herbipolensi munificum sese præbuit* : Itaque villam, quæ dicitur Michelſtat, quam ei Carolomannus princeps quondam in proprium jus tradidit, ipse legitimâ inveſtiturâ

A inveſtiturâ Sanctis Martyribus (*Kiliano & ſociis*) confirmavit. Similiter etiam Hohenburg, multaque alia allodia, quæ diversis in locis à nobilibus viris quocumque pacto susceperat, coram multis fidelibus teſtibus & omnium Orientalium Francorum principibus ad eorumdem Martyrum reliquias inveſtiebat, *inquit Egilwardus num.* 27. *Præmiserat S.* Burchardum *jam* dudum, *cum adhuc cum S. Bonifacio commoraretur, varia prædia seu pretio, seu Francorum optimatum donatione acquisita ecclesiæ suæ contuliſſe in dotem. Adverbia* dudum, quondam *ab Egilwardo adhibita, significant, prædia iſta Michelſtat, & Hohenburg Burchardiani juris fuisse ante ejus Pontificatum. At Carolomannus Auſtrasiæ non præfuit nisi poſt mortem patris sui Caroli Martelli, quæ anno* 741 *contigit; qui Carolomanno hìc subſtituendus videtur. Neque alia de causa hìc Carolomannum memorârit Egilwardus, quàm quòd* Burchardum
B *anno demum* 751 *sedi Herbipolensi admotum crediderit. Forsan Carolomannus* Burchardo, *quæ patris Caroli Martelli tempore acquisierat, confirmârit. Loci porro utriusque notitiam hanc suppeditat Eckhartus Franciæ Orientalis lib.* 23 *num.* 4. Villa Michelſtat, vel, ut olim pronunciabatur Michilunſtad in pago Plumgeve super fluvium Mimilungum sita erat; jam verò oppidum eſt comitatus Erpacensis. Commutatione fortaſſis facta, locus deinde ad Ludovicum Pium Imp. rediit, qui eundem » Eginhardo fideli suo & Immæ ejus » conjugi » donavit; Eginhardus verò monaſterio Laureshamensi conceſſit, ut ex Chronico Laureshamensi intelligimus . . . . . Hohenburgum sive Homburgum arx eſt principis & episcopi noſtri, non procul à Gemunda & ad Salæ Mœnique confluentes sita.

partim ali unde accepta

17 *Sed à quocumque villæ Michelſtat donatio profecta fuerit*, Burchardus *equidem Carolomanni principis munificentiam in se ecclesiamque suam recèns episcopali sede decoratam provocavit. Luculentum hujus rei teſtimonium affert Eckhartus lib. cit. num.* v *ex*
C *Diplomate tum Ludovici Pii anni* 823, *tum Arnulfi regis anni* 889, *ubi, quæ sequuntur, cellas seu monaſteria & ecclesias S.* Burchardo *dediſſe legitur:* Basilicam in Castro Wirceburgensi in honorem S. Mariæ conſtructam cum rebus ad eam pertinentibus; in pago verò Wormatiensi basilicam B. Mariæ Virginis in villa Neriſtein supra Moguntiam in siniſtra Rheni ripa sitam; ecclesiam S. Remigii Ingelenhemi; ecclesiam S. Martini Cruciniaci; (*Creutzenach*) in pago Moengove (*Mayngau*) basilicam S. Petri in villa Autmunſtat sive Umſtat: in pago Neckargeuve basilicam S. Martini in villa Lauffa & basilicam S. Michaelis in villa Heilbrunna cum pertinentibus ad eas: in pago Weingarteiba basilicam S. Martini in villa Burcheim cum pertinentibus ad eam: in pago Mulachgeue (*Mulacher-gau*) basilicam S. Martini in caſtro Hochheimerburch: in pago Dubrageue (*Dubracher-gau sive Tauber-gaw*) basilicam S. Martini in villa Koningeshova cum adjacentibus, & basilicam S. Martini in villa Sueigra (*seu Su-*

rigra.) In pago Ranigeue basilicam S. Martini in villa Windesheim: in pago Gollacgeve ecclesiam S. Johannis Baptiſtæ in villa D Gollahova: in pago Iphigeue, (*Iphofer-gaw*) basilicam S. Martini in villa Wielantesheim (*seu Willandsheim*) basilicam S. Remigii in villa Dornheim; basilicam S. Andreæ Apostoli in villa Kircheim & basilicam S. Johannis in villa Iphehoua: in pago Folcfeld basilicam S. Johannis in villa Heritindeheim: in pago Badanahgeue (*Badenacher-gaw*) basilicam S. Martini in villa Konigeshoua & basilicam S. Remigii in villa Sundernhoua: in pago Grapfelda basilicam S. Martini in villa Eichesfeld, & basilicam S. Petri in villa Konigeshova: in pago Weſtergeue basilicam S. Martini in villa Brende, & basilicam S. Martini in villa Melrichſtat: in pago salageue (*Saal-gaw*) basilicam S. Martini in villa Hamelburg & monaſterium conſtructum in villa, quæ vocatur Carleburg, E cum omnibus ad hunc locum juſtè & legaliter pertinentibus. *Situm eſt Carlburgum castrum in episcopatu Herbipolensi haud procul ab oppido Carlſtadio ad Mœnum fluvium.*

ecclesiæ suæ donat;

18 *Meminit etiam tacitè harum donationum Egilwardus num.* 27 *sequentibus verbis:* Insuper ad supplementum novi pontificatus & amplificationem ecclesiaſtici cultus, alimoniam quoque cleri tam futuri, quàm præsentis regiâ munificentiâ collatum S. Kiliano caſtellum, quod Carloburg vocatur, cum fisco regali cunctisque illò pertinentibus reditibus. Ac eamdem traditionem teſtamento regali, nec non privilegiis Apoſtolici præsulis metropolitanus pontifex Bonifacius unà cum principibus & comitibus regis Pipini legatione fungentibus Sancto Kiliano rite confirmavit ac beato Burchardo præsenti episcopo dotes ac decimas, suæque sedi contiguas ecclesias in novam ejus parochiam conterminavit. *Si sic interpretari liceat Egilwardum, ut Carlburgum à Carolomanno priùs ecclesiæ Herbipolensi donatum Pippinus rex confirmarit; subsiſtere verba ejus poſſunt; sin autem sic* F *intelligendus eſt, ut illa donatio à Pippino jam rege sit facta, conſtitutique tum primùm à S. Bonifacio diœcesis Herbipolensis limites fuerint, ita locutus non fuerit nisi ex falsa opinione, quâ S.* Burchardum *anno demum* 751 *Herbipolensem sedem adiiſſe, credidit. Ceterùm non omnia, quæ hìc enumerata sunt, aut à Carolomanno ecclesiæ Wirceburgensi data aut eodem tempore; sed quædam ab aliis donata ab eo principe confirmata, & succeſſu temporis aucta fuiſſe videntur; ut ex iis, quæ de Wirceburgensi Caſtro, num.* 17 *primo loco memorato, infrà dicentur, aperient: id interim hìc observatum velim, adversari Egilwardi opinioni, qua anno* 751 Burchardum *episcopum Wirceburgensem factum ſtatuit, si eæ donationes, ut citata ab Eckharto Ludovici Pii & Arnulfi regis Diplomata perhibent, à Carolomanno aut factæ, aut confirmatæ fuerint; quippe qui jam indè ab anno* 747 *monachum, principatu relicto, induerat.*

reliquias S. Kiliani elevat.

19 *Agit de his donationibus, ut diximus Egilwardus num.* 27 *: nunc, ut temporis ordo servetur, regrèdiar oportet ad num.* 26, *ubi*

AUCTORE J. B.

de SS. Kiliani, Colomani seu Colonati, & Totnani Martyrum elevatione seu tranſlatione, si vis, prima illi sermo eſt. Jacebant horum Martyrum, anno 689 clàm Geilanæ, Gozberti ducis uxoris, juſſu Herbipoli interemptorum corpora humi defoſſa in equorum ſtabulo iis superſtructo, ut in eorum Paſſione apud nos tom. 2 Julii pag. 617 Egilwardus narrat: docebat id temporis Carlburgi pueros litteras quidam presbyter Atalongus nomine, qui hactenus, utpote advena, S. Kilianum ignorabat: quare pueros vociferantes: Kilianus signa facit, de loco, in quo indignè jacet, tollí debet, *ab ejusmodi clamore minis compescere ſtuduit; sed visu, Deo SS. Martyrum merita hominibus patefacere eo pacto volente, privatus, edoctusque, ubi Sancti exuviæ lateˉrent, supplex illi factus, visum recepit, remque, ut facta erat, ad Sanctum Bonifacium detulit. Communi proinde consilio elevandas S. Kiliani sociorumque reliquias SS. Bonifacius &* Burchardus, *ceterique comprovinciales episcopi censuerunt. Ita Egilwardus, Anonymo referente quidem elevationem ipsam, verùm de Atalongo altùm tacente. Quo Chriſti anno hæc elevatio seu si ita vis, tranſlatio contigerit Anonymus, qui hoc unicum S.* Burchardi *factum narrat, non edicit; Egilwardus verò num.* 26 anno secundo ordinationis suæ; *proinde factam oportuit ex ejus mente anno 752 aut seq. Annum 752 S. Kiliani tranſlationi per S.* Burchardum *factæ aſſignavit auctor Epitaphii ejusdem Sancti; sed Egilwardo fortaſſe haud antiquior, apud Serrarium Notâ 23 in Vitam S. Kiliani, & tom. 3 Julii pag. 602 num. 13 & 14 excusi; verùm ille non de prima elevatione, sed de tertia tranſlatione, quâ in cathedralem ecclesiam S. Kiliani sociorumque oſſa, auctore Egilwardo, delata fuere, verosimillimè locutus eſt; atque adeò haud impedit, quò minùs, initium episcopatûs Burchardiani ab anno 741 numerantes primam Sancti Kiliani & sociorum ejus per S.* Burchardum *elevationem innectamus anno 742 aut seq.; si, ut Egilwardus tradit, anno ordinationis suæ secundo de transferendis in honorificentiorem locum S. Kiliani reliquiis tractare S.* Burchardus *cœperit.*

VVirceburgense Castrum ab Irmina,

20 *Sub hunc item annum Caſtrum Wirceburgense, monti juxta Herbipolim impoſitum, & antiquorum Franconiæ ducum sedem, ceſsiſſe ecclesiæ Herbipolensi arbitramur, factâ per S.* Burchardum *Carlburgi cum dicto caſtro permutatione: Carlburgum S.* Burchardus, *à Carolomanno dono acceptum, ecclesiæ Wirceburgensi addixerat; ubi quondam S. Gertrudis (quæ autem hæc fuerit, haud satis eſt, aliis alia de eadem comminiscentibus, exploratum) monaſterium sibi suisque in ascetica vita sequacibus virginibus condiderat. Ymmina Gozberti, Franconiæ olim ducis neptis, Hetani verò, Gozberti filii, filia patri suo Hetano sub dictum annum superſtes, Wirceburgense Caſtrum, avitam gentis suæ sedem, unà cum ancillis suis virgo incolebat jam ab annis, ut Egilwardus scripsit, quadraginta & uno. Cum autem Carlburgum donatum* nuper *ecclesiæ Wirceburgensi inaudiſſet, verita multitudinis ad S.* Burchardum *Herbipolim undique accurſuræ tumultum, pacatiorem sibi suisque vitam fore rata eſt, si, quod sibi reliquum vitæ foret, transigère Carlburgi datum eſſet: adiit itaque Sanctum præsulem Ymmina eum sibi locum, dum viveret, expetitura; sed ea lege, ut ab obitu suo Carlburgum in jus Wirceburgensis rediret ecclesiæ. Placuit S.* Burchardo *conditio; vitamque ibi Ymmina transegit reliquam, donec, eâ ibidem per S.* Burchardum *honorificè sepultâ, Carlburgum ad jus poſſeſſionemque ecclesiæ Herbipolensis poſtliminio rediit.*

progenie Franconiæ ducum,

21 *Narrat iſta Egilwardus lib. 2 cap. 4, infrà verò num. 28: plura verò de Gozberto & Hetano, sive Hedeno, scribit in Vita S. Kiliani tom. 2 Julii pag. 618 num. 18.* His ita geſtis, *inquit,* aiunt Gozbertum à propriis servis interemptum, filiumque ejus à principatu dejectum, cognatos affinesque eorum à contribulibus talia perpeſſos, ut vix aliqua eis reipublicæ dignitas in eadem provincia manserit. *Nihil de Gozberto legitur in Vita S. Kiliani altera & simpliciore: sed ibidem pag. 614 num. 9 de Hetano hæc legere eſt:* Hetanum verò filium ejus populus Orientalium Francorum de regno ejecerunt. In tantum enim illius persecuti sunt progeniem, ut nec unus de illius ſtirpe remaneret. *Eadem de Hetano, quæ Vita simplicior, fere habet Notkerus, anno 912 defunctus, ad diem octavum Julii. Quod de Gozberto, à S. Kiliani martyrio per servos suos interempto, Egilwardus narrat, suspectum eſt, tum quòd id tam Vita simplicior, quàm Notkerus taceant, tum quòd id nonnisi ex vulgi traditione hausiſſe videatur, ac demum quòd nulla fuerit, saltem ob S. Kiliani & sociorum ejus necem Gozberti interimendi causa, quorum ille protector fuerat. Occasio autem dejiciendi de principatu Hetani aliqua Franconibus fuit: nam de Gozberto, sub* Theobaldi, *ejusque filio, sub* Hedenis *nomine, videtur hæc scripsisse tom. 1 Junii pag. 467 num. 35 Willibaldus in Vita S. Bonifacii, imminutæ in Thuringia Chriſtianæ religionis causam aſſignans:* Quia faceſſente (*fatiscente*) suorum regum dominio, magna quidem eorum comitum multitudo, sub Theobaldi & Hedenis periculoso primatu, qui lugubre super eos tyrannici ducatus, & infeſtum vaſtationis potiùs quàm devotionis obtinebant imperium, vel corporali per eos præventa morte vel hoſtili siquidem eductione captivata eſt; in tantumque diversis conſtricta malis, ut cetera quæ manebat residua populi turba Saxonum se subjiceret principatui. Quo ceſſante religiosorum (*seu Christianorum*) ducum dominatu, ceſſavit etiam in eis Chriſtianitatis & religionis intentio; *quæ si non Hetani expulsionem, certè dominatûs ejus finem, & populi ad alios dominos conversionem significare videntur. Illud præterea mirum apparet, si, ut Egilwardus scribit, Gozbertus interemptus, Hetanus verò è principatu dejectus populi furore fuerit; si nullus ex eorum progenie, ùt in altera S. Kiliani Vita legitur, superſtes in provincia remanserit, quî factum sit, ut Ymmina seu Irmina Caſtrum Wirceburgense, totius regionis caput, annos quadraginta*

AUCTORE J. B.

de quibus Egilwardi dicta expenduntur, acquisitum

A *draginta & unum pacificè incoluerit.*

22 *Quid veri, quid falsi his Egilwardi de Gozberto & Hetano narrationibus insit, difficile dictu est : suspicor etiam, Irminam, cùm Wirceburgense Castrum cum Carlburgo permutavit, id ætatis haud habuisse, ut in eo Castro annos jam quadraginta & unum Deo in virginitate exegisset, nisi locum hunc pater filiæ ejusque sequacibus vivus cesserit, quippe qui anno 716 adhuc Franconiæ ducatum obtinebat, docente id Hetani sive Hedeni Charta his verbis apud Marteneum Collect. amplissimæ tom. 1 col. 22 expressa :* Ego in Dei nomine illuster vir Hedenus dux, dono à die præsenti pro Dei timore & mercedis mei, donatumque in perpetuum esse volo, Domno & in Christo patri Willibrordo in mero, quod respicit ad Hamulo castellum, ubi & cogito Dei misericordiâ, per ipsius Apostolici viri concilium, monasterium construere, in parte Occidentali super fluvio Sala, in pago Salvense, tam campis, quàm pratis, pascuis, silvis, aquis, aqua-
B rumque decursibus : ipsas res quas pater meus & mater mihi dereliquerunt, cum servis & ancillis VIII quantumcumque ibi habere videor, totum & ad integrum trado atque transfundo, ut quidquid inde facere voluerit, liberam in omnibus habeat potestatem. Si quis verò, quod futurum esse non credo &c. Actum publicè Hamulo castello, anno I Chilperici regis, XV Calendas Majas. Cato comes. Sigericus comes. Ego illuster vir Hedenus dux donationem fieri volui & subscripsi cum Theodrada conjuge mea. Ado nutritius Hedoni, & Tiringus filius Hedeni, Adogoto, Hererico. Ego Richisus clericus rogatus scripsi & subscripsi. *Altera ibidem col.* 13 *Hedeni Charta occurrit signata in* Castello Virteburg *anno* 704.

incolit, eòque S. Kiliani reliquias anno 743 infert,

23 *Vix è castro Wirceburgensi Carlburgum cum adhærentibus sibi virginibus sacris Ymmina concesserat, quin S.* Burchardus *eò se contulerit, ut illic sedem episcopalem figeret : factum enim id scribit Egilwardus num.* 30 Statim post ejusdem concambii, quod præsul
C Burchardus cum generosa Christi sponsa Ymmina fecerat, eventum. *Templum illic erat S. Mariæ sacrum, unde & id castrum* Mariæ montis *nomen invenit : huc SS. Kiliani & sociorum corpora transferre* Burchardo *visum est :* Convocatis certo die, *inquit Egilwardus loco proximè citato*, tam clero, quàm populo Martyrum corpora nuper de terræ pulvere levata cum veneratione maxima super montem sæpe dictum, comitantibus populorum turbis transportari fecit, *quæ prima S. Kiliani & Sociorum Martyrum per S.* Burchardum *facta translatio est : cum autem ex Egilwardi verbis parum temporis inter primam elevationem & hanc translationem intercesserit, anno illam 743 ex probabili conjectura innectere possumus. Congruum enimverò erat, ut eo loci sedem episcopalem figeret, & Kiliani sociorumque reliquias reconderet, ubi & primarium Franconiæ ducum domicilium fuerat, & SS. Martyrum sudoribus Christiana religio initium sumpserat : at montis asperitas, ascensus arduus, & aquarum penuria effecere, ut neque monasterium illic, quod in animo habebat, conderet, neque perpetuò sibi commorandum animadverteret. Sed dubitanti, quem sedi suæ locum seligeret, oblata est noctu oranti visio, quâ tres candelas de monte egressas locum, ubi SS. Kilianus, Colomanus & Totnanus interempti fuerant, petentes, atque inde rursum post aliquam eo in loco moram revertentes vidit.*

D

quas anno 746, dum cathedrale templum exstruit, in ecclesiam ligneam transfert ;

24 *Moneri se divinitus ea visione, ut eo loci his Sanctis templum cathedrale conderet, ratus, manum operi admovit illico, exstructâ primùm ligneâ ecclesiolâ, illatisque in hanc SS. Martyrum reliquiis, quæ secunda (non annumerata elevatione prima, quâ in locum sacrum, nusquam, quod sciam, expressum delatæ fuere) translatio ideò asserenda videtur, quòd Egilwardus S. Kiliani & sociorum reliquias triennio tantùm (proin usque ad annum 746) in Castro Wirceburgensi servatas fuisse tradat, nec templum è saxo deinde à* Burchardo *conditum, quod ligneo successit, nisi annis aliquot ab oblata S.* Burchardo *visione elapsis numeris omnibus absolutum fuisse videatur. Tertiam indicare videtur Egilwardus, eamque omnium celeberrimam, quâ in cathedrale templum saxeum SS. Martyrum relata sunt corpora, cum ait num.* 31 : quod (*cathedrale templum*) & primùm de lignea materia initiatum, posthæc accuratiori lapidum structura per sanctum Dei Pontificem ad unguem est perductum, ubi & denuò Sanctorum corpora relata, & in operoso sarcophago gloriosè sunt recondita. *Verùm de hac, quòd seriùs facta fuisse videatur, sermo erit infrà. De S. Kiliani templo, quod S.* Burchardus *erexit, hæc leguntur in Annalibus Fuldensibus, ab anno 714 usque annum 877 extensis, tom. 7 Scriptorum rerum Gallicarum pag.* 165 *ad annum* 855 : Apud Moguntiacum (*aliàs, & quidem rectè, ut episcopi Gozbertus & Harnus sive Arno infrà memorati ostendunt, VVirceburgum*) terra vicies tremuisse perhibetur : Aëris insolita commotio turbinibus ac tempestatibus, plagisque grandinum multis damnum intulit. Fulminum ictibus ædes plurimæ crematæ sunt, inter quas basilica S. Chiliani martyris Nonis Junii, clero laudes vespertinas celebrante, repentino ictu percussa est : & mirum in modum sub laquearibus domûs ignis pendulus, inlæsâ materiâ, tamdiu oberrabat, donec ossa Sancti Martyris, & totius ecclesiæ thesaurus efferretur inlæsus . . . . . sequentis verò mensis die octava, instante solemnitate natalis ejusdem Martyris, muros ecclesiæ, quos priùs cœlestis non consumpsit ignis, subitò terribilis exorta tempestas funditus evertit. Quam ruinam mors episcopi Gozbaldi subsecuta est, qui tertio dehinc mense, id est VII Kal. Octobris, præsentem vitam finiens, Harnum discipulum suum sibi successorem reliquit : *Ita periit ecclesia à S.* Burchardo *condit & S. Salvatori consecrata* : novum monasterium *hodie dicitur, & tumulus S. Kiliani in crypta ejus adhuc visitur. Prope hunc locum novam cathedralem ecclesiam Arno condidit.*

E

F

quo item circiter tempore monasterium Benedictinum condit,

25 *Addidit veteri cathedrali templo monasterium monachorum*, per quos, *ut num.* 41

AUCTORE J. B.

Egilwardus scribit, illo in tempore pene cuncta ecclesiastica administrabantur irreprehensibiliter officia. *Sed diuturna non fuit monachorum in eo monasterio commoratio : nam Egilwardus scribit num.* 47 : Remanserunt autem apud monasterium S. Kiliani plus quam quinquaginta, ut alibi legimus, Fratres, quos etiam non multò pòst Bernwelfus cum injuriis expulsos ad magistrum suum Megingaudum navigare coegit. *Factum id oportuit ex Egilwardi calculo inter annos* 806 *&* 814*: quippe post S.* Burchardi *renunciationem anno* 791, *ut vult, factam, Megingaudus Wirceburgensem ecclesiam rexit annis* 15*; inde verò Bernwelfus annis* 7. *Chronicum verò Wirceburgense, à Baluzio editum, obitum S.* Burchari *anno* 791, *obitum Megingaudi anno* 794, *obitum verò Bernwelfi anno* 800 *illigat. Fallit autem uterque calculus, si Bernwelfum, quod num.* 46 *ipsemet Egilwardus scribit, Megingaudus, cooperantibus sibi in eadem ordinatione Lullo Metropolitano, & Willebaldo Eistettensi episcopo, successorem suum instituerit. Lullus enim sub annum* 786 (*vide Serarium Rerum Moguntiacarum lib.* 4 *pag.* 377) *uti & Willibaldus* (*vide tom.* 2 *Julii pag.* 491) *è vivis excesserunt.*

Chartaque conscripta fuit, ex qua episcopatûs ejus epocha confirmatur.

26 *Eodem, saltem circiter, tempore* (*puta anno* 747) *scripta fuit Charta notionis de finibus & terminis Fuldensis monasterii, in diœcesi Wirceburgensi siti, ex qua S.* Burchardum *ab anno saltem* 744 *Herbipoli sedisse consequitur. Edidit eam Chartam ex Christophoro Browero lib.* 1. *Antiquitatum Fuldensium cap.* 4 *Henschenius tom.* 1 *Junii in Analectis Bonifacianis cap.* 2 *pag.* 490 *: ad cujus calcem, post S. Bonifacii,* Burchardi episcopi *aliorumque testium subsignationes ista sequuntur :* Anno Dominicæ Incarnationis DCCXLVII principatûs verò nobilium virorum Karlmanni & Pipini fratris ejus anno VI mense Martio XXII die scripta est hæc notionis Charta in Fuldensi monasterio, primùm à Megenhelmo presbytero, jussione & permissione divina. *Notanda autem sunt hæc in Chartæ contextu Bonifacii verba :* Ideò placuit nobis, ut eumdem locum, qualiter certis terminis confiitit, adnotemus, & idoneis testibus, qui in prædicti principis (*Carolomanni*) traditione & vestitione ipsius loci affuerunt, subter firmemus. *Traditio autem ista facta firmataque fuit, ut Henschenius aliique scriptores plerique tradunt, anno* 744*; cui cum* Burchardus, *tamquam episcopus diœcesanus interfuerit, subscripserit*que, *rursum liquet, aberrare à vero, quotquot S.* Burchardum *post annum* 744 *Wirceburgensem sedem primùm occupasse statuunt.*

D

§ III. S. Burchardus bis Romam petit : S. Andreæ monasterium condit : S. Gumbertum ad sanctiorem vitam adducit : S. Kiliani Reliquias transfert : vale episcopatui dicit.

Roma, quo anno 747 *aut seq. à S. Bonifacio missus fuerat,* E

Sub anni 747 *finem, aut sequentis initium Bonifacius S.* Burchardum *ad Zachariam Romanum Pontificem misit, ut eum de Christianæ religionis per Germaniam statu certiorem faceret : neque dubium est, quin & gravibus, quæ ad Christianæ religionis progressum facerent, negotiis incubuerit : testem Romani hujus itineris, etsi silentio ab Egilwardo pressi, à S.* Burchardo *suscepti habemus ipsummet Zachariam Epist.* 140 *ad Bonifacium, cui hoc initium :* Sacris liminibus Beati Apostolorum principis Petri : & nostris obtutibus præsentatus præsens Burchardt dilectus nobis episcopus, fraternæ sanctitatis tuæ attulit affatus, per quorum scriptum tenorem agnovimus, magnum te habere certamen, & sudoriosè elaborare fraternitatem vestram in prædicatione Euangelii Christi Dei nostri *&c. Scripta verò fuit* Kalendis Maji, imperante . . . . Constantino (*Leonis Isaurici filio*) . . . anno XXIX, Indictione prima, *Christi* 748. *Româ redux, ut haberet, quò sese à negotiorum turbis reciperet Deoque tranquillius vacaret, videtur condere cœpisse S. Andreæ monasterium ad Mœnum, ubi nunc ecclesia S.* Burchardi *visitur, subtus montem S. Mariæ, seu Wirceburgense castrum:* Quod, *inquit Egilwardus lib.* 2 *cap.* 8, *infrà num.* 33 & in honore sanctæ Dei Genitricis sanctique Andreæ Apostoli consecratum tanta donavit quantitate prædiorum, quæ duodecim fratribus canonicis ibidem Deo militantibus sufficerent ad victum & vestitum, inter quæ dotalia eidem concessit monasterio montem præscriptum Wirziburg cum prædiis & redditibus, ficut acquisierat à præfati ducis Hetani filia, stabilivitque donationem eamdem jure gentium coram cunctis provinciæ primatibus. *Wirceburgensi monti accessere ex S.* Burchardi *munificentia parochiæ Hocbergensis & Sonderhoffensis, præter alia bona in Heidingsfeld, Buttelbrun & Erburg sita, uti ex Frisio Eckhartus refert lib.* 23 *num.* 109.

F

redux S. Andreæ

28 *Incoluisse S. Andreæ monasterium inde à S.* Burchardi *tempore canonicos Egilwardus quidem scribit; verùm non dubitat Mabillonius in Annotatis in S.* Burchardi *Vitam, quin id ab ipso sui exordio monachis Benedictinis cesserit.* Cur enim non hìc (*instituti primùm fuerint, inquit*) si in ecclesia cathedrali ?

C

A drali? Cur non potiùs canonici in urbe, monachi in seceſſu? *Quod si Egilwardus Canonicis id conditum dicat; id factum ab illo arbitratur Mabillonius, quòd à Canonicis quidem ante monachos Benedictinos, quos Hugonem canonicis subſtituiſſe Egilwardus num.* 50 *scribit, inhabitatum sciebat quidem; at pro monachis Benedictinis primitus exſtructum ignorabat. Fortaſſis Egilwardus, qui cathedralem ecclesiam monachis Benedictinis à* Burchardo *primùm conceſſam; at inde hos per Bernwelfum episcopum expulsos legerat, nusquam pari sorte usum fuiſſe Monaſterium S. Andreæ, cujus membrum erat, repererit. Georgius Eckhart lib.* 53 *num.* 109 *agens de monaſterio S. Andreæ id à S.* Burchardo *canonicis conditum, Egilwardum secutus scribit, nulla monachorum Benedictinorum mentione facta: at P. Ignatius Gropp in Vita S.* Burchardi *idiomate Teutonico scripta part.* 2 *cap.* 5 *ex Frisio id Ordinis Benedictini primùm fuiſſe scribit: idem facit Bruſchius in Catalogo episcoporum Herbipolensium pag.* 165 *ita de Hugone scribens:* Inſtauravit & egregiè illuſtravit cœnobium S. Andreæ,

B ab episcopo primo inchoatum & pro Benedictinæ profeſſionis monachis conſtructum. *Quod si ita eſt, verosimillimum fit, his canonicos subſtituiſſe Bernwelfum, episcopum VVirceburgensem ordine tertium, de quo idem Bruschius:* Expulit monachos omnes Benedictinos ex ecclesia Herbipolensi, tantùm sæculares alens sacerdotes. Hi dominum ac præceptorem suum Megingaudum Neoſtadium secuti honorificè ab eo suscepti sunt.

monaſterium condit, ditatque S. Magni M. Reliquiis:

29 *Recondidit porro S.* Burchardus *in ecclesia S. Andreæ Reliquias S. Magni martyris, de quo nonnulla ex relatu Majorum, nonnulla verò ex monaſterii S. Andreæ scriptis narrat Egilwardus num.* 34, *quæ omittere Surio visum eſt, quòd ea, quæ ibidem narrantur, ipsimet Egilwardo parum comperta eſſent, id eſt, ut ipsemet Egilwardus ait, ex aliorum tantùm, qui rem neque viderant, neque ex iis, qui eam ab his, qui viderant, audierant, relatu. Desideratur item hoc caput in Vita S.* Burchardi *à Canisio, & ex hoc à Mabillonio edita; qui, cùm in S.* Burchardi *Vita hæc tantummodò legeret:* Recondidit (S. Burchar-

C dus) etiam in eadem basilica (*S. Andreæ*) digna cum veneratione corpus cujusdam Martyris Magni nomine; *ratus eſt pro solito suo res geſtas Sanctorum illuſtrandi ſtudio ac diligentia inquirendum sibi eſſe, ecquis hic Martyr Magnus eſſet: reperit verò apud Rodulfum, Vitæ Rabani Mauri scriptorem SS. Magni Martyris & Juliani, diaconorum Xiſti Papæ reliquias in monaſterium Holtzkiricha diœces. Wirtzburgensis Rabani curis Româ advectas ab Humberto Wirceburgensi episcopo in illius monaſterii ecclesia fuiſſe repositas. Dubitavit itaque Mabillonius, num inde in S. Andreæ monaſterium reliquiæ S. Magni, Româ allati, servarentur; factumque eſſet, ut in errorem chronologicum, quod aliàs non semel illi accidit, Egilwardus impegerit. Labori huic suo Mabillonius perperciſſet, si caput* 9 *lib.* 2 *lucubrationis Egilwardinæ præ oculis habuiſſet. Nam ùt Egilwardus, sed ex aliorum relatu narrat, Magnus hic, etiam* Andreas *dictus, natione Anglus, S.* Burchardi *discipulus ac presbyter fuit, qui à S.* Burchardo, *ut gentis suæ vitia corrigeret, miſſus (eodem verosimiliter tempore, quo S. Bonifacium, eodem charitatis in gentem suam zelo ductum ad Ethelbaldum Merciorum regem, litteras dediſſe diximus suprà, id eſt, sub annum* 746 *Martyr evasit; delato dein ad S.* Burchardum *ejus corpore, quod unum Egilwardus se ex monaſterii S. Andreæ monumentis hausiſſe testatur, ac proin paulò tutiùs credi poteſt.*

S. Gumbertum ad sanctimoniam perducit,

30 *Dum condendis summo Numini, Sanctorumque honori templis ac ecclesiæ suæ rebus promovendis sedulus inſtat S. Præsul, non minùs creditarum sibi ovium saluti verbo & vitæ sanctiſſimæ exemplo profuit.* Quamplures undique *inquit Egilwardus lib.* 2 *cap.* 10, *infra num.* 35 confluebant ad tanti doctoris audientiam diversi sexus, ætatis atque conditionis, fontem vitæ quæque sitiens anima. *Præcipuus in his fuit Gumbertus, vir nobilis, potens & dives, quem à vita militari ad eam morum sanctimoniam S.* Burchardi *contubernium atque doctrina adduxit, ut & miraculis claruerit, & publicos Sanctorum ho-* E *nores sit consecutus. Hujus Acta jam pridem illuſtrata habes à Sollerio tom.* 4 *Julii pag.* 61 *& seqq. Varia de illo quidem narrantur, quæ ut à veritate aliena sunt, ita & illic refutata sunt, neque hìc repetere neceſſe eſt. Propiùs ad rem noſtram spectant, quæ Egilwardus ab illo geſta perhibet:* Hæ sunt autem poſſeſſiones, quibus episcopium Wirziburgense largè ditavit, Eltimoin & Onoltesbach, utrumque cum suis reditibus & appendentiis, quorum prius, cum olim caſtellum fuiſſet munitiſſimum, modò (*scripsit Egilwardus sub seculi decimi undecimique confinium*) magnificentiam suam ipsis tantùm ruinis declarat. *Nunc oppidum eſt diœcesis Wirceburgensis, Germanis* Eltman *dictum, adjacens Mœno fluvio, quà VVirceburgense territorium à Bambergensi secernitur.*

à quo tamen Anspachium,

31 *Pergit Egilwardus:* sequens verò (Onoltesbach *MS. noſtrum habet; Mabillonius* Ovelspach, *Eckhartus* Onoldspach) quod nunc præpositura canonicorum eſt, olim abbatiam fuiſſe non ignobilem, hucusque à majoribus per multas jam generationes hereditatum teſtimonium illius provinciæ non celat. *Satis quidem conſtat, Onoltesbach nomine intelligendum eſſe hodiernum Anspachium Franconiæ oppidum; at difficultatem habet, quòd illic, quo vivebat Egilwardus tempore, præpositura canonicorum fuiſſe dicatur, ac* olim *abbatia non ignobilis; cum Bruschius scribat de Henrico, VVirceburgensi episcopo hujus nominis I:* Fundavit (*seu si mavis, inſtauravit, auxit, exornavit*) Onoldsbachii magnificum *S.* Gumberti cœnobium Benedictinum, quod hoc noſtro seculo canonicorum secularium eſt collegium. *Putemne* Egilwardum *utramque donationem quidem misiſſe in litteras, sed neutrius loci notitiam addidiſſe: hanc verò ab imperito interpolatore Egilwardi verbis fuiſſe adjectam, qui quidem sciverit, quid sua, sed non quid superiore ætate de ea abbatia factum eſſet? Minimè verò: sed erro-*

F

re

AUCTORE J. B.

A re lapsum potiùs arbitrer Bruschium, qui Benedictinos monachos ab Henrico Anspachii collocatos dicit, quod de canonicis dictum oportebat. Nam ita auctor anonymus chronici Wirceburgensis, ab Ekharto tom. 1 Rerum Franciæ Orientalis pag. 816 subnexi, seculo XIV scripsit: Anno Domini MXII tempore Heinrici II imp. ducis Bavariæ, prædictus præsul Heinricus erexit & fundavit ecclesias collegiatas in Havvgis, S. Stephani, & Onolzpach; ut jam tum Anspachiensis ecclesia canonicorum fuerit.

contrà ac Egilwardus scribit,

32 *At Bruschii hic error sit? neque suo Egilwardus caret, dum locum Onoltelsbach sive Anspachium S.* Burchardo *à contubernali suo S. Gumberto concessum scribit. Ivit quidem in jus ecclesiæ Wirceburgensis Anspachium; sed Bernwolfi, Episcopi VVirceburgensis tertii tempore: donum id item fuit Gumberti; sed Carolo Magno factum, à quo id Bernwelfus aliorum locorum cum Caroli Magni comite Hunrogo permutatione facta, ecclesiæ VVirceburgensi primus acquisivit; quod cum dico, Diplomate Ludovici Pii anni 837 in archivio ecclesiæ VVirceburgensi servato nitor.* Ex eo discimus, *inquit Eckhartus*

B *lib. 25 num. 117 verba Diplomatis referens, paucisque interjectis explicans*; quòd tempore Caroli sereniſſimi imperatoris (*sed tunc adhuc regis*) Berovvelpus Wirceburgensis episcopus, datis quibusdam ecclesiæ rebus ad fiscum ejusdem Caroli & interveniente Missо illius Hunrogo comite, alias ejusdem meriti res ad partem suæ ecclesiæ ex potestate fisci acceperit. Dedit autem, sicut in commutationum conscriptionibus continebatur, Berovvelpus episcopus de rebus præfati episcopii sui ex monasterio videlicet S. Kiliani præfato Hunrogo comiti ad partem Domni Caroli præstantissimi imperatoris quamdam basilicam sitam in pago vocabulo Graffelt, in honore S. Martini confessoris Christi (*cum omnibus pertinentibus ad eam*) quæ Carolomannus quondam gloriosus princeps ad jam dictam ecclesiam Wirziburgensem contulerat, (*& postea alii homines pii addiderant.*)

dono non accepit:

33 In compensationem (*hujus ecclesiæ*) Hunrogus comes, Caroli jussu præfato Berevvelpo episcopo ad partem præfati episcopii

C dedit res, quas homo quidam (*de vulgo hominem noli hìc intelligere, sed Caroli vasallum, eumque, ut ex donis patet, opulentum*) Guntbertus nomine, ex rebus juris sui legaliter per diversos pagos & loca eidem Carolo delegaverat, id est, in pago Badanagani in villa quæ dicitur Filihonbrunte (*nunc Vilbrun*) & in pago Hrangaui in villa vocabulo Bargilli (*Bürgell*) & in eodem pago in quadam silva locum, qui dicitur Onotesbach, & in pago, qui dicitur Tullifelt (*in locis*) nuncupatis Fiscpach, Assia, Pontigerna, quantumcumque in iisdem locis antedictus Guntbertus domno Carolo visus est delegasse, nec non & res illas, quas servus regius Richbertus nomine in pago Wingarduueiba in locis vocabulo Burcheim (*&*) Heinuuinesbach (*Hammersbach*) possederat, & quondam Erenbertus episcopus (*Frisingensis*) jure beneficiario ex liberalitate regis habuerat. *Eadem fere repetit Eckhartus ex eodem Diplomate tom. 2 lib. 29 num. 70, ubi commutationis confirmatio facta legitur* XIII Kal. Januarii, anno Christo propitio XXIIII imperii domni Ludevvici piissimi Augusti, Indictione XV. Actum Aquisgrani in Palatio regio. *Quidquid igitur sit de donatione loci Eltman S.* Burchardo *à S. Gumberto facta; erràsse videtur Egilwardus, cum huic Anspachium junxit; olim autem ibi abbatiam, antequam collegiata fieret, fuisse, Egilwardo antiqua regionis monumenta laudanti credi potest; etsi quandonam illa desierit, ignoretur.*

legatione Romana perfunctus

34 *Altera item legatione functus est S.* Burchardus, *à Pipino Franciæ regnum affectante Romam ad Zachariam unà cum Fulrado S. Dionysii prope Lutetiam Parisiorum abbate missus; quam anno alii 749, alii 750 vel 751 illigant: sunt quidem, qui hanc Pipini ad Zachariam legationem in fabulis habeant; verùm tot veterum recentiorumque testimoniis stabilitur, ut eam revocari in dubium non posse censeat Pagius in Critica in Annales Baronii ad annum 351; ubi eam ex chronographis & historicis, qui vel eo ipso seculo, vel proximè sequenti vixere, probat; ex anonymi, qui anno 767 scripsit, ac ab Henschenio tom. 1 Junii pag. 487 & sequenti laudati verbis, &* E *verbis continuatoris Fredegarii, qui tum pariter vivebat. Ex seculi proximè sequentis scriptoribus duos tantùm memoro; quòd hi S.* Burchardi *nominatim meminerint: sic habet auctor Annalium (ab anno 741 usque ad 814) rerum Francicarum tom. 5 scriptorum rerum Gallicarum pag. 33 ad annum 749:* Burgardus Wirzeburgensis episcopus & Folradus capellanus missi fuerunt ad Zachariam Papam, interrogando de regibus in Francia, qui illis temporibus non habentes regalem potestatem, si bene fuisset, an non. Et Zacharias Papa mandavit Pipino, ut melius esset illum regem vocari, qui potestatem haberet, quàm illum qui sine regali potestate manebat, ut non conturbaretur ordo. Per auctoritatem ergo Apostolicam jussit Pipinum regem fieri. *Auctor Annalium Eginhardo, Caroli Magni notario, adscriptorum ibid. pag. 197 ad eumdem annum:* Burchardus Wirtziburgensis episcopus & Folradus presbyter capellanus missi sunt Romam ad Zachariam F Papam, ut consulerent Pontificem &c. *Hanc legationem* Burchardi *Romam, quæ sub vitæ ejus exitum accidit, Egilwardus ceteris ab illo jam episcopo gestis rebus, non expresso anno, præmisit, quòd sub annum 750 gestam sciret, anno autem 751 primùm ad episcopales infulas S.* Burchardum, *sed perperam, evectum autumaverit.*

munificum sibi Pippinum habet:

35 *Optatum exitum habuit Romana* Burchardi *legatio: itaque paulò post (anno 751 aut sequenti; (nec enim hìc inter auctores convenit) inunctus à S. Bonifacio, Moguntino archiepiscopo, ac dein iterum à Stephano II in Franciæ regem Pipinus S.* Burchardo *Franconiæ ducatum contulit, ùt plerique tradunt; quamquam Eckhartus, qui S.* Burchardi *à Pipino Romam missi iter, & Papæ Zachariæ responsum suprà relatum pro rumoribus invidiæ depositi Childerici regis declinandæ minuendæve causâ in vulgus sparsis, habet,*

A *habet, S.* Burchardo *jus gladii gubernationemque Franconiæ ducatûs à Carolomanno primùm conceſſam fuiſſe, sed à Pipino dein, Ludovico Pio, & Arnulfo confirmatam contendat. Nihil quidem de Franconiæ ducatu sedi Wirceburgensi annexo scribit Egilwardus: sed Adamus Bremensis, seculi* XI *scriptor, ea de re ita loquitur lib.* 4 *cap.* 5. Potuit eccleſia noſtra dives eſſe; potuit archiëpiſcopus noſter (*Adalbertus*) Colonienſi aut Moguntino in omni rerum gloria non invidere. Solus erat VVirceburgenſis, qui in epiſcopatu ſuo neminem dicitur habere conſortem. Ducatum enim provinciæ gubernat. *Regino, seculi* X *scriptor* magnitudinem terrenæ pietatis *in Rudolpho Wirceburgenſi episcopo agnoscit ad annum* 897. *Secularem item cum episcopali jurisdictione conjunctam agnoscit Zacharias Papa Epiſt. ad Bonifacium* 142, *quâ Bonifacio quærenti, num à Slavis, Chriſtianorum terras incolentibus, censum oporteret accipere, respondens, quod sic, ait:* Si enim ſine tributo ſederint, ipſam quoque propriam ſibi vindicabunt terram. Si verò tributum dederint, nôrunt » dominatorem » ipſam habere terram. *Slavi autem, de quibus hìc, in Franconiam recepti erant, & Mœnum inter & Radantiam fluvios sedes habebant, eratque eorum cura S.* Burchardo *commiſſa, teſte Willibaldo in Vita S. Bonifacii tom.* 1 *Junii pag.* 469: Burchardo verò (*S. Bonifacius*) in loco, qui vocatur VVirtzaburg, dignitatis officium delegavit; & eccleſias in confiniis Francorum atque Saxonum atque Sclavorum ſuo officio deputavit. *Eamdem secularem poteſtatem produnt jura à Carolomanno & Pippino rege ecclesiæ Wirceburgensi conceſſa, pagi seu comitatus plures, in Arnulfi Diplomate anni* 889 *expressi, & ecclesiæ VVirceburgensi subjecti. Ita, sed fusiùs, Georgius Eckhart lib.* 23 *à pag.* 391 *usque ad* 400, *quem consulere harum rerum cupidus poteſt.*

S. Kiliani Reliquias denuò transfert, C 36 *Poſt alterum hunc S.* Burchardi *ad sedem suam Româ reditum tranſlationem tertiam ac ceteris celebriorem SS. Kiliani & Sociorum in templum cathedrale novum ex saxo conſtructum inſtitutam ab eodem verosimiliter putamus: cum enim ex dictis num.* 24 *anno* 746 *in ædiculam ligneam supradictas Reliquias tranſtulisse videatur, ibidem donec templum lapideum conditum foret, servandas, anni plures elapſi verosimiliter priùs fuerint, quàm in id jam numeris omnibus absolutum denuò, ut num. citato Egilwardus aſſerit, tranſlata fuerint* Burchardi *operâ dictorum Martyrum corpora. Non abſimile autem vero credimus id factum eſſe anno* 752; *eò quòd quinquennium aut plus eo ingenti moli ædificandæ perficiendæque impensum facilè fuerit. Exſtat in Monasterii Novi crypta SS. Martyrum Epitaphium carmine expreſſum, in quo ad hanc tranſlationem spectantes leguntur hi versus:*

Septingenteſimo, quinquageſimoque ſecundo
A Bonifacio Burchardo conſociato
Hi sunt sublati, rite quoque canonizati.

Fateor quidem, neque hujus Epitaphii, neque ipſiusmet Egilwardi magnam eſſe auctoritatem; sed Egilwardi de variis horum tranſlationibus dicta ad verum calculum revocare haud potui meliùs. Meliora, si quis habeat, me non invito proferet. Volvit etiam hoc saxum Sollerius tom. 2 *Julii ad diem octavum ejusdem mensis § II Commentarii ad Acta SS. Kiliani & Sociorum prævii, quem, si lubet, consule.*

AUCTORE J. B. D

37 *Senuerat jam, ut Egilwardus scribit,* S. Burchardus, *laboribusque fatiscens, supremum sibi diem imminere haud ignarus, quod sibi reliquum vitæ eſſet, depoſito episcopali onere, transacturus dispicere cœpit, ex cleri populique consensu, quem sibi succeſſorem eligeret: digniſſimus illi ex omnibus visus Megingaudus, vir planè eo munere dignus, cui ob sanctitatem vitæ Eckhartus aliique* Beati *titulum tribuunt: hunc itaque succeſſorem suum declaravit; verùm quo anno? Factum id Egilwardus scribit, impetrata à Lullo archiëpiscopo Moguntino, & S. Bonifacii succeſſore approbatione; hinc verò consequitur, S. Bonifacium in abdicando episcopatu S.* Burchardo *exemplo suo præluxiſſe: at potior hac in re VVandelberti, qui seculo nono fuit, auctoritas: scribit autem is tom.* 2 *Julii de Miraculis S. Goaris cap.* 1 *num.* 4 *pag.* 338, *Lullum Moguntinum archiëpiscopum, Basinum Spirensem & Mehingodum VVirceburgensem episcopos à S. Bonifacio ordinatos fuiſſe:* Qui omnes, *inquit*, à beato Bonifacio Pontifice & Martyre fuerant ordinati. *Jam inde igitur Megingaudus VVirceburgensem Sedem occupabat, cum, depoſitis Moguntinis infulis, Bonifacius in Friſiam aliquantò pòſt Martyrio coronandus abſceſſit* anno decimo, *teſte Eigile in Vita præceptoris sui Sturmii abbatis Fuldenſis primi apud Mabillonium Sec.* 3 *Benedictino part.* 2 *pag.* 277, *à condito Fuldenſi monaſterio: conditum autem id, eodem teſte ibidem pag.* 275, *fuit* anno Incarnationis Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo quarto . . . . menſe primo (*seu Martio*) duodecimo die ejusdem. *Cucurrit annus monasterii Fuldenſis à fundatione sua decimus à duodecimo die menſis Martii anni* 753 *usque ad eumdem anni proximè insequentis diem.* *poſitisque infulis,*

F *Megingaudus igitur anno* 753 *VVirceburgenſis erat episcopus, quo S.* Burchardum *Sedi suæ renuntiâſſe veroſimillimum puto, sic tamen, ut* Burchardi *renuntiatio, contrà ac Egilwardus scribit, Bonifacianam anteceſſerit. Miſiſſe* Burchardum *ad Carolum Magnum, qui renunciandi episcopatui facultatem ab eo nomine suo peterent, Egilwardus num.* 38 *tradit; sed Carolo subſtituendum eſſe Pipinum regem, etiamsi deeſſent alia, vel ipsa temporis, quo renunciatio facta eſt, ratio dictat.*

Homburgum secedit. 38 *Tranſlato in Megingaudum episcopali onere, vitæ reliquum vitæ contemplativæ daturus Hohenburgum (vide suprà num.* 16.) *conceſſit.* His itaque transactis, *inquit Egilwardus*, beatus Burchardus omnem catervam monachorum, per quos illo in tempore penè cuncta eccleſiaſtica adminiſtrabantur irreprehenſibiliter officia; clericorum quoque ac laïcorum diverſæ conditionis, ſexûs & ætatis turbam paterna corroboravit admonitione, divinaque conſignavit benedictione. Poſthæc, adſumptis ſex tantùm ex omni multitu-

AUCTORE J. B.

dine discipulorum ſuorum monachis, navim conſcendit : codices etiam, quos vel ipſe conſcripſerat, vel undecumque conquiſierat, ſecum deportari fecit : atque inde per decurſum fluminis (*Mœni*) ad Caſtellum, quod Hohenburg dicitur, navigio proficiſcitur, ibique quam diu ſupervixit, in contemplatione divina, vigiliis, jejuniis & orationibus inſiſtens, unà cum prædictis Fratribus continuè morabatur. A

§ IV. S. Burchardus Homburgum profectus ibidem sanctè moritur : cultus ejus sacer.

Sanctus poſt aliquam Homburgi moram ibidem anno probabiliùs 754,

Habuerat quidem in animo Burchardus *in viculum Michelſtat (nunc autem oppidum in comitatu Erpachenſi) ſibi olim à Carolomanno donatum concedere, ibique monaſterium condere:* Sed diſponente prædeſtinatione divina, *inquit num.* 41 *Egilwardus*, prævenit humanæ deliberationis vota communis heredi- B tariæ mortalitatis occaſus *: & non multò poſt in prædicto Caſtello (Hohenburgo, nunc Homburg) diem ſuum obiit*, Anno (*ut ait Egilwardus*, Incarnationis Domini ſeptingenteſimo nonageſimo primo, *nimirum*, quarto Nonas Februarii, *ſeu die* 2 *ejusdem menſis. Quod ad diem S.* Burchardi *emortualem ſpectat, quem aliunde notum habere potuit, Egilwardo litem movere nolim : at cum anno* 753 Burchardum *episcopatui renunciâſſe ex dictis num.* 37 *verosimillimum ſit, nec* multò poſt, *Hohenburgum profectus, diem ſuum clauserit ; aliunde verò, ùt mox oſtendetur, compertum ſit, eum ante S. Bonifacium (cujus obitum aut anno* 754 *aut ſequenti paſſim eruditi illigant) ex hac Vita migrâſſe; ab Egilwardo diſſentire, ac anno probabiliùs* 754 *ejus obitum innectere cogimur. Ita cenſemus, tum quòd anno* 753, *ex dictis ſuprà, episcopatui renunciârit S.* Burchardus ; *tum quòd, ex Egilwardo, non diu pòſt obierit, ac denique* C *quòd, S. Liudgero in Vita Magiſtri ſui S. Gregorii Trajectenſis, anno* 776 *defuncti, teſte, S.* Burchardus *ante S. Bonifacium è mortali ad immortalem transierit vitam : ita ſe habent tom.* 5 *Auguſti pag.* 258 *S. Liudgeri verba :* Duo ex illis electis Dei Wigbertus (*Fritiſlariensis abbas*) & Burchardus ante magiſtrum (*S. Bonifacium*) migrârunt à ſeculo. *Schannatus in Archivo Fuldenſi vindicato pag.* 46, *ut S. Liudgeri declinet auctoritatem ait, neque omnes S. Bonifacii discipulos eſſe notos, neque certum, cum duo hujusmodi nominis S. Bonifacii discipuli eſſe potuerint, hìc agi de S.* Burchardo *VVirceburgensi episcopo. Verùm non agit illic S. Liudgerus de S. Bonifacii adjutoribus & discipulis quibuscumque, sed, utì præmittit*, clariſſimis prædicatoribus & columnis eccleſiæ Dei : quorum unuſquiſque civitatem & regionem ſuam, ſicut Lucifer mane oriens illuminavit exemplis & doctrina ſua. *Notus certè hujusmodi* Burchardus *fuiſſet, ſi quis alius à noſtro fuerit : at quibus in latebris degit ? Addit S. Liudgerus:* Sed non illi absque palma electionis ſuæ, dum ad regna cœleſtia magiſtrum præcedere meruerunt, & in regionibus ſuis pro Sanctis Dei habentur & coluntur ab omnibus, qui vitam illorum & virtutem cum Deo nôſſe potuerunt ? *Quæ regio, quæ civitas* Burchardum, *S. Bonifacii discipulum, habuit, coluitque deinceps ut Sanctum, alium à S.* Burchardo, *quem cultu poſtmodum publico coluit, colitque hodiedum Wirceburgensis eccleſia ? Venerationem enim illam principio fortè privatam dumtaxat, in publicam poſtmodum transiiſſe, ùt VVigberti, qui die* 13 *Auguſti colitur, ita &* Burchardi, *omnino credendum eſt.* D

40 *Obiiſſe S.* Burchardum *circa annum* 751 *ſtatuit Mabillonius in Annotatis in ejus Vitam, ſecutus partim S. Liudgerum, qui* Burchardum *Bonifacio præmortuum ſcribit ; partim verò Marianum Scotum, qui* Burchardi *episcopatum ad novennium dumtaxat prorogavit. Sed ultra annum* 751 *vitam protraxiſſe S.* Burchardum, *jam vidimus ſuprà. Marianus* E *Scotus ſeculi* XI *ſcriptor duplicem S.* Burchardi *episcopatui epocham tribuit, alteram ordinationis anno* 746, *alteram conſecrationis anno* 750, *ut ipse quidem cenſet, factæ : ſi novem illos annos à* Burchardi *ordinatione numeres, quoad annum ejus emortualem á nobis non diſſentit Marianus niſi anno uno : ſin autem à conſecratione, mortuus fuerit ex ejus mente circa annum* 759 ; *qua in re adversantem ſibi habet S. Liudgerum ſuprà citatum, cujus ea in re auctoritas, & antiquitas major. Quod autem ad Egilwardum attinet, dum annum ſupremum S.* Burchardi *in annum* 791 *differt, ac annos quadraginta episcopatûs illi tribuit, craſſiùs peccat. Conſtat etenim pluribus ante annum* 791 *annis exceſſiſſe Lullum archiëpiscopum Moguntinum, anno nimirum* 786 *aut ſequenti. Atqui teſte VVandelberto tom.* 2 *Julii pag.* 338 *ad conſecrandam Prumiensem baſilicam à Carolo Magno* miſſi ſunt Lullus Moguntiæ archiëpiſcopus . . . Baſilius Nemeti, . . . & Mehingodus urbis, quæ ultra Rhenum ſita, ſermone barbaro Wirziburg appellatur, epiſcopi. *Refert eam Baſilicæ Prumiensis conſecrationem Ma-* F *billonius tom.* 2 *Annalium pag.* 216 *num.* 21 *ad annum* 768 ; *monaſterii autem primordia ad annum* 763, *ejusque fundationis Diplomati, quod apud citatum Mabillonium pag.* 705 *legere eſt, ſubscripsit idem Megingaudus. Secundum Egilwardum autem obiit S.* Burchardus *paulò pòſt tranſlatum in Megingaudum episcopatum : contigit ergo is pluribus ante* 791 *annis. Præterea Megingaudus jam episcopus ad Lullum archiëpiscopum epiſtolas ſcripsit inter Bonifacianas* 80, 87 *&* 94. *Megingaudum jam inde ab anno* 758 *episcopum egiſſe VVirceburgi item patet ex Sanctimoniali Heidenheimensi, auctore Vitæ S. VVunebaldi ſibi æqualis, in qua apud Mabillonium Sec.* 3 *part.* 2 *pag.* 184 *de illo ait :* Et tunc (tribus annorum intervallis, antequam de mundo migravit (*migravit autem anno* 761) prout poterat, venit ad ur-

non, ut Egilwardus ſcribit, 791 *moritur;*

A bem, quæ dicitur VVirzburg, & ibi alloquebatur episcopum Megingaudum & ibi manebat tres dies. *Immo Egilwardus ipse infrà num.* 46, *eorum, quæ priùs dixerat, quasi immemor, ait Bernwelfum episcopum VVirceburgensem tertium, à Lullo & VVillibaldo, quorum ille sub annum, ut diximus,* 786, *hic verò sub annum* 781 *obiit, & Megingaudo ordinatum, postquam Megingaudus ecclesiæ VVirceburgensi præfuisset annis quindecim : quo pacto igitur* Burchardus *mori simul potuit sub initium episcopatús Megingaudi, & simul vitam protraxisse usque ad annum* 791 ?

sed VVirceburgi sepelitur;

41 *Probatum à se credit Schannatus in Archivo Fuldensi vindicato pag.* 46 *num* 6 *SS. Bonifacium &* Burchardum *anno* 755 *mense Junio Attiniaci in Campania subscripsisse Diplomati, quod ad calcem citati Operis tabula* 3 *exhibet, dato à Pipino* mense Junio anno primo regiminis sui, *postquam à Stephano, Papa coronatus fuerat : verùm, si genuinum id Diploma est, annus primus Pipini regis illic memoratus, est annus primæ coronationis à S. Bonifacio factæ, qui anno* 755 *in Frisia, dum in convertendis illic paganis totus*
B *est, martyrium, teste in ejus Vita VVillibaldo, subiit Nonis seu die* v *ejusdem mensis Junii. Megingaudus Decessoris sui corpus VVirceburgum Hohenburgo revectum ingenti populi concursu ac veneratione tumulavit* juxta martyrum Kiliani Sociorumque ejus Reliquias, *inquit Egilwardus ad calcem lib.* 2.

habitus quidem semper pro Sancto, at maximè

42 *Ea mox ab ejus obitu de S.* Burchardi *sanctimonia, & apud Deum meritis hominum existimatio fuit, ut jam tum ab iis, qui virum noverant, pro Sancto habitus cultusque fuerit, testante id S. Liudgero in Vita S. Gregorii Trajectensis verbis num.* 37 *datis :* Sanctum *quoque appellat Sanctimonialis Heidenheimensis in Vita S. Willebaldi, Sancto, de quo scribit, æqualis. Verùm privata dumtaxat ea fortè existimatio ac qualiscumque veneratio fuit: lapsu tamen temporis in Tabulas eccle-*
C *siasticas, inde saltem à seculo* IX *relatus fuit, ut qui in Additamento ad Bedæ Martyrologium, ex codice bibliothecæ cathedralis Wirceburgensis seculi noni ab Eckharto tom.* 1 *inter Monumenta historica pag.* 829 *relato, ad diem* XIV *Octobris signetur his verbis :* II Id. Octobr. S. Burchardi VVirceburgensis episcopi : *nisi hæc iis adnumeranda sint, quæ huic codici à seculi* XI *manu adjecta fuisse Eckhartus monuit. Ut ut sit, publico equidem legitimoque gaudere cultu cœpit, ex quo sacras exuvias, petitá obtentaque à Romano Pontifice licentiá, ex S. Kiliani templo ad S. Andreæ, à Sancto olim conditum inhabitatumque, monasterium solenni ritu & honorificè admodum transtulit Hugo Wirceburgensis episcopus, uti fusiùs sub lucubrationis suæ finem Egilwardus enarrat, à re haud multùm remotus.*

postquam sub annum 984 *per Hugonem VVirceburgensem episcopum*

43 *Ad quem annum ea translatio referri debeat, haud facilè dictu est : Popponis* II, *proximi Hugonis decessoris obitum Wirceburgense Chronicum à Baluzio editum illigat anno* 984 *: ab Eckharto editum aliud anno* 979 *: Trithemius in Chronico Hirsaugiensi, secun-*

dis curis emendato, anno 982. *Ego quidem id primùm statuo, Popponem* II *ultra mensem Julium anni* 983 *in vivis non fuisse. Licentiam quippe transferendi S.* Burchardi *Reliquias Hugo impetravit à Pontifice Romano Benedicto, hujus nominis* VII, *ut evincit ratio temporis. Obiit autem Benedictus anno* 984 *die* X *Julii : Poppo die* XXII *vel* XXIII *ejusdem mensis, quo de mense non solùm inter Chronica mox citata, sed etiam inter quatuor Catalogos episcoporum Wirciburgensium, à Groppio Scriptorum Rerumque VVirceburgensium tom.* 1 *pag.* 817 *& seqq. editos, omnino convenit. Dies porro* XXII *vel* XXIII *mensis Julii, Popponi emortualis non potuit esse anni* 984 *: hoc enim pacto Popponi Benedictus præmortuus fuisset, neque à Benedicto jam defuncto successor ejus supradictam licentiam impetrare potuisset, quod Egilwardi dictis adversatur. Ex quo fit, Popponem non ultrâ anni* 983 *mensem Julium vitam protraxisse, ùt paulò antè dicebam. Dein, utì verosimillimum habeo, Hugonem, si non ab anno* 982, *ùt Trithemius ait, saltem ab anno* 983 *Wirceburgensem cathedram adiisse ; mox, substitutâ canonicis Benedictiná coloniá, reformando dotandoque monasterio Sancti Andreæ incubuisse, ac interim Romani Pontificis veniâ,* E *eò translatis S.* Burchardi *ossibus, hunc in Sanctorum Album pro ævi illius more retulisse circa annum* 984.

Reliquiarum ejus est facta translatio :

44 *Ceterùm his non contentus Hugo decrevit insuper, ut translationis hujus memoria quotannis feriâ quintâ post S. Dionysii festum celebraretur : hinc in antiquis VVirceburgensis ecclesiæ Breviariis leguntur hi versus :*

Lux Burchardina celebratur die Jovina
Post Dionysii, sic non poteris bene falli :

Hinc in Breviario Herbipolensi anni 1575 *Officio proprio S.* Burchardi *præfigitur hujusmodi Rubrica :* Festum S. Burchardi semper occurrit quintâ feriâ (*seu die quinta*) proximâ post Dionysii (*colitur* IX *Octobris*) celebrandum per totam ecclesiæ Herbipolensis diœcesim, & solenniter celebratur. *Hugo prætereà, inquit Egilwardus num.* 52, cum consilio & consensu cleri sui decrevit, atque banno pontificalis auctoritatis confir-
F mavit, ut deinceps quintâ feriâ (*post S. Dionysii festum, die* IX *Octobris celebratum*) celebretur solemnitas ejusdem translationis ; præcedentibus verò tribus diebus secundâ, tertiâ, quartâ feriâ per totum episcopium ab esu carnium abstineatur : synodus etiam ab episcopo cum omni clero habeatur, sicque finito concilio à singulis parochianis cera duorum nummorum pretii ad ejusdem reliquias offeratur.

cultus sacer Sancti

45 *Missale Herbipolense præ manibus habeo anni* 1509, *in quo ad prædictam diem hæc Missa præscribitur : Introitus :* Statuit. *Collecta*: Deus qui populo &c. *ex Communi Doctorum. Epist.* Ecce Sacerdos. *Grad.* Ecce sacerdos magnus. *Vers.* O Burcharde triumphalis : præsul alme & vitalis, tua prece nos à nece duc : à calle & à valle hujus mundi furibundi ad amenam Agni cenam paradisi celici. *Sequentia* : Psallat letè orbis cetus sacrata fide repletus. Spe mercedis :

AUCTORE J. B.

tante sedis culmen sumpsit paſtoralis oneris. In qua rite sancte vite exemplar duxit sacrati Numinis. O miranda virtus Chriſti, qui Burchardum jubet ſiſti præsulatûs ſtatione sic prophetico sermone. Hunc vir Dei contemplatur Bonifacius sic fatur : virum contubernalem misit nobis Deus talem. A quo ovile subtile in Herbipolensi urbe, nunc sic regi & subigi debet catholice turbe. Nobis datus hic Prelatus viam cepit rite veram nobis inſtaurare. Et cunctorum viciorum : per virtutum scutum onus grave sublevare. Sic Chilianus plantavit id quod Burchardus rigavit : Deus incrementum dedit. Eu sic à vinea Chriſti propulso errore : prisci labrusca meroris cedit. Per hos Chriſtique cultores extirpati sunt errores : & virtutum gignit flores vinea Domini. In quorum sacra cultura divina adjecta cura, medicina datur pura salutis hominum. Sanè decantare : cytharam carnis laxare huic Patrono meriti decet immensi. Clange, pange ac innisa * gaude, plaude, simphonisa cohors cleri in urbe Herbipolensi. Omni laude namque dignus fulsit pater hic benignus de mundi hujus turbine ereptus. Pio vultu egros pavit : & sic mundum superavit : regnum vite hodie eſt adeptus. Ubi sapit mellifluum atque sonat dulcifluum Seraphicumque euphonos. Superis nos consortibus angelicis cohortibus prece jungat hic Patronus. Da Burcharde, ut non tardè curramus in ſtadio, sed infeſſi nosque celeſti applicemur bravio. *Euangelium.* Homo quidam peregrè proficiscens. *Offertorium* : Posuiſti domine. *Secreta* : Hoſtias tibi Domine beati Burchardi confeſſoris tui meritis dicatas. *Communio* : Domine quinque talenta. *Comp.* Deus fidelium remunerator animarum præſta, ut beati Burchardi confeſſoris tui atque Pontificis, cujus venerandam celebramus feſtivitatem, precibus indulgentiam consequamur. Per Dom.

A

* hymniza

B

antiquus,

46 *Officium chori in Herbipolensi Breviario anni* 1575 *suprà laudato sic se habebat : Lectiones* I *&* II *ex Legenda Sancti, utì & Antiphonæ & Responsoria ad Psalmos. Antiphona in* I *Vesperis.* Adeſt dies feſtivus, omnibus votis cunctis expectandus : adeſt solemnitas totis desideriis amplectenda, in quâ Sanctus Burchardus conjunctus eſt supernis civibus, cum quibus pro devoto collegio semper supplicat Domino. *Hymnus* :

C

Gaudium magnum referunt per annum,
feſta Burchardi veneranda Sancti, in quibus regnum meruit supernum scandere fœlix.
Ipsius laudes resonemus omnes, mente devotâ, animaque totâ gratias dantes : Domino canentes, munere tali.
Hic Deo charus, pietate clarus, Angliæ nobis veniens ab oris, cælicam vitam docuit colendam vocibus, actis.
Poſt datum vitæ spatium peractæ, carne defunctus, Superisque junctus, pro suis servis simul & catervis, sedulus orat.
Doxa, majeſtas, honor & poteſtas, laus, salus, virtus, decus, ordo certus, trino sit simul unitati Deo, sæcula cuncta. Amen.

Antiphona ad Magnificat *in* I *Vesperis :* A progenie in progenies fecit misericordiam Dominus, qui eduxit Abraham de Hur Chaldæorum & de ultimis finibus terræ vocavit Sanctum Burchardum, ut in hac terra noſtra peregrinus eſſet & advena, in illa verò patria cæleſti, civis Sanctorum & domeſticus Dei, ubi nobis datus à Deo patronus, jugiter intercedat pro hac sancta plebe & pro universis fidelibus. *In* II *Vesperis :* Hodie Sanctissimi Burchardi feſtum celebrantes, Deum, à quo tanta claritate suffultus emicuit, collaudemus, hodie tanto patrono cælitus accepto hymnis gratulemur, hodie laudibus celebremus eum, cui chorus angelicus à mortalibus ad æterna ascendenti applaudebat. *Collecta ad Laudes :* Deus qui populo *ut in Miſſa : in utrisque Vesperis :* Deus qui præsentem diem honorabilem nobis in B. Burchardi Confeſſoris tui gloriosa feſtivitate præſtitiſti, da nobis ipsius interceſſione præsentis vitæ fluctibus non teneri. Per Domin.

D

47 *Hujuscemodi fuit antiquus S.* Burchardi *cultus : mutationes deinde varias tam Missa quàm Officium subiere. Adolphus ab Ehrenbergh, VVirceburgensis ab anno* 1623 *usque ad* 1631 *episcopus, Officium de Communi Confeſſorum recitari, retinerique dumtaxat voluit Antiphonam ad* Magnificat *in utrisque Vesperis & Orationem :* Deus qui populo &c. *Joannes Philippus à Schonborn (sedit Herbipoli ab anno* 1642 *usque ad* 1673*) primam* II *Nocturni Lectionem sumi juſſit ex Actis, reliquas ex Sermone S. Maximi ; Orationem quoque* Exaudi &c. *præscripsit. At Philippus Franciscus tres* II *Nocturni Lectiones ex Actis hauſtas legi voluit ; reliqua de Communi. Tranſlationis feſtum haud pari ubique solemnitate celebratur ; solemniſſimè verò in S.* Burchardi, *ubi ritu duplici* I *claſſis, concione ad populum, supplicatione publica, propositis Indulgentiis, ac ingenti civium concursu celebratur: parochiani sacro intersunt ac ab opere servili abſtinent. Singulari item in cathedrali templo honore colitur, etsi non adeò solenni, in ecclesia Novi monaſterii, & in monaſterio S. Stephani, in quo ritu Duplicis Majoris colitur. Homburgi quoque peculiari cultu afficitur in crypta, in qua felicem animam creatori reddidiſſe creditur, nunc conversa in sacellum, quod, anno* 1721 *die* XIV *Octobris à Petro Trieffenſteiniensi præposito Joannis Philippi Frantz, Wirceburgensis episcopi auctoritate consecratum, à fidelibus eò pietatis causâ peregrinantibus visitari frequenter solet, ex quo mulier VVirceburgensis parochiæ S.* Burchardi *à lethali morbo anno* 1721 *ejus interceſſione convaluit.*

E

F

& recentior,

48 *Ecclesias suo nomini dicatas non paucas habet ; ac in ipsa quidem VVirceburgensi civitate ecclesiam S. Andreæ, conditori suo* Burchardo *pariter sacram voluit Hugo episcopus, ùt dictum suprà. Hanc dein VVillemodus, loci abbas inſtauravit, & S.* Burchardi *nomini Bruno VVirceburgensis anno* 1042 *denuò consecravit ; demum verò, cum jam canonicorum ab anno* 1464 *fuiſſet, Joannes Philippus à Schonborn anno* 1667 *die* VII *Julii. Palatii item episcopalis ecclesiam ejusque altare princeps etiam S.* Burchardo *sacrum an-*

loca ſacrâ illi dicata.

A *no* 1743 *esse voluit Fridericus Carolus Wirceburgensis episcopus. Extra civitatem verò quamplures sibi dicatas habet ecclesias, partim parochiales, partim, ùt vocant, filiales. Parochiales in Erlenbach, Gerichstetten, Jagsberg, Mellerstatt, Messelhausen, Trapstatt; filiales in Busselsheim, Erlebach, Stepbach; ut nihil dicam de variis altaribus, iconibus, statuis in ejus honorem erectis, de quibus Groppius in Vita S.* Burchardi *Germanica, unde quæ de illius cultu hoc & num. superiore dicta sunt, huc fere transtuli, consuli potest. Addo ex pag.* 62, *invocari solitum S.* Burchardum *in Litaniis Majoribus, quæ olim ecclesiæ Wirceburgensi in usu fuere. Docet me insuper idem Groppius tom.* 4 *Scriptor. VVirceburgensium pag.* 70, *recondi quidem in SS. Andreæ &* Burchardi *olim monasterio, nunc autem nobili canonicorum collegio, sacra ejus ossa; at nesciri, quo loco.*

& apud 49 *Diem S.* Burchardo *emortualem fuisse* 2 *Februarii, Deiparæ virgini Purificatæ sacrum, nemine, quod sciam, contradicente, Egilwardus tradidit: hinc è Martyrologis quidam Sanctum Pontificem ad diem* 2 *Februarii, alii ad* XIV *Octobris Fastis suis adscripserunt: Castellanus verò in Martyrologio suo Universali, VValasserus in Martyrologio Germanico, & Galesinius ad diem utrumque. Notatur item ad diem* XXI *Novembris Translatio S.* Burchardi *in codice Hagenoyensi inter Usuardina Auctaria apud Sollerium, sed erroneè; cum die Præsentatæ in templo Virgini sacro neque obierit, neque translatus aliquando fuerit. Notatur ad diem* 2 *Februarii apud Mabillonium in Calendario Sanctorum partis* I *sec.* III *Benedictini & in Martyrologio Anglicano: ad diem verò* XIV *ab auctore Florarii nostri MS., Wione, Greveno, Molano, aliisque: demum in Martyrologio Romano, cujus hæc verba sunt:* Herbipoli Sancti Burchardi primi illius civitatis episcopi.

AUCTORE J. B. *Martyrologos memoria.*

D

B

VITA SANCTI BURCHARDI EPISCOPI.

E

Ex MSS. membranis monasterii Aichstadiensis Ordinis Prædicatorum.

AUCTORE ANONYM.

Auctor S. Burchardi *Vitam scribit, ut ejus merita recolentes ejusdem precibus fulciantur.*

* *abundat*

C

TErrenarum motus curarum, si divino adjutorio trahatur ad respectum miserationis divinæ, qualiter æternâ scientiâ Sanctos suos justificaverit, mens humana & * sollicitudinibus pressa inutilibus solvitur, ultroque remunerationis præmio non fraudatur. Oportet ergò, ut ad B. Burchardi Pontificis laudes styli seriem vertamus, quatenus dum ejus merita recolimus, orationum emolumentis fulciamur. Neque enim metuendum, ut in laudibus beatorum virorum fideliter prolatis modum possit excedere veritatis piæ narratio devotionis. Quidquid itaque de omnibus rectè fatemur, & de uno quoque profari non dubitamus. Quando sic Sanctorum fraternitas jungitur, ut omnia in omnibus Christus habeatur, eâque concordiâ membrorum connexio capiti copuletur; quo diversorum retributio meritorum una sit exultatio omnium. Quapropter datur nobis licentia faminis, servato ductu Catholicæ narrationis.

Sanctus, relictâ patriâ, Galliam primùm, dein Germaniam adiens,

2 Venerabilis Burchardus, Anglorum genere nobilis, nobilior factus prosecutione divinæ religionis. Hic ab annis puerilibus Deo se vovens, quantum ætas permittebat puerilis, festinabat ad studium bonæ operationis. Tandem relicta Brittannia, peregrinationis obtentu, in quandam Galliæ partem transacto salo pervenit. Ibique tam diu sub habitu peregrini delituit, quo auditâ famâ egregii præsulis Bonifacii, incenderetur ardore visendi Pontificem, sanctitatis famâ vulgatum. Is etenim Mogontiorum tunc præerat urbi: vir sermone clarus, aspectu jucundus, moribus probus. Ad quem venerabilis Burchardus cum veniisset, *a* ab eo gaudenter susceptus est.

a

& à S. Bonifacio benignè susceptus, unà cum illo Romam profectus.

F

3 Ferunt autem Sanctum Pontificem primo aspectu præfati Viri, prophetico repletum spiritu adhærentibus sibi ministris tale protulisse vaticinium: Gaudete fratres, ecce misit nobis Dominus virum contubernialem, cui committi debeat ovile Dominicum in Wirzburgensi urbe à B. Kyliano *b* collectum. Quibus auditis, venerabilis Burchardus, primò oneris magnitudinem expavit, postremò memor divinæ visæ dispensationis, tale fertur dedisse responsum: Etsi tanto videor indignus officio, divina tamen dispensatione imponendo mihi oneri non obluctor. Qui enim misericorditer onus imponit, credo, quia clementer levabit. Ex eo tempore sanctissimus præsul Bonifacius solerti indagine perquirebat, quibus efficere modis valeret, quod divinâ noverat sibi gratiâ revelatum. Tandem divino instigatus adminiculo, concessu Pipini illustris Regis, qui tunc Franciæ regimen dispensabat, Romam petiit, prædicto Burchardo comite. *c* Præerat autem tum Romanæ ecclesiæ Zacharias summus Pontifex, *d* Dominico ovili aptissimus, summi

b

c

d

AUCTORE ANONYM.

Pontificatus infulæ non incongruus. Hic amplo sinu charitatis viros ex Germaniæ partibus adventantes Romam, colligere solitus erat, volens novellæ plantationis in fide Christi gentes ducere ad expetitionem loci, ubi Paſtor ecclesiarum, Doctorque gentium humanis corporibus habebantur. Cui tamen cum Magontini archipræsulis innotuiſſet adventus, præmeditari cœpit, si quid cum tanto viro dignum Deo * coöperari valeret. Audiverat enim jam dudum sanctitatis ejus famam longè lateque vulgatam. Veruntamen cum ad hoc perventum eſſet, ut mutuis colloquiis poſt sibi datos amplexus fruerentur, cœpit Romanus Pontifex percontari, quo rudis adhuc Germanorum fides religionis munimine fulciretur, utrùmne gentibus novæ eruditionis splendeat inextinguibilis lucerna divinæ respectus. Huic B. antiſtes Bonifacius, cum de omnibus, quibus interrogatus fuerat, veram reddiderat sententiam, in extremis faſſus eſt, hoc sibi maximè fore veniendi negotium, ut Wirzpurgense oppidum diœcesi suæ vicinum episcopali munio sacraretur. Tunc Romanus Pontifex primò percunctari cœpit, quæ huic officio legaretur persona, dicens, non rudibus congruere officium secundum Apoſtoli præceptum. Dehinc si episcopie prædia sufficerent, quibus pauperum neceſſitas Clericorumque suſtentari poſſit inopia; afferens Episcopum Dei familiæ dispensatorem.

A

* *minùs rectè apud Mabill.* vero.

B

à Zacharia in episcopum conſecratur:

4 Beatus igitur Bonifacius munificentiâ charitatis præditus, prædiorum Episcopii sui partem Romano Pontifici complacitam Wirzpurgensi Episcopio delegavit, ut futurus ibidem episcopus, sicut consors exiſteret divini laboris, ita etiam fieret particeps temporalis suſtentationis, juxta illud Apoſtoli: » Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Chriſti. » *e* His ritè peractis à Romano Pontifice iterum persona disquiritur, quæ officio idonea deſtinetur. Verumtamen venerabilis præsul Bonifacius Burchardum in in medium deducens, cœpit illum dignis laudibus prosequi, dicens, hunc juvenili ætate ab Occiduis partibus *f* adveniſſe, secumque usque ad perfectam ætatem degentem, se nihil in eo reperiſſe, quod pontificali officio videatur contraire, ac per hoc se illum pontificali infula credere dignum. Ad hæc summus Præsul hilari vultu inquit, Agamus, frater, Deo gratias, quia à solis ortu usque ad occasum laudatur nomen Domini. Ab occasu veniſſe dicis, per quem ortum veri solis rudibus in fide populis divina pietas miniſtrabit. Perficiamus quod divina credimus ordinatione dispositum. Sicque consecrato Burchardo episcopo, acceptis à Romana sede privilegiis, uterque præsulum proprias sedes repetere contendunt, quos Romanus Paſtor talibus prosequitur votis: vadite, inquiens, ô fratres chariſſimi, coöperatores divini seminis, crescat fructus vestri laboris; nec valeat inimicus, vobis torpentibus, in agro Dominico serere, quod tempore meſſis debeat incendio tradi; prosequaturque vos auxilium divinæ protectionis, quâ janitor cœleſtis aulæ defensus eſt, ne à sathana velut triticum cribraretur. His dictis, arripuerunt iter, ad sedes proprias remeantes. Quo peracto, in divinis laudibus, & spiritualibus canticis tandem uterque præsul Wirzburgense oppidum pervenit. Quibus inibi habitantium, & ex vicinis locis occurrens multitudo hominum copiosa, supplicibus clamabat vocibus, dicens, Venite patres, venite servi Dei excelsi, venite liberatores animarum noſtrarum; augmentate divini verbi semina, à beato Kyliano nobis olim monſtrata, quò vomere sermonum vestrorum exculta tellus noſtrarum mentium, dignos ferre queat fructus proventuum. Quibus auditis uterque Præsulum præ gaudio lachrymas fudiſſe memoratur. Tandem egregius Archipræsul Bonifacius inquit, Felix eris Wirzpurch, & inter Germaniæ non ignobilis urbes, & quamvis his temporibus quarundam civitatum poſtrema habearis, tamen exornata corporibus martyrum inferior non haberis. In numero Trinitatis tribus fulciris martyribus *g*, ad suppletionem tetradis, probitas Burchardi acceſſit Pontificis.

C

D

g

gregi suo sedulus invigilat, S. Kiliani Reliquias elevat,

5 Dum hæc ita gererentur, ad locum orationis perventum eſt, fusisque precibus, & ritè omnibus, quæ ad præsens negotium pertinebant, peractis, sanctus Bonifacius ad propria repedavit. At hunc venerabilis antiſtes Burchardus sedula meditatione cœpit perquirere, qualiter commiſſas sibi oves benè regendo in extremo examine superni judicis » cuge » Dominicum poſſit promereri. Erat enim mitis eloquio, vultu clarus, vigiliis atque orationibus, eleëmosynisque, quantùm facultas suppetebat, deditus, ætate vergens in senium, ita ut in omnibus pontificali officio videretur idoneus. Sicque factum eſt, ut pænè ab omnibus amaretur; non enim poterat non amari, quem replebat gratia cœleſtis beneficii. Prærogativa autem fulciebat, ut dignè ab omnibus amaretur. Dehinc meditari cœpit, ut corpora B. Martyrum Kyliani & sociorum ejus de loco, in quo ab infidelibus temerè posita fuerant, levarentur. Pro certo namque noverat non diligenter fuiſſe reconditos, quos clam audiverat interfectos. Collecto denique Clero & populo, indixit jejunium, ut digni poſſent reperiri, à quibus sancti Martyres permitterent sua corpora moveri. Conſtituta autem die elevationis Martyrum *h*, maxima ruſticorum multitudo confluxit Wirzpurch, alii religionis ſtudio; alii convenerant illecti miraculorum indicio, alii recuperandæ sanitatis desiderio. Tunc venerabilis Pontifex Burchardus ad locum sepulturæ acceſſit, acceptoque sarculo primus fodere cœpit, subvenientibus sibi miniſtris, quos ad hoc opus delegerat. Sed poſtquam tellus egeſta eſt, non alta scrobe inventa sunt corpora Martyrum, ita fragrantia, ut omnium circumaſtantium nares suavitate odoris tanti replerentur. Elevatis denique corporibus, ingens factus eſt populorum concursus, multitudinisque ſtipata congeſtio. Elaborabat nempe popularis ille conventus, si quis poſſet feretrum tangere, aut transitu succumbere, alii elevatis manibus, gratias Deo referre; eratque vox omnium una:

E

F

h

A una : Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

ac sancto fine quieſcit.

6 Tanta verò miraculorum insignia operatus eſt Dominus per Sanctos suos, ut si qui fortè aderant, qui in fide titubarent, visis tot signis, solido robore credulitatis firmarentur. Miraculis igitur comitantibus, hymnis perventum eſt ad locum, ubi Sanctorum corpora condenda erant, quæ diligenter recondita usque in præsentem diem hymnis & orationibus frequentantur. Venerabilis tamen sacerdos Burchardus in loco, ubi Sanctorum Martyrum corpora humo tenebantur, vigiliis, orationibus, ac Miſſarum frequentationibus indeficienti ſtudio vacabat, metuens ne fraus antiqui furis à thesauris divino igne probatis, per desidiam se removere valeret; aut dum ipsi minùs diligenter cuſtodiunt, inertem cuſtodem, & se non integrè diligentem contemnerent. Certus itaque sanctus Vir de præmio æternæ remunerationis, solerti cautela semet undique muniebat, quatenus pulsanti Domino januam, qui eum familiæ suæ præfecerat, confeſtim aperiret,

B accensisque lampadibus nulla per ipsum mora foret, quin æterno convivio cum prudentibus virginibus reciperetur. Hac denique expectatione sollicitus, in divino opere, nec calliditate antiqui serpentis poterat devinci, nec senectutis gravitate tardari; in effecto * virilem animum gerebat. Tandem advenerat jam tempus, quo sancta anima mole corporis solvenda erat, comperiensque sanctus Vir per corporis ægritudinem vicinam inſtare sibi carnis diſſolutionem, vocatis fidelibus, qui in præsenti adeſſe poterant, divini verbi pabula, in extremo quoque præsentis vitæ termino miniſtrare curavit, monens illos viam veritatis insiſtere, charitatemque, in qua summa virtutum consiſtit, inviolabiliter observare. Poſthæc extremi muneris benedictione prolata, Corporis ac Sanguinis Chriſti viatico munitus, amiſſa mole terreni corporis migravit ad cœlum, *i* ubi acceptâ singulari ſtolâ fælicitatis, expectat ultimum resurrectionis diem, quo duplici veſtitus ornamento nil sibi deeſſe lætetur, per eum, qui vivit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

* *lege* effœto corpore

ANNOTATA.

a *Sub annum* 725.

b *Is fidei Chriſtianæ semina primùm illic jecerat, unà cum SS. Colomanno & Totnano; de quibus actum in Opere noſtro eſt ad diem* VIII *Julii, quo coluntur.*

c *Locum id iter non habuit : unde fabulosa sunt, quæ de Zachariæ, Bonifacii, & Burchardi colloquiis & hujus per Zachariam consecratione subjunguntur: consecratus à Bonifacio fuit anno* 741. *Vide Commen. prævium num.* 14.

d *Præfuit ecclesiæ ab anno* 741 *usque ad* 752.

e *Ad Gal.* I *v.* 2.

f *Nimirum Angliæ, S.* Burchardi *patriæ: at non ætate usque adeò juveni, quin jam esset presbyter.*

g *Horum martyrum nomina habes hìc litt. b.*

h *Solius elevationis SS. Kyliani & Sociorum Martyrum Anonymus meminit: sed non semel illorum corpora tranſtulit S.* Burchardus, *qua de re Egilwardum in Vita S. Præsulis altera consule.*

i *Probabiliùs anno* 754. *Vide Comment. prævium num.* 39.

VITA S. BURCHARDI

AUCTORE EGILWARDO

C

Ex antiquo MS. Monasterii S. Stephani Herbipoli.

F

PROLOGUS.

LIB. I.

Profitetur auctor impoſito oneri ſe imparem, a

DIgnè venerando venerandæ Congregationis abbati, P., juxta nomen ſuum tranſeuntis peregrino *a* ſeculi, aliàs autem civi Sanctorum & domeſtico Dei, eiſdemque ſuis commilitonibus, videlicet intra murum S. Burchardi excubantibus peccator,

b c E, *b* nec nomine dignus *c* ſi quid in divina fraternaque caritate tantillæ valeat perſonæ ſervitus judicio matris virtutum, quâ nimirum præcedentes nos ſatis hæreditârunt patres, forſitan non ſine cauſa grave mihimet onus imponitis, mihi, inquam, non tam alieno, quàm proprio veſtri juris aſello, quem frequentiſſimè paſcentes, & potentes, rariſſimè vel numquam oneraſtis, poſtquam enim veſtram veſtra tantummodo dignatione membrum effici merui; *d* ex tunc, *d* quantum in me fuit, ſatagebam, ut par erat, vobis in omnibus ſecundum Apoſtoli dicta ſeu compati vel congloriari. Unde contra ſtimulum caritatis tam inolitæ ulteriùs recalcitrare non præſumens, ſarcinæ veſtræ miſſionis, licet longè vires meas excedenti, dorſum obedientiæ non ſubtraho, quamquam non ignorem, plura apud nos hactenus inviguiſſe, & adhuc invigere præclara ingenia, quæ ratis ſuperque prævalerent.

AUCTORE EGILWARDO

rent condignis extollere præconiis Almi Patroni noſtri, immò totius Orientalis Franciæ metropolis proto-hierarchæ, Burchardi merita.

A

subire tamen id ex obedientia.

2 Aſpirante igitur eo, qui ubi vult, ſpirat, Spiritu ſancto, conſpirent hac in re per unanimitatem communia licet pro meritorum diverſitate aut æquipollentia, Præſulis ſcilicet ejuſdem jam cœlicolæ pietas favendo, veſtra ferventiſſima caritas precibus juvando, mea quoque obedientia utinam minùs præſumptiva ſcitum ducendo. *e* Tuo tamen, ô currus Iſraël auriga. P. judicio ſpecialiſſimè concedatur, quid ex opuſculo præſenti recipiatur vel reſpuatur : præcipuè nimirum illò ſe totus dirigat intentionis hujus oculus, ut in omnibus hiis ſolummodò honorificetur Deus, qui ſolus utique mirabilis in Sanctis ſuis; ſolus non immeritò potiſſimè in ipſorum glorificatur meritis. Sit præterea præſens Opuſculum inter utriuſque noſtrûm congregationis ſicuti præſentibus probatio fraternæ dilectionis, ita etiam apud poſteros utrobique monumentum vel teſtamentum perpetuæ ſocietatis, ut dum hìc unum & eumdem Patronum devotio communis ardere ſe probat

B

in terra viventium ſeminator ſimul & meſſor perpetualiter gaudeat. Amen.

amore toto cordis acumine ſpeculandum, qùaliter à ſolis ortu uſque ad occaſum fulgur Euangelici jubaris parens inſulas occiduas in tantum illuſtraverit, ut radiorum ſuorum reſplendoribus etiam noſtrarum partium caligines ſolem juſtitiæ notificando fugaverit, dum Scotia quondam bruta, nunc in Chriſto prudentiſſima nobis lumen noſtrum primitivum deſtinavit Kilianum *c*, Burgundis Columbanum *d*, Alemannis Gallum *e*: Anglia verò univerſæ Germaniæ magnum Bonifacium, & Orientali Franciæ primum fatiſque paſtorem idoneum, &, quod veriſſimè creditur, adhuc incultæ nimis eccleſiæ valde neceſſarium ſpeculum Burchardum *f*. Quibus ſpiritualibus militiæ ducibus eximiis, cuique ſui magiſterii ſequax adhærebat in Deo fortis exercitus, quorum ſingula quia non vacat exprimere *g* vocabula, libeat eorum exemplis potiùs intendere *h*, quàm nominibus. His itaque pro ſtamine telæ *i* prætextis, Chriſto juvante, jam res exigit, utcumque ſûbtemen conſequenter innectendum innodare ad renovandam ſcilicet memoriam primi viri *k* mandritæ prænominati ſæpiusque nominandi Burchardi Præſulis.

D

c
d *e*
f
g
h
i
k

E

ANNOTATA.

a *Notatur in margine MS noſtri abbatis, ad quod alludit, nomen; nempe* Pilgrimus, *quod parum diſſonat à voce Belgica* Pelgrim, *tribui peregrinantibus ſolita.*

b *Littera E explicatur item in margine per vocem* Eggihtdius.

c *Indicat, ſe nomine, quod gerit, haud dignum eſſe : & hìc igitur ad illud fit allusio : cum dignus*, Ward *Germanicè ſit, Egilwardum, cui hæc S.* Burchardi *Vita paſſim adſcribitur, non Eggithdium, litterâ E hìc ſignificatum reor.*

d *Hinc efficitur auctorem hunc fuiſſe monaſterii S.* Burchardi *alumnum.*

C e *Scatent hæc mendis, quæ non facilè corrigas. Imperitus quidam hæc malè deſcripſerit.*

PROLOGUS ALTER.

Converſa ad Chriſti fidem Anglia fidei præcones exteris gentibus plurimos misit,

a
b

SAlvatoris mundi gratia, qui quos prædeſtinat, vocat, & quos vocat, juſtificat, Verbo ſui Euangelii, quod in toto orbe prædicandum promiſerat, tandem inſularum numerum *a*, quæ per incredulitatis errorem diu fuerant longè à ſalute, per induſtriam fidelis ſui diſpenſatoris Gregorii *b* etiam Angliam, fructiferam valde terram ſeminis Dominici capacem factam per univerſæ Chriſtianæ religionis augmenta, ſuis doctoribus Spiritu ſancto cooperante, ſibi fecit eſſe propinquam. Multum inde replicare non indigemus, utpote quod in Geſtis Anglorum abundantiſſimè digeſtum non ignoramus. Non tamen otioſè prætereundum, imò pro Chriſti

CAPUT I.

S. Burchardi junior ætas, accessus ad S. Bonifacium, iter Romanum, & in episcopum Wirceburgensem inſtitutio.

CAP. I.

SIcut diverſa diverſorum Patrum teſtantur ſcripta, dum Gregorianæ ſignum plantationis Anglorum novella germinaſſet, pullulaſſet, creſceret atque floreſceret eccleſia, ſemper, ut de eodem dicitur doctore, venerabile meritum ejus ibidem accepit incrementum; fructificante nimirum ejusdem gentis fide per multas temporum ſucceſſiones omnis religionis devotione & fertilitate bonorum operum. Florebat interea in eadem insula vel patria sub rege Chriſtianiſſimo *l* aromatica quædam Chriſti boni odoris areola, nobilis utique nobiliſſimi Burchardi parentela, quæ tam rebus, quàm genere clara divini timoris insignibus notabatur ab omnibus prædita, *m* seseque per id præcipuè non tantùm convicaneis & contribulibus, sed & universo regno præbuit famosiſſimam, quòd in bonis actibus nulli generationi terræ illius se patiebatur eſſe secundam. Qua de re non incongruè Davidicum illud elogium divinitus ibi implebatur. » Potens in terra erit semen ejus, generatio rectorum benedicetur. » Ditavit quippe eos benedictio divina prole gemina nimis eximia, quæ patris simul ac matris, immò totius generationis illius utique præcla-

& Orientali quidem Franciæ S. Burchardum

F

l

m

ra

AUCTORE EGILWARDO.

A ra excelleret merita, Burchardo videlicet atque Suiduno, *o* utroque cœlitus sibi deſtinatæ vel proviſæ kathedræ poſtea pontifice futuro. O quàm benedictus fructus ventris matris illius, qui medicinam æternæ ſalutis ſufficienter miniſtraret duabus ſeorſum nationibus, Angliæ per indigenam ſuum Suidunum, Orientali nichilominus Franciæ per advenam Burchardum!

o

S. Swithuni fratrem:

5 Porro antequam de ejusdem Patroni noſtri converſatione narrationi, cui fundamenta jecimus, ſtructuram præmeditatam ſuperponamus, pauca, quæ de germani illius æquè ſanctiſſimi viri & epiſcopi fama comperimus, *p* ſilentio penitus non prætermittamus. Referebant nobis nobiſcum olim converſantes ex Anglia nati fratres, Godwin & Adalmar aliique quamplures inde huc advenientes, beati Suiduni Vitam miraculis plenam in eccleſiis illius terræ circumquaque ſcriptam reperiri, quæ tot tantisque virtutum doctrinæque ſplendeat miraculis, ut etiam ipſa non impotens ſit teſtimonium commendare germanæ ſanctitatis. Legitur, inquiunt, apud nos idem Dei famulus à primæva ætate cunctis Dei carismatibus unà cum litterarum diſciplinis apprimè imbutus, univerſis inſuper cœlibis vitæ munditiis præcipuè candidatus, & quamvis nullius ſe pateretur expertem videri virtutis, miſericordiæ tamen viſceribus maximè notabatur in-

p

B

ſignis. Omnibus quippe neceſſitatem patientibus ſtatim pro poſſe factus eſt proximus. Sed ne multis immoremur, unde pauca promiſimus, quique ad alia juxta propoſitum potiùs feſtinamus, qualiter idem Dei electus tam in practica, quàm in theoretica converſatione perfectus, per omnes gradus eccleſiaſticos ad epiſcopatûs honorem canonicè ſit provectus in civitate, quæ dicitur Wirziburg *q*; qualiter eandem doctrinis & exemplis illuſtraverit; qualiterque *r* de hujus mundi tranſlatus anguſtiis, villicationis ſuæ mercedem fidelis diſpenſator & prudens conſecutus in gaudium Domini ſui intraverit; hæc, inquam, omnia, qui plenariè nôſſe cupierit, penes eccleſiam illam, quam rexerat, indagare valebit. Tradunt etiam aliqui, quod iidem germani magno Bonifacio archiëpiſcopo non ſolùm compatriotæ, sed etiam carne fuiſſent conſanguinei *s*.

q

r

C

s

CAP. II. *quorum ille in Gallia aliquamdiu ſub peregrini habitu delituit,*

6 Venerabilis itaque Burchardus tam præclaram, tam præcelſam ſuæ proſapiæ genealogiam nullatenus paſſus eſt per ſuimet morum nebulas obfuſcari; ſed potiùs ab ipſis primævæ ætatis annis luce ſplendeſcere jam inchoans probitatis, quid miſericordia Dei, ſe præveniens, in futurum operari moliretur in ipſo, conatibus omnimodis videbatur imaginari. *t* Traditus enim cum fuiſſet à religioſis parentibus, ut facilè creditur, litteris imbuendus, vix eum quisquam vel nunquam repperit puerilibus irretitum levitatibus; ſed aut ſtudiis liberalibus incumbentem aut eccleſiarum limina terentem, ſeu quibuslibet aliis bonæ indolis indiciis immoran-

t

tem. Crevit etiam cum corporis incremento miſericordia in ipſo, ut de ſe ipſo beatus Job teſtatur, *u* & ut ita dicam, in eleganti

u

carnis materia paulatim virtutum compoſitio formabatur. Quid multa? Sic jejuniis & eleëmoſynis, vigiliis & orationibus non minùs ſpirituales nequitias, quàm carnis compreſſit illecebras, donec dudum per Spiritum Sanctum plantata, tanta morum illi ſuccrevit honeſtas, ut jam illud undique perfectum & ornatum Dei templum nihil in ſe permitteret concludi caducum. Hinc deliberationem, quam, Chriſto inſpirante, conceperat, ſpiritualium virorum conſilio roborabat & contra lenocinia blandientis mundi obſirmata viriliter facie, tam divitiis & voluptatibus, quàm se ipso *x* propriisque voluntatibus renunciavit, nudusque nudam crucem poſt Chriſtum cottidie bajulavit. Conſiderans autem in hac ipſa perfectione nonnulla temptamentorum ſibimet opposita ſcandala, id eſt, opulentæ divitias patriæ, affinitatem claritudinis cognatæ, affectus amicorum, ſpretorum vicinitatem prædiorum, ceterasque de mundo nebulas fumantes ac aciem veræ theoriæ nubilantes, quid de se potiſſimè futurum primus Arbiter disposuerit, sibi revelari vel inſpirari continuis precibus imploravit, tandemque ſpiritu conſilii & fortitudinis roboratus perpetuæ peregrinationis confugium modis omnibus deliberavit. Denique natali ſolo pro terra viventium relicto, ne quandoque illum pericula inferni invenirent, periculoſos alluentis ſalis fluctus

x

D

E

transfretavit, & Galliæ Comatæ *y* limitem attingens in quodam satis humili loco, verè non habens hìc manentem civitatem, sed futuram inquirendo, aliquandiu sub habitu peregrini delituit.

y

CAP. III. *ſed à S. Bonifacio, rem Chriſtianam*

7 Rutilabat hiis temporibus ſtella verè cœleſti fulgore à multis, quæ tunc temporis radiabant, ſtellis differens Winfridus, indigena nichilominus Angliæ, qui dudum patriâ, parentibus, immò cunctis transitoriis pro Chriſto renunciatis, ac per hoc Sancti Spiritus præ participibus ſuis unctus oleo, ſemina verbi Dei, ab Apoſtolica ſede sibi tradita, jam Euangelicæ nimis insudans agriculturæ, per vaſtiſſima deſerta spargebat regnorum Germaniæ. Hic enim Domini electus, & inter suos primò per omnia laudabiliſſimus, qualiter litteris Anglorum apud eccleſiam Romanam laudatus ejusdemque cunctarum matris eccleſiarum contubernio sit convinctus, adeò ut bonis ex factis ſuis, mutato nomine per Gregorium Papam Bonifacius ſit appellatus, pontifex conſecratus ac legatus Apoſtolicus in partes Germaniæ deſtinatus, plurimum Chriſto populum acquisierit, regum ac principum adeptus benevolentiam, nobilis Mogontiæ metropolitanam ſuſceperit kathedram, ipſamque poſtea archiëpiſcopatûs pallio sublimaverit, generalia Concilia Cis-alpinis in eccleſiis congregaverit, ibique multa corrigenda correxerit, sed & multiplicem prorſus quæſtum Domino ſuo de acceptis talentis longo tempore villicationis ſuæ lucratus sit; hæc, inquam, multaque alia Deo digna ſcituque neceſſaria in plurimis, quæ elegerat *z* de eo ſcripta reperiuntur, diligenter inveſtigare quisque valebit.

F

z

in Germania egregiè promovente,

8 Coöperabatur utique in his omnibus huic fideli

AUCTORE EGILWARDO.

fideli suo satisque prudenti dispensatori clemens ille Paterfamilias & Dominus, in cujus manu cunctarum gentium constat salus, in cujus prædestinatione miserendi earum singulis suum disponitur tempus, de quo veriſſimam legimus Prophetiam, immò non jam Prophetiam, sed evidentem cernimus historiam. » Descendet sicut pluvia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram » &c. usque » Et adorabunt eum omnes reges terræ. » *aa* Quonam modo verbi divini seminatores licet infatigabiliter diu sterilibus gentium cordibus nunc seminando, nunc plantando, nunc rigando insistentes per semet incrementum aliquod extorquerent, nisi pluviæ illius in virginale quondam vellus descendentis stillicidia terras hujusmodi cœlitus irrorando fructificarent? Nam, teste Gregorio, nisi intus sit, qui doceat, sermo doctoris in vanum exteriùs laborat: & è contrario nulla in discendo mora est, ubi Spiritus Sanctus doctor adest: ad hæc promissæ ortus justitiæ pacisque nunquam posset habundantia stabiliri, nisi per ipsum, ipso mediante, qui solus est justitia & pax omni credenti. Hac etiam arte suos semper nuncios Christi misericordia prævenit: sic à mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos orbis terrarum Filio suo eidem verè pacifico dominatum Pater æternus instituit ac dilatavit, & ab æterno usque in æternum confirmavit. Hiis per excessum quamvis necessariò insertis, denuò ad beati Burchardi, à quo digressi paululùm sumus, conversationem describendam, stilo *bb* retrahamus.

aa

A

B

bb

CAP. IV. *jam presbyter,*

9 Igitur athleta Christi Burchardus pubertatis floridæ tyrocinio jam fortiter contra potestates aëreas & adversus mundi rectores tenebrarum harum, contraque spirituales nequitias per mortificationem membrorum, quæ sunt super terram, transcurso, in hujusmodi profectibus nequaquam more quorumdam sibimet placentium in se in Domino gloriabatur dicens cum Apostolo. » Gratiâ Dei sum id quod sum » itemque: » non ego, sed gratia Dei mecum, *cc* ecclesiasticis insuper gradibus canonicè promotus, etiam ascensiones alias in corde suo disposuit. Idem quemadmodum de virtute in virtutem, de bonis ad meliora semper provehi posset, continua mentis revolutione meditari cœpit. Ad hæc liberalium scientiam artium, compositionem morum, sermonum facundiam, corporis elegantiam, ceteraque Sancti Spiritus carismata se perpendens non sine causa percepisse, quonam modo potissimè talentum sibi creditum duplicaret, horis omnibus non cessavit sollicitè tractare, dictum sciens à Domino: » cui plus committitur, plus exigitur ab eo. » *dd*

cc

C

dd evocatus

10 Interea pervenit ad eum cunctas Europæ partes jam pervagata fama illius, cujus nuper mentionem fecimus, archimandritæ Bonifacii, moxque bono Christi repletus odore, & quia cum Sancto quis Sanctus, & cum electo electus esse possit, confisus, tanti viri præsentiam, tanti doctoris audientiam sitire, & ad tantæ sanctitatis atque dignitatis conversationem non destitit ardenter anhelare. Accidit autem divina, quæ disponit omnia suaviter, providente sapientia, dum in agro Dominico vir idem Bonifacius per omnia Apostolicus totis desudaret viribus, seges etiam verbi Dei multam jam in messem crescret: præcavens venerandus heros, ne paucitas operariorum fervens opus impediret, quamplures cooperatores à sua patria, quos idoneos noverat, legatis atque litteris ad excolendum novale Dominicum, quod novare cœperat, asciſſebat. Inter quos inclitus & in omni religionis testimonio nominatissimus presbyter Burchardus ad nuptias Agni vocatus, geminæ caritatis bis tincto cocco præcipuè rutilabat indutus. *ee* Hoc modo semper corda probans Arbiter internus desiderium pauperum suorum exaudivit: sic voluntatem timentium se perfecit, dum corporalem præsentiam, quam spiritualiter in alterutrum uterque sacerdos ob suum perpetuum servitium, multorumque populorum salutem nunciis vicariis moliebatur, ipse, mediatrice caritate, colligebat.

D

ee

CAP. V. *gratanterque nec sine futuri episcopatûs vaticinio susceptus*

11 Nec mora: dum talia foris operabatur Sancti Spiritus gratia in primo tantorum virorum conventu præsentiam suam propalare non dedignabatur per solita carismata: nam mox post salutationem humillimam & oscula sancta summus Christi pontifex Bonifacius prophetiæ spiritu repletus, hujusmodi prorupit in oracula: Gaudeamus, inquit, Fratres in Domino, qui benignitatis suæ manum porrigere dignatur labori nostro, fraterna nos consolatione frequentans & rudibus ecclesiæ filiis novos semper eruditores ab insulis & à finibus terræ procurans, Gratias agamus ingentes ejus provisioni, qui societatem nostram jam ampliavit contubernio tanti Viri. Isti procul dubio custodiendum debetur ovile Dominicum, B. Kiliani Sociorumque ejus instantiâ collectum, doctrinis & exemplis instructum, ac martyrio consecratum. Servus autem Christi Burchardus humilitatis oculum in se ipsum retorquens, licet nihil minùs se tunc suspicaretur auditurum fore, utpote qui modis omnibus subesse venerat, non præesse, tamen humilitatem sine obedientia sterilem vel nullam esse perpendens, tandem post silentium stupore conceptum in hujusmodi fertur responsum prorupisse. Credo, Pater venerande, credo, quæ tua proposuit auctoritas, otioſè te nequaquam protulisse: me quoque si intus nôsses, scio, nullatenus profecutum fuisse. Ego verò, etiam si ad id, quod loqueris, me idoneum non esse, veraciter profiteor, tamen quodcumque michi per tuam sanctitatem imponitur, oneri non obluctor. Deus enim si per te michi misericorditer onus imponit, confido, quia clementer levabit. Assum tuo quippe per omnia parere promptus imperio, & quia hoc pro nomine Salvatoris ago, per id me salvari cum ejus gratia non ambigo.

E

F

CAP. VI. *majori perfectioni incumbit;*

12 Ex hoc tempore nobilissimo virorum sanctorum collegio sub magisterio summi Præsulis Bonifacii consociatus Deo dignus presbyter Burchardus cœpit ab exemplis singulorum solidam suæ conversationis sanctitatem veluti quibusdam pigmentis accuratissimè condire & in illorum comparatione seipsum to-

tamque

AUCTORE EGILWARDO.

A tamque tranſactam vitam diſpicere; indeque factum eſt, ut pro morum honeſtate vitaque in omnibus permaximè laudabili in brevi omnibus eſſet amori & honori. Econtra beatus ille non ſeipſum commendans, ſed in Domino cum humilitate inolita pro bonæ conſcientiæ teſtimonio mediocriter glorians, illam sæpe Pſalmigraphi ruminare ſolebat ſententiam » Non nobis, Domine, non nobis,
ff ſed nomini tuo da gloriam *ff*. Jam tunc novum, immò primum ſe Chriſti tyrocinium profitebatur ingreſſum intra turmam ſcilicet tot, tamque robuſtorum Chriſti militum, quorum & ſe veſtigiis proponebat adhærere, quorum exemplis in montem Domini confidebat altiùs procul dubio ſe poſſe repere, ſi tamen ea, quæ retro erant, oblitus ad anteriora
gg perſeveranter extenderetur, donec ſe *gg* tandem apparens conſpectui Domini cum juſtitia de manifeſtata ſolis electis ejus gloria ſatietur. Fuerunt ibidem ſub magiſterio præfati doctoris Apoſtolici Bonifacii complures jam ad unguem facti viri, Lullus ſcilicet, ipſius poſtea in præſulatu ſucceſſor, Willibaldus & Wunibaldus germani, Wigbertus,
B Eſola, Eoban & Adalharius atque Waltherus, ceterique cooperatores illius in verbo Dei, quorum vocabula geſtorum ejus liber
hh continet *hh*, monachica ſub profeſſione de-
ii gentes *ii*, tamen eccleſiaſticis miniſteriis atque prædicationi pariter inſervientes, quorum utpote ſpiritualium per omnia virorum crebrò tractare curabat conſilio, qualiter eandem lucernam, divini Spiritus tam ſufficienter accenſam igne, eccleſiæ ſupponeret candelabro, & quemadmodum ad competentem perduceret effectum, quod de ſancti Martyris Kiliani populo acquiſitionis ſuperna ſibi gratiâ fuerat revelatum. Tandem tot templorum Spiritus Sancti concordantium roboratus oraculis, Pipinum, qui Majordomus dictus; tunc Francorum regnum ſub Hilderico, ſolo nomine rege, diſpenſabat, ſupplex adiit, eique ſuper capitulo præſenti ſui cordis ſecreta revelavit; qui clementer more ſuo piis votis annuebat; neque hoc ſolùm, ſed etiam ſuam ac regiæ dignitatis legationem ſive litteras ad ſedis Apoſtolicæ
C Pontificem per eundem præſulem deſtinabat. Aſſumpto namque prædicto Burchardo preſbytero, nivoſa præſul almus Alpium juga non ſine multis tranſcendebat periculis: demum quoque, divinâ gubernatus providentiâ,
kk ſolus *kk* comitum ſupellectiliumque ſuarum
ll numero, mœnibus præſentatur Romuleis *ll*.

CAP. VII. *Romam dein Pipini juſſu cum S. Bonifacio profectus*

13 Præerat his temporibus Romanæ eccleſiæ Zacharias Pontifex, ſummus ovili Dominico paſtor, tam verbis, quàm exemplis aptiſſimus, ab Apoſtolo Petro Apoſtolico Pontificatui non incongruus. Hic amplo ſinu caritatis viros ex Germaniæ partibus Romam adventantes colligere ſolitus erat, ſatagens modis omnibus novellæ plantationis in fidè Chriſti gentes elicere ad expetitionem loci, qui, ſicut antiquitus per ſecularem potentiam mundi caput extiterat, ita ſub Euangelicæ gratiæ tempore per ſuſceptum Chriſti imperium, & Principis Apoſtolorum, gentiumque Doctoris martyrium ac ſepulturam in primatum univerſalis eccleſiæ profecerat. Cum autem eidem Apoſtolico Patri Moguntini archipræſulis adventus innotuiſſet, præmeditari cœpit, ſi quid cum tanto viro dignum Deo cooperari valeret. Audierat enim jam dudum ſanctitatis ejus famam longè lateque vulgatam. Verumtamen cum ad hoc perventum eſſet, ut poſt ſibi datos amplexus magnis *mm* fruerentur colloquiis, cœpit Romanus Pontifex percontari, quo rudis adhuc *mm*
Germanorum fides munimine fulciretur religionis: utrumne, gentibus ſub diſcipulatu proficientibus novæ eruditionis, divini reſpectus lucerna ſemper reſplendeat in augmentatione populi fidelis.

D

14 Hinc beatus antiſtes Bonifacius, cum de hiis & de omnibus, quæ interrogatus fuerat, *à Zacharia*
veram atque diſtinctam reddidiſſet rationem, *Pontifice*,
in extremis faſſus eſt, hoc ſibi maximè fuiſſe veniendi negotium, uti Wirtziburgenſe oppidum diœceſi ſuæ contiguum Apoſtolicæ auctoritatis munimento * cathedram ſortiatur * *ſic Surius.*
epiſcopalem. Retulit etiam venerandus heros cauſam ejuſdem religioſæ intentionis in audientia tam Domini Apoſtolici, quàm univerſalis, quæ tunc fortè congregata fuit, E
ſynodi, *nn* ſcilicet quod quidam ſanctiſſimæ *nn*
converſationis vir Scotigena, nomine Kilianus olim ab Apoſtolica ſede Francis Orientalibus prædicator directus & apud civitatem prædictam martyrio cum Sociis conſummatus, modò multis miraculis ad tumbam ſuam clareſcat, & propter hoc ipſum divini favoris indicium regi Francorum, cunctiſque ſuis optimatibus placere, ut ad incrementum eccleſiæ ſalutemque tam nobilis provinciæ ſedes epiſcopalis ibidem fiat. Laudabant omnes Chriſtiani regis deſiderium, magnificabant ad hoc benivolentiam principum, induſtriam præſulis, profectum eccleſiæ creſcentis. Tunc Romanus Pontifex primò diligenter cœpit percontari, quænam huic officio perſona poſſet legari, dicens, rudibus in fide plebibus minimè congruere neophytum ſecundum præcepta Doctoris gentium. Dehinc ſi ad hoc de fidelium collationibus vel oblationibus epiſcopio ſufficerent prædia, quibus pauperum neceſſitas clericorumque ſuſten aretur inopia; afferens epiſcopum familiæ Chriſti diſpenſatorem ſibi ſubjectis non ſolùm ſpirituF
lem, ſed etiam victum proviſurum carnalem.

15 Beatus igitur Bonifacius, munificentiâ caritatis præditus, prædiorum epiſcopii ſui *Bonifacio*
partem Romano Pontifici complacitam, *illum maxi-*
Wirziburgenſi epiſcopio delegavit, ut futu- *mè commen-*
rus ibidem epiſcopus, ſicut conſors exiſteret *dante*,
Dominici laboris, ita etiam fieret temporalis particeps ſuſtentationis juxta illud Apoſtoli: » Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. » *oo* His *oo*
rite peractis, à Romano Pontifice iterum perſona diſquiritur, quæ huic idonea officio deſtinetur. Dehinc admirandæ prudentiæ vir Moguntinus antiſtes omni honore dignum presbyterum Burchardum in medium deducens cœpit illum laudibus proſequi, ſuumque probabile teſtimonium illius ſuperaddere probitati, afferens, hunc ab Occiduis partibus ante annos aliquot in ſuum ſuorumque

AUCTORE EGILWARDO.

contubernium adveniſſe, & ex hoc nichil unquam in eo, quod pontificali crederetur indignum dignitati repperiſſe. Ad hæc Papa glorioſus corde vultuque jam hilarior effectus, agamus, inquit, Fratres, gratias providentiæ Salvatoris noſtri, quia, ut verè dicitur à ſolis ortu uſque ad occaſum laudatur nomen Domini. Ab occaſu veniſſe teſtaris, per quem divina pietas veri ſolis ortum rudibus miniſtrabit populis. Proſequamur ergo alacriter per noſtrum officium, quod divinâ credimus ordinatione diſpoſitum. Sed antea communi devotione Chriſti pulſemus clementiam, quatenus ſuam noſtro miniſterio porrigere dignetur dexteram.

CAP. VIII. *probanteque univerſâ Româ, conſecratur,*

16 Poſt hæc conſilio cardinalium totiuſque Romani Concilii cunctorum corda ſimul & ora favorabiliter concordantia ſibi invenit, quatenus Wirzeburgenſis civitas Orientalis Franciæ cathedrâ pontificatûs inſigniretur, nec non & Burchardus tam excellentis teſtimonii presbyter ibidem primus ab ipſo ſummo Sacerdote præſul ordinetur & conſecretur; quod mox ipſe cum omni devotione & gaudio ſpirituali, tota Romana cooperante eccleſia, feſtinavit adimplere, riteque peractum, Apoſtolica auctoritate, ratis quoque tam ſecularibus, quàm eccleſiaſticis adſtipulationibus, canonicè ac jure gentium modis omnibus curavit confirmare. Nam ubi ſanctus electum Zacharias Burchardum Chriſti chriſmate propriis manibus perfuſum Chriſto Chriſtum Domini ſatis ſuperque myſticis imprecationibus *pp* eccleſiaſtico more commendavit, atque ſacravit, privilegiis eum Romanæ auctoritatis ſufficienter contra improbitates reproborum armavit, monitis paternis, quomodo novellam Chriſti vineam excoleret, inſtruxit, qualiter etiam parvam adhuc & inexercitatam naviculam inter immenſos fluctus ſeculi gubernaret, diligenter conſolatione Sancti Spiritus animavit, ad extremum litteris commendatitiis, ſuo nimirum ſigillo more majorum impreſſis, ad principis Pipini patrocinia cunctorumque Chriſti fidelium remiſit, & quod omnibus his excellit, Sanctorum reliquiis ad ædificationem & tutelam novæ eccleſiæ copioſè ditavit.

ac inter fauſtas apprecationes dimittitur uterque præſul.

17 Dehinc propediem uterque præſul miſſionem repatriandi rogat à Magiſtro, ejuſque pedibus advoluti benedictionis Apoſtolicæ contra omnia tam inſtantis itineris diſcrimina, quàm univerſa utriuſque hominis in hujus ſeculi pelago pericula benigno muniuntur ſolatio. Sic utique de cunctis, pro quibus venerant, reſponſis apprimè certificati, proprias ad ſedes remeandi cum maximo gaudio ſunt iter agreſſi. Quos Romanus Pontifex non ſine lacrimis patriæ pietatis hujuſmodi ſequitur vocibus & votis. Vadite, inquit, jam in pace Chriſti, Fratres Kariſſimi, cooperatores agri Dominici, ſeminatores verbi divini, creſcat & multiplicetur fructus laboris veſtri rore vel imbre nutritus Spiritus Sancti. Cavete, quæſo, ne vobis, quod abſit, torpentibus vel dormientibus, in agro ſummi Patris-familias zizania ſuperſeminet inimicus: continuè tempus intendite meſſis, quando manipuli laborum veſtrorum Dominicis recondantur in horreis potiùs, quàm faſciculi zizaniorum tradantur incendiis. Comitetur vos ſemper Euangelicæ protectionis auxilium, quo proficere *qq* poſſitis omni tempore ſuſceptum ſacerdotale miniſterium. Suffragetur inſtanter & indies veſtræ ſollicitudini Janitor cœleſtis aulæ, à cujus ſacratiſſima cathedra officium ſuſcepiſtis paſtoralis curæ; ipſius & precibus vita veſtra tutetur, qui tempore temptationis Salvatoris tutelâ defenſus eſt, ne à Sathana velut triticum cribraretur.

CAP. IX. *In Franconiam reverſis obviam undique illis itur, ac* Burchardum

18 Tranſcenſa dehinc Chriſti per gratiæ protectionem abſque ullius læſionis impedimento Alpium difficultate, Deique cum laudibus & canticis ſpiritualibus poſt longa Baioariæ provinciæ ſive Alemanniæ ſpatia emenſa gratos Orientalis Franciæ fines attingunt, in cujus pene medio poſitum ad oppidum Wirziburgenſe perveniunt: quibus tam inibi inhabitantium, quàm ex vicinis locis multitudo hominum ingens occurrebat. Nam fama præveniens huc illos congregaverat, qui omnes ad fontem vitæ corda ſitientia Chriſti ſacerdotibus offerebant, ac ſupplicibus nimirum clamoribus ipſum aërem uſque ad ſidera, ut ita dictum ſit, implebant: Bene, inquiunt, venite, Patres benedicti à Domino, venite, ſervi Dei excelſi, venite, liberatores animarum noſtrarum, augmentate divini ſemina verbi, à B. Kiliano olim nobis monſtrata, quò vomere ſermonum veſtrorum exculta tellus noſtrarum mentium dignos queat afferre fructus fidei bonorum operum. Quibus auditis, uterque Præſul præ gaudio lacrimas fuderunt, ſuiſque benedictionibus Chriſti gregem conſignantes, eidem Paſtori paſtorum tam devotas oves quàm intimis precibus commendaverunt. Inter hæc egregius archipræſul Bonifacius in exultatione Spiritus Sancti, jam hilarior factus, in auribus omnium hujuſmodi benedictionis & vaticinii ſermonem protulit: Felix eris amodò Wirziburg, & inter Germaniæ non ignobilis urbes, & quamvis temporibus quarundam civitatum poſtrema habebaris, tamen exornata corporibus Martyrum, inferior ultra non habeberis. In numero trinitatis Martyribus tribus *rr* fulciris: ad ſuppletionem tetradis, ecce, probitas jam acceſſit Burchardi Pontificis.

Bonifacius, oratione

19 Interea perventum eſt ad locum orationis: ibi, fuſis precibus, arreptum manu novum Pontificem legatus Romanus idem Bonifacius conſpectibus præſentavit totius populi circumſtantis: en, inquit, noſtra ſollicitudine nobis, Fratres, acquiſitum, à Romana & Apoſtolica ſede conſecratum atque directum repræſento Pontificem, neceſſarium novellæ fidei noſtræ, à magiſtro meo Zacharia mihi commendatum exhibeo patrem: huic non adulatorium vel fictum, ſed verum & experimentis probatum, in conſpectu & auribus omnium veſtrûm perhibeo teſtimonium, ipſum nimirum, quod tam coram principe Pipino, quàm coram univerſali ſacerdotum Magiſtro me conſtat perhibuiſſe nuper in Romano Concilio *ss* in medio fratrum noſtrorum, videlicet quòd meritis, ſcientiâ,

AUCTORE EGILWARDO.

A entiâ, conditione & ætate, omnimodaque converſatione pontificali adſtat officio dignus & idoneus, ſicuti juſtum eſt, id ipſum me perpendere de ejuſmodi conlaboratore meo, cui ſecurus mei laboris impartiar onus. Neminem autem veſtrûm volo ignorare, Filioli, cauſam iſtius, quod hodie in nomine Chriſti ejuſque Sponſæ conjunctione initiamur, officii.

ad populum habita,

20 Itaque fundator veſtræ fidei Kilianus ab Apoſtolica vobis paſtoralitate tranſmiſſus, quam verbis docuit, hoc ipſo in loco martyrii teſtimonio comprobavit. Ecce id ipſum præſentis tumuli loquitur confeſſio, ubi ad ipſius Sociorumque ejus corpora per ſanitates & miracula credulitatis veſtræ divinitus exercetur die noctuque confirmatio. Hoc michi primùm gratia Chriſti per quendam Fratrem noſtrum innoteſcere voluit, Attolongum

tt

ſcilicet presbyterum, *tt* qui lumen oculorum Dei judicio ſibimet ablatum hìc juxta glebas Martyrum meritis eorundem recepit. Deinde numeroſis tanta ſanctitudo ſignis in noſtra diœceſi manifeſtata viſa eſt tam michi, quàm cunctis circumquaque fratribus noſtris non eſſe negligenda. Nunc verè virum hunc Sanctum, omni honore dignum, conſenſu principum electum, Apoſtolica confirmatione conſecratum vice noſtra, & legatione Romana, qua fungimur, vobis hodie proprium

B conſtituimus & præſentamus epiſcopum; quatenus ab hodierna die & deinceps univerſa Sacramenta eccleſiaſtica, id eſt, chriſma, conſecrationes & ordinationes, pœnitentiæ vel indulgentiæ per hunc Patrem veſtrum, eique ſubjectos vel ſucceſſores canonicè adminiſtrentur; neque hæc ultra, ut priùs, Moguntiæ vel uſpiam alibi à vobis ſeu poſteris veſtris expetantur. Hunc vice Chriſti, cui credidiſtis, honorate: huic Chriſti vobis præcepta tradenti ac de cœlis miſſo diligenter auſcultate: ipſi etiam, utpote pro vobis in die judicii rationem reddituro per omnia & in omnibus obedite. Decimas & oblationes, ſynodales conventus, feſtivitates & jejunia vel quaſlibet alias Chriſtianitatis obſervationes, ut verè Chriſtiani, Chriſtique cohæredes, per ipſum vobis impoſita, juxta canonum ſcita perſolvite: ſed & de his omnibus in illa æterna vita mercedem æternam à juſto judice, eodemque pio remuneratore certiſſimè ſperate.

C

CAP. X. *VVirceburgenſem epiſcopum inſtituit anno* 751.

21 Hæc multaque his ſimilia poſtquam peroravit, illico vox omnium quaſi vox una in electione & ſuſceptione tanti Pontificis unanimiter concordavit. Tunc ſenior almus litteras Apoſtolicas, Wirziburgenſis epiſcopatûs inſtitutionem confirmantes, plebique præſenti, nec non in futurum uſque ad mundi finem ibidem Chriſto creditureæ conſolationem abundanter exhibentes, publicè recitari præcepit, ſicque tam à Deo, quàm hominibus electum antiſtitem eccleſiaſtico more ſub infinita cunctorum, qui aderant, alacritate atque tripudio intronizavit. Deinde plebem ad propria dimittens ipſe cum magnatibus cuncta, quæ jus epiſcopii juxta patriæ morem exigebat, per aliquot ibidem dies commorans, venerabiliter diſponebat, id eſt, terminum undique novæ diœceſi, prout competens videbatur, diſtinguebat, parrochias presbyteris per ſingulas plebes gubernandas dividebat, & ſi qua præter hæc res expoſtulavit, unà cum novitio Præſule conſtituebat. Tandem univerſis, quæ ad præſens negotium pertinebant, domi foriſque, prout poterat, non ſegniter compoſitis, unanimi valefecit amico & coëpiſcopo Burchardo, quem in propria ſede relinquens, ipſe Moguntiæ Metropoli ſe præſentaturus poſt mutuas utriuſque lacrymas ad propria repedavit. Acta eſt hæc inſtitutio novi pontificatus apud urbem Wirziburg ordine deſcripto anno Dominicæ Incarnationis DCCLI. Anno verò LXVI *uu* poſt paſſionem Sanctorum Martyrum Kiliani ac Sociorum ejus, quæ facta eſt anno Incarnationis DCLXXXV *xx*, ad incrementum eccleſiarum Germaniæ, maximeque ad ſalutem totius Orientalis Franciæ, auctoritate nimirum Zachariæ Papæ, conſenſu quoque Pipini Junioris principis Franciæ, mediante Bonifacio præſule Moguntino, beato verò Burchardo primo pontifice ad eamdem ſedem conſecrato ad honorem ingeniti Dei Patris altiſſimi, ejuſque unigeniti Filii Jeſu Chriſti Domini noſtri, & S. Spiritus Paracliti, cui ſemper eſt laus & gloria in una Trinitate, trinaque Unitate ante omnia & in omnia ſeculorum ſecula. Amen.

uu

xx

D

E

F

ANNOTATA.

a *Surius habet* numero.

b *Hujus nominis I Pontificis Summi. Colitur* XII *Martii, ad quem diem Acta ejus in Opere noſtro illuſtrata ſunt.*

c *Vide litt.* b *in Annotatis in Vitam* 1.

d *Insignem inſtituti monaſtici in Gallia propagatorem: colitur* 21 *Novembris.*

e *S. Columbani diſcipulum; cujus Acta illuſtranda venient* XVI *Octobris.*

f *Legendum fortè:* Speculatorem, *ùt notat Surius.*

g *Surius legit:* invenire.

h *Apud Surium:* Studere pœnitentiæ.

i *Additur apud Surium:* præpoſitæ.

k *Apud Surium:* primi noſtri mandritæ, *ſeu monaſterii noſtri præſulis.*

l *Videtur hìc indicari* In *ſive* Ina *Weſt-Saxonum rex: Acta ejus illuſtrata ſunt in Opere noſtro ad diem* VI *Februarii.*

m *Surius legit:* præclara.

n *Pſalm.* III. ℣ 2.

o *Rectiùs apud Surium legitur* Swithuno. *Ceterum hìc fabulam Egilwardus narrat: nam S. Swithunus, Wintoniensis in Anglia epiſcopus, regnante in Anglia Egberto, Orientalium Saxonum rege natus eſt, obiitque circa annum* 862, *plùs integro poſt S.* Burchardi *obitum ſeculo. Vide S. Swithuni Acta Tom.* 1 *Julii pag.* 317.

p *Surius:* quæ de germano ejus comperimus, æquè ſanctiſſimo viro.

q *Civitatis nomen erasum erat in exemplari Suriano. Tu lege:* Wintonia.

r *Apud Surium legitur:* utque. *Sed hujusmodi*

AUCTORE EGILWARDO.

jusmodi variantes lectiones, quibus nihil momenti ineſt, jam tacitus præterii aliquas, ac porrò præteribo.

A s *Sed absque fundamento.*

t *Surius :* repræſentare.

u *Cap.* 31. ℣ 18.

x *Lege :* ſibi ipſi.

y » Comata » omnis Gallia uno nomine eſt dicta, inquit Plinius & Mela. Regnum Franciæ (vulgò » Royaume de France ») hodie uno quoque nomine indigitatur. *Ortelius in Thesauro Geographico ad vocabulum :* Comata.

z *Lege :* eleganter, *ùt in Surio.*

aa *Psalm.* 71. *à* ℣ 6 *usque ad* 11.

bb *Lege :* ſtilum.

cc *Ad Cor.* 1 *c.* 15. ℣ 10.

dd *Lucæ* 12. ℣ 48.

ee *Regreſſum igitur è Gallia in Angliam oportuit S.* Burchardum *: nihil etiam obeſt, quò minùs è Gallia vel sponte, vel Bonifacii litteris evocatus in Germaniam venerit.* Alios etenim ex gente ſua, alios ex parte Franciæ, nonnullos etiam de partibus Hiberniæ B *sibi cooperatores elegit, inquit Vita* 111 *S. Bonifacii Tom.* 1 *Junii pag.* 482 *num.* 4.

ff *Psalm.* 113. ℣ 9.

gg *Lege :* ſic.

hh *In Vita S. Bonifacii archiëpiscopi, auctore Willibaldo Tom.* 1 *Junii pag.* 469 *num.* 47 *hæc leguntur :* Lullum (*Bonifacius*) ſuum ingenioſæ indolis diſcipulum ad erudiendam tantæ plebis numeroſitatem conſtituit & in epiſcopatus gradum provexit, *quo de ad diem* XVI *Octobris agendum erit. Ibidem num.* 46 Willibaldo *ecclesia Eichſtadiensis commendata legitur. Egimus de eo ad diem* VII *Julii. In Vitâ* 111 *pag.* 482 *num.* 4 *memorantur, præter VVillibaldum* VVinibaldus *ejus frater, abbas Heidenheimensis, sacris Faſtis inscriptus ad diem* XVIII *Decembris ; &* Wigbertus, *Hertfeldensis & Fritzlariensis abbas ad diem* XIII *Auguſti in Opus noſtrum illatus. De* Eobano, Adelhario & Vualthero *ita scribit VVillibaldus pag.* 471 *num.* 50 *:* Quem (*Bonifacius*) ad ſubveniendum ſuæ ſenilis ætatis debilitati, Freſonibus injuncto epiſcopo, in urbe quæ vocatur Trecht (*Trajecto ad Rhenum*) ſubrogavit, cum presbyteris ac diaconibus, quorum hæc nomina ſunt : Wintrung & Walteri ſimul & Adelheri, ſacerdotali officio præditis. *Vide Comment. prævium in Vitam S. Bonifacii* § 3, *ubi de his plura.* Sola *abbas in diœcesi Eichſtadiensi, sacris Faſtis inscribitur ad diem* 111 *Decembris. Vitam ejus reperies inter Lectiones Antiquas Canisii tom.* 2 *part.* 2 *pag.* 170 *editionis Amſtelodamensis ; utì & apud Mabillonium Sec. Bened.* 3 *part.* 2 *à pag.* 429.

ii *Dubium ea de re ex VVillibaldi verbis moveri poteſt : S. Bonifacii Socios enim in tres claſſes dividit : tres primùm* ſacerdotes *nominat : tres dein* Levitarum obſequio *deputatos : quatuor denique* monaſteriali monachorum ordine *sublevatos ; quod ad omnes, nulla ratione adducta, Egilwardus extendit.*

kk *Lege :* Salvo *ex Surio.*

ll *Fabulam inceptat Egilwardus. Vide dicta ad litteram* c. *in Annotatis ad Vitam* 1. *Legatione Romana* Burchardus *geminâ functus eſt, alterâ S. Bonifacii nomine, ut videre eſt num.* 27 *&* 34 *Comment. prævii : at numquam S. Bonifacio comes Romam ivit.* D

mm *Surius :* mutuis.

nn *Non celebravit Zacharias Romæ Concilium nisi annis* 743 *&* 745 *: igitur horum annorum alterutro VVirceburgensis episcopatûs per Zachariam inſtitutio facta eſſet : cur igitur id anno* 751 *factum suprà num.* 21 *Egilwardus ait ?*

oo *Ad Galat.* 6. ℣ 2.

pp *Intellige :* benedictionibus.

qq *Surius legit aut correxit :* perficere.

rr *Reliquiis & patrocinio SS. Kiliani ep. Colomani presbyteri & Totnani diaconi Martyrum.*

ss *Vide suprà litt.* nn.

tt *Surius habet :* Adelhelmum *: sed Vita S. Kiliani tom.* 2 *Auguſti pag.* 618, *etiam habet* Atalongum.

uu *Imò decennio priùs : vide dicta Comment. prær.* § 2. E

xx *Imò anno* 689. *Vide tom.* 2 *Auguſti pag.* 602 *num.* 12.

CAPUT II.

S. Burchardi de grege cura, iter Romanum alterum, gemina S. Kiliani Sociorumque per ipsum facta translatio.

PROLOGUS. LIB. II.

F

Cetera Sancti geſta promittit auctor. Dum ſuis ſedulò Sanctus invigilat.

QUia ſuccurrentibus primùm Deo placitis eximii præſulis Burchardi meritis, deinde minantibus *a* caritatis fraternæ ſtimulis, prout ſancti Spiritus gratia conceſſit, ſtilo currente, digeſſimus, qualiter idem Paſtor hujus eccleſiæ primus à primæva vicitans ætate, poſtea pro vitæ meritis ac ſapientiæ doctrina, perfecto jam hominis utriuſque robore, ad curam paſtoralitatis ſive culmen regiminis pervenerit, ſupereſt, &, quod negare non poſſumus, conſequens videtur per ordinem utcumque proſequi, qualiter ad hæc ritè perveniens vixerit, & bene vivens qualiter docuerit, & rectè docens qualiter infirmitatem propriam ſemper conſiderans & in Dei ſacrificio caudam perſeverantiæ boni initii capiti non ſubtrahens, ſe ſuaque cuncta in eo, qui verè dicitur Alpha & Omega, ſicut cœperat, finierit *b*. Igitur venerabilis Antiſtes Burchardus, qui toto ineuntis ſuæ ætatis tempore ſcuto fidei protectus, galeâ

a

b

A galeâ ſalutis & loricâ juſtitiæ indutus, ac Spiritus Sancti gladio, quod eſt verbum Dei, armatus contra ſpirituales nequitias inexpugnabilis in acie ſteterat, ubi ſe ſpeculatorem domûs Iſraël in quadam eccleſiæ turri poſitum conſpexit, ſic ſuper cuſtodiam ſuam totis noctibus ſtare ſatagebat; ſic vocem ſuam, quaſi tubam ſuper montem excelſum, contra gladium venientem exaltare curabat, uti ne civitates animarum ſibi ſubjectarum, ſe dormitante, parcere neſcius hoſtis irrumperet, nec caulas ovium Dominicarum lupi rapaces, ſive leo circuiens invaderet, & ob hoc & ſanguinem pereuntium de manu ejus ſummus Paterfamilias poſtea requireret.

ac præclaris virtutibus omnium amorem ſibi conciliat, *c*

23 Sedula quoque cordis anxietate cœpit meditari, qualiter fidelis prudentiſque diſpenſatoris curâ tam ſe, quàm Chriſti familiam regeret, ita dumtaxat *c*, ut in extremo Superni Judicis examine Euge Dominicum poſſet promereri. Erat autem idem Dei Famulus eloquio valde mitis, vultu venerandus & affabilis, in vigiliis ſedulus, in lectione aſſiduus, in eleëmoſynis, quantùm facultas ſuppetebat, ſatis benivolus, ſollicitus de commiſſis, providus in conſiliis, in univerſis moribus compoſitus, in bonis actibus indefeſſus, in contemplatione præ
B cunctis ſuſpenſus. De tanti Viri humilitate ſcribere quid judicarem omninò ſuperfluum: quippe cum necdum nomen & officium epiſcopale valuiſſet eſſe pompaticum, niſi quod ipſa, quæ in loco ſepulturæ ejus ſervatur,
d cambuca *d* ſemper nobis ad memoriam reducit humilitatis ejus exempla. Unde conſtat, quantùm pretioſior ſit coram illo, qui humilia reſpicit & alta à longè cognoſcit, Paſtor Burchardus cum ſua paſtorali virga modernis paſtoribus, qui paſcentes ſe ipſos vix in ipſis baculis ſuis aliqua carent pompa. Fertur etiam, quod non minùs exterioris hominis compoſitio divinitus ſibi collato congrueret officio, videlicet cum jam ætate matura vergere cœperit in ſenium, corpus etiam gereret ipſâ ſtaturâ decorum. Quid plura? Dum per omnia & in omnibus officio pontificali dignus & idoneus videretur, non incongruè creditur, quod non ſine cauſa, ſed meritò ab omnibus amaretur. Quo-
C modo enim poſſet non amari, quem tot cariſmata decorabant cœleſtis beneficii?

CAP. I. *ad Zachariam Pontificem*

24 Adeò denique in brevi habitus eſt ab omnibus honorabilis, ut etiam totius regni conſilio unà cum Folrado abbate *e*, eodemque archicapellano ad prædictum Zachariam Romanum Pontificem mitteretur *f* ad conſulendum ſcilicet pro negotiis regni Francorum, quod jam multùm ab honore ſuo degenerâſſe videbatur. Hinc ut altiùs verbi gratiâ repetamus, ſolebant Franci ex antiqua regum ſtirpe reges habere, qui à Meroveo, Clodii ſecundi regis eorum filio, Meroinngi dicebantur, quorum genealogia uſque ad Hildericum tunc temporis regem permanebat, in quo etiam deficiebat. Sed licet in illo finita poſſet videri, jam dudum tamen nullius vigoris erat, nec quicquam clarum in ſe præter inane regis vocabulum præferebat. Nam & opes & potentia regni penes palatii præfectos, qui Majores-domûs dicebantur, & ad quos ſumma imperii pertinebat, tenebantur; nec aliud quicquam regi permittebatur, quàm ut regio tantùm nomine contentus, crine profuso, barbâ ſubmiſſâ, ſolio reſideret, ac ſpeciem dominantis effingeret, legatos undecumque venientes audiret, iiſque abeuntibus reſponſa, quæ doctus erat, aut juſſus, ex ſua velut poteſtate redderet; cum præter inutile regis nomen & precarium vitæ ſtipendium, quod ei præfectus aulæ, prout videbatur, exhibebat, nihil aliud poſſideret, quàm unam & eam perparvam *g* reditûs villam, in qua domum & ex qua famulos neceſſaria ſubminiſtrantes atque obſequium exhibentes paucæ numeroſitatis haberet.

AUCTORE *EGILWARDO.* D

g

à Pipino ad Franciæ regnum aſpirante mittitur: *h*

25 Quocumque eundum erat, carpento *h* ibat, quod junctis bubus, & bubulco, more ruſtico, agente, trahebatur: ſic ad palatium, ſic ad publicum conventum, qui Kal. Maji ob regni utilitatem annuatim celebrabatur, ire ſolebat, & coram tota gente præſidens, omneſque ſalutans & ab eis ſalutatus debitiſque obſequiis honoratus; ſic domum redibat, ſicque ſecum uſque ad alium Majum domi reſidebat, ac regni adminiſtrationem, & omnia, quæ vel domi, vel foris agenda erant ac diſponenda, præfectus E
aulæ procurabat. Quo officio tunc, cùm præ
i dicti legati mittebantur, Pipinus Caroli *i* filius, idemque Karoli Magni pater, jam velut hæreditario jure fungebatur. Zacharias Papa ſuper hujuſcemodi negotio conſultus remandavit per Burchardum pontificem & Folradum abbatem, meliùs eſſe illum vocari regem, apud quem ſumma poteſtatis conſiſteret, dataque auctoritate ſua Pipinum regem conſtitui juſſit. Qua legatione peracta, Pipinus per auctoritatem Apoſtolicam, quam tam probabiles viri in audientiam primatum ſcriptis ac dictis deferebant, more Francorum electus ad regnum, per manus ſancti Bonifacii archiëpiſcopi Mogontiacenſis elevatus in regni ſolium in Sueſſionum civitate *k*, qui *k*
poſtea per Stephanum Papam *l* unctus in re- *l*
gem & confirmatus, atque à juramento, quod regi Hilderico cum ceteris primoribus fecerat, abſolutus, poſtea regnavit annis quin- F
decim. *m* Hildericus verò, qui falſo regis *m*
nomine fungebatur, tonſo capite, in monaſterium *n* miſſus eſt. Sed de his jam dixiſſe *n*
ſufficiat, quorum nunc mentionem prorſus attigimus propter Burchardum noſtrum, qui tantis negotiis ſtrenuus omnino legatus & cooperator intererat.

CAP. II. *Ad ſedem redux S. Kiliani Reliquias ſolemniter elevat,* *o*

26 Beatus igitur Burchardus cum de die in diem de virtute in virtutem, de bonis ad meliora proficere non ceſſaret, indeque fama ac memoria ejus cunctorum longè lateque quaſi mel ora dulcoraret, anno ſecundo ordinationis ſuæ *o* tractare cœpit cum comprovincialibus epiſcopis multiſque viris religioſis, ſed maximè cum glorioſo magiſtro ſuo metropolitano *p* Bonifacio, quatenus eorum conſilio & adminiculo corpora beatorum martyrum Kiliani Sociorumque ejus de loco, in quo ab infidelibus temerè poſita fuerant, levaret. Collecto denique clero ac populo in-

p

dixit

AUCTORE EGILWARDO.

dixit jejunium, ut digni possent reperiri, à quibus Sancti Martyres permitterent sua corpora moveri. Constitutâ autem die elevationis Martyrum, confluxit undique multitudo maxima populorum, alii religionis studio, alii recuperandæ sanitatis desiderio, nonnulli etiam curiositate miraculorum; universi tamen convenerant amore & veneratione Martyrum. Tunc venerabilis pontifex Burchardus cum crucibus & thuribulis omnique apparatu ecclesiasticæ religionis ad locum sepulturæ Martyrum processit, acceptoque sarculo primus fodere cœpit, subvenientibus sibi ministris ad hoc opus antea destinatis. Sed postquam tellus egesta est, non alta scrobe inventa sunt corpora Martyrum, ita fragrantia, ut omnium circumstantium nares suavitate tanti odoris replerentur. Carnibus quippe Martyrum juxta carnis naturam in cinerem redactis, cetera, quæ cum illis fuerant defossa, penitus incorupta sunt inventa, adeò ut nec folium de libris, nec simbria putredine corrupta videretur de vestimentis. *q* Illico ve- *q*
B nerandæ Sanctorum reliquiæ cum maximo cleri plebisque tripudio de terræ pulvere levantur, ac sericis reverenter involutæ palliis, manibus Sancti Pontificis feretro, nuper ad hoc ipsum opus ornatissimè præparato, membratim componuntur, sitque denuò populorum ingens concursus, & inde constipatæ multitudinis tumultu tam episcopi, quàm cleri quodammodo præpeditur progressus. Ambiebat nempe multimodis conatibus popularis ille conventus, si quis posset feretrum manu tangere, vel transeunti succumbere, sive manibus in altum levatis Deo gratias referre, aut econtra flexis poplitibus ceu cervicibus quidquam Christi Martyribus devotionis suppliciter impendere. Vox una resonabat omnium: „ Gloria in excelsis Deo „ laus Domino nostro Jesu Christo „ nec non „ Kyrie eleison, Christe eleison „ & multa id generis. Tanta verò interim miraculorum insignia meritis Christi Martyrum coruscare
C videbantur, ut, si qui fortè aderant, qui exemplo nimirum Thomæ Apostoli in fide titubarent, visis tot miraculis, solido robore credulitatis firmarentur.

militer etiam Hohenburg, *u* multaque alia D
alodia, quæ diversis in locis à nobilibus viris quocumque pacto susceperat, coram multis fidelibus testibus & omnium Orientalium Francorum principibus ad eorumdem Martyrum reliquias investiebat. Insuper ad supplementum novi pontificatus & amplificationem ecclesiastici cultus, alimoniam quoque cleri tam futuri, quàm præsentis regiâ munificentiâ collatum est Sancto Kiliano castellum, quod Carloburg *x* vocatur, cum fisco regali, cunctisque illò pertinentibus reditibus. Ac eamdem traditionem testamento regali, nec non privilegiis Apostolici Præsulis metropolitanus pontifex Bonifacius unà cum principibus & comitibus, regis Pipini legatione fungentibus, Sancto Kiliano rite confirmavit ac beato Burchardo præsenti episcopo dotes ac decimas, suæque sedi contiguas ecclesias in novam ejus parochiam conterminavit.

u

x

CAP. III. *eam dotat,*

27 Gloriosus autem antistes Burchardus Christi Martyribus dono dedit, immò sponsæ suæ ecclesiæ Wirziburgensi prædia in dotem contulit, quæ dudum cum Sancto Bonifacio commorans, & cum ipso palatium regale frequentans, vel parochias circuiens conquisierat, seu pretiis in suæ proprietatis
r jus ab ingenuis *r* viris comparaverat. Illustres quippe Francorum & optimates eundem Virum in patria sua ex cunctis progenitoribus suis satis nobilitatum audientes, mores insuper illius omni religione & sapientiâ præcipuos considerantes nonnulli, de remedio animarum suarum cum tali Servo Dei tractare solebant, indeque res suas, si quas Domino vovebant, per manus illius tutissimè conservari vel dispensari credebant.
s Itaque villam, quæ dicitur Michelstat, *s*
t quam ei Karlomannus *t* princeps quondam in proprium jus tradidit, ipse legitimâ investiturâ Sanctis Martyribus confirmavit. Si-

CAP. IV. *& Wirceburgense Castrum*

28 Eo tempore quædam virgo Deo devota, natu simul & moribus nobilissima super montem, qui nunc S. Mariæ Mons, sive Wirziburg antiqua nuncupatur, continentissimam cum plerisque voti ejusdem feminis degebat vitam, vocata *y* Ymmina. *z* Hæc habuit patrem, filium Gosberti ducis, Hetanum nomine, [quæ] tam sapientissimo nichilominus consiliario cuncta cordis sui referavit arcana; inter quæ etiam hujusmodi subintulit labiis tremebundis elogia: credo, inquit, & gaudeo, Pater, post Christum & in Christo dilectissime, quod per tuæ sanctitatis præsentiam dominus noster Jesus Christus nec-
E phytam hanc ecclesiam sublimare modis omnibus ante mundi constitutionem in suæ majestatis & æternitatis præsentia proposuit, & idipsum nunc in oculis vestris *aa* manifestare jam cœpit: quapropter de me, prout ipse humilitatem ancillæ suæ respicere dignatus fuerit, pro hoc ipso precum mearum instantia, quamdiu his artubus utor, nullatenus deerit; nec clam te, Pater, esse patiar, quod jam quadragesimo & uno ampliùs anno *bb* eumdem animæ meæ Sponsum cum
F coancillis meis, quæ se mecum in ejus præparant occursum, sub ancipiti carnis & spiritus luctamine nimis anxia præstolor; modò verò tuæ Paternitatis consolatione, quam tam diu desideranter ardebam, abunde consolata vellem, si fieri posset, propter vitandum tumultum, quem amodò forsitan populi venientis ad fidem hoc in loco frequentia parabit, potiora quærere secreta. Opto enim, ceu beatus & justus ille Symeon, quia viderunt oculi mei salutare Dei, lumen videlicet gentis istius, jam fatiscentibus membris in pace dimitti. Est autem castellum, quod Karloburg dicitur, ecclesiæ vestræ nuper augmento per divinam gratiam collatum, Sanctæ nimirum Gertrudis *cc* quondam, dum pro Christi amore pro- *cc*
cul carnale * fugeret, latibulum, & ex e- * *supple:* commer-
jusdem Dei famulæ ceterarumque secum con- cium
versantium antiqua inhabitatione sanctimonialibus non inconveniens habitaculum. Quod si tuo, Pater alme, consensui placuerit & industriæ, monasteriolum in beneficium à te suscipiam;

y z

aa

bb

A fuſcipiam : iſtam verò paternam hæreditatem meam *dd* jure gentium Sanctæ Wirziburgenſi eccleſiæ perpetua proprietate ſtabilem atque firmam perficiam. Quid multa ? Beatus Burchardus nactâ deſiderabili optione, precariam, quam rogabatur, voluntariè conceſſit ; immò multâ diligentiâ ratâque adſtipulatione coram regni principibus & maximè Francis Orientalibus confirmavit eidem, ut venerabilis Ymmina Karloburg cum omnibus illò pertinentibus prædiis in beneficium uſque ad vitæ ſuæ terminum poſſideret : mons verò Wirziburg cum ſuis appenditiis, id eſt, prædiis, reditibus & terminis omnibuſque utilitatibus perpetuà proprietate Wirziburgenſi epiſcopo ſubjaceret.

dd

ab Ymmina, Franconiæ ducis filia, acquirit, *ee*

29 Quâ non tantùm precariâ, verùm etiam traditione poteſtativa legitimè teſtibus & ſcriptis delegatâ atque corroboratâ, Virgo Chriſti cum ſuis omnibus Karloburg ſe contulit, ibique deinceps cum multis coagonethetis *ee* Sponſi cœleſtis occurrui vigiliis, jejuniis & orationibus cunctiſque bonis actibus ſe, quamdiu ſuperfuit halitus in ea, continuè præ-

B parare non deſiit : ad extremum verò poſt bonum certamen certatum, curſum conſummatum, fidem ſervatam, juſtitiæ coronam à juſto ſibi repoſitam Judice receptura carnis ſuæ, quam totiens pro Chriſto crucifixerat, tangitur moleſtiis ; nec multò pòſt ad cœleſtem thalamum ſe vocantis vocem Dilecti ſui, cujus amore languerat, auribus audivit interioris hominis : » veni de Libano proxima

ff mea, veni, coronaberis. *ff* Cui cum lætiſſimo reſpondiſſet affectu : » ſicut cervus deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderat anima

gg mea ad te Deus » *gg* ſumpto vivifici Sacramenti Viatico, ſocias ad bella ſpiritualia, quantùm valuit, viriliter ut ipſa eatenus virago fortis animavit, quibus & inter hujuſmodi alloquia vale ultimum fecit, moxque carnis ſarcinam lætabunda depoſuit, & civibus juncta ſupernis ad Agni Dei comitatum palmâ virginitatis & voluntariæ paupertatis martyrio pulchrè decorata migravit, cujus venerandam corporis glebam, vir Domini Burchardus in eodem Dei Genitricis templo, quondam à B. Gertrude conſtructo, officiosè curatam, juxta altare verſus Aquilonem condignis cum exequiis, animam

C Chriſto commendans, rite recondidit. Ex tunc uſque in hodiernum diem utrumque de prænominatis caſtellis ex integro Sancti Kiliani proprietati, Sancto pontifice Burchardo providente, ceſſit ; hocque tam auſpicato procurationis illius & acquiſitionis initio novella plantatio Wirzeburgenſis epiſcopii modis omnibus, ut eſt dies hæc, ditari atque dilatari cœpit.

CAP. VI. *quò S. Kiliani Reliquias infert,*

30 Verumtamen ad ſuperiora parumper reflectamur. Statim poſt ejuſdem concambii, quod præſul Burchardus cum generoſa Chriſti ſponſa Ymmina fecerat, eventum, convocatis certo die tam clero, quàm populo, Martyrum corpora, nuper de terræ pulvere levata, cum veneratione maxima ſuper montem ſæpe dictum, comitantibus populorum turbis, tranſportari fecit, ſicque ut verum cœli animal, antè & retrò oculatum, tam futura proſpiciens, quàm præterita cuſtodiens, ſeu præſentia communiens, inveſtituram ejuſdem poſſeſſionis patrono ſuo martyri Kiliano perpetualiter ſtabilivit. Nam per continuum triennium ibi in baſilica S. Dei Genitricis eaſdem ſacratiſſimas reliquias indeficienti totius religionis officio tam per ſe ipſum, quàm per univerſum, qui ſibi adhærebat, clerum reverenter excubans cuſtodivit *hh* & quia locus idem sub antiquis olim ducibus arx & caput fuerat Orientalis Franciæ, nuper autem ibidem prima fundamenta ſunt jacta nascentis eccleſiæ, cunctis ſtudiis ampliſicare, prout valebat, ſategit, propoſuitque principale illic ſuæ ſedis inſtituere monaſterium, ubi gentis illius & provinciæ primitus initiabatur ſalutis exordium. Cumque die noctuque talia meditando ſollicitudinis anxiæ ſaxum ingens volveret, præſertim cum & aſperitas montis & arduus aſcenſus atque penuria aquæ his, quos illic Deo militaturos congregare diſponebat, importunitatem omnimodam generare retractaret, tandem ad ſolita precum ſolatia atque

E divini conſilii refugium totam ſui cordis intentionem tranſtulit, quatenùs ipſe, qui David in agro Areunæ *ii* locum ſuo tabernaculo deſignaverat, prædeſtinatum etiam nunc naſcenti ſuæ eccleſiæ ad generandam ſemper ſibi novam ſobolem ceteriſque ſuis ceremoniis aptum demonſtrare dignetur locum.

hh

ii

CAP. VII. *quas, oblatâ viſione monitus,*

31 Porro idem Dux populi ſolebat cum Moyſe vel Aaron pro omnibus, de quibus affligebatur, ſollicitudinibus à tabernaculo divinæ clementiæ reſponſa requirere ; nec hoc ſolùm, ſed etiam cum Jacob poſt Liæ, id eſt, activæ vitæ tædium ad Rachelis, id eſt, theoriæ amplexus recurrere : hujuſmodi ſtudiis dum aliquando vigilantiùs inſiſteret, atque, ut verè membrum illius, de quo dicitur » cuſtos quid de nocte *kk* ? gregem ſibi commiſſum cuſtodiret, dicens in corde ſuo, non verbis, ſed actibus, ſuper cuſtodiam ſuam ſtans totis noctibus, dum, inquam, ſic ſtaret oculis ac manibus in cœlum nimis intentus, ſubitò corporalibus oculis conſpicit quaſi tres candelas ardentes ab eadem baſilica, quâ Martyrum reliquiæ ſervabantur, per aërem quadam divina virtute deferri, quæ trans flumen in loco ſepulturæ Martyrum demiſſæ poſt horæ unius ſpatium, ſuper montem, unde venerant, viſæ ſunt reverti. Intellexit per Spiritum Sanctum Vir Dei viſionem ipſam ſanctarum fuiſſe animarum præſentiam, locum ſuæ Paſſionis viſitantium, quod cum fratribus & plebibus retuliſſet, viſum eſt omnibus, ut monaſterium, quod in monte conſtruere diſponebat, circa ſepulturam Martyrum, ubi lumen cœlitus deſcendiſſe conſpexerat, potiſſimùm fabricaret, quod & primùm de lignea materia *ll* initiatum, poſthæc accuratiori lapidum ſtructura per Sanctum Dei Pontificem ad unguem eſt perductum. Ubi & denuò Sanctorum corpora relata & in operoſo ſarcophago ſunt recondita. *mm*

kk

ll

mm

in templum, à ſe exſtructum

32 In quo loco tam illorum, quàm beati Burchardi meritis, novi novæ ſedis epiſcopi, numquam beneficia Salvatoris noſtri deſunt his,

AUCTORE EGILWARDO. *tranſtulit, ubi miraculis tam ipſe, quàm S. Kilianus claret.*

his, quicumque credulo corde hæc perquirere non deſiſtunt. Denique veritas, quæ dilectoribus ſuis pollicetur » Ecce vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſeculi *nn* etiam, quod alibi tam factis, quàm verbis implevit, hìc, id eſt, ad tumbas vel confeſſiones Martyrum tam corporaliter, quàm ſpiritualiter operari non deſinit. Cæci vident, ſurdi audiunt, claudi ambulant, leproſi mundantur &c. Nam, ùt ubique Patrum ſcriptis edocemur, dum increduli ſcientiâ veritatis & fidei illuminantur, quid niſi cæcis viſus panditur, dum aures audiendi divini ſermonis occulta neſcientibus per expoſitorum dicta reſerantur, quid niſi ſurdis auditus aperitur? Claudi ambulant, dum, bonorum operum viæque rectitudinis expertes, juxta præceptum ſemitas juſtitiæ rectoſque greſſus ſub pedibus ſuis facere non dubitant. Mortui reſurgunt, quoties criminibus obruti mortalibus ad vitam æternam capeſſendam afflati Spiritu Sancto per pœnitentiam expergefiunt. Hos & hujuſmodi divini ſeminis fructus in novali Wirzeburgenſis eccleſiæ ſuccreſcentes tam beati Burchardi, pervigilis nimirum coloni, ſollicitudine non pigri, quàm B. Kiliani, primi plantatoris, induſtriæ non inconvenienter adſcribimus; ideoque luce clariùs conſtat operæ pretium eſſe, quandoquidem utriuſque meritis, ſi veraciter & dignè membris, utpote membrella congloriamur, ne terminos, quos ipſi bonis ſuis exemplis poſuerunt, & nos laude dignos approbamus, quod abſit, ut filii nequam tranſgrediamur, ſed potiùs eorum exempla imitando confidendoque precibus fidem dictis noſtris per opera faciamus.

A *nn*

ANNOTATA.

a Urgentibus *apud Surium.*

b *Finis hìc Prologi eſt. Cetera, tum hoc, tum ſeq. num. in MS. noſtro relata, conſtituere Caput I debuiſſent.*

c Dumtaxat *non legitur apud Surium.*

C d *Apud Surium :* virga sambucea.

e *S. Dionysii prope Lutetiam.*

f *Sub annum 750. Vide Comment. præv. num. 34.*

g *Apud Surium :* parvi redditus.

h Quæ hìc de regibus Francorum referuntur, iis verbis habentur apud Eginhardum in Vita Caroli Magni, ex quo ea exscripserunt Adrevaldus in lib. de Mirac. S. P. Benedicti, Egilwardus & alii. *Mabill. Sec. 3. part. 1 pag. 704.*

i *Cognomento :* Martelli.

k *Anno 752 secundum Labbeum.*

l *Hujus nominis, non numerato Stephano altero, qui paucis ab electione diebus obiit, II, anno 754 mense Julio.*

m *Mortuus anno 768 mense Septembri.*

n *Sitiuense, seu S. Bertini.*

o *Anno itaque 752 aut ſeq. ex mente Egilwardi : veriùs 742 aut ſeq. Vide num. 19 Comment. prævii.*

p *Anno 11 Ordinationis S.* Burchardi *ſeu 742 vel ſeq. nondum erat metropolitanus : erat autem 752.* D

q *Hæc ex Notkeri Martyrologio ad* VIII *Idus Julii confirmat Mabillonius in Annotatis in Vitam S.* Burchardi. *Superſtructum fuerat SS. Corporibus ſtabulum, ut refert in S. Kiliani Vita Egilwardus : effoſſa autem ubi repoſita fuerint, tacet.*

r *Seu liberis.*

s *Oppidum hodie in comitatu Erpacenſi ſitum.*

t Carolomannus *Auſtraſiæ non præfuit niſi à morte Caroli Martelli, id eſt ab anno 741 : ſi igitur illam S.* Burchardus *à Carolomanno accepit; certè* non dudum *ante epiſcopatum ejus id factum fuerit, contrà ac Egilwardus ſcribit.*

u Hohenburg *ſeu* Homburgum *caſtrum eſt principis & epiſcopi VVirceburgensis haud procul Gemundâ, ad Mœni Salæque confluentes ſitâ.*

x *Caſtrum in epiſcopatu VVirceburgensi prope Carlſtadium ad Mœnum.*

y *In MS. noſtro corruptè legitur :* vocem.

z *Eckhartus Rerum Francicarum lib. 20 num. 4 ſcribit Hedeno, ſeniori Thuringiæ, Franconiam tunc complexæ, duci filios fuiſſe* E *anonymum quemdam, & Gosbertum; qui ex Geilana, anonymi fratris uxore* Hedenum *ſeu* Hetanum, *anno 717 defunctum,* Ymminæ *ſeu* Irminæ *patrem procreavit.*

aa *Surius :* nostris.

bb *Hetanus junior, ejus pater, adhuc in vivis erat anno 716, uti ex ejus Chartâ, quâ Caſtellum Hamulo S. VVillebrordo donavit, ab Eckharto lib. 22 num. 2 exhibita conſequitur : Irmina igitur non tot annis Wirceburgense caſtrum incoluerat; niſi hoc unà cum ceteris virginibus, ſuperſtite adhuc patre, quod quidem minùs apparet verosimile, incoluiſſe dicatur.*

cc *Colitur quidem in Franconia S.* Gertrudis; *at quænam ea fuerit, haud satis liquet. Vide Diſſertationem Vitæ S. Gertrudis Nivellensis subnexam ad diem 17 Martii, & Mabillonium sec. 3 Bened. poſt S.* Burchardi *Vitam.*

dd *Hedanus, Irminæ pater, ditione ſua* F *expulsus fuiſſe legitur in Vita S. Kiliani; quo posito, mirum videri poteſt, caſtrum Wirceburgense, præcipuam familiæ ſedem, Irminæ fuiſſe relictum. Ut ut id ſe habeat, Egilwardo equidem hoc loci, caſtrum Wirceburgense ab Irmina in* Burchardi *jus transiiſſe, ex eccleſiæ Wirceburgensis, ut apparet, monumentis affirmanti, habenda videtur fides.*

ee *Intellige : consodalibus, eamdem pugnam pugnantibus.*

ff *Cant. 4. ℣ 8.*

gg *Psalm. 41. ℣ 2.*

hh *Triennium iſtud, quo SS. Kiliani & sociorum Martyrum corpora S.* Burchardus *religiosè cuſtodivit, fortaſſe fuerit incompletum : at quandonam illa in Caſtrum Wirceburgense tranſtulit? Cum anno 742 aut ſeq., hoc eſt anno ejus, ut Egilwardus ſcribit, ordinationis ſecundo, illorum corpora humo levârit, corpora verò SS. Martyrum* nuper *levata, ac prætereà* ſtatim *poſt permutationem cum Irmi-*

na

A *na factam, in Castrum Wirceburgense translata Egilwardus asserat, nihil obstat, quo minùs anno 743 eò translata illa fuerint, servataque usque ad annum 746.*

ii *Rectè : perperam apud surium legitur :* in Areuna *: est enim* Areuna *non loci, sed regis Jebusæi nomen. Vide 2 Reg. cap. 24 ℣ 16 & seqq.*

kk *Isaiæ 21 ℣ 11.*

ll *Cum triennio tantùm in Wirceburgensi castro SS. Martyrum corpora quieverint, in hanc ecclesiam ligneam probabiliter anno 746, dum interim augustius è saxo cathedrale templum conderetur, translata fuerint, quamquam hujus translationis, fortè ut minùs celebris & ad tempus dumtaxat factæ, Egilwardus non meminerit.*

mm *Probabiliter anno 752 ; templo cathedrali saxeo ad umbilicum jam perducto.*

nn *Matt. 28 ℣ 20.*

CAPUT III.

B ## *Monasterium S. Andreæ condit, S. Gumbertum ad vitam sanctiorem adducit, episcopatu abdicato, moritur Hohenburgi; Wirceburgi verò in condita à se ecclesia sepelitur.*

CAP. VIII. *Monasterium S. Andreæ condit,*

INterea Sanctus idem, quamvis, ùt sæpe prælibavimus, activæ vitæ sollicitudinibus plurimis cum Martha nonnumquam ob incultæ adhuc Dominicæ vineæ curam turbaretur, tamen quantocies ad pedes Jesu refugium quærere, ibique cum Maria sub alarum Christi velamento protectus in lectionibus assiduis verbum Dei, cujus se debitorem ceteris noverat, intentiùs audire delectatur,

C dicens intra se » Audiam, quid loquatur in me dominus Deus » *a* unde cum Paulum sibi dicentem intenderet : » Labora sicut bonus miles Christi Jesu » *b* & cetera talia, numquam villicationi suæ concessit otii moram, quin, ut jam diximus, aut Marthæ ministeriis, aut Mariæ contemplationibus invigilaret. Quapropter ejusdem exercitii sibi proinde curavit officinam, exemplo scilicet beati Martini, * separatam ab episcopii tumultibus eadem pro causa construxerat cellam, in arcto proclivi montis sæpe dicti, & allapsu Mœni fluminis cœpit instituere cœnobium, quod & in honore Sanctæ Dei Genitricis, sanctique Andreæ Apostoli consecratum, tanta donavit quantitate prædiorum, quæ duodecim fratribus canonicis ibidem Deo militantibus sufficerent ad victum & vestitum, inter quæ dotalia eidem concessit monasterio montem præscriptum Wirziburg cum prædiis & reditibus, sicut acquisierat à præfati ducis Hetani filia, stabilivitque donationem eamdem jure gentium coram cunctis provinciæ primatibus, ordinatis ibidem in servitutem Domini duodecim sub canonica vita fratribus. *c* Ipse quoque Dei famulus, quoad vixit, locum eumdem per se ipsum, utpote à secularium turbine curarum ad hujusmodi portûs tranquillitatem confugiens incoluit, *d* & pro facultatum suarum quantitate necessariis impensis excolere summa diligentia non cessavit, forsitan ob hoc maximè, quia, Spiritu Sancto præmonstrante, corporis sui reliquias præscivit ibidem quandoque recondendas fore, donec alterâ stolâ, scilicet immortalitatis indutâ, mortale hoc incorruptione potiatur æternæ vitæ. Recondidit etiam in eadem basilica digna cum veneratione corpus cujusdam Martyris Magni nomine, cujus Vitam & Passionem, prout ad nos relatione potiùs, quàm scriptis delata est, * sine timore *e* subnectimus, quia dum nec à nobis visa, nec à videntibus audita referimus, etsi non ex toto, tamen à parte falsitatis notam, quod absit, incurrere timemus. Sed quia Marcum, Lucam multosque alios divinæ legis

E scriptores audita potiùs, quàm visa digessisse cognovimus, eâdem licentiâ de Martyre meritis & nomine Magno *f* tradita vobis narrare præsumimus. Est autem super hoc capitulo majorum traditio hujusmodi.

AUCTORE EGILWARDO.

D

a

b

* *supple :* qui

c

d

* *supple :* non

e

f

CAP. IX. *ditatque Reliquiis S. Magni Martyris.*

34 Quidam, inquiunt, servus Dei, nomine Magnus, ab Anglia veniens, compatriotæ sui beati Burchardi discipulorum collegio est sociatus, felixque felicis Magistri discipulus doctrinis ejus & exemplis in profectu veræ philosophiæ summæque theoriæ culmine satis excellenter præ ceteris est sublimatus, cujus profectui Magister benivolus non mediocriter congratulabatur, atque spiritu divini consilii commonitus, qualiter hanc olivam in domus Dei secretis sibimet ipsi fructiferam, etiam ceu palmam in atriis ejusdem domus Dei florescere, id est, in exterioribus utilitatibus spe summæ beatitudinis dilatiorem faceret, quàm intimè meditabatur. Qua de re dum crebrò tanti viri frueretur colloquio, quatenus, animi illius explorata funditus qualitate, cautiùs inchoaret, quod intendebat, voti compos in hoc effectus, spontaneum discipuli consensum ad ea, quæ proposuerat, inveniebat. Igitur cum beatus Burchardus fortè siniştri rumoris audisset famam, quasdam scilicet suæ patriæ plebes non rectè secundum normam fidei ambulantes, zelo caritatis accensus, præfatum Dei servum divinis legibus edoctum, quem * omnibus bonis artibus intentum, monachico quoque schemate sacerdotiique gradu promotum, illò ad corrigendos nimirum suæ nativæ gentis errores destinavit, *g* non quo alienæ diœceses sibi curam contra canones usurparet : sed quoniam, qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, quid mereatur, non ignoraret. Suscipiens itaque jubentis Patris imperium cum omni humilitate & obedientia Dei servus Magnus (qui

F

* *abundat*

g

AUCTORE EGIL-WARDO.

& Andreas : nam binomius erat) quamplurimis comitibus fultus patriam revisit, &, A ne multis moremur, non multò pòst ab his, quos ad viam veritatis revocare venerat, resistentibus crudeliter unà cum multis aliis secum crudeliter interemptis martyrii coronam accepit. Cujus historiæ seriem, quia nondum ad certitudinis agnitionem percepimus, hinc plura referre supersedemus. Unum tantùm, quod scimus, loquimur, & quod scitu necessarium est, non occultamus, quod corpus ejusdem Beati ab his, qui mortem passionis evaserant, eâ, quâ poterant, veneratione curatum, & beato Burchardo per longa maris terrarumque spatia delatum cum maximo cleri populique tripudio susceptum, juxta scripta [in] beati Andreæ Apostoli basilica condignâ est reverentiâ reconditum.

CAP. X. *S. Gumbertum*

35 Lucebat inter hæc & post hæc sine intermissione lux tantæ lucernæ ardentis fide & dilectione, lucentis verbo & actione, nec poterat abscondi super candelabrum pontificalis honoris posita lampas Salvatoris igne flammata : unde quamplures undique confluebant ad tanti Doctoris audientiam diversi sexus atque conditionis, fontem vitæ quæ- B que sitiens anima. E quibus vir illustrissimus nomine Gumbertus, universa morum ac nobilitatis honestate præclarus ejus est contubernio conjunctus, quatenus illius victu atque alloquio, ceu quibusdam medicaminibus, à secularis fastus tumore mollitus, quandoque summæ philosophiæ, quæ, est mundi contemptus, apprehendere pos- *h* set ascensus. *h* Verùm quia, qui cum sapientibus graditur, sapiens erit, sicut è contrario amicus stulti efficietur similis ei, non * *supple :* multò pòst prædia sua, quibus * hac in re- præ cunc- gione degentibus abundabat, in S. Kiliani tis proprietatem delegavit, moxque, depositis armis, seculo renunciavit : sicque nudus nudam crucem suam bajulans post Christum, cœpit Burchardum nullatenus deserere. Hæ sunt autem possessiones, quibus episcopium Wir- *i* ziburgense largè ditavit. Eltimoin, *i* Onol- *k* tesbach, *k* utrumque cum suis reditibus & appendentiis, quorum prius, cum olim cas- C tellum fuisset munitissimum, modò magnificentiam ipsis tantùm ruinis declarat. Sequens verò, quod nunc præpositura canonicorum est, olim abbatiam non ignobilem fuisse, huc usque à majoribus per multas jam generationes hæreditatum testimonium illius provin- *l* ciæ non celat. *l*

ad vitæ sanctimoniam adducit,

36 Porro prædictus senior Gumbertus ex tunc perfectissimi semper adhærens vestigiis Magistri, bonis initiis suæ conversationis adeò laudabiles adjunxit successus, ut semper ejus conversionem cunctorum sonarent ora. Ubique hæc mutatio dexteræ Excelsi. Nempe multorum ad ipsius provocabantur imitationem corda in tantùm, ut ex illo tempore plurimis donariis & oblationibus fidelium Herbipolitana *m* ditari non cessaret ec- *m* clesia, donec jam ex minima & paupercula facta est per gratiam magna & ampla respublica ; nondumque crescere desistit copia rerum, crescente nimirum numero fidelium. Cujus profectui videtur illud Apostolicum non D inconvenienter aptari : Kilianus plantavit, Burchardus rigavit, Christus autem incrementum dedit. *n* Sed enim vir idem egregius *n* Gumbertus [ut] olim in secularium dignitatum fastibus se probaverat strenuum, ita post conversionem in spirituali conversatione nulli se passus est inter beati Burchardi sequaces haberi secundum ; ejus formam semper indeclinabiliter intendens illud Euangelicum ruminabat frequentiùs „ perfectus omnis erit, si sit sicut magister ejus ». *o* Hic e- *o* tiam post præsentis vitæ curìum bene in Christi famulatu consummatum juxta beati Burchardi promissionem in eodem monasterio, quod Christi condonaverat ecclesiæ, possidet sepulchrum, ibi nonnumquam, ipso interpellante, concessa manifestant beneficia, quantum sibi profuerit, beati Burchardi secutum fuisse monita.

CAP. XI. *senio fractus,*

37 Hæc itaque, licet pauca, de multis beati Burchardi virtutibus & doctrinis & exemplis juxta facultatem pauperis ingenioli nostri dicta sufficiant, quæ decerpta quidem à nonnullis antiquiorum relationibus, satis simpliciter exaratis *p* nostras in manus deve- *p* nerant. Cæterùm si quis cuncta meritorum illius insignia scriptis condignis annotare E temptaverit, procul dubio temporis aut ingenii defectum materiei superabundans copia parabit. Quapropter qualiter, post prolongatam incolatus sui peregrinationem jam emeritus miles vel cervus umbram desiderans, de corpore mortis hujus liberatus, in gaudium Domini sui pro bene lucrato talento sit introductus, lassabundum nichilominus stilum ad id jam convertamus. Igitur gloriosus antistes Domini Burchardus, postquam in vinea Domini pondus diei & æstus longanimi patientia, fide firma, spe certa, caritate ferventissima jam à mane puerilis ætatis usque ad vesperam pene decrepitæ senectutis portaverat, ùt de B. Martino dicitur, carnis fatiscens artubus, nec minùs vigore valens spiritus, quò propinquiùs dissolutionem carnis suæ imminere prævidebat, eo * * *supple :* sibi commissis ovibus luporum incursiones magis formidabat, frequenter illud Apostoli proloquens ad discipulos suos : » Dissolvi cupio, F & esse cum Christo » : *q* multò enim melius : *q* manere autem in carne necessarium propter vos. Tandem cum senioribus atque magnatibus ecclesiæ suæ consilium, quatenus per se, dum adhuc viveret, si fieri posset, successorem sibi provideret, Christi plebi satis idoneum. * * *supple :* iniit.

38 Mox mœror & luctus de vicina, quasi jam præsente, patris orbitate corda simul *substituto* & ora cunctorum, ut facilè creditur, implevit. Ipse verò licet * à fletu compescens * *supple :* nichilominus flevit. Compassio quippe mu- illos tuæ dilectionis hoc habet proprium, ut in hujusmodi negotio faciat utrumque suum. Consilio tamen & consultu illorum misit quemdam Liutfridum comitem ad imperatorem Karolum, rursumque alios de clero suo ad Lullum metropolitanum tam verbis quàm litteris id agentes, quò Megingaudus, per omnia vir laudabilis, ægrotanti, jamjamque deficienti

A deficienti præſuli Burchardo in cathedra Wirziburgenſi ſubrogaretur, ne fortè, decedente paſtore, novellus Chriſti grex ex improviſo rugientis leonis incurſione acriùs diſturbaretur. Legatione peracta, miſſi redeunt utrique conſenſum deferentes tam regis, & principum, quàm archiëpiſcopi ceterorumque coëpiſcoporum, in quorum præſentiam convocatis ad urbem Wirziburg univerſo clero & populo, beatus Burchardus in medio poſitus, prout imbecillitas ipſa permiſit, hujuſmodi circumſtantes affatur alloquio: cariſſimi fratres & filii, audite nunc & intelligite noviſſimum Patris veſtri ſermonem, intellectumque tenaci cordium veſtrorum commendate memoriæ decrepiti Paſtoris veſtri clamorem. Scriptum eſt: » omnia quæcumque voluit Dominus, fecit »: *r* & rurſum: » A progenie in progenies fecit miſericordiam Dominus » *s*. Voluit Dominus per gratiam & fecit per potentiam, ut ab idolorum cultura, quâ patres veſtri fuerant irretiti, liberaremini, & in libertatem filiorum Dei per fidem Chriſti, ſicut inpræſentiarum cernere eſt, connumeremini. Fecit verò hoc à progenie in progenies primò

B per beatum Kilianum à Scotia huc in Franciam *t*, dehinc per magiſtrum noſtrum Bonifacium ab Anglia nichilominus ad vos & ad omnem Germaniam, poſtremò tamquam abortivum ad veſtram me deſtinavit audientiam, nequaquam dedignatus per tantillum ſervum ſuum vobis intimare voluntatem ſuam.

ſibi ſucceſſore u

39 Ex tunc uſque nunc, ùt nôſtis „ non ſubterfugi, quò minùs annunciarem omnem voluntatem Dei vobis. » *u* Nunc ergo, filioli mei quos cum Apoſtolo Paulo iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis, tales vos fide & opere exhibete, ne ſine cauſa laboraverim in vobis. Ad hæc ſi quis veſtrûm habuerit querelam, hanc in medium istâ [horâ] proferre non differat, omnem ſine mora recepturus juſtitiam. En ego in hac peregrinatione, quam pro Chriſto ſuſceperam, longo confectus ſenio vobis, ô viſcera mea, præeſſe ulteriùs non valeo: verùm poſt modicum viam ingrediar univerſæ carnis, mercedem ſperans à bono Patrefamilias qualiſcumque meæ ſervitutis. Quapropter ùt pater

C fidus fidelibus filiis fideliſſimum & utile conſilium do, idipſum quoque ut recipiatis, admonendo rogo, roganſque fideliter admoneo, quatenus unum de fratribus & commilitonibus noſtris per Spiritum Sanctum concordi caritatis affectu vobis electum meæ prælationis & magiſterii faciatis obtinere locum, ne fortè, me repentè ſubtracto, ipſam ſedis hujus ad læſionem proteletur vacatio, ſive, quod periculoſius eſt, per extraneum & minùs idoneum fiat ejus occupatio. Ad hæc dicta cunctorum unanimiter acclamat vox populorum, numquam ab illo quemquam fuiſſe laceſſitum vel injuriatum, quin potiùs omnem animam triſtem [per] ipſius conſolationem ſemper ab angore fuiſſe relevatam, ſicuti errantem ad viam veritatis reductam. De ſubrogatione tamen alterius epiſcopi, quam præmonuerat, ſola magnatum & qui ſanioris erant conſilii reſponſio talis erat: Quandoquidem, inquiunt, Pater amantiſſime, lex jam carnis exigit, AUCTORE EGIL-WARDO nos tuo jocundiſſimo deſtitui regimine, ne-
D quaquam id noſtræ electionis, quin potiùs tuæ proviſionis eſſe perpendimus, immò per inhabitantem in te ſpiritum Dei diſponi quàm intimè flagitamus, quemadmodum populo Dei, quem tot annis ad promiſſæ æternæ hæreditatis patriam deduxeras, ductor nunc alter ſubſtituatur idoneus.

Megingaudo,

40 Mox Paſtor egregius piis ovium Christi deſideriis delectatus, nec minùs in fletum cunctis prorumpentibus, ipse conlacrimatus, tandem virum per omnia probabilem Megingaudum produxit in medium, suoque, totius etiam cleri circumstantis testimonio comprobavit eum episcopatu digniſſimum. Aderant legati præscripti cum litteris regis *x* & principum, nec non & Moguntini metropolitani Lulli confirmantes in omnibus electionem Megingaudi *y*. Confestim acclamante clero ſimul & populo, beatus Burchardus episcopatûs Wirziburgenſis sedem sæpedicto Megingaudo sub testificatione Christi & eccleſiæ ritè commendavit, atque cartas regalium traditionum ſive privilegiorum sedis Apostolicæ cum cuncta episcopii rerum investitura
E coram omnibus ipſi præsentavit, ſicque illum more eccleſiaſtico, maximaque cum devotione, nec non univerſi, qui convenerant, cleri populique favore venerabiliter intronizavit, & ne quis hoc factum quaſi minùs canonicum fortè reprehendat, meminerit, Apostolorum principem ſuæ cathedræ propriis manibus Clementem impoſuiſſe. Lullum quoque, qui tunc temporis Moguntinam tenuit ſedem, viventi adhuc archiëpiscopo & magistro ſuo Bonifacio ſubrogatum fuiſſe.

x

y

CAP. XII. *Michelſtadium cogitans*,

41 His itaque tranſactis, beatus Burchardus omnem monachorum catervam, per quos in illo tempore penè cuncta eccleſiastica administrabantur irreprehenſibiliter officia, clericorum quoque ac laicorum diverſæ conditionis, ſexûs & ætatis turbam paterna corroboravit admonitione, divinaque conſignavit benedictione. Post hæc, aſſumptis ſex tantùm ex omnium multitudine diſcipulorum ſuorum monachis navim ascendit; codices
F etiam, quos vel ipse conſcripſerat, vel undecumque conquiſierat, ſecum deportari fecit *z*, atque inde per decurſum fluminis ad caſtellum, quod Hohenburg *aa* dicitur, navigio proficiscitur, ibique, quamdiu supervixit in contemplatione divina, vigiliis scilicet, jejuniis & orationibus inſiſtens unà cum prædictis fratribus continuè morabatur. Eſt autem viculus quidam, Michelſtat *bb* nominatus, quem eidem Dei Sacerdoti quondam in proprietatem tradiderat pro remedio animæ ſuæ frater Pipini Karlomanus *cc*: illuc ſe transferre atque monachicam illic congregationem instituere propoſuerat, ibique præſentis vitæ terminum prestolari Pater ſanctiſſimus: ſed, diſponente prædeſtinatione divina, prævenit humanæ deliberationis vota communis hereditariæ mortalitatis occasus. Nam non multò pòſt, quàm in prædicto caſtello unà cum his, qui ſecum jam poſt multos activæ vitæ ſudores optimam partem

z

aa

bb

cc

AUCTORE EGILWARDO.

elegerant, * folito gravius illum corporis incommodum invadebat, ſicque de die in diem, exteriori deficiente, cœpit interior homo ad id, quod diu ſuſpirabat, bravium percipiendum renovari; donec, ùt ſibi longè antè Spiritus Sanctus revelaverat, ultrà cum Christo manſurus mereretur feliciter diſſolvi: qua utique poſitus in agonia per totum tempus ipſius ægritudinis tardantem &, ùt ſibi videbatur, migrare recuſantem animam Pſalmigraphi conſolabatur & hortabatur Canticis: » Quare » triſtis es, inquit, anima mea & quare » conturbas me? Spera in Deo, quia ad- » huc confitebor ei, ſalutare vultus mei & » Deus meus. » *dd* Rurſumque converſus ad Christum: » Sicut cervus deſiderat, in- » quit, ad fontes aquarum, ita deſiderat » anima mea ad te Deus meus. Sitivit ani- » ma mea ad fontem vivum: quando veniam » & apparebo ante faciem Dei? » *ee* Et illud: » Quàm dilecta tabernacula tua, Domine » virtutum! Concupiscit & deficit anima mea » in atria Domini. Cor meum & caro mea » exultaverunt in Deum vivum. » *ff*.

42 Cumque ſic oranti, pſallenti, gratiasque in infirmitatibus agenti, ſæpè etiam fratres & conperegrinos diſcipulos ſuos confortanti languor per ſingulas horas ingravescere non ceſſaret, ipſe vicinum ſuæ transmigrationis iter tam Viatico Dominicorum Sacramentorum, quàm univerſis officiis, quæ religio depoſcit vel præſtat, Christianæ fidei, ſpei, caritatis ſollertiâ providâ præmunivit, atque per hæc omnia commendatum in manus Domini ſpiritum exhalavit. Quadraginta quippe per annos in vinea Domini Sabaoth pondus diei & æstus fidelis ſervus & laborator indefeſſus portaverat, ideo ſempiternæ remunerationis ſemper intendens bravio, non immeritò è carnis gratulabundus educitur ergastulo, & quia ſuper pauca ſemper fuerat fidelis, jam ſuprà multa conſtituendus in gaudium Domini ſui comitibus educitur angelicis quarto Nonas Februarii, recipiens nimirum à bono Patrefamilias mercedem laboris ſui, ea videlicet die lucidiſſimam ingreſſus manſionem, quo beata Dei Genitrix in templo Domini cum noſtræ carnis ſubſtantia lucis præſentavit auctorem. Obiit autem anno Incarnationis Domini DCCLXXXXI; post acceptum verò pontificatum, anno, ut diximus, quadrageſimo *gg*.

43 Igitur Megingaudus episcopus pretioſum dilectiſſimi Magistri corpus omni, quâ valuit, veneratione curavit, atque confluentibus undique fidelium turmis, quæ prorſus integro filiorum affectu lamentabantur ſanctiſſimi & unicè dilecti deceſſu Patris, maximo cum comitatu & veneratione condigna in civitatem ſuæ ſedis Wirziburg deportavit. Hìc penè totius provinciæ populus occurrit, hìc tota nobilitas cum plebe Paſtorem ſuum, non ùt olim lætitiæ cantu, ſed amaro nimis ejulatu ſuscipiunt; ſicque venerabilibus veneranter exequiis intersunt, donec honore competenti ſanctum corpus juxta Martyrum Kiliani Sociorumque ejus Reliquias ſepultum conſpiciunt. Hoc denique loco Dominus ſæpenumero plena fide ſe quærentibus per ſanitatum declarat miracula, quantùm eorumdem Electorum ſuorum apud ſe valeant merita, dum illos ne hìc quidem glorificari deſinit, quos jam in æterna ſecum gloria collocavit.

44 Glorificemus & nos atque laudemus Deum glorioſum in Sanctis ſuis: illos autem in ipſius donis & beneficiis, qui reddidit eis gratiam pro gratia, pro meritis, quæ conceſſerat, promiſſa præmia. Inſuper ingentes Salvatori noſtro gratias agamus ſine intermiſſione recolentes, quantum illi pro gratuita redemptione noſtra debeamus, qui præter innumeras miſericordiarum ſuarum beneficentias etiam de terra longinqua ipſum, de quo textum præſentem contexuimus, Virum voluntatis ſuæ ob diſpenſandum noſtræ ſalutis effectum vocavit, ac per ipſius miniſterium nos, qui aliquando non populus, nec genus ejus eramus, in filios ſibimet adoptavit: poſtremò tam fidelem, tam prudentem eumdem Servum ſuum ad Superos, id eſt, in gaudium Domini ſui tranſlatum ultra sibi præſentem nobis conſtituit patronum, quatenùs hujus eccleſiæ filii tam præſentes, quàm poſteri meritis ipſius & precibus in perpetua Chriſti fide roborentur & actione probabili, cujus doctinis & exemplis ad eamdem sumus fidem informati Jeſu Chriſti Domini noſtri, cujus Deitatis æternitas cum coæterno Deo Patre, Sanctoque amborum coæterno Spiritu manet ineſſabilis & unica ante omnia & per omnia tempora: regit etiam & gubernat infinita ſeculorum ſecula. Amen.

Auctoris ad VVirceburgenses parœnesis.

ANNOTATA.

a *Psalm.* 84 ℣ 9.

b 2 *Tim.* 2 ℣ 3.

c *Minùs verosimile eſt S.* Burchardum *in cathedrali templo monachos, in solitudine autem inſtituiſſe canonicos: hinc non dubitat Mabillonius in Annotatis in S.* Burchardi *Vitam, quin utrobique monachos conſtituerit: succeſſerant jam diu Egilwardi ætate monachis canonici: pronum itaque fuit, ut S. Andreæ monaſterium à canonicis inde ab Irminæ diſceſſu inhabitatum fuiſſe, quamvis perperam crediderit.*

d *Relicto ob incommoditatem suprà num.* 30 *descriptam Wirceburgensi caſtro: condere itaque id monaſterium verosimiliter cœperit eo circiter tempore, quo templum cathedrale saxeum moliri cœpit, id eſt anno* 746 *aut* 747.

e *Hanc ob causam, quæ hìc Egilwardus de S. Magno narraturus eſt, suppreſſit Surius: Surii editionem secutus eſt Mabillonius.*

f *Quærit Mabillonius, qui Acta S.* Burchardi *ex Surio recudit, & Egilwardi narrationem non vidit, quis fuerit ille Magnus Martyr? Quæsito, quæ proximo num. sequuntur, faciunt satis.*

g *Sub annum fortè* 746. *Vide Comment. prœv. num.* 29.

h *Numeratur inter Sanctos, coliturque die* XV *Julii, ad quem Acta ejus illuſtrata sunt tom.* 4 *Julii.*

i *Nunc oppidum in Wirceburgensi dicœsi,* Eltman

gg unde VVirceburgum relatum ejus corpus à Megingaudo juxta S. Kilianum Sociosque sepelitur.

ff anno 791 *moritur Hohenburgi,*

A Eltman *dictum, ad Mœnum.*

k Anſpachium *vulgò* Anſpach; *caput hodie Marchionatus ejus nominis regi Boruſſiæ parentis, & inter ditiones episcoporum Herbipolensis & Eyſtettensis siti : verùm locus ille seriùs sub Bernwelfo ex permutatione ecclesiæ Wirceburgensi acceſſit ex num.* 32 *& seq. Comment. præv.*

l Cœnobii S. Gumberti *meminit diploma Conradi regis datum anno* 911, *apud Eckhartum tom.* 2 *pag.* 899.

m *Aut hæc interpolatio eſt, aut falsa, quam Mabillonius in Appendice ad Vitam S.* Burchardi *exhibet, Nota, quâ Joannes Gallicus, scholaſticus Herbipolensis, nomen hoc composuiſſe dicitur.*

n *Ex* 1 *ad Cor.* 3. ℣ 6.

o *Luc.* 6. ℣ 40.

p *Videtur hìc indicare Vitam* 1.

q *Philip.* 1 ℣ 23.

r *Psalm.* 113 ℣ 3.

s *Luc.* 1 ℣ 50.

t Orientalem, *seu Franconiam.*

u *Act.* 20 ℣ 27.

x *Caroli Magni, ut censuit Egilwardus : veriùs Pippini.*

y *Egilwardum hìc erroris arguit Eckhartus, Megingaudum non à Lullo, sed à Bonifacio Wirceburgensibus infulis decoratum*
B *contendens tum ex Liudgero in Vita S. Gregorii Trajectensis abbatis, tum ex Megingaudi, quod hodièque in crypta S. Kiliani visitur, epitaphio. Liudgerus quidem Megingaudum S. Bonifacio coöperatorem fuiſſe, ac civitatem suam (Herbipolim) inſtar Luciferi mane orientis illuſtráſſe scribit : at à Bonifacio ordinatum fuiſſe, ex Vandelberto num.* 37 *dictum eſt, confirmatque Megingaudi antiquum, quod in crypta S. Kiliani visitur, epitaphium, sarcophago ejus anno* 1711 *in angulo obscuro ecclesiæ Novi-Monaſterii invento, inscriptum : quod sic habet :*

Præsulis hic tegitur famosi cespite corpus
Terram terra tenet ſpiritus aſtra petit
Magingodus in hac antiſtes sorte secundus
Extitit atque pio promptus in officio
..... quondam Bonifacius arcis honorem
Perduxit sacro conſtituitque gradu
Vixit in hoc mundo caſtus sine crimine vates
Mortuus in Chriſto præmia carpit ovans.

z *Exſtant in bibliotheca ecclesiæ cathe-*
C *dralis Wirceburgensis varii codices characteribus Anglo-Saxonicis scripti, quos partim collegiſſe, partim exaráſſe S.* Burchardus *creditur : continent illi canonum collectiones, homilias varias, Patrumque tractatus aliquot. Ex S.* Burchardi *Homeliarum Codice Homeliam* 111 *ex magna parte,* XX *verò &* XXIII *integras ad calcem Tom.* 1 *Eckhartus edidit, è quibus ingentem S.* Burchardi *reliquias paganismi, sacrilegasque superſtitiones exſtirpandi curam facilè colligas.*

aa *Vide Annotata ad litteram* u *Cap.* 11.

bb *Vide litteram* s *ibidem.*

cc *Vide litteram* t *ibidem.*

dd *Psalm.* 41 ℣ 6.

ee *Psalm.* 41 ℣. 1 & 2

ff *Psalm.* 83 ℣. 1 & 2.

gg *Imò anno Chriſti* 754 *episcopatus sui* 13.

AUCTORE EGILWARDO.

D

CAPUT IV.

Sancti successorum aliquot enumeratio, & Reliquiarum ad S. Andreæ monasterium per Hugonem Wirceburgensem facta translatio.

PROLOGUS.

LIB. III. *Hactenùs dictis, quædam se, maximè verò S.* Burchardi *tranſlationem addere, abbatis sui jussu profitetur.*

E

ASpirando præveniente, cooperando comitante, perficiendoque ſubſequente nos gratiâ Dei, à quo omne datum optimum & omne donum perfectum eſt, jam beati protohierarchi noſtri Burchardi præconia pro poſſibilitate noſtra digeſſimus ea tantùm, quæ cunctis hæc legere non dedignantibus tam ad inſtrumentum credulitatis perfectæque renuntiationis, quàm ad exemplum bonæ actionis, ſummæque contemplationis, ac veræ prædicationis cum integritate geminæ dilectionis generaliter ſufficere non ambigimus. Nunc verò, quandoquidem id tuæ, Pater, placet almitati, duobus his libellis, qui jam dicta continentes negotia, præcedunt, addamus & tertium, cujus nimirum ſit intentio ſimul & utilitas tam illius tranſlationem, quàm veſtri monaſterii, quod ab ipſo primò fundatum, poſtea verò per ſacri corporis ejus præſentiam ſufficienter eſt nobilitatum, præteritum ſimul & præſentem poſteris notificare ſtatum. Igitur poſt ſepulturam ejusdem ſanctiſſimi Patris, quæ, ſicuti præſcriptum eſt, Sanctorum Martyrum reliquiis contigua fuit, multis miraculis Dominus tam beati Burchardi, quàm eorumdem Martyrum merita magnificè declaravit, & ideo frequens ibidem ſit populi confluentia, nunc ſanitatis obtentu, nunc pro diverſis neceſſitatibus quærentium ſuffragia, quæ tamen, quamvis ob incuriam vel
F negligentiam majorum deſcripta non reperiamus, veracibus tamen credita relationibus nequaquam difficilè credimus. Quapropter, his intactis, ne fortè, ſicut hac in re fieri ſolet, ſponte detractoribus noſtris ora recludamus, ad ea potiſſimè, quæ noſtris geſta ſunt, vel geruntur temporibus ad reliquias ſanctiſſimi patroni noſtri Burchardi ſtilum competenti narrationis ordine convertamus.

CAP. I. *Succeſſit Sancto Megingaudus, qui sib Bernwelfum ſubſtituit,*

46 Igitur poſt beati Burchardi deceſſum Megingaudus, vir, ùt præmiſſum eſt, per omnia laudabilis, epiſcopatum Wirziburgenſem, catholicis & orthodoxis ſemper intendens inſtitutis, rexit annis quindecim. *a* Hic itaque beatorum Bonifacii, Burchardi, Lulli, ceterorumque, quos huc de Anglia divinus amor adduxerat, comperegrinus & compatriota,

a

AUCTORE EGILWARDO.

compatriota, nec non profeſſione monachus ſicut & illi, *b* nullatenus mutans vel inſiciens rigorem propoſiti, ſemper irreprehenſibiliter verbis & exemplis mirificè pollens, gubernacula tenebat pontificalis officii. Unde tam ſecularibus, quàm eccleſiaſticis cunctiſque, qui ſe noverant, perſonis, amori ſimul fuerat & honori. Tandem ſenio jam imbecillior effectus, inſuper etiam ad incrementum fortaſſe meritorum ægrotare ſe vehementiùs ſenſit, moxque reminiſcens exemplum Prædeceſſoris & Magiſtri ſui, miſſis legatis tam ad principes regni, quàm Sacerdotes eccleſiarum, conſenſu atque conſilio cunctorum quemdam de ſuis clericis nomine Berwelfum, ſibimet in præſulatu ſubrogavit, cooperantibus ſibi in eadem ordinatione Lullo Metropolitano & Willibaldo, Eichſtatenſi epiſcopo, coram univerſo ipſius eccleſiæ clero & populo: ſicque rebus & poſſeſſionibus, mobilibus ſcilicet & immobilibus, quæ ad epiſcopium pertinebant, eidem ſucceſſori ſuo relictis, ipſe cum paucis ad locum ſecretum, à quodam Hatone ſibi traditum commigravit.

magiſtro ingratum & infeſtum monachis,

47 Remanſerunt autem apud monaſterium Sancti Kiliani plusquàm quinquaginta, ùt alibi legimus, fratres, quos etiam non multò pòſt Bernwelff cum injuriis expulſos ad magiſtrum ſuum Megingaudum navigare coegit. Adhæc beatum virum idem Bernwelff multis inclamationibus vexavit pro diverſis ſupellectilibus, quas Chriſti confeſſor Burchardus in veſtitu ſacerdotali, ſive codicibus, nonnulliſque rebus familiaribus reliquerat, cujus tamen diſceptationis modum & finem ſi quis ſcire voluerit, à quodam monacho, qui tunc intererat, conſcriptum reperire poterit. Tantam denique, tamque diutinam inquietudinem patri quondam & magiſtro ſuo ſubrogatus epiſcopus inflixit, ut tædio affectus, ſeſe ſuoſque diſcipulos, ipſum quoque locum, qui tunc Rorinlacha (Niwenſtat) poſtea verò Nuvenſtat dictus eſt, Karoli regis patrocinio committeret, & ejus adjutorio monaſterium ibidem à ſe ſuiſque monachis inhabitandum inſtitueret. *c* Ubi dum aliquamdiu laudabiliter ac religiosè ſub ſacratiſſimi imperatoris *d* alis ab omni ſeculari moleſtia converſarentur illæſi, utpote tam Deo placentes, quàm hominibus, ingreſſus eſt viam univerſæ carnis Megingaudus epiſcopus, bonis operibus plenus, æternæ remunerationis bravium recepturus. *e* Cujus diſcipuli Waltricum de ſuis mox abbatem elegerunt; ipſum quoque juſſu piiſſimi Karoli ad palatium deferentes ejus auctoritate, juxta quod Megingaudo promiſerat, confirmârunt.

CAP. II. *quos ſacerdotalibus miniſteriis*

48 Inter hæc redit ad memoriam, quod ſilentio præterire nullatenus poſſum, ob vitandum tamen proximorum ſcandalum tuæ dilectioni, quod dico, ſit in aurem dictum. Ex tota præſentis opuſculi ſerie colligi valet, immò ipſa, quam litteris utcumque tradidimus, hiſtoria, luce clariori veritate ſubnixa, conſtanter edocet, Sanctorum prædicatorum Kiliani, Burchardi ſociorumque eorum inſtantiâ Franciam Orientalem Chriſto conquiſitam; Germaniam penè univerſam Magni Bonifacii doctrinâ in manu veritatis & ſalutis directam, Alemanniam Galli, Burgundiam Columbani, Bawariam Corbiniani, nec non Ruberti vel Emmerammi fructificatas ſeminariis, quos univerſos, pauciſſimis exceptis, univerſali eccleſiæ monachicæ profeſſionis atque ſchematis commendavit ſanctitas, & quò per mundi contemptum in cœleſti theoria facti ſunt ſublimiores, eò ſacerdotali officio digniores, & in prædicationis miniſterio apud homines habebantur aptiores. Cum hæc ita ſint, immò quia ita eſſe nemo ambigit, miror, qua fronte quidam monachis ſacerdotibus quælibet eccleſiaſtica officia interdicere præſumant, ſi tamen eo ordine, quo prædiximus, per officia regenerationis ab iiſdem prædicatoribus initiata ſemet eccleſiæ filios eſſe non abnegant.

aptos dignosque auctor probat:

49 Hi tamen ne nos partis noſtræ quaſi temerarios defenſores acriùs impugnare præſumant, Magni Gregorii decretum contra idem ſchisma promulgatum, nec non Bonifacii, qui quartus ab ipſo ſedem Apoſtolicam gubernabat, in id ipſum conſentientem sententiam relegant. Ait enim beatus Gregorius inter cetera: » Videtur nobis, qui ſua pro » Deo relinquunt, & à paſſione & à morte, » cujus [ejus] ſumunt exordia mutatæ con» verſationis, digniùs liceat baptizare, com» municare, pœnitentiam imponere » peccata ſolvere.» Et poſt pauca: »Cenſemus » ergo monachos prædicare, baptizare, com» municare, pœnitentes ſolvere juxta con» ſtituta trecentorum decem & octo Patrum » Item prædictus Bonifacius de eadem re: » » Sunt, inquit, nonnulli ſtulti dogmatis, » magis zelo amaritudinis, quàm dilectionis » inflammati, aſſerentes monachos, quia mun» do mortui ſunt & Deo vivunt, ſacerdotali » officio indignos, neque pœnitentiam, aut » Chriſtianitatem ſeu abſolutionem largiri » poſſe per ſacerdotalis officii injunctam gra» tiam. Sed omnino falluntur » &c. uſque ad id: » Decertantes igitur contra, mo» nachos in hac re ſacerdotali officio peni» tus non carere præcipimus, ut ab hujuſ» modi nefandis auſibus reprimantur in poſ» terum: quia quantò quis celſior, tantò » potentior. » *f* Nos igitur, his pauculis inſertis contra eos dumtaxat, qui coram oculis noſtris veſtigia patrum noſtrorum delere, vel laqueos pedibus noſtris abſcondere moliuntur, licet multò plures abundent Patrum ſententiæ, quæ hujuſmodi repugnent invidiæ, libet ad omiſſa ſtilum reflectere.

CAP. III. *Poſt Bernwelfum, Lintrigum &c. Hugo fit episcopus, qui, inſtauratum S. Andreæ monaſterium ac Benedictinis datum,*

50 Poſt ſucceſſorem beati Burchardi Megingaudum Bernwelff cathedram Wirziburgenſem tenuit annis ſeptem: homo, ut aiunt, præ ceteris monachicæ religioni multùm infeſtus, quod & colligi poteſt à ſuperioribus. Poſt hunc Lintrigus annis tribus, menſibus quinque. Poſt hunc Egilwardus annis ſex, menſe uno, diebus viginti tribus: poſt hunc Wolffgerus annis viginti duobus, menſibus ſex: poſt hunc Humbertus annis decem, menſibus tribus, diebus octo *g*: poſt hunc Arn annis triginta ſex, mensibus sex, diebus duodecim, poſt hunc Rudolfus annis decem

A decem & ſeptem, diebus tribus : poſt hunc Diedo annis viginti quatuor, menſibus duobus, diebus quatuordecim : poſt hunc Burchardus annis novem, menſibus tribus, diebus viginti tribus : poſt hunc Boppo annis viginti, menſibus decem, diebus quatuordecim : poſt hunc Poppo annis viginti tribus, menſibus quatuor, diebus viginti & uno : poſt hunc Hugo annis ſex, menſibus ſeptem, diebus viginti & uno. Hic cum cunctis eſſet acceptus & ad pontificalem infulam per omnia digniſſimus, de reddenda villicationis ſuæ ratione momentis omnibus erat ſollicitus : unde inter cetera perſpiciens, monaſteriolum, quod in honore beati Andreæ Apoſtoli, Sanctique Magni Martyris à beato Burchardo conſecratum in
h ſuperiori Libello deſcripſimus, *h* ab omni religionis ſtudio penè defeciſſe ſcilicet tam prælatorum negligentiâ, quàm ſubditorum inſolentiâ, indeque, quod juſto Dei judicio conſequens videbatur, victûs atque veſtitûs
B neceſſaria ipſis paucis, qui remanſerant, deeſſe, divinâ inſtinctus providentiâ, monachicæ inſtitutionis illic fratres congregavit, atque locum eumdem, cunctaque illuc pertinentia, honori non solùm, ùt priùs, Andreæ Apoſtoli, sed & eximii Confeſſoris Christi Burchardi, primi fundatoris, delegare conſtituit.

S. Burchardi Reliquias

51 Electo denique ad hujusmodi negotium competenti tempore anni, convocatis undique tam principibus vicinis, quàm ipſis eccleſiæ ſuæ capitaneis, cuncto quoque clero atque populo præmeditationis ſuæ coram omnibus intentionem expoſuit, & quia hoc ipſum, quod propoſuerat, per summum ſedis Apoſtolicæ Pontificem, qui tunc temporis
i Benedictus *i* vocabatur, ſibi conceſſum, ne-
k que Romani imperatoris *k* ad hoc conſenſus deeſſet, enarravit, conſentientibus cunctis & intentionem ejus devotam laude digna proſequentibus, triduanum ſtatim jejunium indixit, ipſoque peracto, cum ingenti fidelium multitudine ad tumbam beati Confeſſoris Chriſti Burchardi devotis laudibus perſonante, proceſſit. Deinde levatum dignâ reverentiâ corpus ſanctiſſimum ad ſuprà me-
l moratum reverenter tranſtulit monaſterium *l*. Reconditis igitur ibidem, ùt decuit, venerabiliter venerandis Reliquiis, præfatus pon-
C tifex Hugo locum eumdem decimis ac terminis, quantumcumque valuit, dilatavit prædiis atque reditibus, libris atque utenſilibus copioſè ditavit.

ſolemniter intulit, idque S. Burchardi *etiam dici voluit.*

52 Monaſterium autem ipſum ex illo die tam beati Burchardi, Chriſti Confeſſoris, quàm beati Andreæ Apoſtoli patrocinio regendum, tuendum atque cognominandum inſtituit. Deinde cum conſilio & conſenſu cleri ſui decrevit atque banno pontificalis auctoritatis confirmavit, ut deinceps quintâ feriâ celebretur ſolemnitas ejusdem Tranſlationis ; præcedentibus verò tribus diebus, ſecundâ, tertiâ, quartâ feriâ per totum epiſcopium ab
m eſu carnium abſtineatur *m* : ſynodus etiam ab epiſcopo cum omni clero habeatur, ſicque finito concilio, à ſingulis parochianis cera duorum nummorum pretii ad eaſdem Reliquias offeratur. Corpus verò S. Martyris Andreæ ſive Magni, cujus ſuprà mentionem

fecimus, venerabilis epiſcopus Hugo ab eo- AUCTORE EGILWARDO.
dem monaſterio, quo illud Sanctus Burchar- D
dus condiderat, in civitatem tranſtulit & conſocians Sanctorum Martyrum Kiliani Sociorumque Reliquiis feſtivum illi famulatum annuatim exhiberi conſtituit. Ex hoc tempore monaſterium Sancti Burchardi corporis præſentiâ beatificatum, ipſiusque vocabulo ſpecialiùs agnominatum, prædiis, ædificiis atque denariis cœpit amplificari, & tam ab urbanis, quàm à comprovincialibus amari ſimul & honorari, adeò ut nonnulli ſeculo renunciantes ſeipſos cum rebus ſuis ibidem Deo offerrent : nonnulli etiam filios ſuos cum oblatione Domino offerentes ſub regulari diſciplina Chriſto deſervituros illic manciparent.

53 Hæc ſunt, quæ de vita, converſa- *Epilogus auctoris.*
tione, vel obitu, ſive tranſlatione Sancti patroni noſtri Burchardi per veridicam præcedentium patrum relationem, ſive per exemplaria diverſa inveſtigare atque colligere E
pro modulo ingenioli noſtri ſategimus. Ceterùm ſi quis ex his inepta corrigere, vel apta ſuperaddere voluerit, ſimplici de corde libenter annuimus. Inſuper miracula, quibus Dominus Electi ſui merita ſæpenumero dignabatur vel dignatur declarare, hos, qui ſemper ſanctiſſimi corporis ejus excubias obſervant, huc rogamus annotare. Sic nimirum, ſic in memoria æterna erit juſtus ; ſic [in] juſtis ſuis ſemper laudabilis & glorioſus laudatur & glorificatur Dominus noſter Jeſus Chriſtus. Amen.

ANNOTATA.

a *Egilwardus ùt S.* Burchardi *episcopatum plùs quàm par erat, protraxit, ita Megingaudi nimiùm contrahit.*

b *Utrumque monachum fuiſſe negat Eckhartus lib.* 24 *num.* 57 : Burchardum, *quia* cœnobium canonicorum instituit & sub finem vitæ apud eos se recepit. *Megingaudum verò, quia in Fragmento ſynodi Attiniacensis, quod num.* 56 *exhibet, inter episcopos* non monachos *numeratur : admittit lib.* 24 *num.* 227, *abdicato illum episcopatu ad S. Benedicti caſtra transiiſſe. Sed unde habet Eckhartus, Egilwardum, dum canonicis S. Andreæ cœnobium ab ipso sui exordio fuiſſe datum ait, lapsum non fuiſſe in errorem, quod alibi non rarò fit. Dein quid obſtat, quo minùs* Burchardus, *licet Benedictinus, conſtitutis in cathedrali ecclesia, qui miniſteria illic sacra obirent, monachis, etiam alibi canonicos inſtituerit, ad eoſque ſub vitæ finem se receperit, locumque incoluerit, magìs quietum, neque ineptum, unde diœcesim suam commodè regeret. Denique fatetur Eckhartus lib.* 23 *num.* 143, Burchardum, *subſtituto sibi Megingaudo,* sex monachis discipulis suis assumtis, *Hohenburgum discessisse, inde Michelſtadium iturum, ibique monachorum congregationem, si comes vita fuisset, inſtituturum. An non id æquè indicio eſt, idem vitæ genus tam* Burchardo, *quàm monachis iſtis fuiſſe ?*

A *Attiniacensis ſynodus conflata fuit ex epiſcopis (comprehensis hoc nomine non tantùm epiſcopis civitatum, ſed etiam epiſcopis, qui ab abbatibus electi, à diœcesanis verò epiſcopis consecrati, ex singulari privilegio epiſcopalia in monaſteriis obibant munia) & abbatibus : abbatum verò alii erant epiſcopi ſimul & abbates, alii abbates tantùm : hinc enim hæc in Fragmento verba :* Abbates verò, qui non sunt episcopi, rogent episcopos (*suos monaſteriales*) ut vice illorum ipsas triginta Miſſas expleant. *Ex eo igitur quod in Fragmento legatur :* Willibaldus episcopus de monasterio Achistadi, *VVillibaldum ſimul fuiſſe abbatem concludi poteſt ; ex eo verò, quod ibidem legatur :* Megingozus episcopus civit. Wuirciaburgo *consequens quidem fit, eum, quo tempore synodus celebrabatur, episcopum simul & abbatem non fuiſſe : at hinc non sequitur, eum ante susceptum epiſcopatum ne monachum quidem fuiſſe.*

c *Vulgò* Neustat, *quatuor milliaribus Her-*
B *bipoli diſſitum ad Mœnum fluvium.*

d *Imò adhuc* regis, *ut paulò antè Egilwardus dixit.*

e *Secundum Eckhartum, episcopatu ceſſit anno* 785, *secundùm Egilwardum obiit* aliquamdiu *pòſt.*

f *Exſtat apud Labbeum tom.* 5 *conciliorum col.* 1607 *Gregorii I Conſtitutum anno* 601 *pro monachis editum ; at ibi non reperio citata ab Egilwardo verba : verùm ibidem col.* 1618 *& seq. Bonifacii IV decretum anno* 610 *editum, in quo, quæ hìc Egilwardus adfert, sed conceptis subinde aliter verbis leguntur : poſtrema iſthic decreti clausula sic se habet :* decertantes igitur monachicæ profeſſionis presbyteros Sacerdotalis potentiæ arcere officio, omnimodo præcipimus, ut ab hujuſcemodi nefandis auſis reprimantur imposterum, quia quanto quiſque celſior, tanto potentior.

g *Poſt Humbertum recenset Surius Gotebaldum Altachii inferioris apud Bavaros abbatem, qui in codice MS., quo usus fuit, æquè ac in MS. noſtro desiderabatur.*

h *Suprà num.* 33 *& seq.*

i *Hujus nominis VII, anno* 984 *die* x *Julii defunctus.*

k Ottonis *II, qui anno* 983 *mense Decembri obiit, nescio, an Ottonis III qui proximè II succeſſit.*

l *Sub annum* 984.

m *Triduana à carnibus abſtinentia, feriâ secundâ, tertiâ & quartâ feriam quintam S.* Burchardi *tranſlationi sacram præcedentibus* E *deinceps servanda, indicta ab Hugone fuiſſe totidem verbis legitur apud Surium : at nihil de ea apud Mabillonium, licet ex Surio (non Canisio, quod num.* 29 *dictum eſt, nec nisi in Vita breviore locum habet)* S. Burchardi *ediderit : an interpolatum hìc Egilwardum credidit?*

D

DE S. COSMA EPISCOPO CONFESSORE
c # MAJUMÆ IN PALÆSTINA. F

SYLLOGE.

§ I. Sancti memoria in fastis sacris : quædam de Vitæ Chronotaxi : ejusdem Monachatus.

CIRCA ANNUM DCCLXXXI. *Civitatis Majumenæ quædam notitia ;*

Majuma, cujus insulas Sanctus noſter geſſit, ad diſtinctionem trium aliarum ejusdem nominis, ac in eodem tractu sitarum urbium Majuma Gazæ appellatur, idemque Palæstinis sonat teſte Lequieno in suo Oriente Chriſt. Tom. 3 *col.* 622 *ac* portus *seu* navale *Latinis, nec cum ipsâ Gazâ confundenda eſt, diſtat enim ab ea viginti circiter ſtadiis, & ad oſtium fluvii Bosoris mari mediterraneo adjacet : modo autem ; ùt Ferrarius hodie habet in Catal. Gener. Sanctorum, vulgò* Porto Betto *nuncupatur ; hanc porro, ut Sozomenus ait lib.* 5 *cap.* 3 *pag.* 597 *derepentè ad Chriſtum conversam imperator Conſtantinus, quæ antea urbs non erat, civitatem eſſe juſſit, eamque* Conſtantiam *appellavit, ejus, quem ex filiis chariſſimum habebat, nomine locum illum cohoneſtans ob religionem; civico itaque jure gavisa eſt usque ad Juliani tempora, quo imperante, quod sibi antè religione pepererat, eandem planè ob religionem deperdidit : princeps*

A *ceps enim apoſtata, opportunitatem ſuppeditante lite, eam denuò Gazæis ſubjecit, non ita tamen quin proprium ſibi episcopum, clerum, diœcesisque limites retinuerit, in tantum quidem, ut tempore Sozomeni, quod loc. cit. aſſerit, incassùm episcopus Gazæ Majumam paſtore viduatam ſibi subjicere tentârit, synodo provinciali cognitâ causâ contrarium planè judicante, ac æquum eſſe aſſerente, ut qui pietatis causâ jus civitatis adepti fuiſſent, sed pagani principis sententiâ eo jure excidiſſent, in iis saltem, quæ ad sacerdotium & eccleſiaſticum ordinem ſpectant, conceſſis ſibi præmiis nequaquam ſpoliarentur. Hæc fere laudatus Lequienus. Aſt ad Sanctum noſtrum veniamus.*

S. Cosmæ *illius Episcopi*

2 *Sanctum hunc, quem Operis noſtri parens Joannes Bollandus in Prætermiſſis die* XV *Januarii ob quorumdam Menæorum annuntiationem reposuit, & ob iteratam, & in pluribus a-*
B *liis, quà Menæis, quà Martyrologiis annuntiationem hodie dandum aſſignavit, quod & ad diem* XII *hujus mensis itidem factum eſt: annuntiabatur enim proximè cit. die in Græcorum, quod in linguam Latinam Genebrardus vertit, Calendario his verbis :* Cosmas poëta. *In Menologio Slavo-Ruſſico à generoso Domino Joanne Gabriële barone de Sparwenfeld Latinè reddito, ac penes nos MS.* & Beatiſſimi P. N. Cosmi factoris canonum. *Nec non Horologio Græco hoc modo :* τῦ ὁσιυ̃ πατρὸς ἡμῶν κοσμᾶ τῦ ποιητῦ. Sancti patris noſtri Cosmæ Poëtæ. *Qui idem videtur cum eo, quem hodie Majora Menæa, Sirletus, & alii annuntiant. Menæa quidem in hunc modum :* Οὗτος ὁ ἅγιος προσλαμβάνεται κομιδῇ νέος ὢν παρὰ τοῦ πατρὸς τῦ ἁγίου Ἰωαννου τοῦ Δαμασκηνοῦ ὡς ὑποποιητός. ὃς πλούτῳ πολλῷ κωμῶν, και κοσμικῇ δόξῃ προσελάβετό τινα τῶν Ἀσυγκριτῶν, ἄνδρα πολυμαθῆ, καὶ σοφὸν, ᾧ τόν τε υἱὸν αὐτῦ Ἰωάννην, καὶ Κοσμᾶν τὸ ὑποποιητὸν παραδὺς πᾶσαν σοφίαν θεῖάν τε, καὶ ἀνθρωπίνην
C ἐκδιδάσκειν αὐτοὺς ἠκριβώσατο. οἱ δεξιᾶς τυχόντες φύσεως πᾶσαν ὠ βραχεῖ γραμματικὴν τε, καὶ φιλοσοφίαν ὑπ' αὐτῦ διδαχθέντες, ἔτι δὲ ἀστρονομίαν, καὶ γεωμετρίαν ἀσκήσαντες, ἄπασιν αἰδέσιμοι ἀνεδείχθησαν. ὅς δὲ τὴν ὠ ἅπασιν αὐτῶν τελειότητα βούλεται μαθεῖν, ἀπο τῶν αὐτοῖς πονηθέντων συγγραμμάτων ἀκριβῶς ἔισεται. ἔιτα εἰς τὴν Λαύραν τῦ ἁγίου Σάβα παραγὼμενοι, τὸν μοναδικὸν ζυγὸν ὑπέρχονται. καὶ ὁ μὲν μακάριος Ἰωάννης πρεσβύτερος χειροτονεῖται παρὰ τῦ Πατριάρχου Ἱεροσολύμων. ὁ δὲ ἀοίδημος Κοσμᾶς πολλὰ παρακληθεὶς ὑπο πάσης τῆς Συνόδου Ἐπίσκοπος Μαιουμᾶ πεχειρίζεται. καλῶς οὖν πολιτευσάμενος, καὶ τὸ ἑαυτῦ ποίμνιον επὶ νομὰς σωτηρίους ὁδηγήσας, καὶ εἰς βαθὺ γῆρας ἐλᾶσας ἀνεπαύσατο ὠ Κυρίῳ.

in Menæis 3 *Quæ Latinè versa Eminentiſſimus Cardinalis Quirinus Brixiensis episcopus in Diatr. ad vetus Off. Græc. Orthod. pag.* 115 *Græcis subnectit in hunc modum :* Sanctus hic (*nempe* Cosmas) admodum adolescentulus à patre S. Joannis Damasceni pro filio adoptatur, qui cùm multis divitiis humanâque gloriâ floreret, quemdam Asyncritem (*quemdam* è ſecretariorum ordine *vertit Raderus ad diem* XV *Januar.*) adlegit virum valdè eruditum, atque sapientem, cui filium ſuum Joannem & adoptitium Cosmam in disciplinam tradens, vehementer curavit, ut ab eo divinis & humanis litteris omnibus imbuerentur. Hi verò bonâ præditi indole brevi universam Grammaticam atque Philosophiam edocti, & præterea Aſtronomiâ & Geometriâ exercitati omnium venerationem ſibi conciliarunt, qui autem excellentem eorumdem in omnibus ſcientiam dignoſcere cupit, id profectò comperiet ex ingenii monumentis, quæ ipſi lucubrârunt. Dein ad Lauram S. Sabæ divertentes monaſticum jugum ſuscipiunt. Beatus quidem Joannes à Patriarcha Hierosolymitano presbyter ordinatur, illuſtris verò Cosmas multùm ab univerſa ſynodo rogatus, Majumæ Epiſcopus renuntiatur, cumque impoſitam provinciam egregiè adminiſtraſſet, gregemque ſuum ad ſalutaria paſcua deduxiſſet, ad multam ſenectutem pro-
E vectus requievit in Domino. *Cùm autem &* XV *Januar., ùt ſuprà dixi, annuntietur, quæ ab hodierna discrepant annuntiatione, Latinè, prout ea Raderus vertit, hìc superaddo : hæc igitur habent Menæa die cit. circa medium :* Idem pater *nempe Joannis Damasceni . . .* etiam hunc beatiſſimum Cosmam adhuc prope infantem, ac pupillum, ultimâque paupertate afflictum in familiam aſſumpſit, & liberaliter educavit, vocavitque, uti filium ſuum, Joannem. *Dein quibusdàm interjectis, ita pergunt :* Unde vas electionis factus eſt B. Coſmas, cujus experimentum capere possumus, quantum potuerit & eloquentiâ & ſapientiâ, ex ipſius Canonibus, quos compoſuit & Tropariis, si hæc diligenter legerimus.

4 *Cetera superioribus consona sunt, niſi quod Sanctum noſtrum Episcopum Majumæ creatum aſſerant ab Hierosolymorum Archiepiscopo, ac synodi mentionem non faciant. Breviùs Ephemerides Græcc-Moschæ exhibitæ Tom.* I *Maji, hunc hodie in Octobri metrico de Sancto noſtro habent verſiculum . . . .* τῦ ὁσιυ̃ πατρὸς ἡμῶν ΚΩΣΜΑ Ποιητῦ S. P. N. Coſmæ
F poëtæ. Subintellige, *addit Papebrochius*, memoria. *Consonat his eminentiſſimus Sirletus, sequens Sancti noſtri exhibens elogium :* Eodem die, *nempe pridie Idus Octobris*, natalis S. P. noſtri Coſmæ Epiſcopi Majumæ, Viri ſapientia & pietate insignis, eccleſiam Majumæ, cujus fuit Epiſcopus, laudabiliter regens ad ſummam ſenectutem pervenit, & quievit in Domino. *Aſt prolixiùs Bucelinus his verbis* : Ipſa die natalis S. Coſmæ Hagiopolitani Majumæ Epiſcopi. Hic patriâ Hieroſolymitanus tenerâ etiamnum ætate parentibus orbatus, à patre Sancti Joannis Damaſceni adoptatus eſt. Coſmam deinde cognominem Monachum Italum captivum eò abductum, magiſtrum nactus, litterarum ſtudiis cum Joanne mirum in modum profecit, Grammaticis, Philoſophicis, Mathematicis, Theologicis ſcientiis longè inſtructiſſimus. Pari autem quo Joannes ſtudio, propoſitoque ad S. Sabæ Lauram, Ordinis jam tunc noſtri cœnobium profectus, monachumque profeſſus rariſſima vitæ ſanctitate excelluit.

5 Denique vi adactus, extractusque cœnobio, ab Hierosolymitano Patriarchâ Majumensis episcopus creatus eſt, cumque gre-

AUCTORE M. S.

D

& Martyrologiis

memoria.

AUCTORE M. S.

gem suum præclarè rexiſſet, & sanctiſſimo vitæ exemplo cathedram suam æternùm exornaſſet, in senectute bonâ vitâ functus deceſſit, relictis pulcherrimis profundiſſimi ingenii monumentis. Ex Vita tom. secundo Sanctorum Ordinis & Joanne Patriarcha Hierosolymitano. *Quod autem Lauram S. Sabæ Ordinis jam tum sui Bucelinus asſerat fuiſſe monasterium, displicet nec immeritò Mabillonio: is namque agens de Joanne Damasceno ejusdem Monaſterii alumno, eumdem suo Benedictinorum Ordini licet aliam ob causam accenseri vetat: sequentia enim tom.* 2 *Annal. Bened. pag.* 212 *in hanc rem habet:* Enituit, *inquit*, apud Græcos in illo conflictu pro sacris imaginibus zelus Sancti Joannis Damasceni, quem, quia Cosmam monachum Italum è patriâ captivum abductum in Palæstinam, præceptorem habuit, Trithemius (*de viris illustribus Ord. S. Benedicti pag.* 35 *ubi citatum errorem ad marginem Busæus corrigit*) & quidam alii haud satis solido fundamento nostris accensuêre. *Bucelino Molanus succedat: is in suis ad Usuardum Additionibus Sanctum noſtrum celebrat in hunc modum:* Et S. Patris Cosmæ Hagiopolitani, & Poëtæ episcopi Majumæ. *Meminitque illius Wion Ligni vitæ lib.* 3 *pag.* 340*:* Ipso die S. patris Cosmæ Hagiopolitani & Poëtæ, episcopi Majumæ. *Verùm in Additionibus sequentia adjungit:* Plura de eo in Vita S. Joannis Damasceni, fuit natione Italus, & Abbas S. Sabæ juxta Hierusalem magister & nutritius ejusdem S. Joannis Damasceni circa annum Domini 700. *Quem infrà conveniam, uti & Ferrarium, qui VVioni (omiſſo tamen episcopali titulo) in Additionibus concordat; his accedunt Dorgain &, de quibus suprà, Genebrardus, necnon Horologii Græci auctor Sanctum noſtrum iteratò hodie annuntiantes.*

A

B

Acta Sancti hujus extiterunt, aut etiamnum extant,

6 *Sancti* Cosmæ *Acta, & Vitam extitisse, aut etiamnum exiſtere, apertè indicant Fabritius ac Bucelinus; Fabritius quidem tom.* X *Bibl. Græcæ lib.* V *cap.* XLI *pag.* CCVIII, *ubi hæc verba sunt:* Nondum edita Cosmæ Melodi Vita, ex qua frequenter loca Græcè producit Allatius de libris ecclesiæ Græcorum. *Nempe Diſſ.* 2 *pag.* 120 *ubi Sancti noſtri biographum de fabulosa patris S. Joannis Damasceni ex inferno liberatione, quam laudatus Biographus ineptè aſtruit, diſſerentem inducit, uti & Diſſ. cit. pag.* 138 *ubi ex ipso memorantur sequentia:* Et Sancti quidem, *videlicet* Cosmæ, præsagitio tempore opportuno opere effectum habuit, gradumque fecit ad cœleſtes mansiones verè earum dignus, & appositus est patribus & magistris, pater ipse & magister, & nunc immediatè Triadi in unitate conſpicuæ assistens, quibus* inde effulgent, splendoribus purgatiùs illuſtratur. *Bucelinus verò, ea quæ suprà ex ipso recitavimus, se ex Vita desumpsiſſe scribit, citatque Tom.* 2 *Sanct. Ordinis, aſt quam editionem, qualeve indicare velit opus, me latet; nihil horum mihi occurrit apud Trithemium, Yepezium, Mabillonium aliosque, eadem tantum quæ ex Bucelino suprà vidimus, Hispanicè nobis exhibet tom.* 4 *Sanctorum Ordinis S. Benedicti ad hunc diem A. de Heredia: at Vita integra, ùt modò dicam, desideratur. Initium tamen hujus expreſſit Fabritius Tom.* X *pag.* 218, *& Allatius in Diatribâ de Simeonum scriptis inter Vitas Sanctorum quæ Metaphraſti abjudicantur his pag.* 123 *verbis:* τιμᾶν ἐϛιν ἄξιον τὺς ἐφευρηκότας τὰ κάλλιϛα. . . . *Id eſt*, Honorare dignum est illos, qui præclariſſima invenerunt. *Eumdem Sancti noſtri biographum ex Allatio producunt Lequienus, & Eminentiſſimus Quirinus, aſt exiguo planè à Lequieno honoratur encomio, dum in Operibus S. Joannis Damasceni Parisiis anno Domini* 1712 *impreſſis in priori ejusdem Sancti Vita pag.* 3 *sequentem loquitur in modum.*

C

* *an* quique

D

habenturque à Lequieno ùt fabuloſa,

7 Ex his tandem omnibus ulteriùs infertur, quam insulsè anonymus, nescio quis, scriptor Vitæ S. Cosmæ Melodi patrem Joannis noſtri Damaſceni Mohamedicæ sectæ ad obitum usque addictum vixiſſe, adeoque Leonem Allatium perperam nos in Diſſ. de Joanne Damasceno, & ejus Operibus, ad hunc fabulatorem ablegare, ad expiscandas vitæ Damascenicæ circumstantias, quas Patriarcha Hieroſolymitanus ignoraverit. *Hæc ille. Quæ mihi Vitam diligentiùs inquirendi calcar planè non addiderunt: aſt aliud de eo fert judicium Leo Allatius in iisdem S. Joannis Damasceni Operibus à Lequieno vulgatis, in Prolegomenis quorum titulus:* Leonis Allatii de Joanne Damasceno, ex Opere ejusdem Leonis non edito de Libris apochryphis. *pag.* XXXVI *num.* LXIII, *en verba:* Auctor Vitæ S. Cosmæ Damasceni fratris, quisquis ille fuerit, non inelegans, & ecclesiasticæ historiæ vestigator non imprudens, quique multa de Damasceno (*hæc Lequienus carpit*) à Joanne Damascenicæ Vitæ scriptore prætermiſſa, aut neglecta, scripto mandavit. *Quamvis enim biographus hic de Damasceno agens, ùt Lequieno placet, vacillet, fabulatoremque, ùt infra videbimus, alibi agat, non evincunt hæc, Vitam S.* Cosmæ, *quam ex inſtituto scribebat, fabulosam planè eſſe; imò verò aliud prorsus decernit Eminentiſſimus Quirinus in Officio Græc. orthod. diſſ.* 2 *pag.* 120, *ubi hæc habet:* plura de Cosmæ rebus nobis exhiberet scriptor Vitæ ejusdem ab Allatio citatus, si eum vir doctus publicâ luce donaſſet.

E

F

nec reperiri queunt: hinc Vitæ S. Joannis Damaſceni inhærendum.

8 *Utcumque se res habeat, adhibitâ diligenti inquisitione, hanc, qualiscumque demum sit, lucubrationem eruere non potui; nec enim in numerosa librorum noſtrorum supellectili, aut scriniis, nec in ampliſſimarum bibliothecarum Indicibus, quamvis de Sancto noſtro illiusque scriptis persæpe meminerint, Acta ejus reperire licuit. Quapropter Vitæ Sancti Joannis Damasceni, Sancti noſtri fratris adoptivi, quæ habetur in Opere noſtro tom.* 2 *Maji die* 6 *à pag.* III, *quæque à Joanne Patriarcha Hierosolymitano, secundum Hiſt. Chron. Patriar. Hieros. præfixam Tom.* III *Maji, Joanne IV (lege V, ùt à Joanne nomine & patriarchali dignitate primo numerum ineunti, & ad hunc usque Joannem, cujus patriarchatum describit Papebrochius in citatâ Hiſt. Chron. pag.* XLII, *procedenti patebit) conscripta eſt, potiſſimùm inſiſtere co-*

gor,

AUCTORE M. S.

A *gor : nec qui ad id adigor, primus sum, cum ante me idem Surio contigerit, ut ipse met in ultimo suo Trimestri testatur his verbis : S.* Cosmæ Majumetani episcopi Acta habes in Vita S. Joannis Damasceni 6 Maji cap. 8 &c. *Hæc in Indice SS. mensis Octobris, eadem repetit in Indice Generali hujus trimestris vitiosè Sanctum nostrum* Mammetranum episcopum *appellans. Actis ergo S. Joannis Damasceni potissimùm insistam, iisque ea, quæ aliunde innotuerint, superaddam : nec moror hîc Cavei in Seculo Eiconoclastico, ad verbum* Joannes Damascenus, *uti nec Oudini sec.* VIII *col.* 1713 *ineptias, quibus Joannem Patriarcham ùt scriptorem nugacissimum habent, cum hæc ipsi pro arbitrio effutiant.*

Nascitur Sanctus hic Hierosolymis circa annum 674

9 *Sancti hujus locus natalis ipsa Hierosolyma fuit, ut non tantùm præfert commune Hagiopolitani nomen, verùm etiam liquidò tradit Damasceni biographus cap.* 2 *num.* 10 *patrem S. Joannis Damasceni ad Magistrum ita loquentem inducens :* Insuper alterum

B istum, *nempe* Cosmam *nostrum*, tibi cognominem, quem Hierosolymis oriundum, & in tenera ætate parentibus orbatum, in filium adoptavi spiritualem. *Ast non ita certum tempus nativitatis, nec unde annum certum eruam habeo, quamvis eum ætate Damasceno seniorem dicat Constantinus Acropolita infrà citandus, quod & adoptio astruere videtur ; solent enim parentes prole orbati, adoptivam sibi prolem adsciscere. Hæc si sic habeant, Sanctus noster, Joannem Damascenum fratrem uno alterove anno nativitate præcedere debuit : ad longius enim tempus istud extendere æquale utrique filio studium, ac mores æquales vetant, uti & alia, quæ infrà videbimus. Cum ergo Joannes Damascenus, ùt arbitratur Papebrochius Vitæ cap.* 1 *ad Notam* b, *natus sit circa annum Christi* 676, *Sancto nostro* 674 *circiter natalis fuisse debuit, ac proinde seculo partim septimo, partim octavo floruit, quem perperam solus, quod sciam, è recentioribus Castellanus (cui fragmentum Vitæ Sancti nostri infrà citandum, & rejiciendum suffragatur) in suo Martyrologio Universali seculo* IX *floruisse ad marginem notat, cum ipsemet Damascenum fratrem* VI *Maii anno* 760 *obiisse annuntiet.*

C

è parentibus, ùt Menæa asserunt, fortunæ tenuioris:

10 *Generis Sancti hujus qualitates indicant Menæa præcitata ; eum enim ultima paupertate afflictum in familiam à Damasceni patre assumptum fuisse produnt, ac* Joannem *vocatum ; verùm de his fides penes Menæa sit, cum & in Damasceni biographo, Bucelino, aliisque, quotquot de Sancto nostro agunt, frustrà hæc quæras ; eum quidem tenerâ ætate parentibus orbatum Damasceni biographus asserit, sed de paupertate ac nomine silet, uti & alii, quos plurimos consului, ut Menæorum dicta confirmarem : ast de Sancti nostri genere & consanguineis nemo quidquam, si unum exceperis Allatium in Proleg. sup. cit. num.* XXXVII *obiter Stephanum Sancti nostri nepotem ex adoptione scilicet, ac Damasceni fratris uterini filium (ùt constat ex hujus S. Stephani Vita Tom.* 3 *Julii* § 11 *pag.* 526,) *his verbis indicantem :* Tandem Sabæ monasterium revertitur, *videlicet Sanctus noster*, clarus ibique miraculis, cum loco præesset Stephanus Cosmæ fratris filius. *Adoptivum porrò Sanctum nostrum S. Joannis Damasceni fratrem fuisse,* D ac infantem & pupillum *adoptatum, modò è Menæis vidimus, cetera de ipsius pueritia Menæa, aliique silent; ast latiùs à Damasceni biographo, ùt Vitæ cap.* 2 *titulus præfert:* Joannis, & Cosmæ egregius profectus sub magistro Cosmâ ex Italia adducto *commemoratur: verùm antequam hunc profectum ex citatis Actis adducam, hîc opportunus videtur locus, de Cosmis quædam differendi ac Sanctum nostrum à magistro cognomine distinguendi.*

idem à magistro

11 *Licet namque titulus modò descriptus, uti & integra Damasceni Vita clarissimè discipulum à magistro distinguant, nemo mirabitur, quòd ea de re quædam dicenda censeam, si hæc Emin. Quirini verba in Off. Græc. orthod. Diat.* 2 *pag.* 118 *perpendat :* Cavendum est, *inquit*, ne Cosmam istum cum ejus præceptore, qui Cosmas pariter nuncupabatur permisceamus, quod factum esse miramur etiam à quibusdam in arte criticâ admodum exercitatis. E *Quinam autem hi sint, ipse non exprimit ; verùm ex horum numero Caveum reperio, qui in seculo Eiconoclastico pag.* 339 *ad verbum* Cosmas *hæc scribit :* Cosmas Hierosolymitanus, ut aliqui volunt Hagiopolites dictus, Italiâ oriundus, Vir omni politioris litteraturæ genere excultissimus claruit anno Domini 730, à Saracenis prædonibus captus, Damascum abductus est, & à Joannis Damasceni patre in domum receptus, Joanni adhuc juveni præceptor datus, tandem Episcopus Majumæ factus est. *Contigit idem Ferrario Nov. Topog. in Martyr. Rom. pag.* 73 ; *ubi sic legitur :* Majuma . . . . 14 Octobris Cosmus Hagiopolitanus S. Jo. Damasceni nutritius, Ep. an. D. DCC. *Citatque, quod miror*, Sur. in Vita Damasceni. *Nec distinxerat illos Fabritius Tom.* X *pag.* 131, *ast se ipsum vir doctus corrigit eodem Tomo pag.* 217, *Caveique errorem indicat his verbis* : Hinc emendabis, quæ scripsi F suprà pag. 131, & doctissimum Caveum, qui ex duobus hisce Cosmis unum facit.

cognomine

12 *Latiùs Wangnereckius S. J. Presbyter in sua Græcorum Pietate Mariana hæc ipsa pertractat ; ipsum audiamus in Prolegomenis pag* 75 *dissentem :* verùm, *inquit*, illud jucundius est, quod Euchologii interpres (*cujus nomen apud ipsum expressum haud reperi ; est autem citati Euchologii interpres R. P. Goar Ord. Præd. cujus lucubratio anno* 1647 *Parisiis prodiit*) eodem folio 541 ait hos sanctissimos fratres » Theodorum atque Theophanem, item Josephum speciatim cum Joanne Damasceno & Cosma Majumensi Episcopo, qui fuerit Damasceni præceptor, componendis hymnis vacâsse » *Monstrato autem sanctum Theodorum & Socios Damasceno ac* S. Cosmâ *floruisse posteriùs, pergit in hunc modum :* Jam verò quod sine veritatis historicæ detrimento dissimulari non potest, Superi boni ! Quis umquam è scriptoribus dixit » Cosmam Episcopum Majumensem, Damasceni præceptorem fuisse» ? Contigit hîc tibi Vir docte, quod mihi quoque non semel contigit, antequam ad rem historicam

AUCTORE M. S.

attentior fierem, nimirum duo ejuſdem nominis viri, id eſt duo Coſmæ, deceperunt
A te ſuaviter. Audiamus Joannem Patriarcham Vitæ Joannis Damaſceni ſcriptorem quem item Damaſceni ſæculo vixiſſe Baronius probat in rebus anni 749. Hanc autem ipſam Damaſceni Vitam à Joanne Patriarcha conſcriptam fidus interpres Billius Operibus Damaſceni præfixit à ſeſe converſam (*relatis porrò verbis, quæ Damasceni biographus num.* 8 *& sequenti suppeditat*) *ita pergit* : Hæc Joannes Patriarcha de Coſma præceptore, quem nuſquam dicit Epiſcopum Majumenſem fuiſſe. At verò de altero Coſma, quem dixit Hieroſolymis natum & cum Damaſceno educatum, ac denique ab hoc ipſo Coſma monacho Italo, & barbarorum captivo, in omni genere pietatis & diſciplinarum unà cum Damaſceno egregiè inſtitutum fuiſſe, de hoc, inquam, altero Coſma ait Patriarcha
B Joannes: »Eum à Patriarcha Hieroſolymitano epiſcopum Majumæ creatum fuiſſe, non ſanè volentem, ſed obtemperare coactum.«

diſtinguitur: 13 Eadem omninò de duobus his Coſmis referunt Menæa partim IV Decembris in Vita Sancti Damaſceni, partim XIV Octobris in Vita Sancti Coſmæ Epiſcopi Majumenſis. Fuit ergo Coſmas Epiſcopus Majumenſis Sancti Joannis Damaſceni non præceptor, ſed planè condiſcipulus à teneris uſque unguiculis, quem tamen Epiſcopum Euchologii interpres fol. 541 confidentiſſimè Damaſceni præceptorem appellat. Sed nos de hoc Sancto Cosma origine Hieroſolymitano (unde eum Hagiopolitam vocant Menæa) jam egimus ſuprà. *Nempe in Prolegomenis eisdem* num. 20. *Hæc eruditè de utroque Cosma Wangnereckius. Aſt evitando Charybdim in Scyllam incidit; ipse enim homonymos Joannes Hierosolymitanos Patriarchas pari, qua Euchologii interpres, ratione delusus confundit : quòd enim Joannem Patri-*
C *archam Hierosolymitanum floruiſſe aſſerat Damasceni seculo, cum ab eodem Joannes Damascenus presbyterio sublimatus ſit, vero planè eſt conforme; aſt quod idem ipse Damasceni extiterit biographus, à vero eſt alienum, ùt ex ipso Baronii, quem citat, loco, facilè oſtenditur : è vivis enim Joannes ille juxta Hiſt. Patriarcharum Chron. hujus nominis III, imò IV, anno 749 sublatus erat, ùt num.* 44 *patebit, quî ergo Damasceni eo, & pluribus aliis annis superſtitis Vitam perscribere potuit? Quod demùm Joannes Patriarcha hujus nominis secundùm seriem Patriarcharum Papebrochii IV* (*lege, ùt num.* 8 *vidimus, V*) *eſt executus, Vitamque* Argumento ex Arabica quadam ac ſimplicissima narratione accepto luculento exornavit ſtylo duobus ferè ſeculis poſt mortem Damaſceni. *Hæc Papebrochius num.* 3 *in Commentario ad Vitam S. Joannis Damasceni prævio.*

icon illius bis in Opere noſtro exhibetur; 14 *Eadem, quæ Caveus, & Goarius, ùt modo vidimus, Wion habet, uti & Ferrarius denuò hodie in Catalogo Gen. Sanct. qui in Martyrologio Romano non sunt, Sanctum nostrum suppreſſo episcopi titulo annuntians ùt suprà. Dubia æquè ex hoc capite eſt imago illa Cosmæ, quam inter reliquorum hymnographorum icones, nobis exhibet ex fronte Trio-* D *dii Venetiis excusi Rayæus in Acoluthia Officii Græci præfixa Tom.* 11 *Junii : exhibetur enim in ſiniſtro latere loco à Chriſto secundo imago cum hac epigraphe* ΚΟΣΜΑΣ *: verùm Sanctus iſtic exhibitus ornamentis & insignibus episcopalibus deſtituitur, quamvis hujus ratio eſſe poſſit, ut infrà videbimus, Sanctum noſtrum hymnographum egiſſe monachatûs sui tempore, ùt & innuere videtur Rayæus loc. cit.* § III *num.* 25, *cum inter hymnographos cognitos Damascenum, & cum hoc pariter educatum* Cosmam poſtea Majumæ *episcopum reponat, ac Acta ejus hodie danda edicat. Nec certior imago altera, quæ exhibetur in Appendice de Hagioptychis Græcorum atque Moscorum, cui* diptychon Conſtantinopolitanum *superscribitur, ac in Opere noſtro delineatum conspicitur Tom.* I *Maji pag.* LX, *uti & penes nos in tabellis ligneis, gypso primùm, deinde coloribus, ac denique gum-* E *meâ quâdam liturâ ad splendorem durabilitatemque inductis : Sanctus ergo noſter in ectypo depingitur à ſiniſtro latere, lineâ secundâ, juxta Joannem Damascenum quarto loco, nomine circum caput, ut & aliis fit, addito* ΚΟΣΜΑΣ.

at fine epiſcopali ornatu: 15 *De Sancto autem dicto loco delineato Papebrochius pagina sequente tradit*, Fuiſſe eum S. Joannis socium, in sacris hymnis componendis, restaurandisque, vel ex hac conjunctione verosimilius redditur. *In Indice verò pag.* LXVIII *iconem prædictam exhiberi annotans, hæc habet :* Cosmas poëta Majumæ episcopus 14 Octob. Gr. & A. *Id eſt Ephemerides Græco-Moscæ, & Appendix de Sancto citato agunt. Licet ergo Sanctus iſtic exhibitus denuò episcopali ornatu careat, certa tamen Majoribus noſtris insedit sententia, episcopum Majumensem iis iconibus designari, quod pondus haud exiguum addit iis, quæ num.* 29 *de Sancti noſtri, quod apud Græcos obti-* F *net, officio, ac cultu sum dicturus. Cùm verò de tabellis verbum fecerimus, in antecessum, eas clausas ad collum, cum molis sint modicæ, à Græcis geſtari, explicatas vero* (*plicantur enim aliæ duplici, aliæ triplici plicâ*) *è pariete venerationis ergo suspendi solitas fuiſſe, lectorem præmoneo, & latiùs, quæ ad eas spectant, scire desiderantem, ad locum num. præc. citatum, ne actum agam, remitto. Hæc modò sufficiant, de iis enim infrà, cùm de Sancti noſtri Operibus agemus sermo redibit. Ergo, unde digreſſi sumus, redeamus.*

illius, ac fratris Damasceni sub magiſtro profectus. 16 *Latiùs, uti num.* 10 *dixi Sancti noſtri ac Damasceni sub magiſtro Cosmâ cap* 2 *Vitæ Sancti proximè citati exhibetur profectus: en modò verba, licet ea, quæ ad Sanctum nostrum minùs pertinent, non superaddam :* Tunc Joannem veluti aquilam alæ, sua animi indoles egregia, & ſtudium per cœlum ferebant. Cosmam autem spiritu fratrem, ſtudio condiscipulum, dixiſſes navim paſſis inſtar alarum velis per aquam ferri, ventis secundis spirantibus, & puppim inflantibus Zephyris. Ita velocitate ingenii, ſtudiique contentione abſtrusior doctrina omnis illis eſt comparata, tum quæ in scribendo versatur, tum quæ in differendo, ac demonſtrando.

A Morum interim disciplinâ mentem non excolebant solùm, sed turbulentos etiam animæ motus pacabant, & quam acutos in solem aquila, tam illi oculos irretortos defigebant in rerum naturas verbis explicatas. Arithmeticas autem proportiones non minùs feliciter sunt assecuti, quàm vel Pythagoras, vel Diophantes ipse. Evaserunt quoque Geometricarum demonstrationum ita periti, ut alii quidam Euclidæ, aut si qui fuerunt similes, existimarentur; poëticâ verò facultate tam eximii, quàm doctis esse videntur, propter divina quæ conscripsêre carmina. Sed quantus in astronomicis esset Joannes, quamquam ipse pauca de intervallis, stationibus, habitudinibus, recessuum æquabili ratione ad brevem rudiorum institutionem exarsit, apparet luculentè. Talis per omnia & Cosmas erat, cujus de laudibus orationem aliis relinquo.

Constantini Acropolitæ de Sancto nostro,

17 *Hæc Patriarcha, qui utinam sicuti Joannis Damasceni ita &* Cosmæ *Acta ad calcem usque perduxisset, idque eo magis quod* sapientissimi Domni (*verba sunt tituli*) Con-
B stantini Logothetæ Acropolitæ sermo in S. Joannem Damascenum, interprete Joanne Francisco de Rubeis Jurisconsulto Romano, *qui exstat in Appendice ad Tom.* 2 *Maji pag.* 738 *num.* 14, *id vix, prout dignum est, fieri posse affirmet; hæc enim loco cit. scribit:* Cæterum cum super omnes domesticos eum, *nempe Cosmam præceptorem è Saracenorum manibus ereptum,* constituisset, & sicut alterum se coli à cunctis jussisset, tradens ei filios suos, ipsius quasi filios efficit. Isti erant Joannes splendissimum orationis nostræ argumentum, & ille qui ante ipsum (*en quod supra num.* 9 *dicebam de tempore nativitatis*) defectu prolis naturalis fuerat adoptatus à Mansure, admirabilis, inquam, suoque ut nomine, sic & moribus Cosmas, de quo quid velut in transitu dixerim, quandoquidem si quis res ejus susceperit ex proposito recensendas, vix eas, prout dignum est, exequetur . . . . . Ego
C autem de eximio Cosma in præsentiarum dicere omitto, differens & in aliud tempus rejiciens, qui enim de uno pro dignitate dicere non valeo, qualisnam existerem, in alterius actionibus ad placitum immoratus? . . . . . Ea igitur, quæ ad Cosmam spectant, prætereo, ægro quidem animo ferens, quod simul ambobus nequeam intendere, & res ab eis gestas utraque, ut dicitur, manu complecti, unaque oratione enarrare prærogativas utriusque, aut potius divina opera, actaque egregia.

ac S. Joannis Damasceni biographi de illius scientiâ judicium:

18 *Hæc sane illustris viri de Sancto nostro judicium satis indicant; num autem, ut innuit, alium umquam de eo Sermonem habuerit, me latet, saltem illius non meminit Caveus in Seculo Scholastico ad verbum* Constantinus *pag.* 250, *ubi hujus Operum Catalogum exhibet. Pergit modò Damasceni biographus Sancti hujus scientiam, & præcipuè theologicam extollere; quamvis verò S.* Cosmæ *hîc non meminerit, parem tamen eum in his Damasceno fuisse, ea, quæ suprà vidimus, facilè evincunt, imo ipsemet præceptor filios*

AUCTORE M. S. D

patri restituens utriusque scientiam commendat num. 13 *his verbis:* En, *inquit patri*, quod cupiebas, id consecutus est: hi me pueri doctrinâ antecellunt: neque enim satis ipsis fuit, magistrum æquasse, sed ingenii magnitudine, conatibusque numquam remissis, Deo autem præcipuè sapientiæ donum ipsis adaugente, ad Philosophiæ altius quam ego vestigium sunt evecti. *His subnectit Damasceni biographus senioris Cosmæ ad monasterium S. Sabæ recessum, ac patris Joannis Damasceni mortem, de Sancto nostro nihil interserens toto illo tempore, quo S. Joannes Damascenus in patris defuncti locum suffectus, ac protosymboli dignitate exornatus fuit, quod tempus interim variorum annorum curriculum complecti debuit: verùm* Cosmam *nostrum fratris sui lateri adhæsisse, eique, quem infrà eo tempore Iconoclastarum hæresim convellere incipientem videbimus, auxiliatrice manu adfuisse, quamvis nullibi reperiam monumentorum defectu, suspicor tamen vehementer, cum eos simul ad ejusdem S. Sabæ Lauram,* (*cujus brevis descriptio habetur in Opere nostro Tom.* III *Mart. pag.* 166 *in Vitæ SS. Joannis, Sergii, &c. Comm. prævy. num.* 1) *secessisse Damasceni biographus in hunc modum enuntiet.*

E

unà cum Damasceno fratre S. Cosmas

19 Igitur *Damascenus* uti nudus de materno exiit utero, sic excessit è mundo ceteris omnibus præterquam veste necessariâ spoliatus, talis Hierosolymam adiit, ubi adoratâ, quo par erat cultu, sacrorum locorum majestate, perinde ac divinâ siti flagrans cervus, in solitudinem concedens, divini Sabæ Lauram attigit, habens non itineris tantùm, sed & consilii sui comitem ac socium Cosmam, quem prius ejusdem educationis, ac institutionis habuerat participem. Diceres illos esse sacrum par, quod simul ad Christi jugum curreret, ut illi colla subjicerent. *Quo autem anno recessus iste contigerit, Damasceni biographus non exprimit, verùm Papebrochius in Patriarcharum Hierosolymitanorum Historiâ Chronologica præfixa Tom.* III *Maii pag.* 35 *in Joanne III eum anno Christi* 730 *his verbis collocat:* Idque
F aliquamdiu post habitum monasticum assumptum à Damasceno, hunc verò assumpsit sub anno 730, ni fallor, quadragenario (*imo quinquagenario*) major. *Ast idem Papebrochius in Comm. prævy. ad Vitam S. Joannis Damasceni num.* 13 *Sanctum hunc circa annum ætatis suæ* 40 *inter publicæ procurationis negotia pro cultu sacrarum imaginum satagere cœpisse scribit: quid verò ipsum ad hanc ultimam Chronotaxim ita statuendam impulerit, non facile dicam; cum enim Damascenus natus sit, ut ad marginem notat, & in articulo dicit, circa annum Christi* 676, *huic si addamus* 40, *annum Christi habebimus* 716, *quo tempore nullus, certò non imperator, imagines sacras oppugnabat; hinc Damascenus, cui resisteret, eo tempore non habebat.*

monasterium S. Sabæ ingreditur

20 *At per inadvertentiam Papebrochium (si error non sit penes typographum) aut quadraginta scripsisse pro quinquaginta, aut initium Leoninæ persecutionis cum ejusdem regni initio confudisse videtur; cum tamen constet apud Historiographos, quod apprimè noverat Papebrochius*

AUCTORE M. S. *pebrochius (ùt videre eſt in Opere noſtro ad diem 25 Febr. in Actis S. Taraſii pag. 572,*
A *xxvii ejusdem menſis in Actis S. Procopii, & sæpiùs alibi) Leonem hæreſim, quam ante imperium ſibi proposuerat, imperatorem per novennium callidè diſſimulaſſe, ac decimo demum anno, qui cum Chriſti 726 ferè concurrebat, per edicta publica inchoâſſe: cui ab exordio veroſimiliùs Damascenus, & fortè Sanctus noſter reſtiterunt. Porrò receſſum ad monaſterium ante annum 730 contingere non potuiſſe Lequienus (quem miror prædictam Papebrochii inadvertentiam non indicaſſe, cum & verba Notæ ultimæ ad caput 3 Vitæ S. Joannis Damasceni, subſtituendo, rectè tamen, 18 pro 11, describat, & alibi in eadem Vita minutiora non prætereat) satis clarè ostendit, cum Damascenum anno Chriſti 730 etiamnum Damasci floruiſſe his verbis pag. 9 Vitæ S. Joannis Damasceni probat:* Alteram *nempe Epiſtolam* poſt hac compoſuit amicorum gratiâ, qui obſcuritatis aliquid in priori repererant, quod quidem præſtitit anno Christi 730 quo Germanus ſolio detruſus est à Leone, de hoc ſiquidem facinore Damascenus conqueritur his verbis: „ nunc quo-
B que B. Germanus, cum vitâ tum doctrinâ refulgens, affectus plagis eſt, inque exilium pulsus „ *Verba hæc Damasceni & Baronius ad annum Ch. 730 recenset, licet dextræ abscisſionem æquè ac ad Lauram S. Sabæ recessum ad annum 728 præmaturè referat.*

circa annum Chriſti, 730, aut 731,

21 *Eadem, quæ Lequienus, Theophanes quoque ad annum 730 his verbis tradit:* Tum verò Damasci Syriæ Joannes Chrysorrhoas Mansur filius, doctor egregius, sanctitate vitæ æquè ac doctrinâ fulgebat. *Cum ergo Damasci adhuc floreret, duabus num. præc. dictis Epiſtolis, tertiam superaddit Damascenus, quarum vim ferre non valens imperator per calumniam egit apud Saracenorum Damasci principem, Joannemque proditionis accusavit, qui barbarus credulus nimis Joannis dextram præscindi jubet, quâ miraculosè ope divæ Virginis reſtitutâ, tandem, ægrè licet, monaſterii adeundi à principe obtinuit facultatem, quæ omnia Sanctum noſtrum cum Damasceno fratre aut finiente anno Christi*
C *730 aut ineunte 731 monaſterium S. Sabæ, idque in veteri Laura, adiiſſe probant: ulteriùs enim hunc ingreſſum differre, tum quæ infrà dicentur de Sancti noſtri episcopatu, tum ea quæ Theophanes de Theodoro Mansuris filio, Damasceni verosimiliter patrueli ad annum Chriſti 736, Baronius autem & Pagius ad annum Chriſti 734 narrant, non sinunt;* hoc enim anno, *inquit Theophanes,* Theodorus Mansuris filius, *verosimiliùs Damasceni in dignitate succeſſor,* ad deserti loca relegatus eſt. *Cum ergo Theodorus, antequam ei crimen aliquod objiceretur, quod machinatione Leonis factum suspicatur Papebrochius, quodque occasione sacrarum imaginum contigiſſe anno 734 ad marginem edicit Pagius, per aliquot annos protosymboli dignitatem geſſerit, anno 730 finiente, aut 731 inchoante ingressus iste neceſſariò videtur figendus, quo tempore Sanctus noster annum ætatis suæ fere 56 numerabat.*

D *cui calculo Maimbourgius suffragatur.*

22 *Consonat hisce Maimbourgius in Historia de Iconoclastarum Hæresi tom. 1 pag. 171, ubi hæc fere Gallicè habet ad annum Christi 731 :* post hæc (*præmiserat Damasceni dextræ amputationem*) subitò evigilans, manum ita perfectè reperit restitutam, ut uſum illius ùt ante haberet, circulus tantum perſpiciebatur, qui locum, quo ictum manus receperat, ostendebat, ne (*quod factum Damasceni biographus ait*) dici poſſet alterum ipsius loco substitutum, pœnam pertuliſſe: urbs integra ab his, qui eum domi divinas laudes decantantem inaudierant, inſtructa, ad spectaculum accurrit, ipsemet califa de illuſtri miraculo edoctus, in hujus qualitatis viro rem intueri voluit, dilucidæ non poterat resiſtere veritati, quippe nec negari, nec rejici poterat: ergo injuſtitiam ac præcipitantiam suam faſſus, Leonis infame crimen deteſtabatur, honoremque Sancti Joannis innocentiæ debitum exhibebat, ac quidquid, ut Sanctus dignitatem priſtinam reaſſumeret, adhibebat, verùm precibus tandem sanctus vicit humillimis, ac à principe obtinuit, se ipsum pro libitu divinis tradere obsequiis. Hinc diſtributis quibus abundabat bonis, partim pauperibus, partim
E ecclesiis, ut debitum quà gratiæ, quà naturæ impleret, partim consanguineis, ad celebre S. Sabæ monaſterium receſſit. *Hæc laudatus Maimbourgius, qui de Sancto noſtro ne verbum quidem interserit; nec obſtat, quod idem auctor de Damasceni presbyterio hoc anno agat, cum hanc ipsum dignitatem, non nisi longo religiosarum functionum exercitio inſtructum, eſſe consecutum clariſſimè edicat.*

nec ei obeſt Lequieni ſuspicio.

23 *Verùm his utcumque firmatis, refragari videtur Lequienus noviſſimus Damasceni Operum editor in prima ejusdem sancti Vita pag. 9 ubi epiſtolares adhortationes à Papebrochio desideratas, eas ipsas tres Orationes de imaginibus eſſe aſſerit, citatisque Orationibus sic pergit:* at vero gravis me inceſſit suspicio, Joannem jam tunc in clerum Hierosolymitanum fuiſſe cooptatum, antequam Leo imaginibus sacris bellum indiceret, atque adeo monaſticæ vitæ dudum ante hac nomen dediſſe. *Verùm qua ratione hæc suspicio subsiſtere queat, non video;*
F *nam certò Damascenus simul non egit Monachum & Protosymbolum, nec manus ipsi certò laico præcisa fuit, nisi machinatione Leonis modò Iconomachi; proinde, ni totam Damascenicæ Vitæ ſtructuram convellere velim, huic suspicioni subscribere nequeo. Imo nec ipse met Lequienus eamdem firmam habet, dum Orationem de Annuntiatione Divæ Virginis, quæ suspicandi ansam dederat,* sub Leone Copronymi filio, qui non sic ut pater impius fuit, dictam fuiſſe, *suspicari se posse aſſeverat. Chronotaxi ergo datæ, cum verosimilior appareat, nec certa haberi queat, insisto, & receſſum Sancti noſtri, uti & Damasceni ad monaſterium anno Chriſti 730 exeunte, aut 731 ineunte, contigiſſe opinor.*

§ II.

A

§ II. Sanctus Monachatûs sui tempore hymnographum agit: qualis ea arte extiterit ostenditur: opera illius enumerantur.

S. Cosmas hymnographum agit, uti &

QUi, *qualesve Sanctus noster ac Damascenus frater albo monasterii S. Sabæ tot sanctorum seminarii adscripti, fuerint, toto Cap.* 4 *pertractat Damasceni biographus, & quamvis Damasceni, quem unicum suæ scriptionis argumentum vocat, virtutes præcipuè deprædicet, per omnia tamen* Cosmam *ei similem extitisse, non est, cur ambigamus, cum eum modò talentis sibi concessis, ut servum bonum negotiantem conspexerimus, biographusque non* Cosmæ, *sed Joannis Damasceni gesta ex instituto perscribat: imò verò de Damasceni lucubrationibus agens Patriarcha profitetur apertè, & ait cap.* 4 *num.* 35: In his laboribus adjutorem fraterno amore habuit, quem à Spiritu divino fratrem acceperat, Cosmam, virum illum ornatissimum, suæque eloquentiæ, institutionis & exercitationis participem. *Monasticis porrò virtutibus instructi, & viam mandatorum Dei perfectiùs percurrere edocti, curâ magistri, cui eos hactenùs subfuisse Damasceni biographus num.* 23 *&* 24 *refert, exempti sunt. Quod quidem quoad Damascenum Deiparæ monitu contigisse affirmat cap.* 5 *num* 32 *Patriarcha: cumque præcipuè de sacris canticis Sancto nostro, æquè ac Damasceno, forsitan componere per magistrum interdictis, agat, visum est verba Divæ Virginis è laudato biographo hîc describere, idque eo lubentiùs, quòd hanc epocham esse putem, qua Sanctus noster, quod de Joanne testatur Patriarcha, ac de Sancto nostro Fabritius infrà citandus asserit, hymnographum agere incœpit.*

Divæ Virginis monitu illius frater Joannes Damascenus:

25 *Sic ergo habet:* Fontem, *ait senì*, cur obturasti tam suaves latices emanaturum, tam limpidos, tam copiosos, tam dulces? daturum aquam animis, cî, quæ de petra mirabiliter erupit in solitudine, præstantiorem, aquam, cujus desiderio captus est David, aquam Samaritanæ, & à Christo promissam? permitte fontem fluere, fluet enim uberrimè, & orbem pererrabit universum, ingentique flatu hæreseon obducet maria, eaque in admirandam dulcedinem convertet. Qui sitiunt ad aquam festinanter eant, & qui puræ vitæ carent argento, affectionibus suis ad pretium distractis, mercentur à Joanne, *imo & à* Cosmâ, opinionum & operum sinceram puritatem. Propheticam ille citharam, ille Davidicum apprehendet nablium; ille cantica canet nova, cantica Deo Domino: Moseos carmen vincet musicis suis modis, vincet Mariæ tripudium: fabula dicentur inutiles

B

C

Orphei cantus. Spiritalem ille cælestemque intendet melodiam. Ille Cherubinos hymnos affectabitur, & cunctas ecclesias, filias scilicet cælestis Hierusalem, juvenculas faciet tympanistrias, quæ Deo carmen canant, ad Christi mortem, & resurrectionem annuntiandam... *Hæc & Sancto nostro convenire ex sequentibus patebit. Cum ergo de S.* Cosmæ *scientia Melodicâ verba fecerim, qualis eâ arte extiterit, paulò latiùs ostendam.*

AUCTORE M. S.

D

eximia S. Cosmæ hac in arte peritia à Martyrologis,

26 *Sanctum hunc omni scientiarum genere excultum, instructumque & ex Menæis, & ex Damasceni biographo vidimus; verùm qualis quamque celebris in arte melodicâ fuerit, ac hymnographica, indicat commune Melodi, uti & Poëtæ nomen, quorum uno saltem ab omnibus, qui de illo agunt, quà Martyrologis, quà scriptoribus aliis insignitur: Martyrologos suprà vidimus, modò scriptores, quos de illo legi (omnes supervacaneum, quosdam autem producere necessum reor) qui uno ore Sancti nostri eximiam in hac arte peritiam dilaudant, videamus: & imprimis Leo Allatius de Lib. Eccl. Græc. Diss.* 1 *pag.* 70 *ex Nicephori Calisti Synaxario nondum edito ait:* Hoc vero die, ita Deo annuente, Triodion incipimus . . . . . Primus omnium illud, tres, inquam, odas in figuram, ut existimo, sanctæ ac vivificæ Trinitatis excogitavit magnus Poëta Cosmas in magna sanctaque passionis Domini, & Dei, & servatoris nostri Jesu Christi hebdommade. *His similia Eminentissimus Quirinus in Deatriba secunda de Hymnis quadragesimalibus Græcorum, eorumque auctoribus pag.* 111 *habet:* Jam verò, *inquit*, hymnographos, quo ordine in Barberino codice occurrunt, recensentes, ad Cosmam primum Triodii auctorem devenimus. *Probatque Melodi nomen Sancto nostro, uti & Damasceno, ac Theophani, convenire ex Cedreno in Comp. hist. ad annum* x *Leonis Isauri, mihi pag.* 456; *imò Fabritius Tom.* x *pag.* 217 *eumdem vocat:* Inter Melodos ecclesiæ Græcæ longè celebratissimum

E

ab auctoribus

27 *Consonat præcedentibus C. Oudinus, ita in hanc rem habens Tom.* 1 *col.* 1785. Vir fuit elegantissimi ingenii, potissimum excellens hymnis, carminibusque Græcis concinnandis. *Pari modo de Sancto nostro loquuntur Damasceni biographus, Bucelinus, Lequienus, Caveus, &, ut statim dicebam, quotquot de Sancto nostro agunt: ast præ reliquis, paucis multa complexus, Suidas ad verbum* Ἰωάννης Δαμασκηνός, Joannes Damascenus, *sequens S.* Cosmæ *exhibet elogium ad medium articuli:* Eodem etiam tempore Cosmas Hierosolymitanus floruit vir ingeniosissimus, & omninò spirans illam suavem modulationem musicam. Illi autem autem canticorum canones Joannis, & Cosmæ nullam cum aliorum scriptis comparationem admiserunt, nec admittent, quamdiu nostra vita transigetur: sed ut hactenus incomparabiles fuerunt, sic in perpetuum eunt *, quamdiu homines vivunt. *Plura se dicturum Diss. cit. pag.* 77 *spondet Leo Allatius his verbis:* Frustra itaque hîc plura de Cosma congererem, res est satis aperta. Spondeo tamen me plura dicturum in eo, quem præ manibus habeo tractatum, de Melodis Græcorum. *Verùm Tractatus iste,*

F

** an erunt?*

AUCTORE M. S.

quod sciam, hucusque lucem non aspexit, ut & in humaniſſimis suis, Majoribus nostris Româ transmiſſis, litteris R. P. Poſſinus aſſerit his verbis : De Melodis Allatii, quod erat alterum mandati caput, longam & hactenus irritam inquiſitionem habui, nuſquam repertus eſt is liber, & multi negant, volumen ullum umquam eo titulo vulgatum. *Consentanea his Cardinalis Quirinus Diatribâ num. præc. citatâ pag.* 132 *habet, uti & breviùs pag.* 135 *in hunc modum :* An hactenus lucem viderit Melodorum Græcorum Hiſtoria, quam idem Fabritius ab Urbano Godfrido Sibero Academiæ Lipſienſis doctore parari ſcribit Bibl. Gr. Vol. VIII pag. 820 & alibi, mihi incompertum.

variis,

28 *Sufficient ergò, quæ cit. Diſſ. laudatus Allatius pag.* 72 *ita in hanc rem habet :* Quid hîc de Thomis & Coſmis argutamur? Quis Coſmam Majumenſem epiſcopum præcipuum inter Melodos, & Hymnographos, dummodò Græcorum libros inſpexerit, ignorat? *Imò, ut breviter rem conficiam, quanti fecerit scientiam* S. Coſmæ *hymnographicam ecclesia Græca, ex sequente Typici Regula* VII, *quam Græcè, æquè ac Latinè propono, evictum reddo : ita hæc apud eminentiſſimum Quirinum Diat. cit. pagg.* 136 *&* 137 *habet :*

B Γ ξέον δὲ καὶ τοῦτο, ὡς εἴπερ ἔχει τὸ Μιναῖον ὧν μνήμη Ἁγίῳ τινὸς Κανόνας διαφόρων Ποιητῶν, εἰ μὲν ἐϛὶ Κανὼν ὁ τοῦ κῦρ * Κοσμᾶ, προκριτέος, εἰ δὲ τοῦ κῦρ *, Ἰωάννου, καὶ ἑτέρων, τοῦ Ἰωάννου προκρίνεται, εἰ δὲ τοῦ κῦρ * Θεοφάνους, ϗ ἑτέρων, ὁ τοῦ κῦρ * Θεοφάνους προκρίνεται, προτιμητέος γάρ ἐϛι τῶν ἄλλων, εἰ δὲ τοῦ κῦρ * Ἰωσὴφ, οὗτος τῶν λοιπῶν προτετίμηται Ποιητῶν. *Quæ Latinè, ùt ibidem Quirinus præmittit, sic sonant :* Si Menæum habet in memoriam alicujus Sancti Canones variorum Poëtarum, ſi Canon aderit Domini Cosmæ, eum aliis anteponendum, ſi domini Joannis, & aliorum, cum, qui Joannis eſt, anteponi, ſi domini Theophanis, & aliorum, domini Theophanis anteponi, ille enim ante alios honorandus eſt, ſi domini Joſephi, eum reliquis Poëtis anteponi. *Et hæc quidem omnia de Sancto nostro, & non de magiſtro homonymo, quod hic notâſſe ſufficiat, evidenter agunt.*

* κυριῦ
* κυριῦ
* κυριῦ
* κυριῦ
* κυριῦ

ac Menæis

29 *Modò dictam Sancti noſtri scientiam prolixo Menæa celebrant Officio, quapropter pro specimine aliquot Strophas, prout eas Eminentiſſimus Quirinus Latinè reddidit, hùc transferam, cum unà eum apud Græcos cultu ecclesiaſtico gaudere clarè innuant, ac probent :*

C *en igitur priores Diatr. cit. pag.* 112. Radiis ſpiritûs mentem colluſtratam gerens, ſplendidiùs apparuiſti, ô admirande, verborum tuorum decore cuncta exhilarans, edocensque Salvatoris miracula, quæ divina virtute operatus eſt, nec non paſſionem, quam pro nobis ſpontaneè pertulit, utpote benignus, celebrare . . . . Lætos indue vultus eccleſia, & filios advoca, ut de ſublimi præconio unà lætentur. Spiritalis enim cithara, divina lyra ad myſticam menſam omnes invitat, canticorum ejus mellifluas & divinitus reſonantes Melodias proponens, Coſmas divinus, atque glorioſus . . . . Tubæ inſtar, ô Beate, ſalutarem Chriſti paſſionem, & miracula, pariterque Immaculatæ dormitionem modulatus es, omneſque exhilarâſti, ô Cosma, dulci atque ſuavi ſermonum tuorum concentu. . . . . Organum ſpiritualium canticorum ſonum jucundum emittens, divinitus reſonans lyra, & blanda hymnorum intellectualis tibia, plures voces reddens cicada, blandi canoris luſcinia, ſapiens Coſmas melodias ſuas divinitùs inſpiratas hodie fidelibus proponit. D

prolixè celebratur;

30 Cithara mollis, ſuave reſonans hirundo, inclyta muſici modulaminis chorda, divinorum ſpiritus oraculorum calamus velociter ſcribens, dogmatum theſaurus, ſuavium cantorum decus. . . . . Hymniloquorum princeps, magiſtrorum contubernalis, harmonica & rectiſſima ſpiritualium cantionum norma, bene reſonans tuba, præclara odarum modulaminis origo, Angelicæ hymnodiæ æmulator, eccleſiæ Chriſti exornator Coſmas, hymnis mihi exornetur. . . . . Sapientiæ domicilium effectum cor tuum Coſma celeberrime, hymnos Deo dignos eructavit, & divinorum canticorum rivos, ceu motus à ſpiritu fons, luculenter effudit, quibus hauſtis eccleſiæ alumni, te ſacris proſequimur hymnis, tamquam ſpiritualium cantorum coryphæum. *Alia plura hujusce generis ibidem subsequuntur, quæ omnia, ne hac in parte nimius sim, cum Card. Quirino, cujus ferè verbis utor, omitto, ac ad Opera & lucubrationes, quæ Sanctus noſter monachatûs sui tempore inter dilectas S. Sabæ solitudinis delicias elaboravit, inveſtiganda, ac enumeranda, me transfero.*

E

denuò à magistro distinguitur,

31 *Verùm antequam diſtinctiùs de iis agam, denuò revocandum in memoriam eſt, quod suprà attigimus, nempe Sanctum noſtrum cum præceptore homonymo etiam ab eruditis perperàm confundi, ex quo prodiit, ut hujus ab alterius fœtus cecerni nequeat : audiamus paucis de hisce diſſerentem Fabritium Tom.* X *pag.* 218 *: de Sancto enim noſtro agens, hæc habet :* Hymni tamen Coſmæ, quibus utitur eccleſia Græca, plerique tribuuntur Coſmæ non epiſcopo, ſed monacho, ut ſeniorem etiam Coſmam in hoc genere elaborâſſe credibile ſit, & interjecto tempore, utriuſque lucubrationes confundi, vel ad unum referri contigerit : vel Hieroſolymitanus etiam appelletur monachi nomine, monachus quod ante epiſcopatum (*& id eſt, quod suprà num.* 24 *dicebam*) pleroſque hymnos compoſuiſſet. *Paria ferè habet Ceillier Tom.* XVII *pag.* 731 *: in hoc tamen Fabritio diſſonus, quod hymnos plerosque attribui dicat non Cosmæ monacho, sed seniori, id eſt Sancti noſtri præceptori, ac proinde Sancto noſtro non quidem omnes, sed plerosque hymnos abjudicat. Verùm num reipsâ abjudicandi sint, paulisper inquiramus.* F

eique primæ partes in hymnographia tribuuntur; licet & magiſteri

32 *Inprimis nullum hujus suæ aſſertionis Ceillierius adfert fundamentum, nec ullum sibi consentientem citat auctorem, quem nec ego reperi : diſtat enim quam longiſſimè ab eo, modo citatus Fabritius, qui quidem plerosque hymnos monacho, quod & Sancto noſtro convenit, non verò seniori, quod uni quadrat magiſtro, tribui aſſeverat, auctores verò alii in rebus Græcis æquè versati ac periti, Sanctum*

A *tum noſtrum in his ipsis mirificè extollunt, quod ut probem, non piget Allatii verba sup. cit. repetere:* Quid hîc, *ait*, de Thomis & Coſmis argutamur? Quis Coſmam Majumenſem, *nota*, epiſcopum præcipuum inter Melodos & hymnographos, dummodò Græcorum libros inſpexerit, ignorat? *Confirmat modò dicta Emin. Card. Quirinus, ex quo suprà citatas descripsimus Strophas: hic enim Sanctum nostrum clarè à magistro distinguens, ei, non verò præceptori Strophas enumeratas applicat: cui consonat Bibliotheca patrum num.* 35 *citanda. Ad hæc hymnographus, quem Græci dilaudant, eccleſiaſtico apud eos cultu gaudet, ut Strophæ aliquoties citatæ probant, quod de seniore nec Majores noſtri, nec ipse reperi. In hoc ergo Ceillierium hallucinatum puto, quod monachum legens, ac Sanctum nostrum episcopali charactere insignitum sciens, quæ monacho tribuebantur, ea ipse seniori attribuerit, quod, ut magis judicem, facit, eumdem Ceillierium de Sancti noſtri monachatu loco citato, ne minimum quidem innuiſſe.*

In hac arte quid elaborârit: hinc tamen difficulter Opera illorum diſtinguuntur;

B 33 *Licet ergo Coſmam seniorem quædam scripsiſſe, imo & hymnographum egiſſe, inficias non eam, cum id plerosque inter auctores conveniat, palmam tamen cedat discipulo ex dictis, oportet. Quo verò tandem fato contigerit, hos duos viros, eorumque opera confundi, prolixa haud opus eſt indagine; id enim efficere natum eſt, commune utrique Coſmæ nomen, cui superadditum legebatur* Hieroſolymitanus: *senior enim talis abbatiali dignitate, Sanctus verò noſter origine erat; insuper uterque & quidem ejusdem monaſterii monachus erat, ac monachatûs sui tempore hymnographum agebat, &, ſi Oudino credimus, Sanctus noſter æquè ac præceptor illius abbatiali dignitate refulſit, quæ, quàm facilem utrumque Coſmam confundendi, subminiſtrent ansam, quisque perspiciet, dummodò, leviter licet, prædicta conſideret. Opera ergo Sancti noſtri, prout ea auctores exhibent, enumerabo; quamvis ea, ut illius genuina, ac indubitata aſſerere non valeam, iis tamen, quæ cum Damasceno elucubravit exceptis: ea enim nec Sancto noſtro abjudicari, nec ad magistrum, seu seniorem Cosmam transferri queunt.*

enumerant ea Caveus, &

34 *Hæc ergo Cosmæ Opera, utrumque confundens, exhibet nobis suprà citatus pag.* 339 *Caveus:* Scripſit hymnos tredecim in præcipuas anni feſtivitates, ea arte compoſitos, ut initiales litteræ omnium ſententiarum, quibus unuſquiſque hymnus conſtabat, in unum

C collectæ ſententiam quamdam breviuſculam, hymno præfixam efformarent. Secundò ἀσματικοι κανόνες, canones cantus, in his non infimum locum meretur Triodion, seu canticum tribus odis conſtans. *Aſt latiùs eadem enumerat Oudinus, Sanctoque noſtro adjudicat: ea enim, quæ enumerat,* Coſmæ Hieroſolymitani *sunt*, cujus Suidas cum laude meminit, *quique* Joanni Damasceno *fuit* amiciſſimus, quo hortatore multa Damaſcenus ſcripſit, ut conſtat ex Epiſtola præfixa logicæ S. Joannis Damaſceni, *quique* epiſcopus Majumenſis ex abbate factus fuit. *Quæ omnia Sancto noſtro, ſi unicum fortè abbatis titulum dempseris, conveniunt. En modò, quas ipſi lucubrationes attribuat:* Habemus, *inquit*, Hymnos iſtius Coſmæ tredecim Latinos, quos ad præcipuas anni feſtivitates compoſuit, extantes tum in Operibus S. Joannis Damaſceni, tum in biblictheca Sanctorum Patrum Tom. XII ultimæ editionis Lugdunenſis pag. 734. (*mihi in editione Lugdunenſi anni 1677 à pag.* 737.) *Secundò.* Inter MSS. codices Bodlejanæ bibliothecæ in MSS. Baroccianis, extat Codice 110 pag. 1 Octoëchus Coſmæ, & Damaſceni, cum expoſitione Theodori Prodromi. Et à pag. 182 ad 334 Hymni Coſmæ & Damaſceni, cum expoſitione ejuſdem. *Tertiò* Triodion quo Græci in divinis Officiis utuntur à Septuageſima uſque ad octavam Pentecoſtes, ab iſto Coſmâ Hieroſolymitano compoſitum dicitur, à ſanctis autem Theodoro & Joſepho ſtuditis auctum, ut obſervat Aub. Miræus in Auctario de Scriptoribus eccleſiaſticis. *Mihi pag.* 221 *ubi ait:* In hujus liminari paginâ legitur, librum illum exaratum eſſe à S. Coſma.

35 *Pergit Oudinus enumerare Opera Sancti hujus, quæ extant in Bibliotheca Vindobonenſi, quæ à citatis apparent non differre, ac tandem subdit, hæc nondum memorata:* Canon paracleticus ad Chriſtum *proximè citatâ Bibl. Cod.* CCLXXXXIX, *ac Cod.* CLXXXXVII Ἔκφρασις, ſive enarratio Metrica ſingulorum totius Davidici pſalterii pſalmorum. *De qua hæc Fabritius Tom.* X *pag.* 218. Necdum lucem vidit Coſmæ Hieroſolymitani Metaphraſis pſalmorum Davidis verſibus politicis; qui ſi idem eſt Coſmas, nullum antiquiorem novi, qui illo verſuum genere uſus fuerit. *Genus horum versuum obscurum satis est: multa de his eruditè congerit Du Frenius dominus Du Cange in Gloſſ. ad verbum* Politicus, *ad quem lectorem, hæc si scire voluerit, remitto. Ex his Sancti nostri lucubrationibus prelum subiere Hymni tredecim, extantque in Bibliotheca SS. Patrum editionis Lugdunenſis Tom.* XII *à pag.* 737, *ac Sancto noſtro, quamvis nec Sanctus, nec episcopus (quod contra Ceillierium observa) vocetur, liquidò adscribuntur: alterum enim ab altero planè diſtinguit: nam Sancti nostri elogio ex Suida relato, hæc subdit:* Alius fuit Coſmas abbas Hieroſolymitanus iſto noſtro antiquior, cujus mentio eſt in prato ſpirituâli Joannis Moschi cap. 40. *Hymni hi Græcè acroſtici sunt: singulorum namque versuum prima littera versiculum breviusculum hymno præfixum conſtituit; at in versione Latina interpres id negiexit. En primam, ut loco citato exhibetur, Græcam acrostichin:* χριστὸς βροτωθεὶς, ὅνπερ Θεὸς μένει Chriſtus mortalis factus; quod erat, Deus manet.

Oudinus, Hymnosque illius XIII

36 *Hoc verò ordine hymnos hos Bibliotheca patrum recenset: primo titulus nullus, sed dicta præfigitur acroſtichis. Secundus.* In Dei apparitionem *inscribitur; hunc tertius excipit,* In magnæ secundæ ſcilicet feriæ. *Quartus.* In magna tertia. *Quintus.* In magna quarta. *Sextus.* In magna quinta feria. *Septimus.* In magna paraſceve. *Octavus.* (In magnum Sabbatum *habet Tom.* X *pag.* 334 *Fabritius*) In eamdem diem. *Nonus.* In Pentecoſten. *Decimus.* (*Rectiùs Fabritius loc. cit.* In transfigurationem Domini noſtri Jeſu Chriſti) In eamdem feſtivitatem. *Undecimus.* In Dominica palmarum. *Duodecimus.* In exaltationem Sanctæ crucis. *Decimus tertius.* In occurſum videli-

Bibliotheca patrum exhibet.

AUCTORE M. S.

cet in secundum carnem adductionem domini & Salvatoris noſtri Jesu Chriſti. *Seu in feſto Purificationis more noſtro. Specimina hæc sunt solidiſſimæ inſtitutionis ac eminentis pietatis, cujus apicem Monachatûs etiam tempore attigiſſe virum Sanctum demonſtrant, ac quâ religione, quoque dilectionis æſtu in Deum, sanctiſſimamque Virginem Matrem ferretur edicunt. Hæc ergo sunt, quorum notitiam nacti sumus, plura quamvis verosimiliùs Sanctus noſter scripserit, partemque in operibus S. Joannis Damasceni, pro cultu sacrarum imaginum dimicantis, fortaſſis haud modicam habuerit; id enim Papebrochius, qui Damascenum cum Sancto noſtro canonibus scribendis inclaruiſſe aſſerit, affirmat, & Menæa die* IV *Decembris in S. Joannis Damasceni Elogio, Sanctum noſtrum* poſt multa relicta scriptorum monumenta in pace tandem quievisse, *aſſerunt; quod & Bucelinus, cui Acta fortè præluxerunt, confirmare videtur. Hæc igitur inter doctrinæ & pietatis exercitia Virum sanctum Monachatûs sui tempus transegiſſe opinor: verùm num interea Abbatiali fuerit honoratus officio, non habeo, unde evictum reddam; tacet enim Damasceni biographus, tacent reliqui omnes, unum dummodo exceperis* B *Oudinum, qui titulum hunc ex Caveo, ut suspicor, Sancto noſtro affingit: Caveus enim utrumque Cosmam perperàm confundens, Majumensem episcopum Abbatem fuiſſe, ante ipsum scripserat: utut sit, solius Oudini teſtimonio Sanctum hunc Abbatem extitiſſe, aſserere non valeo.*

§ III. Majumenorum episcoporum Catalogus qualiscumque exhibetur: ad episcopatum Sanctus noſter evehitur, cujus initium utcumque figitur.

Majumenæ sedis præsules cogniti

E*Lapsis igitur ab ingreſſu monaſterii S. Sabæ, quem anno Chriſti* 730 *aut* 731 *innectendum vidimus, annis aliquot*, Cosmas quidem, *inquit Papebrochius in Comm. præv. ad Vitam S. Joannis Damasceni num.* 13 C ab Joanne Hierosolymitano Patriarcha factus eſt, poſt Petrum Martyrem, episcopus Majumæ circa finem Leonis, vel initia Copronymi. *Verùm his tantisper relictis, ea, quæ de Majumenis episcopis innotuerunt, præmittemus. Episcopalis itaque Majumæ sedes, si non unà cum loci religione, haud multò tamen pòſt sumpsiſſe videtur exordium, ut innuit Lequienus Majumensium episcoporum exhibens in suo Oriente Chris. tom.* III *col.* 621 *Catalogum:* Et quamvis, *inquit*, vix dubitandum sit, quin Majumensi ecclesiæ à tempore suæ conversionis ad Chriſtum sub Conſtantino Magno, usque ad Theodosium per quinquaginta circiter annos aliquot præfuerint episcopi; nullius tamen illorum notitiam adepti D sumus ante Zenonem, quem ideo primum ſtatuimus. *Cum ergo nec ipse anteriorem repererim, Lequieni Catalogo insiſto, & hunc S. Zenonem, de quo plura Sozomenus, quemque in Opere noſtro dabimus cum Martyrologio Romano* 26 *Decembris, primo loco repono: hunc excepit Paulianus, qui in Actis Synodi primæ Ephesinæ ad annum* 431 *legitur tom.* 3 *Conc. Labb. col.* 468 παυλιονὸς ἐπίσκοπος Μαϊουμᾶ Παλαισίνης τῆς πρώτης εἶπε. Paulianus episcopus Majumæ primæ Palæstinæ dixit. *Idem etiam recensetur ibidem coll.* 500, 541, *&* 604. *In nonnullis hujus Concilii Actis Latinis, ac apud Marium Mercatorem* Paulinianus *appellatur. Huic successit Paulus, qui in latrocinio Ephesino anno* 449 *pro Dioscoro ſtetit, ut ejusdem Acta lecta in Conc. Chalcedonensi Act.* I *fidem faciunt: illius nomen exprimitur tom.* IV *Conc. Labb. col.* 118. ᾧ Παύλου Μαϊουμᾶ, & Paulo Majumensis civitatis, *uti & col.* 311 *ibidem.*

38 *Sequitur hunc in dicto Catalogo Procopius: alium autem eum fuiſſe ab episcopo urbis Gazæ, prout num.* I *dixi, clarè indicat utriusque episcopi uni, eidemque Epiſtolæ synodicæ Joannis Hierosolymitani præsulis (nempe II secundum eorum Hiſt. Chron. ubi hæc latiùs narrantur) ad Joannem Conſtantinopolitanum Patriarcham adversus Severum Monophysitam anno* 518, *diſtincta subscriptio: nempe* Procopius episcopus Majumæ Gazæ. Μαϊουμᾶ Γάζης *tom.* V *Conc. Labb. col.* 191, & Cyrillus episcopus Gazenus. Γαζαίων *ibid. Hunc in Lequieni Catalogo, cujus fere verba descripsi, Sanctus noſter excipit; at in Operibus S. Joannis Damasceni Parisiis anno* 1712 *impreſſis idem Lequienus in Nota ad Vitam ejusdem Sancti pag.* XIX *agit de S. Petro Majumensi episcopo, ac eidem, pag.* XXI *ibidem, Sanctum noſtrum succeſſiſſe indubitatum videri aſſerit. Verùm an re ipsa id indubitatum sit, paulisper inquiramus: nullum enim, quo S. hunc martyrem episcopum fuiſſe probet, Lequienus adducit fundamentum: id namque ex Theophane, cui, ut apparet, præcipuè innititur, non evictum dabit: cum enim ex Theophane sanctiſſimi Petri Metropolitæ Damasci martyrium retuliſſet Lequienus, hæc pag.* XX *scribit:* Addit deinde, *nempe Theophanes*, narrationem alteram de Petro Majumensi episcopo, quam Græcè & Latinè hic recitare juvat, quippe nonnihil ſpectat ad Vitam S. F Joannis Damasceni. *Hisce subjungit ex Theophane ad annum Chriſti* 743 *pag. mihi* 349 *S. Petri Majumensis martyrium, quod & ipse Latinè subjicio, ut eruditi lectores judicent, num quid de S. martyris episcopatu innuat.*

enumerantur, è quorum numero

39 *En verba ex ipso Theophane.* Ejus æmulus, & ejusdem nominis consors Petrus apud *S Petrus* Majumam insigne pro Chriſto Martyrium sub hæc tempora sponte tulit. Morbo quippe detentus, Arabum proceres ceu ex chartularii publicorum vectigalium munere ipsis notus, sibi familiares ad privatum colloquium invitavit. Tum is ad illos: » Veſtræ hujus, » inquit, ad me visitandum profectionis mer» cedem à Deo recipiatis, precor: licet e-

nim

A » nim fidei luce privati, amici tamen eſtis cen- » ſendi. Teſtamenti itaque mei, quod hu- » jusmodi eſt, volo vos eſſe teſtes. Qui » non credit in Patrem, Filium, & Spiri- » tum Sanctum, consubſtantialem, & vivi- » ficam in unitate naturæ personarum Tri- » nitatem, is animæ oculis occæcatus eſt, & » æterno supplicio dignus. Muamed falsus » veſter vates, & antichriſti præcursor ejus- » modi extitit. Quamobrem si mihi nunc » cœlum & terram coram vobis obteſtanti » aliquatenus fidem adhibetis, fabulosam & » deliram ejus doctrinam ejurate. Hoc ne- » ceſſitudinis erga vos meæ præsens argu- » mentum : benevolum hoc admittite con- » silium : ne parem cum eo cruciatum sus- » tineatis. » Arabes sacros iſtos, & pares alios sermones explicantem audientes, & unà simul ſtupore & insaniâ correpti, virum benè valere juſſerunt, tamquam in mentis delirium eum lapsum arbitrati. Is ubi vires ex infirmitate recepit, validâ voce publicè vociferari : » anathema Muamed & fabulosæ » ejus doctrinæ, credentibusque in eum om- » nibus » extemplò gladii pœnæ suppositus, Martyr declaratur.

chartularius 40 Eum orationum suarum encomiis sanc-
B tus pater noſter Joannes ob eloquii sanctita-
tisque velut aureo fulgore radiantem spiri-
tualem gratiam, chrysorrhoas rectè cognomi-
natus celebravit. *Hæc sanè sanctum hunc martyrem episcopali charactere insignitum fuisse, nullatenus innuunt ; imò, & quod magis urget, idem ipse, quem protuli, locus in Indice notatur his verbis :* Petrus Majumæ notarius celebris martyr (pag.) 349 à Joanne Damasceno encomio laudatus (pag.) 350. *In hanc etiam sententiam, nempe Sanctum hunc martyrem episcopum non fuiſſe, iverunt Majores noſtri, imprimis Bollandus Commentario Hiſtorico de hoc S. Petro Tom.* 3 *Feb. die* XXI *pag.* 266 *sequentem præfigit Titulum.* De Sancto Petro Majumeno chartulario, & martyre in Palæstinâ. *Num. autem* 2 *ita in hanc rem habet :* Forsan Petri martyrium ei (*nempe Joanni Damasceno, qui encomium de hoc Martyre scripsit*) ſtatim nuntiavit S Cosmas Majumensis episcopus. *Modò ergo secundum Bollandum ante sancti Petri martyrium episcopatum Sanctus noſter tenebat. Bollando accedit Byeus noſter in Sylloge de S. Petro fortè Damasceno Tom.* 11 *Octob. die* IV, *numquam Petrum Majumensem, quamvis Lequieni meminerit, episcopi titulo decoratum*
C *exhibens. Baronius autem Annalium suorum tom.* 9 *ad annum Chriſti* 742 *pag.* 143 *hujus S. Petri martyrium recensens, sequentia ad propositum noſtrum adjungit :* hujus æmulator homonymus Petrus . . . . . languore detentus primores Arabum advocavit, utpote aſſuetos sibi, cum chartularius eſſet, & publica tributa facta ratione conferret.

& Martyr 41 *Martyrologia verò quod attinet, nec in ullo eorum, quæ consului, Sanctus hic, ut episcopus annuntiatur ; omnia enim Romano (quod S. Petrum his verbis exhibet :* Damasci S. Petri Mavimeni, qui cum diceret Arabibus quibusdam ad se ægrotum venientibus: » Omnis, qui fidem Chriſtianam catholicam non amplectitur, damnatus eſt, sicut & Mahumet pſeudopropheta veſter » ; ab illis necatus eſt) *ferè consona sunt. Sufficiunt hæc, ad ostendendum, non ita indubitatum eſſe, ut ſibi Lequienus proposuit, Sanctum noſtrum huic Petro succeſſiſſe, licet id alias chronotaxi satis congrueret. Persenserat hæc fortè Lequienus ipse, cum in suo Oriente Christ. Tom.* III *posthumo, ex profeſſo, ut aiunt, de Majumenis episcopis agens, nec hujus S. Petri, nec eorum, quæ modò vidimus, ullam faciat mentionem. Nec tamen ex his inferas, me Petrum nullum Majumenis insulis condecoratum fuiſſe, certò statuere : potuit id enim, & quidem de hoc Petro (quod vero tamen, ut infrà videbimus, minùs arbitror simile) alicunde compertum fuiſſe, aut ex Elogio Damasceni, quod nec inspicere, nec invenire datum eſt, clarum evaſiſſe : hæc, ut superaddam, me movent verba Papebrochii num.* 37 *relata, quibus* S. Cosmam, *ſine ulteriori tamen proba, Petro martyri succeſſiſſe edicit.*

42 *Num verò de S. Petro chartulario agat* *excluditur :*
Papebrochius, non liquet ; imò alius à char-
tulario fuerit Petrus martyr, cui Sanctum
noſtrum succeſſiſſe ait, vel exinde conjicio,
E *quod Bollandi sententiam, si chartularium*
designare vellet, sibi planè contrariam ne re-
ferat quidem : alia ergo, quæ mihi modò non
patent, Papebrochio præluxiſſe opinor monu-
menta, aut si de chartulario eum agere quis
velit, rem hanc, cum eam incidenter tantùm
referat, altiùs indagare neglexit. Utut tandem
sit, geſſeritne S. Petrus martyr Majumenam tiaram, necne, certum eſt, Catalogum episcoporum Majumensium, quem supra principio mutilum conspeximus, eodem vitio hoc loco eſſe fœdatum : Procopius enim, ut num. 38 *dixi, subscriptus legitur Epiſtolæ synodicæ Joannis Hierosolymitani Patriarchæ anno Chr.* 518; *dato jam tantisper, quod vero minus conforme infra videbimus, Sanctum Petrum Martyrem, cujus illuſtre Martyrium Bollandus, & rectè, ut probat Byeus noſter in Sylloge supra cit., num.* 11 *& seq., anno Chriſti* 743 *collocat, episcopum fuiſſe, inter hujus martyrium, & Procopii subscriptionem anni* 225 *medii intercurrunt, uti* 518 *ex* 743 *subtrahenti patebit, quibus implendis, ni sedes vacârit, varii episcopi desiderantur. Modò ad Sanctum noſtrum, quem in veteri Laura S. Sabæ Monachum etiamnum, at in limine episcopalis dignitatis adeundæ, tantisper reliquimus, revertamur.*

F 43 *Eximiis, prorsusque raris S. Joannis*
Damasceni ac Cosmæ *virtutibus, quibus mo-* *ad episcopa-*
nachi inclaruerint, retatis, Damasceni biogra- *tum Sanctus*
phus S. Cosmæ *ad episcopatum, nullâ præ-* *noſter pro-*
viè sacerdotii, diaconatûs, subdiaconatûsve *movetur :*
mentione facta, promotionem refert cap. 4 *num.* 35, *quem integrum, cum de Sancto noſtro agat, ac Vitæ ipsius velut compendium contineat, hic subjicio. Ita ergo habet :* In his laboribus adjutorem fraterno amore habuit, quem à spiritu divino fratrem acceperat (*Damascenus*) Cosmam, virum illum ornatiſſimum, suæque eloquentiæ, inſtitutionis, exercitationis participem, atque is ingeniosè imitabatur Joannem suis ad spiritualia carmina ſtudiis, ac suaves concentus citharâ & voce

AUCTORE M. S.

succinuit ecclesiæ, proprium corpus per affectionum compressionem, Deo tamquam tympanum aptans, totum quoque se velut psalterium decachordum exhibens, dum quintuplicem corporis sensum, animique pares numero facultates arte magnâ sapienterque intendit. Tandem etiam Patriarchæ Hierosolymitani manu episcopus Majumæ creatus, non sponte ac ultrò, sed vi adactus, gregem, ut Deo gratum erat, præclarè gubernavit, jamque in grandem ætatem provectus, ad patres suos, seu potiùs ad Deum, moriendo concessit.

at quo anno? Perperam Lequienus 743 assignat,

44 *Quo verò anno Sanctus noster Majumenam sedem adierit, cum notæ chronologicæ deficiant, non habeo, unde certò definiam; asserit quidem Papebrochius id contigisse circa finem Leonis Isauri, vel initium Copronymi: Damasceni autem biographus ordinatum eum ait episcopum ab Hierosolymitano Patriarcha, id est secundum præcitatam Historiam chronologicam à Joanne III, lege IV: ast hæc lata sunt, nec fixum nobis annum exhibent: aliam hinc viam init Lequienus, ac Sancti nostri episcopatûs initium anno Christi 743 innectit. Sed an rectè? Rectè procul dubio, si modò Petrum Majumensem, episcopum fuisse, eique Sanctum nostrum successisse demonstrasset: verùm cum id non probet, nosque, quod Lequieni dicta confirmet, nihil; quod infirmet plurimum, ut supra vidimus, statimque videbimus, inveniamus, hanc Lequieni assertionem rejecimus. Aliunde ergo Sancti nostri episcopatûs initium eruere oportet, idque nobis ostendet Joannis IV, ut num.* 8 *vidimus, cujus ministerio Sacerdotalem dignitatem, teste Papebrochio in sæpe citata Chronologia num.* 156, *Joannes Damascenus adeptus est, patriarchatus: ab eodem enim Patriarcha & Joannes sacerdotali, & Sanctus noster episcopali dignitate, ut num.* 46 *dicam, est sublimatus; antequam ergo Joannes IV patriarchatu defunctus esset, S.* Cosmas *episcopales infulas gesserit oportet. Satis porro de hujus Patriarchæ obitu inter chronographos convenit, licet Lequienus in Oriente Christ. Tom.* III *col.* 290 *hæc scribens subdubitet:* Conjicit, *nempe Papebrochius*, Epistolam modo citatam (*citaverat S. Joannis Damasceni de Trisagio Epistolam*) scriptam fuisse non multò post Joannis Hierosolymitani Patriarchæ obitum, qui circa annum Christi 735 (*quem unum, idque ex mente auctoris Tabularum Tèophani insertarum Papebrochius assignat*) aut 745 contigit.

ac in anno, quo scripta est Epistola S. Joannis Damasceni de Trisagio, cespitat,

45 *Verbum cum hic incidat de Epistolâ Joannis Damasceni de Trisagio, quo anno hæc scripta sit, breviter accipe: scriptam hanc Lequienus, ut modo vidimus, ait, idque ut videtur ex mente Papebrochii, non multo post Joannis Hierosolymitani obitum: ipse verò Papebrochius in cit. Hist. Chron. num.* 156 *hanc scriptam asserit ex judicio Baronii circa annum Christi* 740: Tunc enim, *addit Papebrochius*, putat ille, *nempe Baronius*, ab Anastasio suscitatam fuisse Petri Cnaphei hæresim, cui redarguendæ Epistola illa servit. *Verùm error Papebrochii, qui Lequienum seduxisse videtur, vitio typographi manifestè commissus est; quamvis in Opere nostro num. citato habeatur notis Romanis* DCCXL *& in Præfatione ejusdem Operis tribus tomis Venetiis excusa tom.* 1 *pag.* 298 *litteris Arabicis* 740. *idque ex ipso Papebrochio probo: is enim in Comm. prævi. ad Vitam S. Joannis Damasceni, num.* 13 *ad locum Catalogi, de quo agimus, lectorem remittens, hæc scribit:* Joannes verò presbyter ordinatus, idque haud parum ante annum DCCXLIX: tunc enim ostendimus in Catalogo non amplius in vivis fuisse Joannem Patriarcham, quem mortuum tamen Damascenus laudat ut suum magistrum, cujus sensa omnia intimè noverit in Epistola ante annum jam dictum, *imo anno dicto*, scripta contra eos, qui Petri Cnaphei hæresim suscitabant. *Non ergo statim à morte Joannis Patriarchæ, quæ anno* 735, *ut mox videbimus, contigit, nec anno* 740, *sed ipso Baronio teste anno* 749 *Petri Cnaphei hæresis per Anastasium S. Eutymiani hegumenum resuscitata est; cui per Epistolam, qua de agimus, S. Joannes Damascenus occurrit: cui calculo & Pagius ad proximè citatum annum consentit. Ad Sanctum redeamus.*

verosimiliùs episcopatûs initium anno Christi 734, aut 735

46 *Lequienus ergo, qui, ut vidimus, in suo Oriente Christiano mortem Joannis Patriarchæ anno Christi vel* 735 *vel* 745 *collocat, in Vita S. Joannis Damasceni sæpe cit. pag.* XXI *Not.* 1 *hæc scribit:* Joannem Damascenum ordinavit in presbyterum Hierosolymitanæ ecclesiæ Joannes ille Patriarcha, cujus se amicitiâ conjunctissimum narrat in Epistola de hymno Trisagio . . . . . hic annos 30 Hierosolymitanam ecclesiam rexit, & anno Christi 735 diem extremum clausit. *Quomodo hæc conveniant cum S.* Cosmæ *episcopatûs initio, quod tam confidenter Lequienus eâdem paginâ in annum* 743 *rejicit, non video: idem namque Patriarcha Damascenum presbyterum, & Sanctum nostrum episcopum, testibus Damasceni biographo, ac Leone Allatio in Proleg. sæpe citat. num.* XIII, *ordinavit. Hæc ipse conciliet, annum interea Joannis Patriarchæ emortualem* 735 *tuetur Papebrochius in citata Hist. chron. num.* 157, *uti & Pagius in Critica Baronii ad annum Christi* 749, *ubi ita in hanc rem legitur:* Baronius ait se nescire, quisnam sit hic Joannes Patriarcha Hierosolymitanus, cujus Damascenus se discipulum dicit, quia scilicet ejus tempore Chronographia Theophanis lucem non viderat, in tabulis enim eidem insertis ad annum Incarnationis secundum Alex. DCC, qui Kalend. Septemb. anni Christi DVII inchoatur, dicitur, Joannem Patriarcham Hierosolymorum sedisse annos XXX, annumque illum esse sedis tertium, quare ecclesiam Hierosolymitanam usque annum Christi DCCXXXV aut circiter rexit. *Hæc cum sic habeant, Sanctus noster ante annum Christi* 735 *finitum cathedram Majumenam conscendit: imo Baronius, æquè ac Pagius eumdem ad annum* 734 *modò episcopi nomine indigitant. Patet hinc, quantum à vero S. Petri chartularii episcopatus sit alienus, cum Sanctus hic Martyr, ipso suffragante Lequieno, anno demum* 743 *pro Christo mortem oppetierit.*

innectendum videtur;

47 *Nec hæc episcopatûs epocha reliquæ chron-*

A *chronotaxi officit, quamvis monachatum Sancti noſtri triennio ferè includat : paucis enim annis Joannem Damascenum Monaſticæ exercitationi subfuiſſe in Hiſt. chron. præfixa Tom.* III *Maji num.* 156 *Papebrochius aſſerit ; hinc Sanctus noſter, qui ante Damasceni presbyterium ad episcopatum evectus videtur, etiam anno* 734 *episcopus extitiſſe potuit : erant enim viri hi etiam ante monachatum doctrinâ æquè ac vitæ sanctitate celeberrimi, ut teſtantur Theophanes, Damasceni biographus, aliique. Verùm chronotaxi huic utcumque deductæ refragatur Leo Allatius, totamque invertit anonymus Sancti nostri biographus, ex quo Allatius in Prolog. citatis num.* LXIII *fragmentum adfert : integrum numerum, cum de morte Damasceni agat, cui Sanctus noſter per annum aut fortè biennium supervixit, ex citatis Prolegomenis in lectoris gratiam hîc describo, ejusdem Allatii conjecturas, quibus num.* LVIII *Joannem Damascenum ante pseudosynodum Copronymi diem extremum clausiſſe oſtendere conatur, infrà diluturus. En modò verba Allatii satis prolixa.*

nec obſtant ea, 48 Sed præſtat hic aliquantulum immorari, quando de morte Joannis Damasceni
B facta supra mentio eſt, quam ante Copronymianam synodum conjecturis non levibus posuimus. Dubium tamen quod remanet aliis extricandum, ingenuè in medium afferam, ne quid præteriiſſe videar. Gretserus Epistolâ dedicatoriâ in Theodorum Abucaram, cum tempora Abucaræ quærit, Joannis quoque Damasceni tempora, perplexè licet nimis ſtatuiſſe se putat. Namque cum Abucaram Damasceni discipulum Turrianus aliquoties nominet, dictoque Turriani probabilitatem concilict, illud ex titulo diſſertationis decimæ octavæ, διὰ φανῆς Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ » ex ore dictantis Damasceni » & ex alia parte Theodorus Cariæ episcopus Photianas partes contra Ignatium tutatus fuerit, poſtea, ut in Vitâ ignatii teſtatur Nicetas, Photianis fraudibus in apertum prolatis, admiſſi piaculi in octava Synodo veniam impetravit, exiſtimat Gretserus, sub Basilio Macedone temporibus octavæ Synodi doctrinâ, nominisque celebritate claruiſſe. Et cum à secunda Synodo Nicæna anno Domini 787 celebrata, usque ad octavam Synodum, quæ habita eſt anno 869 anni septuaginta duo, *imo octoginta duo*, interfluxerint ; Joannes vero Damascenus, ut plerisque chronologis non imperitis placet, ante septimam Synodum diem obierit, alterutrum neceſſariò aſſerendum eſſe, aut Abucaram ferme adhuc pue-
C rum Damasceno operam dediſſe, aut octogesimum ætatis annum longè transcendiſſe quando Conſtantinopoli œcumenica Synodus ordine octava coacta fuit : nisi quis Damasceni vitam ultra septimam Synodum proferre velit. Videtur tamen ex his quæ supra diximus, non ultra septimam Synodum proferenda.

quæ Allatius 49 Et licet probabilis videatur sententia Gretseri de Theodoro Abucarâ, in conjectura tam labili, quis ille fuerit, qui firmum præbebit aſſensum ? Et quæ contrarium ſtabiliunt ea videntur. Auctor Vitæ Sancti Cosmæ Damasceni fratris, quisquis ille fuerit non inelegans, & ecclesiaſticæ hiſtoriæ vestigator non imprudens, quique multa de Damasceno à Joanne Hierosolymitano Damascenicæ Vitæ scriptore prætermiſſa, aut neglecta, scripto mandavit. Is itaque de Cosma sermonem habens, dum res illius in Bysantina urbe geſtas prosequitur, tradit inter alia quæ Tarasio Patriarchæ triennio antequam moreretur prævaticinatus fuerat, poſtea opere tempore jam dicto absoluto, id quoque refert. » Quæ vero » (*verba sunt auctoris Vitæ Sancti noſtri*) » Sanctus præ» co vaticinatus fuerat, & tempore dicto » facto evenit, narrare neceſſarium mihi vi» detur, & scripto mandare non supervа» caneum. Quænam autem hæc sunt ? Satis » mihi, inquit, abundèque, ô divine Præsul, » & præceptorum optime, moræ in hac vita » eſt. Unde enim veni, eò mihi rursum se» cedendum eſt. At tu cum Chriſti gregem » bene, pièque paveris, alacriter ad Domi» num progredieris, & juſtitiæ coronam, » quæ tibi pro laboribus tuis reposita eſt, » accipies, quod poſt triennii decursum » succedet. »

AUCTORE M. S. D

50 Moritur Tarasius pontificatûs sui anno 21, *pergit Allatius*, Chriſti 806. Vaticinium itaque Cosmæ ante biennium factum erit anno Chriſti 804. Seceſſit poſtea Cosmas Bysantio, venit Romam, deinde Egyptum appulit, tandem Sabæ monaſterium revertitur, clarus ubique miraculis cum loco præeſſet Stephanus Cosmæ fratris filius, à quo & Joannem Damascenum paulò ante è vita migraſſe audit : rerumque geſtarum seriem in breviſſimum tempus contraham, non ultra biennium protraho. Ergo Joannes Damascenus vitam Tarasii Patriarchæ commensus, eodem cum Tarasio anno, vel circa eadem tempora mortem oppetiit. Ergo anno Chriſti 806 poſt Nicœnam secundam Synodum anno 17, poſt Copronymianam Synodum, in quâ tamquam demortui, ut nos opinabamur, mentio fiebat, anno 51. Poſt Stephani junioris martyrium anno 40, tùm fermè, cum Bysantinus Stephanus Stephani ejusdem res geſtas scripto mandabat. Quare si potuit Stephanus Bysantinus Vitam Stephani martyris scribere, potuit & Damascenus. Id tamen si propter ætatem liceret, propter alia tam multa in medium allata certo non licuit. Scio Damascenum plenum ætate & summâ senectute confectum, tamquam qui centenario major obiit, sibi mortem non maturaſſe ; at ad ista tempora perveniſſe, vellem, alii dicerent : ego valde suspensus animo sum. Vah, quomodo me ex hac turba expediam ?

inquirendo in contrarium adfert, E

F

51 *Hic ſiſtit Allatius, suamque desuper sententiam reticens, mihi nodum solvendum relinquit. Verùm ut breviter rem conficiam, ſtat firmiter Chronotaxi præcedenti inhærere, nec propter hoc Vitæ S.* Coſmæ *fragmentum, cum aliunde Vitam integram habere nequeam, sententiam deserere, eſt animus, cumque anonymum hunc Sancti noſtri biographum, ut ineptum fabulatorem Lequienus habeat, tantùm equidem mihi injecit scrupulum, ut eumdem ſine vade idoneo sequi displiceat : imo quidquid*

cum fragmentum anonymi Sancti noſtri

AUCTORE M. S.

A *quid citatus biographus de Tarasio profert, fabulosum planè ut judicem, hisce rationibus inducor : altum imprimis de prædictione hac in Vita S. Tarasii Patriarchæ, quamvis prolixa ea sit & oratoriè scripta (ut videre est in Opere nostro Tom.* III *die* XXV *Februarii) est silentium, nec minimam Sancti nostri Ignatius Episcopus Nicænus S. Tarasii biographus facit mentionem, nec horum meminerunt Damasceni Vitæ scriptor, ac Constantinus Acropolita : imò verò citatis* S. Cosmæ *biographi verbis refragantur, quotquot Sanctum nostrum ab Joanne Hierosolymitano Patriarchâ, cui annus Christi* 735 *extremus fuit, Episcopum consecratum edicunt, à quibus sine apertissimo fundamento, cujus vix umbram citatum fragmentum habet, recedendum haud reor.*

biographi reliquæ

52 *Cum enim Sanctum nostrum circa annum Christi* 674 *natum, circa* 730 *monachum & circa* 735 *Episcopum conspexerimus, qui potuit anno* 804 *etiamnum in vivis egisse? Quod tamen, si vera scripsit biographus, consequens sit oportet, ac proximè citato anno* S. Cosmas *annum ætatis suæ* 130 *emensus fuisse debuit : nec hîc fistit, sed secundum eumdem, ut videtur,* Secessit postea Cosmas Byzantio, venit Romam, dein Egyptum appulit, ac tandem Sabæ monasterium revertitur. *Quæ omnia fabulam sapere, quisque facilè perspicit.*

B *Insuper his obstat, quod suprà num.* 20 *diximus, ac liquidò probavimus, nempe Joannem Damascenum anno* 730 *Damasci floruisse, solidissimè Iconoclastarum hæresim confutâsse, ac quinquagenario fuisse majorem, imò cum Damascenus ex calculo Papebrochii natus sit circa annum* 676, *Damasci etiamnum existens agebat ætatis suæ annum* 54, *qui cum anno Christi* 730 *coincidit, huic si addamus annos reliquos, anno* 804 *annum ætatis suæ* 128 *Damascenus aget, eique illum diu supervixisse, si stet anonymi Chronologiam digerendi ratio, reperiemus,*

chronotaxi refragetur

53 *Ad hæc Sancti nostri biographum falsum esse, liquidò satis probat Lequienus in Vita S. Joannis Damasceni pag.* XXIII *his verbis :* Joannem Damascenum, *inquit in Annotatione* 2, ultra pseudosynodum Copronymi, quæ anno Christi 754 habita est, ætatem exporrexisse certò certius habemus ex ejus, quæ in Vita Stephani Junioris Martyris (*apud Surium* 27 *Nov. pag.* 638) memorantur, scriptis adversus bellam hanc synodum, illiusque duces. Ante septimam verò Synodum generalem ipsum obiisse, ejusdem sacræ Synodi acclama-

C tiones innuunt : quoto verò anno, obscura res est. Nullum quippe monumentum extat, unde id possimus expiscâri. *Hæc simul Allatii conjecturas, quibus Damascenum ante pseudosynodum Copronymi obiisse, ostendere conatur, enervant, Damascenumque eo tempore in vivis egisse demonstrant : nec juvant Allatium, ea, quæ ex Theophane, ut conjecturas suas firmet, adducit : Theophanes enim Damascenum (vivumne, an mortuum reticet) à pseudosynodo anathemate percussum scribit, quod æquè in vivum ac in mortuum eructare potuerunt conciliabuli actores ; imò in vivum eructâsse, ex Vitâ S. Stephani elucet, dum Damascenus episcopos in dicto conciliabulo fi-*

gurantes ἐπισκότους, *id est,* tenebricosos, *imò* D ventris mancipia, helluones, *quà fervidus fidei defensor appellat. Nec prosunt eidem, quæ desuper citat, nempe Synodum Nicænam* II *Act.* 6, *Nicephorum, Zonaram, & Cedrenum : hi enim plus Theophane nil dicunt, tantumque anathematismos exprimunt, qui, ut novimus, & exempla obvia confirmant, in vivum æquè ac defunctum cadunt.*

§ IV. Gesta Sancti nostri episcopatûs tempore in obscuro sunt : annus illius emortualis utcumque figitur : ac in sepulturæ locum inquiritur.

EX *dictis ergò colligitur, Sancti nostri episcopalis, non autem archiëpiscopalis, ut perperam ad marginem notat Corderius in Catena* LXV *patrum Græcorum in S. Lucam pag.* 92 *num.* 31, *dignitatis initium anno Christi* 734 *vel* 735 *collocandum esse : at exactè computari nequit, quot annos apostolicis laboribus impenderit, quibusve virtutibus speciatim inclaruerit, cum de toto episcopatûs tempore parum ad nos pervenerit : pauca enim illa,* E *quæ Lequienus in pontificum Majumensium Catalogo de Sancto nostro adfert, ex Damasceni biographo hausisse se profitetur : quæ verò Allatius supra citato fragmento subnectit, nempe* Secessit postea Cosmas Byzantio, venit Romam, deinde Egyptum appulit, tandem Sabæ monasterium revertitur, clarus ubique miraculis, cum loco præesset Stephanus Cosmæ fratris filius à quo & Joannem Damascenum paulò ante è vita migrasse audit, *undenam habeat, non exprimit ; suspicor tamen, eum hæc compendiosè ex Sancti nostri descripsisse biographo ; cum hujus verbis ea subjungat, quæ quidem, licet chronotaxim rejecerimus, subsistere queunt, quamvis eo, quo ab Allatio locantur tempore, contingere non potuisse, modò suprà viderimus ; illa ergo quæ Sanctus noster Majumenæ præsidens ecclesiæ gessit, quæque ad nos pervenerunt, subjungo, & à consecratione exordior.*

anno 734 *vel sequente Sanctus*

55 *Restitisse Sanctum hunc humilitate sublimem, ac ne super candelabrum poneretur totis nisibus conatum fuisse, Menæa, Bucelinus, Damasceni biographus, aliique asserunt : verùm quod humilitate declinare voluerat, precibus, ac præceptis victus tandem admisit, gregemque præclarè gubernando, illius sese formam exhibuit ex animo ; num verò episcopus quædam scripserit ex iis, quæ suprà vidimus, Operibus, incompertum habeo ; ast Joanni Damasceno hocce tempore auctorem fuisse, ut scriberet, ipse Damascenus in Præfatione suæ Dialecticæ, seu potiùs Operis Tripartiti, Sancto nostro dedicati, testatur : hæc enim in dicta Præfatione (cui hunc ipse titulum apud Lequienum pag.* 3 *præfigit :* Religiosissimo & venerabili in Deo patri Cosmæ sanctissimo episcopo Majumæ Joannes minimus Monachus, & Presbyter in Domino salutem) *in hanc rem habet circa medium :*

dignitatem invitus admisit episcopalem ; F

A *dium :* Quamobrem per vos obediens Chriſto, qui Pontificis in vobis munus exercet, mandatis obtempero : *ac quibusdam interjectis, ſic concludit :* Quapropter obſecro vos, venerandi in Chriſto patres, ut præceptis veſtris obſequuto mihi veniam concedatis, benevolique faveatis, ac pro ea, quam vobis exhibeo, obedientiâ, veſtras viciſſim preces rependatis. *An ita in reliquis S. Joannis Damasceni Operibus ſanctus Præsul partem suam habuerit, quamvis continuâ hi Viri fuerint amicitiâ conjunctiſſimi, aſſerere, monumentis debitis deſtitutus, non auſim.*

quibus verò præcipuè virtutibus S. Præsul effulserit,

56 *Virtutes quod attinet, quibus Sanctus Pontifex inclaruerit, quas præ reliquis commemorem, non habeo : aſt Apoſtolico Virum hunc exarſiſſe zelo, ac virtutum omnium vivum ſe exhibuiſſe exemplar, nemo ambiget, modò ad ea, quæ suprà ex Damasceni biographo & Conſtantino Acropolita produximus, advertat ; nec dubitandum videtur, quin Sanctus Antiſtes noſter, de cujus rebus in episcopatu præclarè geſtis pauca dumtaxat nobis antiqui reliquére, amplexus ſit eum, qui ſecun-*
B *dum doctrinam eſt, fidelem ſermonem, ut potens eſſet, exhortari in doctrina sana, & eos, qui tum temporis maximè contradicebant, iconoclaſtas nempe, non ſine fructu redarguere. Quæ-*
nam verò Sanctus noſter Byzantii, Romæ ac in Egypto patrârit, quâve de causâ hæc loca viſitârit, dicendo non sum, uti etiam quibus, ſi fides Sancti noſtri biographo, aut fortè Allatio, iis omnibus in locis inclaruerit miraculis, cum de totâ vitæ episcopalis serie, ut modò dixi, pauciſſima ad nos devenerint. Utrum verò Sanctus noſter prophetico ſpiritu quædam prædixerit, quamvis id biographus aſſerat, unde probem, aut improbem, non habeo; vaticinium S. Taraſio factum cum Chronotaxi noſtra ac aliorum non cohærere suprà indicavi. Latiùs igitur iſthæc monumentis deſtitutus exhibere non valeo : quapropter ad alia, sed æquè incerta, propero, ac annum Sancti noſtri Episcopi emortualem utcumque figendum, qui certò grandævo, ac virtutum manipulis onuſto contigiſſe debuit, licet quædam jam in anteceſſum huc
C *pertinentia ex Allatio prælibaverimus, inquiro.*

utî & quo anno obierit, monumentorum defectu nescitur:

57 *Annum S.* Cosmæ *inter mortales supremum nec signant, qui de illo agunt, nec quidquam suppeditant, unde eum eruamus, si unum excipias Allatium, aut fortè Antiſtitis noſtri biographum, qui eum Damasceno supervixiſſe aſſerit. Verum nec Damasceni annus emortualis planè compertus eſt : Allatius enim eumdem ante pseudosynodum Copronymi obiiſſe non levibus, ut ipse ait, conjecturis putat: aſt leves equidem has fuiſſe, supra vidimus, ubi etiam anonymum biographum vitam Sancti noſtri, uti & Damasceni plùs æquo produxisse exiſtimavi ; non ita tamen, quin, si quis in re maximè obscura lucis quid attulerit, huic meæ opinioni, vero mihi visæ ſimiliori, vale ſim dicturus. Cum ergo Damascenus ultra pseudosynodum Copronymi, quæ, ut Baronius ait, anno Chriſti 754 celebrata eſt, vitam protelârit, &*
ante septimam œcumenicam seu Nicænam II, *quæ anno Domini 787 habita eſt, diem extremum clauserit, ac ultra centum, imò 104 annis*

in vivis perſtiterit, natusque sit, ut supra dixi, sub annum 676, annus emortualis verosimilior ipsi fuit Chriſti 780 poſt conciliabulum Copronymi 26, & 7 annis ante Nicænam Synodum secundam : cui calculo Papebrochius, Joannis Damasceni Acta VI *Maji illuſtrans, omnino concordat.* AUCTORE M. S. D

probabilior tamen annus 781 aſſignatur :

58 *Hæc, si sic habent, ad annum Sancti noſtri Antiſtitis inter mortales supremum eruendum, haud parum lucis adferunt : cum enim Sanctus noſter Damascenum fratrem uno, alterove anno nativitate præceſſerit, ut ex Conſtantino Acropolita habemus, nosque ideo annum eidem natalem ſtatuerimus circiter 674, cumque Sanctus noſter à Stephano Joannem Damascenum paulò antè è vita migraſſe audierit, ut Allatius ait : consequens fit, S.* Cosmam *Damascenum fratrem ætate superaſſe, ac anno Chriſti 780, qui Damasceno supremus fuit, supervixiſſe, fortèque anno 781 diem clauſiſſe extremum, ac annum ætatis suæ 107 attigiſſe : quamvis autem annum hunc pro certo emortuali non venditem, eo tamen inter denſiſſimas hasce tenebras plau-* E *ſibiliorem non reperio, solitis chronotaxeos adjumentis, ac præcipuè Sancti noſtri in episcopali cathedrâ succeſſorum Catalogo prorsus deſtitutus.*

æquè incertus eſt

59 *Sancti porro hujus anno emortuali utcumque fixo, inquirendum supereſt, an Majumæ, an alibi terrarum de corporis ergaſtulo Sanctus hic ad cœlum evolârit, sepulchrumque nactus fuerit ; dubitarunt ea de re Majores noſtri, nec ego, ubi firmum pedem figam, reperi; en primò Majorum noſtrorum sententiam, quam occasione S. Joannis Damasceni nobis exhibent in Appendice ad diem* VI *Maii Tomo ejusdem mensis septimo pag.* 614, *ubi hæc leguntur*: Pag. 119 num. 9 adde, .. Joannes quidem Phocæ, cujus Hodæporicon ſacrum in limine hujus 2 tomi posuimus, describens Lauram, & ecclesiam Sabaïtarum, qualem ipse reperit anno MCLXXXV, ac denique ipsiusmet sancti patris Sabæ sepulchrum „ „ Prope circumque illud, nec non sub ter- „ râ,„ inquit,„ spectantur sepulchra ſanctorum „ patrum, qui in eremo claruerunt, cum F „ quibus etiam videre eſt monumenta Cosmæ „ & Joannis, veterum Poëtarum. „ Verumtamen intra quatuor sæcula, per sacræ iſtius Lauræ tot jactationes transacta, à morte utriusque ad Joannis Phocæ adventum in Palæstinam, facilè video, potuiſſe accidere, ut quorum iſtic monſtrabantur cellæ, eorum quoque ibidem crederentur haberi sepulchra. τὸ μνῆμα etiam (quod originariè significat memoriale) non neceſſariò accipi pro sepulchro, seu monumento sepulchrali, ex Homero moneor. Odys. ὁ, Μνῆμ' Ἑλένης χειρῶν, memoriale manuum Helenæ, celebrante.

sepulturæ locus,

60 *Modò in rem noſtram :* Cosmam certè, ut mox dicemus, Majumæ episcopum deinde factum, credibile eſt cum deceſſoribus suis episcopis sepultum : & si aliunde conſtaret, Joannem revera apud Sabaïtas tumulatum, potiùs censerem, id occaſionem dediſſe, cur ejus nomini adjungeret vacillans poſterorum memoria, Cosmæ nomen : sed & viciſſim poſſemus suspicari de Joanne, si

AUCTORE M. S.

Cosmam conſtaret, præter usum moremque episcoporum, adeo procul à sua sede conditum eſſe, intervallo viginti quatuor aut plurium Leucarum. *Ex his liquet Majores noſtros num Majuma, num Laura S. Sabæ Antiſtitis noſtri exuvias susceperit, incompertum habuiſſe : imò satis innuunt, has potiùs Majumæ adjudicandas eſſe, ac ibidem juxta episcoporum morem tumulatum Sanctum hunc fuiſſe suspicantur : verùm displicet hoc dubium Lequieno, qui propterea, eodem licet ferè fundamento, ex Joanne Phoca adducto, nixus, decretoriè resolvit Joannem Damascenum æquè ac Sanctum noſtrum in Laura S. Sabæ diem extremum clausiſſe : ipsum audiamus in Vita S. Joannis Damasceni pag.* XXII *Nota* 2 *differentem.*

quamvis enim Lequienus in Laura S. Sabæ

61 Doctiſſimi continuatores Bollandi, *inquit*, arbitrati sunt, *nempe Papebrochius in Comm. præv. ad Vitam S. Joannis Damasceni*, Joannem Damascenum, dimiſsâ tandem Laurâ sancti Sabæ, & Palæſtinâ, extremam vitæ partem peregrè transegiſſe, idque duplici argumento probant. Primum eſt, quod Menologium Basilii, ut putant imperatoris, narret, Sanctum „ ab imperatoribus hæreticis variè relegatum, & carceribus traditum, in pulchra confeſſione consummatum eſſe, sepultumque fuiſſe à discipulo suo„. Secundum eſt, quod Palæſtini nihil de ejus ætate & sepulturâ sciverunt, quod indicio eſt, eum ea in regione fato functum non eſſe. Ad primum quod spectat, subleſtæ nimis fidei Menologiorum, Synaxariorumve narrationes sunt, quam ut eis sine discrimine fidem habemus. *Sciverunt id sanè Majores noſtri, variisque in Opere noſtro locis oſtenderunt ; at omnem eis denegare fidem certò noluerunt, præcipuè cum alia in contrarium monumenta non obſtant. Pergit Lequienus :* Copronymum convitia adversus Joannem scripsiſſe, dirisque eum devoviſſe synodus septima, Theophanes, & Stephani junioris Vitæ auctor teſtantur, de ejus exiliis altè silent, ut & Menæa ipsa Græcorum, quæ etiam eum à discipulo seorsim sepultum fuiſſe, ne quidem innuunt. Hoc habent dumtaxat eum in senectute uberi, anno ætatis suæ centesimo quinto (*imò quarto* ἔτη ἑκατὸν πρὸς τοῖς τέσσαρσι) vivere desiiſſe.

eum sepultum eſſe, pro certo habeat :

62 At vero Joannem in Palæſtina & in Laura S. Sabæ supremum diem obiiſſe, atque in eadem sepultum fuiſſe, teſte longè locupletiore conſtat, Joanne Phocâ scilicet, in compendiaria descriptione Palæſtinæ edita à Leone Allatio in Symmictis : nam hic auctor, qui sæculo 12 sub Manuele Comneno vivebat, aſſerit ævo suo monſtrari solitum in monaſterio S. Sabæ in templi atrio sepulchrum Joannis noſtri Damasceni juxta sepulchrum ipsius S. Sabæ. » prope illud (*verba sunt Phocæ, aſt à suprà relatis parum variantia*) » circumque, nec non sub ter» ra Sanctorum patrum, qui solitariam vi» tam agentes, illuſtres habiti sunt, unaque » cum iis Sanctorum Cosmæ, & Joannis » sepulchra spectantur. » Quid clarius ? Quinam Sancti illi poëtæ Cosmas & Joannes, nisi Cosmas Majumensis, & Joannes Damascenus, quorum carminibus, & canticis Orientales ecclesiæ personant ? Jam insuper oſtensum eſt, Damascenum noſtrum affecta jam ætate Orationes de dormitione Virginis Hierosolymis habuiſſe : ut ex hoc etiam colligi poſſit, eum in Palæſtina diem poſtremum obiiſſe. Nec refert, quod de ejus sepulchro mentio non fiat in Vita Stephani Sabaïtæ. Non enim in ea Vita aliorum præclariſſimorum virorum, qui in eadem Laura defuncti sunt, sepulchra commemorantur, præterquam Joannis episcopi & Hesychaſtæ, qui ipsius Sabæ ætate florebat. *His subnectit Lequienus Damasceni corpus etiamnum integrum seculo* 14 *Conſtantinopoli fuiſſe servatum, qua in urbe eumdem sepulchrum nactum Papebrochius in Commentario ad Vitam ipsius prævio num.* 10 *arbitratur.*

Majumæ, tamen eumdem sepultum vero suspicor ſimilius.

63 *Licet ergo Lequienus pro certo habeat, Sanctos hos fratres* Cosmam *& Joannem Damascenum in monaſterio S. Sabæ tumulatos eſſe, rationes illius nil ponderis iis, quæ num.* 59 *dicta sunt, addunt, cum voce* μνῆμα *deceptus verosimiliter sit : hanc enim vocem, aut ipsemet sepulchrum vertit, aut ab alio perperam ita versam reperit, cum eadem, ut supra diximus, originariè* memoriale *significet. Nec probat quidquam, quod ex Allatio aut fortè Sancti noſtri biographo supra adduximus, nempe* tandem sabæ monaſterium revertitur, *cum eumdem inibi mortuum non exprimat. Præplacet ergo, ubinam Sanctus noſter sepulchrum nactus sit, in incerto relinquere, quàm divinando meipsum erroris periculo exponere, aut si divinare in re maximè obscura liceat, magis Sanctum Antiſtitem Majumæ obiiſſe, ac sepultum eſſe arbitror, cum aut seipsum episcopatu abdicaſſe, nemo insinuet, aut, ut supra ex Majoribus noſtris dicebam, credibile sit, eum cum deceſſoribus suis episcopis sepultum, nec præter morem, usumque episcoporum adeo procul à sua sede conditum eſſe intervallo viginti quatuor, aut plurium leucarum.*

DE-

A D

DE BEATO DOMINICO LORICATO CONF.

ORDINIS CAMALDULENSIS SUAVICINII DIOECESIS SAN-SEVERINATIS IN PICENO.

Commentarius Prævius.

§ I. Beati cultus : memoria in Fastis sacris : gestorum compendium : quando & ubi natus sit : simoniacè ordinatur : fit discipulus S. Petri Damiani.

S. D.

AN. MLX. *B.* Dominici *in Suaviciniensi monasterio*

B

OPpidum Sancti Severini, *Italicè* San-Severino, *eodem ferè loco, quo olim Septempeda extitit, anno* 1198 *instauratum, Potenzæ seu Potentiæ fluvio, sex à Tolentino, sedecim à Macerata, & fere duodecim à Camerino milliaribus, inter exsurgentes hinc inde montes adjacet, suam, quam modò habet, S. Severino, istiusmet loci olim antistiti; debens nomenclaturam. Ad hujus oppidi, anno* 1586 *à Sixto V episcopali sede condecorati, diœcesim à Camerinensi mox translatum est Suavicinium, seu, ut hodie dicunt, Sanuicinum, celeberrimum olim omni disciplinarum genere Ordinis Camaldulensis unà cum adjuncta eremo monasterium; & quidem, si credimus Annalibus Camaldulensibus, qui anno* MDCCLVI *auctoribus J. B. Mittarellio & D. A. Costadono haud parvo orbis litterarii emolumento Venetiis prodiere, constructum fuit anno circiter* MXLVIII *ab ipso Petro Damiano, Ordinis Camald. propagatore longè meritissimo*, juxta Suavicinam, *undè unà cum eremo denominatur*, rupem, *teste in Vita Petri Damiani cap.* VII *Joanne Laudensi*, 10 *circiter ab urbe S. Severini & totidem à Fabriano milliaribus. Qui fusiorem hujus monasterii, adjunctæque olim à Damiano eremi notitiam desiderat, adeat præfatos Annales Camald., ac crebrò in iis citatum Turchium canonicum Apyranum; nobis enim sufficerit locum more nostro aliquatenus indigitasse.*

C

cultu, & à martyrologis, hìc recitatis, memorati,

2 *In præfati itaque monasterii, quæ hodiè ex eodem sola supereſt, ecclesia, uti sæpius in visitationibus suis, de quibus infrà* § III, *agnovere episcopi San-Severinates, sacrum* Dominici Loricati, *qui eidem monasterio, ut infra videbimus, à Damiano præpositus fuit, corpus asservatur, cultuque illic in Ordine Camald. & apud vicinos populos, trium præsertim castellorum, Apsri, Ficani, & Vallis Castri, gaudet antiquissimo, uti* § III *videre est. Meminere passim hujus Beati Fasti Benedictini, ipsumque etiam Martyrologium Romanum hodiernum hisce verbis :* Eodem die, *nempè pridie Idus Octobris*, depositio beati Dominici Loricati. *Prolixiora hujus elogia videri possunt in prædictis Fastis, & apud Ferrarium in Catalogo Sanctorum Italiæ ad hunc diem.*

E

gestorum synopsis

3 *Porrò* Dominici Loricati *gesta cunctos hæc legentes in stuporem rapiant, necesse est; imò nisi Petrum Damianum, Sancto huic non modò synchronum, sed etiam ejusdem quodammodò contubernalem ac magistrum spiritualem, scriptorem nacta essent, fidem propè excederent. Narrat hæc Damianus occasione mortis Rodulphi episcopi Eugubini epistolâ* XIX *ad Alexandrum II Pontificem, collectâ majori ex parte ex epistolis ad varios de* Dominici *gestis anteà datis; ubi, antequàm Vitam hujus conscribere incipiat, hæc præmittit :* Vir itaque Dei Dominicus pater & dominus meus antè annum defunctus est, cujus Vita si scribatur, vereor, nè fortassis à quibusdam fratribus incredibilis judicetur. Sed absit à me mendacium scribere. Nam qui veritatem pro viribus veraciter colo, commentum fallaciæ non admitto. Neque enim illud nos latet Apostoli, quod cum præmisisset : „ si Christus non resurrexit, inanis est ergò prædicatio nostra ; „ præstò subjunxit : „ invenimur autem & falsi testes „ Dei, quoniam testimonium diximus adversus Deum, qui suscitaverit Christum, quem „ non suscitavit, si mortui non resurgunt. „ In quibus apostoli sententiæ verbis, ut non diutius immoremur, in promptu lector intelligit, quoniam, qui vel Deum vel Dei servum mirabile quid fecisse, confingit, non

F

AUCTORE S. D.

modò fabricati præconii præmium non meretur, verùm etiam adversus eum, quem laudaverat, falsum testimonium protulisse convincitur. *Unde* Loricati *Acta quantumvis stupenda, fide tamen dignissima esse, vel ob solam Damiani authoritatem comprobatur.*

è tabella,

4 *Ut verò curiosus lector totius Vitæ prout à Damiano scripta est, statim ab initio hujus Commentarii compendium habeat, &, quæ inferiùs dicentur, clariùs intelligat, tabellæ, quam Faventiæ anno 1676 excusam Andreas Vallemanius Camald. SS. Hippolyti & Laurentii Faventiæ abbas in ecclesia Sancti* Dominici *appendi jussit, exemplar, ab eodem prædecessoribus nostris transmissum, hic exhibeo, ut sequitur.*

Dominicus Loricatus ord Camald.
in flagella paratus. Psal. 37.

Dominicus à lorica ferrea, qua ad carnem præcinctus jugiter erat Loricatus dictus, clericatûs in ordine Deo militavit : dein monachum indùit : arduum austeriſſimæ vitæ, tamquam bellator intrepidus, arripuit institutum. Tota ejus vita prædicatio & ædificatio; doctrina erat & disciplina, ac unius cum triplici hoste conflictus; corde & corpore validè præmunito. Duobus ferreis circulis erat in ipso corpore cinctus; duobus per brachiorum armos arctatus, totidemque in cruribus & coxis; alterâ insuper Loricâ, sindonis more, subſtrata lateribus.

indefessum ejus orandi studium,

5 Vigiliæ, inediæ, aliæque asperitates adeò fuere graves, & diutinæ, ut mirum sit, advivere potuisse. Vix ulla dies transiit, quin duo psalteria modulando, utraque manu virgis armata, nudum corpus allideret incessanter. Et hoc quidem remissiori tempore. Crebrò centum annorum suscepit pœnitentiam : nempè, trecentûm mille disciplinarum ictus, unà cum modulatione, ac meditatione centum quinquaginta psalmorum, bis decies repetita : eamque intra sex dies explebat. In Quadragesimalibus verò circulis pœnitentiam mille annorum suscipiens, eodem complebat tempore. Sæpè duo psalteria, ſtando continuabat; ita ut neque interim sederet, nec vel ad momentum à percussionibus, incredibili mentis fervore, cessaret.

asperum vitæ genus;

6 Extensis in modum crucis brachiis, ne quidem paulisper deponens, orabat plurimum. Consueverat etiam, ad omnes totius psalterii quindenos psalmos centies genua flectere cum illo ferreæ vestis pondere. Cum autem ista perageret, nocte vel die dormire non vacabat : sed dum genua flecteret, contingebat aliquando, caput terræ deponeret : & sic nudo repentè somnum obrepere; quo solo contentus erat. Divinus ignis, in ejus pectore jugiter æstuans, non sinebat, à spiritualis exercitii labore quiescere. Incurva senectus licet eum deprimeret, & crebris languoribus contabesceret, semper tamen invictus, indefessus. Indifferenter omnes corporis partes flagellis cædebat, etiam caput, oraque ipsa. Ideo vultus ejus, scopis ità attritus, ac sulcantibus quibusdam vibicibus livefactus videbatur, tamquam si pilâ fuisset contusus. Sanctus senex, laboribus jam attritus, atterere se voluit usque in finem.

Petri verò Damiani de corpore defuncti sollicitudinem,

7 Sexta itaque feriâ per continuum diem vix desiit, vel modulandis psalmis insistere, vel corrigiarum se ictibus flagellare. Nocte verò cœpit gravioribus stomachi, capitisque cruciari doloribus. Tandem post decursum nocturnæ synaxis officium, post matutinos hymnos, cum prima jam hora à fratribus, qui aderant, sibi cantaretur, pridiè Idus Octobris, A. D. 1061 obiit, abiitque virgo in cœlum. Ne sacrum ejus corpus à vicinis monachis (Vallis Castri) raperetur, in eadem, in quâ defunctus erat, cellula, defossa humo, celeriter obruerunt. Sed nona die, altera sanctâ Dominicâ, è Roma ad eremum illam adveniente S. Petro Damiani Cardinale (sub cujus disciplina militaverat) ejus jussu indè sublatum, sanum, illibatumque repertum, eadem die reverenter fuit in capitulo reconditum; postea suprà altare in pariete in ipsa ecclesia ad radices montis Sanuicini.

& de virtutibus æstimationem edocente, exhibetur.

8 Adeò erat in sanctitate sublimis, ut eum diceret ipse S. Petrus Damiani, doctorem meum, magistrum meum, dominum, ac illuminatorem meum. Inclyte Christi miles, verò tota hæc vita facta est tibi parasceve crucis; at in altera festivus, & splendidus æternam celebras gloriam resurrectionis : ferrea Loricâ eras hîc præcinctus; nunc verò niveis angelicæ gloriæ vestibus decoraris; & victoriarum tuarum titulis ornatus æterna laude triumphas. Ex S. Petro Dam. l. 1 ep. 19, l. 6 ep. 30, l. 7 ep. 19. *Ita tabella hæc; verùm, utrum annum* 1061 Dominici *emortualem rectè assignet, infra examinabitur : modò lubet à Beati natalibus rerum gestarum seriem chronologicam exordiri.*

Annus illi natalis non 995,

9 *Mittarellius tom.* 1 *Annal. Camald. pag.* 197 *& seq. cum Jacobillo tom.* 11 *SS. Umbriæ pag.* 336 Loricatum *anno circiter* 995 *in lucem editum asserit his verbis :* Dominicum postea Loricati agnomine donatum, ortum circa annum nongentesimum-nonagesimum quintum tradit Jacobillius; id sine authoritate assertum fuisse à Jacobillio scribit Octavius Turchius canonicus perinsignis collegiatæ ecclesiæ Apiri, & eruditus vir, amicissimus noster, qui 1749 vitam ejusdem Sancti Dominici exaravit. Verùm cum ex una parte & ipse Turchius intra decennium illud, quod interfluit ab anno 990 ad 1000 nativitatem constituat Dominici; ex altera autem Dominicus sexagesimum excessisse vitæ annum clarè dicatur à Damiano, hic enim postquam contra sedentes in divinis officiis oppositisset exemplum Gezonis sexagenaria jam circiter ætate grandævi, subdit : „ alius quoque nobiscum fuit ætate provec„ tior, qui jure Dominicus vocabatur; „ conficitur, ipsum Dominicum, qui obiit anno 1060 superasse eo anno sexagenariam Gezonis ætatem, & attigisse circiter sexagesimum quintum vitæ annum; ergo præterpropter hunc annum 995 in lucem editum ipsum fuisse, Damiani authoritate comprobatur. *Ita ille.*

sed hoc prior aliquis;

10 *Et reverà* Dominicum *anno* 1060 *obiisse cum Mittarellio infrà sustinebimus, verùm, dum*

A *dum obiit, sexaginta quinque dumtaxat annos habuisse, adeoque anno præter propter 995 natum esse, ex Damiano minimè videtur constare; nam, præterquam quod Damianus in textu suprà à Mittarellio adducto omninò sileat, quantùm Dominicus Gezonis ætatem superaret, nec ullibi, quo anno natus sit, exprimat, aliis in locis plures ei annos tribuere videtur; in Vita enim* Dominici *num.* 6 *ità scribit:* Nunc ad Dominicum, de quo cœperat, sermo recurrat. Enimverò, cum hunc jam & incurua senectus deprimat &c. *& num.* 11 *in Epistola ad Joannem priorem, dum juvenculum quemdam fratrem in exemplum proposuisset, mox subjungit:* Habemus & alterum provectioris ætatis, incurvum videlicet senem, & ut tibi secretè confitear, hic Dominicus est. *Si igitur Mittarellius Annal. Tom.* 1. *pag.* 420, *ut probaret, S. Romualdum ampliùs septuaginta annos vixisse, contrà Bollandum inter alia hoc insolubili, ut ipsi videtur, rectè utatur argumento, quòd Romualdus à Damiano* longævus decrepitæ senectæ *dicatur, & nobis tutò concludere licet,* Dominicum Loricatum, *quippe quem idem*
B *Damianus* incurvum senem, & quem incurva senectus deprimit, *appellet, ampliùs sexaginta quinque annis, nil in contrarium faciente, vixisse, ac proinde, cum anno* 1060 *obierit, dudum ante annum* 995 *natum fuisse.*

neque Fulginium Dominicus Loricatus,

11 *Progenies* Loricati, *uti & natale ejus solum defectu monumentorum omnino nos latent. Asserit quidem Jacobillus loco suprà cit. Luceoli natum esse* Dominicum, *ea fortassè ductus ratione, quòd* Dominicus *jam monachus effectus eremum Luceoli, teste Damiano, primò incoluerit, verùm, ut unusquisque videt, potuit æquè facilè* Dominicus *ex loco quodam vicino aut etiam remotiore, quàm ex ipsa Luceolensi civitate & natales trahere, & Luceolensem eremum petere. Unde, cum Damianus nuspiam natalis Beati hujus soli meminerit, nec ipse Jacobillus ullum, quo assertum suum confirmet, argumentum adducat, huic ejus sententiæ, utpotè meræ conjecturæ parum fidimus. Erravit planè Angelus de Nuce, dum in Notis ad Chronicon Cassinense Leonis Ostiensis lib.* 11
C *pag.* 272, *num.* 5 Loricatum *Fulginii natum patre Joanne, matre Ampa scribens, hunc manifestè, uti advertit tom.* 1 *pag.* 198 *laudatus Mittarellius, confundit cum Dominico Sorano, qui Fulginii ortum habuit.*

sed Dominicus Soranus,

12 *Hoc licet etiam tom.* IV *Annal. pag.* 376 *animadverterit Mabillonius,* Loricatum *tamen à Sorano haud satis distinxit: nam ibidem loquens de beato Amico eremita ità habet:* Beatus Amicus eremita, qui tunc in monasterio Sancti Petri de Avellano, quod Sanctus Dominicus Loricatus extruxerat, Casinatibus concessum, demorabatur. *Idem asserunt Ciarlantus mem. hist. Samnii lib.* III *pag.* 254 *& Lubinus Not. abbatiar. pag.* 36; *verùm, ut rectè loco supra cit. habet Mittarellius,* Loricatum nescimus umquam exiisse fines Umbriæ & Piceni, sed semper vel Luceoli vel in monasterio Sanctæ Crucis de fonte Avellano vel in illis Conjunctuli vel Auximi vel in Suavicina eremo commoratum fuisse; adeoque scimus ad ipsum non spectare constructionem monasterii Sancti Petri de Avellano positi in territorio Triventino, ubi propiùs vixit Dominicus Soranus, qui teste Alberico monacho Casinensi in ejus Vita paulò ante ejusdem obitum scripta apud Gastolam Hist. Casinen. p. 1. pag. 238 „ rogatus „ à Burello majore in Sangro construxit cœ„ nobium, quod ab enormi arbore Avella„ na, quæ juxtà clim constiterat, Sancti „ Petri de Avellana nuncupationem accepit „. AUCTORE S. D. D

13 Æquivocum Avellanæ nomen erroris Mabillonio & cæteris ansam præbuit, sed Avellanæ, quam incoluit Dominicus Loricatus, titulus erat Sancti Andreæ, vel Sanctæ Crucis, non autem Sancti Petri. Præterea Amicus eremita anno 1039 jam habitabat in monasterio Sancti Petri de Avellana, ubi ec anno divinitus rescivit obitum Hugonis abbatis Farfensis, quod dotatum atque constructum jam fuerat à Burello anno 1026. Spectat ergo ipsius cœnobii fundatio ad Dominicum Soranum, qui defunctus fuerat anno 1031, non ad Loricatum, qui iis annis nondum exierat ab eremo Luceoli, in qua, teste Damiano, „ per plurimos vixit an- E „ nos „ ab ea non egressus, nisi tempore, quo Petrus Damianus Fontis Avellanæ præfecturam susceperat, post annum nimirum 1043, *ut infrà dicetur.* *natale solum habuit.*

14 *Porrò* Dominicus, *teste Damiano, post aliquot annos in clericatu seculari exactos simoniacè, datâ episcopo à parentibus ejus hircinæ pellis aluthâ, in Sacerdotem ordinatus, ut hanc labem elueret, monachum induit, ac eremiticam vitam amplexus est: hæcque omnia à Mittarellio, si rectè annum* 995 *natalem* Loricati *statuat, rectè quoque anno* 1025 *innecti, exinde probatur, quod antè trigesimum ætatis annum, id exigente illius temporis ecclesiæ disciplina, (vide Thomassinum de nova & veteri ecclesiæ disciplina p.* 1 *lib.* 11 *cap.* LXX *num.* 1) *modò punctum hoc simoniacus episcopus observârit, sacerdotio initiari nemo licitè posset, ac* Dominicus *presbyter eo modo effectus, haud diu post, (nondum enim, ut ex Damiano num. seq. citando constat, Missam celebraverat) scelere mox agnito, mo-* F *nachum induisse videtur. Utrum verò Simoniacum hoc pactum, conscio vel inscio* Dominico, *initum fuerit, modò dispiciamus.* *Simoniacè ordinatus,*

15 *Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, & Lectiones breviarii monastici, quibus nonnulli alii adstipulantur, inscio* Dominico *à parentibus episcopum corruptum fuisse, affirmant. Conscium fuisse, tradit Jacobillus; verùm, priusquam litem hanc decidamus, juvabit ipsum audire Damianum, qui ità habet:* Dominicus itaque, cum esset in sæculo clericus, quia tunc simoniaca vigebat hæresis, quæ & nunc utinam prorsus esset extincta, ut presbiter fieret, à parentibus ejus data est episcopo hircinæ pellis alutha, quia, sicut Apostolus ait, diligentibus Deum omnia coöperantur in bonum, hæc una beati viri culpa multorum bonorum probatur extitisse materia, nam hoc pavore perterritus, contempsit sæculum, induit monachum, arduumque mox eremiticæ vitæ tamquam bellator intre- *ac criminis patrati conscius monachum eremitam*

AUCTORE S. D.

pidus, arripuit inſtitutum. Sed quià malè promotus eſt, donec advixit, ſacroſancti altaris uſurpare miniſterium non præſumpſit. *Hanc unam, ut loquitur Damianus, Beati Viri culpam, quamquam non de propria, ſed de aliena, parentum videlicet, explicari poſſe loco ſuprà cit. ſcribat Mittarellius, cum equidem Damianus, qui alioquin totus in* Dominici *laudes effunditur, eumdemque aliis in exemplum proponit, hanc ab eo labem, quod facile ei fuiſſet, haud abſtergat, ſimoniacam hanc largitionem & conſcio & conſentiente Dominico, maximè* quòd tunc ſimoniaca vigebat hæreſis, *peractam fuiſſe, cum Jacobillo exiſtimamus.*

in Luccolenſi probabiliùs monaſterio induit,

16 *Ubi autem* Dominicus *primùm monachum induerit, nusquam reperio; verùm cum Damianus, poſtquam* Dominicum, *monachum jam effectum, arduum mox eremiticæ vitæ inſtitutum arripuiſſe narravit, de eremo Luceolenſi, ac diſciplina ibidem vigente ſermonem mox ſubjungat, & in eadem eremo* Dominicum *ſub magiſterio Joannis de monte Feretro per plurimos vixiſſe annos, diſertè ſcribat, Jacobillus* Dominicum *in ipſo Luceoli monaſterio eremiticæ vitæ fundamenta primùm*
B *poſuiſſe, haud infundatè tradit.* Putat tamen Turchius, *uti tom. 1 annal. pag. 417 ſcribit Mittarellius*, qui ea loca luſtravit, monaſterium Sancti Nicolai propè Cantianum fuiſſe locum incolatûs Sancti viri, ex quo ſe receperit mox in proximam Luceoli eremum. Oppidanorum etiam traditio fert, in parvo monte ponè eccleſiam ſuprà dictam Sancti Nicolai, antiquitùs decem & octo monachos in totidem cellas incluſos vixiſſe, eique eccleſiæ monaſterium contiguum adhæſiſſe, atque illius cœnobii memoriam apud Damianum extare; & reverà viſitato monte, quem incolæ Colmetranum appellant, reperit idem Turchius parvas plateas circa ipſum montem, ſuper quas veri ſpeciem habet, conturrexiſſe cellas ipſas; *ita ut hæc Turchii ſententia haud omninò improbabilis videatur.*

indèque multos poſt annos, non verò, antè annum 1043,

17 *Ut ut autem ſe res habeat, id certi ex Damiano habemus,* Dominicum *poſt multos annos in Luceolenſi eremo ſub diſciplina Joannis de monte Feretro exactos, ſolitudinem Avellanenſem, ut ibidem ſeſe ipſius Damia-*
C *ni magiſterio ſubderet, petiiſſe; hancque* Dominici *transmigrationem ante annum 1043 fieri haud potuiſſe contrà Jacobillum, qui hanc novem annis citiùs ponit, prætendit Mittarellius Annal. tom. 11 pag. 88 in hunc modum:* Ante præſentem annum, *nempe* 1043 Dominicus Loricatus, qui primum „ pluri- „ mos annos vixit ſub magiſterio Sancti „ Joannis de monte Feretri „ & tantum „ „ longè poſt „ eremum Luceoli, eodem Joanne permittente dimiſit, non potuit Damiano adhærere in ſolitudine Avellanenſi; eo enim anno ſe diſciplinæ Damiani ſubjecit, quo tamquam „ monachus Abbati „ & tamquam „ cliens ſe ſubjugaret; „ id quod intelligi nequit, niſi poſtquam Damianus habenas ſuſcepit regiminis cœnobii Avellanenſis . . . . quare Jacobillius non eſt audiendus, qui ſcribit tranſmigrationem hanc Loricati accidiſſe anno 1034; quo, ut ſatis abundè probavimus, Damianus vix vel recèns ſæculo valedixerat, & prima dumtaxat vitæ monaſticæ rudimenta excipiebat in cœnobio Avellanenſi; meliùs Turchius qui adventum Loricati ad fontem Avellanæ refert ad annum 1044. *Hæc Mittarellius.* D

ut ex Prologo Vitæ S. Romualdi, quam ſcripſit Damianus,

18 *Et reipſa Damianum anno* 1043 *nec poſt ſequentem ſolitudinis Avellanenſis regimen ſuſcepiſſe, ſequentia evincunt argumenta: tempore, quo Damianus in monaſterio San-Vincentiano exiſtens Vitam Sancti Romualdi conſcripſit, tria ferè luſtra ſeu quindecim anni (quæ neſcio, qua ratione Rubeus ad tredecim contraxerit) à Sancti hujus obitu excurrerant, ut in Prologo Vitæ ejuſdem, quam Bollandus ad diem* VII *Feb. edidit, ipsemet Damianus teſtatur: undè, cum Sancti Romualdi obitus ad annum* 1027 *communiter referatur, ſequitur, ſi quindecim annos ſuperaddas, annum, quo Vitam Sancti Romualdi ſcribebat Damianus, fuiſſe ipsius ævi* 42: *jam verò cum Damianus non niſi poſt reformationem in monaſterium Sancti Vincentii introductam, inde revocatus fuerit à proprio abbate, hocque mortuo, ut diſertè in Vita Damiani, quam ad diem* 23 *Feb. Henſchenius edidit, teſtatur Joannes Laudenſis, præfecturam eremi Avellanenſis dumtaxat aſſumpſerit, hoc ante annum* 1043 *fieri vix potuiſſe, nemo non*
E *videt.*

& ex binis hujus ad Gebehardum archiepi. Ravenn. epiſtolis evincitur,

19 *Extitiſſe verò præfatæ eremi ſeu priorem, ſeu, ut mavis, Abbatem ante mortem Gebehardi archiepiſcopi Ravennatis, probant binæ, quas ad eumdem dedit ipse Damianus, epiſtolæ, in quarum priori ità ſcribit:* Pauperculum locum ad regendum ſuſcipiens, qui prius per memetipſum ſolummodò pauper extitit, nunc per tot pauper effectus ſum, quot regendos ſuſcepi. *Obiit autem prædictus Gebehardus anno* 1044, *uti in ſepulchrali ejus in monaſterio Pompoſiano marmoreo lapidi inſculpta inſcriptione, quam part.* II *Pontificum Ravennat. pag.* 97 *& ſeq. exhibet Andreas Agnellus, & Muratorius tom.* II *part.* 1 *pag.* 207 *recudit, legitur. Hinc pariter conſectarium fit, quod ſuprà diximus, non potuiſſe Damianum eremi Avellanenſis regimen poſt annum* 1044 *adire, imò, ſi Bollando credimus, qui prædictum Gebehardum* XVI *Fe-*
F *bruarii die ejusdem anni* 1044 *in Comment. prær. ad Vitam Sancti Petri Damiani ſuprà cit. obiiſſe ſcribit, vix ampliùs dubito, quin Damianus jam anno præcedenti, ut etiam vult Mittarellius, præfatæ eremi regimen ſubierit.*

ſeſe ad Damianum conferens, anno mox dicto,

20 *Hoc jam poſito, cum Damianus, dum* Dominicus *ipſum acceſſit, ut loco ſup. cit. Mittarellius contra Jacobillum rectè probat, abbas loci reverà eſſet, non potuit hæc* Dominici *transmigratio ante annum* 1043 *ſtatui. Utrum verò Mittarellius ſicuti & Damiani prælaturam, ità & hanc* Dominici *transmigrationem anno mox dicto rectè innectat, ex infrà dicendis patescet; priùs autem ipsum audiamus Damianum, qui Opuſc.* L. *cap.* 14 *ad Blancam comitiſſam ità ſcribit:* Utinam daretur tibi nunc dominum videre Dominicum, qui, quod imperitæ linguæ conamur officio, ipſe efficaciori luculentiſſimæ vitæ doceret

&

A & informaret exemplo. Hic denique à tribus jam circiter annorum luſtris loricâ ferrea veſtitur ad carnem, duobus autem ferreis circulis in corpore cingitur, duobus item per brachiorum armos arctatur.

hujus se disciplinæ subjecit.

21 *Opuſculum autem hoc Damiani ad Blancam ad annum* 1059 *referri debere ità demonſtro : Nicolaus II ſub finem anni* 1058 *in Pontificem electus ſeu ante, quod putat Mabillonius, ſeu poſt conſecrationem ſuam, Romæ menſe Januario anni ſeq. peractam, quod probabilius cum Mittarellio opinor, Damianum, quem recenter episcopatu Velitrenſi inſignierat, Mediolanum ablegavit, ut hic graſſantes Nicolaiticam & Simoniacam hæreſes exſtirparet. Dum Mediolani moratur Damianus, amicitiam contrahit cum variis tum viris tum fœminis, inter quas eminebat Blanca, quæ, relicto comitatu, ampliſſimiſque proventibus cùm aliorum exemplo, tum maximè Damiani monitis in monaſterium ſeceſſerat. Re ergò ex voto peracta, Mediolanum linquit Damianus, (contigit hoc neceſſariò ante vel circà initium menſis Aprilis anni ejusdem* 1059, *nam hoc menſe interfuit Romæ celebri centum ac* 13 *episcoporum Concilio) & aliquantò pòſt fortè ex quadam, in quam tum in via ſeſe receperat, eremo eidem Blancæ recenter cœleſti*

B *Sponſo junctæ præfatum miſit opuſculum, ſaluberrimis refertum monitis, in quo* Dominicum qui à tribus jam circiter annorum luſtris loricâ ferreâ veſtiebatur ad carnem, *in exemplum proponit. Subtractis itaque ab anno, qui currebat,* 1059 *tribus luſtris ſeu* 15 *annis, conſequitur* Dominicum *anno* 1044 *loricam induiſſe; adeoque, cum* Dominicus, *dum hanc induit, jam aliquamdiu ſub Damiani diſciplina militaret, nequaquam dubito, quin anno antecedenti, mox nempe, ut Damianum eremi Avellanenſis regimen ſuſcepiſſe, intellexit, ſeſe illò contulerit.*

§ II. Austerum invenit pœnitentiæ genus : Fit Prior eremi Suaviciniæ ; quando ? Annus emortualis.

C

Inusitatæ, quam primò induit, loricæ

LOricâ *jam indutus* Dominicus, *ut Simoniæ crimen veſtem episcopo donando contractum magis magiſque expiaret, variis inſuper circulis ferreis corporis ſui membra adſtrinxit. Non fuit tamen* Dominicus *ſolus, qui in eremo Avellanenſi erat loricatus, nam alii complures, ut teſtatur Damianus in lib. de ſuæ Congregationis inſtitutis opusc.* XV *cap.* XIV, *Loricas ferreas geſtabant ; verùm vel id præſtiterunt,* Dominici *exemplo excitati, vel ut tom.* 11 *Annal. pag.* 94 *rectiùs habet Mittarellius,* Nullus videtur eas geſtaſſe vel ponderoſiores vel diuturniore tempore, quam fecerit ipſe Dominicus, undè meritò antonomaſticè cognominatus fuit Loricatus . . . hinc inter cæteros eremitas, quos ære cælarunt Sandelarii fratres typis Antverpianis Erneſti Wander anno 1591 ſub imagine Sancti Dominici ſequentes verſus leguntur : AUCTORE S. D.

D

„ Quæ mihi cognomen tribuit Lorica juventam

„ Et Senium afflixit nocte dieque premens ;

„ Sic ſcelus admiſſum non nota fraude piavi,

„ Sic cœlum merui, ſic fruor ipſe Deo. „

aliam superinduit, ac dirè corpus flagellans, multosque ad sui imitationem provocans,

23 *Præfatæ, quam ad mortem uſque geſſit, Loricæ, aliam adjunxit, quam lateribus ſubſtratam poſt ejus obitum diſcipuli repererunt : & hocce pondere jugiter preſſus* Dominicus *totum corpus ſuum maximè inter pſalmodiandum, uſque dum vixit, ita flagellare haud deſtitit, ut vix concipias, qui tamdiu advixerit. Obſervat hîc Mittarellius ex Thierſio pag.* 23 *& Paciaudio in ſuis* de cultu Sancti Joannis-Baptiſtæ antiquitatibus Chriſtianis, Dominici Loricati *exemplo, & Sancti Romualdi ac Petri Damiani hortatu conſtitutas fuiſſe* per Italiam ſodalitates piorum hominum, qui pœnitentiæ causâ verberibus ſe afficientes, & ſcuticis, virgis, flagellis ad hoc idoneis ſe cruentantes vulgò DISCIPLINATI appellati fuere : *imò* hujus Sancti ſenis exemplo, *inquit Damianus*, faciendæ diſciplinæ E mos adeò in noſtris partibus inoleuit, ut non modo viri, ſed & nobiles mulieres hoc purgatorii genus inhianter arriperent. Nam & relicta Tethbaldi, ſublimis utique generis & non infimæ dignitatis, mihi aliquandò retulit, per præfixam hujus diſciplinæ regulam centum annorum, ſe pœnitentiam peregiſſe.

100 ac 1000 annorum invenit pœnitentiam,

24 *Pœnitentiæ quoque centum ac mille annorum & inventorem & auctorem fuiſſe* Loricatum, *in hujus Vita teſtatur ipſe Damianus, dum ita habet* : Centum annorum pœnitentia, ſicut ipſo auctore didicimus, ſic expletur *&c. Ut vero curioſo lectori hoc pœnitentiæ genus meliùs innoteſcat, & qua occaſione in* Loricati *manus venerit, quàm avidè arripuerit, expleveritque, lubet iteratò audire Mittarellium, qui tom.* 11 *annal. pag.* 136 *ſic ſcribit :* Cartula quædam fortè ad F manus Dominici Loricati pervenit, ut inferius videbimus, in qua adnotatum erat, duodecim pſalmos vigeſies quater brachiis extenſis & elevatis in modum crucis recitatos compenſare unius anni pœnitentiam. Modum hunc is, qui erat patiendi avidissimus extemplò arripuit Dominicus, vigeſies quater vel ſex, ut eſt in textu, quotidiè canens duodecim pſalmos ſine ulla manuum demiſſione, aliquandò eamdem ſervans brachiorum extenſionem toti pſalterio alterum adjungebat defunctorum, & tertium quandoque manibus ſemper elevatis inchoare proponebat.

quam avidè arripit,

25 Altera peccatorum redemptio obtinebatur pſalmorum recitatione, ſimulque conjuncta flagellatione. Tempus perſolutionis decem pſalmorum, ut videbimus ex Damiano, admittebat mille flagrorum ictus, ter autem mille recitatio triginta pſalmorum, & his poſtremis adimplebatur unus annus pœnitentiæ.

AUCTORE S. D.

nitentiæ. Totum proindè psalterium, quod excipiebatur quindecim mille percussionibus, A satisfactio erat pro quinque annis; viginti autem psalteria compensabant pro centum annis, & tempore eorum modulationis infligebantur tercenties mille flagrorum ictus. Crebrò pœnitentiam centum annorum suscipiebat Dominicus; imò aliquandò sibi imponi rogabat illam quoque mille annorum. Hæc persolvebatur ducentis psalteriis & ter decies centenis millibus percussionibus. Porrò tam longum & grave supplicium quadragintà diebus complebat, satisfactionem autem centum annorum curriculo sex dierum & noctium; cum verò tot annorum cruciatum non assumebat, quotidiè duo, aliquandò tria, ut quadragesimarum tempore, nunc octo & etiam novem psalteria decurrebat; una vice ad experimentum faciendum duodecim psalteria unà cum adjuncta flagellatione intrà unius diei & noctis spatium persolvit.

expletque.

26 Et hæc psalmorum recitatio Dominico erat opus supererogatorium, nam primùm intererat cum cæteris fratribus matutinæ synaxi & horis canonicis, quæ in choro B modulabantur, culparum confessioni, quæ simul cum flagellis in capitulo siebat. Præter flagrorum usum, qui erat irremissus in Dominico, & quidem ad aliorum differentiam, utraque manu vel scopis vel scuticarum corrigiis armata, quandò incolumitate fruebatur, centies per quodlibet psalterium; millies pariter quotidie prosternebat corpus suum ad terram, nil pondere vel austeritate Loricæ retardatus, & flocci pendens circulos ferreos, quibus adstringebatur, quorum duobus brachia, duobus renes, & progressu temporis aliis duobus tibias, duobusque coxas præcingebat. *Ità fidelis Damiani interpres Mittarellius: alia disciplinarum genera, quæ observavit* Loricatus, *ex Actis, hisque subjectis Annotatis lector cognoscet.*

Prior à Damiano,

27 *Inter has vitæ austeritates haud tamen perpetuò in monasterio Avellanensi inclusus* C *mansit* Dominicus, *sed, teste Damiano, aliquandò egrediebatur ad seculum, ut, dum judicem Auximanum interpellavit; quandoque in monasterio Conjunctuli morabatur, fixumque demùm in monasterio Suavicini montis domicilium habuit; & quidem hujus postremi loci jussu Damiani* Dominicum *prioratum gessisse, indicare videtur idem Damianus, cum Opusc.* LIII *cap.* IV *Suavicinienses ad patientiam hortatus* Dominico *scripsit* & cæteris fratribus, qui in Suavicini montis eremo commorantur; ubi, *inquit tom.* II *pag.* 212 *Mittarellius,* dum Dominicum à ceteris fratribus distinctum singulariter nominat, id se non alia ratione fecisse tacitè innuit, nisi quià loci hujus regimen haberet. *Quandonam verò præfatæ eremo* Loricatus *à Damiano præfectus fuerit, nusquam lego. Existimat nihilominùs Turchius, si non ab ipsa statim eremi fundatione, saltem quàm primùm id factum, annoque circiter* 1056, *suffecto in locum ejus Joanne, ad quem Damianus epistolam scripsit, solitudinem Avellanensem, cujus partim in monasterio, partim in Conjunctulo vixerit, repetiisse, ac demùm, ingravescente ætate, eremum Suaviciniam, ut ultimum ibi diem clauderet, denuò adiisse.* D

28 *Ut Turchius* Loricatum *ante annum* 1056 *vel* 1057 *eremi Suaviciniæ priorem extitisse, quodammodò evincat, adducit factum Dominici, quod Damianus in Vita ejusdem num.* 10 *refert, cum fratre quodam pusillanimi, quem adhortatus est, ne ob flagellorum dolorem animo caderet: verùm, etsi factum hoc ante annum* 1056 *completum necessariò contigerit, (contigit enim, teste Damiano, Dominica die, ac festo Sancti Michaelis, quod intrà id tempus, quo* Dominicus *sub Damiano militavit, non nisi anno* 1045 *vel* 1051 *vel demum* 1056 *in Dominicam incidere potuit) inde haud sequitur,* Dominicum *monasterii præfecturam exercuisse; quid enim vetat, ut notat Mittarellius, si simplex monachus alteri pusillanimi stimulos addat? Ità pariter respondeo ad alterum Turchii argumentum de judice sacri palatii, quem pro tuenda quâdam eremi suæ possessione Auximi* Dominicus *interpellavit; præterquam enim quod hoc posterius factum etiam ad annum* 1059, *quo certè, ut mox probabimus, eremi priorem egit, referri queat, etiam* potuit, *ut loco sup. cit. ait Mittarellius,* Dominicus judicem Auximanum interpellare; quin eremi Suaviciniæ præsulatum gereret, hocce negotium ei cæteris fratribus committentibus, illectis ea spe, quod ob ejus nominis venerationem faciliùs concederetur, quod petebatur. E

si non antè

29 *Ut ut demum est, equidem anno* 1059, *quod dixi,* Loricatum *præfatæ eremi præfecturam tenuisse, convincitur ex præcitato Opusculo, quod de Patientia Damianus inscripsit:* Domno Dominico & cæteris fratribus, qui in Suavicini montis eremo commorantur, Petrus peccator monachus ultimam servitutem in Domino: *quod autem Opusculum hoc ad annum* 1059 *pertineat, ex eo disco, quòd Damianus in eodem, postquam* Dominicum *& cæteros fratres ad patientiam adhortatus fuerat, narret, quantum experiretur conscientiæ latratum ob vasculum argenteum, quod* F nuper *nempè Mediolani legatione fungens ibidem ab Abbate Sancti Simpliciani dono acceperat; hanc autem Damiani legationem anno* 1059 *innectendam esse, suprà probavimus.*

certò anno 1059

30 Dominicum *verò reverà eremi Suaviciniæ, non Sanctæ Mariæ Sitriæ priorem fuisse, contrà Jacobillum, Mabillonium, Machiarellium, Grandium, quique ceteris facem prætulit, Constantinum Cajetanum sustinet ac probat laudatus Mittarellius in hunc modum:* Opinionem propriam, *inquit tom.* II *pag.* 204, fulciri sibi plauserunt prædicti scriptores authoritate suprà relati Opusculi „ de patientia „ de quo mox verba fecimus, quodque titulum sequentem juxtà ipsos præfert: „ Ad Dominicum Loricatum „ Priorem Sanctæ Mariæ Sitriæ; „ verùm in codicibus Romanis non legitur hujusmodi titulus, quem de suo marte primus forsan epistolæ affinxit Cajetanus. Alteram erroris occasionem tribuit ipsa Damiani salutatio „ Domno Dominico & cæteris fratribus „

eremo Suaviciniæ, non S. Mariæ Sitriæ, præfectus est,

A „ bus, in sua vicini montis eremo commo„ rantur, Petrus peccator monachus ulti„ mam servitutem in Domino; „ quæ enim alia eremus montis vicini eremo Avellanæ, nisi Sitriensis, duobus tantùm milliaribus ab illa distans? Sed inferiùs probabimus, non disjuncta legi debere verba illa „ sua vicini „ montis eremo „ sed unica dictione: „ Suavicini montis eremo. „

uti ex genuino titulo Opusculi de patientia patescit.

31 *Inferiùs autem pag.* 212 *eremum Suavicini montis describens ità habet:* Sed priùs Joannem Laudensem scriptorem Vitæ Damiani audiamus „ in Camerinensi itaque dioecesi „ *inquit Cap.* VII „ aptum quemdam ad „ eremitarum habitacula locum juxta Sua„ vicinam rupem curiosus indagator (*nempe* „ *Damianus*) invenit, ibique congregatis „ fratribus, oratorio fundato, ordinatoque „ priore, sub quo famulari Deo deberent, „ rursum ad alium locum investigandum pro„ cessit. „ Ità in duobus Codicibus MSS. Vaticanis legi, testimonio clarissimi viri Petri Pollidorii asserit Turchius, qui & Sartium nostrum in eam rem laudat; quapropter errore Amanuensium, vel eorum, qui editiones procurarunt, malè legitur „ Juxta suam

B „ vicinam rupem „ minusque adhuc rectè invertit verba Fortunius legens: „ Juxta „ vicinam suam rupem „ perinde ac eremus Suavicinia non multum distaret ab eremo Fontis Avellanæ, vel de alia eremo Avellanensi proxima esset ibi sermo. Sic pariter legendus est titulus Epistolæ nuncupatæ „ Dominico & ceteris fratribus, qui in Suavi„ cini montis eremo commorantur „ non „ in sua vicini montis eremo „ ut habetur in editis; primusque errorem tituli hujus Epistolæ detexit abbas noster Andreas Vallemanius, *de quo nos suprà* § I., ut liquet ex Annotatione, quam sua manu scriptam conspeximus in exemplari Operum Damiani existente in Bibliotheca Classensi. *Ita sæpè laudatus Mittarellius.*

Sancti obitus,

32 *Major verò jam oritur difficultas in assignando* Loricati *anno emortuali, de quo varii variè sensere. Mittimus in primis Ferrarium, qui in Catalogo Sanctorum Italiæ ad hunc diem* contra omnem authoritatem, *inquit Mittarellius*, statuit ipsius mortem ad

C annum 1050. *Baronius autem Tom.* XI. *pag.* 209, *quem Jacobillus, Laderchius, aliique, qui Vitam* Loricati *ex Petro Damiani transcripsere, secuti sunt*, Dominicum *anno* 1061 *ad superos evolâsse existimavit. Mabillonius Sec.* VI *Bened. part.* II *pag.* 149, *cui subscripsit Fleurius, obiisse scribit anno* 1062: *alii aliter censuere. Ut itaque, quo, quæ dicemus, nitantur fundamento, lector cognoscat, lubet priùs quasdam, quas nobis suppeditat Damianus, temporis circumstantias in medium proferre: ac primò quidem obiit* Dominicus, *ut ad calcem Vitæ ejusdem ait Damianus, pridie Idus Octobris, quam diem Sabbati fuisse, probant sequentia ejusdem Damiani verba:* Sextâ igitur feriâ per continuum diem vix desiit, vel modulandis psalmis insistere, vel corrigiarum se ictibus flagellare. Nocte verò sopore depositio, suscepit antidotum, deindè cœpit angustiari, & de stomachi dolore graviter conqueri. Post decursum itaque nocturnæ synaxis Officium post matutinos Hymnos, cum prima jam hora sibi à fratribus, qui aderant, cantaretur, sanctum Deo spiritum reddidit.

qui vel anno 1060 *vel* 1066,

33 *Nonam quoque depositionis* Loricati *diem Dominicam fuisse, testatur Damianus his verbis:* Nos autem ipso die Dominico, quo eremum ingressi sumus, sanctum corpus inde (*ex cellula nimirum, in qua sepultum erat*) sublatum reverenter, ut dignum erat, in capitulo sepelivimus. Et cum nonus esset depositionis dies, prædictum corpus sanum illibatumque reperimus. *Tribus hisce circumstantiis quartam adde, quam etiam ex Damiano habemus, videlicet* Loricatum *uno circiter anno, ut infrà demonstrabimus, ante Rodulphum episcopum Eugubinum ex hac vita migrâsse. His ergò præhabitis, cum pridiana Iduum Octobris dies seu* 14 *Octobris, uti Guido Grandius cum Laderchio in Appendice sua disputans rectè probat, Sabbatho, &* 22*da, seu* 9*na post hanc dies Dominicæ correspondere non nisi anno* 1060 *vel* 1066 *potuerint, consectarium fit*, Loricatum, *cum anno* 1059 *adhuc in vivis ageret, alterutro è duobus hisce annis fato concessisse, & quotquot aliter senserunt, hallucinatos esse.*

E

fatente id, at mox negante Mabillonio,

34 *Animadvertit id in Annal. suis Tom.* IV *pag.* 632 *Mabillonius:* De anno, *inquit*, quo mortuus est Dominicus non levis est difficultas. Petrus ait eum „ ante annum „ defunctum, quàm ipse vitam Rodulphi Eugubini episcopi scriberet, quem anno MLXIII decessisse, paullò post videbimus. Atqui Dominicus, ex eodem Petro, è vita migravit pridiè Idus Octobris, & quidem, ut ex eodem intelligitur, die Sabbathi, cùm primæ horæ Officium recitaretur. Quod non nisi anno MLX vel MLXVI convenire potest. *Ità candidè nobiscum fatetur Mabillonius; verùm asserendo, Rodulphum episcopum Eugubinum decessisse anno* MLXIII *sibimet ipsi contradicit; nam si sic habeat, cum* Dominicus, *testante Damiano, uno circiter anno, antequam ipse Vitam Rodulphi ad Alexandrum II scriberet, defunctus esset, cumque Damianus mox, ut eodem Tom. pag.* 635 *num.* VII *ipse Mabillonius scribit, ut mortis Rodulphi nuntium accepit, Epistolam hanc de ejus conversatione & obitu, simul &* Dominici *scripserit, consequitur*, Dominicum *non anno* 1060, *aut* 1066 *quod suprà tamen rectè voluerat Mabillonius, sed anno* 1062 *ad superos evolâsse.*

F

necessariò contigit,

35 *Antequam vero determinemus, uter è duobus præfatis annis* Dominici *emortualis reipsà fuerit, lubet priùs audire Grandium, qui Appendicis suæ Dissert.* IV *pag.* 129, *refutatis Baronii & Laderchii sententiis, ità pergit:* Undè perspicuè patet, vel ad annum 1060 vel ad annum 1066 Loricati mortem esse referendam, ut invicem hæ circumstantiæ cohæreant, nempe ut dies XIV Octobris Sabbatho, & dies XXII Dominicæ diei conveniat. Sed anno 1060 id aliundè contingere non potuit, nam beati Rodulphi episcopi Eugubini mors, quæ (Damiano teste) anno sequenti post obitum Dominici Loricati contigit die XXVI Junii, in annum 1061

AUCTORE S. D.

incidiſſet, quo tempore nondum Nicolaus II Pont. max. è vivis exceſſerat, cujus mors die III Julii contigit, & menſe Octobris Alexander II à Cardinalibus eſt in Romanum Pontificem conſecratus; & tamen Alexandri II jam dudum regnantis tempore Rodulphum obiiſſe, patet ex dicta Damiani Epiſtola, in qua eumdem Pontificem ità alloquitur: » à vobis itaque nuper egreſſus, » cum Florentiæ urbis mœnia ſubii, nuntius » mihi mox repentinus occurrit, epiſcopum » ſcilicet Eugubinum eſſe defunctum &c. » ſupereſt ergò, ut Dominici Loricati obitus anno 1066 adeoque S. Rodulphi mors anno 1067 contigiſſe dicantur. *Ita ſe ſentire profitetur Grandius, verùm an rectè, dispiciamus.*

A

expenso Damiani contextu,

36 *Quandoquidem* Loricatus *uno circiter anno deceſſerit ante Rodulphum episcopum Eugubinum, invento hujus anno emortuali, hunc præcedens* Dominici *eſt. Pariter, cum Rodulphi mors, quæ anno sequenti poſt mortem* Loricati *contigit, neceſſariò, ut ex ante dictis patet, vel anno* 1061 *vel* 1067 *innectenda sit, sequitur Epiſtolam Damiani vel initio pontificatûs Alexandri II, vel dum jam per septennium sederat, (nam mense Octobri anno* 1061 *consecratus eſt,) scriptam eſſe; priùs verò quam Damianus Epiſtolam hanc de Rodulphi &* Loricati *morte conscriberet, præceperat ei Pontifex, uti ipsemet in fronte Epistolæ teſtatur,* Ut numquam ei litteras mitteret, quæ leve quid & oblivione dignum ac frivolum continerent, quas ſcilicet mox, ut lector transiliendo percurrerit, edax flamma conſumit, ſed tale ſemper aliquid ſcriberet, quod & ad ædificationem legentium ſuſcipi, & inter ſcripturas mererctur authenticas reſervari. *Deinde laudato hocce Pontificis zelo, Rodulphi Vitam ita incipit :* A vobis itaque nuper egreſſus, cum Florentinæ urbis mœnia ſubii, nuncius mihi mox repentinus occurrit, qui mihi diem medium in tenebras vertit, omniumque meorum viſcerum venas amariſſimæ legationis felle complevit; epiſcopum Eugubinum eſſe defunctum.

B

anno 1060 *videtur innectendus.*

37 *Præfatum itaque Alexandri præceptum, factum Damiano, ad initium ejusdem Pontificatûs, dum nempe Damianus Pontificis electionis occasione Romæ adhuc agebat, spectare, ex eo deducitur, quod, si ad remotiora ejus tempora, utputà si ad annum* 1066 *vel* 1067 *referatur, frustrà ac sine causa datum fuiſſet, cum certò sciamus, Damianum ab anno* 1061 *ad annum* 1066, *non unam sed plurimas, omnesque lectorem, quod præceperat Alexander, summè ædificantes Epistolas eidem destinâſſe.* È contra, *ut rectè Mittarellius ait,* simplicitatem naturamque magis redolet, ut prima vice Damiano discedenti *non, quod putavit Mabillonius, ut legato ad Florentinos, quod anno* 1063 *tantummodò contigit, sed ut, petito jam à Pontifice obtentoque commeatu eremos suas reviseret,* ab Alexandro ſibi conjunctiſſimo hujuſmodi præceptum fieret. *Iter itaque per Florentiam dirigens Damianus mox, ut ibidem Rodulphi obitum rescivit, Pontificis præcepto cœpit satisfacere.*

C

38 *Negat quidem loco sup. cit. Grandius Rodulphi mortem anno* 1061 *ſtatui poſſe, duabus potiſſimùm, ut videtur, ductus rationibus, ac primò quidem, quòd eumdem die* XXVI *Junii obiiſſe credat, ac proinde, ſi id anno* 1061, *contigiſſet eo tempore, quo Nicolaus II, qui* III *solum Julii die ejusdem anni deceſſit, adhuc in vivis erat : verùm consultis compluribus, qui de Episcopis Eugubinis tractant, Hiſtoriographis, unicum dumtaxat reperi, quem tom.* I *Ital. Sac. pag.* 635 *de Rodulpho agens citat Ughellus, Arnoldum videlicet Wion, qui lib.* II *de Ligno Vitæ pag.* 312 *idem, quod Grandius, aſſerit; sed, cum nullam omninò dicti sui rationem alleget, imò insuper Rodulphum anno* 1070, *quod nec Grandius ipse, nec alius quispiam, qui rem hanc maturiùs expenderit, facilè concedet, floruiſſe scribat, nudis hujusmodi aſſertis meritò diffidimus.*

Grandii argumentis semel, D

39 *È contrà Rodulphum eodem mense Octobri sequentis poſt obitum* Loricati *anni ex hac vita migráſſe, ipsemet inſinuat Damianus, dum in præfata ad Alexandrum Epiſtola num.* 15 *narrans miraculum, quod circà monachum quemdam, Michaëlem nomine, factum fuerat, ità habet :* Porrò autem in feſtivitate beatorum Apoſtolorum Simonis & Judæ, quam nuperrimè celebravimus *&c. Unde, cum prædictum feſtum incidat in* XXVIII *Octobris diem, sequitur, Epiſtolam hanc ad Alexandrum vel exeunte mense Octobri vel ineunte Novembri à Damiano datam eſſe : jam verò, cum Damianus Florentiam ingreſſus Rodulphi obitum ſtatim resciverit, neque haud diu, quin Alexandrum hujus rei certiorem redderet, calamum inhibuerit, consequens fit, Rodulphum aliquot ante dies ipso mense Octobri, minimè verò mense Junio, quod vult Grandius (incredibile enim eſt tam diu ùsque ad mensem nempe Novembrem ejus mortem latuiſſe Damianum), idque integro ab obitu* Loricati *anno fato conceſſiſſe.*

iterumque

E

40 *Neque magis premit, quod secundo loco adfert Grandius argumentum ex sequentibus, quibus Damianus Alexandrum alloquitur, verbis :* A vobis itaque nuper egreſſus, cum Florentinæ urbis mœnia subii, nuncius mihi mox repentinus occurrit, epiſcopum ſcilicet Eugubinum eſſe defunctum. *Nescio planè, qua ratione ex præfatis hisce Damiani verbis Grandius inferre potuerit,* Alexandri II jam dudum *imò ferè per sexennium* regnantis tempore Rodulphum obiiſſe. *Hæc quidem & sola, quantum mihi aſſequi licet, inde fluit consequentia, Rodulphi mortem aliquot, poſtquam ab Alexandro egreſſus eſſet, dies, non poſt annum vel annos (tantum enim temporis haud complectitur vox* nuper) *ad Damiani, jam Florentiam ingreſſi, notitiam perveniſſe; hunc autem Damiani ab Alexandro disceſſum ad initium Pontificatûs Alexandri, vix peracta ejus electione, quando nimirum, obtenta, ut eremos suas viſitaret, licentiâ iter suum per Florentiam direxit, referri poſſe ac debere, suprà demonſtravimus.*

refutatis,

F

41 *Prætereà, quod magis sententiam nostram firmat, Damianus è Gallica legatione, qua anno* 1062 *functus eſt, eodem anno redux, ad Ugonem archiëpiscopum Bisuntinum (hunc*

magis sententia nostra firmatur;

A (*hunc Baronius Valterum vocat deceptus fortè, ut notat Mabillonius, litterâ initiali* V) *litteras dedit contra ejus clericos, quos illàc pertranſiens in divinis Officiis, ipſisque, uti loquitur*, miſſarum terribilibus *sedere, observaverat. Hos itaque ut ad meliorem frugem revocet, proponit inter aliorum* Dominici Loricati *exemplum hisce verbis :* Alius quoque nobiſcum fuit ætate provectior, qui jure Dominicus vocabatur. Hic mihi confeſſus eſt, ſæpè ſe mille feciſſe metanæas per ſingulos dies, dum tamen ferreâ loricâ jugiter eſſet indutus ad carnem. *Dum ergo Epiſtolam hanc scribebat Damianus, jam* Dominicus *è vivis exceſſerat ; aliàs enim haud usus fuiſſet his verbis de præterito :* Alius quoque nobiſcum fuit, *sed de præsenti :* Alius nobiſcum eſt, *ut paulò superiùs de Gezone, adhuc tum in vivis agente, in eadem Epiſtola locutus fuerat : jam autem, cum Epiſtolam hanc haud diu poſt suum in Italiam reditum (vix enim credibile eſt, Damianum, tantum divini honoris vindicem, per quadriennium hoc sedendi vitium diſſimulâſſe) conscripserit, manifeſtum evadit*, B Dominicum *ante annum* 1066, *adeoque, ut ex suprà dictis patet, annò* 1060 *ad superos evolâſſe.*

tertioque, quod objici poſſet, argumento

42 Neque evincunt, *uti Mittarellius tom.* 11 *pag.* 226 *& seq. rectè scribit*, Epiſtolam hanc, in qua Damianus agit de Dominico & de Rodulpho, scriptam eſſe provectiori tempore pontificatûs Alexandri verba illa, quæ uſurpat Damianus de Loricato loquens „ Do„ minicus, inquit, cum eſſet in sæculo cle„ ricus, quia tunc simoniaca vigebat hære„ sis, quæ nunc utinam prorsus eſſet ex„ tincta „ quæ verba indicare videntur, peſtem simoniacam, licet nondum extinctam, aliquid tamen de priſtino furore remiſiſſe ; id quod, ait Sartius noſter, optimè congruit annis 1066 vel 1067 quibus jam effluxerat quinquennium, de quo loquitur idem Alexander in Epiſtola ad Gervasium epiſcopum Remenſem, quo ecclesia Romana, „ nunc „ callida tergiversatione, nunc hoſtili inva„ sione „ fuit „ oppreſſa „ minimè verò quadrat primordiis pontificatûs ejusdem Alexandri, cruentatis diro ſchismate Cadaloi.

à Mittarellio eruditè ſoluto,

43 Cui respondemus, ex iis quinimò verbis Damiani desumere licere, Epiſtolam scriptam fuiſſe ipsis initiis pontificatûs Alexandri, C quibus tum operâ præteritorum Romanorum Pontificum Clementis II, Leonis IX, Stephani IX, Nicolai II, tum Operâ etiam ipsius Damiani & Cardinalis Hildebrandi nonnihil resederat peſtiferum simoniæ virus. Alia etiam ex parte, cum hæc scripsit Damianus, nondum Cadalous electus fuerat antipapa, vel nondum pervenerat notitia ejus electionis, quæ contigit in Germania die vigesimâ octava Octobris anni 1061 in feſtivitate ſanctorum Apoſtolorum Simonis & Judæ, „ quam „ inquit idem Damianus in ipsa Epiſtola „ mus „ perrimè celebravimus „ neque omiſiſſet, attento more suo, aliquid de hujusmodi ſchismate illi etiam Epiſtolæ inferere, ſi annis 1066 vel 1067 fuiſſet ab eo exarata. *Ita sæpè laudatus Mittarellius.*

dub, quæ

44 *Facilè jam ex hac noſtra sententia in-*

telligi datur, quomodò Rodulphus Eugubinus episcopus Concilio Romano anni 1059 *reperiatur subscriptus ; hocque argumentum ut enervaret Grandius, ne obitum Rodulphi, qui septennio dumtaxat partim ut monachus, partim ut episcopus sub Damiano vixit, ante annum* 1067 *accidiſſe, fateri deberet, undequaque se vertens, Eugubinorum præsulum seriem apud Ughellum depravatam eſſe, aliumque quàm Rodulphum nomine, qui præfato Concilio subscripsit, vel duos Rodulphos comminisci coactus fuit.*

AUCTORE S. D.

Grandium premunt, argumenta

D

45 *Pariter intelligitur, qua ratione Damianus in Epiſtola, quam de sua ægritudine scripsit ad Rodulphum & Ariprandum monachos, modò de noſtro Rodulpho, quod magis puto, intelligi debeat*, decoretur tantummodò, *inquit Mittarellius*, titulo prioris. Narratur enim in ipsa, Leonem grandævum senem eremitam „ triſtem nimis fuiſſe de imminente „ prioris sui morte „ hoc eſt Damiani. Hujus tituli usurpatio tempus indicat anterius anno 1057, vel ſaltem tempus ejusdem anni, quo dimiſſo prioratu ad episcopatum & Cardinalatum provectus fuerat Damianus ; indicat quoque eo anno Rodulphum monaſticum ſchema jam induiſſe, quem necdum induiſſet, ſi poſt ſeptennium ab aſſumptione monaſticæ vitæ obiiſſet anno 1066 vel 1067. *Hæc itaque, &, quæ ſuperiùs contrà Grandium adduximus, argumenta faciunt, ut ab ejuſdem chronologia, quam & univerſim à ſcriptoribus Italis, Venetis præjertim, editis deſuper libris, impeti haud ignoro, hic recedamus.*

cum hac noſtra sententiâ facilè conciliantur.

E

§ III. Prima corporis tranſlatio; altera : Reliquiæ ubi colantur? Ejuſdem cum S. Dominico Prædicatorum patre confuſio.

F

Corporis Sancti è cellula, in quâ obierat, in capitulum ;

PORRÒ *Damianus tertio, ut ipſemet ait, poſtquam Romanis mœnibus, ubi tum fortè egerat, egreſſus eſſet, die, ut eremos ſuas peteret*, Loricati *obitûs nuntium obvium habens, quanta potuit indubiè celeritate ſeſe Suavicinium contulit, ac corpus Beati viri, quod* fratres, ne à vicinis monachis eorum raperetur è manibus, in eadem, in qua defunctus eſt, cellula, defoſſa humo, celeriter obruerant, *exhumari, ac ad capitulum tranſlatum*, reverenter, ut dignum erat, *ibidem ſepulturæ tradi juſſit. Putat tamen Mabillonius*, Loricatum *non in Suavicina, ſed in Avellanenſi eremo deceſſiſſe, dum ſcribit, Damianum paulò poſt ex cellula, in qua obierat, curâſſe in Fontis Avellanæ capitulum* Loricati *corpus transferri.*

dein sub Bonif. VIII *in novam Suavicinii eccleſiam.*

47 *Verum, cum eremi Suavicinæ, ut vidimus, Prior extiterit, ac proindè in hac ratione muneris ſui ordinariè reſidere debuerit, atque inſuper, quod plus facit, cum tempore Bonifacii VIII anno* 1302 *ſacrum* Dominici

AUCTORE S. D.

corpus in novam monaſterii Suavicini eccleſiam, in quâ & etiamnum requieſcit, è veteri
A *capitulo, ut mox videbimus, tranſlatum ſit, vix dubito, quin & in eadem eremo diem extremum clauſerit. Prædicto autem anno, quod dixi, corpus* Loricati *tranſlatum eſſe*, colligitur, *teſte Mittarellio*, ex ſequenti inſcriptione relata à patre Joanne Baptiſta Cancellotti S. J. lib. IV cap. XV in Hiſtoria urbis Sancti Severini apud Turchium p. 127.

SUB. ANNO. DOMINI. MILLESIMO.
TRECENTESIMO. SECUNDO. TEMPORE.
DNI. BONIFACII. PAPAE. OCTAVI.
MENSE. FEBRUARII. DIE UNDECIMA.
TRANSLATUM. EST. CORPUS. BEATI.
DOMINICI.

Unde, ut dixi, vix dubium relinquitur, quin ſacræ Loricati *exuviæ in capitulo monaſterii Suavicini, undè in eccleſiam tranſlatæ ſunt, à Damiano idcircò depoſitæ fuerint, quòd in*
B *eadem eremo obiiſſet.*

ubi ſuper illud, fortè Alexandri II juſſu, altare fuit erectum,

48 Quo verò tempore (*verbis utar Mittarellii*) ex diſpenſatione Apoſtolica altare fuerit ſuper ipſas erectum, defectu monumentorum nobis non liquet, id fortè contigit ſub Alexandro II, ſuggerente & ſtimulos addente ſcriptore ejus Vitæ Damiano. Hoc tantùm ſcimus, populos circumjacentes, & præcipuè incolas Caſtri Frontalis, quod eſt ad radices montis Suavicinii, protectorem ſibi conſtituiſſe tantorum meritorum virum, & copioſiſſimum beneficiorum largitorem, ita ut populi illi, cum à Deo aliquid in ſui utilitatem obtinere permaximè cuperent & cupiant, ſancto Dominico Loricato quodammodò imperent. Ejus ſacra lipſana publicè adorationi etiamnum adſervantur in eccleſia ipſius eremi, dicata quidem olim in honorem ſanctiſſimæ Trinitatis, ſed devoto populorum concurſu frequentata, & ob reverentiam ipſius Sancti corporis novam (*contigit id veroſimiliùs haud diu, poſtquam ſub Bonifacio* VIII *reædificata*
C *fuit*) ab ipſo accipiente nomenclaturam.

tranſlati particulæ quædam in eccleſia S. Annæ Frontalis,

49 *Sacrum verò, quod in præfata eccleſia requieſcit*, Dominici *corpus haud omninò integrum eſt; nam particulæ quidem multæ tempore præcipuè monachorum fuerunt avulſæ, ac per varia loca, ut cultus magis augeretur, diſtributæ.* Modica portio ejus reliquiarum, *teſte Mittarellio*, cuſtoditur in eccleſia Sanctæ Annæ, quæ eſt paræcialis Frontalis, ſuper aram Dominico ſacram, & inſuper temporibus anteactis in ſolemnibus ſupplicationibus deferebatur parvum miſſale, quod Dominico, ut communiter creditur, dono dederat Petrus Damianus ad uſum eremi Suaviciniæ. *Hujus Miſſalis, ſeu ut aliter vocatur, Sacramentarii exemplar à Turchio canonico Apirano fideliter tranſcriptum, ac Notis illuſtratum apud Mittarellium tom.* II *pag.* 309 *videri poteſt.*

quædam in Apirana & monaſterio S. Apollinaris, pars verò maxima in Suavicinienſi

50 *Porrò* altera portio reliquiarum Sancti Dominici, *teſte eodem Mittarellio*, reperitur in perinſigni collegiata Apiri, in cujus territorio jacet monaſterium Suavicinienſe. Tertiam Dionyſius Pierauguſtinius epiſcopus San-Severinas dono dedit monaſterio Sancti Apollinaris Claſſis Ravennæ. Aliis in locis coluntur ſacri illius corporis non parum
D imminuti fruſta. *Maxima verò corporis pars, quæ in Suavicinienſi, ut diximus, eccleſia etiamnum requieſcit, poſita erat anno* 1663, *uti Andreas Vallemannius ad Majores noſtros ſcribens teſtatur, intrà duas eccleſiæ januas in pariete laterali ſuprà altare, Sancto* Dominico *dicatum, ad cornu Epiſtolæ; ubi, ut habent Acta viſitationis, anno* 1663 *à Franciſco Sperellio epiſcopo San-Severinate inſtitutæ,* Adeſt armarium crate ferrea clave munitum, cum ornamento ligneo depicto aurato noviter conſtructo, in quo aſſervatur capſula lignea depicta imagine ejuſdem Sancti jacentis feretro.

etiamnum requieſcunt.

51 *Atque adhucdum* Loricati *corpus anno* 1737 *in eodem loco quieviſſe, probant Acta viſitationis ejusdem anni die* VII *Sept. Dionyſii Pierauguſtinii, epiſcopi itidem San-Severinatis ſuprà memorati*, Qui volens atque intendens,
E *uti loquitur*, ſeſe certiorem reddere de corpore ſancti Dominici Loricati prædicti usque de anno 1303 tempore pontificatûs Bonifacii Papæ Octavi ven. mem. in eamdem eccleſiam tranſlato, quod reperit reconditum in pariete laterali inter duas januas eccleſiæ prædictæ à cornu Epiſtolæ ſuper altare eidem ſancto Dominico dicatum, & in facie exteriori invenit feneſtram, *per quam, uti ſcribit Andreas Vallemannius, ſuo tempore* Loricati *exuviæ videri poterant*, cum crate ferrea benè munita parieti fortiter compaginata, exteriorique ornamento ex ligno inaurato, quo quidem in loco à quamplurimis viris fide dignis tam eccleſiaſticis quam ſæcularibus accepit, fuiſſe ab immemorabili præſtitum cultum & venerationem ſacro corpori ejusdem ſancti Dominici Loricati. *Eadem ferè habent Acta viſitationis Alexandri Calvi epiſcopi San-Severinatis anni* 1705 *die* 18 *menſis Septembris.*

Corpus ejus, quod ab aliquibus S. Dominici Prædicatorum parentis creditum fuit,
F

52 *Nec prætereundum hîc eſt, incolas Suavicinio vicinos confudiſſe aliquando, quod tamen negat Turchius*, Dominicum Loricatum *cum Dominico Ordinis Prædicatorum inſtitutore, uti ſatis innuunt Acta Viſitationis Franciſci Sperellii ſuprà memorata, quæ ita habent:* Altare dicatum beato Dominico ſitum in pariete infrà januas. Intrà parietem ejusdem altaris adeſt armarium crate ferrea clave munitum, cum ornamento ligneo depicto aurato noviter conſtructo, in quo aſſervatur capſa lignea depicta imagine ejusdem Sancti jacentis feretro, cum habitu religionis ſancti Dominici (*utique Prædicatorum parentis; nullam enim religionem inſtituit* Loricatus) intrà quam ex antiqua traditione aſſeritur aſſervari oſſa beati Dominici, & in pariete ſuprà dictum armarium adeſt antiqua ejusdem Beati imago cum inſcriptione: » CORPUS. BEATI. DOMINICI. » HIC. JACET. » Celebrantur plures Miſſæ in feſto ſancti Dominici quarta Auguſti (*tunc enim colitur Prædicatorum inſtitutor*) pluribus fidelibus confluentibus, & præcipuè vicario & populo Caſtri Frontalis proceſſionaliter... in medio eccleſiæ in frontiſpitio capellæ altaris majoris adſunt antiquæ ac devotæ imagines ſanctiſſimi Crucifixi . . . & inferiùs in lateribus ſancti Dominici, & prædicti beati Dominici.

Verùm

A *Camaldulenses cryptarum Massaccii*

53 *Verùm nullus dubito, quin præfatus episcopus, comperto hoc populi errore, distinctum mox utrique huic Sancto cultum, quem modò obtinent, exhiberi mandaverit. Hinc nescio, quo pacto anno* 1694 *Patres Camaldulenses cryptarum Massaccii, ut corpus beati* Dominici Loricati *ad ecclesiam propriam transferendi facultatem obtinerent, inter ceteras supplicis libelli, quem S. R. Cong. obtulerunt, rationes hanc quoque attulerint, quòd populus Frontalis confudisset memoriam* Dominici Loricati *cum Dominico Prædicatorum patre. Licet enim ante annum* 1663 *quo ecclesia sancti* Dominici Loricati *à Sperellio visitata fuit, hæc confusio locum ibidem habuerit, vix tamen credibile est, hunc errorem jam à Sperellio detectum, ac mox correctum, postea tam citò rediisse, ut hunc denuò anno* 1694 *præfati Patres pro vera supplicæ suæ ratione allegare potuerint.*

B

54 *Factum hujus libelli oblatione, ut episcopus San-Severinas, qui erat Scipio Nigrellus voto suo, quod Sacra Cong. expetierat, dictam translationem quidem approbaret,* verùm proposuit, *ut scribit Mittarellius,* sacrum corpus non in eremi cryptarum Massacii ecclesiam utpote angustam, deferendum, sed ad eremum montis Còneri Anconæ, vel montis Coronæ . . . esse collocandum. Post talem in scriptis episcopi responsionem, & relationem sacræ Congregationi datam die 15 Octobris ipsius anni Monte-Coronenses eremitæ ob gratiosum votum in spem adducti, omnem sollicitudinem adhibuere, ut deferrentur sacra lipsana; sed vel consensum retractante priore commendatario, vel alia de causa infectum remansit negotium, & ossa sancti Confessoris à loco non fuere dimota, hodieque jacent in veteri sua eremi Suavicinensis ecclesia.

AUCTORE S. D. *frustrà obtinere tentárunt.*

D

E

VITA
B. DOMINICI LORICATI
MONACHI CAMALDULENSIS
Auctore S. Petro Damiani Synchrono ac Contubernali,

Libri I Epistolâ XIX ad Alexandrum II Pontificem, ex Trimestri quarto Laurentii Surii.

C

F

CAPUT I.

Simoniacè ordinatus fit monachus eremita: transit ad Damiani disciplinam, & austeram agit pœnitentiam.

Dominicus, *cujus Vita stupenda,*

ECce sanctissime pater, dum Epistolæ, in qua Vitam Rudolphi descripsimus, gerulus, qui ad vos veniat, quæritur, & non suppetit: repentè aliud, quod uberius ad ædificationem proficere valeat, si scribatur, occurrit. Et fortassis ob hoc nuncius mihi superna dispositione subtrahitur, ut interim vacantem me stylus ad aliud transferat. Vir itaque Dei Dominicus, pater & dominus meus *a* ante annum defunctus est: cujus Vita si scribatur, vereor ne fortassis à quibusdam fratribus incredibilis judicetur. Sed absit à me mendacium scribere. Nam qui veritatem pro viribus veraciter colo, commentum fallaciæ non admitto. Neque enim illud nos latet Apostoli, qui cum præmisisset: » si Christus non resurrexit, » inanis est ergo præd catio nostra, inanis est » & fides vestra »: statim subjunxit: » Invenimur autem & falsi testes Dei, quoniam tes» timonium diximus adversus Deum, qui sus» citaverit Christum, quem non suscitavit, si » mortui non resurgunt » *b* in quibus Apostolicæ sententiæ verbis, ut diutius non immoremur in promptu lector intelligit, quoniam

a

b

AUCTORE S. PETRO DAMIAN.

qui vel Deum, vel Dei ſervum mirabile quid feciſſe confingit, non modo fabricati mendacii præmium non meretur, verum etiam adverſus eum, quem laudaverat, falſum teſtimonium protuliſſe convincitur.

Fit monachus Luceoli, ubi quantùm vigeret diſciplina,

2 Dominicus itaque cum eſſet in ſeculo clericus, quia tunc Simoniaca vigebat hæreſis, quæ & nunc utinam prorſus eſſet extincta, ut presbyter fieret, à parentibus ejus data eſt epiſcopo hircinæ pellis aluta *c*; ſed quia, ſicut ait Apoſtolus » diligentibus Deum » omnia cooperantur in bonum *d* » hæc una Beati Viri culpa, multorum pòſt bonorum probatur extitiſſe materia. Nam hoc pavore perterritus, contempsit ſeculum, induit monachum, arduumque mox eremiticæ vitæ, tanquam bellator intrepidus, arripuit inſtitutum. Sed quia male promotus eſt *e*, donec vixit, ſacroſancti altaris uſurpare miniſterium non præſumpſit. Virgo uſque ad obitum fuit, vitam eremiticam non omiſit : ubi nimirum ſub magiſterio ſancti viri Joannis, qui dicebatur de monte Feretri *f*, per plurimos vixit annos. In illa igitur eremo, quæ ſcilicet erat in regione, quæ dicitur Luceoli, *g* conſtituta, decem & octo videbantur cellulæ ad habitandum fratribus deputatæ, ubi nimirum ſub hac regula vivebatur, ut nunquam vinum biberent, nunquam adipe alimenta condirent, unum in Dominica die, ſed & quinta feria pulmentum ſumerent, quinque per hebdomadam diebus in pane & aqua jejunium celebrarent, ſolis autem orationibus vacantes, vel manuum operibus inſiſtentes, non agriculturam exercebant, non prædia, vel aliquam ſubſtantiam, præter unum ſagmarium, poſſidebant. Cum quo ſcilicet aſello, vel equo, unus erat miniſter, qui vel ad acquirendas, vel ad terendas fruges, indeficiens diſcurrebat, ſoluſque eos cunctis neceſſitatibus ſuſtentabat, Joannes ſcilicet, qui poſtmodum loci Abbas factus, ſub honeſta rexit adminiſtratione conventum. Tenebant autem per totam hebdomadam diſtricta cenſura ſilentium, quod utique Dominica die poſt veſperam, cibumque ſolventes, habebant loquendi invicem uſque ad completionis officium libertatem. Nudis præterea pedibus & cruribus jugiter in cellulis morabantur. Dixit autem mihi *h*, quia cum cohabitaret Anſoni religioſo videlicet viro, quem & ipſe vidi, quotidie per omnes canonicas *i* diſciplinam ſibimet invicem ſcoparum ictibus ingerebant. Qui videlicet Anſo ſibi aliquando conqueſtus eſt, quod novem diarias panis penſas *k* in ventre ſimul haberet. Tantâ quippe macerabantur inediâ, ut aridus panis conſtiparetur in ilibus, ac digeri difficilè poſſet.

c
d
e
f
g
h
i
k

exemplo monſtratur.

3 Illic etiam quidam frater erat, qui ſæpe vagabundus egredi de cella tentaverat, quem Joannes Prior eremi, prout dignum erat, prius auſterè corripuit, deinde in ſua præſentia vapulare præcepit. Cumque jubente magiſtro, ſe cœpiſſet induere, ſuperbè locutus eſt; quem rurſus magiſter exui, rurſus præcepit verberari. Sed adhuc etiam ſe veſtire incipiens, ſuperbum quid effluere non ceſſavit : ſic tertiò, ſic quartò, & ſi ritè teneo, uſque ſexies verberatus eſt, nec emendatus. Exutus enim, & reindutus, humilia reſpondere non potuit. Septima verò vice flagellatus, cum ſe cœpiſſet induere, clara ſtatim voce clamavit, dicens : Ecce diabolus abiit, ecce nequiſſimus cordis mei habitator aufugit, meque nexibus, quibus adſtringebar, effractis liberum reliquit. Jamjam domino ac magiſtro meo libenter obtempero, ejuſque me ſubdendum legibus per omnia repromitto. Hoc modo frater ille ad humilitatis cuſtodiam rediit, & in cellula jugiter perſeverans, de cætero irreprehenſibiliter vixit.

Inde ad Damianum ſe conferens,

4 Longè verò pòſt, magiſtro præbente conſenſum, dignatus eſt Vir Sanctus prædictus mihi miſero, & quem ipſe ſuſcipere dignaretur, indigno mira ſe prorſus humilitate committere, & ſicut Abbati monachum ſubjugavit. *l* Cui nimirum præſtitit, non accepit. *m* Et quem ſuſceperam velut in ſubjectione clientem, gaudeo me in ſchola Chriſti veræ philoſophiæ percepiſſe datorem. *n* Tota quippe vita ejus, prædicatio & ædificatio, doctrina erat, & diſciplina. Sed quia nos nonnulla hujus Sancti Viri dicta, vel facta per diverſa dictatûs noſtri jam opuſcula ſparſimus non videtur abſurdum, ſi eadem hîc, quæ tamen præ manibus habentur, eo ipſo ſtylo, quo ſcripta ſunt, apponamus. Sanè facilioris eſt ex dolatis lignis domum conſtruere, quam dolando ſimul & conſtruendo laboris exercitium geminare. Nam & de templo Salomonis ſcriptum eſt : » Domus autem cum ædificaretur, de lapidibus dolatis » atque perfectis ædificata eſt : & malleus, & » ſecuris, & omne ferreamentum non ſunt audita in domo, cum ædificaretur. *o* » Habemus & nos, juxta noſtræ manûs impolitiem, politos lapides, quos utique ſufficit nobis, ut in ſtructura dumtaxat, ità ut inventi ſunt, ſimpliciter ordinemus.

l
m
n
o

& loricâ indutus indefeſſè pſalmos decantat,

5 In epiſtola itaque ad dominum Teozenem *p* incluſum miſſa, hoc me ſcripſiſſe reperio : Sed cur ego ſanctos commemorando viros diverſa paſſim loca perluſtro, quandoquidem intra limen, & præ manibus teneo, ad cujus dignè efferenda præconia impar viribus non aſſurgo? Certè cellulis altrinſecus conſtitutis, ſolo baſilicæ mediantis interſtitio, ego illeque dividimur *q*; cujus ſi virtutibus enumerandis invigilo, ante dies elabitur quam ſcribendi materia deficere poſſe videatur. Dominicum dico, doctorem videlicet, & dominum meum *r*; cujus quidem lingua ruſtica eſt, ſed vita artificioſa ſatis, & lepida. Quæ ſanè vita ſatis utilius ad ædificationem vivis operibus prædicat, quam ſterilis quorundam lingua, quæ accurata phaleratæ urbanitatis verba inaniter trutinat. Longo jam annorum elabente curriculo, ferreâ ad carnem loricâ præcinctus, infœderabilem pugnam cum iniquis ſpiritibus conſerit, ſemperque paratus ad prælium, non ſolum corde, ſed & corpore præmunito adverſus hoſtiles acies fervidus bellator incedit. Hanc autem continuæ vitæ conſuetudinem indifferenter habet, ut vix dies ulla prætereat, quin duo pſalteria modulando utraque manu ſcopis armata

p
q
r

A ta nudum corpus allidat. Et hoc remiſſiori quidem tempore. Nam quadrageſimalibus circulis, ſive cum pœnitentiam peragendam habet, (crebro enim centum annorum pœnitentiam ſuſcipit) tunc per dies ſingulos, dum ſe ſcoparum tunſionibus afficit, ut minus, tria pſalteria meditando perſolvit. Centum
s autem annorum pœnitentia, *s* ſicut ipſo authore didicimus, ſic expletur : cum tria ſcoparum millia unum pœnitentiæ annum apud nos regulariter expleant, decem autem pſalmorum modulatio, ut ſæpe probatum eſt, mille ſcopas admittat, dum centum quinquaginta pſalmis conſtare pſalterium non ambigitur, quinque annorum pœnitentia in unius pſalterii diſciplina rectè ſupputantibus invenitur. Porro ſive quinque vicies, ſive viginti quinquies, centum faciunt. Conſequitur igitur, ut qui viginti pſalteria cum diſciplina decantat, centum annorum pœnitentiam ſe peregiſſe confidat. Quanquam & in hoc omnem modum Dominicus ſuperet : quia cum nonnulli unam manum in diſciplinis agendis exerceant, iſte, ut revera Be-
t niamin filius *t* contra rebelles carnis illece-
B bras utraque manu infatigabiliter pugnat. Hanc autem centum annorum pœnitentiam, ut mihi ipſe profeſſus eſt, facile ſex diebus ex more conſummat. Memini quoque, quia cujuſdam quadrageſimæ imminentis initio, mille annos imponi ſibi per nos ad pœnitentiam petiit, quos certè omnes fermè, antequam jejunii tempus tranſigeretur, exple-
u vit. *u* Et paulo poſt hoc profecutus ſum.

interim corpus ſuum genuflexionibus, flagellis,

6 Nunc ad Dominicum, de quo cœperat, ſermo recurrat. Enimvero cum hunc jam & incurva ſenectus deprimat, & crebris inſuper ſæpe laboribus contabeſcat, mirum unde illi tantus fervor incandeat, ut in ſpiritualibus exercitiis ſe ſemper invictum, ſemper infatigabilem reddat. Nam, ut ipſo referente cognovi, ſæpe duo pſalteria cum diſciplinis ſtando continuat, ita ut neque vel ad
x momentum, à perſecutionibus *x* incredibili mentis fervore quieſcat. Inquirenti mihi aliquando, utrum poſſet cum ferreæ veſtis pondere aliquantiſper genuum flexibus inſudare, ſub hac mihi dedit obſcuritate reſponſum : cum incolumitas, inquit, mihi votiva reſpondet, quandoque per omnes totius
C pſalterii quindenos pſalmos centies genuflectere conſuevi. Quod quidem tunc non diligenter attendi, poſtmodum vero quod dictum fuerat, mente revolvens, à depreſſo homine mille
y *y* in uno pſalterio fieri admiratus expavi. Quadam die poſt veſperam, cellulam meam ingreſſus, Magiſter, inquit (hoc enim indigno vocabulo me ex humilitate compellat) hodie feci, quod hactenus me feciſſe non memini. Octo nempe pſalteria inter diem ac noctem modulatus explevi. Videbatur autem tunc totus vultus ejus, ut ſcopis attritus, ac ſulcantibus quibuſdam vibicibus livefactus, tamquam ſi pilâ fuerit, ptiſanarum videlicet more, contuſus. Pſalmodia ſane illi idcirco tam facile ſuperuenit, quia non tam verba, ut ipſe aſſerit, lingua perſtrepente, revoluit, quàm ſenſum mentis vivacitate percurrit.

AUCTORE S. PETRO DAMIAN. *& abſtinentiis mirè caſtigans.*

D

z

7 Aliquando a me remotus habitabat, *z* cumque ad me ingreſſum, quibus tunc ſe vitæ legibus regeret, inquiſiſſem, reſpondit, ſe carnaliter vivere, & quintis ſæpe feriis cum Dominicis diebus, à ſolito ſe abſtinentiæ rigore laxare. Requiſitus, utrum quolibet pulmento, ovis, vel caſeo veſceretur, negavit. Rurſus, ſi piſcibus, aut pomis : piſces, ait, & poma, ſi qua ſunt, ægrotantibus præbeo, quorum non minimam multitudinem jacere in noſtris partibus ingemiſco. Cumque illum durus exactor in anguſto concluderem, dicens : Unde ergo illis diebus remiſſius vivis, ſi nihil eorum comedis, quæ neceſſe ſit vel ignibus decoqui, vel arboribus inveniri? Reſpondit : fœniculo, inquiens, cum pane libenter veſcor. Mox nimirum peritè cognovi, quam carnaliter homo viveret, qui ſuas delicias fœniculum conſtituiſſet. Habet plane uberem lachrymarum gratiam, ſed alternam. Cum enim recluſus ſub diſtricto ſe ſilentio reprimit, mox ut voluerit, affluenter plangit. At ſi colloquio frequentetur, fletum ſe amiſiſſe conqueritur. Sed & ego illi ſæpe penuriam meæ ariditatis impropero, dicens : Heu, inquam, mi pater, iſtæ tuæ lachrymæ infœcundæ ſunt, quæ alias orando lachrymas pa-
E rere nequeunt. Optarem namque quod conſequens eſt nimirum ſicut tu mihi pater es, ita nihilominus & tuæ lachrymæ mearum quoque lachrymarum fierent genitrices.

Somni parciſſimus, intra 24 horas, novem,

8 In regula quoque eremitica inſeruiſſe me recolo. Dicam : ſed quis ſcit, utrum fides aſſertioni fideliſſimæ præbeatur? At parvipendendum eſt, ſi humana temeritas arguat, quem ſumma veritas fallitatis excuſat. Eſt inter nos, qui nonnunquam uno die continuato cum nocte, novem pſalteria meditando decurrat, & interim pene ſemper utraque manu, ſcopis armata, nudum corpus afficiat. Notandum autem, quia dum hæc peragere ſatagit, nocte, vel die dormire non vacat : ſed aliquando genua flectens, dum caput terræ deponit, ſic nudo repente ſomnus obrepit, eoque ſolo contentus eſt. Hic mihi aliquando fraterna familiaritate conqueſtus eſt, quia cum novem ſic pſalteria ſæpe modulando perficeret, ad decimum nunquam potuerit pervenire.

F

& paulò pòſt 4 circulis ferreis conſtrictus, aa

9 In Epiſtola quoque, quam Blancæ *aa* comitiſſæ direximus, hæc nos indidiſſe videmur. Utinam daretur tibi nunc dominum meum videre Dominicum, qui quod imperitæ linguæ conamur officio, ipſe te efficaciori luculentiſſimæ vitæ doceret & informaret exemplo. Hic denique à tribus circiter annorum luſtris loricâ ferreâ veſtitur ad carnem, duobus autem ferreis circulis in corpore cingitur, duobus item per brachiorum armos arctatur.

12 & ultra pſalteria intra idem tempus perſolvit, bb

10 Sed quia de illo in aliis noſtris opuſculis jam plura digeſſimus, nunc quod vix ante ſex dies ad nos veniens *bb* retulit, proferamus. Ait itaque : contigit me nôſſe, quod ſcripſeris, novem me uno die pſalteria decantâſſe cum corporalibus diſciplinis. Quod certè cum audivi, tremefactus expavi & conſcientia remordente congemui : væ, inquam, mihi : eccè hoc de me, neſciente me, ſcrip-

tum

AUCTORE S. PETRO DAMIAN.

tum est, & tamen utrum à me hoc fieri potuisset, ignoro. Ego rursus experiar, & an
A hoc implere potuerim, indubitanter agnoscam. Quarta igitur feria me vestibus exui, & armata scopis utraque manu, totam noctem ducendo pervigilem, psallere, ac me verberare non destiti, donec die altero decursis duodecim ex more psalteriis partem decimitertii, usque ad psalmum »Beati quorum» absolvi. Porro quod nobis durum sæpè videtur & asperum, quàm ille puerile deputet ac despectum, uno doceamus exemplo. Frater quidam cum à scoparum ictibus nimis abhorreret, atque perferre gravissimum judicaret, tandem tamen domini Dominici crebriùs insistentis adhortationibus acquievit, ac per modulationem totius psalterii, & insuper quinquaginta psalmorum, sibimet disciplinam inferre propriis manibus non cessavit. Erat autem nox illa præcedens Dominicam diem, & beati Michaëlis festivitatem. Cumque facto manè ad prædictum senem frater ille veniisset, timens ne de indiscretione redargueretur, cum quod egerat, per ordinem retulisset, hac ille voce respondit: Noli frater, pusillanimis esse, vel pro hac tua, quæ nunc est, infirmitate dif-
B fidere: potest enim Deus ex imis te ad altiora provehere, & hujus lacteolæ tuæ conversationis infantiam ad juvenilis roboris incrementa firmare. Et adjiciens ait: Nos etiam primo pedetentim cœpimus, sensimque ad quod nos divina pietas perducere voluit, licet imbecilles ac fragiles, educti sumus. Sicque factum est, ut non eum de immoderato fervore, sicut ille timebat, argueret, sed ne desperationi succumberet, tamquam qui minimum quid egisset, animum refoveret. Hujus itaque sancti Senis exemplo faciendæ disciplinæ mos adeò in nostris partibus inolevit, ut non modò viri sed & nobiles mulieres hoc purgatorii genus inhianter arriperent. Nam
cc & relicta Techbaldi *cc* sublimis utique generis, & non infimæ dignitatis, mihi aliquando retulit, præfixam hujus disciplinæ centum annotum se pœnitentiam peregisse.

ac novum pœnitentiæ genus protinùs arripit.

11 In Epistola, *dd* quam ad Johannem Priorem eremi, quæ juxta Susa vicinum *ee* montem est constituta, cum eum, ejusque subjectos ad brachiorum extensionem in orationibus
C adhortatoriè provocarem, dixi priùs de quo-
dd dam ferventissimo in amore Christi fratre nos-
ee tro, Adam nomine, deinde Dominicum in exemplo subjeci, ita inquiens: Habemus autem quendam juvenculum fratrem, qui confessus est à capite usque ad finem psalterii elevata se brachia tenere dum psallit, ita ut laquear tabulatum cellulæ manibus sæpè contingat, hac tamen discretione servata, ut per quinquagenos psalmos ad momentum brachia extenta deponat, & protinùs erigat. Habemus & alterum provectioris ætatis, incurvum videlicet senem, & ut secretè tibi confitear, hic Dominicus est. Is itaque quan-
ff dam scriptiunculam reperit, *ff* ubi dicebatur, quod si quis duodecim illic notatos psalmos vicies quater, erectis in modum crucis manibus, caneret, pro uno posset anno pœnitentiam regulariter compensare. Protinùs ille in * exercitium id, quod dicebatur,
** abundat* arripuit, & duodecim illos psalmos extensis*, sicut dictum est, vicies quater sub nullo prorsus intervallo, sed uno ductu quotidiè decantabat. Scripsi super hoc & in aliis fortasse opusculis, quæ vel ad præsens desunt, vel facilè memoriæ non occurrunt. Itaque ab eorum replicatione, quæ scripta sunt, ad nova quælibet articulus transferatur.

** supple* brachiis D

ANNOTATA.

a *Sic eum ob sanctissimam vivendi normam ex humilitate compellat.*

b *Ad Cor.* 1 *cap.* 15 ℣. 14 *& seq.*

c *Intellige hircinam pellem pretiosè præparatam.*

d *Ad Rom.* 8 ℣. 28.

e *Vide dicta num.* 15 *Comment. præv.*

f *Ortus videtur è civitate Feretrana, quæ unà cum Feretrano comitatu* monti Feretro *vulgò* Monte-Feltro *nomen suum debet.*

g *Sic dicta à vicino ponte, vulgò* Ponte-Ressoli, *ut scribit Mabillonius, vel, ut recentior Mittarellius*, Ponte-Riccioli, *sito prope viam Flaminiam inter Callium & Eugubium, de quo ita Rubeus:* Erat Luceolum eo loco, quem incolæ suprà Cantianum pontem Riviolum nuncupant *: fuitque ea urbs, in qua trucidatus est Eleutherius Exarchus, qui se regem I Italiæ declaraverat; ast multoties, uti, Mittarellio teste, creditur, à Gothis & Longobardis vastata, demùm sub Otthone III, eò quòd partes Crescentii Romani consulis sequeretur, verosimiliùs funditus est eversa. Hæc Grandius.* E

h Dominicus *nempe.*

i *Supple* : horas.

k *Patet hinc panem ibidem ante distributionem lancibus pendi consuevisse.*

l *Austerissimis Avellanitarum pœnitentialibus exercitiis excitatus absque piaculo potuit illò transmigrare, maximè quòd esset locus magis solitarius, ejusdemque regulæ ac professionis.*

m *Sensus esse videtur :* quem non ego licet ejus magister, sed è contrà ipse me exemplo suo docuit, *uti ex iis, quæ sequuntur, colligi datur.* F

n *Fortè* doctorem.

o *Reg.* 3 *cap.* 6 ℣ 7.

p *Alii* Theusonem *vel* Teusonem *scribunt: fuit autem hic* Theuso, *ut notat Mabillonius,* monachus Sanctæ Mariæ apud Florentiam, qui ab abbate suo Albizone dissentiens è monasterio discesserat, & posteà etiam Petrum ad se venientem, ut eum cum abbate reconciliaret, è cella simul cum abbate ejecerat. Quare ad eum Petrus scribit ut Sanctorum dictis & exemplis ad meliorem frugem eum revocet. *Est hoc Opusculum Damiani ordine LI.*

q *Alludit ad textum* 1 *Reg. cap.* 30 ℣ 3 *ubi David Jonathæ ait :* Uno tantum gradu ego morsque dividimur.

r *Vide Annotata ad lit.* a *suprà.*

s *Iis, qui in graviora crimina lapsi erant, sacri canones multorum annorum pœnitentiam injungebant,*

A *injungebant, cujus pœnas ſibi imponi viri illi pii ultrò flagitabant, ac eaſdem poſtmodùm frequentioribus diſciplinis redimebant.*

t *Filius doloris; Benjamin enim à matre ſua Rachele* Benoni, *id eſt*, filius doloris, *appellatus eſt. Vide Gen. cap.* 35 ℣. 18.

u *Subjungit quædam in hoc Opuſculo ad tuendum ejuſmodi diſciplinarum uſum, quem nonnulli impugnabant. Vide lib* v *Epiſt.* VIII.

x Percuſſionibus *cum Mabillonio legendum puto.*

y *Subintelligi videtur* genuflexiones, *vel, ut Conſt. Cajetanus & Mabill. addunt*, metaneœ, *quæ idem hic deſignant.*

z *Fortè in monaſterio* Conjunctuli, *de quo infrà cap.* 11 *lit.* m

aa *Eſt Opuſculum hoc Damiani ad Blancam ordine L, de quo Comment. prævi. numm.* 20 *& ſeq. videſis; nec plura, quàm illic dicta reperies, de Blancâ hâc ſuppetunt.*

bb Venerat fortè Avellanam viſitaturus Damianum reducem ex ſua Mediolanenſi legatione Dominicus, ad parvum tempus deferens eremum Suaviciniam, *inquit Mittarellius.*

B

cc *Subintellige* vidua: *qualis autem fuerit* Thetbaldus, *& quæ ipſius uxor, omninò neſcimus. Rubeus lib.* v *pag.* 293 *uxorem cujusdam* Cechaldi *magnam mulierem dignitate appellat.*

dd *Periit hæc Epiſtola, cujus fragmentum hîc solùm inserit Damianus.*

ee *Legendum propriè* Suavicinum. *Conſule dicta numm.* 30 *& ſeq.*

ff *Adi Comment. prævii numm.* 24 *& ſeq.*

AUCTORE S. PETRO DAMIAN.

itaque modo junxit victoriam Crucis cum gloria reſurrectionis. Aliquando cum de quotidianis, ut mos eſt, invicem confabularemur operibus, ait: Hac etiam nocte, quid mihi contigerit, manifeſto. Nam diu ſolutus ſopore ſurrexi, mox brachiis in modum crucis extenſis pſalterium cœpi: cumque pſalmis omnibus, & canticis, quæ ſequuntur, hymnisque decurſis, eo loci jam eſſem, ut ſolo Catholicæ fidei pſalmo *a* & litaniis deberem cuncta concludere, incidit in mentem, ut interim iſta dimitterem, ac pro defunctis pſalterium decantarem. Igitur brachia non deponens, ad defunctorum pſalterium tranſii, quod juxta morem per quinquagenos pſalmos trifaria lectionum interpolatione diſtinxi. Quo ſic expleto, ad id protinùs, quod omiſeram, redii, atque hoc, quod de primo pſalterio reliquum erat, explevi. Cumque de tertio conſequenter aggrediendo pſalterio cogitarem, benefactum, ut ita dixerim, ſignum repentè nocturnæ ſynaxis inſonuit, quod me depoſitis ulnis Officium cum fratribus celebrare coëgit, & certè nescio, quo anni tempore noctes breviores erant.

a

E

13 Aliquantis porrò ante obitum annis, quaſi novum ſupplicii genus inveniens, virgarum ſcopas in corrigiarum ſcuticas *b* vertit, ſemelque guſtato, quia duriores ſunt, in his verberandi conſuetudinem poſuit. Hoc flagellum, ſi quando egrederetur ad ſeculum, portabat in ſinu, ut ubicumque eum jacere contingeret, à verberibus non vacaret. Aliquando verò cum loci occaſio non præberet totum ſe poſſe exuere, per crura ſaltem & femora, per caput atque cervicem, ſeſe non ceſſabat affligere. Circulis quoque ferreis quatuor, quia ſibi præ longa conſuetudine jam viluerant, quatuor item ſuperaddidit, ut duobus in coxis, duobus conſequenter in cruribus ſtringeretur. Enimvero loricam, & quibus utebatur, tanquam ciliciis, vel lanea quælibet indumenta, poſt menſes ſive poſt ſpatium prolixius abluebat, ut rubiginem deponerent, & aridis ingerendam membris uredinem non haberent: Porrò autem cum omnes, qui in cellulis habitamus, hoc laboremus, ut pro muniendis à frigore pedibus veſtimenta uſque ad imum defluant pavimentum, hoc etiam nobis in eo intolerabile videbatur, quia cum in eremo & ocreas neſciret & calceos, veſtes tamen ejus ad tibias vix medias deſcendebant. Nudatus autem ad ſuſcipiendam in capitulo diſciplinam, quod ſcilicet nunquam omittere volebat, exeſis jejunio membris, & amaræ loricæ mole detritis, Æthiopicam contraxiſſe nigredinem videbatur. Veſtimenta verò lurida, & carioſa, ut ita dixerim, videbantur vetuſtate conſumpta. Hoc mihi ſæpe dicebat: In hoc pſalmodia provenit citò pſallenti, ſi corde verba teneat, ſi quæ lingua loquitur, mens veraciter comprehendat. Alioquin ſi cor vagatur, pſalmorum curſus ad finem, lingua nunc fallente, nunc tepeſcente, tardè perducitur. Ajebat etiam, quia ſomnum ſomnus adeſcat, & vigilias vigiliæ pariunt. Nam corpus humanum, in quo paulatim priùs enutritur, in hoc per incrementa poſt-

ſcuticis se flagellat, ac 4 circulos superaddit.

b

F

CAPUT II.

Inusitato modo & indefessè orat: novoque invento flagelli genere, dirè in corpus suum sævit: Vita ejus ex seipsa miraculosa: Judicem Auximanum interpellat: mira ejus humilitas: obitus.

C

Diutiſſimè orans brachiis extenſis & elevatis

ENimverò quaſi quidam divinus ignis in ejus pectore jugiter æſtuabat, qui nunquam permittebat eum à ſpiritualis exercitii labore quieſcere. Aliquando namque cum ego perquirerem ſacroſancto die Paſchali, cæteris fratribus, juxta morem, meridie quieſcentibus, utrum & ipſe dormiſſet, ait: Certè, pater, dixi in corde meo: Quid mihi tam longis adhuc noctibus, in die dormire? Extenſis itaque in crucis effigiem brachiis, pſalterium cœpi: Quo me ſic ſtante decurſo, ſignum protinùs horæ Nonæ perſonuit. Hoc

AUCTORE S. PETRO DAMIAN.

Vitam, non miracula, sanctificare homines,

modum roboratur.

14 Sed hìc me quiſpiam fortaſſe redarguat, qui videlicet non tam, quem vivendi ordinem Vir ſanctus habuerit, ſed quibus miraculis in hac vita claruerit, audire feſtinat. Cui me breviter hoc reſpondere ſufficiat : Quoniam & Maria & Joannes Baptiſta miraculum feciſſe non legitur, cum tamen eorum vita non qualibet ſcriptura, ſed Euangelio teſtante narretur. Quanquam Maria in ſolo partu, quem edidit, omnium procul dubio Sanctorum virtutes ac ſigna præcellit. Hoc etiam inferam, quia uberiorem fructum præbet audientibus Sanctorum virorum mirabilis vita, quàm oſtenſa miracula. Illa ſiquidem exigit imitationem, iſta ſolam ingerunt admirationem. Miracula docent, quomodo illi ſancti fuêre : vita verò inſinuat, qualiter & nunc homines fieri valeant ſancti. Propterea qui miraculum quæris, nonne tibi videtur eſſe mirabile, hominem fragili adhuc carne circumdatum, Angelitùs (ut ita loquar) vivere, adeò ut inter quamplurima hominum millia, vix unum ei ſimilem valeas reperire? Et certè quamplures hodie ſunt inferioris vitæ, per quos Deus omnipotens dignatur virtutem oſtendere.

B

15 Jeſu teſte, non mentior, quia necdum tres menſes elapſi ſunt, ex quo ad me in *Samugni* *c* videlicet eremo diverſantem, duo adoleſcentes monachi venerunt, quorum alter de Spoletina monarchia, *d* alter verò de Venetiæ dominio, Polenti *e* videlicet urbe, oriundos ſe eſſe dixerunt. Sed Venetus, vocabulo Michael *f*, ſicut nobis in confeſſione perhibuit, in ipſo ſuæ converſionis initio, circulo ferreo ſub hac deſiderii ſui pactione ſe conſtrinxit, rogans Dei omnipotentis obnixè clementiam, ut cum locum ſaluti suæ congruum reperiret, confeſtim ille circulus frangeretur. Porro autem ipso die, quo eremum novus hospes ingreſſus eſt, vix poſt trium horarum ſpatium, dum beati Benedicti regulam, ſicut eſt idiota, utcumque syllabatim legeret, repente compunctionis eum spiritus in lachrymas solvit, eodemque momento circulus ille fractus apparuit. Quod miraculum quoniam alibi jam nos descripſisse meminimus, celeriter transcurrentes, sequens aliud, quod necdum litteris insertum eſt, enucleatiùs digeramus.

uno

c

d

e

f

C

& altero oſtenditur exemplo.

16 Paulò pòſt namque Ravennam urbem, me jubente, perrexit, ut sarcinulas suas, quas ibi de navi prodiens reliquerat, exportaret. Illic itaque apud fabriles officinas nova ferreorum nexuum argumenta confinxit, multisque se vinculis per diversa membra ipse ſibimet judex & reus, violenter arctavit. Nam duo pendebant vincula cervicetenus per humeros altrinsecus, hinc ad sexum, illinc ad femen : duos vero in coxalibus circulos, duos suscepit in ulnis. Undique igitur tam multiplici conſtrictione vallatus, ad nos rediit : secretè, quod circa se factum fuerat, oſtendit : neve, quæ fecerat, immutarem, vix tandem voti compos obtinuit. Sed cum hìc illum ultra vires tormenta gravarent & ex attritis carnibus jamjam fœtor erumperet, insuper acceſſit, quod cor fratris gloriam reſpuentis acriùs perturbavit. Cœpit enim hujus myſterii fama prorumpere, & priùs per fratrum, deinde per ora ſupervenientium quorumlibet volitare. Rogavit itaque omnipotentis Dei miſericordiam, ut quid ſibi ſuper hoc cœpto placeret, per ſuæ miſericordiæ indicium evidenter oſtenderet. Interim verò dum hujuſmodi precibus frequenter inſiſteret, bis per ſomnium confortatus, audivit, quia ferramenta illa jam eſſent divinitus reſolvenda. Porro autem in feſtivitate beatorum Apoſtolorum Simonis & Judæ, quam nuperrime celebravimus, dum nocturno cum fratribus intereſſet officio, repente duo illa ferramenta, quæ ſuper humeros poſita, utrinque inferius dependebant, ventremque cum renibus coarctabant, prorſus effracta ſunt, & unum in duas, alterum in tres diviſum eſt partes. Cæteri vero circuli, non quidem per partes abrupti, ſed ita laxati ſunt, & quidam facti ſunt tam mollita lenitate flexibiles, ut quodammodo non tam ferrei, quam plumbei viderentur, adeo ut etiam ſi vellet, defluentibus eis ac prolabentibus, adſtringere ſe ultra non poſſet. Sic frater, qui ſanctæ devotionis æſtuanti fuerat ardore conſtrictus, pio Dei judicio eſt mirabiliter abſolutus. Quid ergo magnum, ſi per Dominicum, mirabilem videlicet virum, ſignum aliquod voluiſſet oſtendere, cum in ipſo tyronatûs exordio per hunc juvenculum duo miracula dignatus eſt exhibere, ac laudabilius ſit fortia peregiſſe, quam nova? Unde David cum præmiſiſſet. » Mirabilis Deus » in ſanctis ſuis » protinus addidit » Ipſe dabit » virtutem & fortitudinem plebi ſuæ. » *g* Non ait, ſigna, ſive prodigia : ſed, ipſe dabit virtutem & fortitudinem.

D

E

g

Iudicem Auximi interpellat, h i

17 Cum Romanus quidam, Stephanus nomine judex ſacri palatii, ſumma præſidentatûs *h* adminiſtraret Auximi *i*, exigente cauſa, Dominicus ad eum venit, eumque ſuper quadam eremi poſſeſſione, quam ex jure Sedis Apoſtolicæ detinebat, obnixè rogavit. Quem ille, utpote nulla veſtium compoſitione feſtivum, deſpiciens ſprevit, eique nil eorum, quæ poſcebat, indulſit. Cumque ſibi à circumſtantibus diceretur : Noli eum tam durè ſuſcipere, ſanctus enim vir eſt : ille tanquam evomens ait : Sit ſanctus, ut vultis : ſed beatus Petrus certè ſanctior eſt, cujus ego cauſam in hac adminiſtratione defendo. Igitur impos cœpti Dominicus, redit ad cellulam. Ille quoque poſt paululum reverſus eſt Romam. Porro puer quidam deſpicabilis, *k* qui ad exequendum quodcumque negocium in adminiſtratione remanſit, quidquid Dominicus petierat à judice, cuncta reverenter implevit. Judex autem non diu pòſt, quàm ad propria repedavit, hoſtilibus gladiis perfoſſus interiit, multaſque divitias, quia ſobolem non habebat, extraneis hæredibus dereliquit. Erat præterea Dominicus valde cautus in verbis, ut aptè ſibi congrueret illa ſententia, qua Jacobus Apoſtolus ait » Si quis » in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir » *l* Nam ſi quando quæreretur, quota dieihora eſſet, nunquam abſolutè dicebat, quota eſſet, ſed cum hoc additamento ſemper :

F

k

l

Prope-

A Prope tertia hora est, prope sexta hora. Inquisitus à me, cur semper ita diceret : in hoc, inquit mendacium caveo : nam sive sit hora transacta, sive adhuc fortassis immineat, propinqua tamen est, quæ videlicet à momento, in quo loquimur, non elongatur.

ac demissi animi specimen præbens, 18 Habebat aliquando cellulam juxta monasterium, quod dicitur Conjunctuli. *m* In vigilia itaque Dominicæ Nativitatis, cùm tota præcedenti Quadragesima *n* mansisset inclusus, tantisque jejuniis atque laboribus esset vehementer afflictus, invitante gloria solennitatis egressus, Abbati loci humiliter procidit, veniam petiit, actus suos & cogitationes lachrymabiliter accusavit. Ille autem, ut erat inexpertus, levis moribus, & consiliis spiritualibus insuetus, cum sibi sufficeret unum psalmum, vel perexiguum quid imponere, præcepit ut pro his, quæ confessus fuerat, triginta psalteria decantaret. Qua nimirum ille sententia, velut sagittâ percussus, ad cor rediit, atque hoc provenisse ex divini dispositione judicii deputavit. Itaque regressus in cellulam, nunquam prodiit, donec præfixum indictæ pœnitentiæ canonem instantissima sedulitate persolvit.

m

n

B

infirmatur & obit, 19 Solebat autem per interualla licet parcissimè, vinum bibere : sed longè antè, quàm defunctus est, decrevit ab eo penitus abstinere. Ut itaque jam, omissis cæteris, ad obitum veniamus, patiebatur gravedinem stomachi, crebris insuper capitis doloribus cruciabatur. Et quoniam alterum sæpe procedit ex altero, proposuit ad purgandum stomachum antidoti sumere poculum. Sextâ igitur feriâ per continuum diem vix desiit vel modulandis psalmis insistere, vel corrigiarum se ictibus flagellare. Nocte vero, sopore depositio, suscepit antidotum : deinde cœpit angustiari, & de stomachi dolore graviter

C conqueri. Post decursum itaque nocturnæ synaxis officium, post matutinos hymnos, cum prima jam hora sibi à fratribus, qui aderant, cantaretur, sanctum Dei spiritum reddidit. Invenerunt autem & alteram loricam, præter eam, qua indutus erat, lateribus ejus syndonis more subtratam. Unde suspicati sunt fratres, hoc sibi præter consuetudinem nullatenus accidisse, sed sub se eam sanum quoque tenere consuevisse, super quam videlicet & in infirmitate jacebat. Somniavit autem tunc quidam frater de me, quod oculorum lumen amiseram. Quod dum ego Hildebrando *o* venerabili Romanæ ecclesiæ Archidiacono in Lateranensi palatio retulissem : nequaquam, inquit, ut times, hoc tibi propinquæ est mortis indicium : sed familiaris tibi aliquis extinguetur, qui tibi & charus sit sicut oculus, & lumen tuum ac splendor in bonis operibus videatur. O verum, sed amarius omni felle præsagium. Tertio die, postquam Romanis mœnibus sum egressus, ecce mihi relatio occurrit, quæ mihi nil minùs opinanti, cæcatum me remansisse perhibuit, dominum scilicet & illuminatorem meum Dominicum, ex hoc seculo nuper egressum. Illicò mihi liquidò patuit, dum ille petiit lucis Authorem, in tenebrarum me remansis-

o

se caligine. Fratres autem corpus ejus, ne à vicinis monachis *p* eorum raperetur è manibus, in eadem, in qua defunctus est cellula, defossa humo celeriter obruerunt. Nos autem ipso die Dominico, quo eremum ingressi sumus, sanctum corpus inde sublatum reverenter, ut dignum erat, in capitulo sepelivimus. Et cum nonus esset depositionis ejus dies, prædictum corpus sanum illibatumque *q* reperimus.

AUCTORE S. PETRO DAMIAN.

p

q

quem Damianus extollit.

20 Eant nunc, qui carnis suæ delectantur illecebris, medullas absorbeant voluptatum, & occisionis victimæ ad æternum nutriantur incendium. In superbiæ se cornibus efferant, ventilent innocentes, ad votum molliter vivant, ut eorum postmodum penitus semper ulcera amarescant. Nunc velut infrænes equi, per voluptatum suarum prata discurrant, & per eorum manus & brachia districtionis extremæ lorica cohibeant. Dominicus autem noster stigmata Jesu portavit in corpore, & vexillum Crucis non tantum in fronte depinxit, sed cunctis etiam undique membris impressit. Exustus & aridus ab humore calami & junci *, uberibus cœlestis gratiæ meruit imbribus irrigari. Hîc ferreâ loricâ præcingitur, illic niveis Angelicæ gloriæ vestibus decoratur. Hîc duritiâ cubilis atteritur, illic molli Patriarcharum gremio confovetur. Tota hæc vita facta sibi parasceve Crucis, illic autem festivus & splendidus æternam celebrat gloriam resurrectionis. Nunc inter ignitos supernæ Hierusalem lapides emicat : nunc ornatus victoriarum suarum titulis, æterna laude triumphat, atque in illa beatorum civium jucunda societate conjubilat. Obiit autem beatus Dominicus pridie Idus Octobris, regnante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat in secula seculorum. Amen.

* *supple* instar

E

ANNOTATA.

F

a Id est, ni fallor, *ait Mabillonius*, Symbolo, quod sub Athanasii nomine vulgò notum est, & rectè, *inquit Mittarellius*, cum Damianus *Opusc.* XV *cap.* IX enuntians additiones, quæ ex præscriptione Sancti Romualdi psalterio fieri debent, hæc habeat : „ His „ etiam non neglectis, quæ in fine psalterii „ videntur adjecta, videlicet : Te Deum laudamus ; Nunc dimittis Domine servum „ tuum; duobus Symbolis; Gloria in excelsis „ Deo; Pater noster cum fide catholica; „ postremò litaniæ cum orationibus hæc om„ nia consueto fine concludunt.

b *Genus quoddam verberis fuisse è loris confecti, docet Calepinus.*

c Samugnum *vel* Gamugnum, *quod &* Gamonium *dicitur, eremus est S. Barnabæ propè Faventiam. Extant ad hujus suæ eremi monachos nonnullæ Damiani Epistolæ, quæ ob prolixitatem inter ejus Opuscula recensentur.*

d *È ducatu nempe Spoletino.*

e Pola urbs est Histriæ, *inquit Mabill.*, à Colchis structa, ac JULIÆ PIETAS à nonnullis dicta.

A f *Hujus meminere Hugo Menardus in Martyrologio Benedictino, & Bucelinus in Menologio die* 24 *Martii; verùm, cum nuspiam coleretur, eumdem Bollandus ad præfatum diem prætermiſit, poſteris ad diem* 14 *Oct. occaſione* Dominici Loricati *relinquens examinandum, num uspiam, quod usque nunc haud aſſequor, cultu fortaſſe gaudeat.*

g *Psalm.* 67 ℣ *ult.*

h *Præſidem Apoſtolicum ageret.*

i Auximum *etiam legunt* Lucanus & Plutarchus, Livius *autem* Oximum, *vulgò* Osmo *vel rectiùs* Oſima. *Urbs eſt monti impoſita ad Musonem fluvium ditionis Pontificiæ in marchia Anconitana, ab hujus capite* 10 *milliaribus in Meridiem, & ferè totidem inter Æſium ad Occasum & Lauretum ad Ortum diſſitum. Ita Baudrand.*

k *Miniſtrum intellige inferioris ordinis.*

l *Jacobi* 3 ℣. 2.

m *Sic dictum, quòd apud hoc monaſterium fluvioli de* Perticara & Sentinus *in valle conjungantur : ſita autem eſt hæc vallis in diœceſi Eugubina, diſtans ab Avellanenſi monas-*
B *terio* 6 *milliaribus,* 5 *à Saxo-ferrato, minùs verò ab abbatia S. Mariæ Sitriæ. Ità Mittarellius, quem, ſi plura de his deſideres, conſuleſis.* D

n Quadrageſima *hæc erat S.* Martini, *quæ id temporis protendebatur ab Octava omnium Sanctorum usque ad Natale Domini.*

o *Fuit hic poſteà Gregorius VII summus Pontifex.*

p *Erant hi fortè monachi Valle-Caſtrenſes duobus tantummodò ab eremo montis Suavicini milliaribus diſſiti, vel monachi vallis Fucinæ S. Urbani Aſinantis, aut S. Clementis, qui omnes haud procul Suavicinio degebant. Aſſerit Jacobillus, Sitrienses monachos viſitâſſe Sanctum virum in extremis agentem.*

q *Naturaliter id factum, more suo vult Bailletus, miraculum eludere nitens hac ratione, quòd corpus ejus adeò ſiccum foret, ut vix corruptibile quid contineret; verùm niſi & inteſtinis prorsus caruiſſe* Loricatum, *convictus fuero, Bailleto haud credendum arbitror.* E

DE S. BERNARDO CONFESSORE ARCANI [VULGO] ARCE IN ITALIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Cultus Sancti ecclesiasticus, Acta, patria & tempus obitus, ac corporis sacri translationis.

C. G. C F

FORTE INITIO SECULI XII. *Sanctus memoratus in Faſtis recentioribus, & in diœceſi Aquinate Officio eccleſiaſtico proprio,*

Præterquam quod hujus S. Bernardi *memoria à Wildsono in Martyrologio Anglicano ad diem* 14 *Septembris, ubi & à Majoribus noſtris in hunc diem, quo eum coli solemniter conſtabat, rejectus eſt, & ad hunc diem à Caſtellano in Martyrologio Universali Gallico, Wione, Menardo, Ferrario in Catalogo Sanctorum Italiæ, & ab ipsomet Cardinale Baronio in Martyrologio Romano, quod ita de Sancto noſtro habet :* In Latio S. Bernardi confeſſoris, *celebretur : legitimus ejusdem cultus abundè evincitur ex Officio eccleſiaſtico, quo annua ejus feſtivitas in diœceſi Aquinate recolitur : probavere hoc Sancti Officium proprium laudati Wildsonus & Ferrarius, qui ex illo suum de Sancto Elogium, quod apud ipsos videri poteſt, concinnavere, placuit & eruditiſſimo Martyrologii concinnatori Baronio, qui illud in Notis ita laudavit :* Legimus ejus (S. Bernardi) res geſtas manuſcriptas Arpino Romam miſſas; *ut proinde de ejus antiquitate & authentica fide dubitari nequeat : ecgraphum hujus Officii, cujus originale Arpini vel fortè Arcani in eccleſia servatur, Majores noſtri Sorâ accepere, cui confirmationis gratiâ notarii publici, qui illud, propria manu deſcripſit, sequens ſubjungitur teſtimoninm :* Fxtracta eſt præſens copia per manus mei infra ſcripti notarii de verbo ad verbum, de ſillaba ad ſillabas à principio uſque ad finem juxta ejus ſeriem continentias & tenorem ex ſuo proprio originali mihi exhibito & exhibenti reſtituto, cum quo, facta diligenti collatione, meliori concordat ſemper ſalvo, & in fidem ego Thomas Germanus publicus regia authoritate per totum ubilibet præſens regnum, ac per quaſcumque mundi partes Apoſtolica authoritate notarius hic me ſubſcripſi & ſignavi requiſitus. Thomas &c.

2 *Hæc ad probandam dicti Officii authoritatem, cujus nunc Hymnum & pauca alia propria* *cujus hic Hymnus*

A *propria oculis curiosi lectoris subjicio. Hymnus in Vesperis ita sonat:*

Lætemur in solemnio
Bernardi beatissimi
Cujus omnes auxilio
Deo fiamus proximi.

Dum mundo peregrinaret
Arpinum venit reditu
Illic sibi vita caret
Sepultus est in exitu.

* *fortè* fluxerat
Pòst multum tempus juxerat *
In Roccam Arcis vehi
Corpus ad locum properat
Gens quælibet paret ei

Transiatione corporis
Campanis Arpinensibus
Fit sonus intus & foris
Nullis illas pulsantibus.

In dicta Rocca ponitur
Sacrum corpus ad tumulum
Nullus languens qui geritur
Mortis horreat stimulum:

B

Quædam mulier secuta
Corpus cum turba gentium
A nativitate muta
Statim subit eloquium

Per ipsum fit ibi cura
In supplici presbytero
Unum sanat de ruptura
Auditum reddit alteri

Tres mulieres dementes
Et oppressæ dæmonio
Sanæ recedunt gaudentes
Abhinc ejus subsidio.

O Bernarde te devota
Mente precamur, quæ pia
Ad reddendum Deo vota
Nos tua juvet gratia

C

Præsta pater ut Beati
Bernardi nos vestigia
Consequamur laureati
Post vitam ad Cælestia. Amen.

& alia pauca dantur, cultus,

3 *Post hymnum sequitur hæc Antiphona propria ad Magnificat:*

Opem nobis Bernarde porrige
Rege stantes, jacentes erige
Mores actus & vitam corrige
Et in pacis viam dirige.

Deinde subnectitur sequens Oratio seu Collecta: Deus, qui Beatum Bernardum confessorem tuum, dum mundum peregrinaret tibi vota reddendo, misericorditer visitasti, de suisque gressibus terrenis ad cælestem regni tui limitem transtulisti, præsta quæsumus, ut de cujus translatione lætamur, ipsius auxilium apud te mereamur percipere. Per Dominum nostrum &c. *Legitur quoque in festo ejusdem Sancti Missa, in qua an aliqua etiam propria recitentur, ignoro, cum hæc in apographo nostro desiderentur. Adhæc concessæ sunt indulgentiæ in ecclesia Arcani, oppidi in regni Neapolitani provincia*, Terra Laboris (*vulgò*) Terra di Lavoro *dicta, quatuor circiter milliaribus Arpino distantis, quod in Actis* Rocca Arcis, *vocatur, lucrandæ in festo Sancti & in anniversario consecrationis ædiculæ seu sacelli, & altaris, quod, ut referunt Acta, Arcani cives, post adeptum sacrum Sancti corpus, in ecclesia sua supra tumulum ejus erexerunt: ita Actis in apographo nostro subnotatum reperi his verbis:* Festus (S. Bernardi) dies est 14 8bris .... consecratio altaris & ædiculæ, ubi est corpus S. Bernardi, fuit facta anno domini 1585 mensis Maji 21, ... ibique sunt 40 dies indulgentiæ in eo die, & in festo ipsius totidem tam in Vesperis, quàm in Missa: *est hæc ædicula seu sacellum, ut quidem conjicio, cum in eo Sancti corpus existere hic dicatur, quod ex primo suæ sepulturæ loco Arcanum translatum, & in hujus oppidi ecclesia conditum fuisse Acta testantur, (unde erasse Wildsonum liquet, qui illud Arpinum translatum fuisse scribit,) ejusdem ecclesiæ Arcanensis pars, altare supra Sancti tumulum à civibus erectum complectens, & proinde diversum ab eo sacello, quod Arpinenses suprà primum ejus sepulturæ locum, Arpinum inter & Arcanum prope capellam S. Joannis ædificasse pro memoria posthuma in iisdem Actis referuntur. Hactenus Sancti cultum ostendimus; nunc quædam de Actis post hunc Commentarium edendis dicenda sunt.*

AUCTORE C. G. D

E

4 *Habemus duo Actorum exemplaria unum prolixius, alterum brevius, quæ ambo ex MS. quod Arpini vel Arcani servatur, transcripta, & ad Majores nostros transmissa fuere; concordant hæc exemplaria, licet non ubique in verbis, tamen in narratione historicâ, ita ut brevius sit merum prolixioris compendium, si excipias unum aut alterum Miraculum, quod prolixius apographum distinctiùs & meliùs, certè cum hymno, supra dato, conformiùs narrat: sic mulieri à nativitate mutæ & miraculosè sanatæ, exemplar brevius sacerdotem mutum erroneè substituit, cum hic defectus non soleat nativitati supervenire, omisitque Miraculum patratum in sanatione sacerdotis surdi; cumque præterea alia non pauca magis explicatè prolixius exemplar tradat, hoc servatâ primigenia phrasi edemus: porro hæc Acta, quæ in 9 lectiones, in Officio ecclesiastico recitari solitas, distincta sunt, ut in margine notabo, fusè quidem narrant inventionem & translationem sacri Corporis, cum quibusdam ea occasione patratis Miraculis, quæ etiam tempore, quo concinnata fuere, ad Sancti tumulum frequentes iterari consuevisse insinuant his verbis:* Frequentantes ad locum, quocumque morbo fuerint gravati sanitatem recuperant, illic cæci sanantur, surdis auditus redditur, & debilis quisque sospes & incolumis regreditur à tumulo; *sed pauciissima tradunt de Sancti gestis, quæ, utpote hominis peregrini, haud dubiè Italis ignota fuere: solummodò ex iis constat, S.* Bernardum

in Angliâ, ut nostro Actorum edendorum Apographo subnotatur, natus fuit,

F

AUCTORE C. G.

A *ex patria sua, quam Ferrarius non rectè suspicatus est fuisse Apuliam, cum eum Acta in Apuliam* Peregrinum & extraneum *appulisse non obscurè indicent, peregrinatum, ut loca Sancta visitaret, cum ex peregrinatione rediret, fortuitò circa Arpinum felicem mortem oppetiisse, nec quidquam habent, unde aetatem, qua Sanctus vixit, aut obiit, vel patriam, ex qua ortus fuit, determinare possis: hanc tamen iterum reperi Actis in Apographo nostro ita subnotatam:* Hic Beatus fuit Anglus, S. D. P. inventus in Patria Latina.

& peregrinus fortè circa initium sec. 12 *in Italia prope Arpinum obiit.*

5 *Ex hac sua patriâ Angliâ Sanctum peregrinationem suscepisse versus Hierosolymam, ut sacrum Domini sepulchrum veneraretur, scribit Wildsonus in Martyrologio Anglicano, adjungitque ei peregrinationis socium S. Gerardum nativitate pariter Anglum; hujus autem S. Gerardi Elogium texit ad diem* 27 *Decembris ex monumentis ecclesiæ Castri Gallinarii in eadem provincia* Terrâ Laboris, *cui tamquam præcipuo cultus loco S. Gerardum adscripsit: ast hic S. Gerardus die* XI *Augusti in memorato Castro solemniter colitur, ad quam ea de causa diem ejus Acta in O-*

B *pere nostro edidit, eumque circa annum* 1100 *vel initio seculi* XII, *non in reditu, sed in itinere, dum Hierosolymam erat iturus, ex hac vita migrasse, collegit Cuperus; igitur, si undequaque veritati congruant, quæ tradit Wildsonus, S. nostrum* Bernardum *paulò seriùs, primis videlicet seculi* XII *annis hanc vitam cum meliore commutasse statuendum est: verum Sanctus ille Gerardus in propriis Actis dicitur* Arvernensi provincia genitus *fuisse, ex quo, cum Arvernia sive Alvernia sit nota Galliæ, non Angliæ, provincia, eum nativitate Gallum fuisse docuit laudatus Cuperus: neque etiam in laudatis S. Gerardi Actis, in quibus quidem duo hujus socii memorantur, sed alter nominatur Stephanus, al-*

C *ter Petrus, neque in propriis Actis itineris comes S. nostro* Bernardo *adjungitur S. Gerardus; unde igitur hæc Wildsonus didicerit, ignoro. Nolim tamen Sanctum* Bernardum *ad visitandum Domini sepulchrum Hierosolymam peregrinatum fuisse, inficiari; cum huic non tantum non adversentur Acta, sed idem aliquatenus, insinuare videantur his verbis:* Beatus Bernardus . . . Christum firmiter diligebat; seque . . . loca, quibus Sancti Dei adorabant, (*visitando*) prolixitatem itineris non metuens alacriter exercebat: *ac inferiùs:* Cum (*inquiunt*) per multam partem hujus D mundi ambulasset templa Dei frequentando, labore suo ac * fastigatione corporis requiem animæ in cœlestibus à Domino cupiens impetrare &c. *Quæ omnia satis bene Hierosolymitanæ peregrinationi conveniunt; quam & eodem, quo S. Gerardus tempore, circa annum videlicet* 1100, *suscipere potuit (post ereptam enim ex infidelium potestate anno* 1099 *piis Christianorum armis Hierosolymam plurimi fideles undique se eò conferebant sacra loca devotè veneraturi) & in reditu circa Arpinum obire. Cum autem hæc admodum sint dubia, etiam Sancti obitum ad caput hujus Commentarii initio seculi* XII *dubiè collocavi.*

* *lege* fatigatione

Ejus postea sacræ Exuviæ circà finem ejusdem sec. Arcanum sunt translatæ.

6 *Positâ hâc de Sancti ætate conjecturâ, tempus quoque, quo sacrum ejus Corpus inventum & in Arcani ecclesia honorificè repositum fuerit, utcumque ex Actis colligitur: refertur enim quidam* senex antiqui temporis, *dum Arcani incolæ Corpus S.* Bernardi *ad oppidum suum occultè transferebant, civibus suis Arpinensibus, campanas Arpini ultro sonantes admirantibus, hæc dixisse:* Quid admiramini istas campanas inspicientes? Unde ista proveniunt spero vobis veraciter exponere; diu est quod sors quemdam peregrinum, plenum moribus, honestum, dum E mundum perambularet huc advenit *, hunc ibi morbo opprimente, gratias agens Domino obdormivit, inde prope viam Roccæ Arcis fuit sepultus: forte Deus amore ipsius sic operatur: *Videtur autem hic senex, tum temporis, cum S.* Bernardus *Arpinum advenit, atque ibi mortuus & sepultus fuit, in vivis fuisse, quod hæc verba:* Diu est quod sors &c. *clarè innuunt, qui loquendi modus temporis spatium haud magis extensum indicat, atque opinionem, quam de ejus sanctitate habebat, ex visu hausisse: certè eam ex traditione seu fama habere non potuit, quæ testantibus Actis vel exigua, vel nulla fuit:* F *nam* Arpinenses (*inquiunt*) quamvis gratias Domino hunc agentem atque benigniter patientem vidissent, tamen ipsius Sanctitatem, nec non de qua patientia fuisset totaliter ignorabant: *posito itaque senem illum ætatem* 90 *annorum tum temporis, cum ista popularibus suis referebat, excessisse, atque Sanctum nostrum Arpini in juventute vidisse, inventio isthæc & translatio sacri Corporis eodem seculo* XII *ad finem vergente collocari potest. Jam nihil reliquum est, nisi ut ipsa Acta exhibeamus, eaque consuetis Annotationibus illustremus.*

* *lege* adduxerit



A

ACTA ET MIRACULA

AUCTORE INCERTO

Ex MS., quod Arpini vel Arcani servatur.

AUCTORE INCERTO.

LECTIO I. *Sanctus ex patria peregrinatus, ignotus moritur Arpini,*

CAriſſimi, nos decet Sanctos Dei solemniter venerari, ut ipſis intercedentibus pro nobis ad Dominum à noſtris peccatis valeamus misericorditer expurgari, ac etiam cum ipſis poſt vitæ noſtræ circulum in cæleſti curia feliciter collocari. Itaque in Beati Bernardi, cujus hodie feſta recolimus, *a* præcipuè speculemur, nosque ipſius operum veſtigia corde devoto aſſiduè imitemur, ut in fine noſtri temporis mundi ac divinâ gratiâ repleti ab immundis spiritibus congruè separemur. Beatus Bernardus, vir quidem humilis & devotus Chriſtum firmiter diligebat, seque, loca, quibus Sancti Dei adorabant, [viſitando] prolixitatem itineris non

B

metuens alacriter exercebat, verum etiam, ut hii domino se gratum redderent, ipſis se precibus humiliter offerebat. * Amore Chriſti Sanctus Dei confeſſor multis abſtinentiis, quamdiu vixit, corpus suum macerabat, sed de ipſis ad præsens nulla fit narratio, quippe de ejus tranſlatione hodierna die fit commemoratio. *b* Verumtamen ad extremitatem vitæ ipſius opportunum eſt accedere, ut loco suæ sepulturæ agnoto * unde, & quo sanctiſſimum corpus ipſius tranſlatum fuerit sensibili G. . . . poſſumus * enarrare; igitur quoad nunc principalibus suis benefactis prætermiſſis ad finem ipſius accedamus. Palam eſt, quod, cum per multam partem hujus mundi ambulaſſet templa Dei frequentando, labore suo ac faſtigatione * corporis requiem animæ in cæleſtibus à Domino cupiens impetrare, *c* rediens autem circà partes Apuliæ, tandem, prout casu huc gradiendo agitabat, Arpinum pervenit; hic autem labore, greſſu itineris defeſſus, ac etiam nimio dolore in corpore compulsus . . . infirmus accubuit, cumque alibi diu ægrotaſſet, ampliori infirmitate . . . oppressus, in paucis diebus gratias agens Domino migravit a ſeculo.

LECTIO III *& extra Arpinum sepelitur.*

2 Defuncto Beato Viro ſanctiſſimum ejus corpus extra Arpinum, ac tamen in ejus territorio prope capellam Beati Joannis in via Roccæ Arcis ſepelitur; Arpines [Arpinates] autem corpus ſanctiſſimi Viri tamquam hominis peregrini, & extranei illic dimiſerunt intra abſconditum, qui quamvis in infirmitatibus ſuis gratias Domino hunc agentem atque benigniter patientem vidiſſent, tamen ipſius Sanctitatem, nec non de qua patientiâ fuiſſet totaliter ignorabant: O quanta culpa ſibi fuiſnique datum, [Deus] nunquam dimiſit, operarius enim dignus eſt mercede ſua, & quia in vita ſua cor ſuum ſemper in bonis operibus confirmavit, idcirco in fine ſuo optimam mercedem meruit obtinere; juſtus & miſericors Dominus beatificavit illum in gloria atque inter Sanctos confeſſores ſuos ſibi locum contribuit, inde ipſius beatitudo per multa Miracula pluribus videntibus manifeſtè approbatur.

LECTIO IV. *Corpus ejus poſteà, sicut semel & iterum cuidam apparens mandaverat,*

3 Quadam nocte ſervus Dei Beatus, poſt suum obitum magna diurnitate * temporis elapſa, cuidam homini Roccæ Arcis in ſomnis apparuit, cui dixit: » Amice noli timere, ego » ſum Bernardus, cujus corpus prope eccle» ſiam Beati Joannis juxta viam Roccæ Arcis » in Arpinum ducentem jàm dudum ſepultum [jacet]; » nunc autem tibi ſuadeo, quatenus » Corpus meum erga archipresbyterum * Roc» cæ Arcis à ſuo loco in eadem Rocca tranſ» ferri procures, ſurge & vade ad ipſum, & » ſibi omnia, prout tibi dicta ſunt, referas: nocte vero præteritâ, mane à cubiculo ſurrexit & ad prædictum archipresbyterum protinus perrexit, atque ipſi quæ in ſomnis viderat, secundum quod ſibi fuerant commiſſa, retulit. Erat autem vir ille magna ſimplicitate repletus, qui ob suam maximam ſimplicitatem qui fatuens * temporalia videbatur penitus ignorare, quamobrem inhibuit presbyter ipsum de talibus murmurare, credens quod illius viſio fuiſſet inanis. * Altera quadam nocte Beatus Bernardus ante cubile præfati viri adfuit dicens: » Quæ tibi injunxe» ram tuo curato nuntiare, verè de hiis te scio » secum locutum; hæc autem non credidit, » quapropter juſſit te ſilere, tuos [ad] archi» presbyterum deducens sermones, rursum ad » eumdem Sacerdotem revertere, cui talia co» ram populo publicè nuntiabis: quæ tibi jam » dixi, non sunt supervacua, quia de hiis mo» dò, quam priùs, sum certior, & ea poteris » approbare; vade ad locum jam tibi denun» tiatum cum turba populi, & intellectus vo» bis dabitur ad * inſtruetur, ubi Corpus ip» ſius poteritis invenire: talia verba ipſi cura» to ex parte mea referes, injungens ſibi ea par» rochianis suis, tamquam à Deo conceſſa, » manifeſtare, ipsos secum ad locum accedere » cohercendo * ſi autem ad dicta obedire no» luerint, scient me apud Deum contra ipsos » ingentem tribulationem veraciter impetraſſe. Finitis verbis Vir Dei inviſibilis [factus] eſt apud ipsum; nuncius autem surrexit à lectulo, ut ea, quæ ſibi dicta fuerant, communi populo exponeret.

Arcanum translatum in ecclesia,

4 Priusquam populum provocaret, omnia suo curato quæ ſibi à Sancto Dei dicta fuerunt,

* LECTIO II.

b

* *lege* agnito

* *lege* poſſimus

* *l.* fatigatione

c

* *l.* a.

* *forte* cohortando

* *lege* ab archipresbytero

* *lege* quasi fatuus

* LECT. V

AUCTORE INCERTO.

fuerunt, nuntiavit. Audiens hæc curatus nimio terrore contremuit, se propter inobedientiam prioris mandati erga Deum, atque Beatum Bernardum confessorem suum confitens peccaviſſe, citò parochianos suos provocavit, ut ad Sancti Confeſſoris mandata facienda ipse invicem promoveret. * Congregato populo curatus nuntio Beati Confeſſoris præcepit omnia, quæ ſibi acciderant, à primo in ultimum illic repetere, tunc nuntius dicit ad ipsos: » Audite & intelligite: fuit olim quidam » fidelis Dei extra Arpinum in via Rocc- » cæ Arcis ſepultus, quem Arpinenses ibi per » longum tempus dimisêre, hunc autem locum » Roccæ Arcis ſibi placuit eligere, quem ve- » rax Deus ſibi conceſſit, *d*. Qua propter per » me nuncius nos ſuadet ad locum accedere, & » ab illo Sanctum corpus extrahere, inde illud » in iſtam Roccam transferre; hoc verè nobis » euntibus oſtendetur, renuentibus autem Sanc- » tiſſimus Vir tribulationes & anguſtias ad- » dixit. Audientes autem mandata Sancti Ber- nardi commoti fuere, atque propter minas ſibi reſpuentibus [intentatas] perterriti, nocte ſequenti ad locum sanctiſſimi Corporis inſimul perrexere, cumque ad locum perveniſſent, ulterius nequierunt pertranſire; illic autem inveſtigantes sanctiſſimum Corpus invenerunt, atque illud abhinc extraxerunt, inde hoc secum portantes receſſerunt, Creatorem omnium invicem collaudantes.

* LECTIO VI.

d

A

B

LECT. VII. *campanis Arpini miraculosè sonantibus*,

5 Videte miracula, quæ omnipotens Deus amore Beati Bernardi Confeſſoris sui condidit, ut ipſum à [se] sanctificatum nobis extenderet.* Et dum sanctiſſimum Corpus à loco, in quo primum poſitum fuerat, clam Arpinenſibus extrahere incepiſſent, omnes campanæ Arpini, nullis has pulſantibus, una ingentes sonitus tribuêre. Videntes Arpinenses iſta ſignacula ceperunt quilibet admirari; erat ibi quidam vir senex antiqui temporis, qui ipſis ſtupentibus dicit: » Quid admiramini iſtas » campanas inspicientes? Unde iſta mira pro- » veniunt, spero vobis veraciter exponere: diu » eſt quod sors quemdam peregrinum plenum » moribus, honeſtum, dum mundum perambu- » laret, huc advenit, * hunc ibi morbo op- » primente, gratias agens Domino obdormivit, » inde prope viam Roccæ Arcis fuit sepultus; » forte Deus amore ipſius ſic operatur, qua- » propter ad locum, ne forſitan sanctiſſimi » Corporis ibi fiat furtiva subtractio, propere- » tis. *e* Finito verbo ad locum velociter cucurrerunt. * Accedentes autem ad locum duplex causa ipsos commovit in iram: una quia per ignorantiam suam Sanctum Corpus ibi dimiserant; reliquia *, quia illud a loco sublatum videbant, gerentesque nequibant attingere; qui, poſtquam reverſi fuerunt, supra locum in honorem beati Bernardi proposuerunt ædificare eccleſiam *f*.

* *l.* adduxerit

C

e

* LECT. VIII.

** *l.* reliqua

f *honorificè deponitur, ibique miraculis claret.*

6 Sed de sanctiſſimo Corpore ipſius quid agitur? Qui vero Corpus ſuſtulerant, ipsum in eccleſia Beatæ Mariæ Virginis in Rocca Arcis . . . cum gaudio tranſtulerunt, atque intra eamdem eccleſiam illud intumulaverunt, & deinde ad laudem Beatiſſimi Confeſſoris quoddam altare super tumulum fundaverunt, dumque Sanctum Corpus ibi poneretur, omnes gentes loci illuc cucurrerunt, quæ per ipsum fiunt mirabilia cernere cupientes. Inter quæ quædam mulier, quæ à nativitate sua muta fuerat, ad locum acceſſit, & ſtatim auxiliante Beato Bernardo ipſi reſtituitur eloquium. *g* Frequentantes ad locum, quocumque morbo fuerint gravati, sanitatem recuperant, illic cæci sanantur, surdis auditus redditur, & debilis quisque precibus Beatiſſimi Confeſſoris sospes & incolumis regreditur à tumulo. * Cumque miracula Beatiſſimi Confeſſoris per universam patriam fama publicaret, quidam Sacerdos, qui auditum amiserat, iſta percipiens, ad locum protinus feſtinavit, cumque ad locum accederet, citò manum supra tumulum projecit, inde digito suo in utramque aurem appoſito, tunc auditum recuperat. Accedens & alter illuc, qui quidam * de ruptura gravatus fuerat . . ., provocans Beatum Bernardum, ut ſibi ferret auxilium, precibus finitis, ulla * inciſione factâ, mox interceſſione Beati Bernardi sanus fuit ad aram. Tres mulieres dementes ante tumulum Beati Bernardi adductæ, quæ valde à dæmone torquebantur, ipso auxiliante, ſanæ & alacres abierunt, nec non à dæmonio liberatæ: cernentes autem mirabilia, quæ per ipsum fiebant, gratulabantur, & de ejus Tranſlatione Dominum laudabant, dicentes, mirabilis es Domine in Sanctis tuis, qui Corpus Beati Bernardi Confeſſoris tui ibi mirabiliter collocaſti, atque ſibi tantum populum sanare virtutem & fortitudinem tribuiſti, tibi laus, decus & gloria in sempiterna sæcula. Amen.

* LECT. IX.

* *l.* quondam

* *l.* nulla

D

g

E

F

ANNOTATA.

a *Adde:* rebus geſtis, *ſive* operibus, *aut quid simile; alioquin enim sensus eſt mutilus; cum verò in decursu sæpius aliqua verba deficiant, ne ea separatim annotando, vel ſine causa Annotationes multiplicem, vel marginem nimiùm oppleam, ea ipſi textui inserui, sed diſtinctionis causâ uncis inclusi; quod hîc monuiſſe ſufficiat.*

b *Hinc patet, diem tranſlationis tantum recoli, non diem obitûs, seu depoſitionis, qui veroſimiliter ignotus eſt, uti & Sancti Geſta Italis ignota fuerunt; quam putamus veram rationem, cur ea auctor hîc non recenſeat, non futilem illam, quam adhibet.*

c *Ex his verbis & ſimul ex Martyrologio Anglicano, non improbabile cenſuimus in Comment. Sanctum circa finem ſeculi* XI *Hieroſolymam peregrinatum fuiſſe, & in reditu initio ſeculi* XII *obiiſſe.*

d *Senſus hîc non cohæret, niſi verba ſequentia uſque ad* audientes autem *dixerit curatus, qui hîc videtur ſermonem, à nuntio inceptum, complere.*

e *Hinc Sancti corpus inventum & tranſlatum fuiſſe circa finem ſeculi* XII *conjecimus Comment. num.* 6.

f *Exemplar Actorum brevius ſic habet:* Quo (*ad ſepulturæ locum*) Arpinates cucurrerunt, ne furtivè inde (*ſacrum Corpus*) subtraheretur, sed subtractum fuiſſe cognoverunt, in quo loco pro memoria ædiculam ædificaverunt.

g *Huic mulieri mutæ exemplar brevius erroneè ſubſtituit ſacerdotem mutum, ut monui Comment. num.* 4.

INDEX HISTORICUS

IN TOMUM VI OCTOBRIS.

† Aaron *sacerdos* 585 e
Abba Agathus *inter Prætermissos* 164 a b
Abbo *Lemovicensis S. Martialis abbas* 281 a b c d e f, 304 a
† Abdas *episcopus martyr* 162 d
Abel *à fratre Caïn occisus* 310 d
† Abel *episcopus confessor inter Prætermissos* 394 c d
Abisaï *filius Sarviæ dux exercitûs regis Davidis* 247 b
Abortina *mulier cæca, SS Gaudentii, Valentini & Victoris exuviis mirabiliter ostensis, visum recepit* 461 f, 462 a b c d, 473 a b c e f
† Abraham *patriarcha* 39 a, 252 e, 303 d, 387 d
Absalon *Davidis regis filius rebellis* 304 b
Acca *soror S. Eduini regis Northumbriæ* 109 e
Accurius (*Andreas*) *adfuit translationi reliquiarum S. Gaudentii* 466 b
Accurius (*Sigismundus*) *Montisbodii prior* 466 b
† Accursius *Ordinis Minorum S. Francisci Marrochii martyrio sublatus* 384 b
Acharius *episcopus Veromanduorum* 80 f, 81 b e f
Achitophel *consultor pessimus* 316 e
† Aciscius *martyr Cordubæ in Hispania* 189 c d, 191 d
† Acurius *episcopus* 457 e
Acurius (*Joannes Angelus*) *Conventualium Minorum Montisbodii Guardianus* 463 e
Ada, *ut Pippini regis filia à nonnullis memorata* 230 f
Adacius *vicarius S. Odonis abbatis Cluniacensis* 279 c d
Adalardus *abbas Sithiensis seu S. Bertini inter Missos à Carolo Calvo* 491 b
† Adalbero *episcopus Augustanus* 242 a b, 247 e, 250 e
Adalbero *monasterii SS. Udalrici & Afræ Augustæ Vindelicorum abbas* 241 f
Adalbertus *Austriæ marchio* 353 a, 356 e, 357 a, 362 a
Adalbertus *episcopus Wirceburgensis* 569 a
Adalbertus, *seu* Magdalbertus *monachus & concionator apud Lemovicos* 312 c
Adalelmus *S. Geraldo comiti Auriliacensi infestus* 287 f; *terribili morte punitus* 312 b c
Adalgarius *primus abbas Auriliacensis* 284 c, 288 e, 290 d, 291 a
Adalgarius *S. Juliani Brivatensis abbas* 286 d
Adalgarius *inter missos à Carolo Calvo* 494 e
Adalgerus *S. Colmani ope sanatus* 359 b c, 360 c
Adalgirus. *Vide* Adalgarius.
Adalharius *sacerdos, S. Bonifacii archiepiscopi Moguntini discipulus* 579 b, 582 b c
Adalwinus, *oppidò lassus, à S. Goare mirabiliter fuit confortatus* 537 f
Adalwinus *episcopus Ratisponensis* 239 b
Adam *protoparens* 314 f
Adam *Ordinis Camaldulensis eremita* 624 c
Adamus (*Theodorus*) *S. Seraphini ope à lepra mundatus* 146 a
Adda *rex Berniciorum, Idæ I regis Northumbriæ filius* 109 f
Adelaïs *Pippini regis filia* 230 f, 231 a
Adelardus *episcopus Claromontanus S. Geraldo comiti in extremis agenti astitit* 292 e f, 326 d
Adelphius *episcopus Metensis* 484 a
Adelphius *episcopus Pictavensis* 78 f
Adelphius *episcopus Rauracensis Concilio Aurelianensi I subscriptus* 78 c e, 82 e
Adelphius *episcopus Riatensis* 78 f
Adelphius *Concilio Aurelianensi subscriptus qualis* 78 f, 79 a b c d e f
† Adelredus *Rievallensis Ordinis Cisterciensis in agro Eboracensi abbas* 345 d f
Adelricus *secundus Arduennæ dux* 230 f
Ademarus *comes Pictavensis* 286 d, 287 c d e, 311 b c; *insidias struxit S. Geraldo comiti Auriliacensi ibidem* c d e, 31 c
Ademarus *filius Emenonis, Ramnulpho comiti Pictavensi extitit inimicus* 285 d
† Adilbero *episcopus Augustanus. Vide* † Adalbero.
Adilbertus, *abbatiæ SS. Udalrici & Afræ Prior, vitam S. Simperti episcopi Augustani primus conscripsit* 228 c, 245 b; *dictus fuit aliàs* Adalbero 230 c
Adimarus *cum conjuge sua Starechilde bona quædam monasterio Morbacensi in Alsatia Superiori concessit* 234 a
† Adjutus *Ordinis Minorum S. Francisci, Marrochii pro fide necatus* 384 b
† Ado *episcopus Viennensis in Delphinatu Gallico* 546 f
Ado *Hetani Franconiæ ducis nutritius* 565 b
Adraldus *è monacho Conchensi Auriliacensis abbas creatus* 291 e f
Adraldus II *abbas Auriliacensis* 292 a
Adraldus *vassus seu vasallus* 330 c

INDEX HISTORICUS

Adraldus *præſtigiator à S. Geraldo comite fuit coërcitus* 323 d
Adrevaldus *S. Aigulphi abbatis & martyris biographus* 540 f *& ſeq.*
Adrianus I *Papa* 456 c ; *ſcripſit Carolo Magno* 435 d ; *eumdemque incitavit ad indicendum bellum Deſiderio regi Longobardorum* 125 c d
Adrianus IV *Papa* 70 b
Adſo *abbas Dervenſis in Campania Gallica* 481 f, 482 b
Adventus *vir conſularis* 410 b
† Ægidius *confeſſor* 249 d
Ægidius *monachus Aureæ-Vallis* 77 a
Ælidius *cum Claro S. Speriæ ſeu Exuperiæ fratre armis contendit* 121 f, 122 b c ; *eamdem ſibi nubere recuſantem obtruncavit* 121 d f
Ælla *S. Eduini regis Northumbriæ frater* 109 e f
† Æmilianus (*Hieronymus*) 158 e ; *Sanctorum Albo adſcriptus* 159 c
Ænguſſius, *cognomento* Magnus, *S. Fieci epiſcopi Sleptenſis frater, à rege Lageniæ in Hiberniam eſt relegatus* 105 e ; *Martyrologii Hibernici auctor fuit* 104 d
Æthelbaldus *Merciorum rex* 562 d e
† Afra *ejuſque ſociæ* 247 a
Afranius. *Vide* Burrhus.
Agapetus II *Papa* 33 d e f
† Agatha *virgo martyr* 33 e
Agatha *S. Henrici imperatoris neptis* 345 c
† Agatho *Papa* 553 d
† Agathodorus *martyr inter Prætermiſſos* 162 e
† Agathonica *martyr inter Prætermiſſos* 162 e
Agericus *epiſcopus fortè Aquenſis Concilio Lugdunenſi anno* DCCCXXIX *interfuit* 549 f, 550 a
† Agilus *abbas Resbacenſis in diœceſi Meldenſi* 82 a
Agnellus *epiſcopus Tridentinus ſchismati renuntiavit* 50 c
† Agnes *virgo martyr* 450 a
Agnes *à Sancto Dominico inter Prætermiſſos* 5 f
Agnes *principis caſtri de Chambon S. Valeriæ ſoror* 284 a
Agnes *Conſtantini de Born uxor* 284 b c
Agnes *filia Ramnulphi vicecomitis de Albuſſon* 284 b
Agobardus *epiſcopus Lugdunenſis* 550 b ; *Concilio Lugdunenſi anno* DCCCXXIX *interfuit* 549 f, 550 a
† Agricius *epiſcopus inter Prætermiſſos* 167 b c
† Agricolus *martyr* 293 c e ; *ejus reliquiæ in thecam collectæ ibidem*
† Agrippanus *epiſcopus martyr* 299 f ; *ejus reliquiæ viſitatæ ibidem*
† Aichardus, *cujus corpus delatum fuit ad dedicationem monaſterii Haſnonienſis* 507 a
Aigradus *monachus Fontanellenſis ſcripſit Vitam S. Ansberti epiſcopi Rothomagenſis* 539 b c f
† Aigulphus *abbas Lerinenſis martyr* 539 c, 540 e f, 541 a b c
Aimelina *Betranni de Born filia* 284 b
Aimericus *de Axia* 284 b
Aimonus. *Vide* Aymo.
Ainardus *S. Martialis Lemovicis abbas* 281 b
Alacina *canonicus Aſculanus, cujus ſororem letaliter decumbentem, à morbo ſurrecturam S. Seraphinus prædixit* 141 c
Alanus *abbas inter Prætermiſſos* 396, f 397 a b
Alanus IV, *cognomento* Fergentius, *Minoris Britanniæ dux* 379 c
Alanus *Conani* IV, *minoris Britanniæ ducis, conſtabularius* 380 e
Alanus *donationi B. Mauritio abbati factæ teſtis ſubſcriptus* 380 e
Alanus *filius Elmarc donationi S. Mauritio abbati factæ teſtis ſubſcriptus* 380 f
Albanus (*A.*) *S. Mariæ in Via-Lata Prior diaconorum Cardinalis, ſubſcripſit Actis Canonizationis S. Seraphini, Ordinis Capucinorum converſi* 160 a
Albanus (*Hannibal*) *S. R. E. Cardinalis Menologium Baſilianum Latinè vertit* 19 d
Albani (*J. F.*) *epiſcopus Sabinenſis & S. R. E. Cardinalis, ſubſcripſit Actis Canonizationis S. Seraphini, Ordinis Capucinorum converſi* 159 f
Albarinus (*Philippus*) *Aſculanus, dum voto emiſſo ad S. Seraphini feretrum deportatur, à diutina infirmitate in via convaluit* 151 c
Albaſia *S. Chelidoniæ virginis mater* 366 d
Albericus *episcopus Laudenſis interfuit Concilio Lateranenſi, ab Alexandro III celebrato* 63 c d
Albericus (*Bartholomæus*) *epiſcopi Senogalienſis notarius* 463 e, 464 a
Albericus *monachus Caſinenſis ſcripſit Vitam B. Dominici Sorani* 613 d
Albertinus (*Lucas*) 146 f. *Vide* Auguſtilia.
† Albertus *episcopus Laudis Pompeiæ ſeu Laudenſis* 59 b, 63 c d
Albertus *S. Martialis Lemovicenſis abbas* 299 c
Albertus *archidux Auſtriæ, ac Belgii princeps* 516 f
Albertus *Bavariæ dux adfuit Maximiliano cæſari in bello contra Bohemos* 243 b
Albertus *oppidi S. Manechildis in Campania Gallica dominus* 530 d
Albinus *vir conſularis* 76 f, 484 b e, 501 f
Albiſius (*Bartholomæus*) *conſcripſit Acta martyrii SS. Danielis ſociorumque* 385 a *& ſeq.*
Albiwinus, *præ laſſitudine penè deficiens à S. Goare miraculosè eſt confortatus* 537 f
Albizo *S. Mariæ apud Florentiam abbas* 624 f
Alboïnus *Longobardorum rex Italiam ingreſſurus, exercitum duxit ex Pannonia Inferiore per Jaspidiam Veterem* 50 d
Albuinus. *Vide* Witta.
† Aldegundis, *cujus corpus interfuit dedicationi monaſterii Haſnonienſis* 507 a
Aldetrudis *S. Geraldi comitis Auriliacenſis mater* 282 a, 283 c, 301 e
† Alexander *Papa martyr* 48 a, 437 e
Alexander II *Papa* 611 e, 617 e, 618 a *& ſeq.*, 619 b, 620 b
Alexander III *Papa* 63 b ; *tranſlationem novæ civitatis Laudenſis è veteri loco ratam habuit* 63 d ; *celebravit Concilium Lateranenſe anni* MCLXXIX *ibidem* c ; *laudavit approbavitque canonicorum S. Donatiani Brugenſium*

genſium in communi vivendi normam 506 e
Alexander V *Papa* 521 c
Alexander *imperator. Vide* Aurelius Severus.
Alexander *princeps Parmenſis, Belgii gubernator* 515 f
Alexander *inter epiſcopos Viennenſes numeratus* 546 f
Alexander *Malcolmi Scotiæ regis filius* 345 b
Alexander *puerulus phreneſi correptus, S. Simperti ope convaluit* 268 a b c
Alexandrina *mater Alſatiæ mortis periculum S. Seraphini interventu evaſit, & fœtum maſculum peperit* 141 a
Alexandrinus (*Gaſpar*) *Complienſis à ſanguinis profluvio S. Seraphini ope liberatus* 152 b
Alfuinus *presbyter Odfrido Watinenſis monaſterii fundatori S. Richarii ædiculam ceſſit* 514 e
Alildus, *S. Fieci epiſcopi Sleptenſis frater, à rege Lageniæ in Hiberniam fuit relegatus* 105 e
Alim *ſeu* Alimus *episcopus Sabionenſis* 239 a b
Alla. *Vide* Ælla
Alleys, (*Athanaſius*) *Ordinis Recollectorum conventus Brugenſis Guardianus, adfuit Tranſlationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 d
Almachius *Urbis præfectus* 464 c
Almodes *Archambaldi Barbati vicecomitis de Comborn filia* 284 b
Alomeus *Aſculanus* 143 f. *Vide* Marcellina.
Alpais *Gaucelini de Petrâ-Bufferia filia* 284 a
† Alphius *martyr* 400 a
Alphonſus, *cognomento* Craſſus, *Luſitaniæ rex* 388 e
Alphonſus *marchio Stroſſii, & regi Catholico à concilio militari, adfuit Tranſlationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 d
† Alpinus *episcopus Catalaunenſis S. Manechildem ejuſque ſorores velo virginitatis induit* 527 c, 531 a; *quo tempore ſederit* 527 d & *ſeq*, 528 a & *ſeq.*; *interfuit veroſimiliùs Concilio Venetico anni* CCCCLXV 528 b
Alſatia *Annibalis viri nobilis uxor, ob moribundam matrem oppidò anxia, & hanc ſanandam, & fœtum maſculum edituram, à S. Seraphino certior eſt reddita* 141 a
Alſenia *nobilis Aſculana, filium exulem moriturum, à S. Seraphino didicit* 142 c
Albertus *vir nobilis S. Angadriſmæ virginis patruus* 539 d
Alvitrata (*Theodora*) *vultu oreque tumida, S. Seraphini ope curata* 146 d
† Ama *virgo ſoror S. Manechildis* 526 c, 527 d, 529 a, 531 a
Amalfredus *filius Galomon à S. Geraldo comite Auriliacenſi terræ portionem teſtamento accepit* 290 a
Aman *princeps regis Perſarum* 311 c
Amandinus *epiſcopus Catalaunenſis* 527 f, 528 a b; *ſubſcripſit Concilio Turonenſi anno* CCCCLXI 328 b
† Amandus *epiſcopus fundavit monaſterium Torholtanum* 496 e; *ejus corpus interfuit dedicationi monaſterii Haſnonienſis* 507 a; *item Conventui Aldenardenſi* 509 e
Amandus *epiſcopus Argentoratenſis* 78 a
Amantius *vir conſularis* 76 f, 484 b, 501 f
Amata (*Marchinia*) 146 d. *Vide* Seraphinus.
† Amatus, *cujus corpus interfuit dedicationi monaſterii Hasnonienſis* 507 a
Ambertus 230 d 242 c; *num fuerit pater S. Simperti episcopi Auguſtani ibidem* e f
Amblardus *episcopus Claromontanus. Vide* Adelardus.
† Ambrosius *episcopus Mediolanensis, ecclesiæ doctor* 72 e, 332 f, 337 b 408 d f, 416 f, 450 a.
† Ambrosius *episcopus Senonensis inter Prætermiſſos* 163 d
† Amelbergæ *Tranſlatio inter Prætermiſſos* 394 c d; *ejus corpus interfuit Conventui Aldenardenſi* 509 e
Amelgerius *miles* 297 a
Amelia *S. Geraldo comiti Auriliacenſi affinis, cœnobii S. Petri de Curte prope Virdunum fundamenta jecit* 283 e
Amende (*Georgius*) *Matthiæ cæsaris concionator* 434 a; *S. Callixti ope à gravi febri liberatus ibidem* b
Amicus *abbas Morbacensis in Superiori Alsatia* 232 e, 233 d
† Amicus *eremita incoluit monaſterium S. Petri de Avellano* 613 c d
Ammon *Davidis regis filius inceſtuosus* 254 f
† Amolwinus *inter Prætermiſſos* 394 c d
† Amor *abbas Amorbacensis* 560 e
† Ampodus *martyr in Cappadocia* 426 a b, 427 d
† Anacletus I *Papa martyr* 172 b, 482 a
† Anaſtasia *virgo martyr* 422 d
† Anaſtasia *virgo martyr inter Prætermiſſos, eadem cum S. Anaſtasia virgine & martyre Romana* 7 d e; *paſſa fuit sub Decio* 20 d
† Anaſtasiæ *Reliquiarum tranſlatio in ecclesia S. Joannis Baptiſtæ in Butera inter Prætermiſſos* 7 f, 8 a d
Anastasia *virgo abbatiſſa in Græcia inter Prætermiſſos* 164 b c
† Anaſtaſius *martyr apud Perſas* 335 a
Anaſtaſius *imperator à Tyberio captus, clero nomen dedit* 548 d f
Anaſtaſius, *S. Eutymiani hegumenus, hæreticus* 606 c d
Anatalon. *Vide* Anatelon
Anatelon *epiſcopus Mediolanenſis ordinatus à S. Barnaba* 11 b, 13 f
Anbermont (*B. Petrus d'*) *S. T. L., canonicus & officialis Tornacenſis* 448 b
Ancarano (*Conſtantia ab*) *altera manu capta, apud S. Seraphini tumulum incolumis eſt reddita* 151 d
Ancillottus (*Hieronymus*) *ad mortem ægrotans, periculum ſeſe evaſurum, à S. Seraphino edoctus eſt* 141 d
Andegarius *monaſterii S. Martini abbas* 240 c
† Andreas *Apoſtolus* 330 a
† Andreas 588 a. *Vide* † Magnus.
Andreas *epiſcopus Caprelanus conſecravit altare S. Mariæ in eccleſia Pirani* 48 d f
Andreas *epiſcopus Tarentaſienſis Concilio Lugdunenſi anno* DCCCXXIX *interfuit* 549 f, 550 a
Andreas *epiſcopus Victricenſis* 355 f 356 a

Andreas

Andreas *Hungariæ rex* 343 d
Andreas (*Joannes*) *Mecotii fabri lignarii filius, quem leviter ægrotum brevì poſt moriturum S. Seraphinus prædixit* 142 c
Andreas (*Petrus*) *Novanenſis* 144 c. *Vide* Aurelia.
Andreas *civis Auguſtanus à capitis ventriſque doloribus S. Simperti ope ſanatus* 267 b
Andreas *Fanenſis exſtruxit conventum Caſtrovillarum Ordinis Minorum in Calabria* 386 f
Andromeda *inter Prætermiſſos* 6 c
† Andronicus *martyr inter Prætermiſſos* 3 c; *paſſus fuit in Cilicia ſub Numeriano Maximo præſide* 20 e
† Angadriſma *virgo* 438 a
Angariſma *in Actis S. Aigulphi ab Adrevaldo relata, veroſimiliùs in rerum natura haud extitit* 540 e & *ſeq.*
Angelica *à Monte S. Pauli virginitatem Deo ſe conſecraturam è S. Seraphini oraculo didicit* 143 c
Angelica *mulier Aſculana, ab univerſali corporis dolore cordisque palpitatione S. Seraphini meritis fuit liberata* 143 f
Angelis (*Fredericus de*) *actuarius ſeu notarius aſſitit elevationi reliquiarum S. Chelidoniæ* 372 f
Angelo (*Vincentius de S.*) *monaſterii S. Gaudioſi Neapoli confeſſarius* 451 e
† Anianus *epiſcopus inter Prætermiſſos, idem veroſimiliùs cum S. Aniano epiſcopo Aurelianenſi, qui colitur* XVII *Novembris* 7 e f
Anianus *vir conſularis* 501 e
† Anicetus *Papa martyr* 483 f; *ſepultus in cœmeterio S. Callixti* 421 b c
† Anna *mater S. Samuëlis prophetæ* 252 e; *inter Prætermiſſos* 400 e f
Anna *prophetiſſa filia Phanuëlis* 252 e
Anna *imperatoris Matthiæ conjux mandibulam S. Colmani martyris dono accepit* 357 b; *S. Callixti Papæ reliquias hæreticorum furori piiſſimè ſubtraxit* 434 a b c
Anna *mater Alexandri pueruli, S. Simperti ope à phreneſi curati* 268 a
Anna *Bartholomæi, agricolæ de oppido Graben, filia à capitis dolore S. Simperti ope liberata* 267 f, 268 a
Annemundus. *Vide* Munemundus.
† Anno *archiepiscopus Coloniensis* 69 a
Anonyma *vidua inter Prætermiſſos* 166 b
† Ansbertus *archiepiscopus Rothomagensis* 539 a; *S. Angadrismæ in juventute desponsatus, virginitatem ſervare illibatam ſtuduit* 539 d e; *ad aulam regis invitus à patre perductus, illam liquit* 539 f, 540 a, *quandonam obierit* 541 c d e f, 542 a & *ſeq.*; *ejus corpus delatum fuit ad Conventum Aldenardensem* 509 e
† Anſcharius *epiſcopus Hamburgensis quorumdam Sanctorum corpora tranſtulit* 493 e f
† Anſegisus *abbas* 542 f
† Ansgarius. *Vide* † Anscharius.
Anso *Ordinis Camaldulensis monachus* 622 c
† Anterus *Papa* 17 b; *sepultus fuit in cœmeterio S. Callixti* 421 c
Antigonus *inter Prætermiſſos* 164 c
Antonia, *uxor Juſtiniani, letaliter decumbens S. Seraphini meritis convaluit* 154 c d
† Antoninus *martyr* 64 b c e f
† Antoninus *archiepiscopus Florentinus scripſit Acta martyrii SS. Danielis Sociorumque* 385 a & *ſeq.*
† Antoninus *episcopus Maſſiliæ inter Prætermiſſos* 167 c d
Antoninus, *cognomento* Pius, *imperator* 483 d e; *inſtituit Romæ Virgines Fauſtinianas* 406 e
† Antonius *monachus Lirinensis, cujus Vitam scripsit Ennodius episcopus Ticinensis* 31 d
Antonius (*Alexander*) *anachoreta* 338 c, 341 c
Antonius, *S. Lucæ abbatis ex ſorore nepos ſanctiſſimè vixit* 341 c d
Antonius *rex ab Auguſto devictus* 406 b
Antonius *inter Prætermiſſos* 397 b c
Antonius *monachus S. Baſilii inter Prætermiſſos* 165 d
Antonius *conventûs Minorum Conventualium Montisbodii cæmentarius* 464 a
Antonius *Pupienſis martyrum irriſor in ſomnis fuit terrefactus* 388 c
Aolaars *Guidonis principis Lemovicenſis filia unica* 284 a
Aper *epiſcopus Remenſis* 501 f, 502 a d e
† Apollinaris *epiſcopus Ravennas & martyr, cujus cranii os tranſlatum fuit ad eccleſiam cathedralem Tornacenſem* 46 b
Apollinaris *Laodicenus, ſcriptor à S. Hieronymo citatus* 172 f
Apollonia, *puellula quinquennis pedum uſum S. Seraphini ope eſt conſecuta* 155 a
† Apollonius *ſub Commodo imperatore martyrium paſſus* 173 f
Aprianus *vir conſularis* 18 e
Apronianus *vir conſularis* 171 a
Aprunculus *epiſcopus Trevirenſis* 534 f, 535 a, 536 c, 537 b c d
Aquilbertæ *Tranſlatio inter Prætermiſſos* 395 c
Aquilinus *Norici præſes* 26 b d; *Chriſtianos perquiſiturus acceſſit Laureacum* 30 c d e
Arboldus *urbis Septenſis in Mauritania Tingitana judex* 386 a, 391 a, 392 d
Arcadius *imperator filius Theodoſii* 74 e
Archambaldus *epiſcopus Catalaunenſis* 530 a b, 531 c f; *S. Manechilais virginis feſtum quotannis, annexis etiam Indulgentiis, celebrari præcepit* 526 f, 527 a
Archambaldus *cognomento* Barbatus *vicecomes de Comborn* 284 b
Archangelus (*Æmilius*) *civis Aſculanus, qui morbo detinebatur, de ſecutura morte à S. Seraphino præmonitus fuit* 142 c
Arconatus (*Franciſcus*) *miles Hiſpanus. Vide* Maria, *Franciſci.*
Archanradus *epiſcopus Catalaunenſis* 531 f; *corpus S. Manechildis transferri juſſit* 529 a b c, 530 b
Ardanus *abbas inter Prætermiſſos* 4 e f
Ardingus *velut epiſcopus Ticinenſis memoratus* 127 e
† Arduinus *confeſſor* 458 c
† Aredius *abbas Attanenſis* 282 a b c d e f, 283 a b, 301 f, 303 f
Areneſtia (*Elizabetha*) *Herentalenſis cœnobii præfecta, inter Prætermiſſos* 397 f

IN TOMUM VI OCTOBRIS.

Arctinus (*Dom. Maximus*) *monachus Sublacenſis, aſtitit elevationi reliquiarum S. Chelidoniæ* 372 f
Areuna *rex Jebuſæus* 585 e, 587 a
Argeria, *Felicis Graſſi uxor, à partûs doloribus S. Seraphini ope liberata* 151 f
Aribertus *monachus S. Geraldum comitem Romam comitatus fuit* 320 c
Aribo *bonorum monaſterii Fuldenſis invaſor* 231 f
† Arigius *epiſcopus Vapincenſis* 329 a
Ariprandus *monachus Ordinis Camaldulenſis* 619 d
Arius *hæreſiarcha* 459 e
Arlaldus *S. Geraldo comiti infeſtus, armis demùm cohibitus fuit* 312 d e
Armandus (*Gerardus*) *canonicus eccleſiæ Sarlatenſis* 120 c
Armatus (*Nicolaus*) *epiſcopus Tudertinus SS. Fortunati aliorumque corpora in novam baſilicam tranſtulit* 521 b c
Armellini (*Marianus*) *S. Petri de Aſſiſio abbas* 362 c
Arn *epiſcopus Herbipolenſis* 592 f
Arno *epiſcopus Salisburgenſis* 38 a b, 41 f, 239 a
Arno. *Vide* Aarnus.
Arnoldus II *archiepiſcopus Colonienſis* 70 b
Arnoldus *epiſcopus Claromontanus* 292 f; *quandonam ſucceſſerit Adelardo* 293 a *& ſeqq.*
Arnolfinus (*Joſephus*) *theologus Pariſienſis* 378 f
Arnulfus *epiſcopus Halberſtadienſis* 351 d
Arnulfus *S. Odonis abbatis Cluniacenſis coadjutor* 291 e
Arnulfus *abbas* 297 c
Arnulphus *rex Francorum* 563 e f, 569 a
Arnulphus, *cognomento* Magnus, *Flandriæ comes* 491 a, 492 f, 494 f, 498 e; *fundavit Capitulum S. Donatiani Brugis* 495 d *& ſeqq.*, 496 a *& ſeqq.*; *ad indaganda S. Donatiani geſta ad Hugonem Remenſem archiep. litteras dedit* 496 d e f, 497 a b c d
Arpinus (*Joannes Camillus*) *accepto in capite vulnere, per S. Seraphinum curatus* 144 f
Arſacius, *S. Joanne Chryſoſtomo in exilium pulſo, ſedem Conſtantinopolitanam invaſit* 74 e f
Arthabasdus *imperator* 562 d
Aſcanius, *Vincentii Pilati filius, à venerea lue, voto ad S. Seraphinum facto, mundatus fuit* 152 b
Aſcevolini (*Joſephus*) *advocatus Aulæ Conſiſtorialis Romæ* 158 f
Aſclepius *presbyter Concilio Aurelianenſi II, nomine Adelphii Rauracenſis epiſcopi, ſubſcripſit* 78 e
Aſtancollus (*Franciſcus*) *Tuderti in Umbria notarius publicus* 521 f
† Aſterius *martyr* 425 b, 427 e f, 428 c d e, 429 d e, 435 a, 441 e; *tumulavit corpus S. Calliſti Papæ & martyris* 401 b f, 411 a b e f, 412 a, 419 c, 420 a e, 424 a, 426 c d e f
† Aſterius *alter martyr Romæ* 419 c
† Aſturius *martyr. Vide* † Aſterius.
Athala, *Arnulphi Magni Flandriæ comitis uxor* 495 d
† Athanaſius *patriarcha Alexandrinus* 60 a b c d e f, 61 a b c d, 77 e; *inter Prætermiſſos* 163 a
Atho *S. Geraldi comitis Auriliacenſis nepos fortè condidit dotavitque monaſterium Lezatenſe* 283 e
Atalongus *presbyter, ac ludimagiſter Carlburgi* 564 b, 581 a; *locum, ubi SS. Kiliani Sociorumque martyrum corpora latebant, miraculò didicit* 564 d
† Attalas *diſcipulus S. Columbani* 80 e
Attila *Hunorum dux* 72 d, 486 e; *Germaniam, Belgium & nonnullas Galliæ provincias ferro, igne & cæde devaſtavit* 72 a
Atto *epiſcopus Friſingenſis* 239 a b
Attolongus. *Vide* Atalongus.
Aventinus *epiſcopus Carnotenſis* 79 f
Avigerna *S. Geraldi comitis Auriliacenſis ſoror* 283 e, 288 d f
Aubin (*F. Antonius de S.*) *paſtor Camphinienſis* 448 c
† Auctor *epiſcopus Metenſis* 480 e, 484 a e f, 485 a c d e, 486 a b d e
Auctor *epiſcopus Trevirenſis* 537 a
Audacer. *Vide* Odoacer.
Audiantius, (*Hubertus*) *cathedralis eccleſiæ Brugenſis pœnitentiarius, adfuit tranſlationi reliquiarum S. Donatiani* 517 a
† Audifax *martyr Romæ* 419 c
† Audoënus *archiepiſcopus Rothomagenſis* 539 e, 540 b
† Audomarus *epiſcopus Bononiæ Teruanenſis oppidi* 80 f, 81 b e f; *ejus corpus interfuit dedicationi monaſterii Haſnonienſis* 507 a
Auguſtilia (*Maria*) *Aſculana, jam à mediis deſperata, invocavit S. Seraphinum, ab eoque mox ſibi apparente ſanitatem recepit* 150 b
Auguſtilia (*Maria*) *Lucæ Albertini uxor, lactis copiam per S. Seraphinum accepit* 146 f
Auguſtina, *M. Tullii Aſculani uxor, à mortifera angina per S. Seraphinum curata* 146 b
† Auguſtinus *epiſcopus Cantuarienſis* 415 c
† Auguſtinus *ep. Hipponenſis, eccleſiæ doctor* 46 b
Auguſtinus (*Ser.*) *in viſitatione reliquiarum S. Gaudentii teſtis adſtitit* 463 f
Auguſtinus *Florentinus auctor Hiſtoriæ Camaldulenſis, anno* MDLXXV *Florentiæ typis vulgatæ* 5 a
Auguſtus *cæſar* 458 b, 498 e, 508 d, 509 e
Aunemundus. *Vide* Munemundus.
Aurania, *Ferrantis Palettæ Aſculani uxor, à ſiniſtri humeri cruciatu S. Seraphini ope ſanata* 144 b
† Aurea *martyr cum ſociis pluribus* 404 c
† Aurelia *virgo martyr Cordubæ in Hiſpania* 474 f
Aurelia, *Petri Andreæ Novanenſis uxor, à colica paſſione S. Seraphini ope liberata* 144 c
† Aurelius *epiſcopus Vellavenſis* 419 e, 420 a
Aurelius Severus (*Alexander*) *imperator* 18 b f, 401 c d e f, 439 c, 441 f, 442 a, 446 d, 442 a b, 443 a, 498 c, 500 c; *an per ſemetipſum in Chriſtianos perſecutionem*

moverit 402 b & *seqq.*; *Christianis ad sacra peragenda hospitium publicum concessit* 422 e
Aurelius (*Marcus*) *imperator* 483 d; *cum Lucio Vero successit Antonino Pio* 170 f
Aurelius (*Antonius*) *imperator* 500 c
Auricola (*Joannes Baptista*) *maritus Juliæ, quam licet integerrimæ sanitatis S. Seraphinus brevi morituram, vaticinatus est* 142 c
Auricola (*Baptista*) *Asculanus jam moribundus, S. Seraphini ope convaluit* 146 b
† Ausbertus. *Vide* † Ansbertus.
Auspicius *episcopus Augustodunensis Concilio Remensi anni* DCXXX *interfuit* 81 e
Austrebertus *episcopus Viennensis in Delphinatu Gallico* 545 c d, 546 e, 552 d
Autel (*Erasmus d'*) *Prior Cysoniensis S. Calixti reliquias excepit* 447 c f
Autolycus *ad fidem amplectendam à S. Theophilo inductus* 170 d e, 184 c d; *variis à natura dotibus ditatus* 174 c; *S. Theophilo ad fidem converso hostis extitit infestissimus* 183 d e f
Autpertus *presbyter exaravit Acta SS. Fortunatæ ejusque fratrum Carponii, Evaristi & Prisciani martyrum* 449 f & *seqq.*
Aw (*Georgius de*) *Maximiliani regis armiger, vir nobilis* 275 f
Aymo *abbas Tutelensis, Turpionis episcopi Lemovicensis frater* 277 c, 278 a c d e f, 279 a c d f, 280 a b, 291 c d; *dein abbas S. Martialis Lemovicensis* 280 c, 297 a e, 300 b c, 301 a; *quandonam obierit* *ibidem*
Azkirus *inter Prætermissos* 5 e

B

Baccalarius (*Baptista*) *civis Senogallensis* 463 f
Bachusius (*Gherardus*) *cathedralis ecclesiæ Brugis canonicus* 489 b
Bader (*Jeorius*) *pater Alexandri pueruli, qui à phreneſi S. Simperti ope sanatus fuit* 268 a
Baersdorp (*Judocus*) *Brugis ecclesiæ cathedralis canonicus* 489 b
† Bainus *transtulit corpus S. Ansberti episcopi Rothomagensis* 541 f
Balaam *propheta ob avaritiam reprobatus* 324 a
Balbinus *imperavit cum Gordiano III* 18 f
Baldebertus. *Vide* Baldobertus.
Baldobertus *abbas Morbacensis in Alsatia Superiori* 232 e, 234 b; *electus est episcopus Basiliensis* 233 a
Balduinus, *cognomento* Barbatus, *Flandriæ comes* 509 f; *Aldenardæ Conventum habuit ad componenda Flandrorum dissidia* 509 e f
Balduinus, *cognomento* Calvus, *Flandriæ comes* 495 d; *quo jure Flandriam rexerit* 490 d e f, 491 a
Balduinus, *cognomento* Ferreus, *Flandriæ comes petiit corpus S. Donatiani Remensis episcopi, accepitque* 487 d e, 488 e, 494 b; *quandonam tenuerit Flandriæ comitatum & quo jure* 489 d & *seqq*; *in honorem S. Donatiani sacellum constituit* 495 c d, 501 a; *varias construxit ecclesias* 496 e
Balduinus, *cognomento* Insulanus, *item* Pius, *Flandriæ comes* 506 e f, 509 f; *S. Donatiani gesta indagavit* 497 d
Balduinus *dictus* Montensis *Flandriæ comes* 504 d; *à letali morbo miraculosè sanatus, monasterium Hasnoniense condidit* 506 f
Balemboris (*Alanus de*) *Donationi, S. Mauritio abbati factæ, testis subscriptus* 380 f
Ballarini (*Josephus*) *Vide* Ortinensis (*Maria*)
Balma (*Martinus de*) *abbas Auriliacensis ultimus* 292 b
Baltasina *mulier Asculana, quam prægnantem prolem masculam edituram S. Seraphinus prædixit* 142 d
Balthasar *Asculanus, in capite graviter sauciatus S. Seraphini ope curatus fuit* 144 f
Bandinus (*Octavius*) *S. R. E. Cardinalis, cujus fratri, jam pro mortuo habito, futuram sospitatem S. Seraphinus prædixit* 141 d; *ipsemet fracto dein crure, ab eodem Sancto est sanatus* 145 d, 147 b
Banto *comes* 485 d
Baptistæ (*Antonius*) *civis Senogallensis* 464 a
Baptistella *proscriptus celeber* 142 f
Barac *judex populi Israëlitici* 252 e
Barba (*Scipio & Petrus*) *sumpto è S. Seraphini tumulo pulvere, à pestilenti febri liberati fuere* 152 b c
Barbitonsor (*Curtius*) *Vide* Nicolea.
Barlocius (*Dominicus*) *Cinthiam uxorem suam, fascino languentem, sanitati reddendam à S. Seraphino didicit* 141 d
† Barnabas *Apostolus* 186 e
Barnabeus. *Vide* Piissimus.
Baronius (*Cæsar*) *Martyrologii Romani præcipuus emendator* 84 c
Barradot (*Alexander*) *cathedralis ecclesiæ Brugensis canonicus* 489 b; *adfuit visitationi reliquiarum S. Donatiani* 516 a
Barralis (*Vincentius*) *S. Aigulphi biographus* 541 b & *seqq.*
Barrius (*Gabriël*) *scripsit Acta SS. Danielis Sociorumque martyrum* 385 b & *seqq.*
Bartholomæi (*Bernardinus*) *civis Senogallensis* 463 f
Bartholomæus, *monasterii S. Crucis in Werdea abbas adfuit Translationi Reliquiarum S. Simperti* 274 a, 275 b
Bartholomæus *agricola de oppido Graben à capitis doloribus S. Simperti meritis liberatus fuit* 267 f, 268 a
Baruc *archiepiscopus Remensis* 488 a, 502 d
Barucius. *Vide* Baruc.
Basilius *Macedo imperator* 607 b
Basilius *episcopus Nemetensis* 570 e
Basinus *episcopus Spirensis* 569 e
† Bassianus *episcopus Laudis Pompeiæ* 59 b c d, 60 a
Bastiani (*Paschalis*) *de Monte Rubiano. Vide* Hyppolita *uxor Paschalis.*
† Bathildis *regina Franciæ* 540 e
Battorius (*Stephanus*) *Poloniæ rex* 45 d
Battorius *S. R. E. Cardinalis, Stephani Poloniæ regis nepos* 45 d
† Bavo *Confessor, cujus corpus interfuit dedicationi monasterii Hasnoniensis* 507 a, *item*

item Conventui Aldenardensi 509 e
Baudimundus, *cujus uxor apud lectum S. Venantii abbatis orans à quartana febri soluta fuit* 221 a
Baugulphus *abbas Fuldensis* 240 f
Bayr (*Joannes*) *de Haydenhaim, diœcesis Augustanæ clericus, Artium liberalium magister & Decretorum licentiatus* 276 d
Beatrix *S. Seraphini propinqua, illius ope à podagra est liberata* 144 a
† Bedistus *martyr inter Prætermissos, idem cum Hedistio martyre Ravennate* 4 d e, 6 e f
Beiren (*Agneta*) *mulier Augustana, exeuntium Sacramentis jam munita, S. Simperti meritis convaluit* 258 c
Belixenda *filia Caroli Magni inter Prætermissos* 164 c
Belle (*Joannes van*) *civitatis Brugensis primarius scriba seu secretarius, adfuit Translationi Reliquiarum S. Donatiani* 517 a
Bellechier (*Petrus*) *canonicus capituli cathedralis Brugis, adfuit translationi reliquiarum S. Donatiani* 517 a
Belozzius (*Franciscus*) *scriptor Historiæ Pontificalis ecclesiæ Mediolanensis* 11 f
Beltram (*Joannes*) *Brugis ecclesiæ cathedralis canonicus, adfuit Translationi Reliquiarum S. Donatiani* 527 a
Belus, *Babiloniorum & Assyriorum idolum, Trojano bello antiquior* 173 c
† Benedictus *ante annum* DXX *nullius monasterii fundamenta jecit* 213 d
Benedictus VII *Papa* 571 d, 593 b
Benedictus XIII *Papa* 149 d; *mandavit S. Congregationi, ut de S. Seraphini virtutibus examen institueret* 158 b; *ejus corpus transferendi, & annuum festum celebrandi facultatem concessit* *ibidem*
Benedictus XIV *Papa* 378 c, 388 e, 389 c, 413 c; *archiepiscopatus Ultinensem & Goritiensem erexit* 51 e
Benedictus *episcopus Ebrodunensis præsens fuit in Concilio Lugdunensi anni* DCCCXXIX 549 f, 550 a
Benedictus (*Alexander*) *à venerea lue S. Seraphini ope sanatus* 146 a
Benedictus *Avigernæ, S. Geraldi comitis Auriliacensis sororis, filius* 283 e
Benedictus *vicecomes Tolosæ, & nepos S. Geraldi comitis Auriliacensis, hujus ope à captivitate liberatus fuit* 322 e f, 324 e
† Benjamin *diaconus martyr apud Persas inter Prætermissos* 162 d
Benjamin *Jacob Patriarchæ filius* 625 a
Beontiarius *episcopus civitatis Vangionum, à Carolo Magno in consilium vocatus* 231 e
† Berardus. *Vide* † Carbio.
Berengarius *imperator* 292 c d
Berengarius *comes inter Missos à Carolo Calvo* 494 e
Bergaminis (*Anibal de*) *nobilis Montisbodiensis* 463 d
Bergaminis (*Jacobus de*) *nobilis Montisbodiensis* 463 d
Bergaminis (*Lactantius de*) *nobilis Montisbodiensis* 463 d
Bergaminis (*Robertus de*) *nobilis Montisbodiensis* 463 d
Bergaminis (*Salustius de*) *nobilis Montisbodiensis* 463 d
Berge (*Christianus van den*) *S. T. L. ac Capituli cathedralis Brugis canonicus, adfuit Translationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 b
Beringerius *episcopus Basiliensis* 76 b
Bernardini (*Fabius*) *S. Seraphini ope visum recepit* 155 a
† Bernardus *episcopus Viennensis in Delphinatu Gallico* 546 f. 550 b f; *interfuit Concilio Lugdunensi anni* DCCCXXIX 549 f, 550 a
† Bernardus *abbas Claræ-vallensis* 494 d
Bernardus *episcopus Patavienſis* 355 d
Bernardus *episcopus confessor inter Prætermissos* 6 b
Bernardus *Gothiæ marchio* 491 a
Bernardus *Auriliacensis & Tutelensis abbas* 284 c, 291 b, 297 c d e
Bernardus *monachus monasterii Cremifanensis Ordinis S. Benedicti* 25 b
Bernardus *sutor ex Oberbalbach, nimiis angustiis inquietatus, his S. Simperti ope fuit exemptus* 263 f, 264 a
Bernardus, *monasterii Udalriciani Augustæ Vindelicorum monachus conversus* 275 d
Bernardus *civis Asculanus, confracto crure, à S. Seraphino sanatus fuit* 145 c
Bernardus *S. Wilhelmi Aquitaniæ ducis parens* 310 e
Bernardus *abbatiæ Cistercienſis infirmarius inter Prætermissos* 398 e f
Bernemicourt (*Jacobus de*) *vir nobilis, J. U. L. ac collegiatæ ecclesiæ B. Mariæ Brugis Præpositus* 518 c
Bernomus *inter episcopos Viennenses numeratus* 546 f
Bernwelfus *episcopus Wirceburgensis* 566 a, 567 a b, 568 a b, 571 a, 591 a, 592 a b f
Berowelphus. *Vide* Bernwelfus.
Berta *commentitia Peppini regis filia* 230 f
Bertefridus *episcopus Ambianensis monasterio Corbeiensi Privilegium concessit* 454 d, 555 d
Bertericus, *in Adonis Chronico inter episcopos Viennenses numeratus* 546 f
Berthulphus, *Capituli S. Donatiani Brugis præpositus* 488 c, 495 a, 516 e, 509 e; *Ipris ob necem Caroli Boni in furcam actus* 519 e f
† Bertinus *confessor, cujus corpus delatum fuit ad dedicationem monasterii Hasnoniensis* 507 a; *item ad Conventum Aldenardensem* 509 e
Bertrans (*Henricus*) *donationi, S. Mauritio abbati factæ, testis subscriptus* 380 e
Bethausius *episcopus Remensis* 501 e, 502 b d
Betrannus *de Born* 284 b
Betti (*Thomas*) *civis Senogallensis* 463 f
Beturus *inter Prætermissos* 3 e
Bibiana, *Lucæ Thomasini uxor, à medicis jam derelicta, sanitatem, à S. Seraphino prædictam, recepit* 141 d
Biciaria, (*Deianira*) *mulier Asculana, à S. Seraphino monita fuit, ne pro defuncto filio, quippe jam cœlos invecto, Missarum sacrificia fieri ultra juberet* 139 d e
Biciarius (*Prosper*) *medicus Asculanus, morbo*,

morbo, quo afflictabatur, sese immoriturum à S. Seraphino est monitus 142 b c
Biciella (*Ludovica*) *de matris defunctæ statu sollicita; illam cœlo jam receptam à S. Seraphino didicit* 139 e
Bilibaldus. *Vide* † Willibaldus.
Biseaux (*Joannes*) *ecclesiæ Lutosensis canonicus* 447 f
Blanca *comitissa* 614 f, 615 a, 623 f, 635 a
Blanchina (*Modestina*) *in somnis vidit S. Seraphinum, ab eoque à laterum renumque dolore est liberata* 150 f
† Blanda *martyr Romæ* 401 b, 426 c, 428 a b; *inter Prætermissos* 394 e f; *à S. Callixto Papa Baptismum suscepit* 418 f, 420 d, 441 a b d, 442 f; *S. Palmatii precibus à paralysi est curata* 441 a b d, 442 f
Blandinia *S. Speriæ seu Exuperiæ virginis mater* 121 e f
Blandinus, *Testamento S. Geraldi comitis subscriptus* 290 c
Blasius *abbas Carbonensis* 336 d, 342 a
Blasius *II abbas Carbonensis* 336 d
Blasius (*Julilius*) *Asculanus à strumis per S. Seraphinum curatus* 146 a
† Blidianus. *Vide* † Blidranus.
† Blidranus *episcopus Viennensis in Delphinatu Gallico* 545 e f, 548 d e f, 549 e, 551 b d e f, 554 f, 555 a d e, 556 b
Blootacker (*Joannes van*) *cathedralis ecclesiæ Brugis canonicus, adfuit translationi Reliquiarum S. Donatiani* 517 a
† Bobolinus *episcopus Viennensis in Delphinatu Gallico* 545 e f, 550 d e, 551 f, 554 f, 555 b c e
Bobolinus II *episcopus Viennensis* 555 c
Boleslaus *Bohemiæ dux* 347 f, 348 a
Boleslaus *Poloniæ dux* 347 f, 348 a
Bolhain (*Erhardus de*) *Baro* 275 f
Bolhain (*Martinus de*) *Baro* 275 f
Bonaventura *Maceratensis, Ordinis Capucinorum concionator à cephalæa, seu inveterato capitis dolore S. Seraphini meritis liberatus fuit* 144 c
† Bonifacius *archiepiscopus Moguntinus martyr* 559 b c d e f, 560 a b c f, 561 c d e, 562 b c d e, 563 a e f, 564 a, 566 d e, 567 b d, 569 a b d, 570 b c d, 571 a, 573 e f, 574 a b d, 575 d, 576 d, 577 c e f, 578 c d e f, 579 a d f, 584 c d, 591 a b, 592 b c f, 593 e f, 594 a; *à Gregorio II Papa missus est in Germaniam ad Evangelium prædicandum* 383 a; *S. Burchardum aliosque eminentioris sanctitatis viros feminasque ad disseminandum secum Evangelium in Germaniam evocavit* 558 f, 559 a; *interfuit Concilio Liptinensi* 561 b; *Pipinum Majorem-domus Franciæ in regem unxit* 568 f; *provinciam Wabariæ & Laureacensem archiepiscopatum in quatuor diœceses divisit* 31 e f; *Salisburgensem, Frisingensem & Ratisponensem episcopatus in Bavaria instituit* 238 b f; *per Galliam & Germaniam vicem gessit Gregorii III Pontificis* 239 d; *Eystattensi urbi in Bavaria primum præfecit episcopum S. Willibaldum* 238 c; *ecclesiam cœnobii Benedicto-Burani dedicavit* 239 e
† Bonifacius *martyr in Cilicia passus sub præfecto Simplicio* 20 e
Bonifacius *IV Papa* 592 d e
Bonifacius *V Papa S. Edvinum Northumbriæ regem ad amplectendam fidem hortatus fuit* 113 c
Bonifacius VIII *Papa* 521 c, 619 f, 620 a b e
Bonifacius IX *Papa* 521 c
Bonifacius, *S. Geraldi comitis Auriliacensis miles* 310 c
Bonnier (*Joannes*) *monasterii S. Andreæ Brugensis abbas, adfuit Translationi reliquiarum S. Donatiani* 517 a
Bonomines (*Gradassus,*) *cujus familiæ gaudium ob partum masculi admodum breve futurum S. Seraphinus prædixit* 142 a b
Bononiola (*Joannes Paulus.*) *Vide* Catharina, *Joannis.*
Bonus (*Christophorus*) *ob longam sui absentiam ab uxore fuit defletus* 543 c
Boodt (*Franciscus de*) *vir nobilis ac Brugensis civitatis primarius scabinus, adfuit Translationi reliquiarum S. Donationi* 517 a
Boodt (*Hieronymus de*) *capituli cathedralis Brugensis canonicus* 489 c
Boonen (*Carolus van*) *Franconatûs Brugensis burgimagister, adfuit Translationi Reliquiarum S. Donatiani* 517 a
Boppo *episcopus Herbipolensis* 593 a
† Borromæus (*Carolus*) *S. R. E. Cardinalis & Archiepiscopus Mediolanensis transtulit reliquias S. Monæ episcopi Mediolanensis* 12 c d e; *Epistolam scripsit ad Cardinalem Battorium Stephani Poloniæ regis nepotem* 45 d; *illius exemplar ibidem*
Bosch (*Carolus van den*) *vir nobilis, J. U. licentiatus, & cathedralis capituli Brugensis decanus, adfuit Translationi reliquiarum S. Donatiani* 518 a
Boschi (*J. C.*) *tit. SS. Joannis & Pauli presbyter Cardinalis, ac major Pœnitentiarius subscripsit Actis Canonizationis S. Seraphini* 160 a
Boso *comes Bituricensis* 491 a
Bottyn (*Andreas*) *cathedralis capituli Brugensis canonicus secretarius dein cantor adfuit visitationi reliquiarum S. Donatiani* 516 a; *item Translationi* 516 f
Bovadilla (*Andreas de*) *episcopus Segoviensis in Hispania interfuit synodo provinciali* 192 c
Boverius (*Zacharias*) *Salutiensis Ordinis Capucinorum conscripsit Vitam S. Seraphini Ordinis sui conversi* 128 b c
Bradamanta, *à lepra triennali S. Seraphini ope mundata* 154 c
Brandubius *Lageniæ rex* 98 a
Brant (*Joannes*) *cathedralis Capituli Brugis canonicus* 489 c
Brautius *episcopus Sarsinæ* 126 f
Brianus *Momoniæ in Hibernia regulus* 345 f, 346 a
Brichius (*Franciscus.*) *Vide* Philomena.
† Brigida *virgo Scota* 98 a, 104 b
Brocanus *inter Prætermissos* 397 c d
Broucke (*Joannes Baptista van*) *vir nobilis,*

lis, ac Brugenſis capituli cathedralis canonicus adfuit Tranſlationi reliquiarum S. Donatiani 518 c
Brunaccius (*Gaudentius*) *ſcripſit Vitam S. Gaudentii epiſcopi Ariminenſis & martyris* 449 c *& ſeqq.*
Bruneau (*Jacobus*) *à morbo penè incurabili S. Callixti Papæ meritis ſanatus* 438 f, 439 a
Brunicenda *filia Aimerici de Axia* 284 b
† Bruno *archiepiſcopus Colonienſis* 69 a
† Brunonis *Octava inter Prætermiſſos* 163 f
Bruno II *archiepiſcopus Colonienſis* 69 a
Bruno *epiſcopus Auguſtanus* 241 f
Bruno *epiſcopus Wirceburgenſis* 572 f
Bruno, *S. Henrici imperatoris frater* 345 c
Bruno *an epiſcopis Laureacenſibus adnumerandus* 31 e
Buchbech (*Georgius*) *vir nobilis, Maximiliani I Romanorum regis armiger* 275 f
Buiſſines (*F. Antonius de*) *ſupprior ac paſtor Cyſonienſis* 448 d
Buonaccorſi (*S.*) *tit. S. Joannis ante Portam Latinam presbyter Cardinalis ſubſcripſit Actis Canonizationis S. Seraphini* 160 a
Burcardus II *S. Galli abbas inter Prætermiſſos* 397 d
† Burchardus *epiſcopus Herbipolenſis* 397 d e
Burchardus II *epiſcopus Herbipolenſis* 593 a
Burchardus *epiſcopus Wormatienſis* 557 b
Burchardus, *monaſterii Udalriciani Auguſtæ Vindelicorum fabricæ magiſter, effodiendis S. Simperti oſſibus manum admovit* 271 c, 279 a b
Burcht (*Franciſcus van der*) *archiepiſcopus Cameracenſis approbavit os cranii S. Apollinaris episcopi Ravennatis ac martyris, idemque dono dedit eccleſiæ Tornacenſi* 46 b
Burcht (*Philippus van der*) *Franconalus Brugenſis burgimagiſter, adfuit Tranſlationi Reliquiarum S. Donatiani* 517 a
Burellus *major in Sangro conſtruxit, dotavitque monaſterium S. Petri de Avellano Ordinis Camaldulenſis* 613 d
Burg (*Andreas*) *Udalricianus Auguſtæ Vindelicorum monachus* 275 d
Burgundia (*Antonius à*) *J. C. licentiatus & cathedralis eccleſiæ Brugenſis archidiàconus, adfuit Tranſlationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 a
Burrhus Afranius *à Nerone in conſilium ad occidendam matrem accitus* 13 e
Burrorum *familia Mediolani inclyta* 13 c d e
Byëus (*Cornelius*) *Concilii Agrippinenſis, anno* CCCXXXXVI *habiti, Acta vindicavit* 76 f, 77 a c f
Byzalo *patritius rebellis, cujus mors prædicta fuit* 334 a

C

CAcarellus (*Sebaſtianus*) *S. Seraphini ope in libertatem eſt reſtitutus* 150 d
Cadalous *antipapa* 619 b c
† Cadeoldus *epiſcopus Viennenſis in Delphinatu* 545 e f; *quandonam ſederit* 552 a *& ſeqq*, 551 f; 554 d *& ſeqq; idem fortè cum S. Eoaldo* 552 d; *ſubſcripſit Privilegio, monaſterio Corbeienſi à Clotario III conceſſo* 555 d; *item Privilegio libertatis monaſterii S. Dionyſii* 553 d, 555 d
† Cadoldus. *Vide* † Cadeoldus.
Cadwanus *Britonum rex* 112 b
Cadwillinus *rex Britonum* 116 d e; *adverſus S. Eduinum Northumbriæ regem rebellavit ibidem* f
† Cæcilia *virgo matyr* 404 d, 422 d
† Cæleſtinus I *Papa inſtituit Pſalterium, ante Miſſam dicendum* 26 b d
Cæleſtinus III *Papa* 295 f
† Cæleſtius *epiſcopus Metenſis inter Prætermiſſos* 167 a b
† Cæſarius *epiſcopus Arelatenſis* 282 a *& ſeqq*, 301 f, 303 f
Cain *fratricida* 310 d, 444 e
† Caïus *Papa martyr ſub Diocletiano* 34 c d e f, 35 c f, 57 a
† Caïus *epiſcopus Mediolanenſis* 11 b c, 15 b
Caïus (*Julius Saturninus*) *filius Philippi imperatoris, Cæſar renuntiatus* 27 f
† Calaſanctius (*Joſephus à Matre Dei*) 158 e; *in Sanctorum numerum relatus* 159 c
† Caldeoldus *ſeu* Chaldeoldus. *Vide* † Cadeoldus.
† Calepodius *presbyter martyr Romæ* 401 b c d e, 411 d e f, 420 f, 421 a, 423 b; 424 a, 425 e f; 426 c, 427 d e, 428 b e, 429 d, 430 a c, 435 f, 440 a c, 441 b c d, 442 e f, 443 a; *inter Prætermiſſos* 394 e,
† Calimerus *epiſcopus Mediolanenſis* 11 b c, 14 b c, 15 b
Calinus (*L.*) *tit. S. Anaſtaſiæ presbyter Cardinalis ſubſcripſit Actis Canonizationis S. Seraphini* 160 a
† Caliſtus *epiſcopus Tudertinus & martyr* 520 a, 521 a b c, 522 a
† Caliſtus *epiſcopus Tudertinus confeſſor* 520 c d
† Calliſtus *Papa martyr* 17 b, 395 e, 474 e, 475 b c d e, 532 f, 545 c d; *inter Prætermiſſos* 7 b; *inſtituit jejunium quatuor temporum* 172 c d
Calliſtus II *Papa* 364 a, 430 b; *tertiam ſtationem Romæ inſtituit in S. Mariæ trans Tyberim* 436 d e
Calvus (*Alexander*) *epiſcopus San-Severinas* 620 e
Camilla. *Vide* Joſeph, *filius Camillæ.*
Campi (*Petrus*) *ſcripſit geſta S. Opilii* 64 c d
Camplienſis (*Maria*) *à letali vulnere S. Seraphini meritis curata eſt* 152 c
Canale (*X.*) *Mariæ de Scala diaconus Cardinalis ſubſcripſit Actis Canonizationis S. Seraphini* 160 d
Candericus *epiſcopus Lugdunenſis ſubſcripſit Concilio Cabilonenſi II* 553 d, 554 c
Candidus *quorumdam Commentariorum ſcriptor* 48 b
Candodorus *Aſculanus. Vide* Joanna.
† Cannatus *epiſcopus Maſſilienſis* 167 d
† Cannicus *abbas Scotus inter Prætermiſſos* 3 d
Canſelman (*Georgius*) *civis Auguſtanus* 276 a
† Cantius (*Joannes*) 158 e; *Sanctorum Albo adſcriptus* 159 c

Canutus *Daniæ & Angliæ rex* 345 c
Capisacchi *Narnienſis, monaſterii Sublacenſis cœnobita, ſcripſit Vitam S. Chelidoniæ virginis* 362 c & *ſeqq.*
Capite Rivi (*Stephanus à*) *femore fractio, à S. Seraphino ſanatus fuit* 145 c
Caponius (*Sylveſter*) *nobilis Aſculanus gravi incurabilique anginâ correptus, S. Seraphini ope convaluit* 146 d
Cappellus (*Joannes Carolus*) *Tudertinæ urbis gubernator* 522 c
Caracalla (*Antoninus*) *imperator* 18 b, 171 c, 403 d, 441 f; *electus fuit anno* CCXI 18 f
Caracciola (*Fauſtina*) *marchionis Montisfortii uxor ſterilis, invocatâ S. Fortunatâ, prolem peperit* 452 e
Caracciolus de Sancto Bono (*J. C.*) *S. Cæſarei diaconus Cardinalis ſubſcripſit Actis Canonizationis S. Seraphini* 160 b
Carafa (*Alphonſus*) *archiepiſcopus Neapolitanus, Romæ àPio* IV *detentus* 452 b
† Carbio (*Berardus de*) *Ordinis Minorum, Martyrii lauream adeptus Marrochii in Africa* 384 b, 388 d
Cardinalis (*Joannes.*) *Vide* Eusebia.
Carelli (*Scipio Franciſcus*) *Aprutinus, febri correptus, nocte vidit S. Seraphinum, cujus ope ſanitatem recepit* 149 f
Caretto (*Alexander à*) *prece ad S. Seraphinum fuſa, ab area ſua pluviam arcuit* 153 d
Carinus *cum patre Caro imperium tenuit* 34 c d e f, 35 c d f, 55 e
Carletti (*Ugo Antonius*) *à paralyſi ſiniſtræ manus S. Seraphini ope ſanatus* 158 d
Carlina (*Lucretia*) *ægrotans mortis horam futuraque morbi Symptomata à S. Seraphino edocta fuit* 142 c
Carlini (*Carridus*). *Vide* Leonida.
Carlinus (*Mauritius*) *pedis uſum S. Seraphini ope recepit* 154 c
Carniola (*Henricus & Joannes de*) *monachi cœnobii Mellicenſis* 229 e
Carolomannus *Caroli Martelli filius, Auſtraſiæ dux* 236 f, 238 c, 240 a, 560 e, 561 d, 562 f, 563 a b e f, 564 c, 566 b, 568 b, 569 a b, 570 a, 584 c, 586 d, 589 f; *in monte Soracte monaſterium ædificavit in honorem S. Sylveſtri* 21 f; *corpora S. Maximiliani epiſcopi Laureacenſis, SS. Felicitatis & ſeptem ejus filiorum, item reliquias S. Philippi Apoſtoli in elcceſiam Œtingenſem tranſtulit* 42 a bc; *Alemannos rebelles armis coercuit* 237 a; *Concilium Liptinenſe convocavit* 561 b
Corolomannus *Pippini regis filius cum fratre ſuo Carolo Magno patris imperium diviſit* 237 b
Carolus Magnus *imperator* 232 b, 233 c d e, 234 d e f, 240 c, 241 b c, 246 e, 250 f, 269 e, 272 d, 293 c d e f, 417 c, 435 d, 481 e, 483 c, 490 f, 492 a 493 c, 549 d e, 550 b e f, 560 e, 568 a b c, 569 f, 570 e, 583 e, 588 f, 591 a, 592 b; *anno* DCCXLVII *in lucem editus* 231 a; *avunculus fuit S. Simperti epiſcopi Auguſtani* 233 f, 245 e, 246 a, 247 b; *eum fratre ſuo Carolomanno Pipini patris imperium diviſit* 237 b; *abbatis munere functus fuit in monaſterio Morbacenſi* 235 c; *Aquiſgrani celebravit univerſalem Synodum* 235 b; *à Thaſſilone Bavariæ duce duodecim obſides accepit* 235 f; *conſtitutiones in Aquisgranenſi Conventu decretas in Bavariam miſit* 236 a; *varias reædificavit eccleſias, inſtauravitque* 236 c; *Romæ egit cum Adriano I Pontifice* 237 c; *Thaſſilonem Bavariæ ducem ad deditionem coëgit* 237 c d e; *factus eſt imperator* 238 a, 246 c; *Baugulpho abbati Fuldenſi litteras miſit* 240 f; *contra Deſiderium Longobardorum regem in Italia bellem geſſit* 124 c e, 125 d; *fugavit ejus exercitum* 125 e, 126 a b; *Privilegia monaſterii Morbacenſis Diplomate confirmavit* 234 b c; *non niſi poſt mortem* Magnus *dictus* 234 f
Carolus, *cognomento* Calvus, *Francorum rex & imperator* 281 b, 431 d, 487 e, 489 e, 490 a, 529 b c, 542 e; *Balduinum Ferreum generum ſuum Flandriæ comitem creavit* 490 b c; *confirmavit Capitulo Tornacenſi paludem unam* 490 d; *ejus Capitulare anni* DCCCLIII *qui intelligendum* 491 b & *ſeqq*; *non miſit corpus S. Donatiani in Flandriam* 494 b & *ſeqq.*
Carolus, *cognomento* Craſſus, *imperator à Germanis fuit rejectus* 284 f
Carolus IV *imperator quaſdam S. Callixti reliquias Pragam attulit* 434 c; *item quaſdam SS. Fortunatæ &c.* 452 d
Carolus V *imperator* 188 f, 489 a, 516 e; *Teruanam Morinorum metropolim ſolo æquavit* 514 b, 539 c
Carolus *junior ſeu Caroli Calvi filius rex Aquitaniæ* 281 c e
Carolus, *cognomento* Simplex, 285 b, 286 b, 290 b, 292 c d 490 e f; *fidem juravit regi Odoni ibidem* c; *in Francorum regem electus* 286 d, 287 a e; *conceſſit Diploma pro monaſterio Auriliacenſi* 288 d & *ſeqq.*, 290 d; *in Diplomatibus ſuis tres epochas adhibuit* 290 d e f; *confirmavit poſſeſſiones monaſterii Elnonenſis* 490 d
Carolus V, *cognomento* Sapiens, *Francorum rex* 530 a b 531 c
Carolus Martellus *Auſtraſiæ dux* 238 f, 497 f, 549 b c, 560 d e f, 561 d, 563 a b, 583 e, 586 d; *à Plectrude noverca custodiæ mancipatus* 552 b;
Carolus *à Baſilica S. Petri epiſcopus Novarienſis ſcriptor haud mediocris* 11 f, 124 f
Carolus, *Peruſinæ mulieris Aſculanæ filius, apud S. Seraphini ſepulchrum pedum uſum impetravit* 151 d
Carpualdus. *Vide* Erpenwaldus.
† Carpus *epiſcopus Thyatirenſis & martyr inter Prætermiſſos* 162 e
† Carpus, *Apoſtoli Pauli diſcipulus, inter Prætermiſſos* 164 d e f; *idem verosimiliùs cum S. Carpo, quem Græci colunt* XXVI *Maji ibidem* & 165 a b c
Carus *imperator* 34 c d e f, 35 d f, 43 a; *filios ſuos Carinum & Numerianum cæſares creavit* 55 d e
Caſimirus *Friderici marchionis Brandeburgenſis*

ſis filius 243 b
Caſpar *Mellicenſis Ordinis Benedictini abbas* 356 d
Caſſandra, *à parotide & febri tertiana S. Seraphini ope eſt liberata* 154 a
Caſſia (*Domitia*) *matrona Romana* 413 a
† Caſſianus *epiſcopus martyr* 520 a, 521 a b c, 522 a d e f
Caſtelli (*J. M.*) *tit. S. Alexii presbyter Cardinalis ſubſcripſit Actis Canonizationis S. Seraphini* 159 f
† Caſtritianus *epiſcopus Mediolanenſis* 11 b c, 15 b; *exſtruxit eccleſiam Portianam Mediolani* 15 b
† Caſturius *epiſcopus inter Prætermiſſos* 167 b c
Caſus *inter Prætermiſſos* 3 e
Catanius (*Juſtinus*) *epiſcopi Ariminenſis vicarius generalis* 464 e
Catharina *inter Prætermiſſos* 165 d
Catharina *S. Lucæ abbatis ſoror* 335 f; *virginum ſocietatem inſtituit* 341 d
Catharina, *Franciſci Placentini conjux, nuncupato ad S. Seraphinum voto, à ſtomachi dolore liberata fuit* 152 a
Catharina, *Joannis Pauli Bononiolæ filia, à morbo comitiali S. Seraphini ope convaluit* 152 b
Cavalcavechius (*Ulyſſes*). *Vide* Citta (*Salomea*).
Cavalchini (*C. A.*) *Cardinalis epiſcopus Oſtienſis & Velitrenſis, nec non ſacri collegii decanus ſubſcripſit Actis Canonizationis S. Seraphini* 159 e
Caviæ (*Fabritius*) *aſtitit elevationi reliquiarum S. Chelidoniæ virginis* 372 f
Cauccus (*Joannes Baptiſta*) *marchio in honorem S. Seraphini novum Sacellum condidit* 149 d
Cautus (*Joannes Franciſcus*) *ad probandam S. Seraphini ſanctitatem, fruſtulum habitûs ejus energumenæ oſtendit* 154 e
Caytan (*Ludovicus Albertus*) *cathedralis eccleſiæ Brugenſis canonicus* 488 d, 519 b
Cearlus *rex Merciorum* 110 f
Ceduallas. *Vide* Cadwillinus.
† Celedonius *martyr* 188 c
† Celſus *martyr inter Prætermiſſos* 395 a
† Cerbonius *epiſcopus confeſſor* 384 c
Cerdo *hæreticus* 16 b; *unà cum Valentino hæreſis ſuæ virus evomere cœpit circa annum* CLIII 17 a
Cereticus *Britonum rex* 112 b
Cerezo (*Joannes*) *capituli cathedralis Brugis canonicus adfuit Tranſlationi reliquiarum S. Donatiani* 517 a
Cerinthus *hæreticus* 16 b; *vixit ſeculo* I 17 a
Cerreto (*Catharina*) *à renum dolore, facto ad S. Seraphinum voto, eſt liberata* 151 f, 152 a
Ceſius (*Angelus*) *epiſcopus Tudertinus* 521 e; *SS. Fortunati aliorumque pignora ſolemniſſimè tranſtulit* 522 b *& ſeqq.*
Cetarellus (*Octavius*) *cujus nurui prægnanti primùm filiolum, dein plures liberos naſcituros S. Seraphinus prædixit* 142 d
Chabanis (*Antonius de*) *epiſcopus Anicienſis S. Agrippani martyris reliquias viſitari curavit* 299 f
Chagnoaldus *epiſcopus Lugduni Clavati* 80 f, 81 b e
Chapeaville (*Joannes*) *Vicarius generalis Leodienſis approbavit corpora SS. Polychroniæ & Sociorum* 166 e
Childebertus I *Francorum rex* 480 f; *filius extitit Clodovei Magni* 533 f
Childebertus II *Francorum rex Clodovei Magni pronepos* 480 f, 533 f, 551 a
Childebertus III *Francorum rex* 37 e, 541 e f, 542 a b, 546 e, 548 e d e f, 551 a b, 555 f, 556 a
Childebertus *Auſtraſiæ rex, ſub quo S. Goar ex Aquitania in Germaniam tranſiit, qualis* 533 e *& ſeqq.*
Childericus II *Auſtraſiæ rex* 555 a
Childericus III *Neuſtriæ rex* 559 e, 568 f, 579 b, 583 c; *è ſolio depoſitus ſeceſſit in monaſterium Sitivenſe ſeu S. Bertini* 583 f
Chilpericus *Francorum rex* 540 d
Chiſius (*Fl.*) *S. Mariæ in Porticu diaconus Cardinalis ſubſcripſit Actis Canonizationis S. Seraphini* 160 a b
Chonradus (*Petrus*) *monachus Udalricianus Auguſtæ Vindelicorum* 271 d, 275 d
Chorus (*Criſpinus*) *civis Aſculanus à graviſſimo crurium dolore per S. Seraphinum eſt liberatus* 143 e
Choſroës *Perſarum rex* 118 d
Chramlinus *epiſcopus Ebredunenſis in ſynodo publica depoſitus* 555 a b
Chreſtus *Romæ prætorio præfectus* 403 e
Chriſerotes, *Marci Aurelii Veri libertus* 171 a
Chriſtina *Edmundi Angliæ regis ex filio Eduardo neptis* 345 c
Chriſtis *filia Priſci presbyteri & Thermantiæ inter Prætermiſſos* 6 d, 21 f, 22 b
Chriſtophorus *comes Palatinus Rheni, utriuſque Bavariæ dux, adfuit Tranſlationi reliquiarum S. Simperti* 275 b
Chrodobertus. *Vide* Theodebertus.
† Chryſanthus *martyr inter Prætermiſſos* 167 d e
† Chryſogonus *martyr* 422 d
† Chryſotelus *martyr Cordubæ in Perſide* 478 e, 479 a b
Chunradus *adoleſcens veſaniâ correptus apud tumulum S. Simperti ad ſe rediit* 248 d e f
Cinacius (*Flaminius*) *dux peditum S. Seraphini ope ab aurea fiſtula liberatus fuit* 144 c d
Cingulanus (*Antonius*) *Ordinis Capucinorum concionator à capitis dolore per S. Seraphinum fuit exemptus* 144 a b
Cinthia (*Deloëria*) *jam ſenſuum uſu deſtituta secundùm S. Seraphini vaticinium à morbo convaluit* 141 d
† Ciricus, *in cujus honorem eccleſia fuit dedicata* 326 c
Cirta *Joannis Franciſci Aſculani filia, propemodum cæca, S. Seraphino votum nuncupavit, ejuſque patrocinio oculorum lumen integrè recepit* 151 e
Cita (*Victoria Odoarda*) *à gravi apoſtemate S. Seraphini ope eſt curata* 144 f

Citta (*Salomea*) *Ulyſſis Cavalcàvechii filia à morbo comitiali S. Seraphini ope ſanata fuit* 146 a

Citta (*Tucia*) *Aſculana lumine capta per S. Seraphinum ſanata fuit* 145 e

Clara *Bello-Pratenſis in Belgio abbatiſſa inter Prætermiſſos* 398 e f

Clara Palvia *virgo inter Prætermiſſos* 397 b c

Claræ-vallenſis eccleſiæ dedicatio *inter Prætermiſſos* 164 d

† Clarus *abbas S. Marcelli* 545 b c e f, 555 c

Clarus *S. Speriæ ſeu Exuperiæ virginis frater* 121 e

Claudianus *poëta corpus S. Pauli* cineres *vocavit* 193 b

Claudius *imperator* 74 e; *regnavit annos tredecim & menſes aliquot* 171 f

Claudius II *imperator* 419 b, 420 e

Clavaneos (*Nicolaus*) *Aſculanus, quem jam morti proximum diu ſupervicturum S. Seraphinus prædixit* 140 f

Clayſſche (*Cornelius*) *cathedralis eccleſiæ Brugenſis Canonicus* 489 b

Clematius *corpora SS. Urſulæ & Sociarum Virginum martyrumque ſepeliſſe dicitur* 69 e, 71 e

† Clemens *Papa martyr* 169 d, 172 b, 181 b, 182 f, 437 e, 438 b c, 500 a. 589 e

† Clemens *epiſcopus Metenſis* 480 c e, 481 a b e f, 482 b c d f, 483 a c, 486 e

Clemens II *Papa* 619 c

Clemens VI *Papa promovit cultum S. Colmani* 355 b

Clemens VII *Papa indulgentias, annuæ S. Manechildis feſtivitati annexas, auxit* 527 a

Clemens VIII *Papa* 464 a, 466 b, 522 a f; *die Tranſlationis reliquiarum S. Gaudentii largitus fuit indulgentias* 465 d e

Clemens X *Papa* 389 d

Clemens XI *Papa* 158 a, 378 c, 435 f, 436 a; *conceſſit indulgentias plenarias in eccleſia S. Udalrici Auguſtæ Vindelicorum* 242 e

Clemens XII *Papa* 158 c

Clemens XIII *Papa annum natalem S. Seraphini deſignavit* 129 b; *eumdem in Sanctorum numerum retulit* 155 b c d, 159 b c; *monaſterium Morbacenſe in capitulum convertit* 232 c

Clemens *Neapolitanus, monachus Sublacenſis Vitam S. Chelidoniæ virginis in meliorem ordinem redegit* 362 f *& ſeqq.*

Cleopatra *regina ab Auguſto devicta* 406 c

† Cletus *Papa martyr* 437 e, 438 b; *inter Prætermiſſos* 2 e

Clito (*Eadgarus*). *Vide* Edeling.

Clodius *Francorum rex* 583 c

Clodovechus. *Vide* Clodoveus.

Clodoveus I *Francorum rex* 80 c, 499 a, 533 f, 534 d e; *devictis Gothis Turones rediit* 213 a

Clodoveus II *Francorum rex* 548 e, 552 c, 553 c e f, 554 a c d e, 555 e d; *coëgit Concilium Cabilonenſe II* 553 a b

Clodoveus III *Theodorici filius Francorum rex* 552 c, 555 d

Clotharius II *rex Sueſſionum* 420 e

Clotharius III *Francorum rex* 539 d, 554 d e, 555 d

Cnapheus (*Petrus*) *hæreticus* 606 c d

Coentigerna *filia Kellei Cuallann. Vide* Kentigerna.

Coifius, *ſummus idolorum ſacerdos in Northumbria, S. Paulini prædicatione ad fidem eſt conversus* 113 f

Colbaſſanus (*M. Scipio*) *notarius publicus & territorii Montisbodiensis cancellarius* 465 b 466 c; *ſcripſit Acta S. Gaudentii* 466 d

Colmannus *Lindefernensis in Anglia episcopus* 346 e

† Colomanus *episcopus Lindisfarnensis & martyr inter Prætermiſſos* 162 b

† Colomanus *martyr* 564 a, 575 d, 582 d

† Colonatus. *Vide* † Colomanus.

† Columba *abbas Hiensis in Hibernia* 223 b, 224 b; *Temoriæ, florentiſſimæ civitatis, desolationem prædixit* 103 e f

† Columba *inter Prætermiſſos* 4 d

† Columbanus *abbas Luxoviensis* 576 d, 581 e, 592 d; *extruxit monaſterium Bobiense* 80 e

Columna (*M. A.*) *tit. S. Mariæ de Pace presbyter Cardinalis subscripsit Actis Canonizationis S. Seraphini* 160 a

Columna Branciforti (*A.*) *tit. S. Mariæ in Via presbyter Cardinalis subscripſit Actis Canonizationis S. Seraphini* 160 a

Columna (*Marcus Antonius*) *S. R. E. Cardinalis, & abbatiæ Sublacensis abbas commendatarius* 365 b, 369 e

† Comganus *abbas Glinuſſensis* 224 b

† Comganus *nepos* S. *Columbæ abbatis Hiensis* 224 b c

† Comganus *cognomento* Culdeus 224 c

† Comganus *abbas monaſterii Clainchonnaidh in Hibernia* 224 c

Comitibus (*PP. de*) *tit.* S. *Stephani in Monte-cœlio presbyter Cardinalis subscripſit Actis Canonizationis* S. *Seraphini* 159 f

Comius *Atrebas, Menapiis à Julio Cæsare in cuſtodem datus, rebellavit* 514 c

Commentata (*Antonella*) *ab incurabili ulcere* S. *Seraphini meritis curata fuit* 146 a

Commodus *imperator* 412 e; *succeſſit Marco Aurelio anno* CLXXX 170 f, 171 a

Comnenus (*Emmanuel*) *imperator Orientis* 610 d

Compaing (*D.*) *paſtor Savenensis in diœceſi Tolosana* 280 e, 292 c

Comte (*F. Clemens le*) *religiosus Cysoniensis ac paſtor Louniliensis* 448 d

Conaldus S. *Fieci episcopi Sleptensis frater à rege Lageniæ fuit relegatus* 104 e

Conanus III, *cognomento* Groſſus, *Minoris Britanniæ dux* 379 c f, 380 b

Conanus IV, *cognomento* Parvus, *Minoris Britanniæ dux & comes Richemontis* 380 a b, 381 a b; S. *Mauritio abbati Carnoëtensi sylvam donavit* 380 d e f

Concilia. Agrippinense *anno* CCCXLVI 76 e, 82 d, 484 a *& seqq*, 486 b d, 501 f, 502 a b d; *verè habitum fuiſſe probatur* 76 f, 77 a *& seqq*, 78 a b; Aquisgranense *anno* DCCLXXXIX 308 a b; Ariminense, *quod in conciliabulum desiit, anno* CCCLIX

CCCLIX 205 a b, 458 a, 459 b e, 460 e f, 461 a c, 464 d, 484 e; Aurelianense I *anno* DXI 78 e; Aurelianense II *anno* DXXXIII 78 e; Cabilonense II *circa annum* DCL 553 a b; Carthaginense IV *anno* CCCXCVIII *baptizandis jejunium præscripsit* 470 b; Chalcedonense *anno* CCCCLI 604 d; *in hoc damnatus fuit Eutyches* 176 f; Claromontanum *anno* DXXXV 486 e; Cloveshemiense II *anno* DCCXLVII 415 d e, 418 b, 562 e; Ephesinum I *anno* CCCCXXXI 604 d; Germanicum *anno* DCCXLII 562 b; Laodicenum *sub Damaso Papa præcepit, ut sedes episcopales non ubivis sed in præcipuis dumtaxat civitatibus erigerentur* 75 e f; Lateranense *anno* MCXXI 364 a; Lateranense *anno* MCLXXIX 63 c; Liptinense *anno* DCCXLIII 561 b d; Lugdunense *anno* DCCCXXIX 547 f, 549 e; Moguntinum *anno* DCCCXIII 490 f; Moguntinum *aliud anno* DCCCXXIX 547 f, 549 e; Parisiense DCCCXXIX 547 f, 549 e; Ravennense *anno* DCCCLXXVII 206 a; Remense *anno* DCXXX 81 e; Romanum *anno* CCCXXIV 204 f; Romanum *anno* DCCXLIII *vel* DCCXLV 579 e, 580 f, 582 d; Romanum *anno* DCCCLIII 431 b, 446 d; Romanum *anno* MLIX 292 a, 615 a, 619 d; Sardicense *circa annum* CCCXLVII 28 b, 60 f, 61 a, 77 c d e f, 75 e f; Toletanum IV *anno* DCXXXIII 191 c; Tolosanum *anno* DCCCXXIX 547 f, 549 e; Turonense *anno* CCCCLXI 528 a; Veneticum *circa annum* CCCCLXV 528 b

Conciliabulum *anno* DCCLIV *à Constantino Copronymo Constantinopoli habitum* 607 a b e, 608 b c, 609 c d

Confecta (*Maurelia*) *à puerperii doloribus S. Seraphini meritis liberata* 151 f

† Conganus *abbas* 477 b c

Conon *Papa inter Prætermissos* 165 d e

Conon *episcopus Prænestinus* 364 a b, 366 f, 368 d

Conradus *abbas Mellicensis* 348 b; *litteras scripsit Genealogicas ad Leopoldum* VI *Austriæ ducem* 346 b

Conradus *monasterii Udalriciani Augustæ Vindelicorum Prior, dein Abbas* 229 f, 242 f, 244 c, 257 a c, 261 c

Conradus *alter Prior cœnobii Udalriciani Augustæ* 256 e, 257 a

Conradus *cæmentarius effodiendis S. Simperti ossibus cum aliis allaboravit* 270 a b

Conranus *rex Hiberniæ* 222 b f

Constans *Augustus* 60 a c f

Constantia *Conani IV, Britanniæ Armoricæ ducis filia* 381 b

Constantina *Augusta* 421 f

† Constantinus *episcopus Perusinus in Hetruria martyr inter Prætermissos* 394 c

Constantinus *Papa* 550 c d; *Româ Sanctorum Reliquias misit S. Eoaldo episcopo Viennensi* 550 c, 551 b c d

Constantinus Magnus *imperator* 204 c, 422 c, 435 d, 442 d, 483 a, 546 e, 604 c

Constantinus, *cognomento* Copronymus, *imperator* 561 d, 562 a, 566 e, 604 c, 606 a, 607 a b, 610 b

Constantinus *filius Irenæ imperator* 450 d, 456 c, 492 a

† Constantius *archiepiscopus Laureacensis* 26 b d, 31 c d e

† Constantius *martyr in Pannonia passus* 36 a b

Constantius *imperator Arianus* 60 a, 77 c d, 200 e, 201 c, 204 f, 408 d e f, 459 a, 460 e f, 461 b c d, 464 d, 472 d

Constantius *alter episcopus Laureacensis* 26 d

Conta (*Portia*) *S. Seraphini vix defuncti gloriosa apparitione & consolatione fuit recreata* 149 d e

Contarenus (*Marcus*) *potestarius seu judex terræ Pirani* 48 c

Conzelman (*Jacobus*) *S. Mauritii Augustæ Vindelicorum Decanus* 275 c

Cordier (*Franciscus*) *capituli cathedralis Brugis canonicus* 489 c

Cordua (*Petrus Fernandez de*) *episcopus Cordubensis & marchio Priegensis* 191 f

Coriliano (*Franciscus Antonius à*) *Acta martyrii SS. Danielis &c. typis edidit* 385 b *& seqq.*

Corinaldo (*Bartholomæus Vetuli de*) *Minorum Conventualium Montisbodii Guardianus* 465 a

† Cornelius *Papa martyr* 421 e f, 430 a c d e, 435 f, 437 e, 438 b; *passus fuit sub Decio* 54 e; *sepultus in cœmeterio S. Callixti* 421 c

Cornelius *episcopus Antiocnenus V* 171 f, 185 b

Cornelius *nobilis Romanus, memoratus tamquam pater S. Donatiani Remensis episcopi* 498 e, 499 a, 500 d

Cornilis (*Antonius*) *nobilis Asculanus S. Seraphinum ad prandium invitavit* 133 f

Cornilis (*Marcellina*) *Vide* Delia.

Corsinius (*N. S.*) *S. Eustachii diaconus Cardinalis subscripsit Actis Canonizatio- S. Seraphini* 160 a

Corsinius (*A.*) *S. Angeli in Foro Piscium diaconus Cardinalis subscripsit Actis Canonizationis S. Seraphini* 160 b

Corvus (*Joannes Franciscus*) *Vide* Joannettus.

† Cosmas *martyr passus sub Lysia præfecto Ciliciæ* 19 f

† Cosmas *poëta inter Prætermissos* 7 c

Cosmas *magister S. Cosmæ episcopi Majumensis, ab hoc distinguendus* 597 d *& seqq.*, 598 a *& seqq.*

Coste (*Andreas de la*) *toparcha de Straeten, ac primarius civitatis Brugensis burgimagister, adfuit Translationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 d

Cotta (*L. Aurunculeius*) *vastavit terram Menapiorum* 514 c

Courtewille (*Petrus*) *vir nobilis J. U. L. ac Brugis cathedralis ecclesiæ canonicus, adfuit Translationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 b

Courvoisierus (*Joannes*) *ex Ordine Minorum libellum edidit de Vita S. Maximiliani episcopi Laureacensis* 40 a

Crabeels (*Arnoldus*) *S. T. L. ac cathedralis ecclesiæ Brugensis canonicus adfuit Trans-*

Tranſlationi Reliquiarum S. Donatiani 518 b

Crantillus (*Octavius*) *Asculanus, quem morbo detentum S. Seraphinus poſtridie moriturum prædixit* 142 c

† Craſſius *episcopus Narniensis inter Prætermiſſos* 163 b

Creſcens-bene *Fabriani in Piceno inter Prætermiſſos* 165 e

† Creſcentius *martyr & urbis Senensis in Tuscia protector inter Prætermiſſos* 2 f, 3 a

Creſcentius *vir consularis* 624 e

Crimthannus *Lageniæ rex in Hibernia, baptizatus fuit à S. Patricio Hibernorum Apoſtolo* 105 d; *S. Fieco locum ædificandæ ecclesiæ, & quintam partem de paternis prædiis conceſſit* 105 e, 106 e

Crits (*Bartholomæus de*) *S. T. L. cantor Capituli S. Donatiani Brugis adfuit Translationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 a

Croci (*Ascanius Martini*) *adfuit elevationi Reliquiarum S. Chelidoniæ virginis* 372 f

Crocquet (*Joannes*) *Brugis ecclesiæ cathedralis canonicus adfuit Tranſlationi Reliquiarum S. Donatiani* 517 a

Croy (*Adrianus & Maximilianus de*) *Capituli cathedralis Brugis canonici adfuere Tranſlationi Reliquiarum S. Donatiani* 517 a

Cuallann (*Kelleus*) *Lageniæ rex* 225 f, 226 e

Cuichelmus *Occidentalium Saxonum rex* 112 e

Cuneus (*Jacobus*) *publicus Genuæ notarius* 205 d

† Cunibertus *episcopus Coloniensis* 68 f

† Cupertino (*Joſephus à*) 158 e; *in Album Sanctorum relatus* 159 c

Curtius (*Petrus*) *protoëpiſcopus Brugensis S. Donatiani Reliquias in aliud feretrum tranſtulit* 488 f, 489 a, 516 e

† Cutbertus *episcopus Lindisfarnensis in Anglia* 108 b

Cuthbertus *archiepiscopus Cantuariensis* 562 e

Cygmarus. *Vide* Sigmarus.

† Cyprianus *martyr apud Carthaginem* 189 b, 193 b, 194 f

† Cyprianus *episcopus martyr inter Prætermiſſos* 163 f, 164 a

Cyprianus *archipresbyter Cordubensis* 479 e

Cyprianus *S. Cæsarii episcopi Arelatensis discipulus & biographus* 282 d

Cyriacus *Papa, qui Ursulanis Virginibus adfuiſſe dicitur, in Albo Romanorum Pontificum locum non invenit* 72 b

Cyriacus *quidam fortè sacerdos è comitatu Ursulano* 71 f

Cyriacus *inter Prætermiſſos* 5 e

† Cyrillus *episcopus Antiochenus, Numerianum Auguſtum arcens à templi ingreſſu, trucidatus fuit* 55 e

Cyrillus *episcopus Gazenus in Palæſtina* 604 e

† Cyrinus *martyr* 400 a

Czusenalthaim (*Bartholomæus de*) *puero suo propemodum ſuffocato S. Simperti ope subvenit* 266 f

D

DAdanus *episcopus interfuit Concilio Lipsitinensi* 561 c

Dagobertus I *Auſtraſiæ rex* 496 e

Dagobertus II *Francorum rex* 550 d, 551 a

Dagobertus III *Francorum rex* 548 f, 550 d e, 551 a b c d, 555 f

Dain [*Lucas*] *civis Auguſtanus* 276 a

Dale [*Maria van seu van den*] *secunda Prioriſſa cœnobii in Muysen prope Mechliniam Ordinis Ciſterciensis, inter Prætermiſſos* 5 d e

† Damasus *Papa* 422 d, 458 d. 459 b f, 467 b f, 468 a b c, 470 a b c, 473 a b c; *ejus corpus ſepultum fuit in cœmeterio S. Callixti* 421 c

Damhoudere [*Jacobus*] *cathedralis eccleſiæ Brugenſis canonicus, adfuit Tranſlationi Reliquiarum S. Donatiani* 517 a

† Damiani [*Petrus*] *S. R. E. Cardinalis episcopus Oſtiensis scripsit Vitam B. Dominici Loricati* 611 e *& seqq*; *quandonam eremi Avellanensis regimen subierit* 614 c d e f; *insignitus fuit episcopatu Velitrenſi* 615 a; *à Nicolao II ablegatus eſt Mediolanum. Ibidem; interfuit Concilio Romano ibidem*

† Damianus *in Cilicia sub Lyſia præfecto martyrium paſſus* 19 f

† Daniel *Propheta* 325 c; *à leonibus illæsus* 203 d, 338 f

Dapifer [*Bernardus*] *monachus Mellicenſis* 346 c

† Daria *martyr inter Prætermiſſos* 167 d e

Dath [*Andreas*] *canonicus eccleſiæ cathedralis Brugenſis, adfuit Tranſlationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 b

† Datius *episcopus Mediolanenſis* 11 d

† David *rex Israël* 301 b, 307 c, 313 b, 325 d e; *adulter & homicida* 254 e; *contra filium suum movit exercitum* 303 d; *in agro Areuna ſibi tabernaculum erigi juſſit* 585 e

David *Malcolmi Scotiæ regis filius* 345 b

David [*Georgius*] *S. J. Miſſionarius* 399 b, 400 c

Davila [*Stephanus*] *è gremio chori capituli cathedralis Brugis capellanus* 516 f

Dauferius *S. Chelidoniæ Virginis pater* 366 c d

Debbora *uxor Lapidoth prophetiſſa & Israëlitici populi judex* 252 e

Decius *imperator* 26 c, 29 c, 35 e, 403 d, 498 e; *usurpavit imperium per tyrannidem, ac poſt biennalem duriſſimamque in Chriſtianos motam persecutionem eſt interfectus* 18 c; *breve ejus imperium prædictum fuit* 18 d; *purpuram induit anno* CCXLIX 32 c; *Philippum unà cum filio uno die peremit* 54 d e

Decius *vir consularis* 32 b, 482 d e

Deda *abbas monaſterii Peartanu in Northumbria* 115 a

Deis [*Joannes de*] *scripſit de succeſſoribus S. Barnabæ* 11 f

Deiurtina *Tullii Electi Asculani uxor, S. Seraphini ſibi apparentis meritis à pedis dolore*

dolore eſt liberata 150 f
Delia, *Marcellinæ Cornilis famula, S. Seraphini feretrum venerata, capitis dolore exempta eſt* 151 f
Deloëria. *Vide* Cinthia.
† Deodatus *episcopus Viennenſis in Delphinatu* 545 d f, 551 d f, 554 f, 555 c d e, 556 a
Desiderius *Longobardorum rex conflixit cum Carolo Magno* 125 b; *occidit SS. Amicum & Amelium* 124 e; *fugit à facie Caroli* 125 f
Desrumaux *Vide* Rumaux.
Deus-dedit *episcopus Ruthenenſis* 319 c
Diadamenus *Macrini imperatoris filius* 409 f, 410 c
Didymus *scriptor Alexandrinus, à S. Hieronymo citatus* 172 f
Diedo *episcopus Herbipolensis* 593 a
Diermitius *rex Hiberniæ* 103 e
Diermitius *discipulus S. Patricii Hibernorum Apoſtoli* 105 c
Dietherus *fundator, ut ferunt, vici Dietkirchen* 200 f, 203 d
Dietpurgis *mulier Auguſtana à vultûs tumore S. Simperti meritis sanata* 267 e
Diettrichin [*Margaretha*] *à periculoso vulnere S. Simperti ope curata* 267 c
† Digna *virgo martyr* 253 c; *Tuderti in Umbria culta* 520 a, 521 c, 522 a d e f
Dimetrius *episcopus* 420 b
Dinalius [*Papinianus*] *Protonotarius Apoſtolicus, canonicus & Caroli Spinulæ archiepiscopi Genuensis vicarius generalis* 205 e
Diocletianus *imperator* 34 e f, 35 a *& ſeqq.* 36 a, 422 a, 449 b, 450 b c, 453 b, 458 d e, 459 d, 467 b; *duriſſimè sæviit in Lauaenses* 62 a b c; *abdicavit imperium* 21 d
Diodorus *inter Prætermiſſos* 6 c
Diogenes *episcopus Januensis interfuit Synodo Aquileïensi anno* CCCLXXXI 204 c
† Dionyſius *Papa* 500 a b c; *ejus corpus sepultum fuit in cœmeterio S. Callixti* 421 c
† Dionyſius *episcopus Mediolanensis* 61 b; *obſtitit Arianis & Conſtantio imperatori in Concilio Mediolanensi* 61 d
† Dionyſius *episcopus Auguſtanus* 245 e
† Dionyſius *Areopagita* 402 b, 557 b
Dionysius *episcopus Laudensis* 61 b c d; *ex Albo episcoporum Laudensium haud expungendus* 59 f, 60 a *& ſeqq.*
Dionyſius *Alphonsi III Lusitaniæ regis filius* 388 e
Dioscorus *Patriarcha Alexandrinus inter Prætermiſſos* 397 e
Dioscorus *martyr inter Prætermiſſos* 165 f
Ditmarus *episcopus Merseburgensis* 346 b
Divinicus *archidiaconus floruit in Scotia* 226 d
† Doctroveus *abbas* 296 e
Dodilo *episcopus Cameracensis* 431 f, 432 c
Dodo *episcopus Bellovacensis* 540 d
Dodo *abbas S. Savini, dein S. Martialis Lemovicensis* 281 b c d e
† Dodolinus *episcopus Viennensis in Delphinatu* 551 a f; *idem censetur cum S. Landaleno, quem videsis.*
Domeſſent [*Ludovicus*] *collegialis eccleſiæ S. Petri Insulis canonicus ac thesaurarius* 519 f
Dominica *Campliensis matrona, S. Seraphini sepulchrum visitans, à capitis dolore liberata fuit* 151 f
Dominici [*Franciscus*] *civis Senogallensis* 463 f
Dominici [*Hieronymus*]. *Vide* Julia nova.
† Dominicus *Soranus confeſſor* 613 c
† Dominicus *Prædicatorum parens, cum B. Dominico Loricato aliquando fuit confusus* 620 e f, 621 a
Domitianus *imperator* 482 a
Domitius *S. Callixti Papæ & martyris pater* 412 d e f
† Domnina *martyr Antiochiæ* 19 b
† Domnina *Interamnæ in Italia martyrium paſſa* 19 b
† Domnina, *quæ unà cum Sanctis Bernicè & Prosdoce martyrii palmam adepta fuit in Syria* 19 b
† Domnina *Ægis in Cilicia cum aliis pro fide interempta* 19 b
† Domnina *in Syriâ vitæ ſanctimoniâ illustris* 19 b
Donaldus *Malcolmi Scotiæ regis frater* 345 b
† Donatianus *episcopus Africanus* 84 a 90 f, 95 e
† Donatianus *episcopus Catalaunenſis* 484 a
† Donatianus *episcopus Remensis, Brugenſium in Flandria patronus* 439 b, 441 f
† Donatianus *episcopus inter Prætermiſſos* 7 c
† Donatianus *martyr inter Prætermiſſos* 394 f
† Donatus *presbyter* 400 a b
† Donevaldus *Scotus eremita* 222 b c e f
Doralix, *quæ S. Seraphini ope à renum doloribus sanata eſt* 153 f
Dorignie [*Claudius*] *J. U. doctor, & metropolitanæ Remensis eccleſiæ thesaurarius* 447 c
Driutius [*Remigius*] *secundus Brugenſium præsul, viſitavit Reliquias S. Donatiani* 515 f, 516 a e
Driutius [*Remigius*] *cathedralis eccleſiæ Brugenſis officialis, adfuit Viſitationi Reliquiarum S. Donatiani* 516 a; *item Translationi* 517 a
Drogo *episcopus Metenſis tranſtulit corpus S. Callixti ad Mauri-monaſterium* 480 c, 481 e
Drogo *episcopus Bellovacenſis reædificavit monaſterium Flaviacense* 543 a; *erexit virginum parthenonem prope mœnia Bellovacenſia* *ibidem* b
Drogo *filius Pippini ducis Auſtraſiæ* 236 e
Druſilla, *Dominici Garulli uxor prægnans, ab hæmorrhagia ac febri S. Seraphini ope liberata eſt* 154 c
Dubtachus *archipoëta nuncupatus* 98 b, 99 f, 104 f, 105 f; *Hibernorum primus contra regis edictum honoravit S. Patricium, & fidem amplexus eſt* 99 f, 100 a b
Duellius [*Raymundus*] *canoniæ Sant-Hippolitanæ religiosus* 25 d
Duncanus *Malcolmi Scotiæ regis filius nothus* 345 b

Dunſtanus *abbas floruit in Scotia* 226 d
Duranti (*M. Hortenſius*) *notarius publicus Montisbodii* 465 b, 466 b c
Dyſcholius *episcopus Remensis* 501 f, 502 a b c d e

E

Eadbaldus *rex Cantuariorum in Anglia* 112 c, 116 c
Eadfridus *S. Eduini Northumbriæ regis filius ex Quenburga, ad fidem conversus eſt* 114 d
Eadgarus *Edmundi Angliæ regis ex filio Eduardo nepos. Vide* Edeling.
Eanfled *S. Eduini Northumbriæ regis filia ex Ethelburga* 112 f
Ebalus *comes* 279 a
Ebbo *vir nobilis* 318 b
Ebbo. *Vide* Ebo.
Eberhardus *comes fundavit monaſterium Morbacense in Superiori Alsatia* 233 f
Eberhardus *junior comes Wirtenbergenſis adfuit Tranſlationi Reliquiarum S. Simperti* 275 b
Eberlin [*Joannes*] *S. Simperti ope implorata, incendium ſtitit* 262 c d
Eberlin [*Udalricus*] *ex Berckan, infanti suo ruptura laboranti S. Simperti meritis medelam attulit* 260 c
Eberwinus *S. Martini Treviris abbas* 352 d; *S. Magnerici Trevirenſis episcopi biographus* 536 d, *& seqq.*
Ebion *hæreticus* 16 b, 17 a
Eblus *Ramnulphi comitis Pictavienſis filius* 285 d; *Odoni regi rebellis, interfectus eſt* 286 b *& seqq.*
Ebo *archiepiscopus Remenſis* 313 c, 487 e, 488 c, 489 d, 516 e; *vindicatæ ejus litteræ, ad Balduinum Ferreum Flandriæ comitem scriptæ* 489 c *& seqq; misit Balduino corpus S. Donatiani Remensis episcopi* 488 e, 492 e, 494 b c d, 496 e, 500 f, 501 a; *quandonam id factum* 493 d; *è sede sua dejectus fuit, iterumque reſtitutus* 493 a b
Ebo *Bituricus. Vide* Ebolus.
Ebolus *Bituricensis primus Dolæ dominus, fundavit monaſterium Dolense* 293 a b c
Eboracensis *dux* (*H.*) *episcopus Tusculanus, S. R. E. Cardinalis & vicecancellarius, subscripsit Actis Canonizationis S. Seraphini* 159 f
Ebrardus *canonicus regularis Watinenſis* 501 d
† Ebrulphus *abbas Bellovaci cultus* 538 c, 540 d e; *conſtruxit ſibi oratorium* 540 b; *ejus corpus delatum fuit Bellovacum in majus templum* 543 c d
Ebulus *vel* Ebolus. *Vide* Eblus.
Ecbertus *abbas frater & biographus S. Elizabethæ Schoënaugiensis* 67 f, 69 f, 70 c f, 72 e
Echinas *dux Oſtrogothorum, qui provincias ad Danubium ferro & igne vaſtarunt* 26 e
Eckius (*Jacobus*) *cathedralis eccleſiæ Brugenſis archidiaconus, adfuit Visitationi Reliquiarum S. Donatiani* 516 a
Eddonumac *episcopus interfuit Concilio Lipſinensi* 561 c
Edeling (*Eadgarus*) *Edmundi Angliæ regis ex filio Eduardo nepos* 345 d
Edgardus *Malcolmi Scotiæ regis filius* 345 b
Edgarus. *Vide* Edeling.
Edictus *episcopus fortè Viennensis in Delphinatu Gallico* 555 d
Edmundus, *cognomento* Latus Ferreum, *Angliæ rex* 345 c d
Edmundus, *Edmundi regis Angliæ filius S. Stephani Hungariæ regis filiam in uxorem accepit* 345 c d
Edmundus, *Malcolmi Scotiæ regis filius* 345 b
† Edoaldus. *Vide* † Eoaldus.
† Eduardus *Edmundi Lateris Ferrei frater Angliæ rex* 118 f, 345 d, 346 d; *inter Prætermiſſos* 161 c, 162 c d
Eduardus, *Edmundi regis Angliæ filius, Agatham, S. Henrici imperatoris neptem, in uxorem duxit* 345 c d, 346 d
Eduardus, *Malcolmi Scotiæ regis filius* 345 b
† Edwinus, *Northumbriæ in Anglia rex, inter Prætermiſſos* 164 a
Egbertus *Eboracenſis archiepiscopus primus* 414 e, 415 a c e, 418 c
Egbertus *Orientalium Saxonum rex* 581 f
Eggithdius. *Vide* Egilwardus.
Egilwardus *episcopus Herbipolensis* 592 f
Egilwardus *cœnobii S. Burchardi seu S. Andreæ apud Herbipolim monachus conscripſit Acta S. Burchardi episcopi Herbipolenſis* 557 c *& seqq*; *item Acta S. Kiliani episcopi & martyris* 557 f, 558 a
Eginhardus *Ludovici Pii imperatoris fidelis* 563 b
Ehrenberg (*Adolphus ab*) *episcopus Wirceburgenſis* 572 d
Eizingen (*Michaël de*) *baro* 275 f
Elagabalus. *Vide* Heliogabalus.
Electus (*Tullius*). *Vide* Deiurtina.
Eleonora [*Magdalena*] *Leopoldi I imperatoris conjux venerata eſt Reliquias S. Colmani martyris* 357 b d
Elephantutius [*C.*] *tit. S. Petri ad Vincula presbyter Cardinalis, subscripſit Actis Canonizationis S. Seraphini* 159 f
† Eleutherius *Papa martyr* 17 b, 483 f
† Eleutherius *martyr* 557 b
Elfricus *seu Ethelricus filius Idæ primi regis Northumbriæ* 110 a; *arreptum universum Northumbriæ regnum poſt quinquennium filio suo Ethelfrido ceſſit* 110 e f
† Elias *Propheta* 306 e, 333 d, 338 a; *à corvis paſtus* 203 d, 367 b
† Elias *Spelæotes abbas* 333 d e, 334 a b c d, 337 f, 338 e
Elias *in Tuscia vicarius generalis Ordinis Minorum* 385 b d, 386 b, 387 c; *conſtitutus à S. Francisco* 384 b; *factus dein ſupremus Ordinis Generalis* 386 b, 387 f, 390 a
† Eligius *episcopus Noviomenſis* 45 e; *fundavit monaſterium Solemniacense* 319 f; *quædam illius Reliquiæ ad cathedralem Bellovacensem delatæ dicuntur* 543 d
† Eliphius *inter Prætermiſſos* 396 c d
† Eliseus *Propheta* 338 a
† Elizabeth *mater S. Joannis Baptiſtæ* 252 e

Elizabeth, *Antonii Bergomatis filia, S. Seraphini pallium contingens à nervorum debilitate sanata est* 151 e d
Elizabeth *de oppido Graben mater Alexandri pueruli, qui meritis S. Simperti à phrenesi est liberatus* 268 a
† Elizabetha *Schoënaugienſis* 69 d, 72 e; *floruit sub Frederico I imperatore* 66 e, 67 e; *prophetiæ dono illustris* 71 e
Elizabetha *archidux Austriæ S. Colmani martyris Reliquias venerata fuit* 357 d
Elizabetha *Erapulenſis, Joannis Baptistæ Gerardini uxor, pestilenti febre infecta, de recuperanda valetudine ab apparente sibi S. Seraphino certior est reddita* 149 f, 150 a
Ellenhardus *Megingozo abbati cœnobii Benedicto-Burani in Bavaria injuriam intulit* 239 c d
Elwanger (*Ferdinandus*) *S. J. Theologus Viennæ* 51 a
Elylandus *abbas Fuldenſis Caroli Magni patrocinium interpellavit* 231 e f
Elylandus *cœnobii Benedicto-Burani in Bavaria abbas* 239 d
Embrico *episcopus Augustanus* 241 f, 243 e, 247 d
† Emetherius *martyr* 188 e
Emidius, *Rochi nobilis Asculani filius, à putrida febri S. Seraphini ope sanatus fuit* 152 b
Emmo *oculorum lumine privatus, implorata S. Callixti ope, visum recepit* 446 b c 447 e
Enen (*Joannes ab*) *S. T. Treviris doctor* 533 a
Engaleias *principis castri Malamortenſis filia, & S. Geraldi comitis Auriliacenſis proneptis* 283 f
Engelburg *puer nobilis sed corpore contractus S. Callixti meritis erectus fuit* 445 f, 446 a
Engeltrudis *Rodulphi abbatis Cysonienſis soror* 432 a
Engilramnus *comes in Capitularibus Caroli Calvi memoratus, qualis* 491 b & *seqq.*
Engilscalcus *inter Missos à Carolo Calvo* 494 e
Ennodius *episcopus Ticinenſis scripsit Vitam S. Antonii abbatis Lirinensis* 31 d
† Eoaldus *episcopus Viennensis* 545 e f, 546 a, 548 e f, 549 a b c d, 550 c d e, 551 b c d e f, 552 b d e, 555 c, 556 a b
Eoban *S. Bonifacii archiepiscopi Moguntini discipulus* 579 b; *missus ab illo in Frisiam* 582 b
Eoglodius *monachus, discipulus S. Columbæ, inter Prætermissos* 165 f
† Eoldus. *Vide* † Eoaldus.
Equitius *comes & utriusque militiæ magister sub Valentiniano & Valente imperatoribus* 30 b
Erchenfridus *an episcopis Laureacenſibus adnumerandus* 31 e
Erchenfridus *tertius abbas Mellicenſis* 347 d; *primus conscripsisse creditur S. Colmani martyris Acta* 343 a & *seqq.*
Erchio *dux Brunsuicensis adfuit Maximiliano cæsari in bello contra Bohemos* 243 b
Ercus *seu* Hercus *episcopus Slanenſis in Hibernia* 97 a
Erenbertus *episcopus Frisingenſis* 568 e
Eribertus *successor S. Monæ in sede Mediolanenſi* 12 a; *transtulit corpus illius* 12 a b
Ermachoras *Aquileïenſis episcopus, à S. Marco conversus & ordinatus* 25 f, 26 c, 31 e
Ermarus *monachus Cuvinienſis* 218 a b c
Ermengardis *mulier cæca* 501 b; *S. Donatiani meritis visum recepit* 503 b &*seqq.*
Ermengardis *S. Wilhelmi Aquitaniæ ducis uxor, S. Geraldum comitem Auriliacensem summo in honore habuit* 311 a
Ermenricus *abbas Elewangenſis in diœcesi Augustana* 236 d
† Erminus *inter Prætermissos* 394 c d
Eros *episcopus Anticchenus sextus* 171 f, 185 b
Erpenwaldus *Orientalium Anglorum rex* 112 d; *ad fidem conversus, paulò pòst occisus est* 115 b c
Esau *Isaac patriarchæ filius primogenitus* 306 e; *lentis edulio primogenita vendidit* 315 a
Esclepius (*Joannes*) *cum morte jam colluctans, S. Seraphini meritis à morbo convaluit* 152 f
Escuderus (*Bernardus*) *monachus regularis observantiæ Ordinis Cistercienſis, inter Prætermissos* 164 d
Esechias *rex Juda* 313 b
Esola *S. Bonifacii archiepiscopi Moguntini discipulus* 579 b
Esser (*Conradus*) *collegii Hademarienſis S. J. Superior scripsit Henschenio* 200 c
Esther *regina Persarum & Medorum* 225 e
Estremoz (*Joannes de*) *Ordinis S. Augustini Laïcus inter Prætermissos* 166 b
Ethelbaldus *Merciorum rex* 567 d. *Vide* Æthelbaldus.
Ethelbertus *Cantuariorum in Anglia primus rex Christianus* 112 c
Ethelburga *aliàs* Edelburga & Tato *dicta inter Prætermissos* 6 c; *fuit Ethelberti Cantuariorum regis filia* 112 c; *nupsit S. Eduino regi Northumbriæ* 112 d
Ethelfridus *Northumbriæ rex uxorem duxit Accam S. Eduini sororem* 110 f; *S. Eduinum frustrà est persecutus* 111 a b
Ethelredus, *Macolmi Scotiæ regis filius, non fuit S. Colmanus* 345 b c f
Ethelricus. *Vide* Elfricus.
Etherschelius *frater S. Fieci episcopi Sleptensis in Hibernia, à rege Lageniæ fuit relegatus* 105 e
† Evagrius *seu* Evacrus 21 f; *inter Prætermissos* 7 a
Eventius *ab Ermachora episcopo Aquileïensi ad fidem conversus* 25 f; *prædicavit Evangelium in Norico* 27 a
† Everardus *dux Forojuliensis & dominus Cysoniensis* 433 b, 434 d, 439 a, 446 e f, 447 b d; *corpus S. Calixti Papæ & martyris à Notingo episcopo Brixiensi impetravit* 429 a, 431 b e, 432 b c, 444 a b & *seqq.* 447 a; *ejus corpus deportatum fuit ad dedicationem monasterii Hasnonienſis* 507 a
Everbaldus *in Diplomate Arnulphi Magni Flandriæ comitis memoratus* 496 b
Evilagius *præses & tyrannus sub Decio imperatore* 46 c

† Evinus *confessor Hibernus* 98 e
† Evodus *Anitii urbis Aquitaniæ, seu potiùs Vellavensis episcopus* 419 d e f, 420 a
† Evodius *episcopus Antiochenus secundus* 171 f 185 b
† Eubertus, *cujus corpus delatum fuit ad dedicationem monasterii Hasnoniensis* 507 a
† Eucaristus *seu* Evaristus *inter Prætermissos* 7 b
† Eucharius *episcopus Trevirensis* 481 f; *hunc nonnulli cum SS. Valerio & Materno à S. Petro ad plantandam ecclesiam Trevirensem missum volunt* 34 b
Eugenia, *filia Angeli de Ophida à strumarum morbo S. Seraphini ope sanata est* 154 e
† Eugenius *episcopus Carthaginensis* 83 f, 87 a, 95 f; *in exilium pulsus* 86 d
† Eugenius *martyr* 218 a
Eugenius III *Papa* 363 a, 364 e, 367 e, 368 f
Eugenius *presbyter SS. Manechildem ejusque Sorores Christianâ doctrinâ imbuit* 527 c
Eugenius *præses & tyrannus in Hispania* 188 c, 193 f, 194 a b c d
Eugippius *S. Severini biographus synchronus* 31 c d; *interfuit commigrationi Laureacensium in Italiam* 23 d, 40 f
† Eulagrius *inter Prætermissos* 5 f
Eulasius *tyrannus* 34 c, 35 c d, 36 a d, 40 d, 55 e f
† Eulogius *martyr scripsit Memoriale martyrum Cordubensium* 189 e; *SS. martyrum Fausti, Januarii & Martialis ossa* cineres, *seu* favillas *vocavit ibidem* f, 190 a b
Eumerus *Sicarius, ad confodiendum S. Eduinum à Cuichelmo Occidentalium Saxonum rege subornatus fuit* 112 e
† Euphrasia *virgo martyr inter Prætermissos* 2 a
Euphrata *seu* Euphrates *episcopus Coloniensis interfuit Concilio Sardicensi* 77 b c d e; *Christi negans divinitatem, damnatus fuit in Concilio Agrippinensi* 76 e
† Euplius *martyr Siculus* 332 e
† Eusebia, *cujus feretrum delatum fuit ad dedicationem monasterii Hasnoniensis* 507 a
Eusebia, *Joannis Cardinalis uxor, ab alterius brachii dolore, nuncupato ad S. Seraphinum voto, est liberata* 152 a
† Eusebius *Papa* 459 e
† Eusebius *presbyter martyr Romæ* 408 d e f
Eusebius *episcopus Vercellensis Constantio imperatori & Arianis consentire noluit in Concilio Mediolanensi* 61 d
Eusitica, *matrona Romana* 459 d, 460 d, 470 f; *per S. Gaudentium ad fidem conversa* 467 b *& seqq.*
† Eustachius, *seu* Eustathius *episcopus & confessor genere Phamphylius inter Prætermissos* 2 e
† Eustachius *presbyter Burgensium in Italia patronus* 4 f
Eustachius *abbas inter Prætermissos* 5 d e
† Eustasius *secundus abbas Luxoviensis, discipulus S. Columbani* 80 d e f
† Eustasius *inter Prætermissos* 2 c d
† Eusterius *episcopus Salernitanus inter Prætermissos* 396 e f
Eustrasius *presbyter inter Prætermissos* 399 e f, 400 a b
† Eutherius *archiepiscopus Laureacensis* 26 a, 27 c d, 28 b d e f, 32 a, 33 f, 45 c e, 54 c; *interfuit Concilio Sardicensi* 26 c e
† Euticetes *episcopus* 457 e
† Eutropia *virgo S. Nicasii episcopi Remensis soror* 429 b, 498 c
Eutropius *episcopus Andegavensis inter Prætermissos* 397 f
Eutyches *hæreticus, à Concilio Chalcedonensi damnatus* 176 f
† Eutychianus *Papa martyr* 29 d, 34 d f; *ejus corpus sepultum fuit in cœmeterio S. Callixti* 421 c
† Eutychius *martyr, cujus corpus sepultum est in cœmeterio S. Callixti* 421 b
Extricatus *vir consularis* 410 b

F

† Fabianus *Papa martyr sub Decio passus* 16 d, 54 d e, 410 c, 430 e, 437 e; *sepultus est in cœmeterio S. Callixti* 421 c
Fabiscus (*Cyrillus*) *abbas Sublacensis* 365 b, 372 e, 376 f; *sacellum extruxit in honorem S. Cæliaoniæ virginis* 369 e
Fabricia *mulier Asculana à crurium dolore per S. Seraphinum est liberata* 150 f, 151 a
Fabritius *episcopus Placentinus* 64 f
Fanacha *episcopus in Hibernia, à S. Patricio ordinatus* 101 e
Faignaert (*Judocus*) *cathedralis ecclesiæ Brugensis canonicus adfuit Translationi Reliquiarum S. Donatiani* 517 a
Fakler (*Vitus*) *monasterii S Crucis Augustæ Vindelicorum præpositus* 275 c
Fandolfina, *Ulyssis Palmisciani uxor hydropica, quam morti jam addixerant medici, S. Seraphini ope sanitati est restituta* 146 c
Farnesius (*Ferrantes*) *episcopus Parmensis & Marchiæ gubernator* 464 e, 466 c
Fastoria (*Laura*) *mulier Asculana filiam suam morituram à S. Seraphino intellexit* 142 c
Favoritus *Eminentissimo Cardinali Chisio à secretis* 168 d
Fedhelis S. *Patricii Hibernorum Apostoli discipulus* 105 c
† Felicitas *martyr cum septem filiis* 424 f, 450 a; *eorum corpora in ecclesiam Œtingensem transtulit Carolomannus* 42 a b c
Felicius *episcopus Trevirensis* 534 e, 535 a b c, 536 c, 537 b d; *interfuit Concilio Arvernensi anno* DXXXV 534 f
Felicius S. *Maximini Treviris abbas secundus* 534 e
† Felix *episcopus Januensis* 204 b c d e f, 209 e
† Felix *episcopus Metensis* 480 e, 481 e, 486 e
† Felix *episcopus martyr inter Prætermissos* 163 f, 164 a
†† Felix *Sociique martyres* 332 e
† Felix *martyr* 401 b, 426 c, 428 a b f,

441 a; *à Callixto Papa est baptizatus* 418 f, 420 d
† Felix *martyr inter Prætermissos* 394 e f
Felix IV *Papa* 520 d
Felix V (*Amedeus Sabaudiæ dux*) *antipapa* 242 c
Felix *episcopus Aborensis, in Africa, qui subscripsit Concilio Lateranensi, celebrato contra Monothelitas* 89 c
Felix *clericus Italus* 430 e
Felix *presbyter, à Joanne V Papa, ut fertur, cum litteris missus fuit Viennam Allobrogum* 552 e
Felix (*Maria*) *Marci Lucidi civis Asculani filia, à genuum dolore* S. *Seraphini meritis fuit liberata* 151 c
Fellus (*Joannes*) *episcopus Oxonienſis in Anglia* 174 f
Ferdinandus III *Castellæ rex Cordubam Mauris eripuit* 191 d
Fernandi (*Garsiâ*) *comes, à Sarracenis interemptus* 190 b
Ferrucius (*Philippus*) *presbyter altare erexit* S. *Seraphino dicatum* 149 d
Ferrus (*Latinus*) *civis Asculanus. Vide* Juliana.
Ferrus (*Massaron*). *Vide* Juliana, *Massaronis.*
Fiachrius *filius* S. *Fieci episcopi Sleptensis in Hibernia* 104 d, 105 a c
Fibicius *seu* Fibitius. *Vide* Felicius.
Fidelis (*Isidorus*) *capitaneus Montisbodiensis* 465 b c
Fief (*Nicolaus du*) *episcopus Atrebatensis* 45 e
Fiers (*Franciscus*) *cathedralis ecclesiæ Brugensis canonicus* 489 b
Figueroa (*Laurentius de*) *episcopus Segunti nus in Hispania, interfuit synodo provinciali* 192 c
Filias *inter Prætermissos* 397 e
Firmana (*Gervasia*), *quam graviter ægrotam* S. *Seraphinus sanandam prædixit* 141 d
Firmanus *episcopus in Scotia* 346 e
† Firmatus (*Guilielmus*) 214 d, 221 d
Firmilianus *præfectus Palæstinæ* 450 d
Firminus *episcopus Metensis* 484 a
Fischer (*Joannes*) *de Dinckelspuhel ecclesiæ* S. *Mauritii Augustæ Vindelicorum canonicus ac publicus notarius* 276 b
Fistl [*Wilhalm*] *agricola de Schwabchingen* 255 d
Flaminia *nobilis matrona & Pirrhi Frangipanis conjux* 379 e
Flaminius *vir consularis, à quo denominata fuit* Via Flaminia 470 c
Flavia *mulier sacrilega & fornicaria* 538 b
Flavianus *præfectus prætorio* 403 e
Flechsenhar (*Ualricus*) *monachus Udalricianus Augustæ Vindelicorum* 275 d
† Florentinus 420 e; *quo tempore vixerit, dubium ibidem*
† Florianus *episcopus Laureacensis martyr* 25 b, 30 f, 36 a; *cum aliis quadraginta pro fide necatus ibidem* f, 26 b d e 33 e; *ejus Acta ab Henschenio vulgata die* IV *Maji* 30 c
Florianus *ut testis adfuit in Visitatione Reliquiarum* S. *Gaudentii* 463 f
Foceus *episcopus inter Prætermissos* 4 c d; *idem fortè cum* S. *Fieco episcopo Sleptensi ibidem*
† Foëlanus *abbas* S. *Congani abbatis nepos* 225 b c d; *in honorem avunculi sui ecclesiam extruxit ibidem* e; *frater fuit* SS. *Fursæi & Ultani* 226 b
† Folco *archiepiscopus. Vide* † Fulco *Remensis*
† Folcuinus *episcopus Teruanensis* 494 e
Folradus. *Vide* Fulradus.
Formanus (*Adamus*) *Dunfermelensis monasterii Ordinis* S. *Benedicti in Scotia Prior* 345 a
Formosus *Papa* 431 e f, 432 c
Fortia (*Antonius de*) *in Visitatione Reliquiarum* S. *Gaudentii testis astitit* 463 f
Fortunatianus *scriptor à* S. *Hieronymo citatus* 173 a
† Fortunatus (*Venantius*) *episcopus Pictavienſis, relictâ Italia, venit in Gallias* 213 d e; *inter Prætermissos* 400 e
† Fortunatus *episcopus Trevirenſis inter Prætermissos* 394 f
† Fortunatus, *à* S. *Marco Evangelista ad fidem conversus* 25 f, 26 c; *prædicavit Evangelium in Norico* 27 a, 32 e; *martyr* 49 a, 52 e
Francisca (*Maria*) *puella, Rogerii Romoaldi filia, voto à parentibus ad* S. *Seraphinum facto, à boæ morbo curata fuit* 152 e
Francisci (*Augustinus*) *civis Senogallensis* 464 a
† Franciscus *Assisias* 152 e, 384 f, 386 b, 381 f; *unà cum* S. *Seraphino Portiæ uxori Sebastiani Cacarelli noctu apparuit* 150 d; *potestatem miracula patrandi B. Petro Catanio sub obedientiæ præcepto sustulit* 148 a
Franciscus (*Joannes*) *ab hectica febri apud sepulchrum* S. *Seraphini est derelictus* 152 f
Franciscus Maria *sacerdos Mediolanensis* 149 f
Franciscus *martyr inter Prætermissos* 166 a
Franciscus *Placentinus. Vide* Catharina *Francisci.*
Franciscus Simonis *inter Prætermissos* 397 b c
Franck (*Christophorus,*) *cujus filiolus à morbo caduco* S. *Simperti ope sanatus fuit* 260 d
Franck (*Thomas*) *à viscerum doloribus* S. *Simperti ope sanatus* 265 d e
Francolini (*Ptolomeus*) *medicus peritissimus* 465 c, 466 b
Francolinus (*Baptista*) *adfuit Translationi Reliquiarum* S. *Gaudentii* 466 b
Frangipanis (*Pirrhus*) *vir nobilis* 372 f, 377 e
Frantz (*Joannes Philippus*) *episcopus Wirceburgensis* 572 f
Fraſſus (*Antonius*). *Vide* Theodora.
Frataldus *testamento* S. *Geraldi comitis Auriliacensis subscriptus* 290 c
Fredericus II *imperator* 42 d
Fredericus III *imperator* 256 e, 274 a, 275 e; *adfuit Translationi Reliquiarum* S. *Simperti Augustæ Vindelicorum ibidem &* 275 a; *Celeiæ possessionem capturus, eò cum parva militia contendit* 46 f; *à* S. *Maximiliano, Laureacensi olim episcopo, in somnis monitus, cum suis hostium manus evasit* 47 a b c

Fredericus, *cognomento* Ænobardus, *imperator ædificavit Laudem Pompeiam novam* 59 a
Fredericus II *archiepiscopus Colonienſis* 70 b
Fredericus II *Auſtriæ dux* 355 b, 356 e f
Fredericus *episcopus Auguſtanus* 230 c
Fredericus II *episcopus Auguſtanus* 274 a b, 276 b c d; *facultatem conceſſit abbati Udalriciano effodiendi & transferendi Reliquias* S. *Simperti* 274 d e f, 275 a b c
Fredericus *marchio Brandenburgenſis auxiliatus fuit Maximiliano Cæsari in bello contra Bohemos* 243 b
Fredericus *Ciliæ seu Celeïæ comes, dum ducem Auſtriæ comitatus sui ex aſſe hæredem inſtituit, paulò pòſt eſt interemptus* 46 f
Fredericus (*Carolus*) *episcopus Wirceburgenſis* 573 a
Freiberg (*Burchardus de*) *cathedralis eccleſiæ Auguſtanæ canonicus* 275 d
Frein (*Anna de Engelried*) *alterum oculum* S. *Simperti ope recepit* 262 b
† Fremiot (*Joanna Franciſca de Chantal*) 158 e; *Sanctorum albo adscripta* 159 c
Fresneda (*Bernardus de*) *Ordinis Minorum, episcopus Cordubenſis in Hispania* 191 e; *inventa* SS. *martyrum Fauſti, Janua.ii & Martialis lipsana honeſtiori loco recondidit* 191 f, 192 a b d
Fridericus. *Vide* Fredericus.
Fries (*Henricus*) S. *Udalrici Auguſtæ Vindelicorum abbas* 243 d
Frodenberg (*Petrus de*) *vir nobilis, Maximiliani Cæsaris armiger* 275 f
Frôlich (*Conradus*) *eccleſiæ cathedralis Auguſtæ Vindelicorum canonicus officialis* 275 d
Fronberh (*Leonardus de*) *von Hag baro* 275 f
Frotardus *episcopus Ruthenenſis* 319 c
Fuccarina (*Maria*) *ex illuſtri Swarzenbergiorum ſtirpe prognata* 244 d
Fulbertus *cœnobii* S. *Martialis Lemovicenſis abbas* 288 c
Fulbertus II *abbas S. Martialis Lemovicis* 292 d
† Fulco *Remenſis archiepiscopus ac martyr, Caroli Simplicis cancellarius* 289 a, 290 f, 429 b, 431 d e f, 432 b c, 446 e f, 477 f
† Fulcus *episcopus Ticinenſis* 127 c
Fulradus S. *Dionysii apud Lutetiam Pariſiorum abbas, aulæ regalis archicappellanus* 568 d e, 583 c e
Funtfleutner (*Joannes*) *præpoſitus Hippolitanus* 356 d
Furcula (*Fabricius*) *osculatus* S. *Seraphini cadaver, à corporis imbecillitate protinus convaluit* 151 b

G

GAbriel *Campliensis. Vide* Theodora.
Gabriel *inter Prætermiſſos* 5 f
Gabriel (*Joannes*) *baro de Sparwenfeld Menologium Slavo-Russicum Latinè reddidit* 20 b, 595 b
Gabrielius (*Antonius*) *propositum suum ineundæ religionis* S. *Seraphino aperuit* 143 a b
† Gaïus *Papa. Vide* † Caïus.
Galbani (*Balthasar*). *Vide* Petronella.
† Galdinus *episcopus Mediolanensis tranſtulit corpus* S. *Juliani Laudensis episcopi* 63 b
Galerius. *Vide* Maximianus.
Galfredus *Monutensis* 66 f
Galla. *Vide* Placidia.
Gallicus (*Joannes*) *Scholaſter Herbipolensis* 591 a
† Gallus *episcopus Arvernensis* 533 a, 537 c
† Gallus *abbas in Suevia* 346 d; *discipulus* S. *Columbani* 576 d, 592 d
Gallus *Decii imperatoris succeſſor* 35 e; *brevi tempore imperavit* 18 d
Gallus (*Troianus*) *Auximensis, ab hernia* S. *Seraphini ope sanatus* 152 b
Gallus. *Vide* Guiliermus.
Galuzzius (*P. Franciscus*) S. *J. exaravit compendium Vitæ* S. *Seraphini* 128 c
Ganardus *Pictorum rex benefecit* SS. *Fintanæ & Othæ virginibus* 222 d
Ganganelli (*L.*) *basilicæ Sanctorum duodecim Apoſtolorum presbyter Cardinalis subscripsit Actis Canonizationis* S. *Seraphini* 159 f
Garulli (*Dominicus.*) *Vide* Drusilla, *Dominici.*
Gaspar (*Alexander*) *Campliensis, ab hemorrhagia triennali* S. *Seraphini meritis sanatus* 154 b
Gasparina *mulier Asculana, nuncupato ad* S. *Seraphinum voto, à pectoris dolore liberata eſt* 151 f, 152 a
Gasparina, *Thomæ viri nobilis uxor, quam necdum prægnantem masculum parituram* S. *Seraphinus prædixit* 142 d
Gasparis (*Joannes Baptiſta de*) *presbyter Ticinensis* 127 b
† Gaudentius *episcopus Ariminensis martyr* 394 b
† Gaudentius *confeſſor inter Prætermiſſos* 394 b c
Gaudentius *episcopus in Tuscia* 51 c d
Gaudericus. *Vide* Candericus.
Gaudeschius (*Andreas*) *abbas Carnoëtensis in Britannia Minori, edidit quædam Acta* S. *Mauritii* 378 f *& seqq.*
† Gaudiosus *episcopus Africanus* 457 e; *extruxit monaſterium virginum Neapoli* 456 c
Gaufredus *episcopus Sorensis in Sardinia* 398 e
Gaufredus *prior Vosiensis, quorumdam chronicorum auctor* 123 a; *scripsit seculo* XII 228 d
Gaufridus *episcopus Corisopitensis in Britannia Minori* 380 e
Gaufridus *episcopus Sodorensis in Scotia inter Prætermiſſos* 167 e f
Gausbertus *episcopus verosimiliùs Ruthenensis,* S. *Geraldo comiti Auriliacensi extitit familiaris* 294 e, 315 e, 319 c
† Gauterius *primus fundator abbatiæ Stirpensis in diœcesi Lemovicensi* 123 a; *ejus reliquiæ à Calvinianis combuſtæ* 123 b
Gebeardus *archiepiscopus Ravennas* 614 e
Gebhardus *episcopus Laureacensis* 26 e

Geblin (*Jacobus vom Pfird ex Sunco*) *Maximiliani regis armiger* 275 f
† Gedeon *Israëlitarum judex* 340 c
Geilana *Gozberti Franconiæ ducis uxor* 586 e; SS. *Kilianum Sociosque clam occidi jussit* 564 a
† Gelasius *Papa* 407 c d, 415 c
† Gelasius *frater* S. *Opilii* 64 e f, 65 d
Gelgehe *mater* SS. *Foillani, Ultani & Fursæi* 226 b
Geminiano (*Petrus de S.*) *Ordinis Minorum, Marrochii pro fide necatus* 384 b
† Geminianus *episcopus Mutinensis* 458 e, 471 b, 472 e
Gemma *monasterii S. Gaudiosi Neapoli abbatissa* 451 a
Genebrardus *ex Albo episcoporum Laudensium haud expungendus* 59 d e f
Genesius *episcopus Lugdunensis* 554 d, 555 a b
† Gengulphus, *seu* Gangulphus *inter Prætermissos* 2 e
Gennasius (*Prosper.*) *Vide* Hisba.
Gensericus *Wandalorum rex* 87 a, 456 b
† Genulphus *Confessor* 282 b
Geobisus *clericus Trevirensis* 538 a
† Georgius *episcopus Viennensis in Delphinatu Gallico* 545 c d, 551 c f, 552 d, 554 f, 555 b c d e
† Georgius *ecclesiæ parochialis Pirani tutelaris* 48 c
Georgius *episcopus Viennensis* 356 c
Georgius *abbas Cæsariensis* 272 a; *adfuit Elevationi Reliquiarum S. Simperti* 271 e
Georgius *Frederici marchionis Brandenburgensis filius* 243 b
Georgius (*Joannes Baptista*) *ab hydropisi S. Seraphini ope sanatus* 146 a
Georgius *Marescallus de Biberbach, armiger regis Maximiliani* 275 f
Georgius *S. Michaëlis in Fultenbach abbas adfuit Translationi Reliquiarum S. Simperti* 274 a, 275 b
Georgius *monasterii Roggenburgensis Ordinis Præmonstratensis abbas, adfuit Translationi Reliquiarum S. Simperti* 275 b
† Geraldus *abbas confessor, fundator Sylvæ Majoris in Aquitania* 2 d; *inter Prætermissos* 162 e, 295 c, 299 d; *aliquando cum S. Geraldo comite Auriliacensi confusus fuit* 295 f, 296 a b c, 299 a
† Geraldus *confessor inter Prætermissos* 166 c
Geraldus I *episcopus Augustodunensis* 82 d
Geraldus *filius Guidonis è comitibus Lemovicensibus* 284 a
Geraldus *S. Geraldi comitis Auriliacensis pater* 282 a, 301 e; *ædificavit ecclesiam B. Clementis* 319 e
Geraldus *Lemovicensis, ab Helia Petragoricensi comite in prælio victus* 283 c d
Geraldus, *qui nupsit Mathildi filiæ regis Pippini* 283 c
Geraldus *B. Roberti abbatis Casæ Dei parens* 284 d
† Gemma, *cujus corpus quievit in abbatia Stirpensi diœcesis Lemovicensis* 123 a; *ejus Reliquiæ à Calvinianis combustæ* 123 b
Geraldus *de Sancto-Sereno cœnobii Auriliacensis abbas quintus* 291 e f; *reædificavit ecclesiam B. Clementis* 319 e
Geraldus *vici S. Georgii pastor, S. Geraldo comiti familiaris* 323 b c
Gerard (*Armandus*) *canonicus Sarlatensis scripsit Majoribus nostris* 227 c e
Gerardinus (*Joannes Baptista.*) *Vide* Elizabetha *Erapulensis*.
† Gerardus *Bronienſis* 215 f; *pervenit Cuvinium* 217 d e
† Gerardus *Confessor Anglus* 630 a b c d
Gerardus *comes Bituricensis* 491 a, 494 e
Gerardus *episcopus Viennensis in Delphinatu Gallico* 545 e
Gerbertus *è monacho Auriliacensi abbas Bobiensis, dein Remensis & Ravennensis archiepiscopus, ac demum summus Pontifex Sylvester II* 291 f, 292 a
Gerbrandus *abbas cœnobii Clari-Campensis in Frisia inter Prætermissos* 6 e, 166 a b
† Geremarus *Bellovaci cultus* 538 c, 543 d
† Gereon *inter Prætermissos* 163 f
† Gerinus *Confessor* 232 b c
Gerlacus *abbas monasterii Tuitiensis* 69 f, 70 b, 71 c
† Germanus *episcopus Parisiensis* 420 e; *non intulit corpus S. Venantii abbatis in abbatiam S. Vincentii* 216 c d
Germoaldus *abbas subscripsit Privilegio monasterii S. Dionysii vice Audoberti episcopi* 554 c
Gerochus *abbas Morbacensis in Alsatia Superiori, dein episcopus Aureatensis seu Eystattensis* 233 a e, 255 c
Gerontius *episcopus in Tuscia* 51 c d
† Gertrudis *Nivellensis virgo in Brabantia* 586 e
† Gertrudis 299 f, 300 a; *ejus Reliquiæ visitatæ ibidem*
† Gertrudis *in Franconia culta, qualis fuerit incertum* 564 c, 585 b, 586 e
† Gervasius *martyr* 449 e; *inter Prætermissos* 395 a
Gervasius *archiepiscopus Remensis* 498 e, 619 b; *ad preces Balduini Pii Flandriæ comitis S. Donatiani gesta perquiri jussit* 497 d e f, 498 a b c
† Gerulphus *Confessor, cujus corpus delatum fuit ad Conventum Aldenardensem* 509 e
Gezo *monachus Ordinis Camaldulensis* 612 f, 613 a, 619 a
Ghaele (*Franciscus*) *cathedralis ecclesiæ Brugensis canonicus* 489 b
Ghiselynck (*Robertus*) *cathedralis capituli Brugis canonicus adfuit Translationi Reliquiarum S. Donatiani* 517 a
Ghisilyero (*Philippa Leonarda à*) *virgo Assisii in Umbria inter Prætermissos* 165 e
Gibbo, *vir nobilis, filiam suam S. Geraldi meritis à morbo caduco liberatam vidit* 329 c
Giberti (*Joannes Matthæus*) *episcopus Veronensis triginta sex episcopos ejusdem sedis in sua diœcesi coli præcepit* 107 a
† Gibrianus, *cujus Sociorumque ossa Remos translata sunt* 429 b
Gietter (*Adam*) *de Thonhausen à mortifera febri S. Simperti ope curatus* 264 c
† Gilberti *institutoris Ordinis Sempringhamensis in Anglia canonizatio ab Innocentio III facta inter Prætermissos* 161 f, 162 a b

Gilbertus *episcopus Ciceſtrenſis* 437 e f
† Gildasius *episcopus Ruthenenſis* 420 f, 421 a
Giltlingen (*Andreas de*) *vir nobilis, Maximiliani regis armiger* 275 f
Giltlingen (*Joannes de*) *cœnobii SS. Udalrici & Afræ Auguſtæ Vindelicorum abbas* 228 c, 243 a, 244 e, 269 e, 272 a, 273 d, 274 a f, 275 b; *invenit Reliquias S. Simperti ibidem &* 269 a; *easdem effodit, viſitavitque* 269 f, 270 a b c
Giltlingen (*Paulus de*) *vir nobilis, Maximiliani regis armiger* 275 f
Gineſtica (*Theodora*) *partûs doloribus oppreſſa S. Seraphini meritis liberata fuit* 151 f
Gineura, *ab auricularibus doloribus S. Seraphini ope curata* 154 a
Girbaldus *obitum suum S. Geraldo comiti longè absenti inſinuavit* 322 a
Girtheus *pater Killei Cuallann Lageniæ regis* 226 e
Giſla *S. Everardi domini Cysonienſis conjux* 431 d
Gisla, *Pippini regis filia, abbatiſſa* 230 f, 231 a
† Gislenus *Confeſſor, cujus corpus interfuit dedicationi monaſterii Hasnonienſis* 507 a
Glegman *decanus eccleſiæ Corisopitenſis in Minori Britannia* 580 e
Gleich (*Michaël*) *colonus filiolo suo sanitatem S. Simperti meritis impetravit* 266 d
Gnanno *per quinquennium mutus S. Colmani ope loquelam recepit* 361 c
† Goar *presbyter* 532 c e, 533 d; *quandonam obierit* 533 d *& seqq*, 534 a *& seqq*; *falsò accusatus miraculo se purgavit* 537 f, 538 a b
Godebrye (*Nicolaus de*) *cœnobii S. Nicolai Tornacenſis abbas detulit Reliquias S. Callixti Papæ* 447 f
Godefredus *comes Torennenſis S. Geraldo infeſtus fuit* 287 f; *tentavit eum aggredi sed fruſtrà* 312 a, 314 d
† Godefridus *Cappenbergenſis* 230 f
Godefridus *primus abbas Arnſtenianus Ordinis Præmonſtratenſis inter Prætermiſſos* 5 e
Godfridus *dux Alemannorum* 246 c, 247 c
Godfridus *Sueciæ dux* 236 b e, 237 c
Goffredus *Henrici II Angliæ regis filius, Britanniæ Armoricæ dux* 380 a
Goffridus *abbas Vindocinenſis* 319 e
Gononus (*Bernardus*) *auctor Vitarum patrum Occidentis, ſcripſit Vitam S. Simperti episcopi Auguſtani* 228 b
Gonzaga (*Franciſcus*) *PP. Minorum de Obſervantia miniſter generalis* 389 f
Gordianus *imperator* 18 b; *poſt sexennale imperium barbarè à Philippo eſt occisus* 18 f
Gosbertus *Odoni regi rebellis, interfectus eſt* 286 b
Goſſenprot (*Sigismundus*) *civium Auguſtanorum magiſter, seu Scabinus civitatis* 276 a
Gotahelmus *abbas cœnobii Benedicto-Burani in Bavaria* 239 c
Gotebaldus *Altachii Inferioris apud Bavaros abbas* 594 d
Gotfridus *episcopus Patavienſis* 43 b
† Gothalmus *S. Colmanum è patria profugum subsecutus* 346 b, 347 a
Gothofredus. *Vide* Godfridus.
Gozbaldus *episcopus Wirceburgenſis* 563 e f
Gozbertus *Franconiæ dux* 564 c d e f, 565 a, 584 e, 586 e
Gradaſſus. *Vide* Bonomines.
Gramnoy (*Baptiſta*) *decanus Lutosenſis excepit Reliquias S. Callixti Papæ* 447 c
Grandidierus *scriptor Novæ Alsatiæ* 65 f
Gras (*Alphonsus de*) *toparcha de Bouhoute, ac communitatis Brugenſis burgimagiſter adfuit Tranſlationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 d
Gras (*Joannes de*) *vir nobilis ac civitatis Brugenſis scultetus adfuit Tranſlationi Reliquiarum S. Donatiani* 517 a
Graſſus (*Felix.*) *Vide* Argeria.
† Grata *junior virgo è societate Ursulana* 70 f
Gratia (*Melchior à*) *Madriti in Hispaniæ inter Prætermiſſos* 165 e
Gratianus *episcopus Polenſis consecravit altare S. Georgii in eccleſia Pirani* 48 d f
Gratianus *imperator* 30 b; *necatus anno* CCCLXXXIII 74 d
Gratus *vir consularis* 32 b, 482 d e
Gregg (*Leonardus*) *monachus Udalricianus Auguſtæ Vindelicorum* 275 d
† Gregorius Magnus *Papa* 4 a, 134 e f, 414 e, 415 a c d, 421 f, 500 a, 576 d, 592 d e; *variorum martyrum nomina in uno Codice collecta habuit* 10 c; *ſcripſit de ingreſſu Longobardorum in Italiam* 50 c
† Gregorius II *Papa* 483 a, 549 a b, 550 c, 551 e, 559 d e, 560 c
† Gregorius III *Papa* 238 e, 560 c d, 461 c; *ſcripsit S. Bonifacio episcopo Moguntino* 238 c; *inſtauravit eccleſiam S. Calliſti* 430 a, 435 e
† Gregorius VII *Papa* 628 d; *ritum præſcripſit, quo colendi ſint Pontifices martyres* 39 c; *ejus feſtum annuum ne negligeretur, Themardus canonicus Watinensis in somnis fuit monitus* 512 c; *ejus encomia ibidem*
† Gregorius *episcopus Agrigentinus* 332 e, 337 b
† Gregorius *Nazianzenus corpus S. Cypriani appellavit* cineres 193 b
† Gregorius *Turonensis ſcripsit res geſtas S. Venantii abbatis* 211 b
† Gregorius *abbas Trajectensis* 570 c, 571 b, 591 b
† Gregorius *Armenus inter Prætermiſſos* 163 e
Gregorius IV *Papa* 431 b, 432 a, 436 c; *corpus S. Calliſti Papæ honeſtiori loco tumulavit* 429 f, 430 b d, 446 d f
Gregorius XIII *Papa* 191 e, 365 b, 369 e, 376 f, 389 d, 435 f, 450 a, 522 f; *Romæ conceſſit Jubilæum* 12 f; *approbavit venerationem oſſium SS. Martyrum Fauſti, Januarii & Martialis, eorumque inventionem annuè recoli mandavit* 192 b d; *monachos cœnobii Vabriensis canonicalem habitum induere juſſit* 319 e; *Tuderti in die Tranſlationis SS. Fortunati, &c. largitus eſt Indulgentias* 521 f, 522 a
Gregorius XV *Papa Officium S. Simperti in diœcesi Auguſtana recitari indulsit* 242 e

Gregorius

Gregorius *episcopus Aretinus* 5 a b
Gregorius *abbas Sublacensis* 369 c, 372 d
Gregorius *Mellicensis Ordinis S. Benedicti abbas* 356 d
Gregorius *nobilis Francus à S. Bonifacio archiepiscopo Moguntino in Germaniam evocatus* 558 f, 559 a
Gremenbach (*Joannes*) *oculis captus, horum usum S. Simperti ope recuperavit* 262 b
Griesher (*Joannes*) *monachus Udalricianus Augustæ Vindelicorum* 275 d
Grifonelli (*Julius Cæsar*) *præpositus ecclesiæ S. Jacobi Asculi, putrida febri correptus, ac jamjam moriturus, S. Seraphini ope convaluit* 152 f, 154 e f
Grimaldus, *à membrorum ariditate S. Geraldi comitis ope curatus* 329 d
Grimo *episcopus Rothomagensis* 562 d
Grimoaldus *Pippini Herstallii è Plectrude filius* 236 e, 548 d f; *Leodii occisus* 550 d e
Gripho *episcopus Rothomagensis* 542 a
Grippo *frater Pippini & Carolomanni, custodiæ est mancipatus* 236 f; *redditus libertati Saxones contra Pippinum fratrem concitavit* 237 a; *fugit in Aquitaniam* 237 a
Gropp (*Ignatius*) *cœnobii S. Stephani Herbipoli monachus Vitam S. Burchardi Germanicè edidit* 559 e, 560 d & *seqq.*
Gros (*Joannes*) *de oppido Weringen à pedis tumore S. Simperti ope liberatus* 266 b
Gualla (*Jacobus*) *auctor Historiæ Ticinensis* 127 d
Guallata (*Angela*) *à Ripa Transona, filium suum moriturum à S. Seraphino didicit* 142 c
Gualteri (*Paulus*) *scripsit Acta martyrii SS. Danielis Sociorumque* 385 b & *seqq.*
† Gudwalus *episcopus Themardo canonico Watinensi in somnis apparuit* 511 e f; *ejus Reliquiæ ad monasterium Blandiniense Gandavum translatæ* 514 f
Guglielmi (*P. H.*) *tit. SS. Trinitatis in monte Pincio presbyter Cardinalis subscripsit Actis Canonizationis S. Seraphini* 159 f
Guidi (*Marcus*) *civis Senogallensis* 464 a
Guidius (*Ottavianus*) *Montisbodii Prior* 466 b
Guido *episcopus Beliovacensis* 432 d
Guido *episcopus Petragoricensis* 284 b
Guido *è comitibus Lemovicensibus* 284 c; *Jerosolymis vitâ functus* 284 a
Guido *Ludovici VII Galliarum regis buticularius* 289 c
Guidonis (*Bernardus*) *scripsit de Sanctis Lemovicensibus* 227 c e
Guilerius (*Astolphus*) *civis Asculanus, pedis dolore dudum cruciatus, beatam mortem sibi imminere, à S. Seraphino certior est redditus* 142 b
† Guilielmi *eremitæ, episcopi Bituricensis conversio inter Prætermissos* 161 f
Guilielmus *Angliæ rex inter Prætermissos* 397 f, 398 a
Guilielmus Leopoldus *archidux Austriæ, Belgii gubernator* 517 d
Guilielmus *Carnoëtensis in Britannia Minori abbas nonus* 378 f
Guilliermus Gallus *episcopus Prænestinus* 364 a
Guillermus *comes Lemovicenses præliis lacessivit* 299 c
Gulferius *filius Guidonis è comitibus Lemovicensibus* 284 a
† Gumbertus *vir nobilis ac militaris per S. Burchardum episcopum Herbipolensem ad vitæ sanctioris normam est perductus* 567 d f, 568 a d; *bona sua obtulit S Kiliano* 588 b c d
Gumbertus, *aliis* Cunibertus, *Pippini regis nepos, apud tumulum S. Maximini episcopi Trevirensis, à dœmonio liberatus* 231 a
† Gumesindus *presbyter martyr* 189 e f
Gundeckarius II *episcopus Eystettensis* 351 e
Guntabundus *Wandalorum rex, in Hunerici locum subrogatus Catholicis favit* 92 e
Guntbertus *Caroli Magni imperatoris vasallus* 568 c
Guntharius *episcopus Colonienſis* 69 a
Guntharius *abbas monasterii S. Venantii, dein episcopus Turonensis* 212 f, 215 b
Guntramus *abbas Morbacensis in Alsatia Superiori* 232 e f
Guss (*Wilhelmus*) *vir nobilis, Maximiliani regis armiger* 275 f
Guyhod *episcopus Venetensis in Britanniæ Minori* 381 b

H

HAddebertus *episcopus Arvernensis* 293 d e f
Hadria (*Franciscus Runcius de*) *secundus Cœlestinorum generalis inter Prætermissos* 165 f, 166 a
Hadrianus *imperator* 407 e
Hadulphus *episcopus Tornacensis* 495 e
Hadwigis, *Roberti Galliæ regis soror, desponsata fuit Raginario IV comiti Montensi* 218 c
Haecht (*P. Guielmus van*) *Carthusianorum Brugensium procurator, adfuit Translationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 c
Hagen (*Ludovicus van der*) *eques Auratus, toparcha de Lembeke, adfuit Translationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 d
Halloix (*Petrus*) *scripsit Vitam S. Theophili episcopi Antiocheni* 169 a b
Hansizius *auctor Germaniæ Sacræ* 25 c
Hardovicus *archiepiscopus Laureacensis & Pataviensis* 25 e
Haremberg (*P. Carolus de*) *Bruxellensis Capucinus edidit Vitam S. Seraphini Ordinis sui Confessoris* 128 e
Haribertus *abbas Morbacensis in Alsatia Superiore* 232 e, 233 d
Harigerus *abbas Lobiensis* 77 a
† Harlindis *virgo, unà cum sorore Renildæ seu Renula Mosaei culta, inter Prætermissos* 2 b c
Harnus *episcopus Wirceburgensis* 565 e f
Haroldus *Canuti Daniæ & Angliæ regis filius* 345 c
Harsther (*Conradus de*) *cathedralis ecclesiæ Augustanæ canonicus* 275 d; *portavit Reliquias S. Simperti in processione* 272 a
Has (*Petrus*) *in Hirblingen, cujus filiolo capitis fluxum S. Simpertus ademit* 263 b

Hasdacnutus *Canuti Daniæ & Angliæ regis filius* 345 c
Hass (*Sixtus de Wertingen*) *mutus* S. *Simperti ope loquelam recepit* 258 d
Haſtingus *Normannorum dux* 543 c
Hatto, *seu* Hanto *episcopus Auguſtanus, à Carolo Magno in consilium advocatus* 231 e f; *ab eodem cum duce Kys miſſus fuit in patrocinium Fuldensium* *ibidem* f
Hatto *episcopus Frisingensis* 236 a
Haveskercke (*Franciscus van*) *toparcha de Watervliet, ac civitatis Brugensis magnus Baillivus, adfuit Tranſlationi Reliquiarum* S. *Donatiani* 518 d
Haveskercke (*Luodovicus van*) *Baro de Wynghene, Franconatus Brugensis burgimagiſter, adfuit Tranſlationi Reliquiarum* S *Donatiani* 518 d
Haudion (*Conradus Antonius de*) *vir nobilis, J. U. L. ac cathedralis ecclesiæ Brugensis canonicus, adfuit Tranſlationi Reliquiarum* S. *Donatiani* 518 b
Haudion (*Nicolaus de*) *octavus Brugensium episcopus* 517 d
Haudion (*Ulricus de Gibrechies*) *vir nobilis, adfuit Tranſlationi Reliquiarum* S. *Donatiani* 518 e
Hauseck (*Fredericus de*) *in honorem* S. *Colmani martyris legatum fecit* 357 d
Hayden (*Henricus*) *monachus Udalricianus Auguſtæ Vindelicorum* 275 d
Hecke (*Jacobus van*) *capituli* S. *Donatiani Brugis canonicus, adfuit Viſitationi Reliquiarum* S. *Donatiani* 517 a
Hedenus. *Vide* Hetanus.
† Hedeſtus, *seu* Hediſtus *Neronis imperatoris armiger* 21 f
† Hediſtius *martyr Ravennas inter Prætermiſſos* 164 a
Heede (*Franciscus*) *ecclesiæ cathedralis Brugis canonicus* 489 b
Heere (*Jacobus de*) *capituli cathedralis Brugis canonicus, adfuit Viſitationi Reliquiarum* S. *Donatiani* 516 a
Heere (*Nicolaus de*) *ecclesiæ cathedralis Brugensis canonicus* 489 b; *dein decanus, adfuit Viſitationi Reliquiarum* S. *Donatiani* 516 a; *item Tranſlationi* 516 f
Heetvelde (*Joannes*) *cathedralis ecclesiæ Brugensis canonicus* 489 b
Hegeling (*Sixtus*) *in Fischach puero suo sanitatem* S. *Simperti ope procuravit* 263 a
Hegemüller (*Wenceſlaus*) *vir nobilis apud aram* S. *Colmani martyris sepultus* 357 d
† Heldemarus *monaſterii Aroasiensis in Artesia fundator* 434 d
† Helias 314 f. *Vide* † Elias *Propheta*.
Helias *comes Petragoricensis* 283 d
Heliogabalus (*Aurelius Antoninus*) *imperator* 18 b, 403 d e, 409 f, 410 a b c d, 421 f, 422 a, 423 c, 428 f, 429 d, 441 f, 442 a b; *electus anno* CCXIX 18 f
Helisabeth *Guidonis Flamene seniorıs filia* 284 a
Helvius Pertinax *vir consularis* 484 a
† Helymas *martyr Cordubæ in Perside* 478 e, 479 a b
Hemerlin (*Joannes*) *civis Auguſtanus* 276 a
† Henricus II *imperator* 42 f, 65 f, 241 f, 342 c, 344 d, 345 c, 347 d e, 348 a, 357 f, 568 a; *non tranſtulit Reliquias* S. *Maximiliani Pataviam* 41 b
Henricus III *cognomento* Niger *imperator* 345 d
Henricus IV *imperator* 506 f
Henricus V *imperator* 379 c
Henricus II *Angliæ rex* 380 a
Henricus III *Angliæ rex* 383 d
Henricus VIII *Angliæ rex* 108 e f
Henricus I *Francorum rex* 579 e
Henricus I *Auſtriæ marchio* 343 d, 344 a c, 347 f, 348 a, 349 b, 352 a b c d, 359 e, 361 f, 362 a; S. *Colmani Reliquias Mellicum transferri juſſit* 351 a f, 356 e, 359 a c
Henricus *episcopus Auguſtanus promovit cultum* S. *Simperti* 242 f, 243 a
Henricus II *episcopus Auguſtanus* 250 e
Henricus *Auſtrasiæ dux* 230 f
Henricus *episcopus Basileënsis* 66 d
Henricus *Bavariæ dux, à Molano perperam vocatus* Henricus II imperator 27 c
Henricus II *Bavariæ dux ab Ottone* II *exauctoratus, ab Ottone III denuò fuit restitutus* 43 a; *rescripsit Bernardo episcopo Pataviensi* 44 c
Henricus *Brabantiæ dux, à Leodiensibus profligatus* 163 d e
Henricus I *Campaniæ Gallicæ comes* 531 f
Henricus *Franconiæ marchio, à* S. *Henrico imperatore fuit proscriptus* 347 d e
Henricus *Landtgravius Thuringiæ* 398 b
Henricus *Prior cœnobii Udalriciani Auguſtæ Vindelicorum* 248 b
Henricus *Trudonopolitanus* S. *Rumoldi biographus* 344 e
Henricus II *abbas Udalricianus Auguſtæ feſtum* S. *Simperti celebrari præcepit* 233 b
Henricus III *abbas Udalricianus* 251 c; SS. *Simperti & Adalberonis depoſitionis diem celebrari præcepit* 242 b
Henricus I *episcopus Wirceburgensis inſtauravit monaſterium* S. *Gumberti in Onoldsbach seu Anspachii* 567 f, 568 a
Heraclius *imperator* S. *Crucem ecclesiæ insigni victoria aſſeruit* 118 d
Herbertus *Majoris Monaſterii abbas* 324 d
Hercus. *Vide* Ercus.
Herdies (*Joannes*) *cathedralis ecclesiæ Brugensis canonicus & capituli ſecretarius* 488 d
Heriveus *Caroli Simplicis notarius* 280 a
Herloardus *ab alterius genu dolore* S. *Geraldi ope sanatus* 323 f
† Hermagoras *martyr* 49 a, 52 e; *à* S. *Luca Evangeliſta ad fidem conversus* 25 f; *prædicavit Evangelium in Norico* 27 a
† Hermannus *abbatiæ Steinfeldensis Orainis Præmonſtratensis religiosus* 69 d
Hermannus I *episcopus Coloniensis* 68 e, 69 a
Hermannus II *episcopus Coloniensis* 69 a
Hermarus *duos filios cœnobio Watinensi obtulit* 510 f
Hermogenes *hæreticus docuit nihil ex nihilo eſſe creatum* 175 a; *à* S. *Theophilo episcopo Antiocheno scriptis redargutus* 185 f, 186 a
† Hero *episcopus Antiochenus quartus* 171 f, 185 b
Herradus *memoratus in Diplomate Arnulphi Magni*

Magni Flandriæ comitis 496 a
Hertfelder, (*Bernardus*) *Prior Udalricianus* 241 f; *scripsit Vitam* S. *Simperti episcopi Augustani* 228 b
Herveus *episcopus Corisopitensis in Britannia Armorica* 380 f
Herveus *de Caboçel Langoneti in Britannia Minori abbas* 380 c
Herwart (*Georgius*) *civis Augustanus* 276 a
† Hesperius. *Vide* † Sperus.
† Hesychius *martyr Doroſtori in Mœsia* 404 c, 405 c
Hetanus *dux Franconiæ* 564 c d e f, 565 a b, 566 f, 584 e, 586 e f, 587 d; *in* S. *Willibrordum piè beneficus* 565 a b
Hetanus *ſenior Thuringiæ & Franconiæ dux* 586 d
Hetilo *episcopus Noviomensis seu Tornacensis* 431 f, 432 a
Heuterus (*Pontus*) *seculi* XVI *scriptor elegans & Hiſtoriographus* 46 e
Hicterius *comes Arvernensis* 293 c d e
† Hidulphus *inter Prætermiſſos* 394 c d
Hieronyma *deſtituta membrorum usu, hunc* S. *Seraphini interceſſione recepit* 145 c
Hieronyma, *Josephi Maſſei uxor, quam plurimos liberos parituram* S. *Seraphinus prædixit* 142 e
† Hieronymus *ecclesiæ doctor* 332 e
Hieronymus *episcopus primùm Famagustanus, dein Bergomensis cum* S. *Carolo Borromæo portavit feretrum* S. *Monæ Mediolanensis olim episcopi* 13 a
Hieronymus *Amalphitanus abbas Sublacensis* 369 c, 372 e
Hieronymus *Asculanus ex Ordine Capucinorum* S. *Seraphini ope à tentatione circa fidem eſt liberatus* 140 b c
Hieronymus *Baptiſtæ Paduani filius, morbo detentus, moriendum sibi, à S. Seraphino didicit* 142 b
Hieronymus *cœmentarius* S. *Seraphini Ordinis Capucinorum confeſſoris pater* 130 c
Hierzog (*Andreas*) *de Purtenbach filiolum suum, ob somniorum terrorem quietis nocturnæ incapacem,* S. *Simperti meritis quietum reddidit* 265 b
† Hilarion *eremita* 338 c
† Hilarius *episcopus Pictaviensis* 79 e, 502 e; *citatus à S. Hieronymo* 172 f
† Hilarius, *cujus Reliquiæ collocatæ sunt in dextro altari ecclesiæ Auriliacensis* 326 a
† Hilarius, *cujus Reliquiæ servantur in ecclesia cathedrali Tricaricensi* 336 f, 337 b, 339 c
Hildebertus *nobilis laïcus Auriliacenſis à* S. *Geraldo comite eſt enutritus* 280 c, 300 e
Hildebertus *sacerdos, à* S. *Geraldo comite enutritus* 280 c, 300 e
Hildebrandus *S. R. E. Cardinalis* 619 c, 627 c. *Vide* † Gregorius VII *Papa.*
Hildebrandus SS. *Udalrici & Afræ Augustæ Vindelicorum abbas* 228 c e
Hildegart *seu* Hildegardus *episcopus Neoburgenſis* 238 d
Hildericus. *Vide* Childericus.
Hilduinus *episcopus Lemovicensis indicens supplicationem, ad hanc omnes Sanctorum Reliquias ex universa provincia Lemovicensi comportari mandavit* 228 a
Hilgerus *Dominicanorum Prior, filius comitis de Honſtein, inter Prætermiſſos* 398 a b
Hiltrudis, *Caroli Martelli filia, invitis fratribus nupſit Odilcni Bavariæ duci* 236 f
Hincmarus *archiepiscopus Remenſis* 489 d, 493 b, 497 c f
Hincmarus *episcopus Laudunenſis* 502 d
Hippolita *mulier Asculana* S. *Seraphini ope ab hydropiſi sanata fuit* 146 a
Hippolitus *Silentii Seraphini fratris filius, veneficio dementatus, à fascino per* S. *Seraphinum eſt liberatus* 146 f
Hiram *rex Tyri ædificando templo Salomonico ligna subminiſtravit* 246 b
Hirmintrudis *Caroli Calvi imperatoris conjux* 529 c
Hisba *Prosperi Gennasii uxor, à paralyſi* S. *Seraphini meritis curata* 146 a
Hochzolleren (*Fredericus de*) *episcopus Augustanus* 243 a; *illius in* S. *Simpertum pietas ibidem &* 244 b; *edicto cavit, ne quis surriperet Reliquias* S. *Simperti* 271 c d
Hoffman (*Joannes*) *abbatiæ Arnſteinianæ Ordinis Præmonſtratenſis provisor Henschenio miſit Vitam* S. *Lubentii presbyteri* 200 f
Hohenreichen (*Leonardus junior de*) *sacri imperii marescallus* 275 f
Hohenreichen (*Magnus de*) *sacri imperii marescallus* 275 f
Hohenſtein (*Joannes ab*) *abbas Uldascianus Augustæ Vindelicorum* 229 e, 251 d
Hohenzollrn (*Franciscus Wolfgangus*) 275 e f
† Honorius *episcopus Cantuariensis* 115 d e, 116 c
Honorius I *Papa* 116 c
Honorius III *Papa* 382 f, 383 d
Honorius *Papa inter Prætermiſſos* 167 a
Honorius *imperator* 73 e, 74 e, 419 f; *comitia celebranda indixit Arelati* 73 f, 74 b; *eamdem urbem donavit Privilegiis* 74 b
Honufrius (*Bernardus,*) *quem febre correptum ab ea liberandum S. Seraphinus prædixit* 141 d
Hoser (*Ludovicus*) *civium Augustenſium magiſter* 276 a f
Hosius (*Staniſlaus*) *Polonus episcopus Warmienſis, S. R. E. Cardinalis, ac summus Apoſtolicæ sedis pœnitentiarius* 365 c, 377 f; *spectator adfuit solemni Tranſlationi Reliquiarum S. Chelidoniæ virginis* 376 a
† Hoyldis *virgo, ſoror S. Manechildis* 526 c, 529 a
† Hrodbertus *episcopus Salisburgenſis. Vide* † Rupertus.
Huberin (*Anna*) *de Mindelshaim à periculoso partu S. Simperti meritis liberata* 266 e
Hucboldus *Rodulphi abbatis ſororius* 431 e, 432 a
Hueber (*Eraſinus*) *monaſterii Udalriciani Augustæ Vindelicorum novitius* 275 d
Hueriblock (*Jacobus*) *eccleſiæ cathedralis Brugenſis canonicus* 489 b
Huëtius *episcopus Abrincenſis* 177 e

† Hugo, *cujus corpus delatum fuit ad dedicationem monaſterii Hasnonienſis* 507 a
Hugo *episcopus Herbipolenſis* 567 a, 571 c d e, 572 f 593 a, 594 e; *tranſtulit corpus S. Burchardi ad monaſterium S. Andreæ* 557 c, 593 a *& seqq; item corpus S. Magni martyris ad cathedralem suam* 593 c d
Hugo *episcopus Noviomagenſis interfuit Conventui Aldenardenſi* 509 e
Hugo *archiepiscopus Remenſis* 496 d, 497 a
Hugo *episcopus Sueſſionenſis & regni Franciæ cancellarius* 289 c
Hugo *monachus Auriliacenſis à S. Geraldo comite enutritus* 280 c, 300 e
Hugo *comes Bituricenſis* 287 e
Hugo *abbas Cluniacenſis* 319 c
Hugo *abbas Farfenſis* 613 d
Hugo *ablas Stivagienſis* 203 f
Hugo *presbyter* 387 d, 390 d
Humberga *Seguini militis filia* 284 a b
Humbertus *episcopus Wirceburgenſis* 567 c, 592 f, 594 d
Hunnericus *Wandalorum rex Arianus Orthodoxorum agmen in exilium miſit* 83 c; *eosdem dirè eſt persecutus præsertim clerum* 86 f, 87 a
Hunrogus *comes inter Miſſos à Carolo Magno* 568 a b
Huzo, *apud S. Colmani sepulchrum divinitus caſtigatus* 360 e
Hyacinthus *Asculanus, quem ad bellum pergentem martyrium subiturum, sollicitæ ejus matri S. Seraphinus prædixit* 141 a
Hyppolita *à brachii fractura S. Seraphini meritis curata* 153 f, 154 a
Hyppolita, *Paschalis Baſtiani uxor, quæ à febri tertiana ac renum doloribus S. Seraphini meritis sanata fuit* 154 a
† Hyppolitus *episcopus martyr in Portu Romano* 404 b, 420 b
† Hyppolitus *martyr sub Decio paſſus* 54 e
† Hyppolitus *martyr, quem in libris suis citat S. Hieronymus* 172 f
Hyrena. *Vide* Irena.

I

Iacob *patriarcha* 252 a, 253 a, 325 c, 341 e, 585 e
Jacoba *uxor Mantocii, confracto crure, S. Seraphini meritis curata fuit* 145 c
Jacobi (*Stephanus*) *fracta coxendice inceaere nequiens, S. Seraphini meritis greſſum recepit* 147 c
Jacobs (*Joannes*) *canonicus eccleſiæ cathedralis Brugenſis* 499 a e, 500 c; *adfuit Tranſlationi Reliquiarum S. Donatiani* 517 a
Jacobs (*Martinus*) *eccleſiæ cathedralis Brugenſis canonicus adfuit Tranſlationi Reliquiarum S. Donatiani* 517 a
† Jacobus *Apoſtolus* 48 e; *non ædificavit eccleſiam metropolitanam Cæsar-auguſtæ* 2 b
Jacobus *episcopus Evetenenſis consecravit altare S. Lucæ in eccleſia Pirani* 48 d f
Jacobus *episcopus Scarpatenſis consecravit altare S. Marci in eccleſia Pirani* 48 d f
Jacobus *Asculanus laïcus Ordinis Capucinorum æternâ gloriâ perfrui à Seraphino poſt ejus mortem eſt visus* 139 d
Jacobus *inter episcopos Laudenses haud numerandus* 61 f
Jantia *puellula biennis, cæca effecta S. Seraphini ope visum recepit* 147 d
Januâ (*Marianus à*) *transcripsit Acta martyrii SS. Danielis Sociorumque* 385 b d *& seqq.*
† Januarius *cum Sociis martyribus* 50 f, 337 b, 457 e, 476 a, 477 d, 478 d; *ejus corpus aſſervatum Neapoli ibidem*
Javania (*Horatius*) *Cyrneus miles pugione letaliter confoſſus S. Seraphini meritis curatus fuit* 144 d e
Ibethausius. *Vide* Bethausius.
Ida *primus rex Northumbriæ circa annum* DLIX *è vivis sublatus* 109 f
Jerardus *non fuit episcopus Laureacenſis* 27 e f
† Jeremias *propheta, in carcerem conjectus* 252 e
Jesu (*Dominicus à*) *Carmelita Discalceatus* 280 e, 283 c, 292 c
Iffius *nepos S. Eduini regis Northumbriæ* 114 b
† Ignatius, *cognomento* Theophorus *episcopus Antiochenus tertius* 169 d, 171 f, 176 d, 181 c, 185 b
† Ignatius *episcopus Niceenus* 607 b; *scripsit vitam S. Taraſii patriarchæ Conſtantinopolitani* 608 a
† Ilherus *episcopus inter Prætermiſſos* 398 e f; *ejus Reliquiæ Brugis aſſervatæ* 509 a
Illewerve (*Fredericus*) *cathedralis eccleſiæ Brugenſis canonicus adfuit Tranſlationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 b
Illsung (*Sebaſtianus*) *legum doctor* 276 a
Imesa, *ut filia regis Pippini à nonnullis relata* 230 f
Imma *Eginhardi Ludovici Pii aulici conjux* 563 b
Immo *episcopus Noviomagenſis & Tornacenſis, inter Miſſos à Carolo Calvo* 491 b
Imperacius (*Auguſtinus*) *miles Catapultarius letaliter sauciatus S. Seraphini ope sanus evaſit* 144 e
† In. *Vide* † Ina.
† Ina *Weſt- seu Occidentalium Saxonum rex* 581 f
Ingelrannus. *Vide* Inghelramus.
† Ingenuinus *episcopus Brixienſis primùm schismaticus poſt reſipuit* 50 c
Inghelmont (*Michaël*) *eccleſiæ cathedralis Brugenſis canonicus adfuit Tranſlationi Reliquiarum S. Donatiani* 517 a
Inghelramus *ut Flandriæ comes à plerisque memoratus* 491 c f, 492 a
Inisbeg (*Auguſtinus de*) *discipulus S. Patricii Hibernoium Apoſtoli* 105 c
Innocentii (*Innocentius*) *chirurgus expertiſſimus* 465 c, 466 b
Innocentius II *Papa* 356 e f, 365 a, 433 d; *reparavit baſilicam S. Mariæ trans Tyberim* 430 b c
Innocentius III *Papa consecravit eccleſiam S. Mariæ trans Tyberim* 430 c
Innocentius IV *Papa* 127 c, 350 c; *S. Colmani cultum promovit* 355 b c d

IN TOMUM VI OCTOBRIS.

Innocentius VIII *Papa* 274 a, 275 e
Innocentius X *Papa* 517 d
Innocentius XI *Papa* 158 a
Interanno (*Marcus Antonius ab*) *Cardinalis Columnæ aulicus* 365 d
Joab *dux exercitûs regis Davidis, poſt hujus mortem punitus* 307 c
Joanna, *Candodori Asculani filia, altero crure mutila per S. Seraphinum sanata eſt* 145 d
Joanna *Scipionis Profilii uxor à brachio tumido inflammatoque S. Seraphini ope sanata eſt* 144 b
† Joannes *Apoſtolus* 503 b; *scripſit Evangelium suum contra Ebionem & Cerinthum hæreticos* 17 a
† Joannes Baptiſta 430 e; *miraculum fecit nullum* 315 a, 626 a
† Joannes I *Papa* 48 a
† Joannes *episcopus Cameracenſis* 167 c
† Joannes *Damascenus presbyter confeſſor* 550 d, 595 c & *seqq.*
† Joannes *Eleëmosynarius patriarcha Alexandrinus* 338 d
† Joannes *de Galaſſo eremita, cujus Reliquias poſſidet eccleſia Tricaricenſis* 336 f, 337 b, 339 c
† Joannes *abbas Gorzienſis* 162 c
Joannes IV *Papa* 552 e
Joannes V *Papa S. Eoaldo episcopo Viennenſi epiſtolam miſiſſe fertur* 552 d e
Joannes IX *Papa* 292 c d
Joannes XIII *Papa* 291 f
Joannes XXII *Papa abbatiam Vabriensem in episcopatum erexit* 319 e f
Joannes *patriarcha Conſtantinopolitanus* 604 e
Joannes II *patriarcha Jerosolymitanus* 604 d, 605 e
Joannes III *patriarcha Jerosolymitanus* 599 e f
Joannes IV *patriarcha Jerosolymitanus* 598 c, 606 a b c d e
Joannes V *patriarcha Jerosolymitanus scripſit Vitam S. Joannis Damasceni* 596 f, & *seqq.*
Joannes *episcopus Ariminenſis* 462 f, 463 a
Joannes II *episcopus Auguſtanus* 256 e, 257 a
Joannes *vicecomes Arvernenſis filio suo surdo, muto mutoque contracto incolumitatem S. Geraldi meritis impetravit* 330 f
Joannes II *Aurilacenſis abbas* 291 b, 297 c, 298 a
Joannes, *cognomento* Balneatoris, *de villa Oſdorf prope Kafſbeirn à ventriculi doloribus S. Simperti interceſſione liberatus* 267 e f
Joannes Baptiſta *Londini in Anglia pro fide occisus inter Prætermiſſos* 5 f
Joannes Baptiſta *nobilis Montisbodienſis è familia Tranquillinorum* 464 c
Joannes *comes de Frankenham regni Croatiæ* 275 f
Joannes *Laudenſis scripsit Vitam S. Petri Damiani* 611 c & *seqq.*
Joannes *Luſitaniæ rex* 391 f
Joannes *episcopus Parentinus consecravtt altare S. Maximiliani in eccleſia Pirani* 48 d f
Joannes *episcopus Sareſberienſis* 328 f, 329 a
Joannes XXXII, *alias* XXXIII, *abbas Cistercienſis inter Prætermiſſos* 398 e f
Joannes Navarretus *inter Prætermiſſos* 397 b c
Joannes *eremi Suaviciniæ Ordinis Camaldulenſis Prior* 613 a, 616 c, 622 b, 624 b
Joannes *adolescens anaecennis bigâ obrutus ac vehementer læsus SS. Udalrici & Simperti ope sanatus fuit* 257 d e
Joannes *monaſterii Auriliacenſis adminiſtrator* 284 c
Joannes *currifex de Pibraco à surditate per S. Simpertum semel iterumque sanatus fuit* 264 f, 265 a
Joannes *S. Lucæ abbatis pater* 333 b, 337 b
Joannes *sedecim annorum adolescens terrâ ſuffocatus S. Simperti ope revixit* 205 d e
Joannes *in Visitatione Reliquiarum S. Gaudentii teſtis* 463 f
Joannes *sutor de Satershoffen filio suo rupturâ laboranti sanitatem S. Simperti meritis impetravit* 262 e
Joannettus *Joannis Francisci Corvi villicus à carcinomate per S. Seraphinum sanatus fuit* 144 e
Joanninus (*Benedictus*) *Urbinas prædicator & consultor Ordinis Capucinorum conscripſit Vitam S. Seraphini ejusdem Ordinis confeſſoris* 128 c
† Job *Propheta* 301 b, 325 e, 326 f, 336 d, 341 d
Jocelinus *biographus S. Patricii Hibernorum Apoſtoli* 98 d
Joly (*Claudius*) *canonicus Pariſienſis* 542 c
† Jonas *Propheta à cete evomitus* 203 d
Jonas *monachus monaſterii Bobienſis* 80 e
Jordanus *Dominicanus Insulenſis, Cysonii, hac advectis S. Callixti Papæ Reliquiis, ad populum concionem habuit* 448 e
Joris (*Willebrordus*) *S. T. L., cathedralis eccleſiæ Brugenſis canonicus & archipresbyter, documenta non pauca de S. Donatiano Brugenſium patrono, nobis attulit* 488 d
Joseph *filius Camillæ & Antonii de Marano, porrigine jam biennali oppreſſus, S. Seraphini ope mundatus fuit* 154 a
† Josephus *hymnographus in Palæſtina* 597 f, 602 b, 603 d
Josephus *archidux Auſtriæ, poſteà imperator, veneratus eſt Reliquias S. Colmani martyris* 357 d
Josephus *Asculanus letali febre correptus, dum votum emittit ad S. Seraphinum, illicò convaluit* 152 d e
Josephus *Conſtantiæ Paradisæ filius ægrotus, mortem ſibi imminere à S. Seraphino eſt monitus* 142 c
Josephus, *Felicis Montii Asculani filius, peſtilenti febre correptus, invocavit S. Seraphinum, ab eoque ſibi apparente periculo ereptus fuit* 150 c
Josephus *puer, apud S. Seraphini tumulum à membrorum ariditate curatus* 152 b
Josias *rex Juda* 313 b
Josue *Bethsamita* 55 a
Jovinianus *imperator* 546 e
Jovinus *Galliarum præfectus condidit eccleſiam S. Agricolæ Remis* 502 c
Irene *Conſtantini imperatoris mater* 450 e, 456 c, 492 a

† Irenæus *episcopus Lugdunenſis martyr* 180 f, 424 f
Irenæus *episcopus Ticinenſis* 127 e
Irmina. *Vide* Ymmina.
Irmingardis *Ludovici Pii imperatoris conjux* 549 e
Isaac *patriarcha* 252 a
Isabella (*Clara Eugenia*) *infans Hispaniæ & Belgii princeps* 516 f
† Isidorus *episcopus Hispalensis præsedit Concilio Toletano* IV *anno* DCXXXIII 191 c
† Isnardus *Ordinis Prædicatorum à S. Rodobaldo episcopo Ticinensi accepit monasterium S. Thomæ Apostoli* 127 f 128 a
Itisberga *quam passim memorant ut filiam regis Pippini* 230 f
† Ivo *S. Quintini Bellovacensis abbas primus, dein episcopus Carnotenſis* 429 b, 432 d
Jubaria (*Clara*) *è Marchia Anconitana, quam prægnantem prolem masculam edituram S. Seraphinus prædixit* 142 d
Judas *Machabæus reſtauravit templum Jerosolymis* 246 b
Judith *Bethuliæ liberatrix* 252 e
Juditha, *filia Caroli Calvi imperatoris, Balduino Ferreo Flandriæ marchioni nupta* 490 a, 492 e, 493 f
Julia, *Joannis Baptiſtæ Auricolæ Asculani uxor, quam licet integerrimæ sanitatis brevi tamen morituram S. Seraphinus prædixit* 142 c
Juliâ novâ (*Maria à*) *Hieronymi Dominici uxor, à colico & calculorum morbo S. S. Seraphini ope sanata* 152 e
Juliana, *Latini Ferri Asculani filia, invocato S. Seraphini patrocinio, à gravi febri eſt liberata* 150 a b
Juliana, *Maſſaronis Ferri uxor, nuncupato ad S. Seraphinum voto, ab uberis dolore sanata eſt* 151 f, 152 a
Juliana à Radelhoffen *mater Urbani episcopi Patavienſis* 25 e
Juliana *virgo capitolii Romani* 406 d, 440 b
† Julianus *martyr* 540 a; *S. Sixti Papæ diaconus* 567 c
Julianus *apoſtata imperator* 74 d, 473 d 546 e, 594 f; *in summo metu ac discrimine versans confugit ad ſignum Crucis* 526 d
Julianus *à S. Petro Ordinis Carmelitarum Discalceatorum Conventus Brugenſis lector, adfuit Tranſlationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 d
Julianus *eccleſiæ defensor, S. Fortunato episcopo Tuaertino familiaris* 520 c, 523 b
Julianus, *cujus conjux apud sepulchrum S. Venantii à quartana febri eſt liberata* 221 a
† Julitta *martyr* 48 e
† Julius *Papa* 28 c, 421 e, 422 a b c d, 429 f, 430 a c, 435 b c d f, 459 f, 460 b
† Julius *martyr Doroſtori in Mœſia* 404 c, 405 c,
Juncta (*Cæsar*) *Asculanus. Vide* Tarſia.
Juſtinianus *imperator* 93 c, 520 d; *ejus inſignia* 118 f
Juſtinianus *junior imperator* 541 e
Juſtinianus *episcopus Rauracenſis* 76 a, 78 a b, 82 d; *in Concilio Agrippinenſi sententiam protulit contra Euphratem episcopum Coloniensem* 76 d e
Juſtinianus. *Vide* Antonia *Juſtiniani.*
† Juſtinus *philosophus martyr* 180 f; *S. Theophilo episcopo Antiocheno æqualis* 188 c, 407 e
Juſtinus *senior imperator* 48 a
Juſtinus *junior imperator* 48 a
Juſtinus *presbyter Romanus* 459 d, 468 b, 469 c
† Juſtus *episcopus Lugdunenſis & anachoreta* 396 f; *corporis ejus susceptio Lugduni inter Prætermiſſos* 163 d, 395 d
† Juſtus *episcopus in Tuſcia* 51 c d
† Juſtus, *cujus corpus delatum fuit in cathedralem eccleſiam Bellovacensem* 543 d
Juvenalis (*Alberina*) *S. Seraphini sepulchrum viſitans à capitis dolore liberata fuit* 151 f
† Juvinus *confeſſor in pago Dulchrimenſi inter Prætermiſſos* 163 e

K

KAlten Baronibus (*Georgius de*) *baro* 275 f
Kariſſima *nobilis matrona* 282 d, 283 a
Karlomannus. *Vide* Carolomannus.
Karolus. *Vide* Carolus.
Kaſtelwart (*Georgius de*) *baro* 275 f
Kelleus. *Vide* Cuallanu.
Kentigerna *mulier Hiberna, S. Congani soror* 224 d, 225 b c d e f
Kervyn (*Jacobus*) *cathedralis capituli Brugenſis cantor adfuit Tranſlationi Reliquiarum S. Donatiani* 489 b
Kezin (*Apollonia de Haſſelbach*) *ab oris collique tumore S. Simperti meritis curata* 266 f
Khamm (*Corbinianus*) *Hierarchiæ Augustanæ auctor, scripſit Vitam S. Simperti* 228 c
†† Kilianus *Sociique martyres* 557 f, 558 a 560 a, 561 a, 562 f, 563 a e, 564 a, 565 e f, 566 a, 373 f, 574 d, 576 d, 578 e, 579 b e, 580 e, 581 a d, 582 d, 586 b d, 589 b 592 c, 593 d; *eorum corpora mirabiliter ostensa elevataque* 564 a b; *Reliquiæ à S. Burchardo ad caſtrum Wirceburgense tranſlatæ* 565 c d, 574 e f, 575 a; *dein ad ecclesiam ibidem cathedralem* 569 b & *seqq*, 583 f, 584 a & *seqq*, 585 c & *seqq*.
Kinselachus *Crimthanni Lageniæ regis parens* 105 d
Klingen (*Andreas in der*) *cathedralis eccleſiæ Auguſtanæ canonicus* 275 d
Knoetingen (*Wolfhardus de*) *vir nobilis, Maximiliani regis armiger* 275 f
Knoringen (*Chriſtophorus de*) *cathedralis eccleſiæ Auguſtanæ canonicus* 275 d; *S. Simperti Reliquias in proceſſione detulit* 272 a
Knudde (*Petrus*) *cathedralis capituli Brugis canonicus, adfuit Tranſlationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 b
Koplinus *SS. Udalrici & Afræ Auguſtæ Vindelicorum abbas* 244 c
† Korulla, *seu* Korilla *aut* Kortyla *episcopus Verdenſis inter Prætermiſſos* 395 e f, 396 a

Krämer (*Balthasar*) *monachus Udalricianus Augustæ Vindelicorum* 275 d
Kugel (*Petrus de Gesserhausen*) *cujus puello corporis debilitas S. Simperti ope adempta est* 264 d
Küng (*Leonardus de oppido Echingen*) *cujus filiolo S. Simpertus calculum abstulit* 266 f
Kunig (*Joannes*) *à corporis animique angoribus S. Simperti meritis liberatus* 264 d e
Kys *dux à Carolo Magno missus in patrocinium Fuldensium* 231 f

L

L'Abbat (*Daniël*) *monachus è Congregatione S. Mauri* 78 f
Ladislavus *episcopus Petenensis* 48 d f
† Lætus *episcopus Neptensis seu Neptitanus* 90 f
Lainidau (*Nimidius*) *poëta Hibernus* 104 b
† Lamberti *episcopi Trajectensis triumphus in Steppes inter Prætermissos* 163 d e
Lambertus, *cujus ancilla lunatica S. Geraldi meritis sanata est* 329 d
Lambrecht (*Judocus*) *cathedralis ecclesiæ Brugensis canonicus adfuit Translationi Reliquiarum S. Donatiani* 489 b
Lambrecht (*Matthias*) *cathedralis ecclesiæ Brugensis canonicus & archipresbyter adfuit Visitationi Reliquiarum S. Donatiani* 516 a
† Landalenus *episcopus Viennensis in Delphinatu Gallico* 545 f, 555 d; *subscripsit Concilio II Cabilonensi* 553 a c, 554 c, 555 d; *quandonam sederit* 553 b & *seqq*, 554 d & *seqq*.
Landau (*Jacobus de*) *Maximiliani Romanorum regis miles* 275 f
† Landelinus, *cujus corpus delatum fuit ad dedicationem monasterii Hasnonienſis* 507 a
Landericus *episcopus Parisiensis Privilegium libertatis concessit monasterio S. Dionysii* 553 d, 554 a c, 555 d
† Landoaldus, *cujus corpus interfuit Conventui Aldenardensi* 509 e
Landulphus *senior scriptor seculi XI apud Muratorium* 13 e
Landulphus *vir potens, S. Lucæ abbati mala machinatus, divinitus castigatus fuit* 335 a, 339 a
Lang (*Sigismundus*) *sacrista cœnobii Udalriciani Augustæ Vindelicorum* 257 e, 275 d
Langenmantel (*Joannes*) *civium Augustanorum magister* 276 a
Lannoyus (*Joannes*) *monachus Cistercienſis* 280 e
† Lantbertus *abbas Fontanellensis, dein episcopus Rothomagensis* 539 d, 542 a
Lantes (*F. M.*) *episcopus Portuensis, ac tit. S. Rufinæ S. R. E. Cardinalis subscripsit Actis Canonizationis S. Seraphini* 159 f
Lantfridus *Alemannorum dux Gripponi socium sese adjunxit contra fratrem ejus Pippinum* 237 a b
Lantfridus *frater Waldramni, secundi Benedicto-Burani in Bavaria abbatis* 239 d e, 240 c
Latinus (*Floravantes à Monteulmi*) *cujus uxor omni, quo infantem febricitantem aleret, carens lacte, hujus copiam & infantis sanitatem S. Seraphini ope est consecuta* 146 e
† Laverius *martyr* 335 e, 341 c
Laura. *Vide* Lauro (*Æneas*)
† Laurentius *Levita patronus ecclesiæ Laureacensis* 26 a c e, 48 e, 54 e
Laurentius *abbas Furnensis Ordinis Præmonstratensis in Flandria inter Prætermissos* 166 b
Laurentius *monasterii Udalriciani Augustæ Vindelicorum conversus* 275 d
Laurentius *inter episcopos Laureacenses haud numerandus* 27 c d, 32 a
Lauro (*Æneas Fastorius à*) *Lauræ sorori suæ aliisque compluribus sanitatem S. Seraphini meritis impetravit* 153 c d
Lauro (*Diana à*) *accepto à S. Seraphino pane varia miracula patravit* 153 d
Lazarinus (*Franciscus*) *dux peditum propositum suum ineundæ religionis S. Seraphino aperuit* 143 a b
Leguncius *episcopus Metensis* 484 a
† Leo Magnus *Papa* 48 e, 74 a, 75 f, 413 f, 414 a b c d, 415 a d c f, 416 a & *seqq*, 456 b, 477 b; *primus appellatus fuit* Patriarcha *in Concilio Chalcedonensi* 176 f
† Leo III *Papa* 232 b, 233 d e, 234 a, 237 f, 240 c, 241 b c, 246 c e, 549 a; *edito Diplomate Salisburgensem sedem in archiepiscopalem erexit* 239 a
† Leo IV *Papa* 431 b
† Leo IX *Papa* 619 c
† Leo *presbyter* 466 e, 471 a, 472 d
Leo VI *Papa* 291 d
Leo X *Papa* 356 c, 384 c, 385 c, 388 f, 389 c d e, 391 f; *S. Rustici tumulum Treviris aperiri permisit* 533 a
Leo I *imperator* 86 f
Leo, *cognomento* Isaurus, *imperator hæreticus Iconoclasta* 3 b, 550 d, 551 a c d, 566 e, 599 f, 600 a & *seqq*, 601 e, 604 c, 606 a
Leo *vir consularis* 414 e
Leo *episcopus Montisferetranus* 458 e, 471 b
Leo *abbas de Fundo & episcopus Cajetanus interfuit Concilio Romano anno* MLIX, *item dedicationi ecclesiæ Montis Casini* 292 a
Leo *eremita Ordinis Camaldulensis* 619 d
Leobardus 221 c; *fundavit Mauri-monasterium in Alsatia* 480 f
† Leobaria *virgo inter Prætermissos* 3 b c
† Leobonus *confessor* 296 a
† Leodegarius *in Morbach* 232 b, 234 c
† Leonardus *confessor* 466 e
† Leonardus *confessor inter Prætermissos* 396 b c
Leonardus *Mellicensis Ordinis S. Benedicti abbas* 355 e, 356 a
Leonida, *uxor Carridi Carlini, à tumore manûs S. Seraphini ope curata* 154 b
Leonora *mater Maximiliani I cæsaris* 47 c
Leontius *præfectus sub Valentiniano & Valente imperatoribus* 30 b
Leontius *presbyter scripsit Vitam S. Gregorii*

rii episcopi Agrigentini 339 b
Leopoldus IV *Auſtriæ marchio* 356 b c
Leopoldus I *imperator veneratus fuit reliquias S. Colmani martyris* 357 b d
Leopoldus I *Auſtriæ marchio* 343 f, 344 a, 347 e, 362 d
Leopoldus III *Auſtriæ marchio* 362 d
Leubs *seu* Lems (*Andreas*) *in Auſtria inter Prætermiſſos* 165 e
Leudegarius, *inter episcopos Viennenses recenſitus* 546 b
Lia *uxor Jacob patriarchæ* 316 a, 585 e
† Liberius *Papa* 405 e, 408 f, 422 b, 429 f, 460 f, 461 b c
† Liberta *inter Prætermiſſos eadem quæ S. Libaria, quæ colitur* VIII *Octobris* 3 c
Licinia *vel* Lucinia, *memorata ut mater S. Donatiani Remensis episcopi* 498 f, 499 c *& ſeqq*, 500 e
Licinius *abbas monaſterii S. Venantii, dein episcopus Turonensis* 212 f, 213 a c, 215 b e
Liechtenau (*Dietmarus de*) *vir nobilis, Maximiliani regis armiger* 275 f
Liechtenau (*Henricus de*) *Auguſtensis eccleſiæ in ſpiritualibus vicarius* 272 a, 275 c d
Liechtenſtain (*Georgius de*) *vir nobilis, Maximiliani regis armiger* 275 f
Lievre (*Joannes le*) *S. T. D., canonicus Viennensis, & abbas S. Ferreoli, Adoniani Martyrologii interpolator* 547 f
Lilberg (*Georgius*) *ex Styria, vir nobilis, & Maximiliani regis armiger* 275 f
Lilla *S. Eduini Northumbriæ regis miniſter fideliſſimus, ſicâ confoſſus* 112 f
Limburg (*Chriſtoporus de*) *ſacri Romani imperii pincerna* 275 f
Lintrigus *episcopus Herbipolensis* 592 f
† Linus *Papa* 172 b, 437 e, 438 b
Lipomanus (*Aloysius*) *episcopus Veronensis collegit Vitas Sanctorum* 106 c
Litprandus *textor. Vide* Maria.
Liutfridus *comes à S. Burchardo episcopo Herbipolensi miſſus ad Carolum Magnum* 588 f
† Liudgerus *S. Gregorii Trajectensis magiſtri sui biographus* 570 c *& ſeqq.*, 591 b
Lizelſtain (*Georgius de*) *vir nobilis, Maximiliani regis armiger* 275 f
Loegarius, *seu* Laogarius, *rex Hiberniæ prohibuit, ne quis in Aula Temorensi S. Patricio, Chriſti fidem primùm prædicaturo, honorem exhibeat* 99 f
Loit (*Philippus de Burgundia*) *curiæ Maximiliani Romanorum regis magiſter* 275 f
Loro (*Æmælia à*) *per S. Seraphinum à cancro ſanata* 144 f
Loro (*Bartholomæus à*) *cachexiâ seu mala corporis habitudine laborans, S. Seraphini meritis ſanitatem recepit* 144 b
Loro (*Diana à*) *manu capta S. Seraphini ope eſt curata* 144 f, 145 d
Loro (*Franciscus Maria à*) *ægrotus, mortem sibi imminere à S. Seraphino didicit* 142 c
Loro (*Joſephus Ferrantes à*) *cæcus, dum ad S. Seraphinum perducitur, in itinere visum recepit* 145 e
Loth *S. Abrahæ patriarchæ ex Aran nepos* 304 b; *inter Prætermiſſos* 5 d
Lotharingia (*Ludovicus à*) *archiepiſcopus Remensis* 447 c, 501 b
Lotharius I, *filius Ludovici Pii, imperator* 25 e, 444 a; *Ebonem archiepiſcopum Remensem in ſedem suam reſtituit* 493 a *& ſeqq.*
† Lubentius *presbyter confeſſor* 477 b c
Lubericus *abbas inter Prætermiſſos* 166 a
† Lucas *Evangeliſta prædicavit Evangelium in Norico* 27 a b; *Evangelium suum exaraſſe fertur anno* LVIII 182 f
† Lucas *abbas Carbonensis*
Lucas II *abbas Carbonensis* 336 d, 339 d, 342 a; *Armenti templum condidit in honorem S. Lucæ I, in quod ejus reliquias tranſtulit* 336 e
Lucas, *dictus* Calvus, *vir magnus* 333 e
Lucas *in visitatione reliquiarum S. Gaudentii teſtis* 463 f
† Lucia *virgo martyr* 332 e, 337 b
† Lucianus *martyr in Cappadocia* 408 c d e, 426 a b, 540 a
Lucidus (*Marcus*) *Asculanus. Vide* Felix (*Maria*).
Lucifer *episcopus Calaritanus Arianis & Conſtantio imperatori aſſentiri noluit in Concilio Mediolanensi* 61 d
Lucina *matrona Romana* 421 e
Lucinius *& soror ejus inter Prætermiſſos* 4 a
Luciti (*Angelus*) *à porrigine S. Seraphini ope mundatus* 154 c
† Lucius *Papa, sepultus in cæmeterio S. Calliſti* 421 c
† Lucius *martyr Romæ* 407 e
Lucius verus *imperator* 483 f 484 a; *cum Marco Aurelio succeſſit Antonino Pio* 170 f
Luco (*Auguſtinus à*) *per S. Seraphinum à faſcino liberatus* 146 f
Luco (*Paulus Bucius*) *apud feretrum S. Seraphini à continua febri derelictus* 152 a b
Lucretia Antonella. *Vide* Salomea
Ludovica, *Phœbi Aſculani filia, facto voto ad S. Seraphinum à doloribus ſtomachi liberata fuit* 152 a
Ludovica, *virgo in oppido Laurensi, S. Seraphino, ut Ordini Capucinorum nomen daret, piè persuasit* 131 a b; *parentes suos cœleſti gloria perfrui ab eodem Sancto didicit* 131 c d, 139 d
Ludovicus, *cognomento* Pius, *imperator* 25 e, 240 e f, 283 b, 444 a, 481 a b, 493 b c, 547 f, 549 e, 550 e f, 563 b c f, 568 a, 569 a; *Privilegia monaſterii Morbacensis in Alsatia Diplomate confirmavit* 234 d; *primus usus eſt hac formulâ :* Divina ordinante providentia imperator *ibidem; reparavit monaſterium Sollemniacense* 319 f; *visitavit limina Apoſtolorum* 324 c; *curavit celebrari quatuor Concilia* 549 e f
Ludovicus II *imperator* 25 e, 431 b
Ludovicus, *cognomento* Balbus, *Francorum rex* 491 a
Ludovicus IV, *cognomento* Transmarinus, *Francorum rex* 291 e
Ludovicus V *Francorum rex* 291 f
Ludovicus VI, *cognomento* Groſſus, *Francorum*

corum rex 379 b c
Ludovicus VII *seu* Junior *Francorum rex Diploma conceſſit pro monaſterio Auriliacensi* 289 a b c
Ludovicus VIII *Francorum rex* 383 d
Ludovicus XI *Francorum rex inſtituit annuam proceſſionem Bellovaci in feſto S. Angadrismæ virginis* 544 d
Ludovicus *Germaniæ rex* 290 e
Ludovicus *comes de Arnſtein fundavit monaſterium Arnſteinianum Ordinis Præmonſtratensis* 203 e f
Ludovicus *Asculanus, hospes diversorius, à morbo comitiali S. Seraphini ope convaluit* 146 a
Ludwicus *pictor apud S. Colmani sepulchrum divinitus punitus, ejusdem Sancti interventu incolumis evasit* 361 b
Lugair *pater Dubthachi poëtæ Hiberni* 100 e, 104 f
Lugarius. *Vide* Lugair.
Luitperga, *Thaſſilonis Bavariæ ducis uxor, mulier Francis inſensiſſima* 237 c
Luitwaldus *comes* 42 f
† Lul. *Vide* † Lullus.
† Lullus *episcopus Moguntinus, à S. Bonifacio in Germaniam evocatus*, 558 f, 559 a b, 566 b, 569 d e, 570 e f, 571 a, 579 a, 582 b, 588 f, 589 d e, 591 a f, 592 a
† Lupus *episcopus Trecensis in Campania Gallica* 485 e, 527 e, 528 a
† Lupus *martyr in Cappadocia* 167 c, 426 a b, 427 d e
Lupus *episcopus Catalaunensis* 77 b, 527 d f
† Lutrudis *virgo soror S. Manechildis* 526 c, 527 d, 528 f, 531 e
Lutrudis, *S. Manechildis virginis mater* 526 c, 527 c, 531 a
Lydericus Bucanus *pro Flandriæ marchione a multis habitus* 495 e
Lydericus. *Vide* Lydricus.
Lydricus *comes Harlebecensis* 492 a, 495 e
Lysias *præfectus Ciliciæ* 19 e f; *diu ibidem Chriſtianos eſt persecutus* 20 d

M.

† MAcarius Romanus *inter Prætermissos* 167 d
Macarius *episcopus, qui floruit in Scotia* 226 d
Mac-Erca *pater S. Fieci episcopi Sleptensis in Hibernia à rege Lageniæ in exilium miſſus* 105 e, 106 a e
Macrinus *imperator* 18 f, 403 b c, 405 d e, 409 f, 410 b c d, 423 c, 428 f, 429 d, 439 c, 441 f, 443 a, 446 d, 447 a
Macrobius *inter Prætermiſſos* 164 a
† Mædocus *episcopus Fernensis in Hibernia* 98 a
† Magdalena, *cujus reliquiæ visitatæ fuerunt Chinaci diœcesis Aniciensis* 300 a
† Magnericus *episcopus Trevirensis* 536 b c d e f, 537 a b c d
† Magnus *ablas Fueſſensis* 228 e, 237 d, 239 f, 240 a
† Magnus *martyr* 590 f; *ejus reliquiæ Herbipoli in ecclesia S. Anareæ* 567 b c, 587 e f, 588 a
Magnus *telarum orditor in Geſſerhausen, à ruptura triennali S. Simperti meritis curatus* 260 d e
Maguisus *decanus Clochorensis in Hibernia auxit Martyrologium S. Ænguſſii* 104 d
Mahometes *impoſtor & pseudopropheta* 390 d, 391 a b, 605 a d
Mahumed. *Vide* Mahometes.
Mainardus (*Joannes Franciscus*) *scripsit Acta S. Gaudentii* 459 c *& seqq.*
Maiſterlein (*Sigismundus*) *Chronici Augustani auctor* 257 b, 261 c; *scripsit Vitam S. Simperti episcopi Auguſtani* 228 c, 229 d
Malachias II *Hiberniæ rex* 345 f, 346 a, 347 b
Malaldus *S. Calliſti meritis visum recepit* 445 d
Malateſta (*Elizabetha*) *inter Prætermiſſos* 5 f
Malateſta (*Matteucius*) *S. Seraphini, sibi apparentis, ope à laterum renumque dolore solutus* 150 e f
Malcolmus, *seu* Macolmus *Scotiæ rex uxorem habuit S. Margaretam* 345 a b c e f, 346 d
Maleſtret (*Paganus de*) *Brito* 381 b
Malusius *episcopis Laudensibus haud accensendus* 61 f
† Mamerti *episcopi Viennensis Tranſlatio inter Prætermiſſos* 163 a b
Mammæa *Alexandri imperatoris mater* 402 c d f, 403 b, 408 a
Manaſſes *comes Rethelensis & oppidi S. Manechildis dominus* 530 d
Mancinus (*Scipio*) *Montisbodii Prior* 466 b
Manfredus *Siciliæ rex* 463 c
Manfredus *episcopus Tiburtinus, tit. S. Sabinæ S. R. E. Cardinalis* 364 f, 365 a, 368 b
Manno *episcopus Auguſtanus* 238 b
Manno *episcopus Nuvenpurgensis seu Neoburgensis* 238 a d e
Manrique (*Alphonsus*) *episcopus Cordubensis in Hispania* 191 f
Manrique (*Angelus*) *episcopus Bazensis in Hispania* 378 e, 379 a
Mansueta, *mulier Asculana, S. Seraphini sepulchrum visitans à capitis dolore eſt liberata* 151 f
Mansueta *alia mulier Asculana, à crurium dolore, facto ad S. Seraphinum voto, sanata fuit* 152 a
† Mansuetus *episcopus Tullensis* 482 a; *non fuit S. Cæleſtii in Galliam venientis comes* 481 d; *ejus Acta illuſtrata habes à Limpeno* 32 c, 33 d
Mansus (*Dom. Victorinus*) *Aversanus, monaſterii Sublacensi præpositus* 377 e
Mantocius. *Vide* Jacoba.
Mantucius *Asculanus. Vide* Maria, *Mantucii.*
Marafioti (*Hieronymus*) *scripsit Acta martyrii SS. Danielis sociorumque* 385 b *& seqq.*
Marano (*Antonius de*). *Vide* Joseph, *filius Camillæ.*

Marbodus *archidiaconus Andegavensis, dein episcopus Redonensis* 284 d
Marcellina, *Alomei Asculani uxor, à sinistri lateris dolore S. Seraphini ope curata* 143 f, 144 a
† Marcellinus *Papa martyr* 459 d, 506 f
† Marcellinus *episcopus Ebrodunensis* 291 e; *ejus reliquiæ ad cœnobium Cantoligense tranſlatæ ibidem*
Marcellinus, *civis Tudertinus, à S. Fortunato ad vitam eſt revocatus* 525 b c d
† Marcellus *Papa* 438 c, 459 d e
† Marcellus *episcopus Apameæ in Syria, martyr inter Prætermiſſos* 2 f
† Marcellus *martyr, cujus corpus deportatum fuit ad dedicationem monaſterii Hasnonienſis* 507 a
† Marcellus *apud Parisios* 544 f
† Marcellus *centurio & Martyr* 188 a b c
Marche (*Ludovicus de*) *collegii S. J. Dionantensis rector scripsit Majoribus noſtris* 166 d e
Marchetti (*Valerianus*) *Roccæ Contradæ notarius publicus* 466 d
Marchisiana Valenda, *mulier Asculana, quam decumbentem periculum haud evasuram S. Seraphinus prædixit* 142 c
Marcianus. *Vide* Martianus.
Marciarellus (*Paracius*) *civis Asculanus, acuta febri obrutus, atque à medicis jam derelictus S. Seraphini ope convaluit* 146 d
Marcion *hæresiarcha multos fecit blasphemare* 175 a; *à S. Theophilo episcopo Antiocheno scriptis fuit redargutus* 185 e f
† Marcus *Evangeliſta* 25 f, 26 f; *à S. Petro miſſus Aquileïam* 26 b c; *Evangelium docuit Laureaci ibidem* e, 32 e; *item in Norico* 27 a b
† Marcus *Papa* 435 d; *sepultus in cœmeterio S. Callixti* 421 c
† Marcus *episcopus Antiquæ Æcanæ in Apulia inter Prætermiſſos* 162 e; *idem verosimiliùs cum S. Marco episcopo Atinensi ibidem*
Marcus *episcopus Domacensis consecravit altare S. Catharinæ in ecclesia Pirani* 48 d f
Marcus *episcopus Juſtinopolitanus consecravit ecclesiam parochialem S. Georgii Pirani* 48 c d f
Marcus *episcopus Portugallensis conscripsit Acta martyrii SS. Danielis & sociorum* 385 a *& seqq.*
Marcus Antonius *nobilis Asculanus, quem jam morti proximum plures annos superſtitem fore S. Seraphinus prædixit* 140 f
Marcus *vir consularis* 483 e
Marcus *Flander eremita* 377 c
Mardocheus *Amano principi regis Persarum genuflectere recusavit* 311 c
Marellus (*Sylveſter*) *notarius & curiæ archiepiscopalis Genuensis cancellarius* 205 e
Marfisa, *Chriſtophori Boni Asculani uxor, longam viri absentiam lugens, eum poſt triduum rediturum à S. Seraphino eſt certior reddita* 143 c
† Margareta *Scotiæ regina* 345 a b c d e f, 346 d
† Margareta *virgo Coloniensis inter Prætermiſſos* 7 d
Margaretha *de Aix, S. Simperti ope sanata* 264 d
Margaretha, *uxor Bartholomæi de oppido Graben, cui, ejus marito filiæque capitis dolorem S. Simpertus abſtulit* 267 f, 268 a
Margarita, *Alphonsi Nuzzæ filia, jam agonizans per S. Seraphinum sanitati eſt restituta* 146 b
Margunius (*Maximus*) *episcopus Cytherorum* 19 f
† Maria *virgo Dei Genitrix, in cujus honorem à S. Simperto dicatum eſt templum cathedrale Auguſtæ Vindelicorum* 237 e, 241 e; *ejus ope puerpera sanata* 263 c; *item digitellorum articuli puero, absque iis nato, conceſſi* 262 f; *à nimiis pariter anguſtiis liberatus Bernardus sutor ex Oberbalbach* 264 a; *civis quidam Auguſtanus à capitis ventrisque doloribus sanatus* 267 a; *item alius ab iisdem doloribus ibidem* b; *in honorem ejus conditum monaſterium Carbonense* 335 a; *item dicata ecclesia Armenti in Lucania* 335 d, 340 a; *item cathedralis Tricaricensis* 336 f; *item ecclesia cœnobii Mellicensis* 356 c; *dicatum pariter monaſterium Carnoëtense* 380 f; *extructa à S. Callixto Papa ecclesia Romæ trans Tyberim* 422 b, 430 c; *insignis ejus imago ibidem & altera apud moniales SS. Dominici & Sixti* 423 e; *ejus ope S. Joanni Damasceno manus dextra fuit reſtituta* 600 b; *exhortata fuit eumdem Damascenum ad hymnographiam* 601 b c d; *miracula in vita sua feciſſe non legitur* 626 a
† Maria *Magdalene* 252 e, 587 b c
Maria (*Andreas à S.*) *Ordinis Carmelitarum Discalceatorum conventûs Brugensis Prior adfuit Tranſlationi reliquiarum S. Donatiani* 518 d
Maria *domina Monspeliensis & Arragoniæ regina accepit quasdam reliquias S. Geraldi comitis Auriliacensis* 299 e
Maria, *filia Joannis Baptiſtæ de Patrinone, ab oculo tumido S. Seraphini meritis curata* 154 c
Maria Joanna *mulier Asculana dextrum oculum S. Seraphini ope recepit* 145 e
Maria *Malcolmi Scotiæ regis filia* 345 c
Maria *soror Moysis* 252 e
Maria, *Mantucii Asculani uxor, emiſſo ad S. Seraphinum voto, ab humeri dolore eſt liberata* 151 f, 152 a
Maria *filia Semideæ omnium membrorum usum S. Seraphini ope recepit* 145 d
Maria, *Francisci Arconati Hispani militis uxor, à maligna febri S. Seraphini meritis liberata* 154 a
Maria, *Litprandi textoris filia, per quatuor annos muta, loquelam S. Seraphini ope recepit* 145 f
Marianus *Florentinus scripsit Acta martyrii SS. Danielis sociorumque* 385 a *& seqq.*
Marigniaco (*Joannes de*) *episcopus Bellovacensis feſtum S. Angadrismæ solemniter, conceſſis etiam indulgentiis, celebrari, decreto publico præcepit* 543 e f, 544 a b
Marinellus (*Bartholomæus*) *cujus uxor difficilem partum S. Seraphini interceſſione evasit* 152 f

Marini (*Piteus de*) *archiepiscopus Genuensis* 48 a
† Marinus *miles martyr* 425 a
† Marinus senex *passus sub Lysia præfecto Ciliciæ* 19 f
† Marinus *diaconus* 458 e, 460 e, 471 a b, 472 d
Marinus *episcopus* 501 e
Marinus (*Joannes*) *puer decennis, in capite graviter saucius, meritis S. Seraphini sanatus fuit* 144 f
Marinus (*Joannes*). *Vide* Monteulmi (*Joanna à*).
† Marius *martyr Romæ* 418 e f, 419 b c
Marocia, *Petri Valentis uxor, à partu periculoso S. Seraphini meritis liberata* 152 f
Maronius *episcopus* 71 f
Marrierus *monachus Cluniacensis primus vulgavit vitam S. Geraldi comitis Auriliacensis* 277 c
Marsianus. *Vide* Martianus.
Marsina *mulier Asculana, à diuturno renum dolore per S. Seraphinum liberata* 144 b
Martellus (*Carolus*) *Austrasiæ dux bis profligavit Saracenos* 209 f. *Vide* Carolus Martellus.
† Martha *martyr Romæ* 418 e f, 419 b c
† Martha *virgo* 273 b, 587 b c
† Martialis *episcopus Lemovicensis primus* 321 c, 330 a; *ejus dens in dextro altari ecclesiæ Auriliacensis collocata* 326 a
† Martialis *martyr* 476 a, 477 d e, 478 b c d, 479 a, 482 f
Martianus *presbyter Arianus* 461 c
Martianus *proconsul Ariminensis Arianus* 458 e, 471 a, 460 a, 461 c d e, 463 d, 468 e, 470 e, 472 e f, 473 b; *ob sacrilegia à dæmonio arreptus* 471 b c d e f
† Martina *martyr sub Alexandro Severo imperatore* 404 c f
† Martini *Tornacensis ecclesiæ dedicatio inter Prætermissos* 397 e
† Martinus *episcopus Turonensis* 58 d, 201 b, 202 b, 211 f, 321 c, 324 d, 587 c, 588 e; *Evangelium prædicaturus accessit Pannoniam anno* CCCLVI 30 a; *multas lustravit provincias* 31 c; *quandonam ascenderit cathedram Turonensem* 201 d; *an fuerit pater spiritualis S. Lubentii* 201 c d e f
† Martinus *episcopus Viennensis in Delphinatu Gallico* 545 a, 549 d
† Martinus, *cujus Reliquiæ fuerunt visitatæ* 300 a; *dein collocatæ in dextro altari ecclesiæ Auriliacensis* 326 a
Martinus II *Papa* 553 d
Martius (*Constantinus*) *Asculanus, Pomponiæ maritus, quem cælo receptum S. Seraphinus asseruit* 139 e
Mascarpion *energumenus S. Venantii ope à dæmonio liberatus* 221 a
Massei (*Henricus*) *à laterum dolore S. Seraphini ope liberatus* 154 e
Masseus (*Henricus*) *nobilis Asculanus, quem morbo, quo laborabat, extinctum iri prædixit S. Seraphinus* 142 c
Masseus (*Josephus*) *maritus Hieronymæ, quam plures liberos edituram prædixit S. Seraphinus* 142 e
Masureel *Maximiliani Tornacensis episcopi secretarius* 45 d
† Maternianus *episcopus Rhemensis* 487 c, 488 b, 493 f, 500 e, 501 f, 502 a d e f,
† Maternus *episcopus Mediolanensis, cujus Acta descripsit Henschenius ex antiquo MS. Codice Mediolanensi* 11 b c; *illustravit ea Perierus* 32 c, 33 d
† Maternus *episcopus Metensis* 482 a
Mathildis, *filia Pippini regis Aquitaniæ* 283 b
Matildis *Malcolmi Scotiæ regis filia* 345 c
Matildis *Mater Bosonis de Torena* 284 a
Matthæus *Ludovici VII Galliarum regis camerarius* 289 c
Matthæus *Marescalius de Papphenhaim, cathedralis ecclesiæ Augustanæ canonicus* 228 f, 229 a
Matthias *imperator* 434 a; *S. Callisti ope à podagra liberatus* *ibidem* b
Maura *seu* Mora *Malachiæ II Hiberniæ regis conjux* 345 f
† Maurini *abbatis iaventio inter Prætermissos* 163 b
Mauritius *imperator* 535 d
Mauritius *institor de Mindelhaym à gravi infirmitate S. Simperti ope convaluit* 260 e
† Maurus *successor S. Sabini in sede Placentina* 65 e
Maurus *Mauri-monasterii in Alsatia abbas quintus* 480 f
Mausieri (*Hercules de*) *ducis Mutinensis procurator* 298 a
Maxentius, *Maximiani Herculii filius, arripuit imperium* 21 d
† Maximianus *martyr* 540 a
Maximianus *imperator* 35 d e, 449 b, 450 b c, 453 b, 456 d, 458 d e, 459 d, 267 b
† Maximilianus *archiepiscopus Laureacensis, apud Celeiam martyrium passus sub Numeriano imperatore* 26 a
† Maximilianus *martyr Thebestæ in Numidia* 407 e
† Maximilianus *episcopus Ravennas* 50 a
† Maximilianus, *alter à Laureacensi, episcopus martyr, cujus corpus servatur in ecclesia Pirani* 47 d e f, 148 a b c; *an sit diversus ab eo, quem Pelagius Papa schismaticum nominavit* 49 b; *alius est à Maximiliano Ravennate* 49 c, 50 b c d e f, 51 b
Maximilianus I *Cæsar* 46 f, 49 e, 243 e, 274 a, 275 e, 276 b c d, 277 d, 356 c, 357 a; *cur ita appellatus* 47 b c; *promovit cultum S Simperti Augustæ Vindelicorum* 242 f; *partâ de Bohemis victoriâ, militare tropæum eidem Sancto consecravit* 243 a b; *adfuit Reliquiarum ejus Translationi* 275 a; *petiit particulam ex ossibus illius, quam gratiosè accepit* 275 c
Maximilianus *Villani à Gandavo è comitibus Isenghemiis episcopus Tornacensis, festum S. Maximiliani episcopi Laureacensis & martyris sub ritu duplici celebrari jussit ad normam ecclesiæ Pataviensis* 40 a b c, 45 a; *dono accepit duo ejus ossa* 45 a; *donavit eas ecclesiæ suæ cathedrali* 45 e f,

e f, 46 a b cd
Maximilianus *episcopus in Tuscia* 51 c d
† Maximinus *episcopus Trevirensis* 77 b, 200 b c d, 201 b d e, 202 b c d, 231 a; *ejus ecclesiæ dedicatio Treviris inter Prætermissos* 162 c
Maximinus *imperator* 52 c, 403 a c, 408 c d e, 424 d
Maximinus *S. Theophili in cathedra Antiochena successor* 171 a b c
† Maximus *episcopus* 398 c d
† Maximus *martyr* 404 d; *sepultus in cœmeterio S. Callixti* 421 b
† Maximus *Æmonensis martyr* 50 a; *Labaci passus* 52 b d
† Maximus *martyr in Illirico* 50 a
† Maximus, *cujus translatio colitur* XXIX *Maji* 47 e
† Maximus *Veronensis* 50 a
Maximus *imperator* 18 b f, 456 b, 457 b, 485 d; *corruptè vocatus* Maximilianus 52 a
Maximus *inter Prætermissos* 399 a
Maximus (*Numerianus*) *Ciliciæ præses* 20 d e
Mayrin (*Barbara de Limerhausen*) *à ruptura S. Simperti ope sanata* 260 a
Mazota *virgo Hiberna* 222 e f, 223 a e
Mechlinia (*Arnoldus à*) *cathedralis ecclesiæ Brugensis archidiaconus adfuit Translationi Reliquiarum S. Donatiani* 516 f
Meck (*Caspar*) *Maximiliani I regis posteà imperatoris camerarius* 275 f
Mecotius (*Darius*) *à podagræ cruciatu S. Seraphini meritis liberatus* 144 a
Meçotius *faber lignarius pater Joannis Andreæ, quem ægrotum morbi vi obrutum iri S. Seraphinus prædixit* 142 c
† Medardus *episcopus Noviomensis* 494 d
Megenheimus *presbyter* 566 c
Megingaudus *episcopus Eystattensis* 351 c d e f
Megingaudus *episcopus Wirceburgensis, à S. Bonifacio in Germaniam evocatus* 559 a b, 566 a, 569 d e f, 570 e f, 571 a b, 588 f, 589 d; *corpus S. Burchardi decessoris sui Herbipolim transtulit, ac in ecclesia cathedrali apud SS. Kiliani Sociorumque martyrum corpora sepelivit* 590 c
Megingozus *abbas cœnobii Benedicto-Burani in Bavaria* 239 c
Mehingodus. *Vide* Megingaudus.
Mei (*Antonius*) *civis Senogallensis* 464 a
† Meinradus *eremita & martyr inter Prætermissos* 161 f
Meitting (*Joannes de Ostendorf*) *surdaster S. Simperti ope auditum integrè recepit* 258 e
† Melchiades *Papa sepultus in cœmeterio S. Callixti* 421 c, 459 e
Melchior *abbas Udalricianus Augustæ Vindelicorum* 243 d, 251 c, 255 a
Meliorius (*Franciscus*) *civis Asculanus morbo, quo detinebatur, se immoriturum à S. Seraphino didicit* 142 c
† Memmius *episcopus Catalaunensis, cujus Acta illustravit Sollerius* 32 c
† Memorius *martyr* 67 c
Menas *abbas Carbonensis* 336 d
Menchettus (*Thomas*) *Montisbodii Prior* 466 b
Mendosa (*Alphonsus de*) *abbas Vallisoletanus in Hispania interfuit synodo provinciali* 192 c
Mendosa (*Alvarus de*) *episcopus Palentinus in Hispania interfuit synodo provinciali* 192 b
Mengoz. *Vide* Megingaudus.
Menica. *Vide* Tita (*Catharina*).
Merch (*Joannes*) *SS. Afræ & Udalrici Augustæ Vindelicorum abbas* 242 e f
† Mercurialis *episcopus Forojuliensis* 458 e f, 459 a c, 471 b f
Mercurius (*Thomas*) *episcopi Senogallensis vicarius* 463 f
Merigozus *diaconus benefecit Fuldensibus* 241 f
Merletus (*Balthasar*) *Asculanus pthysicus, S. Seraphini ope sanatus fuit* 136 a
Meroveus *Clodii II Francorum regis filius* 583 c
Meulenaer (*Alexander de*) *J. U. L., ac Brugis ecclesiæ cathedralis canonicus adfuit Translationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 b
Meulenaere (*Alexander de*) *vir nobilis & exconsul Brugensis adfuit Translationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 e
Meyere (*Donatianus de*) *J. U. L., ac cathedralis ecclesiæ Brugensis canonicus adfuit Translationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 b
Michael *episcopus Adramyssenus Augustano suffraganeus* 244 c
Michael *balneator in Magerhausen puero suo calculoso S. Simperti intercessione medelam impetravit* 261 b
Michael *monachus Ordinis Camaldulensis* 626 b, 628 a
Michael *tabernarius in Maningerin, à calculi doloribus S. Simperti ope liberatus* 263 d
Micheli (*M. Joannes Antonius*) *translationi Reliquiarum S. Gaudentii testis adstitit* 465 b
Miliora (*Felix*) *cujus puer cæcus per S. Seraphinum visum impetravit* 145 e
Miller Zimmerman (*Balthasar*) *S. Simperti meritis sanatus* 258 c
Milo *invasor bonorum monasterii Fuldensis* 231 f
Minerva *Asculana. Vide* Ritius.
Miramolinus *Marrochii rex* 384 b; *facultatem indulsit Fransciscanis ecclesiam condendi* 388 c
Moccona (*Diamas*) *mulier prægnans, se masculum edituram à S. Seraphino didicit* 142 d; *item filiolum suum moriturum & cælos ascensurum* 141 e
Mo-Chatocus *de Inisfail discipulus S. Patricii Hibernorum Apostoli* 105 c
† Modestus *martyr in Cappadocia* 426 a b, 427 d
Modoaldus *episcopus Trevirensis* 535 c d
Molendinarius (*Joannes*) *in pago Inningen jam moriturus S. Simperti ope revixit* 258 c
Molendino (*Laurentius de*) *ecclesiæ cathedralis Brugis canonicus & cantor* 489 c; *adfuit visitationi Reliquiarum S. Donatiani* 516 a
† Molingus *episcopus Fernensis in Hibernia* 98 b

Monachi (*Antonius*) *canonicus ecclesiæ cathedralis Brugis* 489 c; *adfuit visitationi Reliquiarum S. Donatiani* 516 a
† Monas *episcopus Mediolanensis* 13 a
Monier (*Joannes le*) *J. U. L., officialis & canonicus ecclesiæ cathedralis S. Bavonis Gandavi adfuit Translationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 c
Monseus (*Franciscus*) *civis Asculanus, qui à fistuloso femoris ulcere per S. Seraphinum est sanatus* 144 f
Montanus *hæresiarcha* 403 a
Montanus (*Joannes*) *monasterii S. Bartholomei Brugis abbas adfuit Translationi Reliquiarum S. Donatiani* 517 a
Montanus (*Petrus*) *à febri maligna S. Seraphini ope sanatus* 154 b
Monte (*Gabriel de*) *episcopus Æsinus* 464 f
Monte Alto (*Joannes Dominici à*) *membris à lumbis deorsum mutilus, apud S. Seraphini feretrum integer est redditus* 151 d
Monte Alto (*Lucia à*) *apud S. Seraphini sepulchrum à paralysi mundata* 152 b
Montebrunus (*Antonius Maria*) *patricius Genuensis* 205 e
Monte Feretro (*Joannes de*) *eremi Luceolensis Ordinis Camaldulensis prior* 614 a b c, 622 a
Monteflorum (*Cinthia à*) *Dominici Barlocii uxor, quam fascino languentem sanatam iri S. Seraphinus prævidit* 141 d
Montefucino (*Bellisarius à*). *Vide* Nesba.
Montegranario (*Balthasar Grimaldus à*) *meritis S. Seraphini à totius corporis doloribus exemptus* 144 c
Montegranario (*Cæsar Amuratus à*) *incurabili faucium tumore laborans, meritis S. Seraphini sanus est redditus* 146 a
Montegranario (*Donatus à*) *Ordinis Capucinorum concionator cum Christo in cælis regnare à S. Seraphino est visus* 139 d
Montegranario (*Fabritius Comentatus à*) *infantem suum moriturum à S. Seraphino didicit* 142 c
Montegranario (*Julia à*) *ab universali corporis tumore S. Seraphini ope liberata* 144 c
Montegranario (*Petrus Manfredus à*) *confracto crure, S Seraphini ope curatus fuit* 145 c
Montegranario (*Petrus à*) *nuncupans votum ad tumulum S. Seraphini, à capitis dolore illicò est exemptus* 151 f
Montegranario (*Theodora à*) *toto corpore confracta incolumitatem S. Seraphini ope recepit* 145 d
Monteguidone (*Benedictus à*) *S. Seraphini ope à spina ventosa curatus* 144 c
Monteguidone (*Ludovicus à*) *quem Capucinorum Ordinem ingressurum prædixit S. Seraphinus* 142 f, 143 a
Monte Monaco (*Balthasar à*) *altero pede claudus, apud S. Seraphini sepulchrum gressum integrè recepit* 151 d
Monte Monaco (*Drusilla à*) *Dominici Garulli uxor, à febre & sanguinis fluxu S. Seraphini meritis liberata* 152 a
Monte Monaco (*Hostilius de*) *à lepra S. Seraphini ope mundatus* 147 c d
Monte Monaco (*Simona à*) *emisso voto ad S. Seraphinum, à morbo universali convaluit* 152 a
Monte-Rubiano (*Benedictus à*) *nuncupato voto ad S. Seraphinum, à femorum doloribus est sanatus* 152 a
Monte-Rubiano (*Hippolyta*) *apud feretrum S. Seraphini à tertiana febri liberata* 152 a
Monte Sancto (*Franciscus à*) *S. Seraphini ope à cancro sanatus* 144 f
Monteulmi (*Joannæ à*) *Joannis Marini uxor, amissum visum S. Seraphini ope recepit* 145 c
Monteulmi (*Justus à*) *Capucinorum Ordini secundùm S. Seraphini vaticinium est adscriptus* 142 f
Monteulmi (*Marinus à*) *fracta cervice S. Seraphini ope est curatus* 145 d
Monteucius (*Angelus*) *ab hernia S. Seraphini meritis sanatus* 152 b
Montia (*Felix*) *à doloroso puerperio S. Seraphini patrocinio erepta* 151 f
Montius (*Felix*) *Asculanus. Vide* Josephus, *Felicis.*
Montmorencio (*Florentius de*) *S. J. presbyter Viennâ litteras scripsit ad Maximilianum episcopum Tornacensem, & acceptas à capitulo Passaviensi duas particulas brachii S. Maximiliani eidem transmisit* 45 c d
Mor (*Petrus de Aschach*) *diœcesis Augustanæ clericus & publicus notarius* 276 c
Mora. *Vide* Maura
Morettus (*Petrus*) *S. Mariæ trans Tyberim canonicus, de S. Callixto Papa, ejusque basilica eruditè differuit* 402 a & *seqq.*
Morigia (*Paulus*) *scripsit de nobilitate Mediolani* 13 e
Morlin (*Conradus*) *Udalricianus Augustæ Vindelicorum monachus & concionator* 275 d; *caput S. Simperti populo ex ambone ostendit* 271 e
Morlin. *Vide* Conradus *abbas.*
Moronus *S. R. E. Cardinalis* 435 e
Morotius (*Joannes*) *cathedralis capituli Brugensis canonicus* 517 a
Morus (*Vincentius*) *Firmanus, à strumis S. Simperti ope liberatus* 146 a
Moscron (*Marcus Antonius*) *cathedralis ecclesiæ Brugensis canonicus* 489 b
Motte (*Joannes de la*) *S. Theologiæ apud Cysonienses lector* 447 f
Moveus *abbas in Scotia inter Prætermissos* 6 a b
† Moyses *Propheta legislator & Israëlitarum dux* 313 c, 338 a, 585 e
Mucrarella (*Maria*) *ad mortem ægrota S. Seraphini ope convaluit* 152
Mulfinus (*Marcus Antonius*) *notarius publicus Genuæ* 205 d e
Multracus *episcopus Albanensis* 329 b
Munemundus *episcopus Lugdunensis, qui subscripsit Privilegio libertatis monasterii S. Dionysii Parisiis* 553 d, 554 c
Murena (*Acerbus*) *scriptor seculi* XII 63 c
Musfel (*Christophorus*) *Ordinis Recollectorum conventûs Brugensis religiosus, adfuit Translationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 d
† Musthiola 437 d e
Mutinensis

Mutinensis (*Cæsar*) *à gravi, in ore accepto, vulnere, S. Seraphini ope sanatus* 152 c

Myrtius (*Cherubinus*) *Trevirensis, cœnobii Sublacensis monachus descripsit Vitam S. Chelidoniæ virginis* 362 f *& seqq.*

N.

Nabuchodonosor *rex Babylonis* 413 d
Nabuzardan *princeps Nabuchodonosor regis Babylonis* 306 a, 308 b
Nannedus *discipulus S. Patricii Hibernorum Apoſtoli* 105 c
Nanterus *cœnobii S. Michaëlis ad Mosam in pago Virdunensi abbas* 432 d e, 433 b d
Narciſſin *mulier de villa Puchel apud Auguſtam Vindelicorum* 267 f
† Narciſſus *maryr* 434 f
Narciſſus *episcopus Jerosolymitanus collegam habuit Alexandrum* 171 c
Narrachius (*Joannes*) *in territorio Eboracensi inter Prætermiſſos* 165 e
Natalis *episcopus Æmonensis consecravit altare S. Antonii in ecclesia Pirani* 48 d f
† Nazarius *episcopus Juſtinopolitanus* 47 e, 48 a, 51 b, 52 b; *ejus corpus inventum anno* DCI 50 e
† Nazarius *martyr inter Prætermiſſos* 395 a
† Nectarius *episcopus Viennensis in Delphinatu Gallico* 546 e
Nelis (*Cornelius Franciscus de*) *episcopus Antverpiensis submisit inſtrumentum donatianis Reliquiarum S. Maximiliani, factæ ecclesiæ Tornacensi* 45 b
† Nemescius *S. Stephani Papæ diaconus* 442 e
Nero *imperator immaniſſimus* 197 f, 412 e, 442 a
Nesba *Bellisarii à Montefucino uxor, à ſtrumis per S. Seraphinum curata* 146 a
Neyts (*Leonardus*) *cathedralis capituli Brugensis canonicus adfuit Tranſlationi Reliquiarum S. Donatiani* 517 a
† Nicasius *episcopus Remensis martyr* 429 b, 488 a, 502 c f; *à Wandalis occisus* 498 a, 501 e f
Nicephorus *Phocas imperator Conſtantinopolitanus* 304 a, 335 b, 342 a, 562 d
† Nicetas *Patricius inter Prætermiſſos* 3 a b, 163 e f
† Nicetius *episcopus Trevirensis* 534 f, 535 a, 536 b c d e f, 537 a b c d
Nicetius *episcopus Viennensis in Delphinatu* 546 f, 547 a
Nicolæ (*Persimon*) *civis Senogallensis* 463 f
† Nicolaus *confeſſor Syracusanus* 341 b, 342 d
Nicolaus I *Papa* 490 a c; *conjunctionem monaſterii Flaviacensis atque oratorii cum ecclesia Bellovacensi decreto confirmavit* 542 e, 543 a
Nicolaus II *Papa* 615 a, 618 a d, 619 c
Nicolaus V *Papa* 233 a, 242 c d f, 244 e, 274 e; *facultatem conceſſit Udalricianis celebrandi S. Simpertum officio ecclesiaſtico* 277 a
Nicolaus *regni Croatiæ de Frankenham comes* 275 f
Nicolaus, *S. Lucæ abbatis ope ab inferis ad vitam revocatus* 341 a b
Nicolaus *monachus inter Prætermiſſos* 399 a b
Nicolaus *de oppido Laurensi Capucinos hospitio excepit* 130 f
Nicolea *mulier Asculana, uxor Curtii barbitonsoris, voto ad S. Seraphinum emiſſo, ab odontalgia liberata fuit* 151 f, 152 a
Nicolini (*Catharina à Marano*) *morti proxima S. Seraphini ope convaluit* 152 c d
Nieuburh (*Cæsar van*) *J. U. L., ac Brugis ecclesiæ cathedralis canonicus, adfuit Translationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 b
Nigidius *hæreticus, à Tertulliano memoratus* 175 b
Nigrellus (*Scipio*) *episcopus San-Severinas* 621 d
Nigronus (*A.*) *SS. Viti & Modesti diaconus Cardinalis subscripsit Actis Canonizationis S. Seraphini* 160 b
Ninus *rex Aſſyriorum patri suo Belo simulacrum conſtituit* 56 e
† Nitgarus *episcopus Auguſtanus* 242 a, 247 e, 250 e
Nithardus *Franciæ maritimæ dux, à Nortmannis occisus* 491 c
Nitida *S. Chelidoniæ virginis germana* 367 d
Nivardus. *Vide* Nivo.
Nivo *episcopus Remensis* 554 d
† Noamatus *episcopus inter Prætermiſſos* 7 e f; *idem verosimiliùs cum* Mamato, Namato, *aut* Namatio *episcopo Viennensi apud Allobroges, qui colitur* XVII *Novembris* 7 c f
Noë *patriarcha* 294 f, 300 f
Noricus (*Bernardus*) *texuit Catalogum episcoporum Laureacensium* 26 b
Norman (*Marcus*) *dominus de Brense apud Tornacum* 448 b
Nothardus *Sueviæ dux* 230 f
Notingus *episcopus Brixiensis* 446 e f; *corpus S. Callixti à Sergio Papa dono accepit* 429 a, 431 b d, 432 b, 443 a *& seqq.*
† Noytburgis *seu* Notburga *virgo Coloniensis inter Prætermiſſos* 396 f
Nicolaus Uganus *inter Prætermiſſos* 397 b c
Numerianus *episcopus Trevirensis* 535 c d
Numerianus *imperator* 34 c, 35 c f, 36 a b c d, 43 a; *insidiis Afri soceri sui occisus* 55 e
Nuſſa (*Alphonsus*). *Vide* Margarita.

O.

Obertus *episcopus Januensis* 209 d e
Octaviana (*Catharina*) *puella decennis, linguæ usum S. Seraphini ope integrè accepit* 145 f
Octavianus. *Vide* Preconius.
Odelricus *inter Miſſos à Carolo Calvo* 491 b
Odfridus *monaſterii Watinensis fundator* 501 d, 510 e, 514 d e; *biennio mortuus apparuit in somnis Themardo canonico Watinensi* 511 e
Odilo *Bavariæ dux* 239 e; *à Carolomanno & Pippino debellatus* 236 f
† Odo *abbas primùm Tutelensis dein Cluniacensis, scripsit Vitam S. Geraldi comitis*

comitis Auriliacensis 277 e f, 278 a b, 279 b c
Odo *Francorum rex* 285 a *& seqq.* 293 a; *non ſtatim ab Aquitanis eſt receptus* 284 f, 285 a; *ab hujus obitu cœperunt numerari anni règni Caroli Simplicis* 293 a
Odo *Bellovacensis* 542 e
Odo *abbas Dolensis* 277 e
Odo *abbas cœnobii Mascianensis* 277 e
Odo *abbas cœnobii S. Maxentii* 277 e
Odo *abbas S. Michaelis ad Mosam* 277 e
Odoacer *Flandriæ præfectus* 489 e, 491 e, 492 a b
Odoacer *rex Rugorum* 23 c, 40 e f
Odoarda (*Lucretia*) *à genuum imbecillitatè ac dolore S. Seraphini ope curata* 144 c
Ognati (*Marcus Albertus t'Arasola de*) *eques nobilis, ac Franconatus Brugensis burgimagiſter, adfuit Translationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 e
Oliverius *apud Ayent caſtri Exandonensis interfectus* 284 a b
Olympia *duciſſa Populensis* 377 e; *accepit juncturam digiti majoris S. Chelidoniæ virginis* 365 c
Ophida (*Angelus de*). *Vide* Eugenia, *Angeli.*
Opio *seu* Opinio *inter Prætermiſſos* 3 e f, 4 a b c
Oranius *presbyter* 53 f
Orſila (*Sanctia*) *mulier Asculana lumine capta, per S. Seraphinum sanata fuit* 145 e
Origines *doctor egregius* 54 c, 402 f, 403 b d
Orlandia (*Finisba*) *letali morbo in partu laborans, periculum sese evasuram & masculum parituram, à S. Seraphino certior eſt reddita* 141 d, 142 d
Ormisdas *beati titulo memoratus in Actis S. Romuli episcopi Januensis* 209 a e f
Orsinus (*Ramondellus*) *princeps Tarantinus uxori suæ sanitatem SS. Martyrum Fortunatæ ejusque fratrum meritis impetravit* 451 b
Ortholphus *Mellicensis Ordinis S. Benedicti abbas* 355 c
Ortilo *monachus Beatæ Mariæ in Lilienveld* 349 f
Ortonensis (*Censius*) *sumpto è S. Seraphini sepulcro pulvere, à peſtilenti febre liberatus fuit* 152 b c
Ortonensis (*Maria Joanna*) *voto ad S. Seraphinum emiſſo à morbo colico eſt liberata* 152 a c
Osatius *martyr inter Prætermiſſos* 399 b
Osfridus, *S. Eduini Northumbriæ regis filius ex Quemberga, ad fidem conversus* 114 d
† Oswaldus *Northanhumbrorum rex* 109 f, 114 b; *occisus à Penda Merciorum rege pagano* 314 d
† Oswinus *Northumbriæ rex* 110 a
Otgarius *abbas* 297 c
† Otha *virgo Hiberna* 222 b c e, 223 a
Othlonus *S. Bonifacii archiepiscopi Moguntini biographus* 558 f, 559 a *& seqq.*
Otrannus *inter episcopos Viennenses recensitus* 546 f
Ott (*Georgius*) *præfectus civitatis Auguſtanæ* 276 a
Ottinellus (*Julius*) *episcopus Fanensis* 464 f, 466 c
† Otto *Ordinis Minorum Marrochii martyrio sublatus* 384 b
Otto *Magnus imperator Occidentis bellum movit conra Nicephorum Phocam imperatorem Conſtantinopolitanum* 335 b d, 342 a; *Pascha celebravit in Calabria ibidem* c
Otto II *imperator* 594 d; *à Græcis & Sarracenis devictus* 342 b
Otto III *imperator* 344 d, 347 e f, 357 f, 594 d, 624 e; *conceſſit Diploma in favorem ecclesiæ Pataviensis* 42 e f
Otto *filius Theodonis II principis Bajoariorum* 38 a
Ottocharus *an episcopis Laureacensibus adnumerandus* 31 e
Ovinus Camillus *vir consularis ab Alexandro Severo imperatore occisus* 407 b

P.

Pacificus (*Virgilius*) *à monte Rubiano, Minor Conventualis, ab acerrima brachii manusque tortura S. Seraphini ope liberatus* 144 b
Paletta (*Ferrantes*) *Asculanus. Vide* Aurania.
† Palmatius *martyr Romæ* 401 b c d e, 407 b c d f, 408 b 418 f, 420 d, 423 b, 426 c, 427 a d, 428 a b f, 439 c *& seqq.*, 440 a b, 441 a b, 442 b c d e f; *baptizatus à S. Callixto Papa fidem coram judice eſt profeſſus* 440 d e f
Palmiscianus (*Ulysses*). *Vide* Fandolfina.
Palvia. *Vide* Clara.
Pamele (*Jacobus*) *canonicus ecclesiæ cathedralis Brugis* 489 c
Pamphilia *mulier Asculana, cujus virum graviter ægrotantem sanatum iri S. Seraphinus prædixit* 141 d
Pamphitius (*P.*) *tit. S. Mariæ trans-Tyberim presbyter Cardinalis subscripsit Actis Canonizationis S. Seraphini* 160 a
† Pancratius *martyr* 332 e f, 337 b
Panismolli (*Cæsar*) *actuarius seu notarius* 377 f
Panismollis (*Flaminius*) *adfuit elevationi Reliquiarum S. Chelidoniæ virginis* 372 f
Papolus *Carnotensis* 79 f, 80 a
Papus *vir consularis* 18 e
† Papylus *martyr inter Prætermiſſos* 162 e
Paraccianus (*V.*) *tit. S. Callixti presbyter Cardinalis subscripsit Actis Canonizationis S. Seraphini* 160 a
Paradisa (*Conſtantiæ*) *mater Josephi, cujus mortem prædixit S. Seraphinus* 142 c
† Parascevia *virgo martyr inter Prætermiſſos* 167 f, 168 a, 400 c d
Pardo (*Franciscus*) *vir nobilis ac civitatis Brugensis consul adfuit Tranſlationi Reliquiarum S. Donatiani* 517 a
Pardus (*Petrus*) *Brugis ecclesiæ cathedralis canonicus* 489 b
Parisianus (*Marianus*) *à peſtilenti febre S. Seraphini ope liberatus* 151 a
† Parmenius *martyr Cordubæ in Perside* 478 e, 479 a b
Parthenope *Gentilium dea* 457 b d
Paschalis II *Papa* 379 c, 433 e; *promovit cultum S. Colmani* 355 b

Pa. chalis III *antipapa Carolum Magnum Sanctorum Albo adscripsit* 550 b
† Pascharius *episcopus Nannetensis* 542 a
Pascutius (*Joannes Jacobus*) *adfuit Translationi Reliquiarum S. Gaudentii* 466 b
Pascutius (*Octavius*) *Montisbodii Grammaticæ alumnus, S. Gaudentii Acta carmine cecinit* 465 f
Passacantandus (*Baptista*) *à morbo vermiculari S. Seraphini meritis liberatus* 146 a b
Passivus *presbyter S. Venantio abbati statum suum è tumulo explicavit* 220 e
† Pastolasius *episcopus Agriensis in Hungaria* 70 f
† Patiens *episcopus Metensis* 486 e
Patinella (*Constantia*) *mulier Asculana dextro oculo orbata, S. Seraphini meritis curata fuit* 145 e
† Patricius *Hibernorum apostolus* 4 d, 97 a; *in Hiberniam appulsus adiit Leogarium regem* 100 e, 105 f, 106 a; *baptizavit S. Fiecum* 99 d, 100 a b, 105 b; *eumdem promovit ad sacros ordines & episcopatum Sleptensem* 101 d, 105 b c; *primatem creavit totius Lageniæ* 104 f, *ordinavit Fiachrium ejus filium* 105 c
Patrinione (*Austea Matthæa à*) *voto facto ad S. Seraphinum, à stomachi dolore est liberata* 152 a
Patrinione (*Joannes Baptista de*). *Vide* Maria, *Joannis.*
Patrinione (*Mauritius à*) *cujus filia S. Seraphini meritis lumen oculorum recepit* 151 e
Pavesius (*Julius*) *archiepiscopus Surrentanus* 452 b
Paulacius *Asculanus. Vide* Terentia.
† Paulianus *episcopus Vellavensis* 419 e f
Paulianus *episcopus Majumensis in Palæstina interfuit Synodo Ephesinæ I* 604 d
Paulinianus. *Vide* Paulianus.
† Paulinus *episcopus Eboracensis in Anglia* 112 d, 114 a; *S. Eduinum Northumbriæ regem ad fidem perduxit* 109 c; *precibus suis felicem partum impetravit reginæ* 112 f; *injudavit* XXXVI *diebus cathechizando & baptizando Northumbros* 114 d e; *inter Prætermissos* 396 a b
† Paulinus *episcopus Nolanus* 456 b, 457 b
† Paulinus *episcopus Trevirensis successit S. Maximino* 201 b d, 202 c; *S. Lubentium presbyterum in Aquitaniam misit* 200 e
Paulinus *patriarcha Aquileïensis schismaticus ante mortem resipuit* 50 c
Paulsweil (*Henricus de*) *Maximiliani regis armiger* 275 f
Paulucia (*Martha*) *quam diurturno morbo detentam sanitati restituendam S. Seraphinus prædixit* 141 d
† Paulus *Apostolus* 132 a, 186 e, 193 b, 330 a, 485 a; *scripsit Thimotheo* 164 e, 246 c
† Paulus I *Papa condidit monasterium SS. Stephani & Silvestri Romæ* 410 e
† Paulus *primus eremita* 132 b
Paulus II *Papa* 256 e
Paulus III *Papa* 107 a
Paulus IV *Papa ecclesiam S. Donatiani Brugis in cathedralem erexit* 487 e
Paulus V *Papa* 244 e, 435 c, 437 b, *rogatus fuit, ut ad S. Seraphini beatificationem procederet* 148 f; *permisit ad sepulchrum ejus accendi lampadem in signum publicæ venerationis* 158 a; *in ecclesia S. Mariæ trans Tyberim in festo S. Callixti plenarias concessit Indulgentias* 436 f, 437 a
Paulus *episcopus Constantinopolitanus* 89 c
Paulus *episcopus Majumensis in Palæstina in latrocinio Ephesino fletit pro Dioscoro* 604 d
Paulus *Alexandri imperatoris consiliarius* 404 a
Paulus *discipulus S. Patricii Hibernorum Apostoli* 105 c
Paulus (*Joannes*). *Vide* Tita (*Catharina.*)
Paulus *pistor pagi Dietingen apud Augustam* 257 d
Paulus *puer novennis de pago Dietingen* 257 d
Paulus *puerulus gravi crurum poplitumque dolore vexatus, S. Venantii intercessione sanitatem recepit* 220 e f
Paulus *vir consularis* 171 a
Pazos (*Antonius*) *episcopus Cordubensis in Hispania, interfuit synodo provinciali* 192 c, 193 c
Pectinella (*Maria Constantia*) *quam femellam edituram S. Seraphinus prædixit* 142 d
Pedonensis (*Junipera Alexandrina*) *ab aurium dolore, emisso ad S. Seraphinum voto, est liberata* 152 a
Peklarn (*Arnoldus de*) *Adalberti* III *marchionis Austriæ capellanus* 349 f
Pelagalla (*Salpitia*) *Ausidensis à laterum dolore, post emissum votum ad S. Seraphinum, sanata fuit* 152 a
Pelagallus (*Blasius à Monte Florum*), *quem ægrotum morbo immoriturum prædixit S. Seraphinus* 142 c
† Pelagius I *Papa* 49 b
Pelgrimus *S. Burchardi seu S. Andreæ abbas apud Herbipolim, S. Burchardi Acta conscribi jussit* 557 d
Pellei (*Petrus Angelus*) *catarrhali suffocatione oppressus, S. Seraphini meritis sanus effectus est* 154 b
Pellicana (*Maria*) *ab alterius poplitis dolore, voto ad S. Seraphinum nuncupato, sanata* 151 f, 152 a
Pellitus *astrologus commentitius in Northumbria* 116 e
Pendas *rex Merciorum* 346 e; *infensissimus Christianorum hostis* 115 c, 117 a, 119 c d; *auxilium præbuit Ceduallæ Britonum regi adversus S. Eduinum* 116 f; *occidit Oswaldum Angliæ regem in prælio* 314 d e
Percholdus, *S. Emmeramni Ratisponæ abbas* 355 a
Peregrinus *Prior Sublacensis brachium S. Chelidoniæ virginis honorificè transtulit* 365 c, 376 f, 377 a
Peregrinus *vir consularis* 18 e
Perierus (*Joannes*) *disseruit de auctoritate Diplomatum Pontificiorum pro astruendâ alicujus facti veritate* 33 f, 34 a b
† Perpetuus *episcopus Turonensis condidit monasterium S. Martini Turonibus* 213 b, 214 b, 215 a; *celebravit duas synodos* 528 b

Perrelli (*N.*) *S. Georgii in Velabro diaconus Cardinalis subscripsit Actis Canonizationis S. Seraphini* 160 b
Perugina *mulier Asculana, filiorum pericula in bello reformidans, futurum rei exitum à S. Seraphino didicit* 141 a
Perusina *Asculana. Vide* Carolus *Perusinæ.*
Petillus (*Petrus Sanctes*) *ab ulcerosa febri S. Seraphini ope liberatus* 147 e
Petra Franciſca *Vincentii Poſentii uxor, quam prægnantem prolem maſculam parituram prædixit S. Seraphinus* 142 d
Petra Sancta (*Silveſter*) *abbatiæ Trium Fontium in clivo montis Soractæ perpetuus viſitator, litteras ſcripſit Bollando* 21 e
Petrochina (*Vincentia*) *Cardinalis à Montelparo neptis, quam infantem maſculum parituram prædixit S. Seraphinus* 142 d
Petronilla, *illuſtris Baltasaris Galbani uxor, à maligna febri S. Seraphini ope derelicta* 154 a
Petronius *Galliarum præfectus comitia indixit in civitate Arelatenſi* 73 f, 74 b
† Petrus *Apoſtolorum princeps* 17 b, 25 f, 32 e, 33 d, 134 f, 330 a b, 342 d, 357 c, 480 b e, 481 f, 482 a b f, 483 c, 485 a; *primus epiſcopus Antiochenus* 171 f, 172 a, 185 b; *ejus Reliquiæ in eccleſia cœnobii Mellicensis* 356 b
† Petrus *martyr* 506 f
† Petrus *martyr*, *cognomento* Abſelamus *vel* Auſelamus, *inter Prætermiſſos* 394 a b
† Petrus *martyr in Palæſtina* 604 e f; *non fuit veroſimiliùs epiſcopus Majumæ* 605 a b c d, 606 b; *num fuerit idem cum S. Petro Chartulario* 605 d e, 606 f
Petrus *epiſcopus Auguſtanus, S. R. E. Cardinalis* 274 e f, 276 e f
Petrus *abbas Auriliacenſis à Ludovico VII Francorum rege accepit confirmationem Diplomatis Caroli Simplicis* 289 b
Petrus II *epiſcopus Braccarenſis inter Prætermiſſos* 166 c d
Petrus *Hungariæ rex* 343 d, 344 c, 345 d, 352 b c d e f, 359 e; *effecit, ut corpus S. Colmani in regnum ſuum deferretur* 360 f, 361 a; *at brevi pòſt id referre divinitus eſt coactus* *ibidem* b
Petrus *Luſitaniæ princeps egit, ut SS. Berardi ſociorumque martyrum corpora in Hiſpaniam transferrentur* 388 d
Petrus Venerabilis *abbas Cluniacenſis* 278 a c, 304 a, 319 c, 320 b
Petrus *præpoſitus Tieffenſteinienſis* 572 f
Petrus *ſacerdos de Engelsperg S. Simperti ope à gravi infirmitate ſanatus* 263 e
Petrus Lombardus *cæmentarius* 372 f
Petrus *ſartor de Kirchdorff, cujus puer ambuſtus S. Simperti meritis medelam est consecutus* 260 f
Petrus *ſartor in Pacis Monte ſeu Fridberg* 257 f
Petti (*Lucas Albertus*) *curiæ epiſcopalis Tuderti notarius* 522 d
Peurlin (*Joannes*) *monachus Udalricianus Auguſtæ Vindelicorum* 275 d
Peuterleini (*Agnes de Waltpach*) *ob pium furtum morbo punita S. Simperti meritis ſanitatem eſt consecuta* 264 a b
Peytinger (*Conradus*) *legum doctor* 276 a
Pezius (*Hieronymus*) *ſcriptor Auſtriacus* 25 b c d; *edidit, Notiſque illuſtravit Acta S. Colmani martyris* 343 b & *ſeqq.*
Pflanzenman (*Jacobus*) *epiſcopalis curiæ Auguſtanæ procurator* 276 a
Phœbus *Aſculanus. Vide* Ludovica *Phœbi.*
† Pharaildis, *cujus corpus delatum fuit ad conventum Aldenardenſem* 509 e
† Philadelphus *martyr* 400 a
† Philaſtrius *epiſcopus Brixienſis* 417 a
† Phileas *martyr Alexandriæ* 407 e
Philippicus *imperator Orientis* 555 f
† Philippus *Apoſtolus* 32 d, 48 e; *prædicavit in Scytia* 25 b; *ejus reliquiæ à Carolomanno ad eccleſiam Œtingenſem tranſlatæ* 42 b; *brachium inde Pataviam delatum* 42 d
† Philippus *Agyrenus* 233 b c, 337 b e, 339 d
Philippus *archiepiſcopus Colonienſis* 214 d
Philippus *imperator* 16 d, 17 f, 18 b, 26 f, 425 a; *unà cum filio ſuo ſuſcepit fidem* 54 c; *piè munificus fuit in eccleſiam Laureacenſem* 26 a c, 54 d; *virtutes ejus Chriſtianas, uti & filii ejus deſcripſit Henſchenius ad Vitam S. Fabiani Pontificis* XX *Januarii* 17 b; *dubium, num verè fuerit Chriſtianus ibidem; ejus filiique mors prædicta à S. Mona* 18 d; *occiſus anno* VI *imperii ſui* 18 d e f
Philippus I *Francorum rex* 488 d, 516 e
Philippus II, *cognomento* Auguſtus, *Francorum rex visitavit limina Apoſtolorum* 324 c
Philippus III, *cognomento* Magnanimus, *Francorum rex* 379 b, 382 b; *viſitavit limina Apoſtolorum* 324 c
Philippus II *Hiſpaniarum rex* 191 e, 489 a, 515 f, 516 e,
Philippus IV *Hiſpaniarum rex* 517 d
Philippus, *dictus*, Nobilis, *marchio Namurcenſis inter Prætermiſſos* 399 c
Philippus *decanus capituli Turonenſis* 214 d
Philippus (*Joſephus*) *civitatis Cavenſis apud Neapolim architectus* 451 d
Philo *an epiſcoporum Laureacenſium Catalogo inſcribendus* 31 e
Philomena, *uxor Franciſci Brichii, quæ S. Seraphini meritis à cephalæa ſeu inveterato capitis dolore ſanata fuit* 144 a
† Philoromus *martyr Alexandriæ* 407 e
† Photinus *epiſcopus Lugdunenſis & martyr* 424 f, 483 b
† Piato, *cujus corpus delatum fuit ad dedicationem monaſterii Hasnonienſis* 507 a
† Piatus *epiſcopus* 45 e
Piccolomineus (*Ae.*) *S. Adriani diaconus Cardinalis ſubſcripſit Actis Canonizationis S. Seraphini* 160 d
Picilla (*Serena*) *mulier Aſculana mortem ſibi imminere à S. Seraphino eſt monita* 142 c
Pierauguſtinus (*Dionyſius*) *epiſcopus San-Severinas* 620 d; *nonnullas Reliquias B. Dominici Loricati dono dedit monaſterio S. Apollinaris Claſſis Ravennæ* 620 c
Piſſimus (*Barnabeus*) *in viſitatione Reliquiarum S. Gaudentii teſtis* 463 f, 464 a

Pilatus [*Vincentius*]. *Vide* Aſcanius.
Piligrinus *epiſcopus Colonienſis* 69 a
Piligrinus *epiſcopus Patavienſis* 42 f, 347 e f
Pilio. *Vide* Opio.
Pipinus, *Caroli Martelli filius Francorum rex* 77 b, 233 d, 236 e f, 237 b, 240 a b, 246 b, 269 e, 546 f, 560 e f, 563 e f, 566 b, 568 d, 569 a b f, 571 a, 573 f, 589 f, 591 a; *unctus in regem Franciæ* 568 e f, 583 e; *contra fratrem Gripponem novam movit expeditionem in Bavariam* 237 a; *res ecclesiaſticas in regno ſuo ordinandas commisit SS. Bonifacio & Willibaldo juſſu Gregorii Pontificis* 238 d
Pipinus *Herſtallius Auſtraſiæ dux* 236 e, 541 e, 548 d, 552 b, 559 e, 560 a c, 579 b, 580 b, 581 d, 583 e
Pirellius [*Ph. M.*] *tit. S. Chriſogoni preſbyter Cardinalis ſubſcripſit Actis Canonizationis S. Seraphini* 160 a
† Pirminius *abbas Morbacenſis in Alſatia* 251 d; *à Ruthardo comite de Franckenberg accepit locum* Amorbacum, *ſeu* Morbacum 560 e
Piſcicella [*Laura*] *S. Gaudioſi Neapoli abbatiſſa* 451 c d
Pitiotus (*Innocentius*) *à colico dolore per S. Seraphinum liberatus* 144 b
Pius II *Papa* 256 e f
Pius IV *Papa* 292 b, 272 e, 377 f, 452 c
Placella, *ſeu rectiùs* Placilla *vel* Flacilla *auguſta, Teodoſii imperatoris uxor, inter Prætermiſſos* 395 d e
Placidia (*Galla*) *Valentiniani imperatoris mater, S. Gaudentio mirè devota* 463 a
† Placidus *martyr in Cappadocia* 326 a b
Placidus *monachus Sublacenſis adſtitit elevationi Reliquiarum S. Chelidoniæ* 372 f
Placidus *ex Ordine Capucinorum S. Seraphinum ſocium habuit in via* 137 e
Plectrudis *Pippini Herſtallii conjux legitima* 548 d, 552 b
Plato *philoſophus à S. Theophilo epiſcopo Antiocheno refutatus* 175 b c
†† Polychronia *ejuſque ſocius anonymus inter Prætermiſſos* 166 d e f; *eorum Reliquiæ, annuente Paulo V, elevatæ, & à Claudio Aquaviva Dionantum tranſmiſſæ ibidem* d e
Pomilia (*Maria*) *mulier Aſculana, S. Seraphini ope à morbo comitiali ſanata* 146 a
Pomponia. *Vide* Martius (*Conſtantinus*).
Ponte (*Franciſcus de*) *orator & cancellarius regis Angliæ* 275 e
Pontecorbo (*Ambroſius de*) *Dominicanorum provincialis* 451 e
† Pontianus *Papa* 17 b; *ſepultus in cæmiterio S. Callixti* 421 c
Popp (*Willibaldus*) *abbas Udalricianus Auguſtæ Vindelicorum* 242 e f
Poppo *archiepiſcopus Trevirenſis* 344 a c, 352 b c d e, 353 a, 359 e, 360 a, 362 a
Poppo II *epiſcopus Wirceburgenſis* 571 c d, 593 a
Porphyrogenitus (*Conſtantinus*) *imperator Orientis* 434 a
Portia, *mulier Aſculana, oſculata S. Seraphini cadaver, à dolore dentium eſt liberata* 151 c
Portia *mulier nobilis virginem quamdam membrorum uſu deſtitutam commendavit S. Seraphino* 145 b
Portia, *Nicolai Seraphini filia, à digito obtruncato S. Seraphini ope ſanata* 144 f
Portia, *Sebaſtiani Cacarelli uxor, marito libertatem, fœtui mortuo vitam, ſibique ſanitatem S. Seraphini, nocte ſibi apparentis ope impetravit* 150 d e
Portia Seraphina, *cujus filius à morbo ſacro S. Seraphini meritis eſt ſanatus* 154 f
Portius *vir clariſſimus, filius Philippi, à S. Caïo tertio epiſcopo Mediolanenſi ad fidem converſi* 15 b
Poſentius (*Vincentius*). *Vide* Petra Franciſca.
Poſſinus *è S. J. Româ ſcripſit Majoribus noſtris* 602 a
Poſterula (*Paula*) *matrona nobilis* 377 e
Poſthumia (*Domitilla*) *matrona Romana* 413 a
Potentia (*Vincentius*) *crure captus, à S. Seraphino redditus eſt incolumis* 145 a
Præſens *vir conſularis* 410 b
† Præſidius *epiſcopus Sufetulenſis in provincia Byzacena Africæ* 84 a, 90 e
Prambach (*Bernardus de*) *epiſcopus Patavienſis corpora SS. Valentini & Maximiliani honeſtiori loco recondidit* 43 a b, 44 e; *litteras ſcripſit encyclicas, quèis ſuos invitat ad ſolemnem eorumdem corporum Tranſlationem* 43 c e f; *item alias ejuſdem argumenti ad parochos ſuæ diœceſis* 44 a b; *alias ad Henricum ducem Bavariæ* 44 c
Preconius (*Octavianus*) *epiſcopus Arianenſis* 451 e, 452 d
Preſſuris (*Stephanus de*) *ex Ordine Minorum epiſcopus Troadenſis, Antonii de Chabanis epiſcopi Anicienſis ſuffraganeus* 299 f
Prevoſt (*Hermannus*) *Ordinis Guillielmitarum conventus Brugenſis Prior, adfuit Tranſlationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 c
Prigonius *abbas Lerinenſis* 540 e
Primogenitus, *Bethauſii Remenſis epiſcopi diaconus* 501 e f
† Priſcianus *inter Prætermiſſos* 7 a b; *idem fortè cum S. Priſciano fratre S. Fortunatæ, quæ colitur* XIV *Octobris* *ibidem*
Priſcus *presbyter* 21 f, 22 b; *inter Prætermiſſos* 6 d
† Privatus *miles & martyr Romæ* 401 b f, 420 d, 424 a b, 425 c d, 426 c, 427 a & *ſeqq.*, 428 a b d e; *S. Callixti precibus ab ulceribus curatus* 441 d e; *inter Prætermiſſos* 395 e
Probianus *vir conſularis* 414 e
Probſtin (*Margareta de Klain Oettingen*) *ab oculorum doloribus S. Simperti meritis ſanata* 258 d
† Probus *inter Prætermiſſos* 3 c, 29 d; *paſſus in Cilicia ſub Numeriano Maximo præfecto* 20 e
Probus *imperator* 34 d
† Proceſſus *martyr inter Prætermiſſos* 163 b c
Procopius *epiſcopus Majumenſis in Palæſtina* 604 d e, 605 e

Procula, *prope Gennacum in Alvernia pro tuenda virginitate martyrium perpeſſa, inter Prætermiſſos* 166 f, 167 a
† Proculus *epiſcopus Viennensis in Delphinatu* 546 f
† Proculus *martyr* 457 e
Profilius (*Scipio*). *Vide* Joanna.
Promotus *epiſcopus Carnotenſis* 80 a
† Protaſius *martyr inter Prætermiſſos* 395 a, 449 e
† Prothus *martyr* 48 e
Prumillerin (*Anna de Meringen*) *à doloroſo puerperio S. Simperti interceſſione liberata* 267 b
Prunaweini (*Anna de villa Lechauſen*) *à ventriculi doloribus S. Simperti ope liberata* 266 f, 267 a
Prunner (*Petrus*) *in Finningen oculorum lumen S. Simperti ope recepit* 259 f
Pryeels (*Adrianus*) *cathedralis eccleſiæ Brugenſis canonicus, adfuit Tranſlationi Reliquiarum S. Donatiani* 517 a
† Ptolæmæus *martyr Romæ* 407 e
Puccinellus (*Placidus*) *auctor Zodiaci eccleſiæ Mediolanenſis* 11 f
Pupienus *vir conſularis* 18 f
Purger (*Joannes*) *à capitis vertigine S. Simperti ope curatus* 261 b c
† Puſinna *virgo ſoror S. Manechildis* 526 c, 527 c, 528 f
Puſterla (*Angibertus*) *epiſcopus Mediolanenſis tranſtulit Reliquias S. Monæ ejusdem ſedis epiſcopi* 12 a
Pypenpoy (*P. Joannes*) *Carthuſianorum Brugenſium Prior, adfuit Tranſlationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 c

Q.

Quadrellis (*Albertus de*) *epiſcopus laudis Pompeiæ tranſtulit corpus S. Juliani* 63 d
Quattrocchi (*Delia*) *tumore cancroque in mamilla dirè cruciata, à S. Seraphino incolumis reddita eſt* 147 d
Quenburga *filia Cearli regis Merciorum S. Eduino Northumbriæ regi in matrimonium data* 110 f, 112 c
Quercetanus (*Andreas*) *Vitam S. Geraldi comitis Auriliacenſis cum Notis primus vulgavit* 277 c
† Quintinus *martyr* 444 d, 447 a
† Quiriacus *martyr cum ſociis apud oſtia Tyberina* 404 b
† Quirinus *epiſcopus martyr* 430 c d
† Quirinus *martyr ſub Numeriano imperatore* 36 a
† Quirinus *martyr Romæ, ſepultus in cœmeterio S. Callixti* 421 b
Quirinus, *S. R. E. Cardinalis, epiſcopus Brixienſis* 595 c *& ſeqq.*
Quirinus, *quibuſdam epiſcoporum Laureacenſium Catalogis inſcriptus* 26 d e, 39 b f, 54 e; *ex iis rejiciendus* 27 e f, 28 a, 32 a
† Quiritius *martyr* 48 e
Quiroga (*Gaspar de*) *S. R. E. Cardinalis, archiepiſcopus Toletanus, Hiſpaniarum primas, inquiſitor generalis & Caſtellæ archicancellarius præſedit Concilio provinciali* 192 b
Quynckerus (*Servatius*) *cathedralis eccleſiæ Brugenſis archipresbyter adfuit Tranſlationi Reliquiarum S. Donatiani* 516 f; *factus dein epiſcopus pro iiſdem Reliquiis novum feretrum conſtrui fecit* 517 c

R.

Rabbaldus *S. Geraldi, comitis Auriliacenſis famulus* 318 b
Rabodo. *Vide* Radbodus.
Rachel *uxor Jacob patriarchæ* 252 e f, 585 e, 625 a
Ruth *Moabitis uxor Boös* 252 e, 316 a
Rachin (*Joanes*) *Ludovici a Lotharingia, archiepiſcopi Remenſis, ſcriba Reliquias S. Callixti Remis Lutoſam detulit* 447 c
Rachnarius *epiſcopus Auguſtodunenſis* 80 f
† Racho *epiſcopus Æduenſis ſeu Auguſtodunenſis* 82 c d
Radbo. *Vide* Radbodus.
Radbodus *epiſcopus Noviomenſis & Tornacenſis* 488 e, 516 e, 419 e
Radegundis *regina Franciæ* 482 e
Radulphus *ſeu* Rodulphus, *archiepiſcopus Bituricenſis* 281 c; *fundavit, conſecravitque cœnobium Bello-Locenſe ibidem*
Radulphus, *Ludovici* VII *Galliarum regis conſtabularius* 289 c
Radulphus *monachus Cluniacenſis* 329 b
Ragambertus, *qui lavit corpus S. Geraldi comitis jam defuncti* 328 b
Ragemfredus, *qui bellum geſſit contra Carolum Martellum* 498 a
† Ragenfredus, *cujus corpus delatum fuit ad dedicationem monaſterii Haſnonienſis* 507 a
Ragenfredus, *inter epiſcopos Viennenſes numeratus* 546 f
Raginarius IV *comes Montenſis nupſit Hadwigi, Roberti Franciæ regis germanæ* 218 c
Ragnacarius *epiſcopus Baſileënſis* 80 e f, 81 a b *& ſeqq.*, 82 e
Raguſina, *Philippi Verbii Anſidani uxor, à decennali capitis dolore S. Seraphini ope curata* 143 d e
Raimundus *Auriliacenſis & Tutelenſis abbas* 284 c, 291 b, 292 a, 297 c d e
Raimundus *Gothiæ marchio* 297 b; *Benedictum vicecomitem Toloſæ captum detinuit* 322 d e f, 323 a, 324 e
Rainaldus *eccleſiæ cathedralis Turonenſis theſaurarius* 214 d
Rainaldus, *Avigernæ ſororis S. Geraldi comitis Auriliacenſis, filius* 283 e, 284 f, 289 f, 290 a b, 310 e
Rainaldus *comes S. Geraldum comitem in ſomnis conſpexit ſibi comminantem* 331 c d
Raingardis *B. Roberti abbatis Cajæ-Dei mater* 284 d
Ramnulphus *vicecomes de Albuſſon* 284 b
Ramnulphus *comes Pictavienſis, uſurpato regis nomine, occupavit Aquitaniam & Septimaniam* 285 b c; *fidem juravit Odoni regi ibidem* c; *veneno necatus* 285 d e f; *quandonam* 285 f, 286 a *& ſeqq.*
Ramondellus. *Vide* Orſinus.

Ranallus (*Januarius*) *ab ulceroſo tumore S. Seraphini meritis momento ſanatus* 158 d
Ranger (*Wilhelmus*) *monaſterii Udalriciani Auguſtæ Vindelicorum Prior* 275 d
Rangonus (*Claudius*) *epiſcopus Placentinus* 64 b
† Raphael *Archangelus locum ſepulturæ S. Gaudentii cuidam feminæ in ſomnis monſtravit* 473 a b c
Ratgarius *abbas Fuldenſis cum duodecim monachis perrexit ad judicium Caroli Magni imperatoris* 231 d e
Ratherius, *filius comitis Viennenſis dein Veronenſis* 497 d, 502 c
Ratmundus *cœnobii Benedicto-Burani in Bavaria abbas, per vim intruſus* 239 d
Raymundus *primarchio & dux Aquitanorum* 297 c
Raynardus. *Vide* Raynerius.
Raynarius. *Vide* Raynerius.
Raynerius *capituli S. Donatiani Brugis præpoſitus, & Flandriæ cancellarius* 515 b d
Rebecca *uxor Iſaac patriarchæ* 252 e
Rechlinger (*Jacobus*) *civis Auguſtanus* 276 a
Rehlinger (*Leonardus*) *civis Auguſtanus* 276 a
Redualdus *Orientalinm Anglorum rex* 110 d, 111 a, 112 d, 113 b; *muneribus ab Ethelfrido Northumbriæ rege corruptus interficere tentavit S. Eduinum* 111 b; *mutato conſilio debellavit Ethelfridum, cujus regnum S. Eduino tradidit* 111 f, 112 a
Reffert (*Joannes*) *canonicus eccleſiæ cathedralis Brugenſis* 489 b
Regenfridus *epiſcopus Rothomagensis interfuit Concilio Liptinenſi* 561 b c
Regerus *monaſterii Fuldenſis bona invaſit* 231 f
† Regina, *cujus corpus interfuit dedicationi monaſterii Haſnonienſis* 507 a
Reginaldus *epiſcopus Rothomagenſis* 542 b
Reginarius *comes* 494 e
Reginbaldus *epiſcopus Spirenſis inter Prætermiſſos* 166 f
Reginbaldus *abbas Udalricianus Auguſtæ Vindelicorum* 241 f
Regingaldus *chorepiſcopus Moguntinus* 430 e
Reginus *Zenonis imperatoris legatus* 88 a
Reinerus *abbas Mellicenſis Ordinis S. Benedicti* 356 d
Reinoldus *archicancellarius* 70 b
† Remigius *archiepiſcopus Remensis* 488 f, 489 c d, 492 e, 493 f, 497 c, 499 a, 502 b c d, 533 f; *prolixius ejus Teſtamentum subjeſtæ fidei* 502 c
Reſſonico (*Carolus*) *tit. S. Clementis presbyter Cardinalis & Camerarius, procuratorem egit in causa Canonizationis S. Seraphini* 159 b d f
Reyſſens (*Jacobus*) *Ordinis Dominicanorum Conventus Brugensis, adfuit Tranſlationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 c
† Rhabanus *abbas Fuldensis dein archiepiſcopus Moguntinus* 430 d e; *refert martyrium S. Floriani* 30 f
Riccia (*Smeralda*) *quam morti jam adjudicatam incolumem reddendam vaticinatus eſt S. Seraphinus* 141 d
Richardus *archiepiscopus Remensis* 498 c; *Indulgentias annuæ feſtivitati S. Manechildis annexas auxit* 527 a
Richardus, *donationis S. Mauritio abbati factæ teſtis subscriptus* 380 e
Richbertus *servus regius Caroli Magni* 568 c
Richildis *Caroli Calvi imperatoris conjux* 401 a
Richisus *clericus* 565 b
Ricolfus *archiepiscopus Moguntinus, à Carolo Magno in consilium advocatus* 231 e
† Rictrudis, *cujus corpus delatum fuit ad dedicationem monaſterii Hasnoniensis* 507 a
Ridler (*Bartholomæus*) *canonicus Tridentinus & Decretorum doctor* 276 a
Ridler (*Georgius*) *civis Auguſtanus* 276 a
Ridler (*Hilpoldus*) *civium Auguſtanorum magiſter* 276 a
Ridler (*Simon*) *monaſterii Udalriciani Auguſtæ novitius* 275 d
Riederin (*Magdalena de Purgen*) *paralytica, S. Simperti meritis eſt sanata* 260 c d
Rieger (*Thomas*) *monachus Udalricianus Auguſtæ Vindelicorum* 275 d
Rigomirus *abbas Lerinensis* 540 e
Ripâ Transonâ (*F. Valerius à*) *Capucinus laïcus, ab odontalgia seu dentium dolore per S. Seraphinum liberatus* 144 b
Ripamontius (*Josephus*) *scriptor Hiſtoriæ eccleſiæ Mediolanensis* 11 f
Ritius *Minervæ Asculanæ filius, quem jam deſlebant ut mortuum, S. Seraphini meritis à morbo surrexit* 146 c
Rivallonus *archidiaconus Corisopitensis* 380 e
Rivollo *filius Elmarc, donationis S. Mauritio abbati factæ teſtis subscriptus* 380 f
Roberti (*Andreas*) *apud Montem Peſſulanum in Gallia pro fide occisus, inter Prætermiſſos* 5 f
Roberti (*Barnabeus*) *in visitatione Reliquiarum S. Gaudentii teſtis* 465 c
† Robertus *abbas Casæ-Dei* 284 d
Robertus *Francorum rex* 283 f; *Cuvinium cum quatuor pagis sorori suæ Hadwigi in dotem conceſſit* 218 c
Robertus II *dictus* Jerosolimitanus, *Flandriæ comes* 488 e, 495 c 501 c, 506 e, 516 e; *in bellum sacrum profectus* 508 d
Robertus, *cognomento* Frisius, *Flandriæ comes* 514 d
Robertus *comes Pictaviensis* 286 d, 287 c d e; *frater Odonis regis Francorum* 287 e
Robertus *vir nobilis, S. Angadrismæ virginis parens* 539 d
Robertus, *memoratus in Diplomate Arnulphi Magni Flandriæ comitis* 496 a
Robyn (*Antonius*) *Brugis ecclesiæ cathedralis canonicus* 489 b
Roca (*Petrus de*) *abbas Auriliacensis* 277 f
Rochus *Asculanus, ab utriusque brachii languore per S Seraphinum sanatus* 144 b
Rochus *nobilis Asculanus. Vide* Emidius.
Rocia (*Poliſſena*) *quam morbo oppreſſam mortem subituram prædixit S. Seraphinus* 142 c
Rodericus *Hispaniæ rex, à Sarracenis interfectus*

IN TOMUM VI OCTOBRIS.

terfectus 209 a
Rodoan (*Carolus Philippus de*) *episcopus Brugensis, Reliquias S. Donatiani novæ thecæ inclusit* 516 d e f, 517 a b
Rodulphius (*Petrus de Tuſſignano*) *episcopus Senogallensis & comes* 464 c d e; *scripsit Acta martyrii SS. Danielis Sociorumque* 385 a *& seqq.*; *S. Gaudentii Reliquias visitavit, tranſtulitque* 463 d e, 464 a, 465 a *& seqq.*
Rodulphus I *imperator* 44 f
Rodulphus *seu* Rodolphus *Francorum rex* 279 a b c, 291 b
Rodulphus *episcopus Eugubinus* 611 e, 617 d e f, 621 c; *subscripsit Concilio Romano anno* MLIX 619 d; *quandonam obierit* 618 a *& seqq.*
Rodulphus *abbas, filius S. Everardi domini Cysoniensis* 431 e f, 432 a c
Rodulphus *abbas loci incerti* 322 e f
Rodulphus *eremita & quartus Ordinis Camaldulensis Prior generalis inter Prætermiſſos* 4 f, 5 a b c d
Rodulphus *Rabani Mauri biographus* 567 c
† Rogatianus *martyr inter Prætermiſſos* 394 f
Rolandus, *seu* Rothardus, *episcopus Cameracensis inter Prætermiſſos* 167 c
Rollo *Normannorum dux* 492 b
† Romana *virgo Tuderti in Umbria culta* 520 a, 521 c, 522 a d e f
Romanus *abbas Morbacensis in Alsatia Superiori* 232 e
Romoaldus (*Rogerius*). *Vide* Franciſca (*Maria*)
‡ Romualdus *Ordinis Camaldulensis plantator* 613 a, 614 d, 615 d, 627 f
Romualdus *à S. Maria, Ordinis Eremitarum excalceatorum S. Auguſtini, conſcripsit Hagiologium Ticinense* 126 f
† Rophilus *episcopus Paphiliensis* 458 e, 471 b, 472 e
Rorbach (*Sigismundus de*) *baro* 275 f
Rorgeley (*Franciſcus*) *vir nobilis, ac territorii Franconatus Brugensis burgimagiſter, adfuit Trunſlationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 e
Rorynna *Nothardo duci Sueviæ nupta* 230 f
Roſata (*Conſtantia*), *cujus anima jam Deo commendabatur, ſecundum S. Seraphini vaticinium ſanitati eſt reſtituta* 141 d
Roſatus (*Sebaſtianus*) *à maligna febri S. Seraphini, noctu ſibi apparentis, ope ſanatus* 151 a
Roſatus (*Vincentius*) *peditum dux, quem integerrimæ licet valetudinis brevi moriturum S. Seraphinus præſagiit* 142 c
Roſerius (*Joannes*) *paſtor d'Eplechin* 448 c
Roſkopff (*Bernardus ex Rain*) *pergens ad tumulum S. Simperti visum recepit* 261 f
Roſus *Rodomi princeps* 285 d
Rotari (*Petrus*) *episcopus Fanensis S. Gaudentii Reliquias detulit* 465 f
Rothadus *seu* Rothardus *aliis* Rolandus *episcopus Cameracensis inter Prætermiſſos* 399 c d
Rothaïs *filia regis Pippini* 230 f, 231 a
Rouſſeau (*Auguſtinus*) *Prior archicœnobii Luxoviensis apud Basileam* 82 b
Rouſſeau (*Carolus de*) *episcopus Mimatensis* 295 c, 299 b
Rozilo *episcopus Auguſtanus* 238 d
Rubeis (*F. M. de*) *tit. S. Silveſtri in Capite presbyter Cardinalis subscripsit Actis Canonizationis S. Seraphini* 159 f
Rubeus (*Hieronymus*) *auctor Hiſtoriæ Ravennatis* 21 c
Rubeus (*Sebaſtianus*) *cujus filius ab incurabili fiſtula S. Seraphini meritis eſt sanatus* 146 a
† Rudbertus. *Vide* † Rupertus.
Rudigerus *episcopus Pataviensis* 355 b
Rudolphus I *Auſtriæ dux* 356 d
Rudolphus IV *dux Auſtriæ* 354 e, 357 a, 360 a
Rudolphus *princeps in Anhalt adfuit Translationi Reliquiarum S. Simperti* 275 b
Rudolphus *episcopus Wirceburgensis* 569 a, 592 f
Rudolphus *à Frenbach pater Urbani episcopi Pictaviensis* 25 e
Rudolphus *presbyter scripsit Vitam B. Rhabani archiepiscopi Moguntini* 430 d
Rudolphus, *qui S. Colmani meritis membrorum usum fuit adeptus* 361 d e
Rufus *episcopus Metensis* 484 a
Rumaldus *videns filium suum S. Colmani ope à podagra liberatum, illius corpus humi curavit mandari* 358 c d e
Rumaux (*Joannes de*) *abbas Cysoniensis accepit à Remensibus os quoddam S. Callixti Papæ & martyris* 434 d 447 c
† Rupertus *Juvaviensium seu Salisburgensium archiepiscopus & patronus* 37 a e, 38 f; *in honorem S. Maximiliani Laureacenſis plures ecclesias dedicavit* 37 f, 38 d, e, 41 e, 42 c, 57 e f; *non transtulit corpus S. Maximiliani Laureacum* 41 a
Ruſticuciis (*B. Ruſticucius à*) *abbatiæ Sitriensis abbas commendatarius* 466 d
† Ruſticus *martyr* 557 b
Ruthardus *comes de Franckenberg* 560 e
Rymlin (*Elizabeth de oppido Bobingen*) *à capitis doloribus S. Simperti ope liberata* 267 d

S.

SAbatinus, *civis Romanus, quasdam Reliquias SS. Callixti Papæ aliorumque secum in Alemanniam detulit* 430 d e
Sabbas *S. Philippi Agyreni abbas, S. Lucæ abbati cariſſimus* 333 d f, 334 a b c, 336 d, 339 d; *aaſtitit ei morienti* 341 f
Sabbatini (*Ludovicus*) *antiquiſſimum Neapolitanæ ecclesiæ Kalendarium Notis illustravit* 449 e
Sabbatinus *episcopus Januensis tranſtulit corpus S. Romuli* 205 c, 206 a, 207 a b c, 209 b c, 210 e
† Sabinus *seu* Savinus *episcopus Placentinus* 65 a b
Sabinus (*Q. Titurius*) *vaſtavit Menapios* 514 c
† Sadoth *martyr cum sociis apud Persas* 408 c e
Saillart (*Godefridus*) *abbatiæ S. Nicolai Tornacensis*

Tornacensis œconomus 447 f
Salicinus *episcopus Ariminensis* 464 e
Salinis (*Joannes de*) *decretorum doctor, ac protonotarius Apostolicus* 275 d
Salomea, *Lucretiæ Antonellæ filia triennis, meritis S. Seraphini gressum recuperavit* 145 a b
† Salomon *primus Januensium episcopus notus* 204 b
Salomon *regum sapientissimus* 504 d; *per mulieres depravatus* 254 f
Salomon *Britanniæ Minoris seu Armoricæ princeps seculo* VII *nullus extitit* 116 e
Saloninus (*Cornelius*) *cæsar renuntiatus* 499 a
Salvia (*Nicolaus*) *Asculanus in mortis agone ad judicium raptus, inter Beatorum agmina vidit S. Seraphinum, cujus patrocinio à judice est absolutus* 149 e f
† Salvius, *cujus corpus delatum fuit ad dedicationem monasterii Hasnoniensis* 507 a
Salvus (*Nicolaus*). *Vide* Vincentia.
Salutius (*Philippus*) *patritius Januensis* 385 b
Sambatius *seu* Sambacus *vel* Sambattis *episcopus Metensis* 483 f, 484 a b, 486 e
Sampson *à Dalila meretrice viribus exutus* 254 e
† Samuel *propheta Saüli regi inobedientiam exprobravit* 132 f
Semuhel, *qui S. Geraldo comiti aquam subministravit* 320 d
Sanctes (*Petrus*) *Asculanus, à maligna febri S. Seraphini ope sanatus* 152 e
† Sanctinus *episcopus Virdunensis* 76 f
Sanctuccia (*Lucretia*), *quæ à medicis derelicta S. Seraphini ope convaluit* 141 b
Santuccius (*Hieronymus*) *olivas collegit, quibus ob aquæ penuriam obnigratis, visitato ab ejus sorore S. Seraphini sepulchro, pristinus viror est restitutus* 154 e
Santucius (*Alexander*) *qua die ad cœlos evolaverit, ejus matri indicavit S. Seraphinus* 139 e
Sapor *Persarum rex* 408 e
Sara *uxor Abrahæ patriarchæ* 252 e
Sardella (*Petrus*) *fullo pallium furto ablatum S. Seraphini ope recepit* 153 d e
Sarmiento (*Franciscus*) *episcopus Giennensis in Hispania interfuit synodo provinciali* 192 c
‡ Saturninus, *cujus Reliquiæ fuerunt visitatæ ab episcopo Anicienſi* 199 f
† Saturninus *martyr in Cappadocia* 426 a b, 477 a b c, 482 e, 483 a; *inter Prætermissos* 167 c
† Saturus *martyr verosimiliùs in Cappadocia* 425 e f, 426 a b c, 427 d, 443 a
Saulius *S. R. E. Cardinalis* 437 b
Saulx (*Joannes de*) *eques nobilis ac dominus de Cernonno & castri Bussini apud Catalaunum, nonnullas S. Manechildis Reliquias ad ejusdem Sanctæ oppidum transferendas impetravit* 529 f, 530 a e, 531 c
Saxius *auctor Vitæ S. Monæ episcopi Mediolanensis* 17 a
Schannat (*Joannes Fridericus*) *rerum Fuldensium editor, S. Burchardi Vitam ad Majores nostros Antverpiam detulit* 557 c d
Schauwberg (*Petrus à*) *episcopus Augustanus & S. R. E. Cardinalis* 251 e, 256 e; *pro augendo S. Simperti cultu apud pontificem institit* 242 c, *quo obtento addidit Indulgentias* *ibidem* d e
Scheckmannus *S. Maximini Treviris cœnobita ac bibliothecarius* 533 a, 537 e, 538 d
Schedel (*Harmantus*) *doctor Nutembensis* 23 f
Schepman (*Walterus*) *Typographus Edemburgensis* 223 e
Schindelius (*Leonardus pastor*) *Begginagii Diesthemiensis scripsit Majoribus nostris* 466 e
† Scholastica *virgo soror S. Benedicti* 239 d, 364 a b c, 366 f, 368 a 370 a
Schonborn (*Joannes Philippus à*) *episcopus Wirceburgensis* 572 e f
Schonlebius (*Joannes Ludovicus*) *archidiaconus Lambacensis scriptor percelebris* 47 e
Schotte (*Joannes Theodorus*) *vir nobilis, protonotarius Apostolicus, J. U. L., & ecclesiæ cathedralis Brugensis canonicus adfuit translationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 b
Schramb (*Anselmus*) *cœnobii Mellicensis bibliothecarius edidit Acta S. Colmani martyris* 343 a *& seqq.*
Schryvere (*P. Franciscus de*) *Prior Dominicanorum Conventus Brugensis adfuit translationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 c
Schulerin (*Barbara ex villa Puttenbach*) *à ruptura triennali S. Simperti meritis sanata* 260 d
Schwabsberg (*Georgius*) *cathedralis ecclesiæ Augustanæ canonicus* 275 d
Schynnus *episcopus Meldensis inter Prætermissos* 3 c d; *idem verosimiliùs cum S. Sanctino, qui colitur* XI *Octobris ibidem*
Sciarra (*Laurentius*) *amens, implorata ope S. Seraphini, ad mentem rediit* 153 e
Scipio *Africanus, Romanæ libertatis accerrimus vindex* 456 f
† Sebastianus *martyr* 523 c, 525 f; *sepultus in cœmeterio S. Callixti* 421 b
Sedulius (*Henricus*) *conscripsit Acta martyrii SS. Danielis Sociorumque* 385 a *& seqq.*
Segletta (*Beata*) *cujus filiam quinquennem morituram prædixit S. Seraphinus* 142 c
Seignerin (*Anna de Mittelstetten*) *à diuturno corporis languore S. Simperti ope curata* 258 b c
Seld (*Georgius*) *aurifaber effodiendis S. Simperti ossibus manum admovit* 270 a b
Semei, *ob jacta in Davidem regem convitia punitus* 307 c
Semidea. *Vide* Maria.
Seraphinus, *Marchiniæ Amatæ infans à totius corporis tumore per S. Seraphinum est liberatus* 146 d e
Seraphinus (*Nicolaus*). *Vide* Portia.
† Serapion *episcopus Antiochenus* 171 b
Serats *nobilis Belga, à podagræ doloribus, implorata S. Gaudentii ope, levamen sensit non modicum* 467 a
Serbellonus (*F.*) *episcopus Albanensis, S. R. E. Cardinalis, subscripsit Actis Canonizationis S. Seraphini* 159 f
† Serena,

† Serena, *cujus corpus quievit in abbatia Stirpenſi, eadem fortè quæ S. Speria seu Exuperia* 123 a; *ejus Reliquiæ à Calvinianis combuſtæ ibidem* b
† Serenus *presbyter confeſſor in Campania Gallica* 123 b
Serenus *pater S. Speriæ seu Exuperiæ virginis* 121 e f
† Sergius I *Papa* 541 e
Sergius II *Papa* 429 a, 431 b c d, 443 b, 446 d f
† Servatius *episcopus Trajectensis* 77 a d, 460 f, 484 d e f, 485 a *& seqq.*, 486 a b d
Seſſuntius (*Auguſtinus*) *à manûs dolore per S. Seraphinum sanatus* 144 b
† Severinus *episcopus Laureacensis* 26 d; *in exilium pulsus* 25 f
† Severinus *episcopus Septempedæ, poſteà* San-Severinum *ab eodem sancto denominatæ* 611 b
† Severinus *martyr* 457 e
† Severinus *monachus Noricensis* 40 f
† Severus *episcopus Ticinensis inter Prætermiſſos* 396 c
† Severus *martyr inter Prætermiſſos* 163 b c
Severus *imperator* 18 b, 173 e, 403 c, 424 d, 484 a; *imperium exorsus anno* CLXXXXIII *Getam filium suum Auguſtum nominavit* 18 f
Severus *episcopus Remensis* 501 f
Severus *monophysita* 604 e
Sgarilia (*Beata*) *Asculana, à diutino renum dolore S. Seraphini meritis liberata* 144 b
Siberus (*Urbanus Godfridus*) *Academiæ Lipsiensis doctor* 602 a
Sibnacht (*Joannes de Silva*) *S. Simperti meritis auditum recepit* 258 b
Sifridus *cœmentarius exhumandis S. Simperti exuviis manum præbuit* 270 a b
Sigebertus I *Auſtrasiæ rex* 535 c d e f, 536 a c d, 537 d; *reſtituit Nicetium in cathedra Trevirensi* 536 b
Sigebertus II *Auſtrasiæ rex paucis diebus regnavit* 535 c
Sigebertus III *Auſtrasiæ rex* 535 b c
Sigebertus *Auſtrasiæ rex, sub quo S. Goar obiit, qualis* 533 d *& seqq.*
Sigericus *episcopus Ratisponensis* 235 f
Sigewinus *episcopus Coloniensis* 69 a
Sigismundus *episcopus Senogallensis excepit Reliquias S. Gaudentii* 463 b c
Sigismundus Taler *abbas Mellicensis* 345 a, 356 b c
Sigmarus *pater S. Manechildis virginis* 526 c 527 c, 531 a e
Silbus *presbyter à S. Chelidonia in somnis visi meruit* 368 b
Silentius *frater S. Seraphini* 130 d e
† Silvanus *martyr inter Prætermiſſos* 394 d
† Silveſter I *Papa* 435 d, 459 e f, 501 e
Silveſter II *Papa. Vide* Gerbertus.
Silveſter *Mediolanensis Ordinis Capucinorum concinnavit vitam S. Seraphini Ordinis sui confeſſoris* 128 c
Silvinus *abbas cœnobii S. Martini Turonibus* 213 b f, 214 b, 215 a b, 220 b
Simon *epiſcopus Noviomensis & Tornacensis* 397 e
Simon *abbas Sublacensis tranſtulit Reliquias S. Chelidoniæ virginis* 364 f, 365 a, 368 b c, 372 e
Simon *secretarius episcopi Gandavensis* 518 e
Simonis (*Petrus*) *Conventualium Minorum Senogalliæ guardianus* 463 f
† Simplicius *martyr in Cappadocia* 426 a b
† Simplicius *senator ac martyr Romæ* 401 b c d e, 407 b c d f, 411 c, 418 f, 420 d, 423 b, 424 a, 426 c, 427 d, 428 a b f, 440 f, 441 b, 442 f, 443 a
† Simplicius *episcopus Viennensis in Delphinatu* 546 f 547 a
† Simplicius *alter episcopus Viennensis* 547 b
† Sinicius *martyr* 493 f
† Sixtus I *Papa* 410 b
† Sixtus II *Papa martyr* 29 c f, 54 e f, 424 f, 425 a, 437 e, 438 b; *S. Maximiliano plenariam facultatem conceſſit prædicandi Laureacensibus* 28 e, 29 a b; *sepultus fuit in cœmeterio S. Callixti* 421 c d
Sixtus IV *Papa* 466 d
Sixtus V *Papa oppidum S. Severini epiſcopali sede condecoravit* 611 b
Sobonus *inter episcopos Viennenses recensitus* 546 f
† Soffius *martyr* 457 e
† Sola *abbas in diœcesi Eyſtadiensi* 582 c
Solinus *seu* Aquilinus *Coloniensis ecclesiæ præpositus* 69 e, 71 e
Solvatius, *qui regnavit in Scotia* 226 d
Sophoniſſa, *acceptâ à S. Seraphino precariorum globulorum corollâ, varia per eam miracula edidit* 153 d
Sophoniſta, *Marci Antonii Squarillæ uxor fœtu gravida, maſculum ſeſe parituram, dein filiam, quæ septennis moreretur, pòſt alteram monialem futuram, ac quartò filium sacerdotio initiandum, à S. Seraphino didicit* 142 d
Sosa (*Antonius à*) *inter Prætermiſſos* 5 f
† Soter *Papa martyr* 483 f, *ſepultus eſt in cœmeterio S. Callixti* 421 b c
Spada (*Bernardinus*) *S. R. E. Cardinalis* 461 a b
Spada (*Thomas*) *Urbis ſenator* 461 b
Sparanus *ecclesiæ S. Fortunatæ Neapoli canonicus* 451 b
† Speciosa *virgo inter Prætermiſſos* 395 a b
Spelta (*Antonius Maria*) *auctor Hiſtoriæ de Vitis episcoporum Ticinensium* 127 c
Sperellius (*Franciscus*) *epiſcopus San-Severinas* 620 d e
Spinellus, *ad S. Seraphinum pro amente voto sese aſtrinxit* 153 e
Spinitello (*Julius Marancius à*) *cujus filiola biennis aquis suffocata, S. Seraphini ope ad vitam revocata eſt* 153 a b c, 154 d
Spinula (*Horatius Carolus*) *archiepiscopus Genuensis* 205 e
Spoletanus (*M. Aurelius*) *Aſculanæ urbis Gubernator ab incurabili manûs ulcere S. Seraphini ope curatus* 144 f, 145 a
Squarilla (*Marcus Antonius*). *Vide* Sophoniſta.
Stabilis (*Marcus*) *Asculanus consuluit S. Seraphinum, quem vitæ ſtatum eligeret* 142 a
Stain (*Diepoldus Vom*) *regis Maximiliani*

I miles 275 f
Stain in Goſſen (*Georgius von*) *baro* 275 f
Stalpart (*Arnoldus*) *Brugensis epiſcopi Secretarius* 517 a
Stanham (*Melchior*) *Udalricianus Auguſtæ Vindelicorum abbas* 242 f; *novam eccleſiæ ſuæ fabricam eſt meditatus* 229 d
Starechildis *Adimari conjux. Vide* Adimarus.
Steirer (*Erhardus*) *cujus puerulo S. Simperti ope gibbus fuit ademptus* 264 e
Stellin (*Margaretha de Iglingen*) *à cordis cruciatibus S. Simperti ope liberata* 261 a b
Stengelius (*Carolus*) *auctor Chronici Auguſtani, ſcripsit Vitam S. Simperti epiſcopi Auguſtani* 228 b c
Stenglien (*Joannes*) *monaſterii Udalriciani Auguſtæ Vindelicorum supprior* 275 d
† Stephanus *protomartyr* 485 a; *patronus eccleſiæ Pataviensis* 43 d, *inter Prætermiſſos* 400 e f
† Stephanus I *Papa* 438 b c; *martyr* 28 c e, 424 f, 432 e; *ſepultus in cœmeterio S. Callixti* 421 c
† Stephanus *Hungariæ rex* 71 b, 342 c f, 343 d, 345 c, 353 a b, 361 f, 362 a; *impetravit corpus S. Colmani* 356 e; *quandonam obierit* 352 d
† Stephanus *junior martyr* 610 d
† Stephanus *monaſterii S. Sabæ in Palæſtina abbas* 597 c d, 607 e, 608 a e, 609 d
Stephanus II *Papa unxit Pipinum in regem Franciæ* 568 f, 571 a, 583 e
Stephanus IV *Papa coronavit Ludovicum Pium imperatorem* 549 e
Stephanus IX *Papa* 619 c
Stephanus *Beneventanus auctor Hiſtoriæ urbis Ticinensis* 127 d
Stephanus *Bysantinus S. Stephani Junioris martyris Vitam exaravit* 607 e
Stephanus *epiſcopus Claromontanus S. Geraldo villam legavit* 297 b
Stephanus II *epiſcopus Neapolitanus* 449 f, 450 a b d e f, 451 b, 452 a, 456 c
Stephanus, *cognomento* Theodolus, *abbas Carbonensis* 336 d
Stephanus *judex ſacri palatii & Auximi præſes, B. Dominico Loricato audaciùs reſpondens, paulò poſt eſt interfectus* 626 e f
Sterlich (*Lucius*) *vir nobilis, anginâ cruciatus, S. Seraphini meritis ſanatus fuit* 154 a
Sthanberg (*Georgius de*) *canonicus Auguſtanus portavit Reliquias S. Simperti in proceſſione* 272 a
Stinger (*Martinus de Vishach*) *à colli tumore S. Simperti ope curatus* 260 c
Stodilus *epiſcopus Lemovicensis* 281 c
Stolz (*Bernardus de Betmiis*) *ſenſum & loquelam S. Simperti ope recepit* 267 d
Stoſſer (*Michael*) *ab hernia S. Simperti ope ſanatus* 266 e
Stretlin (*Agnes de Dingna*) *à paralysi S. Simperti ope mundata* 262 d
Strymerſch (*Zegerus*) *canonicus ecclesiæ cathedralis Brugis adfuit Tranſlationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 b
Stuppanus (*J. F.*) *epiſcopus Præneſtinus, S. R. E. Cardinalis ſubſcripsit Actis Canonizationis S. Seraphini* 159 f
Sturim *venerabilis à Bonifacio in Germaniam evocatus* 559 a
Sturzel (*Conradus*) *juris doctor & cancellarius regius* 276 e
Sublacu (*Angelus à*) *monachus Sublacensis adſtitit elevationi Reliquiarum S. Chelidoniæ virginis* 372 f
Sucx (*Joannes*) *vir nobilis, J. U. L., & ecclesiæ cathedralis Brugensis canonicus, adfuit Tranſlationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 b
Sudanus *S. J. presbyter ſcripsit Bollando* 66 a
† Suidunus 558 b c. *Vide* † Swithunus.
Sufteren (*Henricus Joſephus van*) *epiſcopus Brugensis Lectiones proprias in feſto S. Donatiani emendavit* 500 d
Sweickerin (*Elizabeth*) *à ruptura S. Simperti ope ſanata* 258 b
Swendi (*Marcquardus de*) *baro & ecclesiæ Paſſaviensis adminiſtrator, cum univerſo capitulo, Maximiliano epiſcopo Tornacensi conceſſit particulam Reliquiarum S. Maximiliani Laureacensis olim epiſcopi & martyris* 45 b c
† Swithunus *Wintoniensis in Anglia epiſcopus non fuit S. Burchardi epiſcopi Herbipolensis frater* 558 c, 577 a, 581 f
Sygehardus *abbas Mellicensis Ordinis S. Benedicti* 355 e
† Symeon *epiſcopus Metensis ſeptimus* 483 e, 484 a b, 486 d
Synodi. Aquileïenſis *anno* CCCLXXXI 204 c; Aquiſgranenſis I *anno* DCCLXXXIX 240 d; Aquiſgranenſis II *anno* DCCXCVII 240 e; Aquiſgranenſis *anno* DCCCII 234 f; *inſtauravit regulam S. Benedicti* 235 a b; Arelatenſis *anno* CCCXIV 501 e f, 502 b d; Arelatenſis *anno* CCCLIII 204 f; Arvernensis *anno* DXXXV 527 f, 534 f; Cabilonensis II *ſub Clodoveo II anno verosimiliùs* DCL 553 a c, 554 c, 555 d; *Conſtantinopolitana* IV, *Œcumenica* VIII *anno* DCCCLXIX 607 b; Dingolviniana *in Bavaria anno* DCCLXXII 238 a b; Laodicena *habita verosimiliùs ſub Damaſo Papa, Chorepiſcoporum poteſtatem reſtrinxit* 502 a; Mediolanensis *anno* CCCLV 204 f; Moguntinæ *annis* DCCC & DCCCXIII 240 d Nicæna II *anno* DCCLXXXVII 607 b e, 608 d, 609 c d; Ratiſponenſes *annis* DCCXCVIII & DCCCIII 240 d; Sardicenſis *anno* CCCXLVII 484 d e, 485 a, 486 b d, 501 f, 502 b d; Theodovillenſis *anno* DCCCV 240 d e; Ticinensis *anno* DCCCLXXVI 206 a; Wormatienses *annis* DCCLXXXVI & DCCCIII 240 e. *Vide* Concilia.
† Sylvinus *epiſcopus Veronensis* 107 c d e
Sylvius (*Æneas*) 47 b c. *Vide* Pius II *Papa.*
Symbertus *ſeu* Simpertus *epiſcopus Reginoburgensis* 230 d, 233 b; *S. Simperto epiſcopo Auguſtano æqualis* 235 f; *non ſucceſſit Gariboldo* *ibidem*
† Symeon *monachus S. Martini Trevirensis* 352 d, 353 a
† Symmachus *Papa* 33 e, *litteras ſcripsit Theodoro epiſcopo Laureacensi* 33 c; *misit ei*

ei pallium 31 e
† Sympertus *episcopus inter Prætermissos* 6 d
Sympertus *sartor ex Hymelstetten, à lateris doloribus S. Simperti ope liberatus* 263 b
Symphoriana 230 d, 247 c; *num fuerit mater S. Simperti* 230 e f, 231 a b c
†† Symphorosa & septem ejus filii *martyres* 407 e. 424 f
† Syrus *episcopus Januensis* 204 b c d e f, 209 a e
Syrus, *ab Ermachora episcopo Aquileïensi ad fidem conversus* 25 f; *prædicavit Evangelium in Norico* 27 a

T.

TAberna (*Ludovicus*) *episcopus Laudensis S. Juliani corpus honestiori loco reposuit* 63 e f
Tagwerckerin (*Agathes*) *à morbo quinquennali S. Simperti ope sanata* 265 b
Taler. *Vide* Sigismundus.
Tancradus, *qui memoratur in diplomate Arnulphi Magni comitis Flandriæ* 496 b
† Taracus *inter Prætermissos* 3 c
† Tarasius *patriarcha Constantinopolitanus* 607 d e, 609 b
† Tarrachus *passus in Cilicia sub præfecto Numeriano Maximo* 20 e
Tarsentius *miles à dœmonio S. Gaudentii ope est liberatus* 460 a, 469 a b
Tarsia, *uxor Cæsaris Junctæ Asculani, lactis copiam S. Seraphini meritis impetravit* 146 f
† Tarsicius *martyr sepultus in cœmeterio S. Callixti* 421 b
Tasia *Cestinianensis, à calculorum morbo per S. Seraphinum liberata* 152 b
Tassoneo. *Vide* Tassoni.
Tassoni (*Franciscus Maria*) *Urbinas, medicus peritissimus* 465 c, 466 b
Tassus (*Theodorus*) *civis Asculanus, à fistuloso ulcere S. Seraphini ope curatus, Ordinem Capucinorum ingressus est* 144 d
† Tatiana *martyr sub Alexandro Severo imperatore* 404 c
Taurus *judex Ariminensis* 458 e, 459 a, 460 f, 461 c d, 472 d e f, 473 a d; *ob blasphemias & sacrilegia divinitus punitus* 471 a & *seqq.*
Teganus *discipulus S. Patricii Hibernorum Apostoli* 105 c
Tcozenes *monachus S. Mariæ apud Florentiam* 622 e; *ab abbate suo dissentiens liquit monasterium* 624 f
Terentia, *Paulacii Asculani uxor, à dolore matricali S. Seraphini, sibi apparentis ope sanata* 150 f
Tertiana (*Praxedes*) *gravissimè ægrotans, per S. Seraphinum curata est* 150 f
Tertullianus *Montanistarum assecla* 417 d
† Teutechildis *abbatissæ Translatio inter Prætermissos* 395 c
Thassilo *Bavariæ dux* 239 e; *misit Carolo Magno duodecim obsides* 235 f; *renuntiatus Bavariæ princeps* 237 a; *Hunnos secum contra Carolum evocavit* 237 b c d; *sæviit per Sueviam ibidem* c; *Romam legatos misit, qui Adrianum Pontificem inter se & Carolum pacis sequestrem postularent ibidem* c
Theclana *nobilis matrona adornavit sepulchrum S. Ebrulfi* 540 b
Thedibia *S. Lucæ abbatis mater* 333 b, 237 b
Thegen (*Stephanus*) *monachus Udalricianus Augustæ Vindelicorum* 275 d
Thegetti (*M. Philippus*) *notarius publicus & episcopatus Senogallensis cancellarius* 465 b, 466 c
Themardus *Canonicus Guatinensis seu Watinensis, ope S. Donatiani à paralysi curatus* 501 d, 510 f, 511 a & *seqq.*
Theobaldus *comes, dapifer & secretarius Ludovici* VII *Galliarum regis* 289 c
Theodebaldus *Alemannorum rebellium dux* 236 f, 237 b
Theodebertus *Austrasiæ rex* 420 e
Theodebertus *Bajoariæ dux* 38 e
Theodebertus *episcopus Parisiensis ad sepulchrum S. Ebrulphi templum condidit* 540 c e
Theodelinda *Bavara, Longobardorum reginæ in honorem S. Gaudentii basilicam erexit* 463 b c
† Theodericus *presbyter confessor* 499 a
Theodericus *episcopus Metensis S. Fortunati Reliquias ex Italia secum attulit* 521 d
Theodericus *rex Ostrogothorum* 23 c
Theodericus *episcopus Virdunensis* 530 d
Theodo II *dux Bajoariorum Hrodberto episcopo Salisburgensi licentiam fecit extruendæ cellulæ* 38 c d
Theodo *filius Theodonis* II *ducis Bajoariorum* 38 a b
Theodora, *Antonii Frassi uxor, toto corpore attracta, S. Seraphini ope sanata fuit* 145 d
Theodora, *Gabrielis Campliensis uxor, ab angina S. Seraphini meritis curata* 154 b c
Theodora *mater S. Seraphini* 130 c
Theodoricus *Austrasiæ rex, Clodovei Magni filius* 499 a, 536 d, 537 c d
Theodoricus III, *Clodovei II filius, rex Neustriæ* 555 a & *seqq.*, 556 a
Theodoricus *S. Margaretæ Scotiæ reginæ confessarius & biographus* 345 e
† Theodorus *Hymnographus in Palæstina* 597 f, 603 d
Theodorus *episcopus Cariæ partes Photianas contra Ignatium primùm tutatus, postea ad mentem rediit* 607 b
Theodorus *Heraclectes, quem in libris suis citavit S. Hieronymus* 172 f
Theodorus *episcopus Laureacensis pallium accepit à Symmacho Papa* 31 e
Theodorus II *an episcopus Laureacensibus adnumerandus* 31 e
Theodorus *monachus S. Basilii inter Prætermissos* 165 d
Theodorus *abbas Viennæ* 37 e
Theodorus *S. Lucæ abbatis ex sorore nepos* 341 d
Theodorus *S. Joannis Damasceni patruelis* 600 c
Theodosius *imperator* 548 f, 604 c
Theodrada *uxor Hetani ducis Franconiæ* 565 b
† Theodulphus *inter Prætermissos* 394 c d

Teodulphus I *episcopus Januensis* 206 a, 207 a
Theophanes *Hymnographus in Palæstina* 597 f, 602 b
Theophania *Romani Junioris filia* 335 b, 342 a
† Theophilus Pœnitens *inter Prætermissos* 161 f
† Theophilus vice-dominus *inter Prætermissos* 394 c
Theophilus, *cui Acta Apostolorum inscripsit S. Lucas, diversus est à S. Theophilo episcopo Antiocheno* 169 c d. 181 c
Theotecnus *episcopus Cæsareæ in Palæstina collegam habuit Anatolium* 171 c
Thermantia *uxor Prisci presbyteri inter Prætermissos* 6 d, 21 f, 22 b
Theubaldus, *episcopis Viennensibus adnumeratus* 546 f
Theuso *vel* Teuso. *Vide* Teozenes.
Thomas *protonotarius Apostolicus* 618 f
Thienen (*Bernardus van*) *J. U. L., ac Brugis cathedralis ecclesiæ canonicus adfuit Translationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 b
† Thomas *Apostolus* 48 e; *incredulitatis argutus* 584 c
† Thomas *archiepiscopus Cantuariensis, martyr* 437 e
Thomas *puer Diamantis Mocconæ filius, cui S. Seraphinus benedictiones impertiit* 141 e. *Vide etiam* Moccona.
Thomas *vir nobilis, maritus Gasparinæ, quam nondum gravidam fœtum masculum edituram prædixit* S. *Seraphinus* 142 d
Thomasinus (*Lucas*). *Vide* Bibiana.
Thomasius S. *R. E. Cardinalis* 418 b
Tiberius *imperator* 406 b
† Tiburtius *martyr Romæ* 404 d, 438 b
Tiringus *Hetani Franconiæ ducis filius* 565 b
Tita (*Catharina*) *Joannis Pauli, & Menicæ filia, à morbo caduco per* S. *Seraphinum est liberata* 154 b
† Titianus *episcopus Laudensis* 59 b, 60 a
Titus *imperator* 482 a
Tobias *de tribu & civitate Nephthali* 301 b, 325 e, 326 f
Tobias *junior, à parentibus piè educatus* 379 e
Tockler (*Udalricus de Graben*) *S. Simperti ope à morbo surrexit* 260 b
Toledo (*Joannes de*) *episcopus Cordubensis in Hispania* 191 f
Tonazanus *cum fratre Ursone apud Salisburgum noctu vidit prodigiosa luminaria* 38 e
Tonhausen (*Thomas de*) *à membrorum debilitate per S. Simpertum sanatus* 262 b
Torciano (*Joannes Baptista à*) *ad mortem conclamatus, S. Seraphini meritis sanitati est restitutus* 152 d
Tordomar (*Nicolaus*) *cathedralis capituli Brugensis decanus adfuit Translationi Reliquiarum S. Donatiani* 489 b
Torre (*Gaspar de la*) *ecclesiæ collegiatæ & parochialis B. M. Brugensis præpositus, adfuit Translationi Reliquiarum S. Donatiani* 517 a
Torrigiani (*A. M.*) *S. Agathæ ad Suburam diaconus Cardinalis subscripsit Actis Canonizationis S. Seraphini* 160 b
† Totnanus *martyr* 564 a, 575 d, 582 d
Trajanus *imperator* 182 f
Trasamundus *Wandalorum rex Arianus instauravit persecutionem in orthodoxos* 92 e
Triest (*Antonius*) *episcopus primùm Brugensis dein Gandavensis* 518 e; *Reliquias S. Donatiani in novum feretrum solemniter transtulit* 517 b & *seqq.*; *partem spinæ dorsi inclusit capiti argenteo* 518 f, 519 a; *dono accepit particulam articularem* 518 f, 519 a b
Trifolius *episcopus Aborensis in Africa subscripsit Collationi Carthaginensi, habitæ anno* CCCCXI *in causa Donatistarum* 89 c
Trino (*Magdalena de*) *inter Prætermissos* 166 c
† Triphonia *vidua inter Prætermissos* 396 d e
Troostenberghe (*Nicolaus*) *abbas S. Bartholomei de Eeckhoute adfuit Translationi Reliquiarum S. Donationi* 518 c
Tucciamanella (*Joannes Baptista*) *adfuit elevationi Reliquiarum S. Chelidoniæ virginis* 372 f
Tucia (*Virginia*) *à gravi morbo S. Seraphini ope sanata* 153 c
Tuffina (*Polinix*) *Novanensis, à cephalæa seu inveterato capitis dolore S. Seraphini ope curata* 144 b
Tugirannus *subscriptus testamento S. Geraldi comitis Auriliacensis* 290 c
Tullius (*M.*) *Asculanus. Vide* Augustina.
Turia *mulier Asculana, quæ meritis S. Seraphini è difficillimo puerperio incolumis evasit* 140 e
Turinus (*Vetronius*) *Alexandri imperatoris familiaris* 407 b
Turpio *episcopus Lemovicensis* 277 f, 278 a c e, 291 c, 297 e; *frater Aymonis abbatis Tutelensis* 300 c; *quo anno obierit* 301 a c d
Turriana (*Arthemia*) *quam omni spe gignendæ prolis frustratam quatuor masculos parituram S. Seraphinus prædixit* 142 e
Turribus (*Guido de*) *cognomento* Niger *è principibus Lemovicensibus* 283 f
† Tuscus, *cujus Reliquiæ fuerunt visitatæ ab episcopo Aniciensi* 300 a
Tutini (*Camillus*) *Acta SS. Martyrum Fortunatæ ejusque fratrum Italicè exaravit* 450 d & *seqq.*
Tutius (*Gaspar*). *Vide* Zenobia.
† Tyrannio *episcopus Tyriorum* 407 e

V.

Valens *imperator* 30 b
Valens *Arianorum coriphæus* 459 a
Valens *monachus, qui missus fuit à S. Severino ad Constantium episcopum Laureacensem* 31 d
Valens (*Petrus*). *Vide* Marocia.
Valentiâ (*Angelus à*) *inter Prætermissos* 5 f
Valentinianus I *imperator* 30 b, 408 d f
Valentinianus II *imperator* 73 e; *Hunnos evocavit ad ulciscendam necem Gratiani* 72 c; *urbem Arelatensem donavit Privilegiis*

47 b; *violenta morte extinctus* 74 a
Valentinianus III *imperator* 456 b, 457 b
† Valentinus *episcopus Januensis* 204 b c d e f
† Valentinus *episcopus Laureacensis* 26 d
† Valentinus *episcopus Pataviensis* 30 a, 37 e; *appellatus alibi* episcopus Rhætiarum 31 c; *ejus Acta à Bollando illustrata* 37 d; *ejus corpus in ecclesia Pataviensi* 24 a c, 42 f
† Valentinus *martyr* 461 f, 462 f; *ejus Reliquiæ mirabiliter inventæ* 462 a b c d
Valentinus *Mellicensis Ordinis Benedictini abbas, altare erexit S. Colmano sacrum* 356 d
Valentinus *hæreticus* 16 b; *hæresim suam unà cum Cerdone evomere cœpit* 17 a
† Valerianus *martyr Romæ* 404 d
Valerianus *imperator* 35 e
Valerianus (*Pirrhus*) *peditum dux, à cancerosa ulcere S. Seraphini ope curatus* 144 f
† Valerius *episcopus Cæsaraugustanus* 2 b
Vallemanius (*Andreas*) *SS. Hippolyti & Laurentii Faventiæ abbas* 617 b; *Majoribus nostris documenta transmisit* 612 a, 620 d e
Vallomeus (*Antonius*) *Asculanus ab accepto in humero vulnere S. Seraphini ope sanatus* 144 f
Vallomeus (*Mattheus*) *Asculanus, quem in bellum proficiscentem incolumem rediturum, anxiæ ejus matri S. Seraphinus prædixit* 140 f, 141 a
Valtgarius *capite damnatus* 286 b
† Udalricus *episcopus Augustanus* 53 c, 244 e, 248 b c, *possessionem suam in Matenheim concessit monasterio Morbacensi* 234 b; *in somnis est monitus, ut tumuli S. Simperti & ecclesiæ cathedralis curam gereret* 241 c d e, 246 e f; *sepultus in monasterio S. Afræ prodigiis inclaruit* 241 f; *apparuit in somnis cuidam colono de oppido Inningen* 267 c d
Udalricus *episcopus Adrimitanus, Augustani suffraganeus & Vicarius generalis, adfuit Translationi Reliquiarum S. Simperti* 274 a, 275 b
Udalricus II *S. Emmeramni Ratisponæ abbas* 355 a
Udalricus *de Hochrechberg doctor & decanus ecclesiæ cathedralis Augustæ Vindelicorum, adfuit elevationi Reliquiarum S. Simperti* 271 e, *item translationi* 214 a; *portavit caput ejus in processione* ibidem f
Udalricus *piscator Augustensis, à ruptura S. Simperti ope sanatus* 260 a
Udalscalcus, *episcopus Augustanus, miraculosam Hostiam, sacrilegè ablatam in ecclesiam retulit* 229 b c; *promovit cultum SS. Simperti & Adalberonis* 242 b
Vechiolus (*Paulus*) *civis Asculanus, à morbo comitiali S. Seraphini ope sanatus* 146 a
† Vedastus *episcopus Atrebatensis, cujus corpus interfuit dedicationi monasterii Hasnoniensis* 507 a; *item Conventui Aldenardensi* 509 e
Veerse (*Silvester*) *Brugis ecclesiæ cathedralis canonicus* 489 c
Veken (*Cyrillus van*) *Ordinis Carmelitarum reformatorum Conventus Brugensis concionator, adfuit Translationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 c
Velasquez (*Alphonsus*) *episcopus Oxomensis in Hispania, interfuit synodo provinciali* 192 c
Velma (*Laurentius*) *S. Georgii Augustæ Vindelicorum præpositus* 275 c
† Venantius *martyr* 216 e
† Venantius *abbas Sarzanensis inter Prætermissos* 168 a d, 396 b
Vendvillius (*Joannes*) *episcopus Tornacensis, inter Prætermissos* 399 a
Venne (*Martinus van*) *Ordinis Carmelitarum reformatorum Conventus Brugensis Prior adfuit Translationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 c
Ventura (*Joannes Baptista*) *in visitatione Reliquiarum S. Gaudentii testis* 463 e
Verbius (*Philippus*) *Aufidanus. Vide* Ragusina.
† Verus *episcopus Viennensis* 545 a
Verus *vir consularis* 483 f
Verzelli (*M. Tiberius*) *adfuit Translationi Reliquiarum S. Gaudentii* 465 b
Verzilli (*Jacobus*) *Senogallensis* 464 a
Vespasianus *imperator* 406 f, 482 a
Veterani (*B.*) *SS. Cosmæ & Damiani diaconus Cardinalis subscripsit Actis Canonizationis S. Seraphini* 160 d
Ugnericus. *Vide* Hunnericus.
Ugo *archiepiscopus Bisuntinus* 618 f
Via (*Franciscus*) *Collegii S. J. Ariminensis rector* 461 e
† Viator *inter Prætermissos* 396 f
Vicarnus, *testamento S. Geraldi comitis subsignatus* 290 c
Vicerna. *Vide* Avigerna.
Vicq (*Eugenius de*) *vir nobilis J. U. L. ac cathedralis ecclesiæ Brugensis canonicus adfuit Translationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 b
† Victor *Papa* 17 b, 483 f
† Victor *episcopus Metensis* 484 b c d f, 486 d e
† Victor, *episcopus Vitensis in Africa, scripsit Historiam persecutionis Wandalicæ* 83 e
† Victor *martyr* 461 f, 462 f; *ejus Reliquiæ miraculosè inventæ* 462 a b c d
Victor *episcopus Tunnensis vel Tununensis seu Tunonensis in Africa* 86 f
Victor *episcopus Wormatiensis* 484 d
Victorinus *scriptor, quem citat S. Hieronymus* 173 a
Victovicus, *vir nobilis ac militaris, jussu viduæ Frederici comitis Celeiæ, Fredericum Cæsarem ex improviso tentavit obruere* 47 a b; *metu cæsaris Celeiam deseruit* 47 b
Victuria *Prisci presbyteri & Thermantiæ ejus conjugis ancilla* 21 f, 22 b; *inter Prætermissos* 6 d
Vicus (*Hieronymus*) *adolescens surdus, per S. Seraphinum auditum recipere meruit* 145 f
Vicus (*Isidorus*) *ab hydropisi per S. Seraphinum curatus* 147 d
Vigonus, *subscriptus testamento S. Geraldi* † 13 *comitis*

comitis 290 c
Villani. *Vide* Maximilianus.
Villelmus. *Vide* Wilhelmus.
Villicarius, *in Adonis Chronico inter epiſcopos Viennenſes numeratus* 546 f
Vincentia, *à Lupinorum morbo partuſque auguſtia S. Seraphini meritis liberata* 144 b
Vincentia, *Nicolai Salvi uxor, letali morbo correpta, S. Seraphinum vidit sibi adſtantem, ab eoque ſanitati ſeſe reſtituendam edocta eſt* 150 a
† Vincentius, *cujus corpus portatum fuit ad dedicationem monaſterii Haſnoniensis* 507 a
† Vinciana, *cujus corpus interfuit Conventui Aldenardensi* 509 e
Vincomalus, *à S Gregorio Magno ecclesiæ defenſor creatus* 525 d
Violana, *cujus puer duodennis à vomitu ſanguinis S. Seraphini ope eſt curatus* 154 c
Virgilius *epiſcopus Salisburgensis* 41 e f
Vitalianus *Papa* 553 e
†. Vitalis *abbas* 332 e, 335 f, 336 a b c, 337 a b; *quò delatæ sint ejus Reliquiæ* 336 f
† Vitalis *martyr* 293 c e; *ejus Reliquiæ thecæ incluſæ ibidem*
† Vitalis *confeſſor inter Prætermiſſos* 399 e
Vito (*Philippus à Sancto*) *linguæ uſum per S. Seraphinum integrè accepit* 154 f, 155 a
Vitus (*Adamus*) *epiſcopus Frisingensis* 39 f
Vitus (*Stephanus*) *Majoribus noſtris misit documenta* 344 f
† Viventius *epiſcopus Remensis* 500 e, 501 f
Vivilus *epiſcopus Pataviensis* 238 c
† Ulgiſus *inter Prætermiſſos* 394 c d
Ulpianus (*Domitius*) *Alexandri imperatoris conſiliarius* 404 a, 405 a, 409 b, 442 b; *Chriſtianis infenſiſſimus* 403 d e
Ulricus *præpositus Frisingensis, & cæſaris cancellarius, captus fuit à Victovico Celeiam occupante* 47 a
† Ultanus 225 c; *non fuit nepos S. Congani abbatis* 226 a b; *ſed frater S. Foillani* 226 b
Ultarus *Ardbraccanensis poëta Hibernus* 104 b
Umhofer (*Matthias*) *monachus Udalricianus Auguſtæ Vindelicorum* 275 d
Ungnadus (*Joannes*) *curiæ Cæſaris præfectus, à Victovico Celeiam ingreſſo eſt captus* 47 a
Vochi (*Maria*) *pluribus vulneribus ſaucia, S. Seraphini ope eſt curata* 154 b
Volckenſdorff (*Sigiſmundus à*) *archiepiſcopus Salisburgensis in S. Colmani honorem ſacellum erexit* 454 f
Volden (*Petrus van*) *canonicus ecclesiæ cathedralis Brugis adfuit Tranſlationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 b
† Volferus *epiſcopus Viennensis* 550 e f
† Volusianus *epiſcopus inter Prætermiſſos* 2 a; *idem fortè cum S. Volusiano epiſcopo Turonensi, qui colitur* XVIII *Januarii ibidem*
Volusianus *imperator imperium haud diu tenuit* 18 d
Volusianus *vir conſularis* 501 e
Vorchtel (*Wilhelmus*) *ſecretarius epiſcopi Auguſtani* 275 f
† Urbanus *Papa martyr* 17 b, 404 c, 423 e f, 437 e f, 338 b; *ſepultus in cœmeterio S. Calixti* 421 c
† Urbanus *alter martyr Romæ, cujus corpus tranſlatum fuit Catalaunum* 404 d, 438 b
Urbanus II *Papa* 509 e
Urbanus VI *Papa* 521 c
Urbanus VIII *Papa, decretum edidit de cultu Sanctorum* 83 e, 158 b, 532 a b f, 533 a b
Urbanus *epiſcopus Pataviensis* 25 e
Urbanus *præſes Palæſtinæ* 449 c, 450 b c d, 453 b e f, 454 d e f, 455 b
Urbinas (*Dom. Venantius*) *monaſterii Sublacensis cellarius, aſtitit elevationi Reliquiarum S. Chelidoniæ virginis* 372 f
Urbinia *mulier Aſculana ab uberum tumore S. Seraphini meritis curata* 144 b
Vrieſe (*Georgius de*) *capituli cathedralis Brugensis Scholaſticus* 489 b
Uracius *Arianorum coriphæus* 459 a
† Ursicinus *martyr* 299 f
Ursinus (*D S*) *Mariæ ad martyres diaconus Cardinalis ſubſcripsit Actis Canonizationis S. Seraphini* 160 a
† Urſmarus *inter Prætermiſſos* 394 c d
Urſo *cum fratre ſuo Tonazano apud Salisburgum noctu vidit prodigioſa luminaria* 38 c
† Urſula *cum ſociis* 66 b d 68 b *& ſeqq.*
Utilo *Bavariæ dux* 236 b e, 246 c, 247 c
† Vulfrannus, *cujus corpus delatum fuit ad Conventum Aldenardenſem* 509 e
Vulpianis (*Franciſca de*) *Ordinis S. Francisci tertiaria, à continua febri capitiſque doloribus per S. Seraphinum eſt liberata* 154 b
Vuſcfreas *filius S. Eduini regis Northumbriæ* 114 b

W.

Waghenaers (*Hubertus*) *S. T. L., & cathedralis ecclesiæ Brugensis pœnitentiarius adfuit Tranſlationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 b
Wagner (*Chriſtophorus*) *calicem obtulit in honorem S. Colmani* 357 d
Wagnerin (*Anna de villa Fiſchbach*) *à doloribus brachii dextri S. Simperti ope curata* 266 c d
Walaus *epiſcopus Basileënsis* 76 b c
† Walburgis *inter Prætermiſſos* 2 b; *ejus corpus delatum ad Conventum Aldenardenſem* 509 e
† Waldetrudis, *cujus corpus interfuit dedicationi monaſterii Haſnoniensis* 507 a
Waldrammus *Benedicto-Buranus in Bavaria abbas ſecundus* 239 d
Waldrammus *abbas Fuldensis* 231 e
† Walfridus *ſeu* Wilfridus *primus archiepiſcopus Eboracensis inter Prætermiſſos* 2 d e
Waltcaudus *inter Miſſos à Carolo Calvo* 491 b f
Walterus *epiſcopus ſuffraganeus Coloniensis tranſtulit Reliquias S Pantuli ſeu Pantali* 66 c
Waltherus *epiſcopus Pataviensis* 230 a b

Waltherus *Sacerdos*, *S. Bonifacii Germanorum apoſtoli diſcipulus* 579 b, 582 b c
Waltricus *abbas Neoſtadiensis* 592 c
Wambeke (*Antonius van*) *canonicus capituli cathedralis Brugis, adfuit Tranſlationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 b
† Wandregisilus *abbas Fontanellensis* 539 d, 540 a, 543 f; *ejus corpus deportatum fuit ad dedicationem cœnobii Haſnoniensis* 507 a; *item ad Conventum Aldenardenſem* 509 e
Warhapperin (*Agnes in pago Pergen*) *à brachiorum doloribus S. Simperti ope eſt liberata* 260 f, 261 a
Warinus *epiſcopus Bellovacensis, omnes Flaviniacensis oratorii poſſeſſiones ad capitulum ſuum tranſtulit* 543 a b
Warnefridus (*Paulus*) *ſcripsit breve Chronicon de epiſcopis Metensibus* 481 b, 483 e
Watervliet (*Albertus van*) *Ordinis Guillielmitarum Conventus Brugensis religioſus, adfuit Tranſlationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 c
Weichs (*Ulricus de*) *vir nobilis ac Maximiliani regis armiger* 275 f
Weidenberg (*Fredericus de*) *S. Emmeramni Ratiſponæ abbas* 355 a
Weilhaim (*Bartholomæus de*) *abbatiæ Udalricianæ Auguſtæ Vindelicorum medicus ordinarius, S. Simperti oſſa in novo tumulo ordinatè compoſuit* 273 d
Weinhart (*Simon*) *monachus Udalricianus Auguſtæ* 275 d
Weinlin (*Leonardus*) *Udalricianus Auguſtæ Vindelicorum monachus* 275 d
Weiſſ (*Petrus de Meringen*) *infanti ſuo calculoſo medelam S. Simperti meritis impetravit* 259 f
Welden (*Erneſtus de*) 275 f
Wenetmerus *occidit Fulconem archiepiſcopum Remenſem* 478 a
Werenbaldus, *memoratus in Diplomate Arnulphi Magni comitis Flandriæ* 496 a
Werenbertus *monachus Cuviniensis ad divina peragenda tardior, à S. Venantio eſt correptus* 218 a; *qualis fuerit ibidem* b
Werenhofer (*Stephanus de Lantſperga*) *cujus puer phreneticus per S. Simpertum ſanitati eſt reſtitutus* 260 a
Wernhardus *epiſcopus Pataviensis* 44 f
Weſterlyne (*Livinus*) *Brugis capituli cathedralis canonicus* 489 b
Wicco *epiſcopus Neoburgensis in Bavaria* 238 d; *idem fortè qui* Wigo *ibidem* e; *qualis fuerit ibidem*
Wicfredus *epiſcopus fortè Morinorum ſeu Teruanensis* 495 e
Wichfridus *epiſcopus Coloniensis* 69 a
† Wicterpus *epiſcopus Auguſtanus* 238 e, 239 e f, 240 a b c, 242 a, 247 e, 250 e
Widemennin (*Magareta*) *Auguſtana, à corporis debilitate S. Simperti ope ſanata* 258 b
Widemennin (*Otila*) *Auguſtana, à duodenni ruptura S. Simperti ope curata* 258 c
Wido *filius Geraldi Lemovicensis* 283 d
† Wigbertus *abbas Hertfeldensis & Fritiſlariensis* 570 c d, 579 a; *S. Bonifacio in Germaniam accerſitus* 559 a
Wilhelmus, *cognomento* Pius, *comes Arvernensis, Aquitaniæ dux* 285 d *& ſeqq.*, 310 e; *turbatis in Francia rebus, invaluit* 284 f, 285 c; *S. Geraldum comitem Auriliacenſem ingenti amore eſt proſecutus* 311 a b, 314 c; *exſtruxit monaſterium Cluniacenſe & largè dotavit* 314 b; *monachos ibi conſtitutos obligavit, ut quinto anno cenſum ſolverent Apoſtolicæ ſedi* 319 d
VVilhelmus *civis Mellicensis, cujus servus in canem divina ultione transformatus formam priſtinam S. Colmani interceſſione recepit* 360 e
VVilhelmus *Normanniæ dux obtinuit regnum Angliæ* 345 d
VVillelmus *epiſcopus Coriſopitensis in Britannia Armorica* 381 b
VVillelmus. *Vide* VVilhelmus.
VVillemodus *abbas S. Andreæ Herbipoli* 572 f
† VVillibaldus *Eyſtattensis in Bavaria epiſcopus primus* 238 e, 582 b; *à S. Bonifacio epiſcopo Moguntino in Germaniam evocatus* 558 f, 559 a, 579 a; *ſcripsit Vitam S. Bonifacii* 559 c *& ſeqq.*, 562 c f, 571 a, 592 a, 594 a; *interfuit Concilio Liptinensi* 561 c; *item Concilio Germanico* 562 b; *inter Prætermiſſos* 395 b c
† VVillibalt. *Vide* † VVillibaldus.
† VVillibrordus *Friſiorum apoſtolus* 565 a, 586 e
VVilo *epiſcopus Laureacensis, exciſo Laureaco, Pataviam ſe contulit* 31 e
VViltheim (*P. Alexander*) *Luxemburgo Majoribus noſtris misit documenta* 228 f, 231 b, 232 b
VViltſperg (*Waltherus de*) *abbas Morbacensis* 229 c
† VVinfridus. *Vide* † Bonifacius.
VVingaert (*Lucas*) *Franconatus Brugensis burgimagiſter, adfuit Tranſlationi Reliquiarum S. Donatiani* 517 a
† VVinibaldus *vir religioſus, quem S. Bonifacius in Germaniam evocavit* 558 f, 559 a, 566 b, 579 a, 582 b
VVinnezeele (*Antonius de*) *Franconatus Brugensis burgimagiſter, adfuit Tranſlationi Reliquiarum S. Donatiani* 517 a
† VVinnocus *abbas Wormholtensis, cujus Reliquiæ Bergam tranſlatæ ſunt* 490 e f; *item ad monaſterium Sithivenſe ſeu S. Bertini* 492 b; *ejus corpus interfuit dedicationi monaſterii Haſnoniensis* 507 a; *item Conventui Aldenardensi* 509 e; *ejus Tranſlatio inter Prætermiſſos* 399 e
VVintanus *epiſcopus, qui interfuit Concilio Liptinensi* 561 c
VVinter (*Laurentius*) *cujus filiolus digitellorum articulos S. Simperti ope impetravit* 262 e f
VVintrung *ſacerdos* 582 c
VVirsing (*Jacobus*) *ecclesiæ S. Mauritii Auguſtæ Vindelicorum canonicus & publicus notarius* 276 a
VVitardus *nobilis laïcus Auriliacensis, à S. Geraldo comite eſt enutritus* 280 c, 300 e
† VVitbaldus.

† VVitbaldus. *Vide* † VVillibaldus.
VVitta *episcopus Burbergensis in Hassia, quem S. Bonifacius in Germaniam accersiit* 558 f
VVittwer (*Wilhelmus*) *monachus S. Udalrici Augustæ Vindelicorum* 275 d
VVizo *episcopus adfuit consecrationi S. Willibaldi* 562 c
VVoelaert (*Arnoldus*) *ecclesiæ cathedralis Brugis canonicus* 489 b
VVolffgerus *episcopus Herbipolensis* 592 f
VVolfgangus *comes Palatinus Rheni, utriusque Bavariæ dux, adfuit Translationi Reliquiarum S. Simperti* 275 b
VVolfius (*Joannes Christophorus*) *pastor ad D. Catharinam Hamburgi Scholiarcha* 174 f
VVolfradus *comes* 361 c
VVolgarius *episcopus Wirceburgensis, à Carolo Magno in consilium advocatus* 231 e
VVulfildus, *cujus fit mentio in Diplomate Arnulphi Magni Flandriæ comitis* 496 b
† VVunnibalt. *Vide* † VVinibaldus.

X

† XYstus *Papa martyr. Vide* † Sixtus.

Y

YFfus *S. Eduini Northumbriæ regis avus* 110 a
Ymmina, *Hetani Franconiæ ducis filia* 585 c, 586 e f, 590 e; *castrum Wirceburgense & Carlburgum virgo incoluit* 564 c d, 565 a b c, 584 e f, 585 a b

Z

ZAbassinus (*Franciscus Joannes*) *protulit Reliquias S. Gaudentii* 465 a b
Zacharias *Papa* 75 f, 551 e, 560 a b c f, 561 c d, 562 b c d, 566 d e, 568 d e f, 569 a, 573 f, 575 d, 579 c, 580 b f, 581 d, 582 d, 583 c e; *in Bavaria erexit episcopatus* 238 c d f; *sedem Herbipolensem S. Burchardo per litteras confirmavit* 561 e f, 562 a
Zapata (*Gomesius*) *episcopus Conchensis in Hispania, interfuit Synodo provinciali* 192 c
Zeberlein (*Joannes de Kauffperen*) *oculis captus S. Simperti ope visum recepit* 258 a b
Zenhart (*Conradus ex Desingen*) *S. Simperti ope visum recepit* 264 c
† Zeno *episcopus Majumensis in Palæstina* 604 d
† Zeno *episcopus Veronensis* 106 c
Zeno *imperator* 86 f
Zeno (*Franciscus*) *episcopus Justinopolitanus* 47 e f, 51 d, 52 a
Zenobia, *Gasparis Tutii uxor, à partûs doloribus S. Seraphini meritis liberata* 151 f
† Zenobius *presbyter* 407 e
†† Zenobius & Zenobia *sub Lysia præside in Cilicia passi* 19 f
† Zephyrinus *Papa martyr* 17 b, 410 e f, 412 a b, 417 d, 441 f, 442 a, 484 a; *sepultus in cæmeterio S. Callixti* 421 b c
Ziegler (*Joannes de Herberstholen*) *à ruptura S. Simperti ope sanatus* 264 e f
Zilhart (*Ludovicus de*) *cathedralis ecclesiæ Augustanæ canonicus* 275 d; *portavit Reliquias S. Simperti in processione* 272 a
Zilhart (*Wolfgangus de*) *canonicus ecclesiæ cathedralis Augustæ Vindelicorum* 275 d
Zolrer (*Joannes*) *auriga Augustanus, gravissimè læsus, S. Simperti meritis est curatus* 261 a
† Zoylus *martyr Cordubæ in Hispania* 189 c d, 191 d
† Zozimus *Papa* 547 a b
Zullnhart. *Vide* Zilhart.
Zurcher (*Udalricus*) *canonicus Augustanus, in ecclesia cathedrali altare erexit in honorem S. Simperti* 243 b c
Zype (*Henricus van*) *abbas S. Andreæ apud Brugas, adfuit Translationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 c
Zype (*Joannes Baptista van*) *J. U. L., ac cathedralis ecclesiæ Brugensis canonicus adfuit Translationi Reliquiarum S. Donatiani* 518 b
Zymermann (*Sigismundus*) *monachus Udalricianus Augustæ Vindelicorum* 275 d

INDEX TOPOGRAPHICUS

A

ABbir, seu Abir, civitas episcopalis in proconsulari Africæ provincia 89 d e; *hujus episc. S. Felix* 88 c *& seqq. novem*; *Altera ejusdem nominis urbs in Africa* 89 d e

Abernethum, Pictorum olim in Scotia primaria urbs 222 d

Abir. *vide* Abbir.

Abora, urbs olim episcopalis in Africa 89 c d e f

Abucini portus in provincia Maxima Sequanorum 73 d

Aciris, seu Agrius, flumen in Basilicata & regno Neapolitano 314 f

Adana, urbs in Cilicia 161 d, 394 c

Adgefrin *Vide* Yeverin.

Adrianopolis, Thraciæ urbs 460 e f

Ægana, antiqua in Apulia civitas episcopalis 162 f

Ægæ, seu Ægea, civitas in Cilicia 19 b f

Ægyptus, Africæ regio 338 c, 339 f, 395 c, 471 d, 607 e, 608 a e, 609 b; *ibi passus est S. Eustachius seu Eustathius presb.* 9 c e f

Æmona, aliàs Labacum. *Vide* Labacum.

Æquana, civitas olim Italiæ in Latio 162 f

Æsium, episcopalis Marchiæ Anconitanæ sub ecclesiæ dominio civitas 145 f, 147 e, 464 f, 465 d, 628 a; *habitum ibi Capucinorum induit S. Seraphinus* 134 c; *Ejusdem nominis fluvius* 470 d

† Afræ templum olim extra, postmodùm intra muros civitatis Augustanæ in Suevia. *Exustum & à S. Simperto instauratum* 236 b c *& seqq. novem*, 246 b c; *iterum exustum, instauratum & in monasterium Ord. Benedict. conversum* 241 c d e f; †† *Udalrici & Afræ dictum* 23 f, 228 b c e f, 229 c d e f, 233 a b, 241 f; *sæpiùs collapsum & restitutum* 241 f *& seq.*, 243 c d, 247 d e f; *S. Simperti sepulchrum* 241 b c, 246 e f; *cultus* 242 b *& seqq. sex*, 244 d e f; *Reliquiæ* 243 c *& seqq. sex*, 269 e *& seqq. plurimis*

Africa 338 c, 387 a b c f, 425 d e; *SS. Cyprianus, Felix, aliique* MMMMCMLXXV *partim Mart., partim Conff.* 83 a *& seqq.*

† Agapiti ecclesia Prænestæ in Italia. *Reliquiæ S. Callisti* 433 e

† Agnetis de Agone ecclesia Romæ. *Pars Brachii S. Callisti* 433 d

Agnio, (vulgò Aa, olim verosimiliter Enula) fluvius Belgii Audomaropolim & VVatanum in Artesia irrigans & infra Gravelingam Oceano illabens 510 d, 514 a d

Agria, Hungariæ civitas 71 b

† Agricolæ, ecclesia, postea † Nicasii dicta, Remis in Gallia 498 b; Joviniana *etiam dicta* 502 b c; *sepultus in ea fuit S. Donatianus* 498 b, 501 a

Agrigentum, civitas in Sicilia 332 e, 337 b

Agrius. *Vide* Aciris.

Agrometo, castrum in Basilicata ad ostium Agrii fluminis 334 f

Agromonte, locus prope Noam in Lucania 334 f

Agyrium, Siciliæ oppidum sublimi colli impositum 333 b c, 337 b, 339 b

Aichstadiense Ord. Prædic. monasterium in Germania 557 c

Alamanni, populi partem Sueviæ olim incolentes 236 e f, 237 a, 492 f; *à quibus dicta* Alamannia 236 e f, 237 a b, 246 f, 331 d

Alba regalis, (Stulweissenburg) Hungariæ civitas, regum olim coronatione & sepulturâ nobilis. *Eò translatæ fuerunt verosimiliùs S. Colmani Reliquiæ, ejusque caput servatum ibi fuit* 353 a b

Albia, seu Alba (*Gallicè* l'Auve) fluvius in Campania Gallica 493 e f, 526 b

Albiga, urbs Galliæ in Occitania, à qua denominatum Albiense, seu, Albigense (l'Albigeos) territorium 301 e, 303 f

Albingaunum, (hodiè Albenga) urbs in Liguria prope mare Ligusticum ad dominium Januense seu Genuense spectans 206 b e, 209 b

† Albini Andegavensis in Gallia ecclesia 299 a. Mortariensis in Longobardia, *in qua extitisse traduntur corpora SS. Amici & Amelii* 125 b

Albus campus in Lesia, seu Comitatu Reginæ in Hibernia 96 f, 101 f

Aldebergense monasterium in Germania. *Reliquiæ quædam S. Pantali* 66 d

Aldenarda, Flandriæ oppidum 509 e

Aldeneykense in comitatu Lossensi haud procul Mosaco ditionis Leodiensis monaste-

rium

Alexandria,

INDEX TOPOGRAPHICUS

Alexandria, Egypti civitas 74 d, 338 c, 407 e

Alfundega, vicus ſeu locus prope Septam in Africa, *in quo collectæ à Chriſtianis Reliquiæ SS. Danielis, Samuelis & ſociorum conditæ fuerunt* 388 b c, 391 e

Alpes, Italiæ montes 49 f, 66 f, 125 e, 126 b, 206 b, 209 b, 254 d, 320 b, 321 a, 493 d. Alpes Graiæ 210 c. Juliæ 237 e. Penninæ 210 c

Alpinæ gentes, Seprii, Villæ, Biergi & Lagi degentes, *quos ad fidem convertiſſe dicitur S. Monas* 17 a

Alſatia, Germaniæ regio 65 f, 80 d, 82 e f, 480 f

Altachium inferius, monaſterium in Bavaria 594 d

Altus Mons, Italiæ in ducatu Caſtrensi & ditione ecclesiæ oppidulum 151 d

Amalphis, Italiæ civitas. *In hujus cathedrali ecclesia Reliquiæ S. Calliſti* 433 e

† Amandi oppidum in Flandria 506 e

Amendorf. *Vide* Mamendorf.

† Amici capella Mediolani 124 f, 125 b. Novariæ *ibidem*

Ammerſee lacus in Bavariæ ducatu 261 d

Amorbacum, Franconiæ oppidulum 560 d e f

† Anaſtasiæ ecclesia Romæ. *Reliquiæ S. Calliſti* 433 e

Anazarbus, civitas Ciliciæ. *Palæſtra & patria S. Domninæ* 19 a *& ſeqq.*

Ancaranum, Italiæ in Marchia Anconitana oppidulum 151 d

Ancona, urbs Italiæ in ditione Pontificia & Marchiæ cognominis caput 468 e, 470 b, 621 d

Andacenſe monaſterium. *Vide* Mons Sanctus.

Andoverpum, ſeu Antverpia, urbs Belgii in Brabantia 506 c

† Andreæ de Avellana monaſterium. *Vide* † Crucis, ſeu † Andreæ

† Andreæ monaſterium prope Brugas in Flandria 517 a 518 c

† Andreæ veroſimiliùs olim Ord. Benedict. cœnobium († Burchardi etiam dictum) prope Herbipolim in Franconia 557 c e; *à S. Burchardo conditum & Reliquiis S. Magni ditatum* 566 e *& ſeqq. quinque; poſtmodum canonicorum collegium, nuncque* † Burchardi eccleſia *dictum* 572 f, 573 a; *eò tranſlatæ fuerunt S. Burchardi Exuviæ* 571 c, 592 f *& ſeqq. quatuor; ejuſdem cultus* 572 e f

† Andreæ templum ſublaci in Latio 377 e

Andriensis eccleſia in regno Neapolitano. *Reliquiæ S Fortunati* 523 d

Anger, Galliæ fluvius 527 b

Anglia, Europæ regnum 345 c d, 397 f, 398 a, 433 f, 558 c, 559 a b c; *S. Calliſti cultus* 437 f, 438 a b; *S. Burchardi patria* 558 b c; *item S. Bernardi* 630 a

Anienis, fluvius in Latio, ſeu Campania Romana 362 b

Aniſum, ſeu Onaſum (*vulgo* Ens) Auſtriæ oppidum & fluvius 23 c, 27 a, 43 a

Anitium, ſeu Anicium, epiſcopalis Galliæ civitas in Occitania 419 d *& ſeqq. tribus;* *Reliquiæ S. Geraldi comitis* 299 f, 300 a

† Annæ parochialis eccleſia Caſtri Frontalis in Umbria. *Reliquiæ B. Dominici Loricati* 620 c

Anſpachium, (Onoltesbach) Franconiæ oppidum, 567 e f, 568 a; nunc Marchionatus cognominis caput regi Boruſſiæ parens 588 b

Antiochia Epidaphnica, (Theopolis aliquandò dicta) civitas Syriæ ad Orontem fluvium 425 e; *ep. S. Theophilus* 169 b *& ſeqq.*

Antipolis (Antibes) urbs in Provincia & maris Mediterranei ora 206 b, 209 b

Antiſſiodorum, urbs Galliæ epiſcopalis 396 f, 397 a b, 493 f

† Antonii in Gallia archicœnobium 395 b

† Antonini eccleſia Placentiæ in Italia. *Exuviæ & cultus S. Opilii* 64 c e

Antricenſe Ord. Benedict. monaſterium diœceſis Nannetenſis in Gallia 542 a

Anwick, locus in Scotia 345 b

Apamia, Syriæ civitas 2 f

† Apollinaris monaſterium Claſſis Ravennæ in Italia. *Reliquiæ B. Dominici Loricati* 620 c.

†† Apoſtolorum ecclesia collegiata Coloniæ Agrippinæ. *Quædam Reliquiæ S. Pantali* 66 c

Aprutium, ampla regni Neapolitani in Italia pars 149 a, 151 a

Apulia, ſeu Neapolitanum in Italia regnum 335 b

Apyrum, caſtellum Italiæ in Piceno 611 d, 612 f; *Reliquiæ B. Dominici Loricati* 620 c

Aquilæ Silva in Gallia 444 e

Aquileia, urbs Italiæ patriarchalis 49 f, 50 c, 204 c

Aquiſgranum, urbs Germaniæ 550 b

Aquitania, Galliæ regio 200 e, 201 b, 202 b c, 227 b f, 236 e, 237 a, 281 e, 282 e, 283 b c, 284 f, 285 a b c e f, 286 b c d e f, 287 a b d e f, 293 a, 294 a, 296 b, 297 c, 310 f, 319 f, 419 d, 420 e, 533 e f, 535 d

Arcanum, (*vulgò* Arce, aut Rocca Arcis) oppidum Italiæ in Campania. *S. Bernardus Conf.* 628 b *& ſeqq.*

Arduenna, ſilva maxima in Belgio 230 e f

Area, ſeu Aria, urbs Belgii in Arteſia 490 c, 514 b

Arelatum, urbs Galliæ Narbonenſis 73 e *& ſeqq. tribus*, 204 f, 206 b, 209 f, 210 a

Argadia, ſeu Argatelia, Scotici regni provincia 223 b, 224 a, 226 c d

Argatelia. *Vide* Argadia.

Argentadus, (*Gallicè* Argentac) vicus in Occidentali Dordonnæ fluvii parte ſitus 297 d, 323 d

Argentoratum, epiſcopalis in Alſatia civitas 78 a, 82 f

Aria. *Vide* Area.

Ariminum, (*Italis* Rimini) non ignobilis civitas in Romandiola 205 a b, 468 e; *S. Gaudentii Palæſtra* 458 a *& ſeqq.*; *ejuſdem nominis fluvius* 472 d

Arlisheimiensis

IN TOMUM VI OCTOBRIS.

Arlisheimiensis in diœcesi Basilienſi collegiata ecclesia. *Reliquiæ S. Pantali* 66 d

Arlucenſe virginum monaſterium in Provincia 541 b

Armentum, Lucaniæ in regno Neapolitano oppidum 332 a *& ſeqq.*; *duo ibi monaſteria condidit S. Lucas abbas, Saracenos fudit* 335 d e f, 340 a *& ſeqq.*; *& obiit* 336 d, 341 e f

Armos rupes, vetus caſtrum, nunc Armentum dictum. *Vide* Armentum.

Arnſteinianum Ord. Præm. monaſterium (olim cognomine caſtrum) in diœcesi Trevirensi positum 200 f, 202 a, 203 e f

Aroasienſe Canonicorum Regularium monaſterium in Artesia. *S. Calliſti Reliquiæ* 434 d

Arpinum, Campaniæ in regno Neapolitano oppidum 628 f, 629 e; *S. Bernardi locus emortualis & ſepultura* 630 a d e, 631 b c

Arvernæ, (*Gallicè* Clermont) urbs Galliæ in Aquitania 301 e, 483 d, 534 f, 535 a. *Vide* Claro-mons.

Arvernia, ſeu Alvernia (l'Auvergne) nota Galliæ provincia 280 e, 282 b, 285 d e, 287 c e, 289 b, 292 c, 294 b, 296 b, 630 b

Aſculum, civitas epiſcopalis Italiæ in Marchia Anconitana. *S. Seraphinus Capucinus* 128 a *& ſeqq.*; *ejuſdem locus emortualis* 129 b, 148 a b c d, 157 e; *Exuviæ* 159 c

Asia, ſeu Asisia, nunc Berbir aut Berbir, civitas inter Labacum & Tergeſtum Iſtriæ urbem 49 c f, 50 a d, 52 b d

Asisia. *Vide* Asia.

Aſſisium, Umbriæ in Italia civitas 165 e, 389 e

Aſta, civitas epiſcopalis in Pedemontio ſub dominio ducis Sabaudiæ 320 e

Aſtira, Auſtriæ civitas 23 c

Aſturis, fortè nunc Stockerau. *Vide* Stockeravia.

Athryma, locus in Lagenia Hiberniæ provincia 222 c

Atina, olim civitas Italiæ 420 b

Atrebatum, urbs Belgii in Artesia 490 b

Attiniacum, oppidum in Campania Gallica 571 a

Avarionus, fluvius Bituricenſem in Gallia civitatem alluens 323 a

Audomaropolis, oppidum Belgii in Artesia 490 c e f, 514 a

† Audomarus. *Vide* Audomaropolis

Aventicus, civitas apud Sequanos 73 d

Augia Major, Sueviæ inſula in diœcesi Conſtantiensi. *Fortè Reliquiæ SS. Fortunatæ & ſociorum MM.* 449 b

Auſt. *Vide* Auguſta Rauracorum.

Auguſta Æduorum. *Vide* Auguſtodunum

Auguſta Rauracorum, civitas olim epiſcopalis in Alſatia ſuperiore ad ſiniſtram Rheni ripam 71 a b; *nunc villa* AUST *dicta* 73 b c *& ſeqq. plurimis*; *ep. S. Pantalus* 65 b *& ſeqq.*, 82 d e

Auguſta Retiæ, seu Vindelicorum. *Vide* Auguſta Vindelicorum

Auguſta Veromanduorum, olim urbs, nunc vicus & abbatia in Picardia † Quintini villa & castrum dicta 444 d

Auguſta Vindelicorum, Sueviæ civitas. 260 d, 269 e; *epiſc. S. Simpertus* 228 b *& ſeqq.*

† Auguſtini Lemovicenſe in Gallia cœnobium 300 c, 301 c

† Auguſtini Canonicorum regularium monaſterium Watani in limite Artesiæ ad Agnionem fluvium 501 d, 510 c *& ſeqq.*

Auguſtodunum, ſeu Auguſta Æduorum, Galliæ civitas epiſcopalis 80 f, 81 a *& ſeqq.*, 82 a b c d

Aulona, urbs Macedoniæ 394 a

Aurea Cella, monaſterium extra Romam ignoto loco olim ſitum, *in quo repoſitæ fuerunt S. Calliſt. Exuviæ* 443 c d e

Aurelianum, ſeu Aurelia, urbs Galliæ 78 e *& ſeqq. ſex*, 80 b c d, 483 d

Auriliacum, Alverniæ ſuperioris oppidum 166 c; *ejuſdem varia nomina & deſcriptio* 277 a b c; *S. Geraldus comes ibidem & ſeqq.*

Auſtria, Germaniæ regio 162 b; *S. Colmanus Martyr* 342 b *& ſeqq.*

† Autberti Cameraci in Belgio eccleſia 399 d

Auximum. *Vide* Auxumum.

Auxuenna, nunc verosimiliter † Manechildis fanum 530 d. *Vide* † Manechildis fanum.

Auxumum, ſeu Auximum, (vulgò Oſimo) urbs ditionis Pontificiæ in Marchia Anconitana 152 b, 468 e, 470 b, 613 c, 616 d e, 626 e

Axiopolis, Mæſiæ urbs prope Doroſtorum 425 d

Axona, (l'Aiſne) fluuius in Campania Gallica 526 b

B

BAba (*Gallicè* la Bave) rivulus in Cadurcenſi Galliæ Aquitanicæ tractu 120 b, 122 d, 123 e

Bajoaria. *Vide* Bavaria.

Bapalma, oppidum Belgii in Artesia 434 d, 490 c

Barbares, rivus ſeu torrens prope Serenopolim in Aquitania, *apud quem dicitur paſſa S. Exuperia ſeu Speria* 122 d, 123 e

Barium, Apuliæ civitas 335 b

† Barnabæ eremus. *Vide* Samugnum.

† Bartholomæi Ord. Ciſterc. abbatia prope Ariminum in Italia 463 a; *olim Ord. Benedictini cœnobium*, † Gaudentii *vocatum, in cujus eccleſia repertum S. Gaudentii Corpus* 461 f, *& ſeqq. ſex*, 473 b *& ſeqq. tribus*; *Reliquiæ S. Gaudentii* 464 e

† Bartholomæi monaſterium Brugis in Flandria 517 a, 518 c

† Bartholomæi inſula Romæ, olim Lycaonia aut Tiberina dicta 441 c

Basilea, epiſcopalis Germaniæ civitas in Helvetia 67 a d, 73 b d, 75 a, 80 f, 81 a b c d f, 82 c d e f; S. *Pantali cultus* 65 f *& ſeqq. binis*; *ejuſdem Caput, ſeu potius Cranium* 66 b c d

INDEX TOPOGRAPHICUS

Baſilicata, ſeu Lucania, regni Neapolitani provincia 334 e f

Bavaria, ſeu Bajoaria, Germaniæ regio 43 c, 44 c, 235 f, 236 a f, 237 a d e, 238 a b c, 239 c, 240 d, 241 c, 348 c e, 349 a b, 352 d, 433 f, 463 b, 580 d

Belgium, regio Europæ notiſſima 446 f, 447 a, 466 e, 493 a, 498 a; *S. Calliſti cultus* 438 e *& ſeqq. quinque*

Bellilocus, cœnobium Ord. Benedict. diœceſis Lemovicenſis in Gallia 281 c

Bellopratenſis parthenon in Belgio 398 e

Bellovacum, ſeu Belloacum (*Gallicè* Beauvais) antiqua Galliæ Belgicæ civitas. *S. Angadriſma* 538 b *& ſeqq.*; *S. Calliſti cultus* 438 a

Belvederium, (aliàs Blanda) Calabriæ oppidum haud procul à maris Tirreni littore ſitum 387 a

† Benedicti in ſtrada Galeria Bononiæ in Italia eccleſia. *Reliquiæ S. Calliſti* 433 c

† Benedicti Monaſterium ſuperius Sublaci in Latio 370 d; *pars Reliquiarum S. Chelidoniæ* 376 e f, 377 a b

Benedicto-Buranum monaſterium Ord S. Benedict. in Bavaria & tetrarchia Monachienſi 231 e f, 233 b, 239 c d e f, 240 a b c d

Berbha. *Vide* Birgus.

Bercheria, Occidentalium Saxonum in Anglia provincia 558 c

Berckan, fortè Bercha, locus prope Auguſtam Vindelicorum in Suevia 260 c

Beræa, Thraciæ urbs olim epiſcopalis 165 a b

Bernicia, olim regnum & regni Nordhumbrici in Britannia pars 108 b c, 110 e f, 114 e

† Bertini, ſeu Sithienſe monaſterium, nunc Audomaropolis in Arteſia 491 b, 492 b, 583 f. *Vide* Audomaropolis.

Bienvilla, vicus ad fluvium Matronam in Gallia. *ibi ſolitariè vixit, obiit ac ſepulta fuit S. Manechildis* 527 c d, 528 f *& ſeq.*, 531 a b

Bingium, oppidum in Germania 493 c

Birgus, ſeu Barroius, *antiquitùs* Berbha (*vulgò* Barrou) fluvius in Hibernia 96 c f, 101 f, 105 f

Biſontio, *Gallis* Beſançon. *Vide* Veſontio.

Biturigum, civitas Archiepiſcopalis in Aquitania 310 d; *hujus territorium incoluit S. Venantius* 220 b

Blaila, in territorio Arvernenſi in Gallia 397 b

Blanda. *Vide* Belvederium.

Blandinienſe cœnobium, nunc celeberrima † Petri abbatia Gandavi in Flandria 511 e

† Blaſii de Planetta eccleſia Romæ. *forte Reliquiæ S. Calliſti* 433 e

Bobienſe monaſterium Ord. Benedict. in ducatu Mediolanenſi 80 e, 82 a

Bobingen, oppidum verosimiliter in Suevia 267 d

Bohemia, Europæ regnum 347 c f, 348 a b f, 349 a, 358 a

† Bonifacii cœnobium. *Vide* Fuldenſe.

Bononia, ditionis Pontificiæ in Italia civitas 80 f, 81 f, 293 e, 433 e

Boruſſia Regia, Poloniæ regio. *Cultus S. Calliſti* 438 e

Braben. *Vide* Graben.

Bremæ, urbs Germaniæ 493 f

Brentz, fluvius Sueviæ in Danubium ſe exonorans 266 a

Brentzenhauſen, Monaſterium Ordinis Benedict. in Suevia 265 d, 266 a

Briovera, Caſtrum ad epiſcopos Conſtantinenſes olim ſpectans 79 f

Britannia. *Vide* Anglia.

Britannia Armorica, ſeu Minor, ampla regni Gallici provincia 118 e, 236 e; *S. Mauritius* 378 a *& ſeqq.*

Brivas (*Gallicè* Brioude) urbs Galliæ in Alvernia 310 e. Brivas Curretia in pago Lemovicino 314 a. La Gaillarde 121 e

Brixia, (*Italis* Bre.cia) civitas epiſcopalis in Longobardia & ditione Veneta 417 a, 429 a, 431 b, 432 b, 443 a

Brixina, epiſcopalis Germaniæ civitas in comitatu Tirolis 239 a b

Bronium in comitatu Namurcensi positum 217 d

Brugæ, Flandriæ ſecunda metropolis 398 c d e. *S. Donatianus ep. Rem.* 487 a *& ſeqq.*

Buchania, Septentrionalis hodiernæ Scotiæ provincia 223 e, 224 c

Buconia ſilva in Franconia 560 e

Buraburg, ſeu Buriburgum, epiſcopalis olim in Haſſia civitas 561 d, 562 b

Burburgenſis in Flandria diſtrictus 491 d

† Burchardi eccleſiæ. In Buſſelsheim, Erlebach, Gerichſtein, Jagsberg, Mellerſtat, Meſſelhauſen, Stepbach & Trapſtatt in Franconia 573 a

Burchardrod, ſeu Burchardiquies, locus in Buconia ſilva leucis aliquot Kiſſinga diſſitus, *quò ſæpius seceſſiſſe dicitur S. Burchardus, ut amiſſas vires recrearet* 560 e

Burgiochirica, haud procul Œtinga in Bavaria, *ita dictum templum S. Maximiliano sacrum* 38 a, 42 c

Burgum S. Domnini, oppidum prope Parmam in Italia 4 f; *cujus S. Euſtachii seu Euſtatnii* 10 c d e f

Burrus, amnis Aſtenſem in Italia agrum interfluens 13 c

Buſſans, vicus in Alſatiæ & comitatus Burgundiæ limite 204 a

Buſſinum caſtrum (Buſſy le Chateau) in Campania Gallica 529 f

Buterium, Siciliæ oppidum. *Reliquiæ S. Calliſti* 433 e

Byrra, Galliæ fluvius 209 f

Byzantina urbs 607 d. *Vide* Conſtantinopolis.

C

CAbillonum (Chalon ſur Saône) civitas Galliæ epiſcopalis 487 f, 488 b, 553 b c d, 554 b c, 555 d

Cadenacenſe in Gallia monaſterium 291 f, 328 f

Cadurcum, urbs Galiæ in Aquitania 120 a b f

b f, 121 a, 122 e, 277 c, 301 e, 303 f
†† Cæciliæ & ſociorum titulus Tranſtyberinus Romæ. *Reliquiæ quædam S. Calliſti* 433 e
Cæſarea, Paleſtinæ civitas, *SS. MM. Fortunatæ, Carponii, Evariſti & Priſciani patria & palæſtra* 449 a *& ſeqq.*
Cæſarea. *Vide* † Maria in Porticu.
Cæſarea via olim inter Ravennam & Claſſem in Italia 21 a b
Cæſarienſe monaſterium (*vulgò* Keiſersheim) Ord. Benedict. diœceſis Auguſtanæ in Suevia 274 a, 344 e
Cæſena, urbs epiſcopalis Italiæ in Romandiola ad Sapim fluvium 471 f
Cajeta, civitas regni Neapolitani in Campania 292 a
Calabria, regni Neapolitani provincia 332 d, 333 d, 334 c, 335 b c d f, 337 f, 338 a, 342 a b, 387 b c, 389 f, 392 a; *patria veroſimiliter SS. Danielis & ſociorum* 386 e; *fortè aliquæ Reliquiæ SS. Danielis & Angeli* 392 c d e
Calderus, Angliæ fluvius 118 e
† Calepodii cœmeterium Romæ 401 c d e f, 411 d, 420 f, 421 a; *S. Calliſti ſepultura* 425 e, 427 e, 428 c e, 429 e f, 430 a, 431 c, 432 b, 441 e, 443 b
† Calliſti Cœmeterium ſecundo ab Urbe lapide via Appia ſitum, antea Prætextati dictum 421 a b c d e
† Calliſti cœnobium. *Vide* S. Calliſti eccleſia S. Mariæ trans Tiberim vicina.
† Calliſti eccleſia Romæ S. Mariæ trans Tyberim vicina, nunc monaſterium Caſinenſium 427 a, 435 c d; *extat ibi puteus, in quem projectus S. Calliſtus martyrium ſubiit, ibidem, & 441 e; imago S. Calliſti* 435 d e; *ejuſdem cultus* 437 a b c
† Calliſti eccleſia olim Romæ ad montem Cælium 435 b c
† Calliſti eccleſia prope Romam nunc deſtructa 435 b
† Calliſti templum prope Cluſium in Hetruria nunc dirutum 437 d e
Camerinum, civitas epiſcopalis Italiæ in Piceno 611 b
Campania, regni Neapolitani provincia 456 b, 474 d e
Campidonum, Ord. Benedict. cœnobium in Suevia 239 f
Camplum, ſeu Camplium, parva regni Neapolitani in Aprutio Ulteriori epiſcopalis civitas 151 f, 152 c, 153 e, 154 b
Cantazara, urbs in Calabria Ulteriore. *Reliquiæ S. Fortunati* 523 a d
† Cantiani ecclesia Venetiis in Italia 50 a
Cantilogenſe in Gallia cœnobium 291 e
Cantium, ſeu Cantia, Angliæ provincia 112 c d, 114 c, 116 c, 117 b, 118 e, 396 a, 474 d e
Cappadocia, Aſiæ Minoris regio 426 a b, 427 d; *SS. Saturnini & ſociorum palæſtra* 474 a *& ſeqq.*
Captennacum in Alvernia 323 f
Capua, urbs Italiæ in Campania Felice 421 a, 456 b; *cultus S. Fortunatæ* 449 e
Caput Rivi, Aſculani agri in Marchia Anconitana oppidum 145 c
Carbonenſe monaſterium Ord. S. Baſilii in Baſilicata, *à S. Luca abbate conditum vel inſtauratum* 335 a, 336 d, 337 d, 339 d, 341 f, 342 a
Carettum, Aſculani agri in Italia oppidum 153 d
Caria, Aſiæ Minoris regio 607 b
Cariſiacum, Galliæ olim caſtrum 491 c e f
Carlburgum, caſtrum in epiſcopatu Herbipolenſi ad Mœnum fluvium ſitum 563 e, 564 a c d, 565 a b, 584 d
Carlſtadium, oppidum in Franconia 563 e
Carniola, Germaniæ provincia 52 b
Carnöeta ſylva in Britannia Minore & diœceſi Coriſopitenſi 380 d *& ſeqq.*
Carpis, epiſcopalis quondam in Pannonia civitas 28 b
Carthago, celeberrima Africæ civitas 86 d e, 87 a c e f, 88 d e f, 89 a b d, 90 a b c d f, 91 d, 94 d
Caſerta, epiſcopalis Italiæ in regno Neapolitano civitas 143 c
Caſinum Latii oppidum & Ord. Benedict. cœnobium, 198 c, 292 a, 427 a, 435 c
† Caſſiani eccleſia. *Vide* † Fortunati eccleſia Tuderti.
Caſtra Ravennatium. *Vide* Ravennatium urbs ſeu caſtra.
Caſtrum Novum, oppidum Siciliæ in valle Mazara 332 e, 339 c
Caſtrum Villarum, oppidum Calabriæ, *in quo nati dicuntur SS. Angelus, Samuel & Donolus MM. ex Ordine Franciſcano* 386 e f, 387 a, 391 f, 392 a
Caſtulo, Hiſpania urbs ad fluvium Tagum 197 d e f, 198 a d e f, 199 a
Catalaunum, civitas epiſcopalis in Campania Gallica 404 d, 483 c d, 487 f, 526 b, 530 a; *in ejus diœceſi cultus S. Manechildis* 527 a b
Catana, Siciliæ urbs 332 e, 337 b
Catholica, vicus ditionis Ariminenſis in Italia 461 a b c
Cattarick, ſeu vicus juxta Cataractam in Anglia ad fluvium Swalam 114 e
Celeia, aut Cileia, civitas olim epiſcopalis ac Norici Mediterranei caput. *S. Maximiliani patria & palæſtra* 23 a *& ſeqq.*
Celena (*vulgò* Glinech ſeu Cleinech) pagus olim Noricorum, nunc oppidulum in Auſtria 23 c, 37 a,
Cellæ, oppidum in Calabria 365 e
Cernacum, ſeu Cernonnum, (Cernay en Dormois) oppidum pagi Dulcomenſis in Gallia 529 f, 531 c
Cetius Mons, (Kalenberg) à Neoburgo ad Dravum fluvium uſque protenſus, Norici Pannoniæque Superioris limes 347 c, 359 f
Ceuta. *Vide* Septa.
Cezernacum, ſeu Cedenacum (Cezeinac ſeu Cezenac) in Cadurcenſi Galliæ tractu 391 f; *locus S. Geraldi comitis emortualis* 277 c, 279 e, 294 c, 326 c *& ſeqq. quinque*
Chalcedon, urbs in Bithynia 34 f, 397 e; *SS. Marcelli, Adriani & forte unius aut duorum aliorum palæſtra* 196 a *& ſeqq.*
Chaulum in India Orientali 397 b

Chemnenhauſen, villa in Germania 249 c, 250 f
† Chriſtoferi Capella juxta forum in Flandria 496 a
† Chryſogoni oratorium Romæ. *Reliquiæ de Brachio S. Calliſti* 433 d
Ciculi, (*Italis* Cicoli) locus in Aprutii Ulterioris Latiique confinio ſitus. *Veroſimiliter locus natalis S. Chelidoniæ* 365 e f, 366 c
Cingulum, amplum Marchiæ Anconitanæ in ſummi Pontificis ditione oppidum 144 a, 147 a
Ciriſanum, Calabriæ oppidum, *ex quo oriundus dicitur S. Ugolinus Mart.* 386 e, 391 f
Clanis. *Vide* Glanis.
Clara Vallis, celeberrimum Ord. Ciſterc. in Gallia monaſterium 397 a
Claromons, (Clermont) Alverniæ provinciæ primaria urbs 277 c, 292 f, 293 c d e f, 297 b, 486 e
Clarum-Campenſe Ord. Ciſterc. in Friſia olim cœnobium 6 e, 166 a
Claſſis Ravennæ olim oppidum haud procul Ravenna in Italia 21 a, 620 c
Clingenſe Ord. Benedict. monaſterium diœceſis Spirenſis in Germania. *Reliquiæ S. Calliſti* 430 e f
Cluniacenſe monaſterium in Gallia 277 e f, 279 b c f, 314 b
Cluſium, Hetruriæ in Senenſi territorio civitas 437 d
† Colmani Perlachenſis in Bavaria eccleſia 355 a b
† Colmani templum Styræ in Auſtria Superiore 354 e
† Colmani Suinenſis in Bavaria eccleſia 355 b
† Colmani ædes ſacra Viennæ in Auſtria 356 b *& ſeqq.*
† Colmani ſacellum prope Lunelacenſe cœnobium in Auſtria ſuperiore 354 e f
† Colmani ſacellum Salisburgi in Bavaria 354 f
Colmetranus mons prope Luceolum in Italia 614 b
Colonia Agrippina, Germaniæ civitas 163 f, 202 e, 394 b, 396 f, 433 f, 484 a *& ſeqq.*, 485 a *& ſeqq.*, 486 a b c d; *S. Pantali palæſtra* 65 b *& ſeqq.*
† Conceptionis eccleſia Capucinorum Romæ. *Altare & cultus S. Seraphini Capucini* 149 d
Condatum, oppidum in Hannonia ſitum 438 e
Coneda villa parochiæ Autiſſiodorenſis ad Ligerim fluvium poſita 286 c
Confluentia, percelebre diœceſis Trevirenſis oppidum 200 b, 202 e f
Conjunctuli Ord. Camald. monaſterium in Umbria & diœceſi Eugubina ad Sentini & Perticaræ confluentes ſitum 628 a d; *in eo quandoque B. Dominicus Loricatus moratus fuit* 613 c, 616 c, 627 a
Connacia, ſeu Connactia Hiberniæ provincia 96 c, 100 a, 105 a
Conſtantia, urbs Germaniæ in Suevia 36 a
Conſtantinopolis, civitas Patriarchalis totius Orientis metropolis ſeu caput 309 e, 604 e, 607 c d, 608 a e, 609 b, 610 e
Corbeienſe monaſterium in Gallia 554 d, 555 d
Corbeta, *aliàs* Curia Picta, pagus agri Mediolanenſis in Inſubria 13 d
Corduba, Hiſpaniæ Bæticæ urbs percelebris 399 a; *SS. Fauſti, Januarii & Martialis palæſtra* 187 a *& ſeqq.*, 477 d e, 478 b c d; *item SS. Lupi & Aureliæ* 476 a *& ſeqq.*
Corduena. *Vide* Cordula.
Cordula, ſeu Corduena civitas in Perſide 378 e f, 379 a b
Corilianum, oppidum in Calabria ſitum. *Inde oriundi fuiſſe dicuntur SS. Nicolaus & Leo MM. ex ordine Franciſcano* 386 e, 391 f *& ſeq.*
Coriolanum. *Vide* Corilianum.
Cornwallia, VVeſtſaxonici in Anglia olim regni provincia 558 c
Cortracum, Belgii in Flandria oppidum 490 d, 491 b d f
Coſtabona, caſtrum prope Juſtinopolim in Iſtria 48 b
Coverna. *Vide* Cubrinus vicus.
Cremifanenſis celeberrima abbatia in Germania 25 b c
Crucicula, ſeu Crux Ferrea, Arverniæ vicus 320 a
Crucicula (*vulgò* Petite Croix) vicus in Arvernia 318 a
† Crucis monaſterium Ord. Benedict. diœceſis Auguſtanæ in VVerdea 274 a, 275 b
† Crucis monaſterium Canonicorum Regularium S Auguſtini Auguſtæ Vindelicorum in Suevia 229 b c, 275 c
† Crucis ſeu S. Andreæ de Avellana in Italia & ditione Eccleſiæ monaſterium 613 c d; *eò ex Luceoli monaſterio tranſiit B. Dominicus Loricatus* 614 c *& ſeqq. quinque*, 616 c, 622 d e
† Crucis parochia in Flandria 496 b
Crumlovium, Bohemiæ oppidum, *ubi ſervatæ fuere Reliquiæ quædam S. Calliſti* 434 a b
Cubrinus ſive Cuberinus vicus. (poſteà Coverna dictus) ad Lævam defluentis Moſellæ prope Confluentiam in diœceſi Trevirenſi, *ubi parochus extitit & obiit S. Lubentius* 200 a *& ſeqq.*
Cuculum juxta lacum Fucinum in Marſis & regno Neapolitano ſitum 365 f
Curcnia, Hiberniæ regio. *Ibi cultus S. Conganus abbas* 223 b e f, 224 c e
Curia Picta. *Vide* Corbeta.
Curta, epiſcopalis olim in Pannonia civitas 28 b
Cuvinium, haud ignobile diœceſis Leodienſis oppidum 215 d e f; *eò olim delatæ fuerunt S. Venantii Abbatis Exuviæ* 216 e f, 217 b c d e f, 218 a b c f
Cyprus, Aſiæ inſula 338 c, 339 e
Cyſonium, Belgii in territorio Inſulenſi oppidum & Canonicorum Regularium monaſterium 429 a, *ad quod tranſlatæ fuêre S. Calliſti Exuviæ* 430 f *& ſeqq. novem*, 434 d e, 444 a *& ſeqq. multis; quædam ejuſdem Reliquiæ Remis eò delatæ* 447 c f *& ſeqq. ſex; ejuſdem cultus* 438 e

Cyterium. *Vide* Ciriſanum.

D

DAlmatia, Europæ regio 339 e
† Dalmatii Burgus & monaſterium in Pedemontio 153 f
Damaſcus, Syriæ civitas 597 e: 600 b, 604 e
Dania, Europæ regnum 345 c; *cultus S. Calliſti* 438 e
† Danielis fons in Calabria & littore maris Tirreni 387 a b
† Danielis templum apud patres Capucinos Belviderii in Calabria 389 f
Danubius, Germaniæ fluvius 240 d, 348 d e f, 349 c d, 350 f, 351 a c, 358 e f, 359 f, 360 b c
Deiparæ eremus, inſigne apud Helvetios monaſterium 161 f
Deira, regnum & regni olim Nordhumbrici in Britannia pars 108 b, 109 e f, 110 c e f, 114 e
Demena, una ex tribus regionibus ſeu vallibus, in quas diviſa fuit Sicilia 332 f, 337 e, 339 e
Demetia, olim Britonum in Anglia regnum 116 d
Deobriga, oppidum in Hiſpania 475 a
Derna, viculus ad fluvium Loganam in Germania 203 d
Dervogel Mons. *Vide* Kunigſperg.
† Deſiderii oppidum in Gallia 528 f
Devonia, VVeſtſaxoniæ in Anglia provincia 558 c
Dieſthemium, Brabantiæ oppidum. *S. Gaudentii olim cultus* 466 e f
Dietingen, pagus prope Danubium in Germania 257 d, 261 c
Dietkirchen, eccleſia collegiata ad Loganæ fluvii ripam in Germania 204 d; *cultus & Exuviæ S. Lubentii* 200 c e f, 203 d e
† Dignæ mauſolæum Auguſtæ Vindelicorum in Suevia 253 c
Dillingen, caſtrum diœceſis Auguſtanæ in Germania 244 a
Dingolfinga, Bavariæ oppidum 235 f, 238 a b
Dionantum, (Dinant) Belgii in ditione Leodienſi oppidum. *Exuviæ & cultus S. Polychroniæ & ſocii anonymi* 116 d e
† Dionyſi monaſterium prope Pariſios 217 d e, 553 d e f, 554 a, 555 d, 586 c
Divionenſe caſtrum in Burgundia 287 a
Dolenſe monaſterium Ord. Benedict. diœceſis Bituricenſis in Gallia 277 e, 293 a b
Dominicanorum PP. eccleſia Coloniæ in Germania. *Reliquiæ S. Calliſti* 433 f
Domnach Fiec, ſeu † Fieci eccleſia. *Vide* Forrach.
† Domnini Burgum 4 f. *Vide* Burgum S. Domnini.
† Donatiani eccleſia Brugis in Flandria 7 c; *olim* † *Mariæ ſacellum* 487 e, 495 c e; *corpus S. Donatiani ibidem & ſeqq. octo; ſæpiùs viſitatum* 515 c *& ſeqq. plurimis; ejuſdem Sancti cultus* 500 d *& ſeqq. quatuor; S. Ilheri (fortè Hilarii) Reliquiæ* 398 c d e
Dordonna. *Vide* Duranius.
Doroſtorus, urbs in Mæſia 404 c, 405 c
Dorſetia, Occidentalium Saxonum in Anglia provincia 558 c
Drava flumen in Liburnia 52 f
Druim Chobla, mons in Hibernia, *à S. Fiaco frequentatus* 102 f
Duacum, oppidum in Flandria 506 e
Duisburgum, oppidum Eboracenſis agri ad Calderum fluvium in Anglia 118 e
Dunfermelenſe monaſterium Ord. Benedict. in Scotia 345 a
Dunum caſtrum in Gallia ad epiſcopum Carnotenſem olim ſpectans 79 e f, 80 a
Duranius, ſeu Dordonna (la Dordoigne) fluvius Galliæ in Aquitania 120 b, 121 e, 323 d, 324 f

E

EBerſperga, Bavariæ oppidum 355 b
Eboracum, Angliæ civitas 2 d, 113 f, 114 a, 116 b, 117 a, 396 b, 414 e, 415 e, 418 c
Ebrodunenſis civitas ad Radices Alpium in Delphinatu ſita 206 b, 209 b. Caſtrum 73 d
Echingen locus in Suevia prope Donawerdam 266 f
† Ediſtii ſeu Hediſtii ædicula & cultus prope montem Soracte in Italia 21 e f
† Edwini eccleſia Bearweæ in Comitatu Somerſetenſi in Anglia 109 a. Alia fortè olim Londini 108 e f, 109 a
Eiſnach, fluvius in Suevia 268 d
Elching, locus in finibus diœceſis Auguſtanæ 268 d
† Eliæ monaſterium Ord. S. Baſilii in Calabria 334 d; *ibi aliquamdiu demoratus fuit S. Lucas ibidem &* 333 d e
Elimannia, veroſimiliter eadem, quæ ſeptimania, quam *Vide*.
Elis, epiſcopalis civitas in Achaia 60 b c f
Elleus fluvius in Britannia Minore 380 d e
Eltimoin, (*Germanis nunc* Eltman) olim caſtellum, nunc oppidum diœceſis Wirceburgenſis Mæno fluvio adjacens 567 e, 588 b
Eltman. *Vide* Eltimoin.
Emæ, Italiæ urbs ad radices Alpium ſita 49 c f
† Emmeramni monaſterium in Germania. S. *Colmani cultus* 354 f, 355 a
Enna mons Siciliæ 333 c
Enna, ſeu Ennæ caſtrum. *Vide* Joannis caſtrum.
Epheſus Ioniæ, celeberrima Aſiæ Minoris civitas 459 d; *patria, ut fertur, S. Gaudentii ibidem &* 467 b
Eplechin, vicus prope Tornacum in Belgio 448 c
Erfordienſe in Thuringia Ordinis Prædic. cœnobium 398 a
Ergitia, (*vulgò* Ergotz aut Ergetz) fluviolus in Germania 73 b
Erlebach *Vide* † Burchardi eccleſiæ.
Etna, Siciliæ mons 333 c
† Euſebii eccleſia Mortariæ in Inſubria 125 a
† Euſtachii

† Euſtachii eccleſia Romæ. *S. Calliſti Reliquiæ* 433 e
† Exuperiæ eccleſia. *Vide* † Speriæ
Eyſtadium, epiſcopalis Germaniæ civitas 351 d e f, 395 c, 562 b c d f, 566 b

F

†† Fabiani & Sebaſtiani MM. eccleſia prope Romam ad Cathecumbas 221 d e; *Caput S. Calliſti* 433 d; *ejuſdem cultus* 437 c
Fabrianum, Piceni in Italia oppidum 165 e, 611 c
Fanum, civitas epiſcopalis in Italia 464 f, 465 d f, 466 a c d, 468 e, 470 b
Fauces, oppidum diœceſis Auguſtanæ in Sueviæ Bavariæque confinio 239 f
Faventia, Italiæ civitas 612 a
†† Fauſti & ſociorum olim eccleſia Cordubæ in Hiſpania, poſtea † Petri dicta 189 c *& ſeqq.*, 190 a b c d; *SS. Fauſti & ſociorum Reliquiæ* 189 f, 191 c d e f *& ſeqq decem*; *eorum cultus* 190 d e *& ſeqq. quatuor*
Fermelinodunum (Doumferlein) Scotiæ in Occidentali Fiſa ad Markam rivum oppidum 345 f
Ferna, epiſcopalis olim civitas Hiberniæ in Lagenia 98 a
Ficanum, caſtellum Italiæ 611 d, 612 e; *cultus B. Dominici Loricati ibidem*
Figiacum, cœnobium in Cadurcis poſitum 323 b, 324 f
Filina, fluviolus in Germania 73 b
Finningen Rureſtre, veroſimiliter pagus haud procul Auguſtâ Vindelicorum 259 f
Firmum, archiepiſcopalis Marchiæ Anconitanæ in Eccleſiæ ditione civitas 130 b
Fiſchach, villa in Suevia prope fluvium Eiſnach 260 c, 263 a, 266 c
Flaminia, antiquiſſima Italiæ provincia 468 e
Flandria, inſignis Belgii provincia & comitatus 487 a *& ſeqq. plurimis; olim* Franconatum, *ſeu* Brugenſe territorium *ſolummodo fere complexa* 489 e; *deinde, ut fertur, ab Oceano ad Samonam Scaldimque fluvios extenſa* 490 a *& ſeqq. ſex*
Flaviacum, monaſterium in Gallia & Bellovacenſi agro ſitum, *à Normannis everſum fuit* 342 d *& ſeqq. quatuor*
Florentia, urbs Hetruriæ primaria 397 b, 618 a b c e f
Floriacenſe monaſterium in diœceſi Aurelianenſi in Gallia 291 b, 493 d
Floriopolis, Galliæ civitas 277 c
Fontanellenſe monaſterium in Gallia & territorio Rothomagenſi 540 a, 541 e f, 542 a
Fontanetum Galliæ nunc vicus in Burgundia 493 e
Fontenaium, (Fontenai le Comte). *Vide* Villa Nova à Comite.
Foro-Julium, (*Gallicè* Frejus) urbs in Provincia & maris Mediterranei ora 206 b e, 209 b, 210 a, 406 b
Forrach, locus extra Sleptam in Hibernia, *ubi S. Fiecus monaſterium conſtruxit*, Domnach Fiec, *ſeu* † Fieci eccleſia *dictum*, 102 a b c d e, 105 c, 106 d
† Fortunati ecclesia (*olim* † Caſſiani) Tuderti in Umbria 521 b; *corpus S. Fortunati ibidem* c, 522 d *& ſeqq. octo*
† Forum-Julium, Italiæ provincia 50 e, 444 a
Foſſæ, ditionis Leodienſis ſupra Namurcum oppidum 2 a, 226 b
Foſſatum Villanum in Norico 52 f
Francia. *Vide* Gallia.
† Franciſci ecclesia Minorum Conventualium Montisbodii in Italia 463 d, *S. Gaudentii Exuviæ ibidem & ſeqq. viginti*
Francofurtum, ampla Germaniæ urbs 240 e, 398 a
Franconatus, ſeu Terra Franca (*vulgo* het vrye) Brugenſe in Flandria territorium 489 e
Franconia, Germaniæ provincia 347 e, 557 a, 564 c d e f, 565 a, 568 f, 569 a b, 589 b; *S. Burchardi cultus* 571 e *& ſeqq. octo*
Fraxinetum, oppidum in Italiæ & Provinciæ confinio 206 b c d e f, 207 b, 209 b, 210 a c d e
Freſea, ſeu Friſia regio in Belgio 503 b, 506 b c, 569 e, 571 a b
Friacum monaſterium ignoto loco in Gallia ſitum 323 b
Fridberg. *Vide* Paciſmons.
Friſingensis in Bavaria ecclesia. *S. Maximiliani cultus* 39 f, 40 a
Frontale caſtrum in Italia & diœcesi Sanſeverinate ad radices montis Suavicini ſitum, *ubi colitur B. Dominicus Loricatus* 620 b f
Fueſſenſe ſeu Faucenſe cœnobium. *Vide* † Magni.
Fuldenſe in Germania Ord. Benedict. monaſterium 231 d e, 240 f, 566 b c, 569 e; *S. Calliſti Reliquiæ* 430 d e f
Fulginium, urbs Eccleſiaſticæ ditionis in Umbria 613 c
Furnæ Flandriæ oppidum 166 b, 491 b
Furſacum, vicus agri Lemovicensis in Gallia 227 e
Fuſciniacum in Picardia 6 e

G

Gallia 395 c d, 406 b, 417 c, 418 a, 433 f, 483 c d e, 484 a, 485 a *& ſeqq.*, 486 a b c, 492 b d, 498 f, 499 a, 500 e, 558 a, 559 a, 562 d; *S. Calliſti cultus* 437 f, 438 a b; *Galliæ ſtatus turbatus* 284 d e f, 285 a b, 286 c d. Gallia Celtica 301 e. Comata 558 d e f
Gallinarium caſtrum in Campania ſeu Terra Laboris 630 a
Gallovidia, Britanniæ regio 112 b c
Gamugnum. *Vide* Samugnum.
Gandavum, Flandriæ metropolis 45 a e, 46 b, 494 b; *S. Donatiani cultus* 501 b
Gaſa, civitas Palæſtinæ olim epiſcopalis 594 c, 595 a, 604 d e
† Gaudentii basilica & monaſterium Ord. Benedict. Senogalliæ in Italia 463 c; *ibi olim*

olim extiterunt S. Gaudentii Exuviæ ibidem b c d
† Gaudentii Ord. Benedict. monaſterium Arimini. *Vide* † Bartholomæi abbatia.
†† Gaudioſi & Fortunatæ monaſterium monialium Neapoli in Campania Felice 450 e; *Corpora SS. Fortunatæ & Fratrum ibidem* f *& ſeqq. duodecim*, 458 a *& ſeqq. tribus*
Gebwyler, Alſatiæ oppidulum 232 c
Genua, ſeu Janua, nota Italiæ civitas ac Reipublicæ cognominis caput. *Ep. S. Romulus* 204 a *& ſeqq.*
Gennatis ager in Sublacenſis abbatiæ in Latio ditione 369 f
† Georgii eccleſia Collegiata Pirani in Iſtria. *Cujuſdam S. Maximiliani non ſatis noti corpus* 48 b c *& ſeqq.* 49 a *& ſeqq.*, 50 a *& ſeqq. quindecim*
† Georgii monaſterium Canonicorum Regularium Ord. S. Auguſt. in diœceſi Auguſtana 275 c
† Georgii vici plures in Arvernia Superiore 323 b
† Geraldi eccleſia Lemovicis in Gallia, *converſa in hoſpitale* 299 c d
† Geraldi monaſterium. *Vide* †† Petri & Clementis Monaſterium.
† Geraldi Prioratus in Lemovicenſi ſuburbio 299 d; *ejuſdem ibi Reliquiæ*, *ibidem* e f
† Geraldi Prioratus in diœceſi S. Flori in Alvernia 299 d e
† Geraldi Prioratus apud Toloſates in Gallia 299 e
† Geraldi prioratus apud Tutelenſes in Lemovicenſi Galliæ provincia 299 e
† Germani à Pratis monaſterium Ord. Benedict. Pariſiis 212 e, 215 e f; *S. Venantii Reliquiæ* 216 a b c; *Cuvinio ad illud tranſlatæ* 218 c d; *ejuſdem cultus* 219 a b
Germania 395 c, 433 f, 533 e f, 534 a b d e f, 535 a b c d, 561 c e, 562 d, 566 d, 592 d, 619 c. *In hanc ex Anglia à S. Bonifacio evocatus S. Burchardus* 558 f, 559 a c *& ſeqq.*, 560 a *& ſeqq.*; *S. Calliſti cultus* 438 d
Ginzburg, Sueviæ oppidum 255 d
Glanis, vel Clanis, olim Liternus, fluvius in Campania Felice 456 f, 457 a
Glaſtonium, olim monaſterium in Anglia, in quo *extiterunt S. Calliſti Reliquiæ* 433 f
Gleni, fluvius in Bernicia, *ubi Baptizanti S. Paulino ſæpius adſtitit S. Edwinus rex* 114 d f
Gogna, amnis in Inſubria 124 b
Goſlarienſis eccleſia Collegiata in Germania, *Reliquiæ S. Calliſti* 433 f
Graben, Vicus aut oppidum prope Landipergam in Bavaria 260 b, 267 f, 268 a
Granci, vicus publicus Neapoli in Campania 451 b
Gratia, ſeu Lumen Dei (*Gallicè* Leime) parthenon in diœceſi Cadurcenſi 120 b
Gravelinga, Flandriæ oppidum 514 a
Greo, mons totius ferè Arverniæ excelſior 312 f
Grumentum, civitas olim epiſcopalis in Baſilicata ad Agrii Sciagræque fluminum confluentes 335 e
Guadalſagiara in Nova Gallicia 5
† Gumberti cœnobium Anſpachii in Franconia 591 a; *poſteà Canonicorum Collegium* 567 e f, 568 a d, 588 c d
Gundelſingen, oppidum Germaniæ in Suevia 263 e, 265 d
Guntz, fluvius in Suevia 256 f

H

Habersthoven, ſeu Herbertshofen, duplex pagus in Suevia 264 e 266 a
Hammaburgum, urbs in Germania 493 f
Hamulo, caſtellum in Franconia 565 à b, 586 e
Harlebeca, oppidulum Belgii in Flandria 491 d, 492 a, 495 e
Haſnonienſe antiquum & celebre monaſterium in Hannonia, *cujus dedicationi interfuit S. Donatiani feretrum* 504 d e f, 505 a *& ſeqq.*, 506 a
Haſſelbach in Suevia non procul Kircheimio 266 f
Haſſia, Germaniæ provincia 559 d, 562 b
† Hediſtii ædicula. *Vide* † Ediſtii.
Heiligenſtad, Germaniæ oppidum 493 f
Helvetia Germaniæ regio 83 b
Herbertshofen. *Vide* Habertshoven.
Herbipolis, incolis Wurtzburg, Franconiæ civitas. *S. Burchardus epiſc.* 557 a *& ſeqq.*
Heſdinum, Belgii in Arteſia oppidum 490 c
Hethfelth, Campus in Britannia, *ubi occiſus eſt S. Edwinus rex* 116 f
Hibernia, Europæ inſula 223 e f, 224 a b c d e, 225 b c f, 226 f 344 d ef, 397 c, 481 d, 559 a; *S. Fiecus Sleptenſis epiſc.* 96 c *& ſeqq.*; *SS. Fincana & Findocha* 222 a *& ſeqq.*; *veroſimiliùs S. Colmani patria* 345 a b f, 346 a b c d, 359 f
Hieroſolyma, Palæſtinæ civitas 284 a, 342 f, 343 a, 344 a, 347 c, 352 b c d e, 508 d; *eò peregrinaturus S. Colmanus in Auſtria occiſus eſt* 348 b c *& ſeqq. ſeptem*, 358 a, 359 e, 361 f; *S. Coſmæ epiſc. Majumenſis patria* 597 a b
Hi Kinſelach, ampla Hiberniæ regio in Lagenia, *cujus incolas ad fidem adduxit S. Fiecus* 101 e f, 104 f, 105 f
†† Hippoliti & Laurentii Ord Camald. Faventiæ in Italia monaſterium 612 a
Hiſpalis, Hiſpaniæ civitas 434 e f; *fortè Reliquiæ S. Calliſti* *ibidem*
Hiſpania, Europæ regnum 386 f, 387 b, 417 a b, 433 f, 475 a f, 476 a, 489 a; *S. Calliſti P. & M. cultus* 438 c d; *SS. Danielis & ſociorum ex ordine Franciſcano Exuviæ* 338 c d e; *cultus* 389 e f, 392 c d
Hocbergenſis parochia in Franconia 566 f
Hohenburgum, nunc Homburgum. *Vide* Homburgum.
Holthawe parochia in Flandria 495 b
Homburgum, ſeu Hohenburgum, arx in Franconia ſub dominio epiſcopi Herbipolenſis ad Mœni Salæque confluentes 560 d e, 563 a b, 584 d; *S. Burchardi epiſc. locus emortualis* 569 f, 570 a *& ſeqq. ſex*, 589 f, 590 a b c; *ejuſdem cultus* 572 e f

Hornainienſis vicus in Hannonia 438 e; *S. Callliſti cultus* 439 a
Hortus Concluſus ſeu Herentalenſe Ord. Præmonſt. virginum cœnobium in Brabantia 397 f
Houſi pagus, ſeu comitum Andecenſium in Bavaria diſtrictus 239 e
Humbrus, fluvius in Britannia, à quo Nordhumbria dicta 108 a b, 113 a, 114 f, 115 d
Hungaria, Europæ regnum 342 f, 343 a d, 344 a b c, 345 a, 362 a, 492 a; *cultus S. Calliſti*, 438 e; *eò ex Auſtria tranſlatum fuit, at non diu pòſt relatum S. Colmani corpus* 352 b *& ſeqq.*, 353 a b

I

† IAcobi eccleſia Aſculi in Marchia Anconitana 152 f
Jagsberg. *Vide* † Burchardi eccleſiæ.
Janua. *Vide* Genua.
Jamnia (Jambe), vicus in Belgio prope Namurcum 434 e, *cultus S. Calliſti & fortè Reliquiæ* 438 e
Japidia Vetus, regio Illyrici Occidentalis 52 b
Idle, amnis in Britannia 111 f
Jeſſi, Aſculani agri ſub ſummi Pontificis dominio oppidum 149 f
Iglingen, haud longè à Landſperga in Bavaria 261 a
Ilara, fluvius Germaniæ in Suevia 265 f
Illipa, ſeu potiùs Julipa, Hiſpaniæ oppidum 479 e f
Illyricum, Europæ regio 46 f
Ingelheimium, (*vulgò* Ingelheim) antiquiſſimum oppidum in Germania 493 c d, 563 c
Ingolſtadium, Bavariæ urbs 240 d
Inningen, Sueviæ pagus prope Auguſtam Vindelicorum 258 c, 261 d, 267 c
Inſubria, Italiæ regio 60 d e, 395 b; *S. Calliſti cultus* 437 e
Inſulæ, notiſſima Belgii urbs 430 f, 434 e
Interamna, Italiæ civitas 19 b, 523 d
Interamnenſis regio in Luſitania 388 f; *cultus SS. Danielis & Sociorum MM. ibidem*
† Joannis Baptiſtæ virginum monaſterium Sublaci in Latio 365 d, 376 e
† Joannis Baptiſtæ ſacellum in Cathedrali eccleſia Cremonæ in Italia, *Reliquiæ S. Calliſti* 433 e
† Joannis Majoris eccleſia Neapoli in Campania 449 e
† Joannis in Monte eccleſia Bononiæ in Italia, *Reliquiæ S. Calliſti* 433 e
Joannis caſtrum (olim Enna ſeu Ennæ caſtrum) oppidum Siciliæ in regione ſeu valle Demini. *Natus ibi dicitur S. Lucas abbas* 333 a, 339 d
† Johannini eccleſia Florentiæ in Italia, *Reliquiæ S. Calliſti* 433 e
Joinvilla, oppidulum Galliæ in Campania 528 f
Jona, Scotiæ inſula, *in qua ſepultus dicitur S. Conganus abbas* 225 d, 226 d
Jordana, fluviolus in Arvernia 277 b
Jotrenſe monaſterium in Gallia 395 c
Ipræ, Belgii in Flandria civitas 494 b, 496 a
Iſara, fluvius in Bavaria 239 c
Iſenacenſe Ord. Prædic. monaſterium in Thuringia 398 a
Iſtria, Italiæ provincia 47 d f, 49 e, 50 b c d e; *à Longobardis devaſtata* 50 f
Jug, mons in Scotia 345 b
† Juliani Brivatenſis abbatia in Gallia 287 a
† Juliani Ord. S. Baſilii monaſterium in Baſilicata 334 d; *adiit id, auxitque S. Lucas abbas* 334 f, 335 c, 338 c d f, 339 a
Julia Nova, regni Neapolitani in Aprutio Ulteriori oppidum 152 e, 154 d
Juliæ Pietas. *Vide* Polentum.
Juſtinopolis, urbs Iſtriæ primaria 47 f, 48 a, 49 e, 50 c e, 51 e, 52 d

K

KAuffpeiren, Sueviæ oppidum 258 a, 261 d, 267 e
† Kiliani eccleſia cum adjuncto monaſterio Herbipoli in Franconia, *à S. Burchardo condita & Exuviis SS. Kiliani & Sociorum ditata* 569 b c, 585 e f, 586 b c; *poſtmodum collapſa, hodieque novum monaſterium dicta*, 565 d e f, 566 a b, 591 b; *in ea ſepultus fuit S. Burchardus* 571 b, 590 c d; *ejuſdem ibi cultus* 572 e
Kilkennienſis in Offoria Hiberniæ provincia abbatia 3 d
Kiſſinga, Franconiæ ad Mœnum oppidum 560 e
Klain Oettingen in Ducatu Bavariæ ad lacum Ammerſee 258 d, 261 d
Kunigſperg, caſtrum Styriæ in Monte Dervogel ſitum 50 d

L

LAbacum, Carnioliæ Metropolis 49 e f, 50 f, 51 c, 52 d
Lagenia, Hiberniæ provincia 96 c, 99 e, 100 a b, 101 b c, 105 c d, 106 e, 222 c, 225 b c f, 226 e; *hujus rex haud extitit S. Conganus abbas* 226 a
Lamberſatum, Belgii prope Inſulas in Flandria pagus 434 e; *S. Calliſti Reliquiæ, ibidem; ejuſdem cultus* 438 e f, 439 a
Landſperga, Bavariæ oppidum 254 c, 255 a, 260 a
Langoneti monaſterium Ord. Ciſterc., in Britannia Minore & in confinibus diœceſis Coriſopitenſis ſitum. *Ibi monachum induit & abbas extitit S. Mauritius* 379 e f, 380 a b c
Lares, Africæ olim civitas epiſcopalis 94 d, 95 f
Laodicea, Aſiæ Minoris urbs 425 e
Lateranenſis baſilica Romæ. *Imago S. Calliſti* 435 d; *ejuſdem cultus* 437 d
Laudonia, regni Nordhumbrici provincia 112 b c
Laudunum, Galliæ civitas 59 d e, 286 b f
† Laverii ædes ſeu templum prope Grumentum in Baſilicata, *à S. Luca abbate conditæ*

conditæ 335 e, 341 c
Laura S. Sabæ. *Vide* † Sabæ Laura.
Laureacum, civitas olim epiſcopalis, totius Norici Ripenſis præcipua, nunc Lorch aut Lorich vicus in Auſtria 25 b *& ſeqq. plurimis; variis cladibus attrita* 30 b *& ſeqq.*, 31 a; *ejus diœceſis termini* 52 f; *epiſcopus S. Maximilianus Mart.* 28 f, 29 a *& ſeqq.*, 30 a, 54 e f, 55 a b c d
† Laurentii Ord. Benedict. Bituricenſis in Gallia abbatia 296 c
† Laurentii eccleſia cathedralis Genuæ in Italia 207 f
† Laurentii eccleſia collegiata Spelli in Umbria, *Reliquiæ S. Calliſti* 433 e
Laurentina via olim Romæ 21 a b
Laurentum non ignobile Italiæ oppidum 21 b, 22 a
Lauretillum Italiæ oppidum, *Reliquiæ S. Calliſti* 433 e
Lauretina via olim veroſimiliter prope Ravennam in Italia, *S. Ediſtii ſeu Hediſtii palæſtra* 21 d e
Lauri oppidum in Italia & Piceno 130 f, 131 b; *ibi plurimos ægros S. Seraphinus miraculosè curavit* 147 f
Laus Pompeia Nova, (*vulgò* Lodi) epiſcopalis civitas in Inſubria 59 a; *eò ex Laude Veteri tranſlatum S. Juliani epiſc. corpus* 63 a b c d; *ejuſdem cultus ibidem* e f, *&* 64 a d
Laus Pompeia vetus civitas olim epiſcopalis in Inſubria, nunc vicus Lodeva dictus, *hujus epiſc. S. Julianus* 59 a *& ſeqq.*
Lechauſen, pagus prope Auguſtam Vindelicorum 253 c, 255 a, 266 f
Legia, (*vulgò* Liſa) fluvius Belgii in Comitatu Arteſiæ naſcens & Gandavi in Scaldim labens 510 c, 539 c
Legio ſeptima Gemina, *urbs Hiſpaniæ* 188 a, 194 e
Lemovicum, urbs Galliæ, provinciæ ejuſdem nominis caput 227 a, 282 f, 283 a f, 284 b c, 312 d
Leobardi Cella. *Vide* Mauri-Monaſterium.
Leodium civitas Germaniæ 497 d, 550 d
Lerinenſe monaſterium in Gallia & Provincia 540 e f, 541 a b
Leſia. *Vide* Reginæ comitatus.
Lezatenſe cœnobium in Occitania 283 e
Liberiana baſilica Romæ, *cultus S. Calliſti* 437 d
Liburnia, Illyrici regio 50 d, 52 f
Libuca, fluvius in Bavaria 239 c
Ligeris, Galliæ fluvius 216 e, 493 d
Ligures, Italiæ populi 15 e
Lincium, Auſtriæ urbs, *Reliquiæ S. Calliſti* 434 a b c
Lindiſſa, provincia regni Merciorum in Britannia 114 f, 115 a d e f, 116 b, 119 d
Linternum, ſeu Literum, urbs Campaniæ Felicis nunc exciſa, & Patria, (*Italis* La Torre di Patria) dicta, *ubi extiterunt corpora SS. Fortunatæ & Fratrum ejus MM. ex Oriente advecta, donec Neapolim tranſlata fuere* 449 e, 450 d e, 456 a e f, 457 a
Liptinæ in agro Cameracenſi olim ſitæ 561 b
Literus. *Vide* Glanis.
Liturnum, ſeu Turnum, *Galliæ oppidum* 289 a, 291 d f
Lo, Parochia in Flandria 495 c
Locelech, locus veroſimiliter in Agadia ſeu Argatelia Scotiæ provincia, 226 c d; *Vitam ibi monaſticam egiſſe dicitur S. Conganus abbas* 224 a, 225 c d
Logana, Germaniæ fluvius 200 c, 202 f, 203 b c f
Loginſtein, villa ad Loganam fluvium in Germania 202 f
Loheac, ſeu Ledouac, parochia diœceſis Briocenſis ſeu S. Brioci in Gallia, *locus natalis S. Mauritii abbatis* 379 b
Londinum, Angliæ civitas 5 f, 162 c
Lovanium, Brabantiæ urbs 488 c
Luca, civitas epiſcopalis in Italia, parvæ Reipublicæ caput 320 e
† Lucæ abbatis templum & Reliquiæ Armenti in Lucania 336 d e
Lucania, Italiæ regio, nunc Baſilicata dicta 332 a; *pluribus ibi monaſteriis præfuit S. Lucas abbas* 335 a b, 340 f
Luceoli monaſterium Ord. Camald. in Umbria 613 c; *monachus ibi factus eſt & diu vixit B. Dominicus Loricatus* 614 a b c, 622 a b c d
Lucida Vallis, abbatia Ord. Ciſterc. prope Senones in Gallia 481 c
Lucus, Aſculani agri in Italia pagus 146 f, 152 a, 153 f
Lugdunum, urbs Galliæ Archiepiſcopalis 321 a, 438 b, 483 b c, 547 f, 549 e f, 550 a
Lugdunum Clavatum. *Vide* Laudunum.
Lumen Dei. *Vide* Gratia ſeu Lumen Dei.
Luna, urbs Hetruriæ jam dudum exciſa 168 a
Luſitania. *Vide* Portugallia.
Luthoſa, Belgii oppidum in Comitatu Hannoniæ 447 c
Luxovienſe Ord. Benedict. monaſterium à Baſilienſi ſeu Auguſtana civitate haud multum diſtans 80 d e, 81 b, 82 b
Lycaonia, inſula. *Vide* † Bartholomæi inſula.
Lycus, fluvius Bavariæ & Sueviæ olim limes 52 f, 236 c, 237 f, 239 c f, 240 c d, 246 c f, 351 d
Lyming, monaſterium olim in Cantia 117 b

M

Macerata, epiſcopalis ſub archiepiſcopo Firmano in Marchia Anconitana civitas 144 c, 147 b, 611 b
†† Machabæorum eccleſia Coloniæ in Germania, *extat in ea S. Pantali epiſc. & Mart. tumulus* 70 c d e; *ejuſdem corpus* 66 b, 70 c d
Macri, eremi veroſimiliter in Mauritania ſitæ pars 87 a, 96 a
Madkerka, parochia in Flandria 495 b
Mænevia, Britonum olim in Anglia regnum 116 e
Magdeburgum urbs Germaniæ 398 a, 399 d e
† Magni Fueſſenſe ſeu Faucenſe cœnobium diœceſis Auguſtanæ in Sueviæ Bavariæque confinio

confinio ſitum, *exuſtum & ope S. Simperti inſtauratum* 236 c & *octo ſeqq.*, 239 f, 246 b c
Majuma, Palæſtinæ civitas, olim Conſtantia dicta. *Ejus deſcriptio* 594 c f & *ſeq.*; *epiſc. S. Coſmas ibidem & ſeqq.*
Majus monaſterium, abbatia prope Turones in Gallia 219 b
Malamortenſe caſtrum in Gallia 283 f
Mamendorf, aut Amendorf, Noricorum oppidum 249 b, 250 f
Mamertini cuſtodia, locus Romæ ad radices Capitolii nobilitatus vinculis SS. Petri & Pauli & aliorum martyrum 440 e, 441 b, 443 a b
† Manechildis Fanum, (*vulgò* S. Menehou aut S. Menehoud) in extremis Campaniæ Gallicæ finibus ſitum. *Ejus deſcriptio* 526 b c; *olim probabiliter Auxuenna dictum* 530 f; *S. Manechildis virg. cultus* 527 a b *Reliquiæ*, 529 e f, 530 a b d e f, 531 c d
† Manechildis eccleſia Paludelli (*Gallicè* de Palluau) in finibus diœceſis Bituricenſis 527 b, 530 f
Mantua, urbs Italiæ in Longobardia 395 b
Maora, fluvius in Hetruria 168 a
Maranum, Forojulienſis provinciæ in ditione Reipublicæ Venetæ oppidulum 152 d, 253 f
† Marcelli abbatia Viennæ in Delphinatu Gallico 545 b
† Marcelli Pariſienſe ſuburbium; *S. Angadrijmæ cultus* 544 e
Marchia Anconitana. *Vide* Picenum.
Marchianenſis abbatia in Belgio & Comitatu Atrebatenſi 490 c
Marculiſcus, (*Gallicè* Marcoles), pagus non longè ab Aureliaco in Arvernia Superiori 323 d; *plures hujus nominis vici apud Arvernos Superiores* 324 f
† Maria in porticu (*olim* Cæſarea) Ravennæ in Italia ſuburbium 473 f
† Mariæ eccleſia Arcani in Latio; *corpus S. Bernardi conf.* 629 d e, 632 c d
† Mariæ cathedralis eccleſia Atrebati 11 e; Auguſtæ Vindelicorum, *à S. Simperto inſtaurata & dedicata* 237 e f; *S. Simperti Reliquiæ* 244 d
† Mariæ parochialis & collegiata eccleſia Brugis in Flandria 517 a
† Mariæ de Cortelandini eccleſia Lucæ in Italia 433 e; *Reliquiæ S. Calliſti ibidem*
† Mariæ eccleſia Marrochii in Africa 388 c
† Mariæ Majoris eccleſia Neapoli in Italia, *Reliquiæ S. Calliſti* 433 e
† Mariæ eccleſia in villa Neriſtein ad Rheni ripam in Germania 563 c
† Mariæ Metropolitana eccleſia Remis 429 b; *ad hanc Cyſonio tranſlatæ S. Calliſti Exuviæ* 431 d e f, 432 a
† Mariæ de ara cœli, de Capella, in Coſmedin, de populo eccleſia Romæ, *in quibus exiſtunt. S. Calliſti Reliquiæ* 433 d e
† Mariæ trans Tyberim eccleſia Romæ 402 a, 412 e, 413 a, 418 e, 426 e f, 427 a; *à S. Calliſto condita* 422 b & *ſeqq.*, 423 a b c d e; *imago S. Calliſti* 435 d e; *ſimulacrum ibidem* f & 436 a; *cultus* 436 c & *ſeqq.* 437 a
† Mariæ cathedralis eccleſia Tricariæ in Baſilicata, *Reliquiæ S. Lucæ abb.* 336 f. *Tuderti in Umbria* 521 a
† Mariæ Carnoëtenſe monaſterium, ope S. Mauritii abbatis conditum, & dein S. Mauritii vocatum in Britannia Minore 379 b, 380 d e f, 381 a b c; *S. Mauritii abbatis ſepulchrum & cultus* 382 d e f, 383 a & *ſeqq.*
† Mariæ monaſterium ad littus Moſellæ in diœceſi Trevirenſi, *ubi ſeptennio pœnitentiam egiſſe dicitur S. Ruſticus epiſc.* 538 d
† Mariæ ad S. Paulum monaſterium prope Bellovacum in Gallia Belgica 543 b; *cultus S. Angadrismæ* 544 e
† Mariæ Sitriæ monaſterium Ord. Camald. in Umbria 466 a 616 f, 617 a b, 628 d
† Mariæ parochia in Flandria 495 b
† Mariæ mons. *Vide* Wirceburgenſe caſtrum
† Mariæ ſacellum Brugis. *Vide* † Donatiani eccleſia.
† Mariæ Magdalenæ de Berufio virginum monaſterium in Italia, *Reliquiæ S. Chelidoniæ* 365 d
†† Mariæ Magdalenæ & Chelidoniæ ſacellum, & cœnobium in Norrenſi ſolitudine in Latio 369 b, 375 f; *ad illud delatæ fuere S. Chelidoniæ Exuviæ* 364 e f, 365 a
Marrochium, Africæ urbs 384 b, 388 d e
Marſorum, ſeu Marſicorum provincia ad Agrium fluvium in regno Neapolitano 538 d
Martana, ſeu Martiana civitas Italiæ nunc exciſa in Ora Æſii fluminis 460 b, 469 d
† Martialis Ord. Benedict. cœnobium Lemovicis in Gallia 280 b c, 281 a & *ſeqq.*, 300 c, 304 a; & *tumulus* 284 b; *hunc ſæpe viſitavit S. Geraldus comes* 287 f & *ſeq.*, 299 c d, 321 c
† Martini Burgum in Italia 321 c
† Martini Canonicorum Regularium monaſterium Lovanii in Brabantia 488 c, 489 c
† Martini Maſciacenſe in diœceſi Bituricenſi cœnobium 240 b c, 277 e
† Martini Ord. Benedict. monaſterium Tornaci in Belgio 296 a, 397 e, 492 a
† Martini Turonenſe cœnobium 211 f, 212 c, 213 b e, 214 b c, 221 b, 287 a b, 554 b; *poſtmodum canonicorum capitulum* 214 d e; *ejuſdem ſepulchrum, à S. Geraldo comite frequentatum* 321 c
† Martini Ord. Ciſterc. monaſterium diœceſis Coriſopitenſis in Britannia Minore 378 b
Maticha, fluvius in Bavaria 38 a, 42 c
Matrona, Galliæ fluvius 498 f, 499 a, 528 f
† Matthæi in Merollana altare Romæ, *in quo conditæ S. Calliſti Reliquiæ* 433 e
Matutiana villa, nunc oppidum, *vulgò* S. Remo dictum, in ditione Genuenſis Reipublicæ 206 a, 207 b e, 209 b c e; *obiit ibi ſepultuſque fuit S. Romulus epiſc.* 205 c, 208 f, 209 a
Maurienna Seutia, (*Gallicè* S. Jean de Maurienne), *civitas Galliæ olim epiſcopalis in Alpium Graiarum Penninarumque provincia*

provincia 206 b 209 b
Mauri-Monaſterium (olim Leobardi Cella) Ord. Benedict. in Alſatia 76 b, 480 c, 555 a; *Exuviæ & cultus S. Cæleſtii ibidem* e f, 481 a b c
Mauritania, Africæ regio 209 a, 386 f; *eò in exilium miſſi ſunt SS. Cyprianus, Felix aliique* MMMMCMLXXV 95 f, 96 a
† Mauritii eccleſia collegiata Auguſtæ Vindelicorum 275 c, 276 a
† Mauritii Carnöetenſe monaſterium. *Vide* † Mariæ Carnöetenſe.
† Maxentii monaſterium in Gallia 277 e
† Maximiliani epiſc. & Mart. eccleſia Celeiæ in Styria 23 b, 37 f
† Maximini cœnobium Treviris in Germania 162 c, 533 a, 534 e
Mazara, Siciliæ vallis ſeu regio 332 f
Mazenſieleren, oppidum in Germania 250 b
Mechlinia, Belgii civitas. S. *Gaudentii cultus* 466 f, 467 a d
Mediolanum, Inſubriæ civitas 60 a c e, 61 b c d, 124 f, 204 f, 408 d f, 416 f, 417 a, 614 a c, 615 a, 616 f; *epiſc. S. Monas* 11 a & *ſeqq.*
Meldæ, urbs in Gallia 3 c d, 483 d
Melicucca, (*Italis* Melicoccha) oppidulum aut vicus in Calabria 333 d e
Mellerſtat. *Vide* † Burchardi eccleſiæ.
Mellicum, Auſtriæ Inferioris oppidum 350 d, & Ord. Benedict. cœnobium 229 e, 343 a & *ſeqq.*; *S. Colmani Reliquiæ* 351 a & *ſeqq.*, 352 a, 353 b, 359 c d, 361 a b; *cultus* 353 d & *ſeqq. ſeptem*, 355 c & *ſeqq. tredecim*
Melmum, locus in Britannia 115 a
Memingen, Sueviæ oppidum in Auguſtanæ & Conſtantienſis diœceſium confinio 262 b
Mempiticus pagus, Flandriæ olim contiguus 410 c, 490 d, 492 b, 510 d; *ejuſdem termini* 514 b c d
Menæ, aut Menæna vel Menænon antiquum in Sicilia oppidum. *Fortè patria S. Lucæ abbatis* 333 a, 339 d
Meringhingen, pagus in Germania 248 c
Meringen, Bavariæ pagus 259 f, 267 b
Meſſelhauſen. *Vide* † Burchardi eccleſiæ.
Metæ, celebris & antiqua Lotharingiæ civitas. *epiſc. S. Cæleſtis ſeu Cæleſtius* 480 a & *ſeqq.*
† Michaelis eccleſia Collegiata Bellovaci in Gallia Belgica. *Reliquiæ S. Angadriſmæ* 543 c d; *cultus* 544 c d
† Michaelis Viſdomini eccleſia Florentiæ in Tuſcia. *Reliquiæ S. Calliſti* 433 e
† Michaelis Ord. Benedict. monaſterium diœceſis Auguſtanæ in Fultenbach 274 a, 275 b
† Michaelis ad Moſam monaſterium in pago Virdunenſi 277 e; *eò tranſlatæ dicuntur Reliquiæ S. Calliſti* 432 d & *ſeqq. ſex*
Michelſtat, oppidum comitatus Erpacenſis in Franconia 562 f, 563 a b, 570 a, 584 c, 589 e f
Midia, Hiberniæ regio 96 c, 100 e, 101 b, 345 a, 346 a
Mimilungus, fluvius in Franconia 563 b
Minbeag, ſylva in Hibernia. S. *Fieci Exuviæ* 104 d e
Mindel, amnis in Suevia oriens 261 e, 265 f
Mindelhaym, Sueviæ oppidum 260 e, 266 e
Miſenatium caſtra, urbis Romanæ tractus, ubi Miſenates Claſſiarii commorabantur 406 b c, 412 d
Miſenum, urbs Italiæ nunc exiſa 406 b c, 412 d
Mœnus, fluvius Germaniæ in Franconia 557 a, 563 b
Moguntia Germaniæ urbs 67 d, 240 e, 490 f, 547 f, 549 e, 563 c, 569 e, 570 e, 577 f
Momonia, Hiberniæ provincia 96 c, 105 e, 345 f
Monachium, ducatus Bavariæ caput 355 a
Mons Feretrus, (Monte Feltrò) in Italia, à quo civitas Feretrana nomen ſuum habet 458 e, 471 b, 614 a 622 a
Mons Granarius, Firmani agri in Italia oppidum 139 d, 142 c, 144 a c, 145 c, 146 a b; *S. Seraphini Capucini patria* 129 b, 130 b, 155 d
Mons Major Novus, Luſitaniæ oppidum 165 e
Mons Monacus, Italiæ in territorio Aſculano pagus 151 d, 153 e
Mons Novi, Aſculani agri oppidum 151 e
Mons S. Pauli, territorii Aſculani in Italia pagus 143 c
Mons Peſſulanus, Galliæ urbs 5 f
Mons Regius, (*Slavonicè* Kraleui-Verch) prope flumen S. Viti 50 d e
Mons Sanctus, ſeu Andacenſe Ord. Benedict. in Bavaria Superiore cœnobium 264 a
Mons Sanctus, Italiæ oppidum 140 a, 144 e, 145 f
Monte Magiezo, in Iſtria 50 d
Montisbodium, Italiæ oppidum 463 d e, 464 a f
Montiſulmum, Marchiæ Anconitanæ in ditione Pontificia oppidulum 142 e f, 145 e, 146 e, 147 f
Moravia, ſeu Mararenſis regio, Auſtriæ à Septentrione confinis, 348 d, 349 a
Morbacenſe olim monaſterium Ord. S. Benedict. in Alſatia Superiore 229 c; *poſteà canonicorum nobilium Collegium* 232 c; *iſtius S. Simpertus abbas extitit* 232 d e f, 233 a & *ſeqq.*, 234 a & *ſeqq.*, 235 a b c d e, 240 f
Morinum. *Vide* Teruana.
Mortaria, Ticinenſis agri in Longobardia oppidum. *SS. Amicus & Amelius* 124 a & *ſeq.*, 125 e, 126 b
Moſacum, ditionis Leodienſis oppidum 2 c
Moſella, Galliæ Belgicæ fluvius 200 b f, 202 e
Moſcua, Moſcoviæ urbs principalis 400 b
Mulſedonum, (Muſedon) oppidum ad monaſterium Tutelenſe in Inferiori Lemovicenſi pago olim ſpectans 331 a
Murhartum in Franconia 560 d e
Muſo, fluvius Italiæ in Piceno 628 a
† Muſthiolæ ad Clanim fluvium in Hetruria templum 437 d
Mutinum, cognominis ducatûs in Longobardia caput 152 c, 153 f 472 e
Muyſen, pagus & monaſterium Ord. Ciſterc. prope Mechliniam in Belgio 5 d

INDEX TOPOGRAPHICUS

N

† NAboris Hilariacum monaſterium 548 b, 556 d

†† Naboris & Felicis baſilica Mediolani 12 c

Namurcum, Belgii civitas & provinciæ ejuſdem nominis caput 399 c, 434 e

Narbo, Galliæ civitas 55 d, 209 f

Neapolis, urbs Italiæ in Campania 4 e, 50 f, 456 b; *olim* Parthenope *dicta* 456 c, 457 b c; *antiquiſſimus SS. MM. Fortunatæ & Fratrum cultus* 449 c e

Nemetes. *Vide* Spira.

Neoburgum, Bavariæ oppidum ad Danubium 248 d, 347 c; *quâ epochâ inſtitutus ibi fuerit epiſcopatus* 238 a *& ſeqq.*; *à S. Simperto partim adminiſtratus* 239 a *& ſeqq.* 240 a b c d, 246 c d

Neoſtadium, Germaniæ oppidum 567 b

Neuſtadium, (*Niwenſtat*) monaſterium Ord. Benedict. ad Mœnum fluvium in Franconia 560 e, 592 b c

Nicæa, Thraciæ urbs 460 f

Nicæa (*vulgò* Nizza) civitas haud procul ab oſtiis Vari fluminis ſub ducis Sabaudiæ dominio 210 b

Nicæa Caſtella verosimiliter ſita, ubi nunc comitatus Nicienſis in ditione ducis Sabaudiæ 206 b, 209 b

† Nicaſii eccleſia Remis. *Vide* † Agricolæ eccleſia.

† Nicolai abbatia Ord. Præmonſt. Furnis in Flandria 166 b

† Nicolai abbatia Ord. S. Auguſtini, à Pratis dicta, juxta Tornacum olim ſita 448 d; *ejus Religioſi excubias egerunt apud S. Calliſti Reliquias* 447 f *& ſeq.*

† Nicolai de Furnariis eccleſia Romæ, *Reliquiæ S. Calliſti* 433 e

† Nicolai eccleſia prope Cantianum fluvium in Umbria, *olim fortè monaſterium, quod incoluit B. Dominicus Loricatus* 614 b

† Nicolai monaſterium Pataviæ in Bavaria 24 a, 57 f

Nicomedia, urbs in Bithynia 34 f 408 c d e

Nippis, deſerti alicujus ſeu eremi in Mauritania pars 87 a, 96 a

Nivigella, Brabantiæ oppidum 226 b

Noa, Siciliæ oppidum non procul ab Heliconis fluvii fontibus 334 d e

Noa, Italis Noia, oppidum in finibus Lucaniæ ſeu Baſilicatæ verſus Calabriam ſitum. *Septem annis ibi verſatus eſt S. Lucas abb.* 334 e f, 338 b c

Nola, civitas Italiæ in Campania 456 b

Noneda, (*vulgò* Nonnette le Beau) caſtellum in Alvernia 289 b c

Nordhumbria, Britanniæ regio 6 c, 396 a; *ejus deſcriptio* 108 a b c, *S. Edwinus rex ibidem & ſeqq.*

Noricum vetus, ampla Europæ regio 53 b; *ejus deſcriptio* 347 c d. Noricum Mediterraneum 347 d. Ripenſe 25 b, 40 f, 347 d e, 348 f, 358 a

Norrenſis, ſeu Norræ montis ſolitudo in Latio 363 e; *ibi S. Chelidonia vixit* 364 b c, 366 e f; *& obiit* 367 e

Noti regio, una ex tribus vallibus in quas divisa fuit Sicilia 332 f

Nottinghamienſis ager prope Idle flumen in Britannia 111 f

Novana, caſtrum ditionis eccleſiaſticæ in Marchia Anconitana 144 b c, 147 b

Novaria, civitas epiſcopalis in Inſubria 124 b e f, 394 b

Noviodunum, Galliæ civitas 73 d, 80 f, 81 a c d e f

Novum Caſtellum in Arduenna 236 f

Novum Monaſterium Herpiboli. *Vide* † Kiliani cathedralis eccleſia.

Nurenberga, ampla & libera Germaniæ urbs in Franconia 261 a

Nutcellenſe Ord. Benedict. cœnobium in Anglia 558 c; *ibi monachus extitiſſe dicitur S. Burchardus* 559 b c

O

ŒNus, fluvius prope Pataviam in Bavaria 24 a, 57 f, 347 c

Œtinga, oppidum Bavariæ 38 a, 42 b c; & cœnobium 38 f; *ad illud delatum olim S. Maximiliani corpus* 42 a b c d e

Olimpiano locus Neapoli in Campania 540 e

Omnium Sanctorum eccleſia Florentiæ in Italia, *Reliquiæ S. Calliſti* 433 e

Onaſus. *Vide* Aniſum.

Onoltesbach. *Vide* Anſpachium.

Oorſcamp (*eccleſia de*) in Flandria 495 b

Oratorium, (*Gallicè* Oroër ſive Orouer) monaſterium olim in territorio Bellovacenſi ſitum. *à Normannis exciſum* 542 d e f, 543 a b; *ibi abbatiſſa extitit S. Angadriſma* 540 a b c, *& obiit* 542 b c

Ordorpenſe monaſterium in Thuringia 559 d

† Oreſtus, oppidum & abbatia in Italia clivo Soractis montis impoſita 21 e f

Orobii, montium Comenſium in Italia incolæ, *quibus fidem tradidiſſe dicitur S. Monas* 16 f, 17 a

Ortona, epiſcopalis Aprutii Citerioris in regno Neapolitano civitas 152 a, 153 f

Oſtenda, Flandriæ oppidum 494 b, 503 b

Oſtendorf, prope Kaffbeirn in Suevia 258 e, 276 e

Oſtia, urbs Latii ad oſtia fluminis Tiberis 426 c d, 427 e, 441 f

Oſtkerka, parochia in Flandria 495 a b

P

PAcis mons (*vulgò* Fridberg) oppidum Bavariæ Auguſtâ Vindelicorum haud multùm diſtans 257 f, 261 c

Palæſtina, Aſiæ regio 339 e, 342 c f. 450 b c d, 453 a, 594 b c, 609 f, 610 a b c d

Paludellum, (*Gallicè* Palluau) Galliæ oppidum 527 b

Pannonia, ꝙ Dætio monte ad Savum fluvium extenſa 28 b, 358 a

Panormus, urbs Siciliæ primaria 332 e, 340 d

Papia. *Vide* Ticinum.

Parætonium, maritima Lybiæ urbs, 339 e f

Parentinum, Iſtriæ epiſcopalis civitas 51 c

Pariſii. 286 c, 398 a, 420 e, 483 d, 547 f, 549 e

Parma, Italiæ civitas 397 d e, 465 d f, 466 a c d
Parthenope. *Vide* Neapolis.
Patavia, Bavariæ civitas epiſcopalis 24 a, 31 e, 37 d, 44 f, 47 c d, 57 f, 58 a b c; *S. Maximiliani cultus* 38 f, 39 a *& ſeqq.* 40 c; *adhanc ex Œtingenſi cœnobio tranſlatum fuit S. Maximiliani corpus* 42 d e f, 43 a b
Patria. *Vide* Linternum.
† Pauli à Columna Antonina eccleſia Romæ. *Reliquiæ S. Calliſti* 433 e
† Pauli templum Romæ. *Reliquiæ S. Calliſti* 433 d e; *ejuſdem imago* 435 d
† Paulini collegiata eccleſia Treveris in Germania. *Sepulchrum & Reliquiæ S. Ruſtici* 533 a b d, 538 d e
Peartanu, monaſterium in Britannia 115 a
Pedona, urbs Galliæ Ciſalpinæ nunc exciſa 152 a, 153 f
Pentapolis Italica 468 e; Cyrenaica 470 b c
Perticara, fluviolus in Umbria 628 a
Peruſium, civitas Italiæ in Hetruria 394 c
Petinum, epiſcopalis Iſtriæ civitas 51 c
† Petri eccleſiæ & monaſteria. Eboracenſis in Anglia. *à S. Edwino rege ædificata* 114 b c, 116 b; *ibidem rex baptiſma ſuſcepit* 113 f; *in eamdem delatum ejus caput* 117 a b. Collegiata Inſulenſis in Flandria, *in qua Reliquiæ S. Calliſti* 434 e; *item S. Donatiani* 519 f. Luthoſenſis in Hannonia 447 c f. Mortarienſis in Inſubria 125 a. Tudertina in Umbria 524 f. Veronenſis in Italia 107 e. Monaſterium de Avellana in Italia & territorio Triventino 613 c. Auriliacenſe in Alvernia 284 e; *deinde S. Geraldi dictum* 297 b c; *à S. Geraldo comite fundatum* 288 b *& ſeqq.*, 289 a *& ſeqq.*, 290 a *& ſeqq.*, 291 a, 316 b *& ſeqq.*, 317 a; *poſteà canonicorum ſec. collegium* 292 b; *ibi ſepultus fuit S. Geraldus* 294 c d, 296 e f, 328 c, *ejus cultus* 297 e f, 298 a *& ſeqq.*; *Reliquiæ ab hæreticis exuſtæ ibidem* b c. Gandavenſe in Flandria. *Vide* Blandinienſe cœnobium. Salisburgenſe in Bavaria 29 d, 38 d. De Curte Toloſanæ diœceſis in Gallia 283 e
† Philippi monaſterium Ord. S. Baſilii Agyrii in Sicilia 336 d, 342 e; *ibi ſacræ militiæ nomen dedit S. Lucas* 333 b c f, 337 e
Picenum ampla Italiæ in ditione eccleſiæ provincia nunc Marchia Anconitana 143 c, 147 e, 148 f, 149 a, 464 f, 466 c, 611 a, 613 c
Pictavium, civitas Galliæ in Aquitania 78 f, 82 e, 209 f, 285 d e, 286 c d e, 287 a e, 400 e; *patria S. Fortunati* 520 c
Picti, populi Scotiam Meridionalem olim incolentes 222 d
Piranum, Iſtriæ oppidum 47 d, 48 b c f, 49 a c e f, 50 f, 51 a b e
Piſaurus, urbs Italiæ in ditione eccleſiæ 468 e, 470 b
Placentia, urbs epiſcopalis in Gallia Ciſalpina 310 b, 399 c, S. Opilius Diac. 64 a *& ſeqq.*
Pola, Iſtriæ civitas 49 b, 50 a, 51 c, 626 b
Polentum. *Vide* Pola.
Polonia, amplum Europæ regnum 347 f, 348 a
Pomerania, Germaniæ provincia, *cultus S. Calliſti* 438 e
Pongavienſis cella & eccleſia in Bavaria S. Maximiliano ſacra 38 c d e f; *in ea depoſitæ fuêre S. Maximiliani Exuviæ* 41 c *& ſeqq.*, 42 a
Pons Vetus, oppidum Hiſpaniæ in territorio Compoſtellano 397 b
Portiana eccleſia Mediolani 14 c, 15 b
Portugallia, Europæ regnum in parte Occidentali Hiſpaniæ 388 d e f, SS. *MM. Danielis & Sociorum cultus* 389 e f, 392 c d
Poſnania, Poloniæ urbs 5 f
Poſtema. *Vide* Poſtcina.
Poſtoina (*Germanis* Adleſperg) oppidum cum caſtro non procul à limitibus Iſtriæ. *fortè* Poſtema, S. *Maximiliani Piranenſis, ut fertur, palæſtra* 49 c f, 51 f, 52 c d
Poſtomium, ſeu Poſtomia, locus in Gallia ignotus 312 f, 318 a
Potentia, Italiæ flumen in Piceno 611 b; *illud S. Seraphinus bis ficco pede tranſivit* 131 e, 155 f
Praga, Bohemiæ urbs & caput 434 c; *Reliquiæ SS. Fortunatæ & Fratrum* 452 d
Prætextati Cœmiterium. *Vide* † Calliſti cœmiterium.
† Privali pagus in Orientali fluminis Dordonnæ parte poſitus 324 f
† Proculi eccleſia Veronæ in Italia 407 e
Ptolemaïs, urbs in Pentapoli Cyrenaica 470 b c
Prumienſe monaſterium & baſilica in Arduenna ſilva 570 e f
Purgen, vicus prope Landſpergam in Bavaria 260 c f

Q

† Quintini cœnobium Bellovacenſe 429 b; *brachium S. Calliſti ibidem &* 432 d
† Quintini villa, aliàs Auguſta Veromanduorum in Picardia 444 d

R

Radantia, fluvius in Franconia 569 b
Radaw, caſtrum in Suevia prope Auguſtam Vindelicorum 267 a
Rain, Bavariæ oppidum ad Lyci Danubiique confluentes 261 f
Ratiaſtum, celebris olim apud Pictavienſes in Gallia civitas 78 f, 79 a *& ſeqq.*, 80 a
Ratisbona, urbs epiſcopalis in Bavaria 58 e, 239 b, 240 e, 243 b; *in ejus diœceſi cultus S. Maximiliani* 39 f
Ravenna, urbs Italiæ 6 f, 20 b, 49 c, 50 a b, 206 a, 406 b c, 461 f, 462 b, 463 a, 473 f, 524 e, 614 e, 626 c; S. *Ediſtii ſeu Hediſtii cultus* 21 d e
Ravennatium urbs, ſeu caſtra, Romanæ urbis tractus, in quo Claſſiarii Ravennates demorabantur

demorabantur 406 a b c d, 411 e, 420 c, 422 d e, 439 c, 440 c, 441 c; *locus natalis S. Callisti* 412 d e
Redenburg, parochia in Flandria 495 a
Reginæ Comitatus in Hibernia 96 c
Reginoburgum, urbs Germaniæ in Bavaria 38 a
Remi Galliæ civitas archiepiscopalis 81 e, 294 a, 431 a, 434 d e, 446 e f, 447 b c, 483 d, 491 d, 496 d e, 497 d e, 498 a b c d, 500 b d e, 501 a, 619 b; *episc. S. Donatianus* 487 a, 501 e f, 502 *& seqq.*, *ejusdem corpus hinc Brugas translatum* 488 e f, 493 a *& seqq.*, 494 a *& seqq.*, 495 a b c. *Eò translatæ ex Cysoniensi cœnobio S. Callisti Exuviæ* 429 b, 431 d e f, 432 a b c; *ejusdem ibidem cultus* 437 f, 438 a
† Remigii ecclesia Ingelheimi in Germania 563 c
Rentica (*Gallicè* Renty) oppidulum duabus à Teruanæ ruderibus leucis distans 539 d
Resbacensis abbatia in diœcesi Meldensi 82 a
Rhedones, Britanniæ Minoris urbs 379 c
Rhegium, Calabriæ civitas 333 d, 337 f
Rhenus, notissimus & maximus post Danubium Germaniæ fluvius 57 e, 73 b c, 74 a d f, 75 c, 80 b, 200 c f, 202 e f, 203 f, 408 f, 493 c, 563 c 570 e
Rhinfelda, Germaniæ urbs 73 b
Rhodanus, Galliæ fluvius 545 e
Richenbergense prope Eystadium in Germania monasterium 2 b
Rievallense cœnobium Ord. Cisterc. in agro Eboracensi in Anglia 345 d
Ripatorium, monasterium Ord. Cisterc. in diœcesi Trecensi 396 f, 397 a
Roffa, urbs Angliæ in Cantia 396 a
Roggenburgense Ord. Præmonst. cœnobium in diœcesi Augustana 275 b
Roma 294 e, 324 c, 394 e, 396 d e, 452 b, 456 b, 458 d, 465 e, 470 f, 474 e, 475 b *& seqq.*, 485 a b, 486 b, 498 e f, 520 c d, 567 c, 607 e, 608 a e, 609 b, 612 d, 615 a, 618 c, 619 f, 626 f; *S. Callistus* 401 a *& seqq. Romam ex Oriente advenit S. Gaudentius* 459 d e f, 460 a c d, 467 b c e f, 468 a b c d. *Romam bis ivit S. Burchardus* 566 d e, 568 d e f. *Eò frequenter peregrinatus est S. Geraldus* 284 c d, 309 d, 310 d e, 315 e, 316 b, 319 d e, 320 a b c, 321 b c. *Eò contendit S. Chelidonia*, 363 f, 364 a. *Ibi peracta S. Seraphini canonizatio* 155 b *& seqq. viginti quinque*
Romandiola, Italiæ provincia in ditione ecclesiæ 458 a, 473 d
Romani montes, aliàs Simbruini, *ad Anienem fluvium in Latio positi* 366 e; *ibi inventæ S. Chelidoniæ Reliquiæ* 369 a *& seqq. viginti*
† Romuli oppidum, (*vulgò* S. Remo). *Vide* Matutiana villa.
Rorikesberg, mons prope Ostendam in Flandria 503 b c
Rotena, seu Ruthena (nunc Segodunum Ruthenorum, vulgò Rhodes) urbs episcopalis Galliæ sub Albiensi metropoli 310 b, 329 f, 420 e
Rothomagus, urbs in Gallia Normanniæ primaria 389 e, 483 d, 541 e f, 542 b, 562 d; *Reliquiæ S. Callisti* 433 f
Rubra vallis, monasterium propè Bruxellas 23 e

S

† SAbæ Laura, monasterium juxta Hierosolymam in Palæstina 595 d; *monachus ibi extitit S. Cosmas* 599 e *& seqq. multis*
Sabaria, episcopalis olim Pannoniæ civitas 28 b
† Sabini seu Savini de Levitania in montibus Pyrenæis & agro Tarbiensi monasterium 295 e
Sala, fluvius in Franconia 563 b, 565 a
Salaniacum, pagus in Lemovicensi Galliæ provincia. *S. Leobonus confessor* 227 a *& seqq.*
Saletia, amnis in Germania 493 c
Salisburgum, archiepiscopalis Germaniæ civitas in circulo Bavariæ 41 f, 58 e, 354 f; *in ejus diœcesi colitur S. Maximilianus* 39 f
† Salvatoris de Coppelle ecclesia Romæ. *Reliquiæ S. Callisti* 433 e
† Salvatoris parochia in Flandria 495 c
Salvatoris pagus in diœcesi Eystettensi in Bavaria 240 d
Samnium, Italiæ provincia 149 c
Samona, fluvius Belgii Flandriæ olim limes 490 a b
Samugnum, vel Gamugnum aut Gamonium, S. Barnabæ eremus prope Faventiam in Italia 626 b
Sanvicinum. *Vide* Suavicinium.
Sapis, fluvius Italiæ in Romandiola 473 d
Saponaria, regni Neapolitani oppidum ad Agrii Sciagræque fluminum confluentes 334 f, 335 e
Sardica Thraciæ urbs 60 a f, 61 a, 484 e f, 485 a *& seqq*, 486 a b c d
Sardinia, Italiæ insula 398 e
Sarlatum, urbs Galliæ in Aquitania 120 c, 121 e
Sara, villa in Flandria 495 b
Sarzana, urbs Hetruriæ in Liguriæ confinio 168 a
† Savini monasterium Ord. Benedict: in diœcesi Pictaviensi 279 a
Savus, Pannoniæ fluvius 23 a
Saxum Ferratum, ditionis Pontificiæ castrum 628 d; *patria dicitur S. Nicolai M.* 386 e, 391 f
Scaldis, Belgii fluvius 490 a
Scarabantia, episcopalis sec. IV in Pannonia civitas 28 b
Scarpus fluvius in Hannonia 506 e
† Scholasticæ Ord. Bened. cœnobium Sublaci in Latio 344 b, 362 b c; *ibi S. Chelidonia sepulta fuit* 364 e, 368 a b; *ejusdem Reliquiæ* 365 a b, 373 a *& seqq.*, 374 a *& seqq.*, 375 a *& seqq.*, 576 a *& seqq.*, 377 a b c
Scisscia, episcopalis in Norico civitas 28 a
Sconaugiense monasterium in Germania 67 e, 71 c
Scotia,

Scotia, Europæ regnum, *S. Conganus abb.* 223 a *& ſeqq.*, *an S. Colmani patria?* 344 d e f, 345 a *& ſeqq.*
† Sebaſtiani eccleſia prope Romam. *Caput S. Calliſti* 433 d; *hujus cultus* 437 c
† Sebaſtiani eccleſia prope Senogalliam in Italia. *Extat in ea, fortè etiam hodie, arca marmorea, in qua conditæ fuere S. Gaudentii Exuviæ* 463 b, 466 d e
† Sebaſtiani oratorium in Tuſciæ partibus 523 c
Seminaria, oppidum regni Neapolitani in Calabria 333 d
Senæ, civitas Italiæ in Tuſcia 2 f, 3 a
Senogallia, Italiæ civitas in ditione Eccleſiæ 465 a f, 466 d; *eò delatæ S. Gaudentii Exuviæ* 463 b c d
Sentinus, fluviolus in Umbria 628 a
Septa, *vulgò* Ceuta, civitas Africæ in Mauritania Tingitana verſus fretum Gaditanum ſita. *Palæſtra SS. Danielis &c. ex Ord. Franciſc.* 384 a *& ſeqq.*
Septempeda, olim urbs Italiæ in Piceno 611 a
Septimania, regio Alpibus contermina 206 f, 209 b, 210 c, 285 b
Sequana, Galliæ fluvius 216 e
Sera, *Gallicè* la Sere, fluvius Galliæ Aquitanicæ 120 b, 121 e
Serapidis templum olim Alexandriæ in Ægypto 74 d
Serenopolis, oppidum in Cadurcenſi Galliæ tractu 291 e f, 312 e; *ejus deſcriptio* 120 a b; *S. Speria ſeu Exuperia ibidem*
† Serenus. *Vide* Serenopolis.
†† Sergii & Bacchi eccleſia Romæ. *Pars Brachii S. Calliſti* 433 d
† Severini oppidum (*Italicè* San-Severino) epiſcopalis nunc civitas in Piceno 611 a
Sicca, urbs epiſcopalis olim in Africa propria inter Cirtam & Norangaram 94 d, 95 f
Sicilia, ampliſſima maris Mediterranei inſula 338 c, 339 e, 341 d; *patria S. Lucæ* 332 e f, 333 a b, 335 f, 337 b
Signia, civitas in Latio & ditione Pontificia 363 b, 367 f
† Silveſtri eccleſia Romæ 163 c, 396 d e
Simæthus, Siciliæ fluvius 333 c
Simbruini montes. *Vide* Romani.
† Simeonis de Ponte eccleſia Romæ. *Reliquiæ S. Calliſti* 433 e
†† Simonis & Judæ eccleſia Coloniæ. *Reliquiæ S. Calliſti* 433 f. Altera Romæ, *in qua altare & cultus S. Seraphini* 149 d
Sithienſe monaſterium. *Vide* † Bertini
Slepehil, mons Hiberniæ in Lagenia 96 f
Slepta, (*vulgò* Sletty) Hiberniæ civitas 96 c f; *epiſcopus S. Fiecus ibidem & ſeqq.*; *intra hanc monaſterium condidit S. Fiecus* 102 a b c d f; *in eoque ſepultus fuit*, 101 d e f, 104 c d e
Solemniacum, Ord. Benedict. in pago Lemovicenſi monaſterium 317 c e
Sonderhoffenſis parochia in Franconia 566 f
Southamptonia, Weſtſaxonici in Anglia regni provincia 558 c
Spellis, ſeu Hiſpellum, Umbriæ oppidum 433 e, 523 d
† Speriæ ſeu Exuperiæ parochialis eccleſia Serenopoli in Cadurcis 120 b; *ejuſdem cultus ibidem* c *& ſeqq.*, 121 a b
Spira, Germaniæ civitas 67 d, 74 d, 165 f, 167 a, 569 e, 570 e
Spoletina Monarchia, ſeu Spoletinus in Italia Ducatus 226 b
Stadunum, ſeu Standunum, caſtrum in Gallia, *ad quod delatæ S. Manechildis Reliquiæ* 529 c, 531 d f
Staphalaſtagna, ſeu Staffelsee, lacus in Bavaria & diſtrictu comitum Andecenſium 239 e
Stepbach. *Vide* † Burchardi eccleſiæ.
† Stephani eccleſiæ. Bononiæ in Italia. *Reliquiæ S. Calliſti* 433 e. Lemovicis in Gallia 299 e. Cathedralis Patauiæ in Bavaria. *S. Maximiliani Corpus* 43 d, 44 d. Ad montem Cælium Romæ, *in qua depictum eſt S. Calliſti martyrium* 435 e f. Veronæ 107 a e; *S. Salvini corpus ibidem* b c. Viennæ in Auſtria; *in qua ſervatur lapis, in quo S. Colmanus ferram paſſus eſt* 354 e, 360 a
† Stephani monaſterium Herbipoli in Franconia 557 c, 559 e; *S. Burchardi cultus* 572 e
†† Stephani & Sylveſtri monaſterium Romæ 410 e
Stirps, (*Gallicè* l'Eſterp aut l'Eter), Ord. S. Auguſt. abbatia diœceſis Lemovicenſis, nunc combuſta, *ubi fortè extiterunt Reliquiæ S. Speriæ, ſeu Exuperiæ, aut Serenæ* 123 a b
Stockeravia, *vulgò* Stockerau, oppidulum Auſtriæ Trans-Danubianæ 343 a; *S. Colmanus ibi paſſus fuit* 348 f, 349 a b c d e; *& ſepultus* 350 e f, 358 e f, 360 b; *ejuſdem cultus* 354 d e
Stridonia epiſcopalis olim in Pannonia civitas 28 b
Styra, Auſtriæ Superioris oppidum 354 e
Styria, Germaniæ regio 47 d, 53 c
Suavicinium, celeberrimum olim Ord. Camald. diœceſis San-Severinatis in Italia monaſterium. *Ejus deſcriptio* 611 a b c; *B. Dominicus Loricatus ibi Priorem egit* 616 c d e f, 617 a b; *obiit & ſepultus fuit* 619 f, 620 a, 627 c d; *ejuſdem Reliquiæ* 620 b d e; *& cultus ibidem* f, 621 a d
Sublacum, Latii ſeu Campaniæ Romanæ oppidum. *S. Chelidonia Virg.* 362 b *& ſeqq.*
Suecia, Europæ regnum 345 c
Sueſſiones, civitas Galliæ 583 e
Suevia, Germaniæ regio 230 f, 236 e, 237 b c d e
Superior regio (*Germanis* Oberland) Sueviæ pars 248 f
Swala flumen in Britannia, *ubi baptizanti S. Paulino ſæpè adſtitit S. Edwinus rex* 114 e f
Sylva Major, monaſterium Burdegalenſis territorii in Aquitania 2 d, 162 e, 295 f, 296 a b c, 299 a b d
Syracuſæ Siciliæ civitas 332 e, 337 b, 340 d
Syria, Aſiæ regio 19 b, 426 c; *palæſtra SS. Evagrii, Proſeriæ, Burri & Donati, ſeu Donatæ* 8 a *& ſeqq.*

† Syri Confeſſio ſeu ſubterraneum cathedralis eccleſiæ Ticinenſis oratorium. *S. Rodobaldi Corpus* 127 c, 128 d
† Syri eccleſia Januæ in Italia. *in hanc tranſlatum fertur S. Romuli Corpus* 207 b c e, 209 c, 210 f, 211 a d

T

Tabernæ, Alſatiæ oppidum 480 f
Tagus, Hiſpaniæ fluvius 197 d
Taladiacus, prædium ſub dominio S. Geraldi comitis Auriliacenſis 313 a
Taracona, civitas Aragoniæ in Hiſpania 387 b c, 390 a
Tarantaſia, provinciæ Alpium Graiarum & Penninarum metropolis 210 c
Taurinum, urbs totius Pedemontii caput, in qua Sardiniæ reges demorantur 321 a
Tauromenium, Siciliæ oppidum 332 f
Tegernenſe monaſterium in Bavaria. *Reliquiæ S. Calliſti* 433 f
Temoria, civitas in Media ſeu Midia, Hiberniæ regum ſedes 100 e f, 101 b c, 103 b *& ſeqq.*, 104 f
Tergeſtum, *vulgò* Trieſte, Iſtriæ urbs 52 b
Teria, Siciliæ flumen 333 a
Terſatum, Liburniæ oppidum 50 e
Teruana, urbs olim ampla & præmunita Belgii in Arteſia ac Morinorum caput, nunc exciſa 80 f, 81 b *& ſeqq.*, 490 c, 494 e, 495 e, 506 c, 514 b; *in ejus territorio nata fuit S. Angadriſma* 539 c d
Thebeſta, urbs Numidiæ 407 e
Theodovilla, Belgii oppidum 240 e
Theopolis. *Vide* Antiochia Epidaphnica.
† Theotfridi monaſterium in Occitania 291 e
Theſſalonica, Macedoniæ urbs. *S. Florentius Mart.* 199 a
† Thomæ de Parione eccleſia Romæ. *Pars brachii S. Calliſti* 433 d
†† Thomæ Philippi & Jacobi apoſtolorum eccleſia terræ Pirani in Iſtria. *Reliquiæ cujuſdam S. Maximiliani non ſatis noti* 48 e
Thuringia, Germaniæ regio 398 a b, 559 d, 562 c, 586 e
Tiberina inſula. *Vide* † Bartholomæi inſula.
Tiberis, notus Italiæ fluvius 401 c e, 406 a, 412 a e, 418 c, 419 d, 420 c d f *& ſeqq. pluribus*
Tibunnis, deſerti in Mauritania ſiti pars 87 a, 96 a
Ticinum, aliàs Papia, civitas Italiæ in Inſubria 124 b c, 125 d f, 126 a, 206 a, 309 d, 395 b, *epiſc. S. Rodobaldus* 126 b c *& ſeqq.* Amnis 126 c
Tigris, fluvius in regni Perſici finibus 55 e
Tina, fluvius Britanniæ 108 b
Tizla, *fortè* Tibiſcus, Hungariæ fluvius 52 f
Tolentinum, urbs epiſcopalis in ditione Pontificia 131 b, 611 b
Toletum, Hiſpaniæ civitas 192 b; *SS. Fauſti & ſociorum MM. cultus* 190 f, 191 a b c
Toloſa, archiepiſcopalis Galliæ civitas in Occitania 307 c, 322 d, 547 f, 549 e
Tolpiacum, Germaniæ oppidum, in ducatu Juliacenſi 89 c
Tomerienſe Ord. S. Benedict. monaſterium in Narbonenſi Galliæ pago 291 e, 297 c, 328 f
Tonhauſen, Sueviæ pagus ad fluvium Mindel non procul à Danubio 262 b, 264 c
Torcianum, Firmani agri in Marchia Anconitana caſtellum 152 d
Torholtum, ſeu Toroaltum, antiquiſſimum Flandriæ oppidum, *ubi tantiſper depoſitum fuit S. Donatiani Corpus Brugas deferendum* 494 a *& ſeqq.*, 495 a b c, 496 e, 501 a
Tornacum, Belgii civitas in Flandria 80 f, 81 c, 399 a, 430 f, 444 a, 447 f, 448 a, 491 b, 519 d; S. *Maximiliani cultus* 40 a b c d, *Reliquiæ* 45 a *& ſeqq.*, 46 a b c d
Tranſilvania, Pannoniæ regio 71 b
Trapſtat. *Vide* † Burchardi eccleſiæ
Trecht, *aliàs* Trajectum ab Rhenum, Belgii Uniti civitas 582 c
Trehenta, ſeu Trenta, fluvius Britanniæ in Merciorum regno, *ubi Baptizanti S. Paulino ſæpiùs adſtitit S. Edwinus rex* 115 a b
Treviri, Germaniæ civitas 73 d e f, 200 b c d e, 201 b c e, 202 b d e, 203 f, 352 e, 360 f, 361 f, 394 f, 396 b c, 477 b c, 481 f; *epiſc. S. Ruſticus* 532 a *& ſeqq.*
† Trinitatis eccleſia prope Urbem Veterem in Italia. *Reliquiæ S. Calliſti* 433 e
† Trinitatis monialium cœnobium Amalphi in Italia. *Reliquiæ S. Calliſti* 433 e
Troas, Aſiæ Minoris urbs 164 c d e
Trudonopolis, ditionis Leodienſis oppidum. *Nonnullæ Reliquiæ S. Pantali* 66 c
† Tryphonis eccleſia Romæ *Reliquiæ S. Calliſti* 433 e
Tudertum, Italiæ civitas. *S. Fortunatus epiſc.* 520 a *& ſeqq.*; *Reliquiæ S. Calliſti* 433 e
Tueda, Britanniæ fluvius 108 c
Tuitium, pagus Germaniæ cum cœnobio haud procul Colonia 69 f, 70 b; *Reliquiæ quædam S. Pantali* 66 c
Tulna, Auſtriæ Citerioris oppidum 349 c d
Tullum, civitas in Gallia 396 c
Turenna, ſeu Torenna, Lemovicini in Gallia territorii urbs 312 a d; *ab ea denominatus Vice-Comitatus Turenenſis* 120 a, 121 e, 314 c d
Turis, civitas olim in Lucania 336 f, 337 a
Turones, Galliæ urbs 278 c, 396 b, 483 d, 528 b; *S. Venantius abb.* 211 a *& ſeqq.*
Turravium, locus in Scotia. *Cultus S. Congani* 223 e, 224 f, 225 a
Tuſcia, Italiæ regio 51 c d, 386 f, 387 b c, 392 a, 523 b c
Tutela, olim monaſterium Ord. Benedict. in Aquitania 278 a e f, 279 a *& ſeqq.*, 280 a b c, 284 c, 291 b c d, 297 c d e f, 300 c e, 301 c; *nunc* civitas 121 e
Typaſitana urbs in Africa 93 d, 94 a
Tyrolis, Germaniæ provincia & comitatus 434 c; *Reliquiæ S. Calliſti ibidem*

IN TOMUM VI OCTOBRIS.

V

VAbrenſe monaſterium olim Ord. Benedict. in Gallia & diœceſi Ruthenica 291 a, 316 d; *poſteà in epiſcopalem ſedem erectum* 319 f
Valentia, Hiſpaniæ civitas. *Reliquiæ S. Calliſti* 433 f
Vallis-Caſtrum in Piceno 612 d, 628 d; *ibi colitur B. Dominicus Loricatus* 511 d
Vangionum civitas. *Vide* Wormatia.
Varus, fluvius Italiam à Gallia ſecernens 206 e, 210 b
Vatanum. *Vide* Watanum.
Vaticana baſilica Romæ. *Imago S. Calliſti* 435 d; *cultus* 437 d
Vaxia, *fortè* Vieſeàns, in Arvernia 331 b
†† Udalrici & Afræ monaſterium. *Vide* † Afræ templum.
Vellava, civitas olim in Aquitania 419 e f, 483 c
† Venantii monaſterium Turonibus in Gallia 212 f, 213 a b c e f, 214 a b, 220 b c; *poſtea parochialis & collegiata eccleſia* 214 c *& ſeqq.*, 215 a b; *ejuſdem ibi ſepulchrum* 215 d e f, 216 d, 221 a b; *Reliquiæ* 218 e f
† Venantii Prioratus Luiſneſenſis in pago Turonenſi. *Ejuſdem ibi Reliquiæ* 218 e, 219 b
† Venantii Prioratus Mailleyenſis in diœceſi Turonenſi 219 b
Vendera, (vulgò Vendieres) locus ad Matronam fluvium in Gallia, olim fortè urbs Venderila 498 f, 499 a, 513 d
Venderila. *Vide* Vendera.
Venedocia, Britonum olim in Anglia regnum 116 e
Venetiæ, urbs in Britannia Armorica 528 b
Vercellæ, civitas in Pedemontio 124 b
Verodunum, civitas in Gallia Belgica 526 b
Verona, Italiæ civitas 463 b, 497 d; *epiſc. S. Salvinus* 106 c *& ſeqq.*
Veſtini, Italiæ populi, quorum fines fluminibus Vomano, Matrino, Aterno & Adriatico mari circumſcribuntur 395 f
Veſuntio, (*Gallicè* Beſançon), Galliæ civitas 73 d, 74 c d, 76 a, 81 f, 618 f
Vianenſe oppidum prope Tudem in Gallæcia 37 e
† Victorini eccleſia Amiterni in Italia. *Reliquiæ S. Calliſti* 433 e
† Victoris eccleſia collegiata Curiæ Pictæ in agro Mediolanenſi 13 d
† Victoris Maſſilienſe in Gallia cœnobium. *Reliquiæ S. Calliſti* 433 f
Vienna, Auſtriæ metropolis 28 e, 45 c; *cultus S. Maximiliani* 39 d f
Vienna, civitas in Delphinatu Gallico 73 e, 167 b; *SS. Agratus & Caſturus epp.* 545 a *& ſeqq.*
Viglebanum, civitas Italiæ in Inſubria 124 b
Villa-Nova à Comite, (Ville-Neuve le Comte) in agro Pictavienſi. *S. Venantii Reliquiæ* 218 e
† Vincentii eccleſia Metis in Lotharingia. *Reliquiæ S. Fortunati* 521 d
Vindocinenſe caſtrum in Gallia 73 d
†† Virginum eccleſia Coloniæ Agrippinæ 68 f; *quædam Reliquiæ S. Pantali* 66 d
Viſchach. *Vide* Fiſchach.
† Vitalis eccleſia Mediolani 12 b; *ex ea ad eccleſiam cathedralem tranſlatum S. Monæ Corpus ibidem* c d e f, 13 a
Viterbium, Italiæ urbs 324 c
† Viti eccleſia Pragæ in Bohemia. *Reliquiæ S. Calliſti* 434 c
Ulma, urbs Germaniæ in Suevia 261 c
Ultonia, Hiberniæ provincia 96 c, 105 e
Ulyſippo, Luſitaniæ urbs 384 f
Umbria, Italiæ provincia in ditione Eccleſiæ 613 c
Unizibir, civitas Africæ in provincia Byzacena. *Hujus epiſcopus S. Cyprianus* 85 b c d e, 90 e, 92 b e, 95 b
Vogeſus, mons in Lotharingia 204 a
Volaterra, civitas epiſcopalis in Hetruria 397 b
† Urbani monaſterium Ord. Benedict. diœceſis Catalaunenſis in Gallia. *S. Manechildis cultus* 527 b; *Reliquiæ* 529 a *& ſeqq. quatuor*, 531 c d
Urſulanus ager Coloniæ 68 f
Utkercke, parochia in Flandria 495 b

W

WAtanum, ſeu Vatanum, caſtrum olim munitiſſimum in Arteſiæ limite ad Agnionem fluvium 510 c, 514 a d. Monaſterium 501 d
Weinebriga, aliàs Wemebriga in Flandria 495 f
Weringen, Sueviæ oppidum ad fluvium Wertach 266 b
Wertach, fluvius in Suevia 261 d, 266 b, 268 c
Weſtſaxonia, ſeu Occidentalium Saxonum in Anglia regnum, in ſex provincias diviſum 558 c
† Winoci Bergæ, oppidum Belgii in Flandria 490 e f, 491 d, 492 b
Wintonia, Angliæ civitas 558 c, 581 f
Wirceburgum. *Vide* Herbipolis.
Wirceburgenſe caſtrum (Mariæ Mons *olim dictum*) monti juxta Herbipolim impoſitum, antiquorum Franconiæ ducum ſedes 563 c, 564 c d f, 565 a b c d, 584 d e f, 585 a b c d
Wormatia, civitas Germaniæ ad Rhenum 57 e, 67 d, 231 e, 240 e, 493 c d, 563 c
Woromholt, vicus in Flandria 492 b

X

† XYſti eccleſia Remis in Gallia 502 b

Y

YEverin, vicus aut oppidum Angliæ in extremis Nordhumbriæ partibus 114 d e
Ypræ. *Vide* Ipræ.

Z

ZAlameum. *Vide* Illipa.

Zemetshauſen. *Vide* Chennenhauſen.
Zura, epiſcopalis Africæ in Proconſulari provincia civitas 94 f, 96 b
Zuſmerhauſen, Sueviæ pagus prope Auguſtam Vindelicorum 264 d

INDEX ONOMASTICUS

A

Agregare, *aggregare* 42 b
Adjacentiæ, *eidem loco adjacentia* 290 b
Adplaudere, *applaudere* 314 f
Adpropinquare, *appropinquare* 323 a
Agiliſcere, *agilitate creſcere* 302 e
Alambere, *lambere* 315 e
Aliquotiens, *aliquoties* 303 c, 306 a
Alludere, *intereſſe* 43 f
Alodium, *fundus, prædium* 584 d
Alodus, *poſſeſſio, prædium* 312 e 318 e
Ammonitus, *admonitus* 318 b
Amputare ſermonem, *finire* 446 d
Angaria, *quatuor tempora Quadrageſimalia* 273 e
Appendiciæ, *appendices* 288 c, 290 b, 316 b, 585 a
Archa, *arca* 466 b
Arciſta, *ſagittandi peritus* 302 d
Argema, *macula in oculis* 140 b
Arreptare, *adrepere* 507 b
Artius, *arctiùs* 307 a
Aſſiduari, *frequentare* 285 d
Authenticatus, *Authenticus* 346 a

B

Baccalaria dominicaria, *prædium ruſticum ab ipso domino excultum* 289 f
Baillivus, *prætor* 518 d
Balneare, *lavare* 260 d
Bannus, *edictum* 593 c
Beneficiare, *benefacere* 308 a
Bimatulus, *bimulus* 260 f
Boa, *morbus infantium, varioli* 145 e, 151 e, 152 e
Bodium, *fundus* 496 a
Burdo, *mulus* 94 d
Burgimagiſter, *conſul* 516 c, 517 a
Buticularius, *cellarius, pincerna* 289 c

C

Cachexia, *morbus ſeu mala corporis habitudo* 132 b, 144 b
Cæcultare, *cæcutire* 264 e
Cambarius, *braxator* 512 c
Cambuca, *baculum paſtorale* 583 b
Cambuta, *baculum* 503 f
Cannava, *locus ſubterraneus* 95 c
Capitaneus, *primarius* 593 b
Cappellus, *pileus* 264 f
Cappus, *avis prædatoria ſeu falco* 302 d
Caragius, *magicis characteribus utens* 330 c
Carcinoma, *cancer morbus* 144 e
Caſtificari ſe, *caſtè vivere* 301 f
Caucus, *vaſis genus* 115 f
Cedula, *ſcedula* 489 a
Cephalæa, *inveteratus & ægrè cedens capitis dolor* 144 a b c
Chirurgicus, *chirurgus* 263 f
Civitatenſis, *civitatis incola* 543 f
Coagonetheta, *conjodalis, eamdem pugnam pugnans* 585 a
Commanentia, *commoratio* 531 a
Commiſſus, *converſus* 373 a
Commodoſiùs, *commodiùs* 270 f
Comorbanus, *ſucceſſor* 100 b, 141 b d
Compatriota, *popularis* 40 f, 591 f
Comprovincialis, *popularis* 593 d
Condictus, *mandatum* 305 b
Condonare, *donare* 444 b, 588 d
Conlaborator, *ejuſdem laboris particeps* 581 a
Conloqui, *colloqui* 316 f
Conſecretalis, *ſecretorum conſciùs* 311 a
Contubernialis, *contubernalis* 560 b
Conviatores, *viæ ſocii* 310 b, 323 d
Convicaneus, *vicinus* 508 e, 510 f, 558 b
Copia, *exemplar* 517 b, 518 e
Coſtumus, *conſuetudo* 380 e
Cotidie, *quotidie* 428 e
Cotta, *ſuperpellicium* 373 b
Cottidie, *quotidie* 577 d
Credulus, *fidelis* 306 b
Cumba, *locus declivis* 510 d
Curcinbaldus,

Curcinbaldus, *veſtis ſpecies* 321 d
Curialis, *miniſter* 515 a
Curtile, *villæ ſeu coloniæ genus* 496 b
Curtis, *domus ruſticana* 289 f, 290 a, 297 d

D

DAlmaticatus, *dalmaticâ indutus* 376 b
Dampnabiliter, *damnabiliter* 495 f
Datus, *donum* 306 a
Debitalis, *cenſualis* 267 d
Defenſare, *defendere* 508 d
Deificare, *ſe Deum dicere* 35 c, 56 d
Dementare, *reprimere* 303 d
Devotare, *devovere* 260 c d
Devotatus, *devotus* 259 b, 263 b, 264 e, 265 a
Dicerat, *didicerat* 304 b
Didaſcalus, *magiſter* 414 f
Digitellus, *digitus* 262 e
Diſligare, *ſolvere* 307 e
Doxa, *Gloria* 572 c
Dragulum, *Jaculum* 323 a

E

EPiſcopare, *epiſcopi munere fungi* 489 a, 515 f
Erratibus, *erroribus* 444 e
Euphonos, *jucundus ſonus* 572 b
Exequiæ, *lintea* 456 c

F

FAberrimè, *artificioſiſſimè* 371 a, 376 b
Fabricarius, *fabricæ præfectus* 516 b
Faſtigiatus, *excelſus* 313 b
Febrire, *febrim pati* 264 c
Feſtivari, *ut feſtum coli* 543 f, 544 a
Flaſcones, *vas, quo liquor aſſervatur* 310 b, 321 b
Fluellum, *holoſericum* 519 a
Foreſta, *ſylva* 380 e
Formidoloſitas, *formido* 270 d
Fredum, *quævis exactio* 288 f, 297 d

G

GLaucoma, *oculorum morbus* 305 a
Gloſſus, *ſcandula* 241 d
Guerra, *bellum* 345 b, 349 d
Gunphius, *clavus* 455 c

H

HAbituatus, *habitu indutus* 489 a, 516 d
Habundantia, *abundantia* 578 a
Hæmorragia, *ſanguinis profluvium* 154 b
Hieroduli, *miniſtri ſacri* 375 a
Hierophantes, *ſacra & ſacras ceremonias docens, etiam Sacerdos* 372 a
Humanatum Verbum, *Chriſtus* 504 a

I

Ibex, *capra ſilveſtris* 302 f
Iccirco *idcircò* 305 d, 306 f
Jeroſolimipeta, *Hieroſolymam petens* 353 f
Impoſturatio, *impoſtura* 512 a
Imprecatio, *benedictio* 580 b
Incinerari, *comburi* 355 a
Incineratus, *in cineres non redactus* 43 d
Indomitabilis, *indomitus* 514 f
Indulcare, *dulce reddere* 311 a
Infeſſus, *indefeſſus* 572 b
Iniſare, Hymnizare, *hymnum canere* 572 a
Innoteſcere, *notum facere* 524 d, 561 e
Inofficioſus, *indignus ſeu incapax* 15 a
Inofficioſus, *infirmus* 317 f
Intimare, *notum facere* 589 b
Intronizare, *in poſſeſſionem mittere* 581 c
Invigere, *vigere* 575 f
Inviſcerare, *infundere* 328 a
Jocalia, *monilia, gemmæ* 519 d
Jocularitas, *Jocatio* 306 d
Jocundatus, *Jucundatus* 18 a
Jocundiſſimus, *Jucundiſſimus* 589 d
Jocunditas, *exhilaratus* 359 e
Jocunditer, *Jucundè* 318 f
Jocundus, *Jucundus* 14 f, 354 c
Iſdem *idem* 310 b, 316 d

L

LIbrare aures, *offerre aures* 264 e
Lignipedes, *ligneis induti calceis* 370 c
Lupinorum morbus, *quo crura ulceribus intumeſcunt* 144 b

M

MActio, *cæmentarius* 316 c
Majoritas, *perfectio* 336 b
Mallensis, *in Judicium vocatus* 307 d
Mancipare effectui, *adimplere* 260 c, 263 d, 265 a
Manditare, *manducare* 308 a
Mandrita, *monaſterii præſul* 576 d
Manducones, *voraces* 314 f
Manicare, *equo vehi, aut manè ſurgere* 305 b
Manſionarius, *qui in aliquo loco manet* 504 e, 510 b
Manſionaticus, *locus hoſpitii, aut potiùs expenſæ ad hoſpitum ſuſceptiones* 288 f
Manſus, *certa agri portio* 288 e, 289 f, 297 d
Marrucus, *ducatum præbens per Alpium præcipitia* 320 b
Martyr, *teſtis* 39 c
Martyrizatus, *martyrio affectus* 447 a, 472 a
Mediare, *intervenire* 516 e, 581 d
Medioximum, *medium* 305 b
Meliorari, *corrigi* 360 d
Membrellum, *parvum membrum* 586 b
Menceps, *mentis impos* 263 e
Metanæa, *genuflexio* 619 a
Moloſſus, *canis genus* 302 d
Mundeburdum, *patrocinium* 288 f
Mundialis, *mundanus* 315 e, 326 c
Munium, *munimentum* 574 a, 579 d

N

NItidulus, *nitidus* 304 d
Norma, *turma* 288 e
Nullificare, *nihili facere* 358 b

INDEX ONOMASTICUS

O

OBſentare, *abſens eſſe* 317 c
Obnoxiare, *obnoxium reddere* 307 e
Odontalgia, *dentium dolor* 144 b, 152 a
Officiales, *miniſtri judicis* 307 d
Opitulamen, *adjutorium* 261 c, 263 d
Opitulantia, *adjutorium* 262 b e
Opitulatus, *adjutorium* 262 d
Oramen, *oratio* 262 d, 353 f
Orarium, *ſtola ſacerdotalis* 373 b

P

PAgenſes, *pagi ſeu ditionis incolæ* 303 a, 308 b
Paraſitus, *ſervus* 455 c
Paratæ, *expenſæ ad hoſpitum ſuſceptiones maximè miſſorum ſeu legatorum publicorum* 288 f
Paſtoralitas, *paſtoralis cura, aut paſtorale officium* 581 a, 582 f
Peccamen, *peccatum* 495 d
Percontari, *percunctari* 574 a
Perpera, *macula* 305 a
Perpetens, *perpetiens* 260 cf, 261 a, 265 c
Perpetualiter, *in perpetuum* 585 d
Pertinentiæ, *ad eumdem locum ſpectantia* 290 b
Phantaſticum, *falſum* 300 d
Phyſicus, *medicus* 140 e, 144 c, 145 b
Pigmentum, *potio aliqua ex melle, vino, diverſisque ſpeciebus confecta* 297 d
Pignera, *pignora* 325 f, 326 a
Piſa, *libra ſeu pondo* 496 a b
Pitantia, *portio fructuum* 489 a
Placitum, *conventus judicii cauſâ* 305 b
Pluvialatus, *pluviali indutus* 373 c, 374 e
Pompaticus, *ſplendidus* 583 b
Poteſtativus, *ex legitima poteſtate* 14 d, 585 e
Præambulus, *dux* 510 c
Præcordialiter, *ex corde* 504 c
Prædiciſta, *prædicator* 271 e
Prædigniſſimus, *digniſſimus* 271 f
Præſulare, *epiſcopi munere fungi* 531 c
Precatus, *preces* 14 e, 538 d
Procedere, *loca pia inviſere* 523 c
Proficiſcere, *proficiſci* 305 c
Profligatus, *diſtributus* 14 e
Proſapia, *familia* 467 f
Prosius, *ſectum, in partes diviſum* 306 c
Proto-hierarcha, *primus pontifex* 576 a, 591 d
Pſalmiſtanus, *pſalmorum cantor* 305 c
Publicitus, *publicè* 558 a

Q

QUadramen, *quadratum* 316 c
Quotiens, *quoties* 307 b, 313 a, 320 e

R

REcidivare, *recidere* 259 d, 263 f
Regirare, *circumire* 311 d
Regratiari, *gratias agere* 270 d
Religioſitas, *religio* 653 d
Remandare, *mandare* 582 e
Reminuſculum, *cingulum* 306 f
Repatriare, *in patriam redire* 345 a, 580 c
Repedare, *redire* 260 d, 270 e, 581 d
Repperire, *reperire* 577 c, 580 a
Repropitiare, *propitiare* 505 e
Romeus, *ad Urbem pergens* 309 e, 310 a, 320 b
Rotare, *proferre* 310 a

S

SAgena, *ſpecies navigii* 209 b
Sagmarius, *equus* 311 a, 320 c, 321 a
Sarcofagus, *ſarcophagus* 296 f, 330 c
Scrupus, *lapillus* 263 f
Secretum, *ſigillum* 45 b
Sequipeda, *pediſſequus* 353 f
Seriatim, *ordine* 507 d
Sericinus, *ſericus* 306 f
Serium, *veneratio* 272 b
Seriosè, *ſeriò* 270 f
Servitor, *famulus* 290 c, 317 f, 326 b
Servulus, *mancipium* 444 e
Simphoniſare, *ordinatè canere* 572 a
Situari, *ſitum eſſe* 262 d, 274 f, 355 f
Solemnizare, *ſolemni ritu celebrare* 323 d
Spiculator, *explorator* 349 d
Spoponſus, *ſponſus* 267 b
Stationculum, *ſtatua* 470 e
Stirpare, *exſtirpare* 38 c
Strata, *via publica* 288 a
Stomachari cibaria, *averſari* 265 d
Strenuis, *ſtrenuus* 340 e
Suburbicarius, *ſuburbanus* 429 b
Sudoriosè, *gnaviter, impigrè* 566 e

T

TElarum orditor, *textor* 260 d
Temptamentum, *tentatio* 577 d
Temptare, *tentare* 588 e
Temptatio, *tentatio* 580 d
Tenuta, *inveſtitura* 472 c
Tetragonus, *quadrangulus* 17 f
Tormentari, *tormentis affici* 331 b
Tranſlatari, *tranferri* 561 f
Tranſpoſitus, *tranſlatio* 369 c
Tripodare, *cum baculo incedere* 509 b, 511 c
Tyronatus, *tirocinium* 626 e

V

VAſſus, *alteri ſubjectus* 284 f, 307 b
Veniæ, *genuflexiones ſeu moleſtiæ corporis quædam inclinationes* 513 c
Vicanus, *vicum incolens* 15 e
Vicium, *vitium* 572 a
Virgunculus, *juvenis* 304 d
Votatus, *votus* 261 a, 264 d
Vulnera Chronica, *vulnera temporaria* 341 d

W

WAdium, *debiti ſpecies* 308 b

X

XEniolum, *parvum donum* 264 d

INDEX MORALIS

A

ABstinentia *rigida S. Seraphini* 132 b c. *Eremitarum* 622 c. *S. Dominici Loricati* 623 d e

Acta *martyrum ob unum alterumve errorem haud continuò sunt rejicienda* 402 b, 407 c

Adolescentia *pia S. Monæ* 14 d. *S. Maximiliani* 54 b c. Adolescentia *pia S. Seraphini* 130 e f. Adolescentia *erudita S. Theophili* 181 e f. Adolescentia *pia S. Geraldi* 302 e f. Adolescentia *erudita S. Cosmæ* 595 d f, 598 f, 599 a d

Ædicula *Deiparæ Virginis, ceteris direptis, vim hostis non sensit* 42 e

Ægris *sanandis, juvandis miseris Noæ septennium insumit S. Lucas abb.* 334 e

Ægrotos *solo sudarii sui tactu S. Lucas sanat* 338 e. Ægrotis *sanandis solo S. Lucæ nomine utuntur fratres* 338 e. Ægrotos *quoscumque S. Lucas sanat* 340 b

Amentes *tres mulieres ac à dæmone obsessæ patrocinio S. Bernardi sanantur* 629 b, 632 d

Amicitia *S. Burchardum inter & S. Amorem* 560 e

Amicus, *regem Orientalium Anglorum de S. Eduino occidendo mutâsse sententiam, eidem sancto indicat* 111 f

Anginâ *pessimè laborans oleo lampadis ante S. Seraphini sepulchrum ardentis sanatur* 154 a

Animam *in purgatorio dirè cruciatam fratrum precibus liberandam, Themardo apparens, denuntiat Odfridus* 512 c

Anniversarium *Gregorii Papæ VII ne negligenter fratres compleant, Themardo apparens, admonet Odfridus* 512 c

Anno *& dimidio ex arbore pependit, S. Colmanus* 358 e

Apparet *S. Venantius Weremberto, eumque de somnolentia redarguit* 217 f, 218 a

Apparitiones *variæ: S. Monæ* 12 a. *S. Seraphini* 149 e f, 150 a & seqq. *SS. Simperti & Udalrici* 267 c. *S. Geraldi* 322 f, 331 c d. *S. Vitalis* 337 a. *SS. Septem Martyrum* 388 c. *S. Calepodii* 424 a, 427 e, 428 b, 441 d. *S. Callisti* 445 d. *S. Fortunatæ* 451 c d, 455 f. *Raphaëlis archangeli, & Damasi papæ* 473 a. *S. Donatiani* 503 e f, 507 c. *Alia* 511 d. *S. Gudwali* ibidem e, *S. Bernardi* 631 d. *Alia* ibidem e

Aquam, *qua manus S. Geraldus abluerat, auferunt infirmi, eâque sanantur* 317 d. Aquæ *Danubii viciniam omnem inundantes, cum ad tumulum S. Colmani pervenissent, instar muri immobiles steterunt* 351 a, 358 f. Aquam *è puteo S. Callisti fideles bibunt, febreque detenti sæpe sanitati restituuntur* 427 b

Aqua *vini saporem mirabiliter induit* 460 c, 470 e. Aquâ *benedictâ Gothum infirmum S. Fortunatus sanat* 525 a

Arbori *alligatum S. Simpertus solvit* 254 d

Arbor, *è qua suspensus fuit S. Colmanus priùs diu arida virescere, floresque producere cœpit* 350 d. Arbor *hæc servari dicitur apud PP. Franciscanos Stockeraviæ* 360 a

Archiepiscopus *Surrentanus cur ad visitandas SS. Fortunatæ & fratrum Reliquias accersitus* 452 b. Archiepiscopi *nomen quando usurpari communiter cœptum* 552 f

Auricularibus *doloribus laborans ope S. Seraphini curatur* 154 a

Austeritates *vitæ S. Chelidoniæ* 366 f, 367 a

Austerum *eremitarum vivendi genus* 622 b

B

BAsilicam *sub S. Mariæ Virginis ac S. Petri Apostoli nominibus S. Lucas construit* 340 a. Basilicam *Patrienses intra urbem suam in honorem SS. Fortunatæ & fratrum erigunt* 450 d, 456 a

Bonorum *suorum partem nonam pauperum usibus seponit S. Geraldus* 310 a. Bona *sua partim pauperibus, partim ad extruendam ecclesiam, S. Manechildis donat* 528 f. Bona *sua partim pauperibus, partim ecclesiis, ac partim consanguineis S. Joannes Damascenus monachum induens distribuit* 600 d

Brachii *fractura oleo lampadis ante S. Seraphini sepulchrum ardentis sanatur* 153 f, 154 a. Brachii, *manûsque usum meritis S. Simperti paupercula recipit* 249 b c. Brachium *S. Chelidoniæ honorificè ad ecclesiam sacri Specus S. Benedicti transfertur* 365 c, 367 e; *in id Cardinalis Hosii pietas* 365 c. Brachium *S. Callisti requiescit in S. Quintini Bellovacensis suburbii abbatia* 432 d

Breviarii *Brugensis ob fabulas correctæ Lectiones S. Donatiani* 500 d

C

CAduco *morbo laborans ope S. Seraphini sanitate donatur* 154 b. Caduco *morbo afflicta filia ad invocationem S. Geraldi sanatur* 329 c

Cæci *illuminati patrocinio S. Seraphini* 155 a. *S. Simperti* 250 b, 256 a, 258 b d, 259 f, 262 b. *Meritis S. Geraldi* 317 f, 318 a, 320 f, 321 d f. *Ope SS. Septem Martyrum* 389 f. Cæca *patrocinio S. Callisti illuminatur* 444 f. Altera 446 b. Cæcus 445 d e. Altera 446 c. Cæca *à nativitate mulier ope SS. Gaudentii Valentini & Victoris visu donatur* 462 d. Cæcæ *mulieri à morte apparens S. Donatianus, viam Brugas versus demonstrat* 503 f; *eidem visum restituit* 504 a b. Cæcus *ope S. Fortunati visum*

viſum recipit 564 a, 581 a
Cæcitate *ob lubricum aſpectum S. Geraldus percutitur, ac ab eadem ſanatur* 305 a. Cæcitate *Apoſtolus Paulus plectitur & quare* 446 b. Cæcitate *Atalongus presbyter pueros vociferantes, indignè jacère S. Kiliani Reliquias, compeſcens, à Deo corripitur; ſupplex eidem factus viſum recipit* 565 a, 581 a
Calculo, *herniâque afflictos S. Simpertus sanat* 256 c d
Campanæ *miraculosè, nemine eas pulsante, invento S. Bernardi corpore sonum edunt* 632 b
Canonicorum *collegium Brugis inſtituit Arnulphus Magnus & quare* 495 d e
Capitis *dolores sanat, aliisque miraculis clarescit S. Elius* 48 b. Capitis *dolores depulſi S. Simperti meritis* 253 c, 257 f, 258 f, 259 b, & seqq. Caput *S. Ruſtici publicè servatur, ut ad pœnitentiam ſpectatores inducantur* 533 a
Caro *S. Colmani poſt mortem à quodam inciſa ſanguinem fundit* 350 d
Caſtitas *conjugalis S. Geraldi* 301 f. Caſtitate *S. Geraldi impetitâ vacillat Sanctus; aſt divinitùs liberatur* 304 d. Caſtitatis *amor etiam in S. Geraldo mortuo mirè elucet* 328 b
Catarrali *ſuffocatione oppreſſus interventu S. Seraphini ſanatur* 154 b
Catholicam *religionem ardenter propagare ſtudent S. Franciſcus ac ſocii* 384 b. Catholicos *Ariani perſequuntur* 461 c
Chriſti *nomen coram præfecto confeſſa S. Domnina crudeliſſimè cæditur* 19 c e, 20 a. *Ut* Chriſto *lucrifaciat Autolycum, nihil prætermittit S. Theophilus* 174 d. Chriſtus *in neceſſitatibus adjutor* 335 d
Chriſtianis *virtutibus S. Lucam à teneris imbuendum parentes curant* 333 b
Chriſtiani *Septam civitatem ſine ſpeciali Sarracenorum licentia ingredi prohibebantur* 390 b. Chriſtiani *imperante Alexandro Severo, eis quamvis benevolo, ab omni perſecutione non fuerunt immunes* 403 f. Chriſtianorum *modeſtus orandi modus* 423 d
Chronotaxim *Romanorum Pontificum juſtam aſſignare, perquam difficile* 409 c
Civitatem *Tudertinam, à Gothis eam obſidentibus, mirabiliter S. Fortunatus liberat* 520 e
Clades *Calabriæ eventuras S. Lucas præſcit* 338 a
Claudam *S. Simpertus ſanat* 255 b. Claudo *greſſum reddit S. Geraldus* 317 f. Claudus *puer ope S. Donatiani ſanatur* 508 f
Clinica *à S. Palmatio ſanatur* 441 a
In Coadjutorem *epiſcopalis curæ S. Fortunatum elegit S. Calliſtus* 520 d
Cœlum *triſte ac nebuloſum, dum transferendæ erant S. Monæ Reliquiæ, repentè fit ſerenum* 12 e, 13 a
Cœmeterium, *ſuo poſtmodum nomine appellatum, inſtaurat S. Calliſtus* 421 a b. Cœmeterium *S. Calliſti contritus & confeſſus ingrediens, indulgentiâ plenariâ gaudet* 421 c
Cœnobium *S. Petri de Avellana extruit S. Dominicus Soranus* 613 d
à Colica *paſſione S. Seraphini ope mulier liberata* 144 c
Concilia *quatuor juſſu Ludovici Pii eadem æſtate in Gallia habita pro pace Eccleſiæ* 549 e f. Concilium *Romæ* CXIII *epiſcoporum anno* MLIX *celebratum* 615 a
Conſcientiæ *latratum ob vaſculum argenteum dono acceptum experitur S. Petrus Damianus* 616 e
Conſtantia *eximia S. Maximiliani* 56 f. *S. Fortunatæ* 453 f, 454 a b c. *Vide* Minis.
Conſulis *appellatio aliis dignitatibus in Actis Sanctorum interdum attributa legitur* 442 b
Contractus *membris ad invocationem S. Geraldi ſanatur* 330 d. Contractum *S. Calliſtus ſanat* 446 a. Contracta *& debilis mulier patrocinio S. Donatiani ſanatur* 507 e f, 508 a
Convitia *pro Chriſti nomine lætus ſuſtinet, ac ut elogia habet S. Theophilus* 183 e
Corollas *ſacerdoti certatim porrigunt, ut eas ſacris S. Chelidoniæ oſſibus admoveat* 372 b, 374 f, 375 b
Coronis *ad precandum paratis religionis cauſâ feretrum S. Monæ tangere nituntur Mediolanenſes* 12 e
Corpora *SS. Maximiliani & Valentini in eccleſia cathedrali Pataviæ requieſcunt* 43 e. *Ob* Corpus *S. Chelidoniæ è ſolitudine Norrenſi ablatum plectuntur Sublacenſes* 364 e, 368 b, 369 e f. Corpora *SS. Septem Martyrum turpiter projecta* 386 a, *membratim lacerata, raptata, ac diſſipatæ* 388 b, 391 d. Corporis, *animique Privati ulcera abſterſit S. Calliſtus* 420 d, 324 b, 427 e, 441 e. Corpore *S. Calepodii presbyteri invento, lætatur S. Calliſtus* 420 f, 441 c. Corpus *alicujus Sancti eccleſia quandoque poſſidere dicitur, quæ partem illius tantummodò poſſidet* 432 b, 434 a, 521 d. *Ut* Corporis *oriſque venuſtatem, pudicitiæ tuendæ cauſâ, à ſe auferat Deus, precatur, obtinetque S. Angadriſma* 539 e; *velamine ſacro accepto priſtinæ formæ nitorem dignitatemque, recipit* ibidem e. Corporibus *SS. Martyrum Kiliani & ſociorum inventis, nares adſtantium mirus odor replevit* 574 f, 584 a.
à Corvis *quandoque S. Chelidonia paſtæ fuit* 367 c
Crucifixi *imagine varios morbos S. Seraphinus curat* 144 b c. *Eâdem, mortuo S. Seraphino, ſanatur mulier partûs doloribus oppreſſa* 151 f
Crucis *ſigno munire mulierem occultè adulteram S. Seraphinus detrectat* 140 d. Crucis *ſigno capitis morbum* 143 d; *crurum dolorem* ibidem e; *totius corporis cruciatus* ibidem f; *coxendicem fractam S. Seraphinus ſanat* 147 c. Crucis *ſigno vinum acidum ac fœculentum priſtino ſapori S. Seraphinus reſtituit* ibidem c d. Crucis *ſigno lepram fœtidam ac moleſtam curat* ibidem c d; *tumorem & cancrum in mamilla ſanat* ibidem d; *cæcitatem curat ibidem* d; *hydropiſim ſanat* ibidem d; *febre quartana correptum ſanitati reddit* ibidem d e. Crucis *ſigno, præſtigias impedit S. Geraldus*

323 d. Crucem *Sanctam Mellicenſis eccleſiæ auro, gemmis, unionibus, & Reliquiis ob ſpecialem amorem erga S. Colmanum exornavit Rudolphus* IV *archidux Auſtriæ* 357 a. Crux *pretioſiſſima in honorem SS. Fortunatæ & Fratrum à principe Tarantino oblata fuit* 451 b. Crucis *ſigno equum rabidum S. Fortunatus ſanat* 524 c. *Ad* Crucis *ſignum ſummo in diſcrimine Julianus apoſtata confugiebat* 526 d

Cura *S. Bonifacii, ut vitia extirpentur* 562 e

Curru *oppreſſum S. Simpertus ſanat* 257 d e

D

DÆmone *liberati patrocinio S. Simperti* 229 b, 248 d. *S. Geraldi* 331 e. Dæmones *expellit S. Lucas* 338 e, 340 b. Dæmones *S. Chelidonia vincit* 367 c. *In* Dæmones *mirum exercet S. Mauritius imperium* 381 e, *uti & S. Fortunatus* 520 d e, 523 b, 524 a

Dæmoniacum, *Hoſtiæ ſalutaris parte porrecta, S. Gaudentius curat* 460 b, 469 b. Dæmoniacam 460 d, 470 f. *S. Fortunatus* aliam 524 a

Decimæ *aliquando laïcis conceſſæ & quare* 495 f

Ad Dedicationis *ſacrarum ædium antiquitùs Sanctorum exuvias deferre moris erat* 504 d, 507 a

Defuncti *ſepeliendi cura* 358 c d e. Defunctorum *ſepeliendis corporibus ſedulò S. Calliſtus incumbit* 420 f

Delicta *hominum manibus hoſtium Deus punit* 338 a

Demolitio *ſepulchri S. Chelidoniæ dum peragitur, jugibus precibus inſiſtunt monachi Sublacenſes* 370 f, 371 a

Dentium *dolores ope S. Simperti depulſi* 262 a

Diem *cultui SS. Septem martyrum ſacrum eligendum Franciſcanorum Capitulo generali permittit Leo X* 389 a d

Diplomata *antiqua ſeverâ nimis criſi haud excipienda* 554 b

Dirutam *S. Laverii ædem S. Lucas propriis manibus inſtaurat* 341 c

Dyſſenteria *triennalis interceſſione S. Simperti curata* 253 f

E

ECcleſia *à ſuo conditore nomen ſortitur* 15 b. Eccleſias *plures in honorem S. Maximiliani dedicavit B. Rupertus Juvavienſium archiepiſcopus* 37 f. Eccleſiæ *aliæ ipſi dedicatæ* 38 d, 57 e. Eccleſia *Pirana parochialis & collegiata conſecratur novem epiſcopis aſſiſtentibus* 48 c. Eccleſia *S. Afræ ob præclara S. Udalrici miracula communi SS. Afræ & Udalrici nomine nuncupata fuit* 241 f. Eccleſia, *quam pluribus expenſis jam factis ædificare cœperat S. Geraldus, ſponte corruit* 316 c. Ecclesia *in honorem S. Colmani dicata in Rodendorf, alia in Eisgarn, item Styræ* 354 e. Eccleſiam *S. Mariæ trans Tyberim extruxit S. Calliſtus* 422 b c, & ſeqq. Eccleſiæ *denominantur à Sanctis, quibus dicatæ ſunt, aut etiam ab eorum conditoribus* 422 c d. Eccleſiæ *variæ in honorem S. Calliſti erectæ* 435 b c e, 438 e. Eccleſiam *in honorem S. Fortunatæ condidit Stephanus Neapolitanus epiſcopus* 450 f, *alia à Neapolitanis erigitur* 451 a. Eccleſia *S. Gaudentio dicata* 462 f. Eccleſiam *extruxit in honorem S. Gaudentii ſplendidiſſimam Galla Placidia imperatoris Valentiniani mater* 463 a, *aliam Theodelinda Bavara Longobardorum regina* 463 c. Eccleſiam *Watinenſem Odfridus extruxit* 510 e. Eccleſia *Tuderti in honorem S. Fortunati conſtructa* 521 b, *Variæ aliæ* 523 d. Eccleſiam *cathedralem S. Burchardus conſtruit* 565 d. Eccleſiam *cathedralem novam, vetere combuſta, condidit Arno epiſcopus* ibidem f. Eccleſias *varias ſuo nomini dicatas habet S. Burchardus* 572 f. 573 a. Eccleſia *Romana omnium eccleſiarum mater* 577 f

Edictum *crudele contra Chriſtianos* 35 c d e

Effractores *ſepulchri S. Colmani divinitùs puniti, clericus paralyſi, & linguæ officio, faber ferrarius infirmâ maxillâ* 361 b

Epiſcopatu *relicto Hamburgum vitæ contemplativæ gratiâ S. Burchardus recedit* 569 f, 589 e f

Epiſcopos *maximè Decius interfici juſſit* 18 c. Epiſcopos, *utpote evangelicæ prædicationis præcipuos auctores, interfici juſſit Maximinus imperator* 403 a. Epiſcoporum *ſedula cura, ut à vitiis Ethelbaldum regem avocent* 562 d e

Equum *à rabie ſanatum, ac à domino dono ſibi oblatum, recuſat S. Fortunatus, juſto perſoluto pretio eumdem acceptat* 524 d

Euchariſtiam *indignè ſumens mirè punitur* 471 e

Excidium *Gallis impendêre prævidit S. Servatius* 486 b

Explorator *falſò habitus S. Colmanus ſuſpendio necatur* 350 a

F

FAbulæ *in Actis S. Donatiani hujus matrem uno partu genuiſſe ſeptem filios* 499 e, *deinde novem* ibidem d

Fæminis *ingreſſus in templum Sublacenſis cœnobii, expoſitis S. Chelidoniæ Reliquiis, triduo conceſſus* 375 e

Familiares *fuere Alexandro Severo hæ, quas à Chriſtianis inaudierat, voces :* Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris 402 d

In Fano *Martis litare abnuens S. Maximilianus capite imminutus eſt* 40 d, 56 f

Favores *humanos S. Lucas declinat* 338 c. Favore *eximio S. Donatiani Brugenſe capitulum proſecuti ſunt Flandriæ comites* 506 e

Febre *laborantes ope S. Seraphini ſanati* 152 b c, 154 a b e, *S. Simperti* 264 b c. Febre *graviore laborans patrocinio S. Calliſti ſanatur* 434 b c

Ferreæ *quædam, quibus B. Dominicus Loricatus circumdatus erat, catenæ ſponte effractæ ſunt* 626 d, *ceteræ ut plumbum flexibiles*

flexibiles effectæ ibidem
Ferro *flammaque omnia devastant Wandali* 456 b
Festum *S. Colmani per totam Austriam adjacentesque provincias solemniter celebrari præcepit Innocentius IV* 355 b
Fidelissimus *ministrorum Lilla, cum rex Eduinus venenatâ sicâ peteretur, ictum medio corpore excipit* 112 f
ad Fidem *convertendis infidelibus indefessè incumbit S. Monas* 15 e f. Fides *mira cujusdam mulieris* 94 f. Fidei *propagandæ studet Eduinus rex* 114 c d. Fidei *formulam subdolè fabricârunt Ariani* 460 f
Fistula *incurabilis S. Seraphini ope sanata* 146 a
Flagellatio *corporis voluntaria eaque cruenta S. Seraphini* 132 d & seqq, *voluntaria ac diuturna* 612 b, 615 d
Fœtum *mortuum ac putridum ad vitam S. Seraphinus revocat* 150 e
Fons *mirabiliter, assignato à S. Daniele loco, humoque effossa, erumpit* 387 a
Fugitivum *servum honorificè habet S. Geraldus, eumque in pace dimittit* 310 c d
Fulmine *divino quatuor idolorum sacerdotes extincti, ac jovis ara incendio cremata* 459 c
Furem *in furto deprehensum S. Geraldus re furtiva donat* 309 d. Fur *S. Colmano oblata surripere gestiens, amissâ facie humanâ caninam accepit uti & pro verbis latratum* 360 e, *ejusdem Sancti interventu sanatur* ibidem. Fures *spoliis onusti in ecclesia S. Gaudiosi immoti hærent, inventi & culpam confessi ablata reddunt, ac liberè discedunt* 451 b

G

GEnu *collisum S. Geraldus sanat* 323 f

H

HAbitûs *S. Seraphini frustulo energumenæ dato, sævissimè ea torquetur* 154 e
Hæmorrhagia *seu sanguinis profluvium ope S. Seraphini sanatur* 154 b
Hæreses *extirpat S. Monas* 16 b, 17 a b. S. *Theophilus* 185 e f
Herbarum *mira orbita ante cryptam S. Geraldi visa* 329 e
Hernioſos *S. Simpertus sanat* 251 e, 253 b, 256 a b c, 258 b e, 259 f, 260 a & seqq., 262 e, 264 f, 266 d e
Homicidium *perpetrare meditantem, coercet S. Seraphinus* 140 a
Hostes *suos mirè devincit S. Geraldus* 303 c
Humanitate *monachorum reficiuntur ii, qui ad celebrem S. Chelidoniæ Reliquiarum translationem convenerant* 375 c
ab Humeri *sinistri cruciatu patrocinio S. Seraphini mulier liberata* 144 b
Humilitate, *aliisque virtutibus enitet S. Opilio* 64 e f. Humilitas *eximia S. Geraldi* 317 f, 318 b d, 322 b, 323 e. *S. Lucæ abbatis* 333 c, 340 b; *S. Angadrismæ* 540 a. *S. Burchardi* 572 f, 578 e
Hymnus : Te Deum laudamus. *Inventis SS. Gaudentii Valentini & Victoris corporibus, decantatus* 462 e; *janatâ paralytica* 509 c d

I

Ex IEjunandi *lege divina generali, certis diebus affixa lex profluxit* 413 d e
Jejunia *trinuana 4 temporum S. Callistus constituit* 413 b d e, 417 d. Jejunia 4 *temporum post salutationem in Missa :* Pax Domini sit semper vobiscum, *antiquitus annuntiabantur* 415 c. Jejunii *generalis commendatio* 416 a b. Jejunium *unius diei indixit baptizato Palmatio S. Callistus* 440 c. Jejuniis *& orationibus vacat S. Palmatius* 440 f, *S. Gaudentius* 468 d. Jejuniis *& orationibus cum per quatuor dies nihil victûs accepisset, magis corroboratur S. Callistus* 441 c. Jejunium *austerum S. Gaudentii* 459 e. *B. Dominici Loricati* 623 d
Ignaviam *maximè nutrit boni malive operis non recogitare futuram retributionem* 300 f
Ignis, *donec ossa S. Martyris Kiliani, totiusque ecclesiæ Thesaurus efferretur, pendulus hæret* 565 f. *Vide* Incendium
Imaginem *S. Geraldi Reliqua inter conflari fecit Adraldus II* 292 a. Imago *S. Callisti, ut erga eum fidelium veneratio excitetur, in ecclesiis collocata fuit* 455 d
Incendio *conflagrante ecclesia Patavienſi, illæsæ fuere Reliquiæ SS. Maximiliani & Valentini* 47 c. Incendium *S. Simperti meritis extinctum* 262 c. Incendio *conflagrante dormitorio salva est S. Colmani capella* 355 a. Incendium *ossibus S. Ebrulphi contra flammas elatis, extinguit S. Angadrisma* 540 e. *Vide* Ignis.
Indulgentiam *fidelibus ecclesiam Mellicensem in festo S. Colmani visitantibus concessit Innocentius IV* 355 c; *item archiepiscopi & episcopi* 355 d, 356 d. Indulgentiæ *plenariæ in festo S. Calisti* 436 f, 437 c. Indulgentiæ *largissimæ concessæ iis, qui jacellum S. Fortunatæ visitaverint, aut legitimè impediti, alium suo nomine ad id deputârint* 452 c d. Indulgentiæ *plenariæ concessæ iis, qui translationi Reliquiarum S. Gaudentii adessent, aut illius ecclesiam translationis die anniversario visitarent* 465 e. Indulgentiæ *plenariæ concessæ his, qui translationi Reliquiarum S. Fortunati & aliorum martyrum interfunt, uti & in die hujus translationis anniversario, ac sequente* 522 a
Infirmitatibus *pellendis, & maximè febribus auxilio sunt SS. Cœlestius & Auctor* 480 e
Infirmi *à S. Simperto sanati* 251 e f, 252 & seqq. Infirmus *patrocinio S. Colmani sanatus* 359 c. Infirma 361 d. *alter* Infirmus *ibidem.* Infirmum *sanitati restituit S. Gaudentius* 460 c; alios *plures* ibidem d, 470 a e. Infirmi *varii exosculantes SS. Gaudentii, Valentini & Victoris corpora sanati* 462 e
Insanus *redditur sanæ menti patrocinio Sancti Simperti* 248 d e f. Insaniam *S. Geraldus curat* 323 d e
Intentio *perversa opus ex se bonum inficit*

524 b
Inventio *Reliquiarum S. Maximiliani aliorumque* 42 d. Inventio *SS. Martyrum Corbeniensium* 191 f, S. *Simperti* 270 b c, *corporum* SS. *Gaudentii, Valentini & Victoris* 462 d, S. *Fortunati & aliorum* 521 d e. Inventio *corporis* S. *Bernardi* 632 b
Invidiæ *stimulis actus Ethelfridus* S. *Eduinum in exilium pellit* 111 a. Invidiâ *actus Landulphus monasterium perditum ire constituit, ast in itinere raptus evanuit* 335 a, 339 a

L

LActis *copiam* S. *Seraphini meritis mulier impetrat* 146 b
Lapis, *in quo ferræ sectionem passus est* S. *Colmanus in* S. *Stephani Viennæ asservatur* 354 e
Largitate *res domestica augetur* 338 d e
Laterum *dolores acerbissimi ope* S. *Seraphini curati* 154 e
Laus *sexûs muliebris* 252 e
Lectio *fit, cum* S. *Geraldus prandet etiam hospitibus præsentibus* 318 c
Leprâ *laborans ope* S. *Seraphini curatur* 154 c. Leprâ, *virginitatis causâ morbo cum corripi petiisset*, S. *Angadrisma percutitur* 539 e
Liberalitas *Carolomanni in* SS. *Maximilianum aliosque* 42 a b. Liberalitas *eximia* S. *Lucæ abb. in pauperes majori liberalitate à Deo compensatur* 334 f. Liberalitas *Francorum principum in S. Burchardum* 560 d e, 563 c d e, 584 c d. Liberalitas S. *Burchardi in ecclesiam Herbipolensem* 562 f, 563 a, 584 c. Liberalitas *Hedeni ducis in* S. *Willibrordum* 565 a b. Liberalis *in* S. *Burchardum Pipinus rex* 568 f. Liberalitas S. *Bonifacii in episcopatum Herbipolensem noviter erigendum* 574 c, 579 f; S. *Gumberti in S. Kilianum* 588 b
Libros *tres ad Atholycum, ut eumdem è gentilium erroribus eriperet*, S. *Theophilus scripsit* 172 e f, & seqq.
Litteris *tam divinis quam secularibus apprimè instructi fuere* SS. *Cosmas & Joannes Damascenus* 595 d e & seqq.
Locum *publicum à Christianis occupatum, iis, contranitentibus popinariis, in Dei cultum adjudicat Alexander imperator* 402 d, 422 e, 423 a b
Loquela *quibusdam linguis præcisis miraculosè donata, ob peccatum carnis à binis eorum deperditur* 94 a
Lumen *cœleste in obitu* S. *Chelidoniæ apparet* 363 a, 364 e, 367 f, 368 a. Lumine *cœlesti circumfunduntur SS. Septem Martyres* 387 c. Lumen *cœleste & insolitum videt S. Palmatius* 440 d, 442 d
Lunatica *ope S. Geraldi sanitati restituitur* 329 d
Lupos, *muresque exterminat S. Mauritius* 381 d e

M

MAndibulæ *S. Colmani partem obtinet Anna imperatoris Mathiæ conjux* 357 b
Manibus *ac brachiis captus ope S. Geraldi sanatur* 329 d. Manus *abscissa miraculosè S. Joanni Damasceno ope divæ Virginis restituitur* 600 d
B. Mariam *specialiter S. Seraphinus veneratur* 138 e
Martis *statua ac idola, offerente S. Gaudentio sacrificium, derepentè corruunt* 460 d, 470 e
Martyres *aliquando vocantur, licet stricti nominis martyrium haud subierint* 350 c. Martyres *subinde celebrantur non iis, quibus passi sunt, locis, verùm aliis, quibus vel natales, vel cultum vel sepulturam sunt adepti* 476 f
Martyrii *ardens desiderium* SS. *Septem Martyrum* 386 a, 387 f, 391 b
Martyrio *passim Sancti, qui in Hieronymianis apographis sunt, vitam finierunt* 476 f
Martyrologii *vulgò Hieronymiani codices persæpè corrupti* 425 f, 426 a b, 478 d
Matri, *cum ea S. Fortunatam ad idolorum cultum reducere anniteretur, generosè virgo restitit* 454 b
Membrorum *omnium usus ope S. Seraphini restitutus* 145 d. Membrorum *ariditas ope S. Geraldi curata* 329 d
Memoria *novissimorum commendatur* 301 a
Meritis *S. Seraphini puella aquis submersa, quæ mortua creditur, ad vitam revocatur* 153 c, 154 d
Metu *exilii aut tormentorum plures episcopi Arianæ hæresi manus dederunt* 460 f
Milites *decem, ad capiendos Christianos missi, cæcitate percutiuntur* 424 a, 440 a
Minis *non cedit* S. *Maximilianus* 56 f
Minas, *blanditiasque Saracenorum SS. Septem martyres spernunt* 390 f, 391 b. Minas *tyranni ac blanditias S. Fortunata temnit.* 453 c, 454 e. *Vide* Constantia.
Miraculis *post mortem inclaruit* S. *Maximilianus* 49 d e f, 56 f; S. *Simpertus* 242 a b & seqq. Miracula S. *Simperti meritis patrata, tanto numero fuisse, ab adventantibus ad illius festum referuntur, ut iis annotandis loci prior & bini fratres vix sufficerent* 253 a. Miraculum *à* S. *Simperto perpetratum, cum per presbyterum in cancellis publicare negligunt, in pristinum morbum infirmus reincidit* 259 d. Miracula S. *Geraldi primo annotabantur, ast ob excrescentem numerum id omissum postea* 331 a. *Cur* Miracula *litteris mandata* 361 e. Miraculis *clara* S. *Chelidonia* 367 d, 368 c. Miraculis *quamplurimis post mortem insignis fuit S. Mauritius* 382 c d. Miracula *cur fiant* 504 b c. Miraculis *etiam in locis à sacris suis exuviis dissitis claret* S. *Donatianus* 510 c. Miraculis *claret S. Rusticus* 533 d. Miraculo *innocentiam suam S. Goar probat* 535 e f. Miracula *in Sanctorum Vitis relata indiscriminatim haud sunt credenda* 539 f. Miraculis *clara est S. Angadrisma* 540 c d, 542 c. Miracula *plurima elevatis* SS. *Kiliani & Sociorum corporibus contingunt* 575 a, 579 e, 584 b c. Miraculis *quam plurimis inclarescit S. Bernardus* 629 e, 632 d
Misericordiæ *operibus præcipuè inclaruit* S. *Suidunus* 577 b

Misericors *est in ipsos reos S. Geraldus* 307 e f
qui Missi *leguntur à S. Petro, missi à S. Petri successoribus sæpiùs intelligendi veniunt* 482 f
Monachorum *suorum profectui impigrè incumbit* S. *Simpertus* 235 d e Monachos *è monasterio expulit Bernwelfus episcopus* 566 a, 567 b, & seqq. Monachi *sacerdotalibus ministeriis digni sunt & apti* 592 d e
Monasterium *erexit* S. *Geraldus* 316 d. Monasterium *cum perditum iret Landulfus, Dei vindictâ in aëra rapitur* 335 a, 339 a. Monasterium *Deiparæ Virgini dedicatum extruit S. Mauritius* 380 f. Monasteria *Erfordiense & Isenacense summa cum laude aliquot annis Hilgerus, cujus potissimùm curâ extructa fuerunt, Dominicanorum prior rexit* 398 a. Monasterium *Hasnoniense extruit Balduinus Montensis* 504 d, 506 e f. Monasterium S. *Urbani Archanradus extruit* 529 a b, 531 c d. Monasterium *Flaviacense seculo* XI *restauravit Drogo Bellovacensis episcopus* 543 a. Monasterium *virginum propè mœnia civitatis Bellovacensis idem ædificat* ibidem. Monasterium *condit S. Burchardus* 565 f, 566 a. Aliud *in honorem divæ Virginis & S. Andreæ ad Mœnum* ibidem f, 587 c. Monasterium *instituit Megingaudus* 592 c
Monita *præclara, Herbipolensibus* S. *Burchardum episcopum iis assignans, dat S. Bonifacius* 581 b
Monitu *divæ Virginis hymnographum S. Joannes Damascenus agit* 601 b c d
Monumenta, *quæ ab uno alterove habentur antiqua, fidem certam continuò non merentur* 346 *b*
Morbo *letali per viginti dies oppressa ope S. Seraphini sanatur* 154 c d. Morbo *sacro laborans* ibidem f. *à* Morbo *comitiali meritis S. Simperti curatus* 253 a b. Morbo *caduco oppressus patrocinio S. Geraldi sanitati restituitur* 329 c. Morbus *gravis cœnobio S. Lucæ cum incumberet, plures è fratribus is sanat* 340 f
Moribundæ *cuidam uxori sanitatem, marito verò levi morbo affecto mortem prædicit S. Seraphinus* 141 b
Mors, *à S. Geraldo ab obitu apparente, Rainaldo prædicitur* 331 d. Mortem S. *Colmani hominum judicio propudiosam Deus miraculis illustrat* 350 d. Mortis *suæ diem S. Chelidonia prædicit* 363 e, 367 e Mortem *hilari animo subeunt* S. *Septem martyres* 391 b c
Mortuus *interventu S. Simperti ad vitam revocatus* 255 d e. Alter *ope S. Lucæ* 341 b. Mortuus *puer patrocinio* S. *Mauritii* 382 d. Mortuo *vitam S. Fortunatus restituit* 525 c
Mos *monachorum antiquissimus sub refectione sacras Scripturas legere* 375 c. Mos *vetus Christianorum instrumenta suppliciorum cum* SS. *Martyrum corporibus tumulare* 426 f, 472 a. Moris *erat antiquis temporibus ad sacrarum ædium dedicationibus Sanctorum exuvias deferre* 504 d, 507 a
Moveri *de loco non potuerunt Reliquiæ S. Callisti* 443 e; SS. *Fortunatæ & Fratrum* 450 e
Muliebris *sexûs reprehensio* 254 f.
Mulier *à languore sanata S. Maximiliani meritis, sed benefactori ingrata, in eumdem languorem reincidit* 58 b. Alia S. *Simperti patrocinio sanata sed ingrata in morbum reincidit* 252 c. Mulier *infirma* SS. *Fortunatæ & Fratrum ope sanatur* 451 b. Mulierem *cæcam angelus Ariminum transfert* 462 b. Mulier *à letali morbo intercessione S. Burchardi convaluit* 572 f
Munera *oblata in pios usus convertit* S. *Geraldus* 309 b
Munificentia *Mariæ Fuccarinæ ex illustri Swarzenbergiorum stirpe in* S. *Simpertum* 244 d. *Vide* Liberalitas.
Muto *ope* S. *Simperti loquela restituitur* 249 c d, 258 b, 261 a. Mutus, *surdus, & unâ manu contractus ope S. Geraldi sanatur* 330 d. Mutus *patrocinio* S. *Colmani loquelâ donatur* 361 c. Muta *& curva* ibidem. Muta *cæca & curva* ibidem Muta *ope S. Bernardi loquelâ donatur* 629 b, 632 d

N

Natales *illustres* S. *Maximiliani* 53 d. S. *Geraldi* 301 f. S. *Lucæ abbatis* 333 b, 337 b; S. *Chelidoniæ* 365 e, 366 c; SS. *Fortunatæ ac Fratrum* 453 a; S. *Manechildis* 531 a; S. *Angadrismæ* 539 d; S. *Burchardi* 558 a b, 573 c
Nautæ *è maximo captivitatis periculo ope* SS. *Septem Martyrum eripiuntur* 389 f
ad Necem *quæsitus* S. *Callistus Pontifex fugit* 411 d, 441 c
Nobiles *quidam Asculani à magistratu electi corpori S. Seraphini assistunt, ac id à populi direptione tuentur* 149 b
Nuptias S. *Geraldus respuit* 311 b

O

Obitum *absentis cognoscit S. Geraldus* 322 a
Observantia *regulari floret cœnobium Vabrense* 316 d
Occulta *cognoscit* S. *Chelidonia* 367 b
Oculi *tumescentis dolores à S. Seraphino curati* 154 c. Oculorum *lumine per septennium orbatur* S. *Geraldus* 325 e f
Odio *implacabili flagrantes duo germani fratres coram Reliquiis* S. *Callisti adducti, ac subito timore perculsi, sibi invicem conciliantur* 444 e
Odor *suavissimus è defuncti* S. *Seraphini corpore diffunditur* 149 b. Odor *suavissimus circa sepulchrum* S. *Colmani* 359 a. Odorem *suavissimum spargunt Reliquiæ* SS. *Fortunatæ & Fratrum* 452 a. Odor *suavissimus aperto sepulchro* S. *Rustici diffunditur* 533 a
Oleo *lampadis ad* S. *Seraphini sepulchrum ardentis varia patrata miracula* 153 f, 154 a b c.

a b c. Olei *fons terrâ miraculosè effluxit* 422 f, 423 a
Olivæ *corruptæ ac nigricantes ad sepulchrum S. Seraphini delatæ, colorem viridem induunt* 154 e
Opem *& subsidium contra morbos aliaque incommoda quæsituri, ad sacellum S. Colmani accurrunt* 354 f
Operarius *magna lapidum ac cæmenti mole obrutus, ope* S. *Callisti illæsus servatur* 445 e f
Orandi *studium indefessum* 612 b, 615 f
Oratione S. *Lucas præclaram de hostibus reportat victoriam* 340 c d e. Orationi *plurimùm dedita S. Chelidonia* 366 e. Orationis, *jejunii & eleëmosynæ commendatio* 413 f. Oratione *sua S. Fortunata tortores ad torquendum reddit impotentes* 454 e, *bestias mansuefacit* 455 a b

P

Pallii *justè empti pretium ultrò auget* S. *Geraldus* 309 d e
Pane *à* S. *Seraphino accepto varia miracula patrantur* 153 d
Paralyticus *patrocinio* S. *Simperti sanatus* 249 f. Paralytica S. *Callisti aut* S. *Palmatii precibus* 428 b. Paralyticus *ope* S. *Callisti* 439 a. Paralytica 446 a. *Alter* Paralyticus *ac cæcus* 446 b. Paralytica *ope* S. *Donatiani curatur* 509 b. Paralyticus 513 a
Parochias *primò Mediolani instituit* S. *Monas* 15 e, 17 a
Patiendi *avidissimus B. Dominicus Loricatus* 615 f
Patientiâ *excellit* S. *Seraphinus* 135 c
Patrocinium *Dei singulare experitur* S. *Geraldus* 311 c. Patrocinio S. *Colmani universa Austria se commendat* 353 d
Patronus *Burgi B. Domnini, ob hostes ad ejus invocationem profligatos, est S. Eustachius* 10 c f. Patronus *specialis Domûs Austriacæ* S. *Maximilianus* 45 f. Patronus *tutelaris Armenti est* S. *Lucas* 336 e. *In* Patronam *terræ Sublaci* S. *Chelidonia eligitur* 365 d. *Ut* Patronos *speciales* SS. *Fortunatum & Fratres venerantur Patrienses* 450 d. Patronus *Ariminensium singularis est* S. *Gaudentius* 461 d, 463 a. Patronus *peculiaris Brugensium* S. *Donatianus* 489 a; *uti & totius diœcesis ac tractûs maritimi* 501 a. Patrona *Fani sibi homonymi* S. *Manechildis* 526 c; *Bellovacensibus* S. *Angadrisma* 538 c. Patronum *sibi constituunt castri Frontalis incolæ B. Dominicum Loricatum* 620 b
Pauperum *singularis amator* S. *Seraphinus* 136 d e. Pauperum *singularem curam S. Geraldus habet* 306 a. Pauperibus *nonam frugum addicit S. Geraldus* 309 f
Pax *Nicolai Papæ operâ Carolum Francorum regem inter & hujus generum Balduinum Ferreum reconciliata* 490 c
Peccatum *quantumvis leve sponte numquam commisit S. Seraphinus* 137 b
Pecuniâ *corruptus Orientalium Anglorum rex S. Eduinum occidere molitur* 111 b
Pedum *usus ope* S. *Seraphini restituitur* 154 c f, 155 a, Pedes *SS. Septem martyres sibi invicem lavant* 390 c
Peregrinationes *in Palæstinam seculo* IX *frequentes* 342 f. Peregrinatio *S. Chelidoniæ Romam* 366 e. Peregrinationes *post ereptam anno* MXCIX *ex infidelium potestate Hierosolymam frequentes fuerunt* 630 d
Peste *gravi ac obsidione Augustanos S. Simpertus liberat* 243 b
Phrenesis *ope S. Simperti sanata* 259 d f, 267 a, 268 a b
Pietas *in Sanctos eorumdem nominum appellatione remunerata* 13 b c. Pietas *eorum, qui retegendis S. Chelidoniæ Reliquiis aderant* 371 c, 372 a, 373 b
Piscem *divinitus obtinet S. Geraldus* 320 d, 323 a c. Piscis *S. Chelidoniæ missus, ac à deferente eum famulo furto sublatus, vermibus scatens, ac serpentibus circumvallatus, à fure invenitur* 367 b
Podagrica *ope S. Seraphini sanata* 144 a
Podagricus, *frusto carnis è S. Colmani jura abscisso, convaluit* 350 e, 358 d. Podagricus *Mathias imperator meritis* S. *Callisti curatur* 434 b. Podagrici *& chiragrici ope* S. *Gaudentii sanati* 467 a
Pœnitentiæ *insigne documentum dedit* S. *Rusticus* 532 a & seqq. Pœnitentiam *septennalem pro* S. *Rustico in se suscepit* S. *Goar* 535 e f. Pœnitentiæ *rigore illustris B. Dominicus Loricatus* 611 e f, 612 & seqq. Pœnitentia C *&* M *annorum à quo inventa, & quid sit* 615 e f
Porrigo *patrocinio* S. *Seraphini sanata* 154 a
Possessiones *eremi suæ tuetur B. Dominicus Loricatus* 616 d e, 626 e f
Pravorum *mores fugere, bonorumque æmulari* S. *Lucas suadet* 341 b
Prædâ *in bello abstinet* S. *Geraldus* 311 a
Prædixit *clades, Cruces, aliaque dira pœnarum exitia Christicnis obventura* S. *Monas* 17 d. Prædixit *morbo detentum postridie moriturum* S. *Seraphinus* 142 c. Prædixit S. *Chelidonia monasterium in solitudine Norrensi extruendum* 364 f, 367 e. Prædicit S. *Bonifacius*, S. *Burchardum episcopum Herbipolensem futurum* 560 a b, 561 a, 572 a
Præside *monasterii à se instituti dissolutè vivente, vehementer* S. *Geraldus affligitur* 316 d
Præstigias *signo S. Crucis* S. *Geraldus impedit* 323 d
Precibus S. *Paulini Ethelburga regina absque gravi dolore sobolem procreat* 112 f. Preces *suorum Deus exaudit* 444 b
Pretio *pro eleëmosynarum erogatione accepto, opes minuuntur* 338 d
Principis *est, fidem non dictare, aut docere, sed dictatam ab Ecclesia tueri* 114 c
Processionem *solemnem, ob à* S. *Fortunata liberatæ civitatis memoriam, annuè celebrant Tudertini* 520 e. Processione *simili apud Bellovacenses honoratur* S. *Angadrisma* 544 d
Propagator *Ordinis Camaldulensis longè meritissimus* S. *Petrus Damianus* 611 b
Prophetiæ *spiritu donatus* S. *Lucas abbas* 334 c

Propinqui *mulieris à dæmone obſeſſæ, maleficio eamdem liberare nituntur* 523 e f
Prunas *ardentes in ſinum conjectas, corpore veſteque illæſis, in templum* S. *Angadriſma defert* 540 d
Pſalterium *ante Miſſam Conſtantius perorat* 26 b d
Puella *aquis præfocata ad vitam ope* S. *Seraphini revocatur* 153 a b c, 154 d
Puerorum *voce obitus* S. *Seraphini divulgatur* 148 d, 157 e. Puer *crurum poplitumque dolore vexatus, à* S. *Venantio ſanatur* 220 e. Puer *à lupo raptus ope* S. *Simperti matri incolumis redditur* 248 f, 249 ab, 250 d. Pueris *ſingulari auxilio eſt* S. *Mauritius* 383 e. Pueris *binis à Gothis abductis* S. *Fortunatus libertatem reſtituit* 524 f, 525 a
à Puerperii *doloribus* S. *Seraphini meritis liberata* 151 f
Pupillorum *ac Viduarum pater, ac orphanorum eximius eſt procurator S. Romulus* 208 e
Putredo *manûs ope S. Simperti ſanata* 254 c

Q

QUadrigas *in Vaticano, dirutis ſepulchris, agit Heliogabalus mentis haud ſanæ imperator* 422 a

R

REligione *in ſacram Euchariſtiam fervet S. Seraphinus* 138 f, 139 b
Reliquiæ *SS. Maximiliani & Valentini ſolemniter honoratiore loco conduntur* 43 b c, 44 c d e. Reliquiæ *Sanctorum ſub altaribus collocatæ* 48 c d e. Reliquiæ *SS. Serenæ, Gemmæ & Gauterii à Calvinianis combuſtæ* 123 b. Reliquiæ *SS. Martyrum, ut Maurorum furori ſubducantur, terræ mandantur* 191 d. Reliquiæ *S. Venantii monachis S. Germani conceduntur* 216 e. Reliquiæ *ejuſdem ad comprimendum furorem belli civilis, anno* MDCLII *per Gallias graſſantis, circumferuntur* 218 f. Reliquias *S. Geraldi partim combuſſerunt hæretici* 298 a. Reliquiæ *quædam S. Geraldi ingenti plauſu à Maria Arragoniæ regina excipiuntur* 299 e. *Ex* Reliquiis *S. Martialis dens in eccleſia monaſterii Auriliacenſis, & quædam SS. Martini & Hilarii* 326 a. Reliquiarum *Sanctarum ſtudioſiſſimus fuit S. Geraldus* 326 a. Reliquias *S. Colmani in Hungariam transferendas ab Henrico Auſtriæ marchione poſcit S. Stephanus Hungariæ rex* 343 d. Reliquiæ *S. Lucæ abb. in templo ipſius nomini dicato aſſervantur Armenti* 336 e. Reliquias *ejuſdem Sancti veneratur eccleſia cathedralis Tricaricenſis in Lucania* 336 f. Reliquias *S. Colmani Mellicum honorificè transferri jubet Henricus Auſtriæ marchio* 351 a. Reliquiis *S. Colmani, ut in Hungariam deportarentur, vi extortis, variè plectuntur Hungari* 353 a, 361 a. Reliquiæ *S. Colmani extant in ejuſdem altari in eccleſia Mellicenſi* 356 b. Reliquiæ *quædam S. Colmani eccleſiæ Mellicenſis turri pellendis tempeſtatibus fuere incluſæ* 357 c. Reliquiæ *S. Chelidoniæ Subtaco in ſolitudinem Norenſem transferuntur* 364 f; *inde iterum Sublacum relatæ* 365 b. Reliquiarum *S. Chelidoniæ certatim portiones aliquæ expetuntur* 365 b; *harum unam obtinet Olympia Populenſis dux* ibidem, 376 e. Reliquiæ *S. Chelidoniæ populo videndæ exponuntur* 372 a, 374 f, 375 b. Reliquias *S. Calliſti honorificè B. Rabanus habet* 430 e. Reliquiæ *Sanctorum pretio iniquè venditæ* 432 d e. Reliquiæ *S. Calliſti in variis ſervantur eccleſiis* 433 d e f, 434 a & ſeqq. Reliquiæ *S. Calliſti coluntur ab iis, qui faucibus laborant* 434 e. Reliquiæ *S. Calliſti in hujus feſto Romæ in S. Mariæ trans Tyberim venerationi fidelium exponuntur* 436 e. Reliquiæ *S. Calliſti de terra nullatenus ne à pluribus quidem presbyteris levari potuerunt* 443 e; *poſtmodùm easdem presbyter unus nullo pœnè labore ſuſtulit* ibidem f. Reliquiæ *SS. Fortunatæ & Fratrum de plauſtro levari nequeunt* 450 e, *dum verò has monaſterium S. Gaudioſi inferre placuiſſet, velociùs boves cum ſacro onere ad monaſterium properant* ibidem f. Reliquiæ *quædam SS. Fortunatæ & Fratrum Pragam delatæ* 452 d. Reliquias *Sanctorum in partes infidelium invaſionibus patentes deferri curat Ebo epiſcopus* 493 e. Reliquiæ *S. Donatiani cur Brugas delatæ* 494 b, 495 b. Reliquiis *S. Donatiani, cum maxima Brugis ſeditio exorta eſſet, in publicum productis, derepentè ea ceſſavit* 495 c, 508 e f. Reliquiarum *Sanctarum ſtudioſus fuit Balduinus Flandriæ comes* 496 e. Reliquiæ *S. Donatiani ac plurium aliorum Sanctorum ad dedicationem Haſnonienſis monaſterii delatæ ſunt* 504 d, 507 a. Eædem *delatæ Aldenardam pacis cauſâ* 509 e. Reliquiæ *SS. Fortunati, Caſſiani aliorumque ſub principe altari Tuderti collocatæ* 521 b c. *E* Reliquiis *S. Manechildis caput ad caſtrum Conthenſe tranſlatum fuit* 529 c d, 531 d. Reliquiæ *S. Ruſtici Treviris* 533 b. Reliquiæ *Sanctorum graſſantibus Normannis ad tutiora loca delatæ* 543 c. Reliquias *SS. Kiliani, Colomani & Totnani S. Burchardus elevat* 563 f, 564 a b. Reliquias *S. Magni martyris in eccleſia S. Andreæ S. Burchardus recondit* 567 b, 587 d, 588 a. Reliquiis *Sanctorum ad ædificationem & tutelam novæ eccleſiæ copiosè ditavit S. Burchardum Zacharias Pontifex* 580 b c. Reliquiarum *B. Dominici portio in eccleſia Frontali* 620 c; *altera in perinſigni collegiata Apiri, ac monaſterio S. Apollinaris* ibidem
Renum *dolore graviter oppreſſa ope S. Seraphini ſanatur* 153 f
Revelatione. *ut traditur, didicit vir quidam fidelis, oratorium S. Stephani, urbe Metenſi combuſtâ, incendio carituram* 485 a, Revelatione *divina S. Burchardum epiſcopum Herbipolenſem futurum didicit S. Bonifacius* 573 f. Revelatione *divina didicit S. Burchardus exuvias ſuas in monaſterio S. Andreæ tumulandas* 587 d

Rixas *lenitate S. Geraldus componit* 310 a b
è Rupe *delapso succurrit S. Lucas* 341 b
Ruptură *laborantem S. Simpertus sanavit* 260 c. Ruptura *interventu S. Bernardi curatur* 629 b, 632 d

S

Sacella *in honorem S. Colmani constructa* 354 e f, 355 a. Sacellum *SS. Magdalenæ & Chelidoniæ sacrum* 364 f. Sacella *sub nomine S. Mauritii erecta* 382 e. *Sub S. Callisti* 434 e, 435 d. Sacellum *in honorem S. Donatiani extrui curat Balduinus Flandriæ comes* 495 c d. Sacellum *in honorem S. Angadrismæ* 544 f
Sancti, *quorum dies emortualis ignotus est, coluntur sæpe eo die, quo Sancti ejusdem nominis alibi honorantur* 50 f. Sanctorum *corpora olim ad dedicationem ecclesiæ delata* 504 d, 507 a
Sanguinem *evomens, ac rupturam passus puer ab alto delapsus patrocinio S. Seraphini sanatur* 154 e. Sanguis *è mortui S. Colmani latere, à venatore transfixo, copiosè manavit* 350 e, 358 d
Scientiam *sacræ Scripturæ, litterarum licet rudis, S. Lucas possidet* 334 b
Sepulchrum *S. Colmani introspiciens omnium membrorum officio destituitur* 361 b, *publicè culpam fassus sanatur* ibidem
per Sicarium *ab æmulo S. Eduinus vulneratur* 112 e
Silentium *juge eremitarum* 622 b
ut Simoniæ *crimen expiaret B. Dominicus Loricatus, miros subit pœnitentiæ actus* 615 c d e f
in Somnis *à S. Maximiliano admonitus Fredericus III imperator Celeiæ ab hoste liberatur* 46 f, 47 a b c. Somno *parcè utitur S. Seraphinus* 132 f. *In* Somnis *Christus apparet S. Carpo, eumque, quòd nimis in peccatorem extiterit severus, corripit* 164 f. *In* Somnis *admonetur S. Udalricus, ut S. Simperti tumulum congruo tecto operiendum curaret* 241 c d, 246 f; *ut ecclesiam S. Afræ splendidiore opere instauraret* 241 e. *In* Somnis, *priusquam ea nata esset, indicatur patri S. Cleridonæ nomen* 363 c, 366 d. Somno *parcissimè utitur B. Dominicus Loricatus* 623 e
Spiritus *Sancti gratia ad omnia necessaria* 269 b c
Sterilis *uxor marchionis Montisfortii ope S. Fortunatæ masculum parit* 452 e, altera *filiam* ibidem
Strumarum *morbo laborans ope S. Seraphini sanatur* 146 a, 154 c
Superbia *omnis malitiæ caput, omniumque vitiorum radix* 133 e
Supplicationes *fieri debere pro conversione hæreticorum, commonet S. Monas* 16 c
Surdus *S. Simperti patrocinio sanatur* 258 b. Surdæ *binæ* 267 f. Surdus *& mutus ope S. Callisti sanatur* 446 a. Surdo *intercessione S. Bernardi auditus redditus* 629 b, 632 d
In Suris *morbo pertussus, ab obeundis monasteriis, quibus præerat, nn cessat S. Lucas* 336 d, 341 d. Sura *S. Colmani frustato inde excisso ita redintegrata fuit, ut inflicti vulneris ne cicatrix quidem apparuerit* 350 e, 358 d

T

Teneritudo *conscientiæ. Vide* Conscientiæ
Tentationem *oratione vincit S Seraphinus* 135 f
Timore *superstitioso vulgus sæpenumerò implicatur* 370 c
Translatio *corporis S. Monæ ep. ad ecclesiam S. Vitalis* 12 b. *Inde ad basilicam metropolitanam* 12 c d e f, 13 a. Translatio *solemnis Reliquiarum S. Maximiliani* 43 c & seqq. Translatio *solemnis Reliquiarum S. Simperti* 271 e f. Altera 272 e. Translatio *Reliquiarum S.* Lucæ *seculo* XI *facta* 336 e. Translatio *Reliquiarum S. Chelidoniæ* 369 a & seqq. Translationi *corporis S. Chelidoniæ obstiterunt Sublacenses cives* 369 e; *tandem in eamdem consentiunt* 370 b. Translatio *Reliquiarum SS. Septem Martyrum* 388 e. *S. Callisti ad S. Mariæ trans Tyberim* 430 a. Altera *in Franciam Orientalem* ibidem d. Altera *Cysonium* 431 c d, 445 a b. Altera *Cysonio Remos* 431 d, *ac Remis iterum Cysonium* 447 c f, 448 a b c d f. Translatio *corporum SS. Fortunatæ & Fratrum Cæsareâ ad urbem Patriam* 450 d, 456 a. *Inde Neapolim* 450 d, 456 c. Translatio *Reliquiarum S. Gaudentii Senogalliam* 463 b. *Inde Montisbodium* 463 d. Alia *solemnissima* 465 f, 466 a b. Translatio *Reliquiarum SS. Cœlestii & Auctoris* 481 a. Translatio *corporis S. Donatiani* 488 d e f. Translationi *corporum SS. Fortunati aliorumque Martyrum, quadraginta circiter hominum millia interfunt* 522 b. Translatio *Reliquiarum S. Manechildis ad abbatiam S. Urbani* 529 a b c. *Inde harum partis ad fanum S. Manechildis nomine appellatum* ibidem e f, 530 a, 531 c. Translatio *corporis S. Angadrismæ aliorumque Sanctorum ad Bellovacensem S. Michaëlis ecclesiam collegiatam* 543 c f. Translatio *Reliquiarum S. Burchardi ad monasterium S. Andreæ seculo* X 557 e. Translatio *corporum SS. Kiliani & sociorum ad castrum Wirceburgense* 565 c, 585 c. Altera ibidem d. Altera ibidem e, 569 b c, 585 f. Translatio *Reliquiarum S. Burchardi ad monasterium S. Andreæ* 571 c, 593 b. Translatio *corporis S. Andreæ è monasterio ad civitatem Wirceburgensem* 593 c d. Translatio *corporis B. Dominici Loricati* 619 f, 620 a
Tumba *S. Simperti etsi dio exposita, ab imbribus tamen est intacta* 242 a, 248 a
Tumore *manûs per triennium laborans oleo lampadis ante sepulchrum S. Seraphini ardentis sanatur* 154 b. Tumor *ulcerosus illico S. Seraphini ope sanatus* 158 d
Tussis *sexennalis ope* S. *Simperti sanata* 251 f
Tumulus *S. Geraldi supra humum sponte elevatur* 230 b c

V

V

VAcca *viduæ pauperculæ intumeſcens patrocinio* S. *Simperti ſanatur* 252 a
à Venerea *lue ope* S. *Seraphini ſanatus* 146 a. Alter *voto ad eumdem facto ab illa mundatur* 152 b
Veniam, *cum petenti coram* S. *Donatiani Reliquiis, miles quidam denegat, cæcus efficitur* 505 a; *dein inimico reconciliatur, viſumque ope* S. *Donatiani recipit* ibidem d
Viatorem S. *Geraldus ſuſtentat & viatico munit* 310 d
Victoriâ *de Bohemis partâ Maximilianus cæſar militare trophæum* S. *Simperto conſecravit* 243 b. Victoriâ *potitus clementem ſe* S. *Geraldus exhibet* 312 d
Vigiliæ *ac jejunia continua B. Dominici Loricati* 612 b c
Vinum *prodigiosè reperit* S. *Geraldus* 321 a. Vini *dolium, ut ad vicinos monachos deferret, Lucas quidam miſſus, cum contra ſuperioris ſui præceptum id diſtribuit, ab urſa penè dilaceratus fuit* 333 f. Vinum S. *Mauritius miraculosè producit* 381 c
Ut Virginitatem *cuſtodiret, morbo percuti optavit* S. *Angadrijmæ* 539 e
Virtutibus *variis inclareſcit* S. *Geraldus* 304 d e & ſeqq.
Viſio *facta Tonazano aliiſque* 38 c d. Viſione *ſuperna, qua proſpera ei obventura indicantur*, S. *Eduinus recreatur* 111 c d e
Viſione *interveniente à matre concipitur* S. *Geraldus* 302 a. Viſio *Themardo canonico Watinenſi oblata* 511 d e & ſeqq. Viſio *oblata* S. *Burchardo* 565 d, 585 f
Vitæ *B. Dominici Loricati aſperum genus* 612 b c d. Vita *ſanctificat hominem, non miracula* 626 a
Unda, *qua manus abluerat* S. *Geraldus, cæco viſum* 317 d, *claudo greſſum* ibidem f, *duabus mulieribus cæcis viſum reddit* 318 a b
Ungues *& capilli cadaveris* S. *Colmani creverunt* 350 d, 358 c
Voce *propria* S. *Calliſtus Papa ad fidem converſos inſtruit* 420 d. Vox *cœleſtis orationem Martyrum exauditam eſſe denuntiat* 454 d. Vox *de cœlo* S. *Fortunatam ad cœlos ſubeundos invitat* 455 e
Voti *ſolutio miro modo à* S. *Paulino urgetur* 113 e. Votum *debitè haud perſolvens in priſtinam relabitur infirmitatem* 264 f, 266 b
Urinam *per triennium retinere haud valens ope* S. *Simperti ſanatur* 259 a
Vulneribus *pluribus à conſanguineis percuſſa, & à medicis deplorata, patrocinio* S. *Seraphini curatur* 154 b
à Vultûs *tumore* S. *Simperti meritis ſanata* 267 e

Z

ZElus S. *Petri Martyris pro ſalute animarum* 604 f, 605 a

ERRATA SIC CORRIGE.

Pag. 15, *col.* 1, *lin.* 1 antiſtis-*l*-antiſtitis.
Pag. 18, *col.* 2, *lin.* 16 *ante finem* fuerat-*l*-fuerit.
Pag 21, *col.* 1, *lin.* 20 conditum-*l*-conſitum.
Pag. 33, *col.* 1, *lin.* 3 *adde poſt* primitùs: per S. Maximiliani doctrinam. *ibidem* perveneint-*l*-pervenerint. *ibidem col.* 2, *lin.* 9 efi-*l*-eſt.
Pag. 36, *col.* 2, *lin.* 24 aſctus-*l*-affectus.
Pag. 47, *col.* 1, *lin.* 7 Maxæmimiliano-*l*-Maximiliano.
Pag. 49, *col.* 2 *in margine* aliquius-*l*-aliquibus.
Pag. 53, *col.* 1, *lin.* 10 *ante finem* inſererunt-*l*-inſeruerunt.
Pag. 55, *col.* 2 *in margine* poofectus-*l*-profectus.
Pag. 67, *col.* 2, *lin.* 23 effoſus-*l*-effoſſus.
Pag. 71, *col.* 1, *lin.* 41 veredum-*l*-verendum.
Pag. 81, *col.* 2, *lin.* 45 interfult-*l*-interfuit.
Pag. 84, *col.* 2 *in margine* peciem-*l*-ſpeciem.
Pag. 86, *col.* 1 *in margine* mulieris-*l*-muliebris.
Pag. 122, *col.* 2, *lin. antepenultima* aſſeitur-*l*-aſſeritur.
Pag. 129, *col.* 2 *in margine* imitententur-*l*-imitentur.
Pag. 166, *lin.* 1 146-*l*-196.
Pag. 171, *col.* 1, *lin.* 19 ſuam-*l*-ſua.
Pag. 174, *col.* 1, *lin.* 12 Severianam perſecutionem-*l*-Severiana perſecutio.
Pag. 211, *col.* 2, *lin.* 30 complectentibue-*l*-complectentibus.
Pag. 212, *col.* 1, *lin.* 5 pdg-*l*-pag.
Pag. 237, *col.* 1, *lin.* 33 763-*l*-768.
Pag. 248, *col.* 1, *lin.* 42 peces-*l*-preces.
Pag. 274, *col.* 1, *lin. pênultima* diploma-*l*-diplomate.
Pag. 288, *col.* 1, *lin.* 18 72-*l*-73, accenſenda.

ERRATA SIC CORRIGE.

ſenda ſunt.

Pag. 291, *col.* 1, *lin.* 29 annum-*l*-anno.

Pag. 294, *col.* 2; *lin.* 19 *ante finem* 66-*l*-67, *ibidem lin.* 3 *ante finem* & ſicut olim Noë-*l*-& ſicut olim columba Noë.

Pag. 299, *col.* 2, *lin.* 3 64-*l*-73.

Pag. 311, *col.* 1 *in margine* internæ-l-externæ.

Pag. 312, *col.* 2, *lin.* 22 *ante finem* humillimia-*l*-humillima.

Pag. 313, *col.* 1, *lin.* 41 inobſervantiam-*l*-in obſervantiam *ibidem col.* 2, *lin.* 19 verba-*l*-verbis *lin.* 20 mememorat-*l*-memorat *lin.* 21 adſtringebatur-*l*-adſtringebantur.

Pag. 314, *col.* 1, *lin.* 20 ſervientis-*l*-ſervientes *ibidem col.* 2, *lin.* 11 *antè finem* paucula-*l*-pocula.

Pag. 315, *col.* 2, *lin.* 16 *antè finem* attoſus-*l*-attonſus.

Pag. 316, *col.* 2, *lin.* 24 *poſt* cœnobium: *adde lit.* k *uti & ibidem ad marginem.*

Pag. 326, *col.* 1, *lin.* 44 ibertate tunc dlonavit-*l*-libertate tunc donavit.

Pag. 328, *col.* 1, *lin.* 9 dignetur-*l*-dignentur.

Pag. 329, *col.* 2, *lin.* 9 manes-*l*-manens.

Pag. 330, *col.* 2 *in margine* donatur-*l*-donantur.

Pag. 332, *Notæ* f *adde* tormentis affici *deinde Notam* g *præpone verbis* Ab Alemannis.

Pag. 334, *col.* 1, *lin. penultima* vir quietis ſecedebat-*l*-vir quietis amans ſecedebat.

Pag. 339, *col.* 2, *lin. ultima* Pſalm ỳ 28-*l*-Pſalm 108 ỳ 28.

Pag. 341, *col.* 1, *lin.* 59 magnam-*l*-magna.

Pag. 341, *col.* 2 *in margine* ſuper-*l*-ſuperiore. *ibidem lin.* 20 *poſt* Angelo *adde Notam* q.

Pag. 345, *col.* 2, *lin.* 9 ſuam-*l*-ſua.

Pag. 351, *col.* 2, *lin.* 43 annis *abundat.*

Pag. 354, *col.* 2, *lin. ultima dele* monaſterio.

Pag. 358, *col.* 2, *lin.* 7 *poſt* oblinitus & *ad marginem ſupple lit.* t.

Pag. 389, *col.* 1 *in margine* extenſas-*l*-extenſus.

Pag. 390, *col.* 2, *lin.* 12 *ante finem* de in diem-*l*-de die in diem.

Pag. 405, *col.* 1, *lin.* 36 quam parum credibilem aſſerta à veteribus eccleſiæ per hæc tempora tranquillitas, haud veriſimilem facit-*l*-quam aſſerta a veteribus eccleſiæ per hæc tempora tranquillitas parum credibilem facit.

Pag. 446, *col.* 2, *lin.* 20 837-*l*-847.

Pag. 471, *col.* 2 *ad marginem* cociditur-*l*-occiditur.

Pag. 474, *col.* 1, *lin.* 38 XII-*l*-VII.

Pag. 480, *col.* 1, *lin.* 11 Martyrologio-*l*-Martyrologi *ibidem lin.* 6 *ante finem* repromiſſurum-*l*-repromiſſum.

Pag, 483, *col.* 2, *lin.* 1 Cenomanoenſi-*l*-Cenomanenſi.

Pag. 487, *col.* 1 *ad marginem* ſeneſente-*l*-ſeneſcente.

Pag. 488, *col.* 1, *lin.* 16 351-*l*-451.

Pag. 507, *col.* 2, *lin.* 1 dlctis-*l*-dictis.

Pag. 533, *col.* 1, *lin.* 24 ſepulchro Dei-*l*-ſepulchro viri Dei.

Pag. 553 *primæ lineæ adde* poli 8.

Pag. 576, *col.* 2, *lin.* 4 *antè finem poſt* benedicetur *pone Notam* n, *ſimiliter ad marginem.*

Pag. 594; *col.* 2 *in Annotatis lin. penultima* Burchardi ediderit-*l*-Burchardi Vitam ediderit.

Pag. 602, *col.* 2, *lin.* 41 cecerni-*l*-ſecerni.

Pag. 606, *col.* 2, *lin.* 7 *ante finem* epiſcop;-*l*-epiſcopi.

Pag. 614, *col.* 2, *lin.* 38 extitit-*l*-extiti.

Pag. 628, *col.* 2, *lin.* 15 *ante finem* Extracta-*l*-Extracta.

In indice Hiſtorico Arno vide Aranus-*l*-Arno vide Harnus.

FINIS.